UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-76369

Visual Library

Th 57 5a

G IX
5

R.P.D. ANTONINUS

DIANA

PANORMITANUS,

CLERICUS REGULARIS, DOCTOR CELEBERRIMUS.

Coram S.D.N. ALEXANDRO VII. Episcoporum Examinator,
& Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,

COORDINATUS,

SEU OMNES

RESOLUTIONES MORALES,

EIUS IPSISSIMIS VERBIS AD PROPRIA LOCA,
& Materias fideliter dispositæ, ac distributæ.

EDITIO NOVISSIMA, ET AUCTA,

A quamplurimis quibus cæteræ scatebant erroribus purgatissima.

Cui de novo accessit Tomus Decimus, veluti Summa totius Operis, ad commodiorem faciliorémque Theologiæ Moralis Studiosorum usum;

PER V. P. MARTINUM DE ALCOLEA,

Monachum Carthusiensem ex Regali Cœnobio de Paulari.

TOMUS QUARTUS.



LUGDUNI,

Sumptib. JOANNIS-ANTONII HUGUETAN, & Soc.

M. DC. LXXX.

CUM APPROBATIONE ET PERMISSU.



SYLLABUS TRACTATUUM

HUJUS TOMI QUARTI.

TRACT. I. DE Altaribus Privilegiatis.
II. De Oratoriis Privatis.
III. De Bulla Cruciatæ, atque de ejus Privilegiis, Absolutionibus, Dispensationibus, & Votorum Commutationibus.
IV. De Jubilæo.
V. De indulgentiis.
VI. De Jejunio.
VII. De Eleemosyna.
VIII. De Consecratione Episcopi.

LICEN

LICENTIA.

NOS Frater Joannes Prior Carthusiæ, ac totius Ordinis Carthusiensis Minister Generalis, concedimus facultatem V. P. D. Martino de Alcolea, Monacho Carthusiæ de Paulari, Professo, tradendi Typographo Dianam Coordinatum, seu Resolutiones Morales Reverendi Patris Antonini Dianæ, ad propria loca per eum distributas, & in plures Tomos digestas, ut typis mandentur, ac in lucem edantur, si ita videbitur iis, ad quos ea cura spectat ex sacro Concilio Tridentino, Pontificiisque ac regiis Decretis. Dummodò id fiat absque expensis & gravamine Domus, ac disciplinæ nostræ regularis detrimento. Datum Carthusiæ sub Chirographo ac Sigillo nostro 16. Maij 1658.

FR. JOANNES *Prior Carthusiæ.*

REGII PROCURATORIS CONSENSUS.

PRo Rege assentio, ut liceat JOAN. ANT. HUGUETAN, Bibliopolæ Lugdunensi, typis mandare R. P. ANTONINI DIANÆ Opera Coordinata per R. P. MART. ALCOLEAM, in decem Tomos distributa, concessis impetranti inhibitionibus ad quinquennium computandis, à die finitæ Impressionis. Datum Lugduni 1. Decembris 1674.

VAGINAY.

PERMISSIO.

Fiat juxta Conclusiones Procuratoris Regij, anno & die supradictis.

DESEVE.

Desiit excudi 3. Novembris 1679.



INDEX

INDEX

Tractatuum, & Resolutionum hujus Tomi Quarti.

Ultimus numerus paginam indicat.

TRACTATUS I.

De Altaribus Privilegiatis p.1.

Res.1. *VID sit Altare privilegiatum? Et quomodo Indulgentia Defunctis concedatur?* Ex p.9. tr.2. res.1. ibid.

2. *Supradicta magis elucidantur; & contra Mdinam explanatur, quo facto Pontifex concedendo Altare privilegiatum applicet Indulgentiam defunctis?* Ex p.9.tr.7.r.2. ibid.

3. *An Indulgentia concessa Altari privilegiato applicanda defunctis habeat ineffabiliter effectum?* Ex p.9. r.2.r.3.p.2

4. *An, ut Indulgentia Altaris privilegiati prosit defuncto, opus sit, ut Sacerdos Missam celebrans sit in statu gratiæ?* Ex p.9.tr.2.res.4. p.4

5. *An Sacerdos in statu peccati mortalis celebrans in Altari privilegiato liberet animam à Purgatorio? Et an communicans in peccato mortali obtineat liberationem unius animæ à Purgatorio, si talis liberatio concedatur sub onere communionis, ut interdum conceditur? Ex quo cursim infertur communionem sacrilegam sufficere ad consequendum Iubilæum. Etiamque deducitur, quod existens in peccato mortali obtinere potest Indulgentias pro defunctis?* Ex p.10.r.16. & Misc.6.r.13. ibid.

6. *An quando Sacerdos in Altari privilegiato dicat Missam, debeat non solum Indulgentiam, sed & sacrificium applicare defuncto? Idem dicendum est à simili, cum pro Indulgentia lucranda præcipitur jejunium; visitatio Templi, peregrinatio, & maximè eleemosyna, quæ in bonum tertii imponitur. Et an Missæ, quæ celebrantur in Altari privilegiato applicatæ pluribus æquè pariter prosint singulis, ut una Missa, quæ dicitur pro uno, possit prodesse pluribus?* Ex p.9.tr.2.r.5. p.5

7. *An ex parte defuncti requiratur aliquid, ut Indulgentia Altaris privilegiati habeat suum effectum? Idem est dicendum de aliis Indulgentiis?* Ex p.9.tr.2.r.6. p.6

8. *Missa celebrata in Altari privilegiato, cui prodest, si anima, pro qua offertur, non existat in Purgatorio? Difficultas tamen existit, quomodo satisfactiones illæ applicentur animabus indigentibus, & derelictis, an scilicet, Deus ex misericordia sola sua voluntate id præstet, vel alia ratione id faciat?* Ex p.9.tr.2.res.7. p.7

9. *An in Altari privilegiato pro defunctis satisfaciat, si quis celebret Missam, quæ non sit de requiem, licet in indulto non exprimatur? Et an in dicto Altari privilegiato possit dici Missa de requiem, in die festo duplici, & de præcepto, qui incidit in die assignato pro dicto Altari privilegiato?* Ex p.4.tr.4. & Misc. res.233. p.8

10. *An Missa celebranda in Altari privilegiato pro liberanda anima Purgatorii sit necessario dicenda de requiem? Et colligitur celebrantem pro defuncto recipere majorem fructum ex sacrificio, quam si pro vivo celebraret? Difficultas verò est in diebus, qui non sunt Dominici, & duplices, an teneatur Capella dicere Missam votivam, vel de requiem, si in institutione dictæ Capellaniæ dicitur, ut sint de requiem, vel votivæ? Et quæ Missæ ex supradictis magis prosit defuncto? Idem dicendum est, quando quis accipit stipendium pro dicenda Missa votiva, an possit dicere aliam currentem in illo die?* Ex p.9.tr.2. res.8. ibid.

11. *An pro Altari privilegiato numerus sacerdotum expressus in diplomate sit de necessitate? Et explanatur, quid sit dicendum de hospitibus sacerdotibus Regularibus quoad prædictum numerum? Et an Provincialis possit in quovis Conventu suæ Provinciæ uti Altari privilegiato? Et docetur, quod si Superior localis à suo Provinciali petat sacerdotes ad complendum numerum pro quiete suæ conscientiæ, & illi provisū non fuerit, adhuc satisfaciet pro Altari privilegiato?* Ex p.9.tr.2.res.9. p.9

12. *De clausula negativa similis privilegii apponi solita in brevibus Altaris privilegiati. Et an Indulgentia sit latè, vel strictè interpretanda?* Ex p.9.tr.2.r.10. p.10

13. *De alia clausula septennii in Brevibus Altaris privilegiati, quo pacto sit intelligenda?* Ex p.9.r.2.r.11. ibid.

14. *An sacerdos, qui ex obligatione tenetur celebrare in aliqua Ecclesia, vel Altari peccet mortaliter alibi celebrando; & in tali casu an teneatur aliquid restituere? Et quid, si Altare designatum sit Altare privilegiatum?* Ex p.10.tr.12. & Misc.2.r.23. p.11

15. *An Sacerdos institutus, & obligatus ad celebrandum in certo Templo, Oratorio, vel Altari peccet alibi celebrando? Et an obligatus celebrare in Altari privilegiato possit, & satisfaciat, si celebret alibi cum numismate, vel calculo benedicto D. Caroli, vel alterius sancti? Et in supra dicto primo casu, an possit excusari Capellanus à mortali ex parvitate materiæ, ut si bis, vel ter in anno in tali Sacello, vel Altari non celebret? Et si non celebret in destinato loco, an teneatur ad aliquam restitutionem?* Ex p.2. tr.14.r.29. p.12

16. *An Sacerdos institutus, & obligatus ad celebrandum in certo Altari privilegiato pro animabus Purgatorij satisfaciat obligationi, si alibi celebret cum calculo; v.g. Divi Caroli, liberante animam à Purgatorio?* Ex p.4. tr.4. & Misc. ref.40. ibid.

17. *An Sacerdos obligatus celebrare in Altari privilegiato satisfaciat, si celebret alibi cum numismate, vel calculo privilegiato?* Ex p.6. tr.6. & Misc.1.ref.12.ibid.

18. *An Sacerdos, qui debebat celebrare in Altari privilegiato, satisfaciat obligationi dicendo Missam in alio Altari cum Indulgentia apposita alicui Medallia? Et advertitur Sacerdotem non satisfacere, qui obligatus ad Missam privilegiatam applicat ipsi defuncto Indulgentiam plenariam aliunde acquisitam, ut per visitationem Ecclesiæ, &c.* Ex p.9.tr.2.ref.12. p.13

19. *Si in Altari privilegiato celebrari non potest, ad quid teneatur Sacerdos? Et an Sacerdos obligationem habens celebrandi in Sacello, Capella, vel Templo, vel tali hora, si in his oriatur impedimentum, ob quod celebrare in eisdem locis non possit, non teneatur alibi celebrare, quoties veneratio loci, vel temporis prædefiniti à Testatore intenditur, secus si satisfactio suorum peccatorum intendatur?* Ex p.9.tr.2. ref.13. ibid.

20. *An Sacerdos obligatus celebrare in Altari privilegiato si alibi celebret, ad aliquid teneatur, & peccet mortaliter? Et quid de Capellano obligato celebrare in aliquo Altari particulari, ita ut istud non sit Altare privilegiatum? Et an in hoc ultimo casu, si in Ecclesia est aliud Altare privilegiatum, possit ne in eo Capellanus dicere Missam pro Testatore, si Testator assignet aliam Capellam, vel Altare?* Ex p.9.tr.2. ref.15. p.14.

21. *An Sacerdos obligatus dicere Missam in Altari privilegiato possit compelli ab Episcopo, ut ipsemet celebret? Et an ubi in clausula Testatoris imponitur interessentia, & residentia, seu assistentia chori, censeatur injunctum servitium persolvendum personale non solum chori, sed etiam Missarum, & habeat onus iuvandi curatum in cantando, & aliis similibus?* Ex p.9.tr.2. ref.14.p.15

22. *An si relinquatur Missa dicenda in omnibus Altaribus privilegiatis alicuius civitatis, extendatur legatum ad Altaria postea erecta? Et additur, quod si Altari alicuius Ecclesiæ Regularium obtineatur concessio Altaris privilegiati, inscijs ipsis Regularibus, iisque postea renuentibus illam acceptare, utpote applicatam Altari ipsis minus commodo; iique postea similem concessionem alteri Altari applicatam valide possint obtinere, & si nullam mentionem prioris concessionis faciant in petitione.* Ex p.9. tr.2. ref.16. ibid.

23. *An si Ecclesia, vel Capella, ubi constitutum fuit Altare privilegiatum perpetuum, fuit dirupta, aut translata in alium locum per Episcopum, Indulgentia remaneat extincta? Et quid, si Ecclesia, vel Capella paulatim esset destructa, & eadem paulatim constructa?* Ex p.9. tract.2.ref.17. p.16

24. *An si transferatur Altare privilegiatum de loco ad locum, adhuc duret Indulgentia? Et quænam fractio Altaris privilegiati, seu Indulgentia plenaria prædicti Altaris sit necessaria ad id, ut consecrationem, & consequenter Indulgentiam amisisse censeatur? Et multæ distinctiones adducuntur in textu huius Resolutionis pro supradictis casibus. Et tandem quæritur, an si quis in Altari, quod vel nunquam habuit, vel amisit consecrationem, celebrat bona fide, vel etiam mala fide, Altare illud non indigeat alia consecratione, esto peccaverit, qui in illo celebravit Sacrum mala fide?* Ex p.11.tr.8. & Misc.8. ref.8. ibid.

25. *An Missa dicta in Altari privilegiato prosit viventibus? Et an Pontifex possit Altaria privilegiata pro vivis concedere? Et an sit licitum viventem sibi Missam pro defunctis celebrari facere?* Ex p.9. tract.2. ref.18. p.17

26. *An si Regulares non promittant celebrare Missam in Altari privilegiato, excusentur aliquando à peccato, si illam in alio Altari celebrent? Et advertitur, quod Leo X. concessit Benedictinis, & per communicationem cæteris Religiosis, ut quilibet Religiosus Sacerdos dicens tres Missas pro quocumque affine suo intra tertium gradum in Altari à suo Superiore deputato, & assignato, liberet animam illius à pœnis Purgatorij.* Ex p.9. tr.2. r.19. p.18

27. *An sub generali communicatione privilegiorum Mendicantium veniant communicata Altaria privilegiata?* Ex p.6. tr.7. & Misc.2.ref.39. p.19

28. *An si privilegium Altaris privilegiati sit concessum alicui Religioni, per communicationem possit alia Religio illo uti? Et quæritur, quomodo vero communicatio Iubilæis, & Indulgentijs detur inter Regulares, & eorum Ecclesias, sive eiusdem, sive diversi sint Ordinis? ut v.g. Indulgentiæ concessæ Fratribus Minoribus in Festis suorum Sanctorum censeantur concessæ pro Ecclesijs Prædicatorum in Festis suorum Sanctorum, & è contra?* Ex p.9. tr.2.ref.20. ibid.

29. *An Altaria privilegiata concessa Regularibus fuerint revocata per Bullam Pauli V. anno 1606. Vel tantum prædictus Pontifex revocaverit Indulgentias concessas immediatè ipsis Regularibus vivis? Idem dicendum est de Indulgentijs concessis pro animabus Regularium absque ulla aliorum Regularium, vel Sæcularium diligentia.* Ex p.9. tr.2. ref.21. ibid.

30. *Est in aliqua Ecclesia Regularium Altare privilegiatum, in quo per Missam liberatur anima à Purgatorio, suspenditur ne hæc gratia per Bullam Cruciatæ?* Ex p.1. tr.11.ref.86. p.20.

31. *An per Bullam Cruciatæ suspendantur Altaria privilegiata sita in Ecclesijs Regularium? Et notatur, quod Indulgentia plenaria in Altari privilegiato pro animabus Purgatorij concessa, per promulgationem Iubilæi in anno Sancto, non manet suspensa eo anno.* Ex p.3.tr.addit. ref.22. ibid.

32. *An Altaria privilegiata suspendantur per Bullam Cruciatæ? Et stando in sententia affirmativa, quis teneatur Bullam vivorum accipere, ut talis Indulgentia revalidetur, & applicari possit defuncto; an prædicta Bulla requiratur in Sacerdote, an vero in eo, qui pro defuncto celebrare facit?* Ex p.9.tr.2.resol.22. ibid.

33. *An ut liberetur anima à Purgatorio in Altari privilegiato debet habere Bullam Sacerdos celebrans, an qui facit celebrare? Et quid, si Altare privilegiatum sit Religiosorum? Et supponitur, quod per Bullam Cruciatæ suspendantur gratiæ liberandi animam à Purgatorio concessæ in Altari privilegiato. Et an Missa dicenda in Altari privilegiato necessario sit dicenda de Requiem, vel sufficiat qualibet alia Missa ex designatis in Missali, vel festivitatis, aut votiva, dummodo Sacerdos eam applicet defuncto?* Ex p.11.t.8. & Misc.8.r.10.p.21

34. *An Altaria privilegiata suspendantur per Iubilæum anni Sancti? Et an in Iubilæo anni sancti suspendantur Indulgentiæ pro mortuis, quæ vivis conceduntur cum facultate, ut eas applicare valeant pro defunctis? Hujusmodi sunt Indulgentiæ concessæ granis, Imaginibus, Coronis, Crucibus, Numismatis benedictis, & similibus.* Ex p.9.t.2.r.23.p.22

35. *An Sacerdos obligatus dicere Missam in Altari privilegiato possit applicare Indulgentiam defuncto, & altari Sacrificium, & accipere duo stipendia? Et notatur Missam, si celebratur in altari privilegiato alio die à designato prodesse quidem ex parte sua, non vero Indulgentiæ Altaris privilegiati. Et advertitur etiam, quod si aliquis obligatus sit dicere Missas in tali Altari privilegiato ad eruendas animas ab igne purgatorio, etiam si insuperveniat iustum impedimentum, quo non possit eas dicere in eo Altari, non satisfacit, nisi similiter dicat in alio Altari privilegiato.* Ex part.9.tract.2. resol.24. p.2[illegible]

6. An Sacerdos possit accipere duplex stipendium pro una Missa, unum pro applicatione fructus, qui tradenti eleemosynam obvenire solet, alterum pro applicatione Indulgentiæ, v. g. Altaris privilegiati, cui concessa sit liberatio animæ a Purgatorio? Ex p.10. tract. 16. & Misc. 6. r.70. ibid.

7. An qui tenetur celebrare tantum, v. g. de requiem, si illam celebret in Altari privilegiato, possit Indulgentiam applicare alicui alii defuncto? Et infertur, quod quando quis facit opus pium, ut sibi ipsi lucretur Indulgentiam aliquam, potest nihilominus propriam satisfactionem, quam ex opere operantis inde habet, alteri, sive defuncto, sive viventi applicare per modum suffragii? Ex p.9. tr.2. r.25. ibid.

8. An magis prosit animæ existenti in Purgatorio Missa Altaris privilegiati, quam Indulgentia Bullæ Cruciatæ? Ex p.9. tr.2. r.26. p.24

9. An Indulgentia Altaris privilegiati possit Catechumenis existentibus in Purgatorio applicari? Et an Sacrificium Missæ possit applicari Cathecumenis? Et docetur, quod fideles curent celebrari pro se Missas ante mortem, quam post, & quod plus valent pro defuncto Missæ simul, & continuatè dictæ, id est, si die una dicatur quam si in pluribus. Ex p.9. tr.2. r.27. ibid.

10. De clausula apponi solita in Brevibus Altaris privilegiati. Volumus, quod si pro præsentatione, admissione, vel publicatione præsentium aliquid, vel minorum detur, vel sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint reipsa. An, non obstante dicta clausula, possit aliquis aliquid dare, vel accipere pro præsentatione, admissione, aut publicatione Brevis Altaris privilegiati? Idem est dicendum de aliis Bullis, & Indulgentiis. Idem enim est pro collatione Ordinum quorumcumque, aut examinatione; & de Ordinario, & Officialibus, quibus a Sede Apostolica cõmittuntur dispensationes matrimoniales, & aliæ. Et hoc etiam deserviet pro explicatione verborum, quæ Gregorius XIII. apposuit in Bulla de datis & Promissis? Ex p.9 tr.2.ref.28.p.26.

11. An quando in Altari privilegiato conceditur, ut per illarum omnium Defunctorum dicenda sit Missa de requiem, ut liberentur animæ Purgatorii, sit in Dominica dicenda Missa de requiem, & si non, an tunc Missa de Dominica idem privilegium habeat? Et an idem dicendum est, si in Feria assignata sit Indulgentia Altaris privilegiati, si in ea Festum duplex incidat? Et docetur Missas votivas, sicut Missas de requiem a Religiosis mendicantibus posse dici in quacunque die vetita Festo duplici, modo non sit Festi Domini Sabaoth? Ex p.9.tr.2.r.29. ibid.

† Non sunt aliquæ aliæ difficultates in hoc omni opere, quæ simul pertineant ad hunc tractatum primum de Altaribus privilegiatis huius tomi quarti.

TRACTATUS II.

De Oratoriis. p.27.

1. QVID sit Oratorium? Et an in privatis Oratoriis Missa celebranda non sint nisi de licentia Summi Pontificis? Et explanantur quædam conditiones, quæ communiter in dictis licentiis, & brevibus apponuntur? Ex p.9. tr.1. r.1. ibid.

2. An Episcopi ex sola eorum commoditate possint habere Oratorium privatum in suo Palatio, ut ibi celebrent, & Missam audiant? Ex p.9. tr.1. ref.36. p.28

3. An Episcopi non solum unum, sed duo Oratoria in suo Palatio possint habere; unum ad suum usum, alterum ad eum familiæ, & nepotum, &c. Et an Frater Episcopi cum uxore, & reliqua sua familia possint audire Missam de præcepto in aliquo ex Oratoriis in Episcopali Palatio erectis, quo tempore Episcopus illam celebrat, aut audit in alio Oratorio sui Episcopalis Palatii? Et cursim docetur, quando privilegium sit odiosum, & quando favorabile, vel quando strictè est restringendum, vel ampliandum? Ex p.9. tr.1. r.37. ibid.

4. An Episcopus in Palatio rurali possit Oratorium habere, & in illo cum Altari portatili Missam audire, vel dicere? Et notatur, quod Oratorium privatum absque Episcopi authoritate fundatum, non ut ibi celebretur, sed ut ibi oretur, non est sub potestate Episcopi quoad jus visitandi, & procurationem exigendi, &c. Ex p.9.tr.1. ref.38. p.29

5. An Episcopus extra Diœcesim, inconsulto Ordinario loci, possit habere in suo Palatio Oratorium, ut cum Altari portatili ibi celebret, vel Missam audiat? Et an hoc procedat in alienis Diœcesibus non autem in urbe Romana? Ex p.9.tr.1.ref.39. ibid.

6. An Episcopi extra suam Diœcesim possint cum Altari portatili celebrare per se, vel per alium in præsentia sua? Et notatur, quod in Oratorio Palatii Episcopi potest quis celebrare, præsente Episcopo, non autem absente. Et docetur Episcopos, non obstante Concilio Tridentino, & decreto Vrbani VIII. posse, etiamsi non sint infirmi, vel in itinere erigere Oratorium in suis Palatiis, & villa rurali; & ibi celebrare, vel audire Missam, non autem Romæ? Ex p.4. tr.4. & Misc. ref.15. p.30

7. An, mortuo Episcopo, possint adhuc eius familiares audire sacrum in Oratorio privato sui Palatii? Idem dicendum est de familiaribus Cardinalis in prædicto casu. Ex p.9.tr.1.ref.40. ibid.

8. An, absente Episcopo eius familiares possint audire Missam in Oratorio privato sui Palatii? Et docetur, quid dicendum sit de familiaribus Eminentissimorum Cardinalium in prædicto casu? Ex p.9. tr.1.r.41. p.31

9. An Episcopus titularis extra Vrbem Romæ possit in suo Palatio habere oratorium privatum, ut ibi celebret, vel Missam audiat? Et aliqui diversi casus inferuntur pro Episcopis titularibus? Ex p.9.t.1.r.47.ibid.

10. An Prælati habentes iura Episcopalia, & præsertim Archimandritæ, Mensanenses, Abbas S. Luciæ, Abbas Guastallæ, Archipresbyter Carpi, & similes possint in eorum domibus, seu Palatiis habere Oratorium, & in eo celebrare, vel audire Missam, & aliquando dispensare, ut celebretur extra Ecclesiam? Et infertur, quod supradictorum Palatia gaudent Ecclesiæ immunitate, & eorum familiares gaudent privilegio fori. Et deducitur privilegium immunitatis Palatii Episcopalis habere locum etiam in Palatiis Inquisitorum, & Prælatorum qui habent iura Episcopalia, & territorium distinctum, ut sunt supradicti Abbates, &c. Ex p.9.tr.1.r.48.p.32

11. An Regulares possint habere Oratoria in eorum Monasteriis? Et an eorum privilegia circa hoc sint à Concilio Tridentino revocata? Et an in prædictis Oratoriis, quæ solent esse in Monasteriis, Claustris, Infirmariis, &c. possint etiam Sacerdotes sæculares Missas celebrare? Et notatur supradicta Oratoria benedictione non egere; & per consequens Oratoria polluta non indigent reconciliatione. Et advertitur prædictam deputationem Oratorii necessariò faciendam esse à Provinciali, & si in aliqua Religione non adsit Provincialis, à Patre Generali, & videant Regulares si hoc observent? Ex p.9. t.1.r.32. ibid.

12. An Regulares etiam in grangiis possint constituere Oratoria? Et quid si Episcopus loci repugnet? Et an in dictis grangiis, & Oratoriis non solum possint celebrare Regulares, sed etiam sæculares, vel saltem unus, vel alter benefactor, aut amicus? Idem est de sæcularibus audientibus Missam in prædictis Oratoriis. Et an supradicta Oratoria non indigeant benedictione, & per consequens, etsi polluta fuerint, non indigent reconciliatione: & quando indigeant à suis Prælatis etiam lo-

calibus benedici possunt. Et advertitur, quod in prædictis Oratoriis ex privilegio Alex. VI. concesso Cisterciensibus possunt Regulares ibi Divina Officia celebrare, & familiaribus, & Vassallis Sacramenta Eucharistiæ, & Pœnitentiæ ministrare absque licentia Ordinarii. Et notatur quod Prælati Regulares possunt approbare, & designare Oratoria non solum in Monasteriis, & Grangiis, sed etiam in locis, in quibus recreationis causa proficiscuntur. Et docetur Ordinarium non habere jus visitandi Oratoria Regularium ruri constructa etiamsi campanam habeant pendentem è turri. Et tandem queritur, an supra dicta oratoria gaudeant immunitate Ecclesiæ? Ex p. 9. t. 1. r. 33. p. 33

13. An Regulares in Grangiis, seu Cellis particularibus possint celebrare cum Altari portatili, contradicente Episcopo? Et supponitur, quod non contradicente Episcopo, & prohibente, possunt adhuc Regulares, non obstante Concilio Trident. celebrare in Grangiis, & Cellis particularibus, & in quocumque decenti loco cum Altari portatili. Ex p. 6. t. 8. & Misc. 3. r. 39. p. 34

14. An Regulares possint celebrare ubique in Altari portatili, etiam in domibus sæcularium, & in plateis, Castris, & Grangiis, & circa ullum dubium possint hoc facere Fratres itinerantes? Ex p. 3. t. 2. r. 80. p. 35

15. An privilegia Mendicantium celebrandi extra Ecclesiam sint revocata per Concilium Tridentinum, sess. 22. Ex p. 4. t. 4. & Misc. r. 106. ibid.

16. An Regulares extra Oratoria Monasteriorum, & Grangiarum possint etiam celebrare in aliis locis cum Altari portatili? Et an hodie prædicta privilegia, & Altaria sint revocata per Concilium Tridentinum? Et quid, si ab Episcopo loci hoc prohibeatur? Et in exemplum supradictarum quæstionum adducuntur diversi casus, & etiam pro Monialibus, & quod in multis differunt, & concordant oratoria Regularium, & sæcularium. Et tandem quæritur, an quando virtute privilegii Gregorii XIII. Provinciales Societatis Iesu approbant Oratoria intra, & extra domos suas pro Religiosis subditis, debent hoc facere per se, vel per alios? Ex p. 9. t. 1. r. 34. ibid.

17. An Oratoria Palatii alicujus Civitatis, in quo Senatores alicujus civitatis negotia tractant, & justitiam administrant, censeantur sublata per Bullam Pauli V. Et an sub eadem prohibitione comprehendatur Capella carcerum publicorum? Et ad quatenus dictæ Capellæ sub Decreto sacri Concilii, nec non Decreto Pauli V. & literarum prohibitione comprehendantur, & Bulla Cruciatæ non suffragatur, liceat Episcopo contra Sacerdotes tam sæculares, quam Regulares in eisdem Capellis celebrare volentes, post edictum Archiepiscopi publicatum, seu intimatum procedere, & quibus pœnis punire? Ex p. 9. tr. 1. r. 35. p. 36

18. An quando licitum est causa magnæ necessitatis celebrare extra Ecclesiam, sit adeundus Episcopus pro licentia? Et an possit Episcopus in casu necessitatis prædictam licentiam concedere Sacerdotibus extra propriam Diœcesim? Et notatur, quod in quodam Palatio rurali aderat Capella cum Altari portatili, in qua tamen non aderat licentia dicendi Missam, & repente quis incidit in articulo mortis; quæsierunt à me, an tunc posset Sacerdos Missam celebrare in illo Altari portatili ad dandum Viaticum moribundo? Ex p. 9. t. 1. r. 46. p. 37

19. An, non obstante Concilio Tridentino, possint Episcopi concedere licentiam, ut quis Oratorium privatum habeat? Et quid hodie dicendum est? Ex p. 9. tr. 1. r. 42. pag. 38

20. An saltem Episcopi, non obstante Concilio Trident. ac Brevibus Pauli V. & Vrbani VIII. possint hodie in aliquo casu particulari ex justa causa dispensare, ut celebretur extra Ecclesiam cum Altari portatili? Ex p. 9. t. 1. r. 43. p. 39

21. Enumerantur aliqui casus, in quibus Episcopus possit dare licentiam, ut celebretur extra Ecclesiam? Ex p. 9. t. 1. res. 44. ibid.

22. Alii etiam casus adducuntur, & simili modo discutiuntur. Ex p. 9. tr. 1. r. 45. p. 41

23. An, si Oratorium privatæ domus habeat ingressum publicum, possit Episcopus dare licentiam, ut ibi celebretur absque Sedis Apost. facultate? Et an in hoc Oratorio possit celebrari januis clausis, itant accedant Domini, & quos ipse voluerit tantum? Ex p. 9. t. 1. r. 21. p. 42

24. An, si Ordinarius injustè deneget approbare Oratorium, possit adhuc privilegiatus eo uti? Ex p. 9. tr. 1. res. 10. ibid.

25. Oratorium, quando dicendum est decenter ornatum, ut possit Episcopus dare licentiam, ut vult Pontifex, ibi celebrandi? Ex part. 9. tract. 1. resol. 11. ibid.

26. An si Oratorium sit ab Episcopo approbatum, & privilegiatus mutat domum, denuo in illa domo ab Episcopo sit approbandum? Et notatur supradicta Oratoria non indigere benedictione aliqua? Ex p. 9. tr. 1. r. 12. p. 43

27. In quibus diebus non sit licitum celebrare in Oratoriis privatis? Et difficultas est, an sub nomine Natalis Domini, Paschatis, & Pentecostes intelligendi sint tantum primi dies? Et an si in dictis Festis vetitis quis celebret, audiens illam Missam satisfaciat præcepto? Ex p. 9. tract. 1. resol. 13. ibid.

28. An in dictis diebus, quibus ex indulto Papæ non potest celebrari in privato Oratorio, si habeat Bullam Cruciatæ, possit quis ex hoc alio privilegio celebrare, sacrum audire, & præcepto Ecclesiæ satisfacere? Et quid est dicendum, si Episcopus prohibeat sub pœna etiam excommunicationis, ne aliquis celebret, vel audiat Missam in Oratorio privato aliqua die ex solemnioribus, an non obstante tali prohibitione, privilegiatus possit per Bullas Missam facere celebrare, aut audire in eodem Oratorio, seclusa contemptu, & scandalo? Ex p. 9. t. 1. r. 14. p. 44

29. Quomodo sunt intelligenda verba, quæ apponuntur a Pontifice in indultis concedi solitis de Oratoriis privatis sine tamen iurium Parochialium præiudicio? Et notatur in Oratoriis privatis Regularium licere administrare Sacramenta omnibus personis subiectis Superiori Regulari, cuiusmodi sunt Novitii, Tertiarii, & alii actu servientes, & commensales intra loca manentes. Ex part. 9 tract. 1. resol. 15. ibid.

30. An si sint in domo ampla duæ familiæ, quarum utraque domus obtinuisset privilegium Oratorii, quæ posterius impetravit, dicendum sit, quod nulliter impetrasset? Et an si Cardinalis maneret in domo Patris, vel fratris in habitatione separata, vulgò Apartado, seu Quarto, in quo Oratorium erexisset, an inquam, si Pater, aut frater obtinuerit licentiam à S. D. N. erigendi in domo sua Oratorium, talis licentia esset invalida, stante clausula apponi solita? Ex p. 1 1. t. 5. & Misc. 5. r. 35. p. 45

31. An qui habet indultum Oratorii privati in domo, possit illud erigere in villa, ut quando est ibi, audiat Missam? Et quid sentiendum est de Episcopis in ruri? Ex p. 9. tr. 1. res. 22. p. 46

32. An privilegiatus erigendi Oratorium in propria domo, possit vigore huius privilegii erigere alterum ruri, intra territorium eiusdem Civitatis? Ex p. 11. t. 5. & Misc. 5. res. 34. p. 47

33. An si quis habuit, v.g. licentiã celebrandi in Oratorio privato domus suæ in civitate Panormi, possit uti hoc privilegio, si transferat domicilium Messanæ? Et an sub nomine familiæ in præfatis indultis, & licentiis possint veniat maritus, uxor, filii, & filiæ, atque etiam nurus habitans in eadem domo, & commensales, sicut omnes servi, & servæ commensales, qui in ministerio eiusdem familiæ sunt? Ex p. 4. tr. 4. & Miscel. res. 208. p. 48

34. An Oratoria privata ubique suffragetur privilegiatis? Et cursim probatur, quod sicut cessante omnino causa privilegii, ipsum cessat, sic perseverante causa eius successive, ipsum

ipsa perseverat, licet alia circumstantiæ mutentur. Ex p.9. tr.1. res.7. ibid.

35. *An qui habet licentiam, ut possit audire Missam in Oratorio domus suæ, si est infirmus, aut carceratus, teneatur illam in diebus festivis audire? Et notatur habentem Bullam Cruciatæ non teneri Missam audire tempore interdicti.* Ex p.4. tr.4. & Misc. r.80. p.49

36. *An privilegiatus audire Missam in Oratorio privato domus suæ teneatur in diebus festivis, si, v.g. non possit adire Ecclesiam, & sit carceratus, vel ægrotus? Et in exemplum adducuntur alii diversi casus; & tandem infertur, quod nemo tenetur sumere Bullam Cruciatæ, ut tempore interdicti audire Missam possit; & habens prædictam Bullam non tenetur tempore interdicti audire Missam.* Ex p.9. tr.1. res.19. ibid.

37. *An in aliquo casu facultas audiendi Missam in Oratorio privato transeat ad hæredes privilegiati? Et an quando filia matris habentis Indultum faciendi celebrare in Oratorio privato concedatur, ut etiam absente matre, ea possit cum sua familia ibi audire Missam, si mater sit mortua, non possit filia amplius dicto Indulto gaudere?* Ex p.9. tr.1. res.17. p.50

38. *An tempore interdicti possit Missa celebrari in quocunque Oratorio ab Episcopo approbato?* Ex p.5. tr.10. res.60. ibid.

39. *An in privatis Oratoriis, si non adsit præsens Dominus liceat Missam celebrare coram familiaribus? Et an hoc possit fieri tempore interdicti vigore privilegii Bullæ Cruciatæ, in qua adest eadem clausula, ac in dicta licentia?* Ex p.4. t.4. & Misc. r.13. p.51

40. *An familia possit Missam audire in privato Oratorio, non præsente Domino? Et infertur idem dicendum esse, si prædicta familia in supradicto Oratorio vult audire Missam virtute Cruciatæ, & maximè tempore interdicti.* Ex p.9. tr.1. res.2. ibid.

41. *An aliqui, ut infra, commorantes in domo sæcularis habentis indultum privati Oratorii, si vivant suis expensis, gaudeant privilegio audiendi Missam in dicto Oratorio? Et explanatur alia clausula, quæ apponitur in aliquibus privatis indultis, nec non hospitum tuorum præsentia, & quomodo est intelligenda?* Ex p.9. t.1.16. p.52

42. *An si quis extraneus audiat Missam in die festivo in privato Oratorio alicujus Magnatis, satisfaciat præcepto? Et quid de audientibus Missam in dicto Oratorio de licentia Parochi? Et docetur peccare habentem Indultum Oratorii privati, si sit in causa, ut in eadem fusa persona prohibita ibi audiant Missam. Etiamque deducitur in casu, quo quis nequeat audire Missam in Oratorio privato aliquo, non teneri illam ibi audire. Et è contra, si quis extraneus audiat Missam in Oratorio privato bona fide, si postea cognoscat id esse sub prohibitum, teneri audire aliam Missam, ut adimpleat præceptum? Sed quid est dicendum de audientibus Missam in Oratoriis Episcoporum, & Regularium, & in Oratoriis ex privilegio Bullæ Cruciatæ?* Ex p.9. tr.1. res.3. p.53

43. *Quam licentiam habere debeant Regulares, ut possint celebrare in Oratoriis privatis? Idem quæritur de Sacerdotibus sæcularibus.* Ex p.9. t.1. res.16. p.54

44. *An in Oratoriis privatarum ædium possint Regulares ministrare Eucharistiam, non obstante prohibitione Episcopi? Et an Sacerdotes sæculares in supradictis Oratoriis possint sacram Eucharistiam ministrare, si ad id faciendum eligantur virtute Bullæ Cruciatæ?* Ex p.4. t.4. & Misc. r.14. ibid.

45. *An Regularis celebrans in Oratorio privato possit aliis Eucharistiam ministrare? Et quid, contradicentibus Episcopis? Et docetur Episcopos non posse prohibere Regularibus, ne ministrent Eucharistiam in privatis Oratoriis.* Ex p.9. t.1. r.8. p.55

46. *An Sacerdos sæcularis possit virtute Cruciatæ in Oratoriis privatis ministrare Eucharistiam? Quod idem infertur de Sacerdote Regulari?* Ex p.9. t.1. res.9. p.56

47. *Quid concedat privilegium Cruciatæ, quando Commissarius dispensat circa horam celebrandi in privato Oratorio?* Ex p.9. tr.1. res.30. p.57

48. *An vigore privilegii Bullæ Cruciatæ possit quis habere Oratorium privatum in sua domo, & in illo Missam audire, vel celebrare extra tempus interdicti?* Ex p.9. tr.1. res.23. ibid.

49. *An saltem Commissarius Cruciatæ possit dare licentiam audiendi Missam, vel celebrandi in Oratorio privato?* Ex p.9. tr.1. r.24. p.58

50. *An designatio Oratorii privati virtute Bullæ Cruciatæ tempore interdicti possit fieri à quocumque Ordinario? Et an hoc non procedat in designatione Oratorii privati, quod viris Nobilibus à Pontifice conceditur, sed talis designatio fieri debet ab Ordinario loci?* Ex p.9. tract.1. r.26. p.59

51. *Qui intelligantur sub nomine domesticorum, ut possint in Oratorio privato audire Missam tempore interdicti vigore Bullæ Cruciatæ? Et an si quis stet extra domum Domini, si ejus expensis alitur, possit gaudere dicto privilegio Bullæ Cruciatæ? Et an Dominus possit, audito sacro, alteri interesse in gratiam famulorum, qui aberant? Et notatur, quod Sacerdos privilegiatus tempore interdicti, virtute Cruciatæ potest eligere laicum, ut inserviat Sacro, si non inveniat Ministrum habentem privilegium assistendi divinis tempore interdicti; non autem hoc facere poterit, si Ministrum privilegiatum reperiat?* Ex p.9. tr.1. r.27. ibid.

52. *An tempore interdicti, ut quis possit celebrare domi in Oratorio privato virtute Cruciatæ, sit omnino necessaria licentia Episcopi? Et in dicto casu, quomodo intelligendum est privilegium cum consanguineis, familiaribus, &c. ad audiendam Missam in supradicto Oratorio? Et an sit necessarium, ut semper sit præsens Dominus, vel possit celebrari Missa in dicto Oratorio pro consanguineis, familiaribus, &c. non præsente Domino?* Ex p.5. tr.10. r.77. aliàs 76. p.60

53. *Quinam intelligantur consanguinei, ut possit in Oratorio privato cum privilegiato virtute Cruciatæ audire Missam? Et quinam intelligantur familiares, & domestici?* Ex p.9. tr.1. r.28. p.61

54. *An saltem virtute Cruciatæ possint celebrari plures Missæ in privatis Oratoriis? Et an laicus, vel Clericus, qui Bullam habet, possit vi illius invitare Sacerdotem ad celebrandum in Oratorio privato qualibet die, etiam ex solemnioribus, quamvis Sacerdos ipse Bullæ careat; vel ipsemet Sacerdos possit Ministrum privilegiatum excitare ad utendum suo privilegio, per quod facultatem habet, ut Sacerdos in præsentia ipsius Ministri celebret?* Ex p.9. tr.1. res.5. ibid.

55. *An in privatis Oratoriis cum licentia Summi Pontificis approbatis ab Ordinario, licitum sit virtute Bullæ Cruciatæ non solum in diebus concessis, sed etiã in festivitatibus prohibitis celebrare, & ibi Missam audire? Et quid tepore interdicti?* Ex p.4. tr.4. & Misc. r.76. p.62

56. *An saltem qui habet Bullam Cruciatæ in Sicilia, Hispania, &c. satisfaciat præcepto audiendi Missam in dictis Oratoriis?* Ex p.9. tr.1. r.4. ibid.

57. *An in die Paschatis virtute Cruciatæ possit quis in Oratorio privato alicujus domus sumere ex devotione Eucharistiam, vel sine Bulla in Ecclesiis Regularium? Et an virtute Cruciatæ possit aliquis sumere Eucharistiam ab alio sacerdote sine licentia proprii Parochi?* Ex p.4. tr.4. & Misc. res.81. p.63

58. *An in Oratorio privato virtute Cruciatæ possit quis sumere Eucharistiã in die Paschatis, si illam prorsus sumpserit in Parochia ad satisfaciendũ præcepto? Et infertur virum nobilem, qui habet indultũ à Pontifice de Oratorio privato, posse virtute Cruciatæ audire Missam in illo*

die Paschatis, non obstante prohibitione dicti indulti, & sumere Eucharistiam à sacerdote sæculari, vel Regulari in prædicta die, dummodo illa communio non sit communio Paschatis, id est, ut præceptum annualis communionis adimpleat. Imò, si habens Oratorium ob justam causam non potest Ecclesiam adire, ut in Paschate, ad implendum præceptum Eucharistiam recipiat, petita à Parocho licentia, & injustè negata, ut in eo adimpleat, si habet Bullam Cruciatæ, potest adimplere in supradicto Oratorio? Ex p.9.tr.1.r.25. ibid.

59. An utentes Oratorio virtute Cruciatæ teneantur fundere aliquas preces, & Orationes, & an mentales, vel vocales? Et de quantitate Orationis etiam agitur. Idem dicendum est quoad Orationem mentalem, vel vocalem, & quoad quantitatem virtute Iubilæi. Et an visitantes in domo sua Oratorium privatum lucrentur Indulgentiam Bullæ Cruciatæ concessam visitantibus unam Ecclesiam? Ex p.9. t.1.r.29. p.64

60. An si quis visitat Oratorium domus suæ pro Missa celebranda approbatum, lucretur Indulgentiam Bullæ Cruciatæ, cum onere visitandi Ecclesias, vel Altaria? Et visitando Oratorium quinquies, an teneatur, intrare, vel exire quinquies Oratorium, vel sufficiat, ut quinquies corde visitet, non autem motu corporali? Et explanatur, quid sub nomine Ecclesiæ intelligatur? Ex p.5. tr.12.r.43. p.65

61. An quis in Oratorio privato possit consequi Indulgentias concessas per Bullam Cruciatæ? Et an quando pro lucranda Indulgentia Bullæ Cruciatæ quis tenetur visitare quinque Altaria, & visitat Altare sui Oratoris tantum, non teneatur dimoveri loco, nec quinquies Oratorium exire, & intrare, sed fixus possit illud quinquies visitare, dummodo qualibet visitatione finita, saltem corpus, & caput inclinet in signum distinctæ visitationis? Ex p.9. tr.1. res.31. ibid.

62. An dicta Oratoria privata gaudeant privilegio Immunitatis Ecclesiæ? Et quid de Oratoriis privatis Religiosorum ratione claustri, & grangiarum? Ex p.9. tr.1.r.18. ibid.

63. An si quis, v.g. fornicetur in Oratorio privato, committeret sacrilegium? Vnde, an talis circunstantia, sit necessario in confessione aperienda? Ex p.9. tract.1. r.20. ibid.

† An superiores Regularium possint concedere licentiam laicis, ut in suis Oratoriis prædicent? Et an possit Episcopus contradicere laico, ne sic prædicet in Oratoriis Religiosis, si prius ab eo non petat licentiam, & benedictionem? Ex p.7. tr.8. ex r.68. Quæ nunc invenietur in tom.7. tr.1. de Regularibus res.64

† Quibus privilegiis gaudeant Cardinales quoad celebrandum Missam in eorum Capellis? Ex p.6. tr.8. ex res.40. Quæ hic reperietur in tom.9. tr.7. de Cardinalibus res.49

† An si Episcopi consecrarent Episcopum in aliquo Oratorio privato Cardinalium, Episcoporum, & Regularium, peccarent mortaliter? Et quid de ministrantibus Sacramentum Confirmationis in supradictis Oratoriis? Et asseritur Sacerdotes celebrantes extra Ecclesiam, secluso scandalo & contemptu, non peccare mortaliter. Et docetur supradicta Oratoria non esse pollutionis Ecclesiasticæ capacia. Ex p.12. tr.1. ex res.81. Quæ hic est infrà in hoc ipsomet tom.4. tr.8. de consecratione Episcopi resol. etiam 81

† Nullæ aliæ difficultates in omni hoc opere invenientur quæ simul pertineant ad hunc tr.2. de privatis Oratoriis huius quarti tomi.

TRACTATUS III.

De Bulla Cruciatæ, atque de ejus Privilegiis, Absolutionibus, Dispensationibus, & votorum commutationibus. p.66.

1. Res. AN sumentes Bullam Cruciatæ lucrentur Indulgentias, si Rex non expendat eleemosynam contra Turcas? Et an in hoc casu teneatur Rex ad restitutionem? Et an Pontifex possit Bullam Cruciatæ revocare, & non concedere? Et quid elapso anno sexennii? Et obiter quæritur, an simplex Sacerdos, qui Missam celebrat pro stipendio, & sui laboris pretio, possit suam operam Petro addicere? Ex p.11. tr.2. & Misc.2. r.49. ibid.

2. Vtrum, quando quis suscipit Bullam debeat esse in gratia, videlicet in ordine, ut quis eligat Confessarium, utatur lacticiniis, &c. Et difficultas verò est, in ordine ad consequendas Indulgentias. Et infertur, quod si quis in aliquo Iubilæo Feria 4. 6. & Sabbatho ieiunasset in peccato mortali, & die Dominica per sacramentalem confessionem reponeretur in gratia, is Indulgentiam consequeretur? Ex p.1. tr.11. res.6. p.67

3. An in magna Civitate, ut hic Panormi, quis non teneatur primo publicationis die accipere Bullam, si eius privilegiis uti velit, sed sufficiat, quod postea in illa hebdomada sumat? Ex p.1.tr.11.r.92. ibid.

4. Quidam Princeps sumere voluit secunda vice Bullam Cruciatæ; quæsitus fui, an teneatur solvere tarenos decem? Et quid est dicendum de viduis Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & Principissis, atque de aliis, qua mortuis maritis nullo modo manent Domina, nec usufructuariæ bonorum habentium Vassallos; an prædicte teneantur pro sumenda Bulla contribuere decem tarenos? Et quid, si remansissent usufructuaria? Et an filii ipsarum, dum propriis bonis non utuntur, teneantur hanc maiorem eleemosynam contribuere? Et an Domina vassallorum, quæ ratione suæ dotis est Domina, si uxor sit alterius, teneatur contribuere octo argenteos, &c. Et an illi, qui titulos sumunt super cognomina, vel loca, & vassallos non habent, teneantur contribuere dictam summam, si Bullam sumere volunt? Ex p.5.tr.13. & Misc.1.r.53. ibid.

5. An Prælati Regulares peccent mortaliter prohibendo, ne subditi sumant Bullam Cruciatæ? Et si Religiosus, petita, & non obtenta licentia Superioris, sumat Bullam, non peccet, & fruatur Indulgentiis Bullæ? Et Superior Regularis concedendo, ut subditus sumat Bullam, an possit talem licentiam limitare quoad talem usum, vel quoad talem facultatem, verbi gratia, eligendi Confessarium, &c. Ex p.1.tr.11.res.99. p.68

6. An si quis sciat Patrem, vel amicum quolibet anno Bullam Cruciatæ illi sumere, possit uti dicta Bulla privilegiis antequam Pater, vel amicus certiorem illum faciat de Bulla jam sumpta eius nomine? Ex p.1. tr.11.res.90. ibid.

7. An possit quis frui privilegiis Bullæ Cruciatæ, si sciat amicum pro illo singulis annis illam accipere, antequam certior fiat de Bulla suo nomine accepta? Et an sacularis Sacerdotes, & etiam Regulares possint comedere Ova, & lacticinia in Dominicis Quadragesimæ sumentes Bullam Cruciatæ? Et quid absque dicta Bulla? Et docetur posse Cardinales, Archiepiscopos, &c. existentes in Regnis Hispaniæ sumendo Bullam Ordinariam Cruciatæ comedere ova, & lacticinia in diebus Dominicis Quadragesimæ, & sumendo aliam extraordinariam Bullam lacticiniorum possint cum illa con-

...ere singulis diebus Quadragesimæ, demptis aliquibus ...rum in dicta Bulla habetur, Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. ...s. 14. p. 69

...An Bulla Cruciatæ, si sumatur, & postea culpabiliter ...mittatur, comburatur, vel rumpatur, adhuc valeat? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. res. 46. p. 70

...An si Petrus sumat Bullam Cruciatæ pro Ioanne qui ...am aliam acceperat, possit Petrus illam alteri applicare? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. res. 47. p. 71

...An si quis sumat pro amico Bullam Cruciatæ, & scribat in ea eius nomen, possit hic illam non acceptare, sed nomen suum tollere, & illam alicui applicare? Et an si Petrus sumit Bullam pro Ioanne, qui iam alteram acceperat, possit Petrus illam alteri applicare? Et an oporteat, ut nomen proprium sit eidem Bullæ inscriptum? Et an si inculpatè Bulla fuerit amissa, aut combusta, sit necessarium, ut alia sumatur? Ex p. 1. tr. 11. res. 91. ibid.

...An si aliquis sumat pro amico Bullam Cruciatæ, & scribat in ea eius nomen, possit talis eam non acceptare, sed nomen suum tollere, & illam alteri applicare? Ex ...tr. addit. res. 24. p. 72

...An valeat Bulla sumpta ex pecuniis ablatis, furatis: & quid, si meretrices illam sumant? Ex p. 1. tr. 11. res. 101. ibid.

...An si elapso anno Bulla non promulgetur, sed paulo post promulganda erit, possit quis intra illud tempus frui privilegio primæ Bullæ? Ex p. 1. tr. 11. res. 91. ibid.

...An si ante elapsum annum promulgetur secunda Bulla, possit quis uti privilegio primæ Bullæ, donec transeat annus, non obstante publicatione alterius Bullæ? Ex p. 1. tr. 11. res. 93. ibid.

...An si quis sub fine anni, quo expirat Cruciata, incipiat confteri, & quia non potest ob iustas causas confessionem finire, & absolutionem obtinere, possit Confessarius, transacto anno, virtute præcedentis Bullæ illum absolvere? Ex quo infertur, quod si aliquis haberet licentiam audiendi confessiones ad tempus, possit transacto prosequi confessionem ante cœptam. Ex p. 1. tr. 11. res. 94. ibid.

...An privilegia Bullæ Cruciatæ sint favorabilia & amplianda? Idem est dicendum de Iubilæo? Ex p. 1. tract. 11. res. 98. p. 73

...An per Bullam Cruciatæ Confessor approbatus ab ordinario in una diœcesi, possit in alia in confessorem sine nova ordinarii loci approbatione eligi, sive ille ordinarius sit Episcopus originis, sive beneficii, sive domicilii, & sive sit Episcopus pœnitentis, sive Confessarii? Idem dicendum est tempore Iubilæi. Et an sub nomine Ordinarii non intelligantur, nec includantur Abbates, vel Prælatus Religionis, seu Episcopus titularis? Ex p. 1. tr. 11. res. 7. ibid.

...An per Bullam Cruciatæ possit quis eligere in Confessarium habentem beneficium Curatum? Et an hoc etiam procedat quoad illos tantum, qui actu beneficium Parochiale retinent, non autem si habuerunt, sed renunciarunt? Et an sub nomine beneficii Parochialis includantur superiora beneficia, ut Abbates, Archipresbyteri, & huiusmodi habentes Curam animarum, & iurisdictionem in hoc foro? Ex p. 1. tr. 11. res. 8. ibid.

...An Episcopus, qui renunciavit Episcopatum, possit eligi in Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilæi? Idem quæritur de Parocho, qui beneficium reliquit per resignationem, commutationem, aut per Religionis ingressum. Et quid, si Curatum auferatur per sententiam iuridicam ob defectum scientiæ, aut ob delictum? Et an Sacerdos privatus absolute à Sancto Officio Inquisitionis audiendi confessiones possit eligi etiam virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilæi? Et an per Bullam Cruciatæ sit eligibilis in Confessarium, cui Episcopus licentiam concedendi absolutionem? Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. res. 8. p. 74

...An Prælati Regulares sint eligibiles in Confessarios virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi? Et cursim docetur ex Decreto Clem. VIII. §. 2. de reservat. cas. pro Regularibus, quod Prælati Regulares prohibentur audire confessiones suorum subditorum, nisi sponte accedant. Et à fortiori infertur extra tempus Iubilæi, vel sine Bullæ Cruciatæ Prælatos Regulares non posse audire confessiones secularium absque Episcopi approbatione. Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. res. 52. p. 75

21. *An approbatus ab Episcopo cum limitatione ex defectu ætatis, ut hic Panormi efficitur, ad confessionem virorum, & non mulierum, sit eligibilis per Bullam Cruciatæ non solum à viris, sed à fœminis? Et quid, si aliquis fuisset approbatus cum limitatione, ut non audiat confessiones personarum habentium difficilia negotia?* Ex p. 1. tr. 11. res. 9. p. 76

22. *An Confessarius approbatus pro viris sit eligibilis à fœminis virtute Bullæ Cruciatæ, & Iubilæi? Et an Regularis olim approbatus, & postea reprobatus sine causa ab Ordinario, sit eligibilis virtute Cruciatæ? Et an Religiosus à Prælato suo non præsentatus possit ab Ordinario approbari, & de eius licentia confessiones secularium audire, & virtute Bullæ eligi?* Ex p. 3. tr. addit. res. 7. ibid.

23. *An Confessarium olim approbatum, sed postea ab Ordinario sine causa reprobatum, possit virtute Bullæ aliquis illum eligere ad eius confessionem audiendam? Et quid in prædicto casu de Regularibus semel tantùm approbatis, & sine causa reprobatis?* Ex p. 1. tr. 11. res. 12. p. 77.

24. *An Sacerdos approbatus ab Ordinario pro uno oppido sit eligibilis per Bullam Cruciatæ? Et quid, si talis Sacerdos est approbatus in illo tantum oppido ex defectu scientiæ?* Ex p. 1. tr. 11. res. 10. ibid.

25. *Vtrum Confessarius, qui pro determinato tempore fuit approbatus, & expositus, sit transacto illo tempore per Bullam Cruciatæ eligibilis?* Ex p. 1. tr. 11. res. 11. ibidem.

26. *An Confessarius Regularis ab Episcopo approbatus, sed prohibitus à Prælato Regulari, sit, hoc non obstante, per Bullam ad confessiones audiendas eligibilis, quod dependet ex illa quæstione, an Religiosus, qui obtinuit ab Episcopo licentiam audiendi confessiones, possit sine licentia sui Prelati Confessiones audire? Et in dicto casu Regularis Confessarius, qui sine licentia sui Prælati confessiones accipit, an peccet mortaliter? Et an supradictus Confessarius possit absolvere pœnitentes ab illis casibus, à quibus absolvere possunt Regulares ex vi privilegiorum Religionis?* Ex p. 1. tr. 11. res. 13. p. 78

27. *An Regulares possint virtute Bullæ Cruciatæ eligere Confessarium extra Religionem? Et an Novitii virtute Cruciatæ possint eligere Confessarium extra Religionem? Et quid est dicendum de Confessione, & decreto Gregorii XIII. anno Domini 1575. die 3. Maii, ne personæ Societatis Iesu absque expressa Superioris licentia uti possint facultate Iubilæi, aut Bullæ Cruciatæ in Confessionalibus, &c.?* Ex p. 3. tr. 2. res. 94. ibid.

28. *An Regulares sine licentia suorum Prælatorum virtute Bullæ Cruciatæ possint eligere Confessarium, ut illos à peccatis, & censuris reservatis absolvat? Et an saltem per Bullam Cruciatæ Regulares possint absolvi à peccatis mortalibus non reservatis, & hoc toties, quotis? Et an Regulares possint etiam absolvi à peccatis reservatis per Confessarios deputatos, & approbatos ab eorum Prælatis ad eorum confessiones audiendas? Et an licitum sit Religioso sine licentia Prælati procurare pecuniam pro Bulla sumenda, dummodo non transeat in eius potestatem, sed ut amicus qui dat pecuniam, sumat illam suo nomine?* Ex p. 1. tr. 11. res. 14. ibid.

29. *An Regulares virtute Bullæ Cruciatæ possint absolvi extra Religionem à peccatis reservatis etiam à reservatis suis Superioribus, & Papæ?* Ex p. 3. t. addit. res. 9. p. 79.

30. *An Regulares virtute Cruciatæ, non obstante Bulla Vrbani VIII. possint hodie sine licentia Superioris à casibus reservatis absolvi? Et an Regularis eiusdem Religionis approbatus possit ex virtute dictæ Bullæ à supradictis absolvere?* Ex p. 11. tract. 6. & Misc. 6. res. 37. p. 81.

31. *An Regulares possint post Bullam Vrbani VIII. absolvi cum Bulla Cruciatæ à reservatis cum Confessario Domus?* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. res. 43. p. 82

32. *An saltem Regulares possint virtute Bullæ Cruciatæ absolvi à peccatis mortalibus non reservatis?* Ex p. 11. tr. 6. & Misc. 6. res. 38. p. 83

33. *An novitii Regularium possint sumere Bullam, & virtute ipsius à casibus reservatis absolvi? Et an supra dicti novitii etiam sine Bulla Cruciatæ possint absolvi à quocumque Sacerdote approbato à casibus reservatis in Religione? Et an Novitii sumendo Bullam possint edere lacticinia sicut cæteri sæculares?* Ex p. 1. tr. 11. res. 15. p. 84

34. *An qui peccat ob spem absolutionis Bullæ, gaudeat eius privilegio? Idem quæritur de Iubilæo.* Ex p. 1. tr. 11. res. 16. ibid.

35. *An per Iubilæum anni Sancti Bulla Cruciatæ suspendatur?* Ex p. 1. tr. 11. res. 97. ibid.

36. *An per Clausulam Bullæ Cœnæ suspendatur Bulla Cruciatæ?* Ex p. 1. tr. 11. res. 96. p. 85

37. *An Bulla Cœnæ abroget facultatem Bullæ Cruciatæ quoad absolvendum à reservatis in eadem Bulla Cœnæ?* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. res. 18. ibid.

38. *An Confessarius possit absolvere pœnitentem ex vi Bullæ Cruciatæ pluries à casibus Summo Pontifici reservatis? Et doctrina huius Resolutionis est valde notanda, quia si supradicti casus sunt occulti, per Cruciatam potest Confessarius eos absolvere toties, quoties.* Ex p. 1. tr. 11. res. 28. ibid.

39. *An quis possit absolvi ratione Bullæ Cruciatæ toties, quoties à casibus Summo Pontifici reservatis, si occulti sunt?* Ex p. 3. tr. addit. res. 17. ibid.

40. *An quis possit absolvi toties, quoties virtute Bullæ Cruciatæ à casibus Papæ reservatis, si sint occulti?* Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. res. 45. p. 86

41. *Quoniam Confessarii virtute Bullæ Cruciatæ possint absolvere à casibus Bullæ Cœnæ, hæresi excepta, semel in vita, & semel in morte; quærendum est breviter de aliquibus casibus inclusis in dicta Bulla; ideo quæritur, quid dicendum est de aliquibus casibus positis in primo Canone Bullæ Cœnæ, an includantur sub nomine hæresis, ita ut per Bullam Cruciatæ minime possint absolvi?* Ex p. 1. tr. 11. res. 29. p. 87.

42. *Quænam parvitas materiæ excuset ab excommunicatione legendi libros hæreticos, & an eos legentes sint absolvendi per Bullam Cruciatæ? Et an dicta parvitas materiæ non solum detur in legentibus, sed etiam in retinentibus libros Hæreticorum? Et quid est sentiendum de libris magicis, & chiromanticis, an comprehendantur sub nomine hæreticorum, & in dicta excommunicatione?* Ex p. 1. tr. 11. res. 30. ibid.

43. *An qui legit librum Hæretici, qui non tractat de Religione ex professo, neque continet multas hæreses, sed unam tantum, incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, ita ut per Cruciatam sit absolvendus?* Ex p. 1. tr. 11. res. 31. p. 88

44. *An qui non per seipsum, sed per alios legit aliquem librum Hæretici hæresim continentem, seu ex professo de Religione tractantem, incurrat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, ita ut per Cruciatam sit absolvendus? Et quid est dicendum, quando qui audit legere, induxit legentem, ut legeret? Et an famulus ex mandato Heri legens incurrat in censuram, nisi ignorantia excusetur? Et si famulus, vel alius fuerit compulsus ad legendum librum hæreticum in contemptum Fidei, & hoc non obstante faciat, an peccet mortaliter, & incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ?* Ex p. 1. tr. 11. res. 33. ibid.

45. *Virum, qui legerit epistolam, seu literam missivam alicuius Hæretici, in qua aliquam hæresim docet, in hanc excommunicationem incurrat, unde virtute Cruciatæ absolvendus sit? Et quid de retinente, aut imprimente epistolam, concionem, aut aliam papyrum Hæretici solutam, non in tractatus formam redactam?* Ex p. 1. tr. 11. res. 34. ibid.

46. *An qui legit aliquem librum Authoris Catholici, sed cum scholiis, & commentariis Hæreticorum tam copiosis, ut liber potius ex iis, quam ex textu constare censeatur, incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & per Cruciatam sit absolvendus?* Ex p. 1. tract. 11. res. 32. p. 89

47. *Virum idiota legens librum hæreticum Latina lingua compositum, quam ipse nullo modo intelligit, incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, ita ut per Cruciatam sit absolvendus?* Ex p. 1. tr. 11. res. 36. ibid.

48. *An qui legit librum hæreticorum in Gallia, Anglia, & aliis Provinciis ubi Bullæ Cœnæ non est recepta, incidat, hoc non obstante, in excommunicationem, & egeat Bulla Cruciatæ propter absolutionem?* Ex p. 1. tr. 11. res. 35. ibid.

49. *An quis per Bullam Cruciatæ possit absolvi à reservatis & censuris non solum antea, sed etiam post ipsius susceptionem incursis? Idem quæritur de Commutatione, vel dispensatione votorum. Et an quis virtute Bullæ possit ex libito ab uno Confessario absolutionem à reservatis obtinere, & ab alio postea votorum commutationem? Et hæc omnia procedunt etiam tempore Iubilæi.* Ex p. 1. tr. 11. res. 17. ibid.

50. *Quis per Bullam, seu virtute Iubilæi elegit Confessarium, & facit cum illo confessionem invalidam, & irritam, vel ex defectu doloris, seu examinis, vel ex alio capite obtinendo absolutionem à reservatis; quæritur, an dicta peccata non sint amplius reservata, ita ut postea possit à quocumque Confessario ab illis absolvi? Et docetur, quod si aliquis Prælatus tribuit facultatem in aliqua Festivitate absolvendi à reservatis, si aliquis Religiosus tunc efficeret confessionem irritam, & reservata confiteatur postea à quocumque Confessario posse absolutionem obtinere. Etiamque infertur, quod qui virtute Bullæ Cruciatæ confitetur casus Episcopales fictè, & sine contritione, postea potest à quocumque Confessario etiam sine Bulla absolutionem obtinere.* Ex p. 1. tr. 11. res. 18. ibid.

51. *Quis habet casus reservatos, & confessus vigore Bullæ fecit scienter confessionem invalidam, quæritur, an possit postea à quolibet Confessario absolvi? Et quid de peccatis reservatis, & oblitis in prædicta confessione?* Ex p. 3. tr. addit. res. 16. p. 90

52. *An qui fuit absolutus virtute Bullæ Cruciatæ sine ulla mentione, & intentione reservatorum tam ex parte sui, quam ex parte Confessarii, licet remaneat absolutus à peccatis reservatis oblitis, an etiam remaneat liber ab obligatione postea confitendi illa peccata reservata legitimo Superiori, si amplius non habeat Bullam Cruciatæ, vel an poterit absolvi à quocumque Confessario? Idem dicendum est, prout fit in Iubilæis. Et notatur, quod si aliquis excommunicatus excommunicatione exigente satisfactionem partis, oblitus est confiteri hanc censuram; per generalem absolutionem, quæ datur ad cautelam, non manet absolutus à tali censura.* Ex p. 1. tr. 11. res. 19. ibid.

53. *An habens Bullam Cruciatæ, si confiteatur nullam faciens mentionem reservatorum, adhuc desinat reservatio? Et quid maximè de peccatis reservatis oblitis?* Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. res. 39. p. 91

54. *An virtute Cruciatæ possit quis absolvi à casibus reservatis commissis post annum publicationis elapsum, si antea incipiat, & non perficiat confessionem? Et quid de*

commissis

commissa ante annum publicationis elapsum? Ex p. 11. t. 2. & Misc. 2. r. 55. p. 92

52. Quid significent illa verba, Satisfacta parte, quæ ponuntur in Bulla Cruciatæ, & in aliis rescriptis, & privilegiis, quando datur facultas absolvendi à censuris? Et aliqua supponuntur pro intelligentia hujus rei? Et aliqua supponuntur pro intelligentia hujus quæstionis? Ex p. 5. t. 9. res. 1. p. 93

53. An qui vigore Bullæ Cruciatæ fuit absolutus ab excommunicatione sine satisfactione partis, teneatur iterum confiteri tanquam non legitimè, sed nulliter absolutus? Et an stantibus verbis Bullæ Cruciatæ, Prius satisfacta parte, nomine satisfactionis intelligatur restitutio honoris, famæ, vel aliorum bonorum, &c. Et si talis satisfactio dari non potest, an tunc quis debeat dare cautionem sufficientem, scilicet pignoratitiam, vel fidejussoriam, aut juratoriam? Ex p. 1. t. 11. res. 22. p. 94

54. An si excommunicatus possit parti satisfacere, & non faciat, si à Confessario delegato à Bulla Cruciatæ, aut alio privilegio absolvatur, valida sit absolutio? Et an, qui absque dicta satisfactione, aut cautione absolvit excommunicatum, teneatur ad restitutionem damni inde sequuti parti læsæ? Ex part. 5. tract. 9. r. 12. ibid.

55. An Confessarius electus virtute Bullæ possit absolvere pœnitentem, qui non potest parti satisfacere? Et si pœnitens non possit in totum, an debeat satisfacere in parte? Et quid est agendum, si non potest satisfacere sine gravi jactura, & detrimento famæ, vel status, aut bonorum bonorum; an in dicto casu non sufficiat præstare cautionem juratoriam, sed pignoratitiam, aut fidejussoriam? Ex p. 1. tr. 11. r. 24. ibid.

56. An sit valida, & licita absolutio, si detur non satisfacta parte, quam Bulla Cruciatæ, vel Jubilæum requirit, si excommunicatus satisfacere non potest? Et advertitur absolutum ante realem satisfactionem reincidere in excommunicationem, si postmodum non satisfaciat, quando commodè potest? Et notatur, quod si pœnitens habet probabilem opinionem, quod nihil restituere debeat, non tenetur aliquid solvere, quia potest sequi opinionem probabilem. Etiamque docetur, quod si sit parum dubium in materia justitiæ, melior est conditio possidentis, & ita donec liberetur à dubio, nihil tenetur solvere; & in foro conscientiæ non erit obligatus ad satisfactionem; & hæc sunt valdè à Confessariis notanda? Ex p. 1. tr. 9. r. 11. p. 95

57. An per Bullam Cruciatæ, vel per Jubilæum possit Confessarius absolvere ad reincidentiam? Ex p. 5. t. 9. r. 25. ibid.

58. An Confessarius electus per Bullam Cruciatæ possit absolvere pœnitentem, qui solum satisfacit Clerico, vel Monacho percusso, vel teneatur etiam satisfacere Ecclesiæ, vel Monasterio, & Abbati? Ex p. 1. tr. 11. res. 23. p. 96

59. Verum virtute Bullæ Cruciatæ liceat absolvere excommunicatos nominatim, vel publicos percussores Clericorum, vel alium, cujus excommunicatio deducta est ad forum contentiosum, & lis non est finita? Idem procedit, si quis absolvatur virtute privilegiorum Mendicantium. Et in textu hujus resolutionis notantur aliqua alia, quæ in supradicto casu facienda sunt. Sed adhuc superest difficultas, quando censura est ab homine, & quando lata est à jure, quid faciendum est virtute Bullæ Cruciatæ, ut prosit absolutio in utroque foro? Ex p. 1. tr. 11. r. 26. ibid.

60. An absolutio excommunicationis facta virtute Bullæ Cruciatæ, aut Jubilæi, aut alterius privilegii, valeat etiam in foro exteriori? Et an virtute supradictorum possit Confessarius absolvere excommunicatum extra Sacramentum Pœnitentiæ? Ex p. 5. t. 9. resolut. 13. p. 97

61. An absolutio ab excommunicatione tam à jure, quam ab homine lata, obtenta virtute Bullæ Cruciatæ, valeat etiam in foro externo? Et docetur, qualiter probabis, te esse absolutum, ut Judex credere teneatur. Et quid est dicendum pro prima difficultate post Constitutionem 105. Urbani VIII. edita anno 1630. die 19. Junii? Ex p. 11. t. 2. & Misc. 2. r. 62. ibid.

62. Utrum virtute Bullæ Cruciatæ possit quis extra confessionem absolvi à censuris? Idem quæritur de Jubilæo.? Ex p. 1. t. 11. r. 25. p. 98

63. An per Bullam Cruciatæ possit quis absolvi ab excommunicatione lata contra causantes, aut procurantes, aut consulentes abortum? Et an Gregorius XIV. in proprio motu concesserit cuilibet Confessario approbato sæculari, vel regulari, ut possit in foro conscientiæ absolvere à peccato abortus fœtus animati, & ab excommunicatione lata contra personas ibi expressas? Et notatur posse Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ absolvere aliquem ad cautelam; ut quando dubitat probabiliter, an quædam excommunicatio publicè lata comprehendat illum? Ex p. 5. tr. 9. res. 40. p. 99

64. An per Bullam Cruciatæ possit absolvi excommunicatio incursa per duellum? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. r. 104. ibid.

65. An imponentes gabellas super rebus quæ ad proprium usum, vel familiæ emuntur, incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & per Cruciatam sint absolvendi? Et quæritur, an supradictæ gabellæ sint iniustæ? Ex p. 1. tr. 11. r. 38. ibid.

66. An commutatio voti virtute Bullæ Cruciatæ debeat fieri in confessione sacramentali? Idem dicendum est, quando supradicta commutatio efficeretur per privilegia Regularium, vel per aliquod Jubilæum? Ex p. 1. tr. 11. res. 45. p. 100

67. An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare omnia vota quæ Episcopus commutare potest? Idem dicendum est de Jubilæo. Et an doctrina hujus resolutionis procedat, quando Episcopus dispensat, ut Episcopus tantùm, non autem quando dispensat, ut Sedis Apostolicæ delegatus; quia in tali casu Confessarius virtute Cruciatæ non possit tale votum commutare, ut quando dispensaret in his votis, ratione solius necessitatis? Ex p. 1. tr. 11. r. 56. p. 101

68. Quænam vota possit Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ commutare? Ex part. 1. tract. 11. resol. 68. ibid.

69. An Confessarius peccet, quod sine causa nolit virtute Cruciatæ commutare vota pœnitentis? Et an etiam Regulares peccent, si nolint virtute suorum privilegiorum vota pœnitentis commutare. Ex p. 1. tr. 11. r. 44. ibid.

70. An Confessarius possit commutare vota post Bullam susceptam emissa? Ex part. 1. tractat. 11. res. 50. ibid.

71. An Confessarius in fine anni possit differre commutationem voti, etiamsi annus Cruciatæ transeat, si velit maturiùs considerare super voti commutationem, dicendo pœnitenti, commuto tibi hoc votum in id quod ego, vel alius postea existimabit commutandum? Et in tali casu, an pœnitens peccet, si illud votum violaverit ante quam Confessarius materiam subrogandam præscribat? Ex p. 1. tr. 11. r. 52. ibid.

72. An commutatio votorum facta per privilegium Bullæ Cruciatæ indigeat aliqua justa causa? Idem dicendum est de Jubilæo. Ex p. 1. t. 11. r. 39. p. 102

73. An quando commutantur vota per Bullam Cruciatæ, non solum vota divitum, sed etiam vota pauperum commutanda sunt in aliquod temporale belli subsidium per eleemosynam? Ex p. 1. tr. 11. res. 21. ibid.

74. An commutatio voti facta per Bullam possit fieri in minus bonum? Ex p. 1. tr. 11. res. 40. ibid.

75. An Confessarius ex jurisdictione Ordinaria possit commutare votum in bonum æquale, vel ad hoc faciendum

dum indigeat Bulla Cruciatæ? Et an hoc etiam possit fieri authoritate propria pœnitentis, dummodo votum inæquale commutatur? Ex p.1. tr.11. resol.48. ibid.

79. An Confessarius virtute Cruciatæ commutans aliquod votum absque debita æqualitatis investigatione, peccet mortaliter? Et notatur, quod commutatio fieri potest in materiam, de cuius æqualitate dubitatur, quod est valde notandum. Ex p.1.tr.11.resol.49. p.103

80. An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare qualitatem adiunctam voti ultra marini, & Religionis strictioris, ut laxiorem ingrediatur? Et docetur Episcopum posse in talibus votis dispensare; & per consequens Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ. Ex p.1. tr.11.resol.83. ibid.

81. An per Bullam Cruciatæ possit Confessarius commutare votum factum de non petenda commutatione? Ex p.1.tr.11.resol.51. ibid.

82. An per Bullam Cruciatæ possit quis commutare votum emissum cum intentione efficiendi illud reservatum, ut scilicet votum à nullo possit auferri, nisi petita commutatione à Summo Pontifice? Idem est dicendum de Episcopo. Ex p.1. tr.11. resol.75. ibid.

83. An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit quemadmodum vota, ita etiam iuramenta facta circa eandem materiam votorum commutare? Idem est dicendum de Iubilæo. Et an sententia, & doctrina huius quæstionis procedant in casu, quod iuramenta adiecta sint contractui, in quo est turpitudo in creditore, ut de solvendis usuris, aut metu extorta? Ex p.1. tr.11. resol.41. ibid.

84. An potestas delegata ad vota extendatur ad iuramenta adiecta contractui, in quo est turpitudo, cuiusmodi sunt iuramenta solvendi usuras, aut metu iniusto extorta, &c.? Et docetur Episcopum posse dispensare in his iuramentis, ergo & Confessarius virtute Cruciatæ. Et docetur, quod quando carcer est iniustus, & quis iuravit se rediturum tenetur redire, etiam si timeret morte iniusta damnandum. Idem dicendum est de eo, qui latroni mille aureos promisit cum iuramento, ne occideretur. Sed quæritur, an in his casibus possit petere quis relaxationem iuramenti ab Episcopo, vel ab alio confessario vigore Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi huiusmodi, commutationem petere? Ex p.4. tr.4. Misc. resol.19. p.104

85. An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare vota iuramento firmata? Ex p.1. tr.11.resol.43. ibidem.

86. An confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum pœnale quoad pœnam pecuniariam ex eius fractione incursam? Exp.1. tr.11. & resol.46. p.105

87. An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum emissum in favorem tertii, ut v.g. vovit Petrus dare Calicem pro Sacello B. Andreæ, aut certo pauperi eleemosynam, &c.? Et quid, si eiusmodi votum fuerit à Præposito Ecclesiæ, vel paupere acceptatum? Ex p.1. tr.11. resol.47.ibid.

88. An Confessarius, qui per Bullam Cruciatæ habet potestatem commutandi vota, possit illa dispensare? Ex p.1.tr.11. resol.42. ibid.

89. An votum pœnale Religionis, seu Castitatis sit per Bullam dispensabile, & non solum ante, sed post impletam conditionem? Et an Episcopi talia vota etiam possint commutare, & dispensare? Ex p.1. tract.11. resol.53. ibid.

90. An supra dicta doctrina procedat etiam in votis conditionalibus & non solum ante, sed post impletam conditionem? Et an Episcopus dicta vota commutare possit? Ex p.1.tr.11. resol.54. ibid.

91. An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare iuramenta pœnalia, vel conditionalia castitatis, seu Religionis? Ex p.1.tr.11. resol.69. p.106

92. An iuramentum ingrediendi Religionem, vel observandi Castitatem sit per Episcopum, vel per Bullam Cruciatæ dispensabile? Et notatur, quod quando Pontifex in aliquo indulto concedit facultatem relaxandi, seu commutandi omnia iuramenta, possunt sine scrupulo à Confessariis illa quinque relaxari, quia in iure nullum repetitur iuramentum reservatum, & non sequitur quod illa quinque vota sunt Pontifici reservata: ergo etiam iuramenta de illa materia, nam obligatio voti maior est iuramenti obligatione. Ex p.4. tr.4. & Misc. resol. 69. ibidem.

93. An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum castitatis, seu Religionis emissum cum expressa protestatione, ne ad illorum executionem voventi sit obligatus sub onere peccati mortalis, sed venialis tantum? Idem est dicendum de Episcopo quoad dispensationem. Ex p.1. tr.11.resol.72. ibid.

94. An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum castitatis, seu Religionis emissum propter levem metum? Et an dictum votum sit ab Episcopo dispensabile? Imo an tale votum sit irritum? Et quod si supradictum votum fuerit emissum ex aliquo magno metu? Exp.1. tr.11. resol.73. ibid.

95. An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare votum vovendi castitatem seu Religionem? Et quo infertur, quod ita vovens si fornicatur ante promissam castitatem, non delinqueret contra votum. Ex p.1. tr.11. resol.76. p.107

96. An votum ingrediendi Religionem arctiorem possit Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ commutare in laxiorem Religionem? Et an supradictum votum possit Episcopus dispensare. Ex p.1. tr.11.resol.55. ibid.

97. An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare votum Religionis, ut iusta de causa non impleatur tempore præscripto? Et an etiam in tali casu possit Episcopus dispensare? Ex p.1. tr.11. resol.80. ibidem.

98. An Confessarius virtute Cruciatæ possit commutare votum Religionis Melitensis? Idem dicendum est de Episcopo. Et an per professionem huius Religionis dirimatur matrimonium ratum? Et discutitur, an dicti Milites sint propriè, vel largo modo Religiosi? Ex p.1. tr.11. resol.77. ibid.

99. An per Bullam Cruciatæ possit Confessarius commutare votum Religionis Divi Iacobi, Calatravæ, Alcantaræ, &c. Et an Episcopus possit commutare supradictum votum? Et an hi Ordines non sint proprie & simpliciter Religiones? Et docetur, ut Episcopus, vel Confessarius virtute Cruciatæ, vel alicuius Iubilæi possit commutare aliquod votum, satis est, quod sit in opinione an sit reservatum, necne. Ex p.1. tr.11.fol. pag.108

100. An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare votum perseverandi in Religione, ut tempore Novitiatus possit ex iusta causa egredi? Et in tali casu an vovens possit egredi, nec aliqua voti commutatione indigere? Et notatur votum perseverandi in Religione non obligare, si bona fide in probatione putat quis sibi eam non esse commodam. Ex p.1. tr.11. resol.75. ibidem.

101. An votum perseverandi in Religione sit dispensabile per Bullam Cruciatæ, & Iubilæum? Ex p.11. tr.8. & Misc.8. resol.18. ibid.

102. An virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi possit commutari votum virginitatis servandæ, si non constet de intentione voventis, an intellexerit de virginitate perpetua? Ex part.11. tractat.8. & Misc. 8. resolut.1. pag. 109

103. An Confessarius virtute Cruciatæ possit commutare votum virginitatis, quando constat non esse votum castitatis, sed integritatis corporis servandæ? & an in tali casu possit Episcopus dispensare? Et quid est dicendum, quando quis emisit votum virginitatis, & dubium est de integritate

intentione ; an scilicet fuisset ad solam à primo actu venereo abstinentiam ; an in tali casu nec Confessarius per Bullam, nec Episcopus possit dispensare ? Ex p.1. tr.11.resl.60. ibid.

104. *An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum castitatis, quando fuit emissum pro tempore limitato ? Et an in tali voto possit Episcopus dispensare ?* Ex p.1. tr.11.resl.57. p.110

105. *An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum castitatis, quando diversis votis varia ad castitatem pertinentia sunt promissa, itaut ex omnibus illis junctis consurgat obligatio ad perfectam castitatem ? Et an in dicto casu Episcopus dispensare possit ?* Ex p.1. tr.11. resl.67. ibid.

106. *An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum castitatis, seu Religionis emissum à persona alterius potestatis subjecta, ut à conjugata, servo, vel filio sine licentia viri, Domini, vel patris ? Et an in tali casu, & cum supradictis personis possit Episcopus dispensare ? Et docetur, quod pater, vir, Dominus possint talia vota irritare ?* Ex p.1.tr.11. resl.84. ibid.

107. *Si quis adstrictius voto castitatis ad nuptias transeat, an possit Confessarius virtute Bullæ commutare talevotum, ut possit petere debitum ? Et an in tali casu debitum communi, vel vigore consuetudinis competat Episcopo in tali voto dispensare ? & mortua conjuge, an tota voti obligatio reviviscat ?* Ex p.1.t.11.resl.66. ibid.

108. *An per Bullam sit commutabile votum castitatis conjugalis ? Et an ita vovens possit inire matrimonium ? Et an in tali voto possit etiam Episcopus dispensare ?* Ex p.1.tr.11. resl.62. *Et ad literam* in resl.81. eiusdem tract. *Sed quia in prima resolut. hîc assignata, sunt duo Authores plus quam in secunda, ideò prima hîc adscribitur, & non secunda.* p.111

109. *An Confessarius virtute Cruciatæ possit commutare votum castitatis uxoris, vel viri tempore matrimonii consummati emissum ? Et an in tali voto possit Episcopus dispensare ? Et an tale votum non obliget ad non reddendum debitum ? Et notatur dictam commutationem virtute Cruciatæ ad petendum debitum durare durante matrimonio : nam illo soluto, ita vovens tenetur servare votum simplicis castitatis, nisi à Summo Pontifice obtineat dispensationem ?* Ex p.1. tract. 11. r.70. ibid.

110. *An per Bullam Cruciatæ Confessarius possit commutare votum castitatis emissum cum licentia alterius conjugis ? Et an ita vovens, sive ante, sive post consummationem matrimonii, teneatur reddere debitum ? Et an tale votum possit ab Episcopo dispensari ? Et quid est dicendum, quando uterque conjux continentiam vovit absque alterius licentia : vel quando uterque seorsum continentiam vovit, habita tamen ab altero licentia ? Et quid si uterque communi consensu continentiam vouerit per modum contractus, & reciprocæ conventionis ? Et an Episcopus in supradictis casibus non possit cum istis conjugatis dispensare, & per consequens neque Confessarius per Bullam Cruciatæ ? Et notatur, quod si prædicti conjuges, qui ita voverunt, remitterent sibi adinvicem renunciationem illam juris petendi, & reddendi debitum, quam vovendo fecerunt, licet remissio fuerit sacrilega contra votum, esset tamen valida, & teneretur uterque reddere debitum alteri petenti ; & poterit tunc Episcopus dispensare ad petendum debitum : & per consequens etiam Confessarius vigore Cruciatæ ?* Ex p.1. tr.11.resl.82. ibid.

111. *An per Bullam possit Confessarius commutare votum non petendi debitum, etiamsi tale votum fuisset emissum ex alterius conjugis licentia ? Et quid, si uterque conjux communi consensu voveret nec petere, nec reddere debitum ? Et an Episcopus possit tale votum commutare ?* Ex part.1. tractat.13. resol.58. ibid.

112. *An votum non nubendi sit per Bullam dispensabile ? Et an tale votum possit Episcopus commutare ? Et quid si tale votum fuisset emissum in favorem alterius conjugis id petentis propter filiorum bonum, & ut ejus amor, nomen, honor, & amicitia cum ejus consanguineis conservaretur ?* Ex p.1.tr.11.r.59. p.112

113. *An Confessarius per Bullam possit commutare vota non fornicandi, non tenendæ certæ mulieris, non committendi actum mollitiei, aut abstinendi ab alio actu venereo ? Et an in talibus votis possit Episcopus dispensare ?* Ex p.1.tr.11. resl.61. ibid.

114. *An per Bullam Cruciatæ possit Confessarius commutare votum disjunctivum, cujus altera pars est reservata, ut si aliquis diceret, voveo castitatem, & Ordinem sacrum ? Et an Episcopus possit dispensare supradicta vota disjunctiva ?* Ex p.1. tr.11.resl.63. ibid.

115. *An in casu posito supra, quando emittitur votum disjunctivum, nempe voveo castitatem, vel suscipere Ordines sacros ; an si vovens statuerit postea non ordinari, ex vi voti determinatè obligetur ad castitatem, itaut Confessarius non possit amplius votum illud virtute Cruciatæ dispensare ?* Ex p.1.tr.11. resl.65. ibid.

116. *An qui emisit votum disjunctivum, v.g. castitatis, aut jejunii, si elegit votum reservatum castitatis, possit adhuc commutari per Bullam Cruciatæ, vel per Jubilæum ? Et notatur votum castitatis metu levi emissum, posse commutari virtute Cruciatæ, aut Jubilæi ?* Ex part.11. tract.8. & Misc.8. resol.17. p.113

117. *An votum disjunctivum Religionis, vel perfectæ castitatis sit per Bullam Cruciatæ, vel Jubilæum dispensabile ?* Ex p.11.tr.7. & Misc.7. resl.17. p.114

118. *An Confessarius possit commutare per Bullam Cruciatæ votum disjunctivum, modo quo supra diximus, quando materia non reservata effecta est impossibilis, itaut vovens nequeat partem non reservatam adimplere, sed tantum partem reservatam ?* Ex p.1.tr.11. resl.74. ibid.

119. *An quando Episcopus ex urgentissima necessitate possit dispensare in votis castitatis, & Religionis, possint etiam commutari virtute Cruciatæ, vel Jubilæi ? Et observatur Confessarios Regulares non posse virtute suorum privilegiorum commutare, vel dispensare supradicta vota castitatis, &c. quæ potest Episcopus ex urgenti necessitate. Et docetur quod quinque sunt vota reservata, videlicet votum Religionis, castitatis perpetuæ, peregrinationis Hierosolymitanæ, peregrinationis ad limina Apostolorum, & peregrinationis ad Compostellam. In his tamen nec Legatus à latere potest dispensare. Sed si eorum valor est dubius, potest Episcopus dispensare. Non potest tamen in his votis, si ab impuberibus emittuntur dispensare. Potest tamen in his votis ex metu levi factis, & in gravi periculo transgressionis, aut in urgenti necessitate dispensare, quando ex justa causa quis nequit Pontificem adire ?* Ex p.11. t.8. & Misc.8. r.6. p.115

120. *An per Bullam Cruciatæ Confessarius possit commutare votum assumendi Ordines sacros ? Et si ita vovens frangeret votum, an esset sacrilegus fornicando ? Et si matrimonium contraheret (quamvis peccaret contra votum) an possit petere debitum ? Et an in tali voto possit Episcopus dispensare ?* Ex p.1. tr.11. r.64. p.116

121. *An qui obtinuit commutationem alicujus voti per Bullam Cruciatæ, possit redire ad votum prius, omisso eo in quo facta est commutatio ? Et an doctrina hujus resolutionis procedat non solum quando commutatio facta fuit in rem æqualem, sed etiam in melius ?* Ex p.1. tr.11. resl.85. ibid.

122. *An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare*

mutare materiam subrogatam, in quam fuit commutatum votum reservatum castitatis seu Religionis, vel ultramarinæ peregrinationis? Ex p.1. tract.11. ref.71. p.117

123. An per Bullam Cruciatæ detur facultas recipiendi Eucharistiam, præterquam in die Paschatis de manu simplicis Sacerdotis sine licentia Parochi, sive Episcopi? Idem quæritur de Sacramento Extremæ-Unctionis. Ex p.1. tr.11. ref.20. ibid.

124. An tempore interdicti, si quis habeat Bullam, teneatur audire Sacrum? Et qui audivit Sacrum tempore interdicti virtute Bullæ, an teneatur sub mortali, vel tantum sub veniali aliquas preces Deo pro unione Principum Christianorum contra Infideles emittere? Ex p.1. tr.11. ref.2. ibid.

125. An Bulla Cruciatæ suspendat privilegia concessa in iure communi, eaque, quæ usu tolerata consuetudinis approbantur? Et an Bulla suspendat privilegia quæ habent Regulares celebrandi tempore interdicti in aliquibus Festivitatibus, in quibus omnes admittunt ad Officia divina, & ad recipiendum Sacramenta? Ex p.1. tr.11. ref.87. ibid.

126. An Bulla Cruciatæ suspendat privilegia Regularium commutandi vota, & in eis dispensandi, & absolvendi à reservatis? Et an per Jubilæum anni Sancti dicta privilegia suspendantur? Ex p.1.tr.11. ref.100. p.118

127. An Bulla Cruciatæ suspendat privilegia Mendicantium, ut non possint commutare, & dispensare vota, & absolvere à reservatis? Ex p.3. tr. addit. ref.23. ibid.

128. An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit absolvere à suspensione incursa propter ordinationem ante legitimam ætatem? Et an hoc possit fieri, sive in Sacramento, sive extra illud; sive suspensio sit à jure, sive ab homine, sive pœnalis, sive nominatim; sive ex delicto publico, sive ex occulto? Idem dicendum est de habentibus privilegium. Et notatur invitum, vel absentem posse absolvi a suspensione. Et an suspensio lata à Pio II. extendatur ad Episcopos ordinatos ante ætatem? Ex p.5. tr.10. ref.53. ibid.

129. An Confessarius habens facultatem generalem absolvendi à censuris, verbi gratia, per Bullam Cruciatæ, possit absolvere à suspensione contracta ob defectum tituli, secundum opinionem aliquorum, vel ob malam Ordinum susceptionem? Et an hoc possit fieri sive in Sacramento Pœnitentiæ, sive extra illud; sive suspensio sit à jure sive ab homine; sive generalis, sive nominata, &c. Et an Confessarii hoc facere possint non solum virtute Bullæ, sed etiam privilegiorum? Et an si supradicti cum dicta suspensione celebrant, possint obtinere dispensationem ab irregularitate incursa virtute Bullæ Cruciatæ? Ex p.4. tract.4. & Misc. ref.115. p.119

130. An per Bullam Cruciatæ sit dispensabilis omnis irregularitas quæ est pœna? Et doctrina hujus quæstionis est valdè notanda, & menti tenenda. Ex p.1. tract.11. ref.27. ibid.

131. An aliqua species irregularitatis sit dispensabilis per Bullam Cruciatæ? Et nota doctrinam hujus Resolutionis, & promptè eam in mente tene. Ex p.4. tr.2. ref.81. p.120.

132. Enumerantur plures casus, in quibus secundum opinionem Doctorum Confessarius virtute Cruciatæ potest tollere irregularitatem. Primò quæritur, an virtute Cruciatæ aliqua irregularitas sit dispensabilis? Secundò, quis potest dispensare in hac irregularitate iterandi Baptismum? Tertiò quomodo tollatur irregularitas ex violatione censurarum? Et an Prælatus Regularis possit cum eos in hac irregularitate dispensare ex vi suorum privilegiorum, si delictum est occultum? Quartò quis potest in hac irregularitate dispensare ex illegitima Ordinum receptione, & usu? Quintò cursim deducitur, & quæritur quis possit dispensare in irregularitate contracta ex apostasia & hæresi? Et tandem objicitur, quod in facultate absolvendi contenta in Bulla Cruciatæ non comprehenditur facultas dispensandi: nam aliud est absolvere, & aliud dispensare? Ex p.10. tr.11. & Misc.1. r.22. p.121

133. An absentes vigore Cruciatæ possint absolvi ab irregularitatibus quæ includuntur sub nomine censuræ? Et ex doctrina hujus resolutionis infertur, an Confessores Regulares possint dispensare cum sæcularibus ad petendum debitum extra Sacramentum confessionis? Et an possint cum illis dispensare in absentia, & per scriptum? Ex p.4. tr.2. ref.103. p.122

134. An Commissarius Cruciatæ possit dispensare in aliquibus irregularitatibus? Et in textu hujus resolutionis excipiuntur aliquæ irregularitates, in quibus supradictus Commissarius non potest dispensare? Ex p.1. tr.11. ref.110. ibid.

135. An Commissarius Cruciatæ possit dispensare super irregularitate publica, contracta tamen ex delicto? Ex p.1.tr.11.r.111. p.123

136. An Commissarius possit dispensare in irregularitate proveniente ex homicidio casuali, licet publica, & ex injusta mutilatione membrorum? Et an Episcopus ad majores Ordines vigore Concilii Tridentini dispensare possit etiam in tali irregularitate, dummodo sit occulta, quia ad minores Ordines etiamsi sit publica dispensare potest? Ex part.1. tractat.11. resol.111. ibid.

137. An Commissarius Bullæ possit dispensare in irregularitate contracta propter Symoniam? Et notatur tantum Symoniam notoriam in Ordine inducere irregularitatem? Ex p.1. tr.11.r.113. ibid.

138. An irregularitas propter hæresim occultè incursa sit dispensabilis per facultatem concessam Commissario Bullæ Cruciatæ? Et docetur, an hæreticus occultus incurrat irregularitatem, nec-ne? Ex p.1.tr.11.r.114. ibid.

139. An irregularitas contracta per malam susceptionem Ordinum, quia suscipiens erat excommunicatus, vel suspensus, sit per Commissarium Cruciatæ dispensabilis? Sed remanet ista difficultas; in qua irregularitate contracta ex bigamia potest Commissarius Cruciatæ dispensare? Et notatur, quod si aliquis contraxit cum corrupta, existente aliquo impedimento dirimente, si non consummavit matrimonium; imò quamvis consummasset, non incurrit irregularitatem? Ex p.1.tr.11. ref.115. p.124

140. An Commissarius possit dispensare in aliquo impedimento matrimonii? Ex p.1.tr.11. ref.116. ibid.

141. An ille primus gradus, in quo potest Commissarius dispensare, intelligendus sit in utraque linea transversali, & recta? Et notatur, quod si denunciationes culpabiliter essent omissæ, etiamsi matrimonium contractum sit ante Parochum, & testes, non possit in tali casu Commissarius dispensare? Ex p.1.tr.11.r.117. ibid.

142. Quando dicitur impedimentum occultum, ut possit Commissarius Bullæ dispensare? Ex p.1.r.11.r.118. ibid.

143. An quando Commissarius dispensat in impedimento, opus est, ut qui ignoravit impedimentum, certior de illo efficiatur? Sed difficultas est, utrum ad matrimonium invalidum ob impedimentum occultum ratificandum, cessante impedimento, oporteat alterum conjugem certiorem facere de nullitate prioris matrimonii? Ex p.1. tr.11. ref.119.p.125

144. An Bulla Cruciatæ suspendat Indulgentias Regularium? Et an sub illis verbis Bullæ, exceptis tamen quoad eorum fratres tantum, sub nomine fratrum in Bulla intelligantur etiam Novitii, & Moniales? Ex p.1.tr.11.ref.88. ibid.

145. *An sub nomine Mendicantium in Bulla Cruciatæ mendicantur etiam alii Religiosi, qui mendicantes non sunt, sed ex beneficio Sedis Apostolicæ eorum fruuntur privilegiis? Et an sub nomine Mendicantium intelligantur non solum Religiosi professi, sed etiam Novitii?* Ex p.1.t.11.r.89. ibid.

146. *An ad lucrandas Indulgentias Bullæ teneatur quis confiteri, si non habet mortalia, sed tantum venialia peccata? Et docetur, quod Ecclesia non consuevit præcipere confessionem nisi de mortalibus.* Ex part. 1. t. 11. r.109. ibid.

147. *An pro lucranda Indulgentia supradicta sufficiat sufficientem Bullam confessum fuisse in Quadragesima præterita, & habere propositum confitendi in Quadragesima futura?* Ex p.1.t.11.r.105. p.126

148. *An oratio facienda in Ecclesiis, vel Altaribus pro lucranda Indulgentia Bullæ Cruciatæ, sufficiat, ut sit mentalis? Ex quo infertur, an etiam sufficiat oratio mentalis ad persolvendam pœnitentiam a Confessario impositam, Officium divinum, & Missam dicendam?* Ex p.1.t.11.r.44. ibid.

149. *An sufficiat ad lucrandas Indulgentias Bullæ Cruciatæ visitare ex uno loco quinque Altaria sine motu corporali? Et si sint in eodem populo quinque Ecclesiæ, an sufficiat visitare quinque Altaria in eadem Ecclesia, vel in diversis? Sed adhuc dubium superest, quando in aliquo populo tantum est unica Ecclesia habens tria, vel quatuor tantum Altaria, utrum debeat quis visitare omnia illa, & iterum bis, vel ter unum Altare, vel an vero debeat visitare unum Altare quinquies?* Ex part.1.t.11.r.102. ibid.

150. *An sufficiat ad lucrandas Indulgentias visitare ex uno loco quinque Altaria sine motu corporali? Et an quando quis idem Altare quinquies visitat, non teneatur loco dimoveri, sed eodem loco fixus possit illud quinquies visitare, dummodo qualibet visitatione finita saltem corpus, & caput inclinet in signum distinctæ visitationis?* Ex p.3.t.addit. ref.25. p.127

151. *An si quis non potest ingredi Ecclesiam, quia est plena hominibus, consequatur Indulgentiam Bullæ, visitando tamen talem Ecclesiam à foris, ut possibile est? Item dicendum est de Jubilæo.* Ex part.1.t.11.r.103. ibidem.

152. *An supradicta Indulgentia Bullæ obtineri possit multoties eodem die? Et an supradictæ Indulgentiæ possint fieri pro defunctis, ita ut pro illis possint etiam sumi non die multoties? Et utrum aliquis possit sæpius eodem die consequi Indulgentiam concessam visitantibus talem Ecclesiam tali die?* Ex part.1.tract.11.r.104. ibidem.

153. *An per Bullam Cruciatæ quis lucretur in diebus singulis qui vocantur Stationes, omnes Indulgentias plenarias urbis Romæ? Et notatur posse sæpius eodem die lucrari supradictas Indulgentias, si quis multoties visitavit Ecclesiam in supradicta die. Et quod possint Indulgentiæ sumi uno die multoties pro defunctis.* Ex p.5. t.11. r.2. ibid.

154. *Quoties per Bullam Cruciatæ lucratur quis Indulgentiam plenariam? Et qui ad bellum pergit, an possit lucrari dictam Indulgentiam toties, quoties peccaverit, & confessus fuerit?* Ex p.1.t.11.r.109.p.128

155. *An possit Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ applicare Indulgentiam moribundo sensibus destituto, qui prius ante confessionem? Et supponitur, quod tali moribundo absolutionem sacramentalem sub conditione impertiendam, & a fortiori quando præsente Sacerdote dat generalia signa, an quibus se peccasse, & de peccatis dolere ostendit. Et quid est dicendum si moribundus nec Confessarium petierit, nec indicia exhibuerit, an hoc non obstante Indulgentia Bullæ sit illi impertienda?* Ex p.1. t.11.r.108. ibid.

156. *Quomodo sit applicanda morituris Indulgentia Bullæ Cruciatæ? Et multa circa hoc in textu hujus Resolutionis explanantur à Confessariis valde notanda, & pro praxi menti tenenda.* Ex part.5. tract.3. resol.1. pag. 129

157. *Quomodo Confessarius tempore mortis debeat impartiri Indulgentiam Bullæ Cruciatæ moribundo? Et an Indulgentia Bullæ solum concedatur pro articulo, & non pro periculo mortis? Et si Confessarius non velit uti forma tradita à Commissario, an satis sit dicere,* Concedo tibi omnes gratias, quas concedere possum virtute hujus Bullæ, *etiam si hoc ore tenus non explicet, sed solum in mente habeat? Et si aliquis confiteatur, ut Indulgentias hujus Bullæ obtineat, & Confessarius ex malitia eum non absolvat, an lucretur Bullæ Indulgentias? Et an in articulo mortis, quando Clericus haberi non potest, an laicus possit concedere Indulgentiam Bullæ?* Ex p.1.t.11.r.106. ibid.

158. *An in articulo mortis possit virtute Bullæ Cruciatæ applicari Indulgentia ab alio, quàm à Sacerdote? Et an aliquando hæc Indulgentia in articulo mortis in casu licet raro possit applicari absenti; videlicet si Parochus postquam Extremam-Unctionem contulit pœnitenti ægrotanti, oblitus est hujus applicationem, & infirmus jam moritur, nec potest Parochus eum adire, poterit è domo sua infirmo tali absenti applicare Indulgentiam?* Ex part.5. tract.12. r.46. Et ad pedem literæ in eadem part.5. t.3. r.134. ibid. Ideò hic una tantum transcribitur.

159. *An Hispani, Siculi, &c. existentes extra Regna Hispaniarum, & Siciliæ possint sumere per alios Bullam Cruciatæ, & ejus privilegiis frui, secluso privilegio edendi lacticinia? Et docetur Regulares virtute Cruciatæ posse absolvi à peccatis mortalibus, & censuris non reservatis à quocumque Confessario sæculari, vel Regulari approbato ab Ordinario, vel à deputato à Prælato suæ Religionis.* Ex p.9. t.6. & Misc.1. r.10.p.130

160. *An gratiis, & Indulgentiis Bullæ Cruciatæ possit quis frui extra Regna, ubi Bulla non publicatur? Et an doctrina hujus Resolutionis extendatur ad esum carnium, & lacticiniorum; vel hoc indultum concedatur tantum commorantibus in Regnis Hispaniarum, & non extra?* Ex p.1. t.11. r.1. p.131

161. *An qui proficiscitur extra Regna Hispaniarum, vel Siciliæ, brevi tamen reversurus, possit uti privilegio Bullæ Cruciatæ circa esum ovorum, & lacticiniorum? Et difficultas est in hoc dubio quinam dicatur statim reversurus, ut illo medio tempore possit extra Regna Hispaniarum edere virtute Bullæ Cruciatæ ova, & lacticinia? Et pro firmanda doctrina supradictæ quæstionis quæritur, an Mediolanensis in oppido ubi viget ius commune, possit vesci carnibus quatuor primis diebus Quadragesimæ, ex eo quod Mediolani licet ex consuetudine vesci carnibus his diebus? Et docetur Castellanum per Lusitaniam transeuntem posse more suæ patriæ intestinis vesci diebus Sabbathi, quæ in Lusitania non permittuntur?* Ex part.5. tract.14. & Misc.2.ref.20. ibidem.

162. *An si quis in mari, dum navigat, possit virtute Bullæ Cruciatæ edere lacticinia, non obstante quod Bulla dicat extra Regna, ubi illa sumitur, non esse comedenda?* Ex part.4. t.4. & Misc. r.190. p.132

163. *An exterus si veniat in Regnum ubi viget Bulla Cruciatæ animo solo illam sumendi, & statim redeundi, possit pro illo anno uti illius privilegiis? Et pro firmanda doctrina hujus quæstionis aliæ cursim in exemplum adducuntur. Et docetur, quod privilegia Bullæ Cruciatæ non strictè, sed amplè interpretanda sunt.* Ex p.11. t.2. & Misc.2. r.37. ibid.

164. *An Cardinales, si sint Sacerdotes, vel Regulares possint in Regnis Hispaniarum virtute Bullæ Cruciatæ edere ova, & lacticinia?* Ex part.11. t.2. & Misc.2. r.38. p.133

165. *An Regulares Militarium Ordinum, etiamsi sint Sacerdotes possint frui privilegio Bullæ Cruciatæ vescendi ovis, & lacticiniis? Et an in jejuniis ex votis, pœnitentiæ, aut Jubilæo extra Quadragesimam possint sæculares ovis vesci? Idem asseritur de Sacerdotibus, & Religiosis. Sed si incidunt in Quadregesima, possunt sæculares cum Bulla Cruciatæ ovis vesci, non tamen Presbyteri, aut Regulares.* Ex part. 11. t. 2. & Misc. 2. r. 53. ibid.

166. *An in hoc Siciliæ Regno diebus Quadragesimalibus, & aliis jejuniis usus sagiminis & laridi sit licitus habentibus Bullam Cruciatæ? Et hoc sit licitum advenis, & peregrinis? Et multa alia adducuntur pro confirmanda consuetudine circa hoc in dicto Regno Siciliæ.* Ex p. 1. t. 9. r. 21. p. 134

167. *An Bulla Cruciatæ det privilegium illam sumentibus, ut in jejuniis alicujus Jubilæi possint edere lacticinia? Et an ubi non adest consuetudo abstinendi à lacticiniis extra Quadragesimam possint fieri jejunia Jubilæi edendo lacticinia etiam absque Bulla Cruciatæ? Idem dicendum est de lacticiniis ex voto, vel ex pœnitentia à Confessario injuncta pœnitentibus. Et docetur non solum de jure, sed neque de consuetudine interdicti in die jejunii lacticinia extra Quadragesimam.* Ex p. 1. tr. 11. r. 3. p. 135

168. *An licitum sit in ieiuniis Jubilæi, voti, & impositis pro pœnitentia, comedere ova, & lacticinia cum Bulla Cruciatæ?* Ex part. 1. t. 9. r. 17. ibid.

169. *An Regulares, & Presbyteri sæculares sumendo Bullam possint diebus Dominicis Quadragesimæ uti lacticiniis?* Ex part. 1. t. 11. r. 5. ibid.

170. *An per privilegium Bullæ dispensatus in esu carnium, censeatur dispensatus ad ieiunandum? Et notatur, quod quando per Bullam quis dispensatus est, ut comedat carnes, & lacticinia, possit simul comedere pisces.* Ex p. 1. t. 11. r. 4. ibid.

171. *De privilegio Bullæ Cruciatæ edendi carnes ex licentia utriusque Medici. Et an hoc privilegium deserviat quando causa est dubia? Et qui habet experientiam antequam sibi esse nocivum carnibus non uti in Quadragesima; an teneatur in futuris Quadragesimis abstinere à carnibus ad experiendum an nocumentum exoriatur? Et qui ex justa causa in Quadragesima comedunt carnes, an peccent contra temperantiam naturalem, si ad excitandum appetitum parum piscati sumant? Et an in tali casu incurrant in excommunicationem latam in aliquibus Diœcesibus contra comedentes piscatum, & carnes in Quadragesima?* Ex p. 3. t. 5. & Misc. 1. r. 70. p. 136

172. *Senator civitatis emebat salmam frumenti ad tarenos v. g. 30. sed asserebat illam emisse ad tarenos 36. quæsivit, an possit uti Bulla Compositionis, cum illud frumentum illo cariori pretio emissent cives in pane cocto, qui modo ignorantur quinam sint? Et pro praxi hujus difficultatis aliæ similes etiam explanantur circa hoc passim contingentes: & tota doctrina est valde notanda, & in mente tenenda à Confessariis pro pistoribus, dulciatoribus, cauponibus, tabernariis, & similibus. Et latè discutitur in prædictis casibus cui facienda est restitutio: vel an possint supradicti Bulla Compositionis uti?* Ex p. 4. t. 4. & Misc. r. 46. ibid.

173. *An qui scit vendidisse vinum, verbi gratia in tali loco, vel mistum aqua, vel cum falsa mensura, ignorat tamen damnificatos, possit sumere Bullam Compositionis? Idem dicendum est de macellariis, cauponibus, pistoribus, &c.* Ex part. 4. t. 4. & Misc. r. 113. pag. 138

174. *An facta compositione bonorum incertorum per Bullam, comparente vero domino teneatur qui se composuit, ad restitutionem? Et an Episcopi possint concedere supradictam Bullam Compositionis pro sua tantum Diœcesi?* Ex p. 4. t. 4. & Misc. r. 112. ibid.

175. *An infirmus possit mandare in testamento, ut post ejus mortem hæres, seu executor sumat pro illo Bullam Compositionis? Et notatur primo Bullam compositionis non prodesse his, qui prava ejus confidentia bona aliena illicitè acquisierunt. Secundò quæritur, quod si creditor ita absens est, ut nequeas illi debitum persolvere, neque speres brevi tempore posse, ob cujus causa excusaris à restitutione facienda, in isto casu an locus compositionis sit? Tertiò docetur magnam controversiam esse, an si bona quæ sibi in hac compositione remissa sunt extent in specie, vel æquivalenter, quatenus eorum occasione ditior factus est, cum creditor comparet, neque præscriptione te tueri potes, tenearis ea creditori reddere?* Ex part. 11. t. 8. & Misc. 8. r. 11. ibid.

176. *An Bullæ Cruciatæ vivorum prosit in aliquo casu jam mortuis? Verbi gratia ad effectum, nempe, ut in loco sacro sepeliatur, & absolutio excommunicationis illi præstetur, & consequenter suffragia Ecclesiæ pro ipso offerantur? Et quid si quis relinquat stipem præscriptam in hunc finem, ut post ipsius mortem Bulla pro anima sua sumatur?* Ex part. 11. t. 8. & Misc. 8. r. 13. pag. 139

177. *An quis possit sumere Bullam defunctorum pro duobus, aut pluribus? Et an animam quæ à corpore soluta in Purgatorio est destinata, possit Pontifex ita liberare, ut neutiquam in Purgatorium ingrediatur?* Ex p. 11. t. 2. & Misc. 2. r. 43. p. 140

APPENDIX

Ad hunc Tractatum tertium de Bulla Cruciatæ hujus Tomi quarti.

AN Commissarius Bullæ Cruciatæ possit dispensare ad petendum debitum cum viro, qui post partum, uxoris baptizavit infantem, adstantibus multis aliis, qui hoc possint facere? Eadem est ratio uxoris erga virum. Ex p. 3. t. 4. ex r. 3. *Quæ nunc invenietur* in tom. 1. t. 1. de Baptismo r. 103

An virtute Cruciatæ Parochus possit exponere ad confessiones audiendas approbatus à quocumque Episcopo absque novæ approbatione? Et an Parochus per Bullam Cruciatæ Jubilæum, &c. sit eligibilis per totum mundum sine approbatione Episcopi ad confessiones audiendas? Ex part. 3. t. 4. ex r. 109. & 145. alias 110. & 146. *Quæ hic reperientur* in tom. 1. t. 3. de Pœnitentia r. 12. & 13

An Generales, & alii Prælati Regulares virtute Cruciatæ possint sine approbatione Episcopi excipere confessiones sæcularium? Et an possit puniri regularis, qui expositus à suo Superiore ad excipiendas tantum virorum confessiones, excipit tamen confessiones fœminarum vigore Cruciatæ? Et an Confessarius vigore Bullæ Cruciatæ possit exemptare, & dispensare in pœna privationis Officiorum, & inhabilitatis lata in Bulla Pii V. contra introducentes fœminas in Monasterium? Et quid de excommunicatione Pontifici reservata, etiamsi sit occulta, an possit absolvi à Confessario virtute Cruciatæ? Et notatur Sacerdotem semel approbatum, si absque causa ab Ordinario reprobatur, aut suspenditur, posse eligi in Confessarium per Bullam Cruciatæ, si non ex culpa propria evenerit. Et an votum castitatis emissum ante contractum matrimonium possit commutari per Bullam Cruciatæ, ut vovens possit petere debitum? Ex part. 10. t. 14. ex ref. 8. alias 6. & in part. 3. t. 2. ex ref. 93. & 66. & in p. 11. t. 4. ex r. 15. & in t. 8. r. 16. *Quæ hic sunt* in tom. 7. tract. 1. de Regularibus, r. 343. 121. 246. 79. & 278

An virtute Cruciatæ absolutus in articulo mortis à casibus in Bulla Cœnæ reservatis non teneatur ad comparendum, nec possit illi id onus imponi? Ex part. 5. t. 3. ex r. 66. *Quæ*

Quæ nunc invenietur in tom. 1. tr. 4. de Absolutione sacramentali res. 44

An Sacerdos qui virtute Cruciatæ non potest absolvere nisi satisfacta parte, si absolvat non satisfacta parte, absolutio sit illicita, sed non invalida? Ex p. 10. tr. 12. ex res. 7. *Quæ hic reperietur* in tom. 6. tr. 1. de Legibus res. 30

An saltem delegatus teneatur dispensare, si adsit causa sufficiens, si hoc privilegium sit concessum in favorem pœnitentis, ut est privilegium Bullæ Cruciatæ, & Jubilæi? Et an privilegia Bullæ Cruciatæ, & Jubilæi quatenus continent potestatem dispensandi sint strictè, vel latè interpretanda? Ex p. 8. tr. 3. ex r. 28. & 48. *Quæ hic sunt* in tom. 3. tract. 2. de dispensatione res. 16. & 50

An ingredientes septa Monasterii Monialium, si casus sic occultus possint absolutionem excommunicationis obtinere à quocunque Confessario vigore Bullæ Cruciatæ? Et an Commissarius Bullæ Cruciatæ possit in irregularitate ex defectu lenitatis dispensare? Ex p. 2. tr. 16. ex r. 33. aliàs 35. & in p. 4. t. 2. ex res. 69. *Quæ nunc invenientur* in tom 3. tract. 3. de Episcopis res. 31. & 35

An qui peccant, alias non peccaturi, ex confidentia Bullæ Cruciatæ, teneantur hanc circumstantiam in confessione explicare? Ex p. 1. tr. 7. ex r. 33. *Quæ nunc reperietur* in tom. 1. tr. 7. de Circumstantiis, res. 162

An Canonicus Pœnitentiarius sine speciali Episcopi approbatione sit eligibilis in Confessarium per Bullam Cruciatæ? Et an Confessarius eligendus vigore Cruciatæ debeat esse approbatus ab Episcopo, etiam quoad Regulares, vbi non sufficiat esse approbatum à Prælato Regulari suæ Religionis, vel alterius? Et an quando in Bulla conceditur facultas absolvendi ab omnibus casibus reservatis vigore talis indulti possit fieri absolutio a censuris reservatis? Et an per generalem votorum commutationem factam virtute Bullæ Cruciatæ possit Confessarius transacto postea tempore Bullæ illa commutare? Et docetur per absolutionem generalem datam in confessione vigore Cruciatæ à censuris reservatis, & per dispensationem ab irregularitatibus, & absolutionem à reservatis, non est dubium manere pœnitentem absolutum à censuris, & dispensatum in irregularitatibus, & quod peccata oblita reservata possint transacto tempore Cruciatæ confiteri, & absolvi à quocunque Confessario ab Ordinario approbato. Ex p. 5. tr. 11. ex res. 52. aliàs 51. & in p. 3. tr. 2. ex res. 21. & in p. 10. tr. 14. ex r. 6. & 30. aliàs 4. & 28. *Quæ hic sunt infra* in hoc ipsomet tom. 4. tr. 4. de Iubilæo res. 6. 7. 66. & 60

An Indulgentia pro mortuis lucretur, si sumens, & solvens Bullam Cruciatæ pro defuncto sit in peccato mortali? Ex p. 5. tr. 12. ex res. 39. aliàs 38. *Quæ hic est infra* in hoc ipsomet tom. 4. tract. 5. de Indulgentiis res. 36

An habentes Bullam Cruciatæ possint in collatione serotina ieiunii sumere aliquid casei, vel lactis, vulgo Castavallo, seu Tomazo? Et an ieiunia ex voto possit Confessarius vigore Cruciatæ commutare? Et an Confessarius non debeat scrupulos iniicere pœnitentibus comedentibus tempore Quadragesimæ cum Bulla Cruciatæ ova, quæ intra gallinas inveniuntur? Et an quando causa est dubia, v. g. ieiunii, &c. recurrendum sit pro dispensatione ad Superiorem, vel ad Confessarium electum per Bullam Cruciatæ, ut dispenset? Ex p. 5. tract. 14. ex resol. 12. & in part. 1. tract. 9. ex res. 15. & in part. 3. tract. 6. ex res. 80. & in p. 10. tr. 13. ex res. 27. *Quæ hic sunt infrà* in tract. 6. de Ieiunio r. 11. 5. 52. & 4

An qui non solvit decimas cum potuit, si postea fiat impotens, possit absolvi ab excommunicatione per Bullam Cruciatæ cum cautione, non obstante Concilio Tridentino sess. 25. c. 12. de Reformat. *dicente talem non esse absolvendum, nisi plena restitutione subsequuta? Et an per Bullam Cruciatæ, ut privilegium concessum in favorem pœnitentis, non possit talis absolvi invitus ab excommunicatione? Et an secus dicendum sit, si privilegium sit concessum in favorem Confessarii? Et an qui mortuus est excommunicatus, & non dedit signa contritionis, possit post eius mortem sumi Bulla, & per eam absolvi ab excommunicatione? Et an qui in articulo mortis fuit absolutus a censuris, & reservatis Papæ ex vi Cruciatæ, non teneatur si evaserit periculum se præsentare; imo satisfacere (quod est valde notandum) oneri comparendi, si coram Confessario facultatem habente absolvendi ex privilegio extra mortis articulum se præsentet.* Ex p. 5. tr. 9. ex res. 39. 10. & 24. & in p. 5. tr. 14. ex res. 59. *Quæ nunc invenientur* in tom. 5. tr. 1. de Excommunicat. res. 187. 189. 209. & 202

An virtute Cruciatæ possint absolvi percutientes Clericum, etiam enormi percussione? Ex p. 9. tr. 4. ex r. 57. *Quæ hic reperietur* in tom. 5. tract. 2. de Percussione Clerici, res. 80

An irregularitas contracta à solis Clericis, si non Sacerdotes confessiones audiant, si delictum est occultum, possit per Bullam Cruciatæ dispensari, ut ministrent in susceptis, & possint ascendere ad superiores Ordines? Ex p. 4. tr. 2. ex res. 77. *Quæ hæc est* in tom. 5. tr. 5. de Irregularitate res. 22

An delegatus possit sumere aliquid pro executoriis, & licentiis publicandi Indulgentias Bullæ Cruciatæ? Ex p. 5. tr. 13. ex res. 71. *Quæ nunc invenietur* in tom. 5. tr. 7. de Datis & Promissis res. 46

An Confessarius per Bullam Cruciatæ, licet non possit absolvere ab hæresi occulta, possit tamen absolvere receptatores, fautores, & defensores hæreticorum, & legentes, tenentes, & imprimentes eorum libros, & schismaticos, & nicromantes, &c. Et an Confessarius possit virtute Cruciatæ absolvere à contentis in edicto Dominorum Inquisitorum, hæresi tamen excepta? Et an verò Confessarius virtute Cruciatæ possit absolvere tantum semel in vita, & semel in morte ab omnibus casibus contentis in primo Canone Bullæ Cœnæ? Et an malefici, sortilegi, sollicitantes in confessione, blasphemantes hæreticaliter, & similes alii casus per Cruciatam possint absolvi toties, quoties? Et an Confessarius per Bullam Cruciatæ possit absolvere fœminam sollicitatam, quæ non denunciavit, si postea denunciet? Ex p. 5. tr. 12. ex res. 35. aliàs 36. & in p. 1. tr. 5. ex res. 7. *Quæ hic reperientur* in tom. 5. tr. 8. de hæresi res. 30. & 32

An fœmina sollicitata, & conscia edicti, & non denuncians intra terminum; excommunicationem incurrat, à qua absolvi non possit per Bullam Cruciatæ, nisi facta sit dicta denunciatio, quia tunc per Bullam Cruciatæ possit a quocunque Confessario absolvi, si facta sit denunciatio? Et an in casibus præter hæreticum dogmatizantem, & docentem eos hæresim, non teneantur criminosi prodere seipsos ex Edicto Inquisitorum, sed possint absolvi per Cruciatam? Et an non sit absolvendus vigore Cruciatæ qui excommunicatur donec eiciat concubinam, nisi prius sit expulsa, nec sufficiat, ut promittat expellere? Ex p. 4. tract. 5. res. 26. 29. & 35. & in p. 1. tract. 4. ex resol. 8. *Quæ hic sunt* in tom. 5. tr. 9. de Denunciationibus res. 18. 21. 23. & 15

Est in aliqua Ecclesia Regularium Altare privilegiatum, in quo per Missam ibi celebratam liberatur anima à Purgatorio; suspenditur-ne hæc gratia per Bullam Cruciatæ? Et stando in sententia affirmativa, quis teneatur Bullam vivorum accipere, ut talis Indulgentia revaldetur, & applicari possit defuncto, an prædicta Bulla requiratur in sacerdote, an verò in eo qui pro defuncto celebrare facit? Et an magis prosit animæ existenti in Pur-

gatorio in *Missa Altaris privilegiati, quam indulgentia Bullæ Cruciatæ?* Ex p.1.tr.11. ex r.86. & in p.3.tr. addit. ex r.22. & in p.9. tr.2. ex r.22. & 26. *Quæ hîc sunt* suprà in hoc ipsomet tom.4.t.1.de Altaribus privilegiatis r.30. 31. 32. & 38

Nota quod suprà in hoc ipsomet tom.4. tr.2. de Oratoriis privatis, *sunt quam plurimæ difficultates mistæ pro illo Tractatu de Oratoriis privatis, & ex isto de Bullæ Cruciatæ pro erigendis Oratoriis ex vi dictæ Cruciatæ, & pro audienda Missa, & celebranda, & Sacramentis Eucharistiæ, & Pœnitentiæ ministrandis in supradictis Oratoriis privatis per Bullam Cruciatæ, & etiam tempore interdicti, & indulgentiis lucrandis, &c. ideò si ita casus mistus occurrerit, quamvis prope est prædictus Tractatus in hoc ipsomet Tomo quarto, require illum ibi in sequentibus Resolutionibus hic assignandis, & in alia*, videlicet in res.28.35.36.39. 40. & à res.42. usque ad res.59. inclusivè, *quia omnes prædictæ Resolutiones sunt plenæ difficultatibus mistis pro illo, & isto Tractatu.*

An excommunicatio contracta ex fractione Bullæ Pii IV. & Gregorii XV. de Collationibus, & Scriptionibus tempore Conclavis, si sit occulta, possit absolvi ex virtute Bullæ Cruciatæ? & an si in periculo, vel articulo mortis quis absolutus fuit à supradicta excommunicatione per Bullam Cruciatæ, teneatur postea si convaluerit, se coram Summo Pontifice præsentare? Ex p.12. tract.2. ex res. 20. 29. & 34. *Quæ nunc invenientur* in tom.9. tract. 7. de Cardinalibus resol.113. 122. & 127

An Principes imponentes gabellas, licet justas super bona Ecclesiasticorum incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ; vel tantum incurrant in aliam excommunicationem Papalem, à qua, satisfacta parte, per Bullam Cruciatæ absolvi possint? Ex p.1. tract.2. ex res. 48. aliàs 47. *Quæ hîc reperientur* in tomo 9. tractat. 2. de Immunitate Ecclesiastica resolutione 237

TRACTATUS IV.

De Jubilæo p.141.

1. RES. *A Quo Episcopo debeat esse approbatus Confessarius per Jubilæum eligibilis? Idem est dicendum, si ex vi Bullæ Cruciatæ Confessarius sit eligendus.* Ex p.5. tr.12. resol.53. aliàs 52. ibid.

2. *An per Jubilæum sit eligibilis in Confessarium Parochus qui renunciavit beneficium, vel ab ipso fuit privatus? Idem est, si per Bullam Cruciatæ dictus Parochus eligatur. Et infertur, quod si Parochus beneficium amittit, vel illud relinquit per ingressum Religionis, poterit eligi virtute Jubilæi, quo pœnitenti conceditur facultas eligendi in Confessorem Sacerdotem approbatum. Etiamque deducitur, quod Parochus poterit ei, qui antea erat Parochus dare facultatem audiendi confessiones in sua Parochia. Et docetur Parochum adhuc habentem beneficium Curati, non solum esse eligibilem per Jubilæum intra eandem Diœcesim, sed extra, & ubique terrarum.* Ex p.5. tr.12. res.47. p.142

3. *An in aliquo casu sit eligibilis per Jubilæum Sacerdos non approbatus ab Episcopo, sed à Parocho? Et an Parochus possit suis subditis licentiam præbere, ut confiteantur cum Sacerdote approbato ab Episcopo alterius Diœcesis, seclusa prohibitione proprii Ordinarii?* Ex p.5.tr.12.res.48. ibid.

4. *An per Jubilæum sit ubique eligibilis in Confessarium sæcularis, vel regularis approbatus tantum limitatè ad parvum oppidum, vel quoad personas? Et quid, si ex defectu scientiæ sit approbatus pro supradicto loco, & personis? Idem est dicendum si eligatur per Cruciatam.* Ex part.5. tract.12. resol.49. aliàs 48. p.143

5. *An Religiosus ab Episcopo approbatus sit eligibilis per Jubilæum, etiamsi à suo Superiore, & Prælato per sententiam privatus sit, ne confessiones sæcularium audiat? Et an sit probabile etiam sine Bullæ validè posse prædictum Religiosum sæcularium confessiones audire virtute approbationis, & jurisdictionis ab Ordinario concessæ; etiamsi legitimè non fuerit Ordinario præsentatus, & per suum Superiorem per sententiam prohibitus?* Ex part.5. tract.12. resol.50. aliàs 49. ibid.

6. *An per Iubilæum sit eligibilis in Confessarium Prælatus Regularium, non approbatus ab Ordinario loci? Et quid extra Jubilæum, & Bullam Cruciatæ? Et an Canonicus Pœnitentiarius sine speciali Episcopi approbatione sit eligibilis per Bullam, aut Jubilæum?* Ex p.5. tr.12.r.52. aliàs 51. p.144

7. *An Confessarius eligendus virtute Bullæ Cruciatæ, vel Jubilæi debeat esse approbatus ab Episcopo, etiam quoad Regulares, itaut non sufficiat esse approbatum à Prælato Regulari suæ Religionis, vel alterius?* Ex p.3.tr.1. r.21. ibid.

8. *Vtrum tempore Iubilæi Regulares teneantur eligere Confessarium non à suo Prælato, sed ab Episcopo loci approbatum?* Ex p.2. tract.17. & Misc.3. resol.47. p.145

9. *An Religiosi tempore Iubilæi possint eligere Confessarium non approbatum ab Episcopo, sed approbatum à Prælato Regularium? Et an sententia hujus quæstionis procedat quoad Novitios? Et an tempore Iubilæi Religiosi possint sine Superioris licentia confiteri cum extraneis, itaut non possit Superior prohibere suis subditis, ne confiteantur cum sacerdotibus sæcularibus, vel Regularibus alterius Religionis?* Ex p.5. tr.12.r.37. ibid.

10. *An quicumque Confessarius ab Ordinario approbatus possit tempore Iubilæi absolvere Moniales à peccatis, vel à casibus, & censuris reservatis?* Ex p.3. tr.2. res.29. & ad pedem literæ in præcitata p.5. tract.4. res.153. aliàs 154. Ideò hic una tantum transcribitur. p.146

11. *An Moniales tempore Iubilæi possint eligere quascumque Confessarios ab Ordinario approbatos, etiamsi in particulari non sint ad earundem Monialium confessiones deputati ab Ordinario?* Ex p.5. tr.12.r.11. ibid.

12. *An superiores Regularium possint pro suis subditis promulgare Iubilæum, non expectata promulgatione Episcopi Diœcesani, seu Parochi? Et quid si Episcopus, aut Parochus non mittit copiam, aut Brevarium Bullæ Iubilæi? Et an dici possit Papam Religiosos volentes acquirere Iubilæum subjicere Ordinario loci non coactione, & læsione exemptionis? Et an Prælatus Regularis duabus postquam authenticam habuit Iubilæi notitiam hebdomadibus possit eum indici, esto Episcopus serius, aut citius indicat Iubilæum?* Ex p.10.t.14. & Misc. 4. r.35. aliàs 33. ibid.

13. *An quando in Iubilæo conceditur facultas absolvendi ab omnibus casibus, & censuris reservatis Papæ, possit Confessarius à casibus Bullæ Cœnæ absolvere? Et ut quis possit absolvere à casibus Bullæ Cœnæ, an sufficiat, ut in Iubilæo dicatur, quod conceditur facultas absolvendi à casibus Bullæ Cœnæ sine expressa derogatione ipsius Bullæ?* Ex p.5.tr.12.r.34.p.147

14. *An in Iubilæo posset Confessarius commutare vota peregrinationis Hierusalem, ad limina Apostolorum, & D. Iacobum Compostellanum, si non exprimantur? Et notatur discrimen inter votum castitatis perpetuæ, vel*

Religionis

Religionis, & reliqua Pontifici reservata; quia illa tam priora relaxandi potestas non censeatur concessa, nisi exprimatur; hac autem relaxandi potestas satis in generali censeatur expressa. Ex p.5. t.12. res.59. alias 58. ibid.

17. *An vigore Iubilæi, Bullæ Cruciatæ, aut cujusvis alterius privilegii sit dispensabile votum Religionis strictæ in Religionem minus strictam?* Ex p.10. t.14. & Misc.4. r.29. alias 27. p.148

18. *An Confessarius vi Iubilæi possit dispensare, vel commutare votum Religionis, vel perpetuæ castitatis, quando non est tota materia voti? Idem dicendum est de Episcopo. Et postquam votum Religionis, vel castitatis perpetuæ fuit à Summo Pontifice commutatum in materiam non reservatam, v.g. in eleemosynas, in confessiones menstruas, &c. an possit Confessarius vi Iubilæi, & Episcopus hanc materiam commutationis non reservatam hanc commutare in aliam materiam? Idem dicendum est de quovis alio habente privilegium ad dispensandum in votis.* Ex part.5. tract.12.r.61. alias 60. ibidem.

19. *An Confessarius vi Iubilæi, vel Episcopus possit commutare votum perpetuæ castitatis, vel Religionis metu levi extortum? Idem est dicendum de votis emissis in periculo mortis, & naufragii. Et an votum etiam solemne ex levi metu injustè incusso editum in foro conscientiæ sit irritum?* Ex part.5. t.12. r.62. alias 61. pag. 149

20. *An Confessarius vi Iubilæi, in quo datur facultas commutandi vota, exceptis votis castitatis, & Religionis possit commutare juramenta piæ Religionis, & perpetuæ castitatis? Et an dicta juramenta sint reservata Summo Pontifici, vel tantùm Episcopis?* Ex p.5.t.12. r.60. alias 59. ibid.

21. *An Confessarius virtute Iubilæi habens facultatem dispensandi, & commutandi vota, extendatur hæc facultas ad juramenta promissoria Deo facta, vel ad vota juncta? Et an vero, si facultas delegata dispensandi, aut commutandi esset limitata ad unicum votum, tunc posset auferri juramentum de eadem materia illi concomitanter adjunctum?* Ex part.5. t.12. r.58. alias 57. ibidem.

22. *An virtute Iubilæi possit Confessarius commutare juramentum solvendi usuras, aut metu injusto extortum? Et an possit Confessarius virtute Iubilæi commutare vota in favorem tertii facta, nondum tamen acceptata, ut verbi gratia si quis voverit se daturum Calicem cuæ Ecclesiæ, vel eleemosynam certæ personæ, aut construendam Ecclesiam, &c. sine consensu illius in cujus favorem sunt facta?* Ex p.5. t.12.r.57. alias 56. pag.150

23. *An Confessarius virtute Iubilæi possit absolvere à casibus Episcopo reservatis? Et an hoc etiam extendatur ad casus, & censuras reservatas ab Episcopo, etiam post Iubilæi publicationem?* Ex p.3. t.4. r.148. alias 149. ibid.

24. *An Confessarius virtute Iubilæi, Bullæ Cruciatæ, aut alterius privilegii possit commutare vota extra sacramentalem confessionem? Et ita faciendo Confessarius peccet mortaliter per doctrinam, quæ in §.2. ubi Resolutionis traditur? Ex quo etiam infertur, an Regulares teneantur per se, seclusò scandalo, observare præcepta Synodalia: & an censuræ Synodales per Episcopum promulgatæ ligent Regulares? Et deducitur, an verba imperativa contineant præceptum? Et quid dicendum est in Concilus, & Decretis Pontificum, an verba imperativa semper accipienda sint præceptiva?* Ex p.5. t.12. r.36. ibid.

25. *An tempore Iubilæi possit quis petere commutationem votorum, vel operum injunctorum ab uno Confessario, & postea cum altero confiteri?* Ex p.5.t.12.r.51. alias 50. p.151

24. *An si quis in vigilia Nativitatis jejunaret pro lucrando Iubilæo, satisfaceret sumendo illam majorem quantitatem, quæ sumi solet in dicta Vigilia, cum jejunatur extra tempus Iubilæi? Et supponitur in dicta Vigilia posse sumi uncias sexdecim in collatione serotina. Et docetur quod si aliquis jejunasset nesciens Iubilæum promulgatum, tunc hoc non obstante, illud lucraretur. Et aliqua alia pro jejuniis Iubilæi adducuntur.* Ex part.11. tractat.7. & Misc.7. resolut.12. ibidem.

25. *An ad lucrandum Iubilæum sufficiat, quod commutatio jejuniorum ex justa causa fiat, verbi gratia, Feria quinta? Et an potestas commutandi opera Iubilæi, ita se extendat ad præterita, ut possit Confessarius electus commutare omnia, & singula opera omissa?* Ex p.5. t.12. r.25. p.151

26. *An qui omisit ex malitia opera præscripta in Iubilæo, possit ultimo die illud lucrari, & dicta opera à Confessario commutari? Et an Confessarius pœnitenti, qui visitavit Ecclesias statutis diebus, & die Sabbatho confitetur, si adsunt justa causa, possit differre absolutionem, & Communionem ultra tempus in Bulla statutum per aliquot hebdomadas; & adducuntur duo casus in textu huius Resolutionis pro praxi huius quæstionis?* Ex part.5. tract.12. resolut.26. ibidem.

27. *An in Iubilæo extra tempus Quadragesimæ possit quis comedere lacticinia sine Bulla Cruciatæ? Et an possit adduci consuetudo in contrarium? Et an in dubio de tali consuetudine, an fuerit introducta animo se obligandi, vel causa devotionis, & honestatis, præsumendum sit non obligare?* Ex p.3. tract. addit. r.20. pag. 153

28. *An si in Bulla præcipiatur tribus diebus ieiuniorum fieri Orationem, eleemosynam, &c. an iisdem diebus facienda sit? Et an quando expressè Bulla non dicit, ut oratio, visitatio, & eleemosyna fiat tribus diebus, sed tantum indeterminatè mandatur Ecclesiarum visitatio, oratio, eleemosyna, an sufficiat visitare, orare, & eleemosynam facere, etiam die Dominico non solum ante, sed post Communionem?* Ex part.5.t.12. r.22. ibid.

29. *An quando in Bulla Iubilæi, vel Indulgentiæ præscribitur simpliciter, & indeterminatè eleemosyna, hæc facienda sit secundum qualitatem personæ? Et quid est dicendum quando in Bulla præcipitur eleemosynam faciendam esse iuxta facultates cuiusque?* Ex p.5. t.12. r.14. ibid.

30. *An quando in Iubilæo Superior non vult aliquid dare pro eleemosyna, possit illam subditus clam à Monasterio accipere? Idem est in prædicto casu de Monialibus, uxoribus, filiis, servis, & mancipiis respectu Abbatissæ, mariti, patris, & Domini. Et an quando in Iubilæo eleemosyna danda relinquitur uniuscuiusque arbitrio, sufficiat minima? Et an sufficiat dando eleemosynam illi, quem puto esse pauperem, cum revera sit dives, & fingat se pauperem? Et an pauperes ficti obligentur restituere quæ per eleemosynas minutas acceperunt?* Ex part.10. t.15. & Misc.5. r.22. pag. 154

31. *An pauperes qui non possunt ad lucrandas Indulgentias largiri eleemosynam, egeant commutatione in aliquod opus pium, sicut qui non potest ieiunare, vel Ecclesias visitare, vel in tali casu an sufficiat si pauper curet, ut eleemosyna ab alio detur pro se?* Ex p.5.t.12. r.15. p.155

32. *An si quis in Iubilæo præberet eleemosynam per servum qui illam tamen non daret, lucretur Iubilæum? Vbi plura de eleemosyna largienda tempore Iubilæi pro omnibus personis tam secularibus, quàm Regularibus adducuntur.* Ex part.5. tractat. 12. resolut.31. ibidem.

33. *An inroteſcente, non elapſo tempore Iubilæi, famulum non dediſſe eleemoſynam à Domino acceptam, ut pauperibus elargiretur, teneatur Dominus adhuc alteram eleemoſynam erogare? Et ſupponitur, quod Dominus; ſi dat famulo ſtipem pro pauperibus ad lucrandum Iubilæum, & ipſe ſibi retineat, Dominum bona fide lucrari Iubilæum. Et docetur eleemoſynam dandam pauperibus pro conſequutione Iubilæi, non eſſe menſurandam juxta uniuscujuſcunque ſumentis menſurationem.* Ex p.11.t.7. & Miſc.7.r.18. p.156

34. *An quis poſſit lucrari Iubilæum præſtando opera, quæ ex alio capite facere tenetur? Vt v. g. ex obligatione præcepti divini, aut Eccleſiaſtici, aut Confeſſarii, vel voti, ut ſi in Quadrageſima publicatur Iubilæum, vel tempore quatuor temporum, &c.* Ex p.5.t.12.r.55. aliàs 54. ibid.

35. *An ſi quis v. g. hîc Panormi poſt publicatum Iubilæum viſitavit Eccleſias, compulſus poſtea ex aliquo negotio à Panormo diſcedere, poſſit in alio loco reliqua opera præſtare, & Iubilæum lucrari?* Ex p.5.t.12. r.53.p.157

36. *Quis jejunavit, & viſitavit Eccleſias in prima hebdomada Iubilæi, & poſtea in ſecunda, die Dominico, vult confiteri, & Communionem ſumere; quæritur, an ita lucretur Iubilæum, & Confeſſarius poſſit illum à peccatis, & cenſuris reſervatis abſolvere? Et an qui complevit intra hebdomadam opera omnia in Iubilæo injuncta, itaut ultimum opus ſit jejunium Sabbathi, ſi iterum mane die Dominico incidat in caſum reſervatum, poſſit ab illo virtute Iubilæi abſolutionem obtinere? Et quid, ſi poſt communionem Dominicæ in reſervata incurrerit?* Ex p.3.t.4. r.152. aliàs 153. ibid.

37. *An qui adimplet opera injuncta intra duas hebdomadas lucretur Iubilæum?* Ex p.5.t.12.r.24. ibid.

38. *Quis noluit lucrari Iubilæum, & in ſecunda hebdomada, die Sabbatho, à Deo inſpiratus mutat propoſitum, quæritur, an poſſit abſolvi à reſervatis, & lucrari Iubilæum? Et an ſi aliquis omnia opera injuncta pro conſequendo Iubilæo feciſſet, & mane die Dominico vellet confiteri, & ſacram Euchariſtiam ſumere, ſed inadvertenter, & incuria aliquid cibi deglutivit, vel bibit, an hoc non obſtante poſſit lucrari Iubilæum, & abſolvi à reſervatis; vel in dicto caſu quid eſt faciendum?* Ex p.3. tr.4. reſ. 151. aliàs 152. p.158

39. *In ultimo Iubilæo Pauli V. Pontificis maximi fuit orta magna diſſenſio inter Theologos, an qui in die Dominico confitetur, ſatisfaceret Iubilæo?* Ex p.2.tr.15. & Miſc.1.r.28. ibid.

40. *Quis in die Sabbathi acceſſit ad confitendum, ſed ob anguſtiam temporis Confeſſarius diſtulit confeſſionem poſt tranſactum Iubilæum: quæritur an poſſit abſolvi à caſibus reſervatis poſt tempus elapſi Iubilæi commiſſis?* Ex p.3.t.4.r.146. aliàs 147. ibid.

41. *An pœnitens, cui ex iuſta cauſa fuit dilata abſolutio poſt tempus à Iubilæi Bulla definitum, ſi incidat in novos caſus reſervatos, & nova vota emittat, an poſſit Confeſſarius illa abſolvere, & hæc commutare?* Ex p.5. tr.12.r.27. p.159

42. *An aliquando poſſit quis abſolvi à peccatis reſervatis commiſſis poſt finitum tempus Iubilæi? Et quid de votis, & peccatis commiſſis intra tempus Iubilæi, quamvis confeſſio finiatur poſt tempus elapſum?* Ex p.11.t.2. & Miſc.2.r.54. ibid.

43. *An Confeſſio informis ſufficiat pro lucrando Iubilæo, vel Indulgentiis? Sed hæc difficultas procedit ex ſuppoſitione, quod dari poſſit confeſſio informis. Et doctè, & breviter explanatur, quando confeſſio dicatur informis, & quando invalida, & quomodo in utraque Confeſſarius ſe gerere debeat?* Ex p.11. t.6. & Miſc.6. r.10. p.160

44. *An ſi quis confitetur pro lucrando Iubilæo, & poſtea recordatur alicuius peccati oblivi, ſi non habeat copiam Confeſſarii, poſſit Euchariſtiam ſumere, & lucrari Indulgentiam? Et quid eſt dicendum, ſi quis rite ſit confeſſus, & Communionem ſacram recepit, ſi antequam lucretur Iubilæum, labatur in novum peccatum, utrum teneatur iterum confiteri? Et notatur, quod per confeſſionem ſacrilegam non lucratur Iubilæum. Et quid per ſumptionem indignam Euchariſtiæ?* Ex p.11. t.7. & Miſc.7. r.13. ibid.

45. *An ſi quis intra tempus à Iubilæo præſcriptum conſiteatur, & ante conſequutionem Indulgentiæ incidat in aliud peccatum, teneatur iterum confiteri? Et quid ſi oblitus fuerit alicuius peccati, an requiratur, ut illud confiteatur intra tempus Indulgentiarum? Idem dicendum eſt, ſi ex cauſa inculpatè peccatum aliquod omiſit in confeſſione.* Ex part.5. tractat.12. reſol.1. p.161

46. *Quis conſequutus eſt Iubilæum, non tamen eſt confeſſus, quia peccati mortalis ſibi conſcius non erat, quæritur, an tranſacto Iubilæo à peccatis reſervatis ante illud commiſſis, & oblitis abſolvi poſſit, & vota commutari? Et in ſupradicto caſu, an Confeſſarius poſſit vota commutare, tametſi pœnitens Iubilæi tempore votum fecerit, & noluerit diſpenſationem petere, an tranſacto tempore Iubilæi poſſit hoc votum Confeſſarius commutare? Et an ſi aliquis tempore Iubilæi non habuit copiam confeſſarii, & contritus ſacram Euchariſtiam ſumpſit, & omnia pro lucrando Iubilæo perfecit, an poſſit abſolvi à reſervatis, tranſacto tempore Iubilæi? Et quid dicendum, verbi gratia, ne manifeſtet complicem, vel ex alia iuſta cauſa in confeſſione Iubilæi non manifeſtavit peccatum reſervatum, an poſtea tranſacto Iubilæo poſſit de tali peccato à quocumque Confeſſario abſolutionem obtinere?* Ex p.3.t.4.r.149. aliàs 150. p.162

47. *An peccata venialia ſint confitenda, quando requiritur confeſſio ad Iubilæum lucrandum? Ex quo infertur an qui caret mortalibus, & venialia tantum habet, teneatur illa ſub mortali in Quadrageſima confiteri pro præcepto Eccleſiæ?* Ex p.3. tr.4.r.125. aliàs 126. ibid.

48. *An ad lucrandum dictum Iubilæum, ſi quis non habet mortalia, teneatur adhuc confiteri? Et quando in Bulla Iubilæi, vel Indulgentiæ dicitur, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, vel omnibus contritis, & confeſſis, &c. ad lucrandam Indulgentiam ſufficiat vera, & perfecta contritio cum confeſſione in voto, ſeu cum propoſito confitendi tempore debito, ſecundum Eccleſiæ præceptum, etiamſi lucraturus Indulgentiam commiſerit peccata poſt ultimam confeſſionem? Et an confeſſio ſit præmittenda, quando in Bulla Iubilæi, vel Indulgentiæ exigitur, vel ſatis ſit, ut poſponatur, dummodo ſit intra tempus Iubilæi? Et quid eſt dicendum circa hoc ultimum in Iubilæo anni Sancti?* Ex p.5.t.12.r.30. p.163

49. *An qui tempore Iubilæi per aliquam impotentiam phyſicam, vel moralem non poteſt confiteri, ſed contritus poſt alia opera præſcripta, Communionem ſumit, lucretur Iubilæum?* Ex p.5. tract.12. reſ.29. ibid.

50. *An excommunicatus contritus, ſi non poteſt obtinere abſolutionem, lucretur Indulgentiam, aut Iubilæum, ſi adimpleat alia opera injuncta? Et præſertim quoad eos, qui in aliquam hæreſim inciderunt: & idem dicendum eſt de illis, qui ſunt excommunicati ob penſiones, & debita; & ſunt impotentes ad ſolvendum?* Ex part.5. tractat.12. reſolut.13. p.164

51. *An quando duobus diebus immediatis occurrunt duo Iubilæa, quorum quodlibet requirit confeſſionem, & communionem, teneatur qui vult illa lucrari bis confiteri, &*

& his Eucharistiam sumere ? Et quid est dicendum de aliis operibus injunctis in quolibet Iubilæo ? Ex p.4. tr.4. & Misc.r.166. ibid.

12. An si in Iubilæo dicatur tantum, quod efficiatur Communio die Dominica, quis satisfaceret communicando in alia die hebdomadæ ? Et docetur communicando in alia die hebdomadæ sufficere ad satisfaciendam sallam in peccato mortali sufficere ad satisfaciendum onera communionis injuncto ad lucrandum Iubilæum. Et pueri ex defectu ætatis Eucharistiam suscipere non valentes, an satisfaciant communicando spiritualiter, adimplendo cætera opera in Iubilæo præscripta; vel in tali casu, an sit commutanda communio in aliud opus pium ? Idem dicendum est de infirmis, & patientibus tussim, vomitum, & quid simile; aut de eo, qui ex oblivione, & incuria, seu inadvertentia die designato communionis, nempe die Dominico bibit, & ita de similibus. Ex p.5.tr.12.r.17. ibid.

13. An si quis suscipiat sacram Eucharistiam in peccato mortali; vel faciat confessionem sacrilegam, lucretur posta Iubilæum, si in ultima Iubilæi periodo per actum contritionis sit in gratia ? Ex p.3.tr.4.r.147. aliàs 148. p.165

14. An ad lucrandum Iubilæum sufficiat indigna communio, seu facta in peccato mortali ? Ex quo infertur, an si quis fecit intra hebdomadam Iubilæi confessionem, sacrilegam, sufficiat ad effectum Indulgentiæ habere contritionem ante finem hebdomadæ, an vero debeat iterum validè confiteri ? Et an si quis det alteri tempore Iubilæi eleemosynam distribuendam, si iste talis non distribuat, Indulgentiam non lucretur ? Et quid, si tamen præcipiat Ordinno, ut in tali casu det eleemosynam ? Et quid est dicendum, si emitteretur eleemosyna tempore Iubilæi ad pauperem distantem, ad quem non posset pervenire intra illam hebdomadam; an tunc eleemosyna non daretur intra tempus legitimum ? Et an in prædicto casu Iubilæi, si eleemosyna daretur ficto pauperi, lucraretur Iubilæum ? Et an si quis lucraturus Iubilæum confiteatur, & antequam adimpleat opera injuncta, incidat in mortale, teneatur iterum confiteri ? Et quid dicendum est de eo, qui in confessione facta de aliquo peccato obliviscatur, aut ex causa inculpate peccatum aliquod in confessione omittitur ? Et an sufficiat communio, quæ præcedat tempus Iubilæi ? Et quid, quando plures Indulgentiæ eadem die diversis Ecclesiis concessæ sunt iis, qui post confessionem, & communionem eas visitaverint, & ibi oraverint; an tunc unica confessio, & communio sufficiat ad lucrandam utramque Indulgentiam ? Idem dicendum est, si Indulgentia non eadem die, sed sequenti, vel intra debitam distantiam occurrer.t. Et quæritur, an conjunctio communionis pro Iubilæo non afficiat pueros, & proinde non sit opus communione ? Ex p.10. tr.3. & Misc.3. r.55. ibid.

15. In præcitato Iubilæo, cum quis illud obtinuisset in prima hebdomada, incidit postea in casus reservatos, & fuit in secunda hebdomada iterum à quodam Confessario absolutus, quæsivit à me dictus Confessarius, an peccaverit, & teneatur de errore admonere pœnitentem ? Et resolutio hujus casus pendet ex illa quæstione, an si quis priori hebdomada explevit opera injuncta in Iubilæo, & illud comparavit, possit in secunda hebdomada iterum lucrari, & à reservatis absolvi ? Ex p.2.tr.17. & Misc.3. r.49. p.167

16. An qui lucratus est Iubilæum in prima hebdomada, iterum in secunda hebdomada possit illud lucrari ? Ex p.5.r.12.r.28. p.168

17. Quis lucratus est Iubilæum Messanæ, postea negotiandi causa Panormum venit, ubi Iubilæum celebratur, quæritur, an possit illud lucrari, & Confessarius à peccatis reservatis de novo incursis illum possit absolvere ? Et docetur sacram Congregationem respondisse, semel tantum posse Iubilæum tam in anno Sancto, quam aliis. Et notatur, quod qui tempore, quo fuit publicatum Iubilæum in sua patria, & ex aliqua ignorantia invincibili non habuit notitiam illius, poterit, illo tempore transacto, lucrari inter duas hebdomadas à die notitiæ. Idem dicendum est de illo, qui feria sexta, vel Sabbatho habuit notitiam de Iubilæo. Ex p.3. tract.4. r.150. aliàs 151. ibid.

18. Plausibilis est Confessariis illa quæstio. An qui voluntariè, vel ex oblivione tempore Iubilæi non petiit commutationem alicuius voti, possit inde post transactum Iubilæum, etiam post multos annos eandem commutationem obtinere ? Supponimus omnia opera præscripta fecisse, & Iubilæum consequutum fuisse. Idem est de dispensatione in irregularitate, & de reliquis in Iubilæo concessis. Ex p.2. r.16. & Misc.2. r.9. aliàs 11. ibid.

19. An si tempore Iubilæi quis noluit petere commutationem votorum possit postea, transacto Iubilæo, illam petere ? Ex quo infertur, quod quando tempore Iubilæi quis obtinuit à Confessario generalem commutationem, & dispensationem circa vota, (imo quando nulla facta est à Confessario electo commutatio,) censeatur sublata reservatio votorum oblitorum, & sic illa, transacto Iubilæo, possunt commutari à quocumque Confessario, si pœnitens verè lucratus est Iubilæum. Ex p.5.tract.12. r.40. p.169

20. An per generalem votorum commutationem factam virtute Iubilæi, aut Bullæ possit Confessarius, transacto postea tempore Iubilæi, vel Bullæ, illa commutare ? Et docetur, quod per absolutionem generalem datam in confessione vigore Iubilæi, vel Cruciatæ à censuris reservatis, & dispensatione in irregularitatibus, & absolutione à peccatis oblitis reservatis, non est dubitandum manere pœnitentem absolutum à censuris, & dispensatum in irregularitatibus; & quod peccata oblita reservata possint, transacto Iubilæo, & Cruciata, confiteri, & absolvi à quocumque Confessario ab Ordinario approbato. Et deducitur, quod potest Confessarius intra tempus Iubilæi dicere pœnitenti, commuto tuum votum in illam rem, aut res, quam, aut quas tibi designabo post tres, aut quatuor hebdomadas post transactum Iubilæum. Item, potest Confessarius eligere commutationem votorum in rem illam, quam talis, aut talis iudicaverit prudenter sustinendam. Ex p.10. tract.14. & Misc.4. res.30. aliàs 28. ibid.

21. Quis absolutus fuit virtute Iubilæi, quod postea non lucratus est, quæritur, an peccata oblita reservata possit postea cuicumque Confessario confiteri ? Et notatur, quod si aliquis confiteatur animo lucrandi Iubilæum, & absolvitur ab excommunicatione, & peccatis reservatis, sed postea illud non lucratur, reservationem, & excommunicationem illam iterum non redire. Idem dicendum est de votis commutatis. Et deciditur, quod Confessarius non potest absolvere à casibus reservatis, imo nec à censuris ea conditione, ut pœnitens Iubilæum lucretur. Et an prædictus absolutus à casibus, & censuris modo quo supra, si postea mutet voluntatem, & non lucretur Iubilæum, peccet mortaliter ? Ex p.3. tr.4. res.144. aliàs 145. p.170

22. An qui tempore Iubilæi obtinuit commutationem votorum, sed aliquorum oblitus est, transacto eo tempore Iubilæi possit à dictis votis oblitis commutationem petere, & non obstante, quod lucratus non sit Iubilæum, quia certum est, quod vota commutata, etiamsi postea non lucretur ex culpa sua Iubilæum, minimè revivisere ? Et notatur hanc opinionem esse veram etiam circa vota commutata à Confessario tantum generaliter, remittendo opera subrogata à se, vel ab alio postea præscribenda. Et quid est dicendum, quando pro Iubilæo lucrando quis non confessus est, quia non habebat mortalia, an iste talis poterit postea absolvi à reservatis, transacto tempore Iubilæi ? Ex p.5.tr.12.res.41. p.171

23. Quidam obtinuit commutationem multorum votorum virtute Iubilæi, quod intendebat lucrari, sed postea con-

fulto, & liberata voluntate omisit opera in Iubilæo præscripta, & illud non obtinuit, quæsivit à me, an remanerit securus in conscientia de tali votorum commutatione; quod est quærere, an vota commutata vigore alicujus Iubilæi reviviscant, eo non obtento? Et advertitur hanc doctrinam esse veram, etiam si Confessarius commutaverit talia vota non præscribendo opera surrogata, sed ea à se, vel ab alio postea, transacto Iubilæo, præscribenda remittens, quod secus dicendum est de votis oblitis. Ex p. 2. t. 16. & Misc. 2. r. 10. alias 12. ibid.

64. *Convenienter superiori quæstioni istam adjungimus. An qui voti commutationem accepit virtute alicujus Iubilæi, peccet postea mortaliter, si voluntarie omittat onera Iubilæi, & illud non consequatur? Idem dicendum est de illo, qui obtinuisset absolutionem à reservatis, à censuris, & postea omitteret opera præscripta in Iubilæo.* Ex part. 2. t. 16. & Misc. 2. r. 11. alias 13. p. 172

65. *An qui tempore Iubilæi absolutus fuit à reservatis, & obtinuit commutationem votorum si ex culpa sua voluntariè non lucretur Iubilæum, peccet mortaliter? Et docetur, quod est Regula generalis, quod quando est dubium, an pro aliqua re sit præceptum impositum, tunc judicandum est, non dari tale præceptum.* Ex part. 5. t. 12. r. 42. ibid.

66. *An quando in aliquo Iubilæo non conceditur facultas absolvendi à reservatis, sed tantum requiritur pro consequenda Indulgentia, ut quis confiteatur, & visitet certas Ecclesias, possit adhuc à reservatis absolvi? Et an quando in Bulla, vel Iubilæo, vel aliquo alio Indulto conceditur facultas absolvendi ab omnibus casibus reservatis, vigore talis Indulti possit fieri absolutio à censuris reservatis?* Ex part. 10. t. 14. & Misc. 4. r. 6. alias 4. ibid.

67. *An in Iubilæo sufficiat opinio probabilis ad lucrandam Indulgentiam?* Ex part. 5. tract. 12. resol. 32. pag. 173

68. *An si quis tempore Iubilæi sequatur circa illud opinionem probabilem, lucretur Indulgentias? Idem deducitur circa jurisdictionem in administrationem Sacramentorum.* Ex part. 10. t. 11. & Misc. 1. resol. 34. ibidem.

69. *Quot Ecclesiæ in Jubilæo visitandæ sunt? Et quid si Episcopus deputaret plures Ecclesias, quam sunt à Papa præscriptæ in Vrbe? Et quid vero, si Ordinarius pauciores Ecclesias, aut unam tantum deputet?* Ex p. 5. t. 12. r. 56. alias 55. p. 174

70. *De oratione facienda ad lucrandum Jubilæum.* Ex p. 5. t. 12. r. 33. ibid.

71. *De quibusdam dubiis circa Jubilæum anni Sancti. Primum an per Bullam Jubilæi hujus anni Sancti tollantur Indulgentiæ plenariæ pro mortuis? Secundum, an tollantur Indulgentiæ plenariæ concessæ pro articulo mortis? Tertium, an tollantur Indulgentiæ plenariæ Ecclesiarum urbis Romæ?* Ex part. 11. t. 8. & Misc. 8. r. 61. ibidem.

APPENDIX

Ad cæteras alias Quæstiones pertinentes ad hunc Tractatum quartum hujus Tomi quarti.

AN si non adsit alius Minister bonus, licitum sit compellere Parochum, qui est in peccato mortali, ut ministret tibi sacram Eucharistiam, & Pœnitentiam tempore Iubilæi? Ex part. 10. t. 11. ex r. 63. *Quæ nunc invenietur* in tom. 2. t. 3. de audienda Missa in die festo res. 16

An moribundus, qui non valet nisi per signa contritionis sua peccata confiteri, lucretur Jubilæum, quia hæc est vera confessio? Ex part. 3. t. 3. ex r. 1. *Quæ hic reperietur* in tom. 1. t. 4. de Absolutione sacramentali res. 55

An quando quis confitetur tempore Iubilæi omnia peccata reservata invalide tamen ex defectu doloris, vel ex integritate, teneatur postea cum legitimo Superiore illa confiteri, vel sufficiat cum quocunque Confessario? Ex part. 4. t. 4. ex r. 124. *Quæ hic est* in tom. 1. t. 5. de Reservatis r. 29

An ad lucrandum Iubilæum pueri, qui possunt confiteri, sint etiam ad Eucharistiam admittendi? Ex part. 3. t. addit. ex r. 19. *Quæ nunc invenietur* in tom. 2. t. 2. de Communione r. 6.

An Delegatus ex vigore Jubilæi teneatur dispensare, si adsit causa sufficiens, quia est privilegium in favorem pœnitentis? Et an privilegia Iubilæi, quatenus continent potestatem dispensandi, sint stricte, vel late interpretanda, & an facultas delegata ad dispensanda vota, vel commutanda virtute Iubilæi extendenda sit ad vota emissa post ejus publicationem? Ex p. 8. t. 3. r. 18. 48. & 46. *Quæ hic reperientur* in tom. 3. t. 2. dispensatione r. 16. 50. & 72

An qui peccavit, alias non peccaturus, ex confidentia obtinendi Iubilæum, teneatur hanc circunstantiam in confessione aperire? Ex p. 1. t. 7. ex r. 33. *Quæ hic est* in tom. 1. t. 7. de Circunstantiis r. 162

An Altaria privilegiata suspendantur per Iubilæum anni Sancti? Ex part. 9. t. 2. ex r. 23. *Quæ hic est supra* in hoc ipsomet tom. 4. t. 1. de Altaribus privilegiatis res. 34

An adolescentes, qui nondum 21. annum attigerunt, teneantur ad jejunia Iubilæi, alias Iubilæum non obtinebunt? Et an Jejunio Iubilæi quis peccet, si comedat ova, & lacticinia, ubi ex consuetudine absque Bulla non comeduntur non solum in Quadragesima, sed intra annum? Et an si jejunium Iubilæi incidat in Vigilium Nativitatis Domini, collatio serotina possit fieri in magna quantitate? Ex part. 1. t. 9. ex r. 16. §. ult. & in p. 9. t. 8. ex res. 6. & in part. 10. t. 12. ex r. 41. *Quæ hic sunt infra* in hoc ipsomet tom. 4. t. 6. de Jejunio r. 63. 55. & 111

An concessio Indulgentiarum per modum Iubilæi habeat annexam facultatem eligendi confessarium? Ex p. 10. tract. 16. ex r. 5. *Quæ hic est infra* in hoc ipsomet tom. 4. t. 5. de Indulgentiis. r. 5

An per Iubilæum concessum in favorem pœnitentis possit quis absolvi invitus ab excommunicatione? Et an qui in articulo mortis fuit absolutus à censuris Papæ reservatis, aut Episcopo virtute alicujus Iubilæi non teneatur si præsentare coram superiore; imo etiam satisfacere, (quod est valde notandum,) oneri comparendi, si coram Confessario facultatem habente ex privilegio absolvendi extra articulum mortis se præsentet? Ex part. 5. t. 9. ex r. 10. & in t. 14. ex res. 59. *Quæ nunc invenientur in* tom. 5. t. 1. de Excommunicatione r. 189. & 201

An in facultate Iubilæi absolvendi à casibus, & censuris reservatis includatur absolutio abortus? Ex p. 7. t. 5. ex r. 19. *Quæ hic reperietur* in tom. 5. t. 6. de Aborta res. 6

An quando in Iubilæo conceditur facultas absolvendi à quibus Bullæ Cœna, excepta hæresi, adhuc sit absolvendus Hæreticus occultus pœnitens, & emendatus? Ex p. 5. t. 12. ex r. 35. *Quæ hic est* in tom. 5. t. 8. de Hæreticis r. 30

An Inquisitores possint punire Confessarios, qui tempore Iubilæi absolvunt Hæreticos in foro conscientiæ? Et decetur non esse puniendum Confessarium absolventem tempore Iubilæi, nec extra Iubilæum cum opinione probabili. Ex part. 4. t. 8. ex res. 109. *Quæ nunc invenietur in* tom. 5. t. 10. de Inquisitoribus r. 81

An possint puniri Regulares, qui expositi à suo Superiore ad suscipiendas confessiones virorum, excipiunt tamen confessiones fœminarum vigore Iubilæi? Et an Confessarius

virtute Iubilæi possit commutare vota castitatis, & Religionis, in quibus Episcopus iure ordinario dispensare potest, qualia sunt vota pœnalia, conditionalia, partialia, temporalia, &c. Et an Confessarius electus virtute Iubilæi possit dispensare cum sæcularibus super irregularitatem ortam ex delicto, v. g. si Sacerdos excommunicatus celebrasset, vel suspensus recepisset alios ordines? Et an si Pontifex concederet in aliquo Iubilæo absolutionem ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, casum tamen hæresis excludendo, si postea in aliis Iubilæis concedat dictam absolutionem & casum hæresis non excludat; an utique illum concedere videatur, nam si noluisset, id explicaret, sicut fecit prius in alio, vel aliis Iubilæis? Et an votum castitatis emissum ante contractum matrimonium possit commutari virtute Iubilæi, ut voveus possit petere debitum? Ex p. 3. t. 2. ex r. 93. & in p. 5. r. 9. ex r. 62. alias 61. & in tr. 8. ex res. 50. & in part. 10. tr. 9. ex res. unica §. Confirmatur, & in part. 11. tract. 8. ex res. 16. *Quæ hic reperientur* in tom. 7. tract. 1. de Regularibus, res. 121. 267. 300. 187. §. Confirmatur. & 278

An virtute Iubilæi Confessarius possit commutare vota in aliquod munus? Ex p. 2. tr. 16. ex res. 8. alias 6. *Quæ hic est* in tom. 8. tr. 4. de Voto res. 77.

Nota, quod supra in hoc ipsomet tom. 4. tr. 3. de Bulla Cruciatæ, sunt plures difficultates, & Resolutiones in quibus cursim ibi dicitur Idem est dicendum de Jubilæo, & quamvis proximè est præcitatus tract. in hoc ipsomet tomo, tamen quidquid signanter occurrerit pro Iubilæo, require illud ibidem in sequentibus Resolutionibus hic assignandis, videlicet in §. 2. 8. 16. 17. 19. 20. 22. 27. 34. 35. 49. 50. 52. 59. 60. 63. 65. 69. 70. 75. 83. 84. 99. 101. 102. 116. 117. 119. 126. 165. 167. & 168. Sed adverte, Obsecro, quod doctrina aliarum multarum Resolutionum prædicti tract. mutatis mutandis, facillime potest applicari pro multis aliis quæstionibus hujus tractatus quarti de Iubilæo.

TRACTATUS V.

De Indulgentiis p. 176.

1. Res. AN causa Indulgentiæ non solum debeat esse pia, sed proportionata? Ex p. 5. t. 12. r. 10. ibid.
2. An mensura certitudinis, & efficacitatis concessionis Indulgentiarum sit à causa finali? Et an semper exigatur opus pium ad lucrandum Indulgentiam pro vivos? Ex quo deducitur, quod Pontifex potest alicui de Ecclesia bene merito impertiri sine injunctione ullius operis Indulgentiam, eo fine, ut alios ad similia merita excitet. Et an valeat Indulgentia, & si causa, ob quam data fuit, non sit omnino sufficiens, modo Pontifex prudenter sentiat esse sufficientem? Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. r. 3. p. 177
3. An Indulgentia debeat habere causam publicam? Et quid sentiendum est de Calculis, & Imaginibus cum Indulgentia plenaria? Ex part. 10. t. 11. & Misc. 1. r. 53. p. 178
4. An Indulgentia applicari possit Medalliis, & Imaginibus B. Cajetani, B. Andreæ, & B. Francisci Borgiæ, &c. Ex p. 10. t. 16. & Misc. 6. r. 8. p. 179
5. An concessio Indulgentiarum per modum Iubilæi habeat annexam facultatem eligendi Confessarium? Et an Episcopus habens facultatem concedendi plenariam Indulgentiam morientibus, cum hoc tamen, ut interdiu id faciat per se ipsum, alias potent talem facultatem subdelegare tempore noctis, possit sic delegare, si interdiu vocetur ad morientem, & tunc nolit, aut non possit per se id facere, facta tamen subdelegatione pro tempore noctis? Et cursim docetur lucrari distributiones illum, qui in utilitatem Ecclesiæ abest à Choro, & si extra tempus chori possit expedire negotia Ecclesiæ. Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. r. 5. ibid.
6. An opus injunctum pro acquirenda Indulgentia faciendum sit intentione principali, vel æque principali ad illam lucrandam? Ex p. 5. t. 12. r. 7. p. 181.
7. An ad lucrandas Indulgentias debeat opus injunctum fieri bene moraliter, ita ut sit in se honestum, & moraliter bonum; quod si in eo faciendo venialiter peccet, ut si v. g. ex vana gloria visitet Ecclesias, det eleemosynam, an consequatur Indulgentiam? Et quid dicendum est, si opus injunctum male efficiatur moraliter, etiam cum peccato mortali? Et quid de aliis conditionibus, finibus, vel defectibus? Ex p. 5. t. 12. r. 5. ibid.
8. An si minima aliqua pars operis injuncti prætermittatur, consequatur quis Indulgentiam? Ex p. 5. tr. 12. r. 23. Et ad literam in præcitata part. 5. tract. 5. res. 7. Sed quia in prima Resolutione hic assignata sunt aliqui authores plus quam in secunda, ideo prima hic tantum transcribitur.
9. An quoad lucrandas Indulgentias detur parvitas materiæ non solum in continuatione temporis, sed etiam post tempus elapsum? Et an in opere injuncto ad lucrandas Indulgentias detur paruitas materiæ? Et Indulgentia pro aliquo certo Festo concessa, qua dies parte incipit, & desinit? Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. resol. 4. pag. 182
10. An qui faciunt opus requisitum, lucrentur æquivalenter Indulgentiam? Ex part. 5. tract. 12. resolut. 18. pag. 183
11. An Indulgentia, sublata peccati fictione, sortiatur effectum suum? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. resol. 94. ibid.
12. An Indulgentia, sublata peccati fictione, sortiatur effectum suum? Et an, ut quis obtineat sibi effectum Indulgentiæ, requiratur status gratiæ eo tempore, quo præstat omnia præscripta opera ad Indulgentiam consequendam? Vel sufficiat status gratiæ in eo stanti, in quo danda, & applicanda erit Indulgentia? Ex p. 5. t. 12. r. 4. ibid.
13. An possit quis unico, & eodem tempore lucrari simul plures Indulgentias, diversis viis concessis? Ex p. 5. t. 12. r. 11. p. 184
14. An quis possit per diversos actus adipisci eodem tempore diversas Indulgentias? Et an eodem opere plures Indulgentiæ, diversis viis concessis, lucrari possint? Idem est, si dicatur Missa pro diversis rationibus & concessionibus Indulgentiarum, quod possit Sacerdos duas, tres, & quartam animam à pœnis Purgatorii eximere cum unica Missa tantum. Ex p. 10. t. 16. & Misc. 6. r. 14. p. 185
15. Quando Indulgentia largitur per dies, & annos, quomodo intelligenda est? Ex part. 5. tract. 12. res. 39. pag. 186
16. An si quis sumat Indulgentiam plenariam liberetur ab onere implendi pœnitentiam pœnalem à Confessario impositam? Et an hoc intelligi debeat de pœnitentia, quæ non sit præservativa? Ex part. 5. tract. 12. r. 3. ibid.
17. An si pra hominum multitudine Ecclesiam ingredi non potest, sufficiat foris orationem infundere ad lucrandum Indulgentiam? Et an hujusmodi concessione adjunctum etiam cœmeterium nomine Ecclesiæ comprehendatur? Ex part. 5. t. 12. res. 19. p. 187
18. An sufficiat intentio habitualis ad lucrandas Indulgentias? Quod est quærere, an satis sit ad lucrandam Indulgentiam opera injuncta præstare, etiam si quis ignoret Indulgentiam facientibus illa opera concessam esse? Ex p. 5. t. 12. r 6 ibid.
19. An existens in gratia, si ad tria signa campana post

Solis

Solis occasum recitet, Ave Maria, *cum verso* Angelus Domini, *&c.* & Verbum caro factum est, *lucretur Indulgentiam concedit solitam, ignorans tamen tunc talem Indulgentiam concedi, quod est quærere, an lucraturus Indulgentiam debeat habere intentionem actualem, vel virtualem eam lucrandi, quando facit opera injuncta pro illa lucranda? Idem dicendum est, si in aliqua Ecclesia est una Indulgentia concessa intranti illam, & ibi certis vicibus dicenti Pater noster, & Ave Maria, vel quid simile, si aliquis existens in gratia intravit Ecclesiam, & recitavit Orationes injunctas, sed ignoravit ibi talem Indulgentiam illo die concedi, an, hoc non obstante, lucretur supradicta Indulgentiam?* Ex part. 4. t. 4. & Misc. r. 24. ibid.

20. *Duo dubia satis practicabilia circa Indulgentias discutiuntur?* Ex p. 6. t. 8. & Misc. 3. r. 31. p. 188.

21. *An Indulgentiæ concessæ alicui diei festo transferantur, si dies festus transferatur?* Ex p. 6. tract. 7. & Misc. 2. res. 31. ibid.

22. *An Indulgentia alicui Templo concessa perseveret, si Templum alium transferatur in locum? Et quid, si dirueretur, & reficeretur per partes?* Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. r. 32. ibid.

23. *An diruto Templo, Indulgentia ipsi concessa pereat? Et quid, si Superioris authoritate Ecclesia destruatur, in pœnam delinquentium?* Ex p. 5. t. 12. resolut. 20. p. 189

24. *An Indulgentia alicui Templo, vel Sacello concessa amittatur, destructo Templo, si non readificetur? Et quid, si per partes destruatur, & per partes readificetur? Et quid, si Ecclesia authoritate Prælati destruatur ea lege, ut alio in loco readificetur, servando eundem titulum, & Patronum an secum ferat suas Indulgentias, & privilegia? Et an locus, ubi fuit destructum Templum, gaudeat Immunitate?* Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. r. 9. ibid.

25. *An, destructa Medallia, Rosario, Imagine, pereat Indulgentia? Et quid, si non sit penitus destructa? Et quanta debet esse ruptura, aut fractio, ut censeatur periisse Indulgentia? Et notatur in applicatione Indulgentiarum opus esse, ut quis coram se habeat Medallias, Rosaria, & Imagines, & semel Medalliis Indulgentia applicata, postea non potest amplius tolli, & aliis similibus applicari? Et docetur, quod facultas concedendi Indulgentias nunquam delegatur laicis & fœminis, sed tamen hi possunt determinare grana, aut imagines. Et cursim advertitur, quod uni, eidemque imagini, grano, &c. plures, & diversæ benedictiones applicari possunt.* Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. r. 9. ibid.

26. *An Indulgentia concessa imagini, Rosario, Numismati, & similibus pereat, fractis illis, vel detritis? Et notatur Indulgentias desinere esse per revocationem concedentis. Et an privilegia Bullæ Cruciatæ, & similia, quæ conferuntur sub obligatione onerosa ex parte recipientis, non possint, nisi subsistente ea quæ urgente causa, revocari, &c. Observa tamen, quod de facto Indulgentiæ non cessant, donec earum revocatio legitimè promulgetur. Major difficultas est, an sit etiam necessarium, ut ipsa actualis notitia revocationis perveniat ad aures Indulgentiam possidentis? Idem est dicendum de dispensatione votorum, &c.* Ex p. 11. tract. 8. & Misc. 8. r. 10. p. 191

27. *An orbiculi benedicti, qui Agnus Dei vocantur, si ita fracti sunt, & compressi, ut cerea Imago non videatur, sed tantum remaneat sola materia, adhuc retineant Indulgentias?* Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. r. 7. p. 192

28. *An quis lucretur Indulgentiam cum Medallia, seu grano benedicto, mutuo accepto? Et utrum, si reperiam Medalliam, quam amiseram, pereat Indulgentia secundi Numismatis à me deputati in locum primi? Et an in hac deputatione, & applicatione Indulgentiæ non sit opus quidquam loqui, aut aliud signum externum adhibere, &c.* Ex part. 11. tract. 2. & Misc. 2. r. 50. ibidem.

29. *An peregrini gaudeant Indulgentiis Episcoporum, de quibus plura? Et an Regulares exempti lucrentur has Indulgentias Episcoporum? Et asseritur posse Episcopum quadraginta dies Indulgentiæ concedere. Nomine autem Episcopi etiam Archiepiscopus in præsenti intelligitur, qui in tota sua Provincia eos quadraginta dies potest concedere, quamvis eam non visitet, & in sua Diœcesi octoginta dies concedere valet; & si plures dies concedat, valida erit Indulgentia; & in Dedicatione Ecclesiæ unum annum Indulgentiæ concedere potest; sed non queunt plures Episcopi ad Ecclesiæ consecrationem concurrentes plus concedere, quam unus. Nec Successor Episcopi potest illos dies Indulgentiæ concedere propter eandem causam, propter quam Antecessor quadraginta dies jam concessit. Potest vero quivis eos dies propter diversas causas sapius concedere. Et tandem quæritur, an possit Successor illos revocare?* Ex part. 11. t. 8. & Misc. 8. r. 24. p. 193

30. *An qui accepit facultatem ab alio quam à Summo Pontifice applicandi Indulgentias, possit eam in alio transferre? Et an qui habet Indulgentias, seu benedictiones, mortuo Pontifice concedente, adhuc possit illas applicare? Et an Indulgentia concessa alicui Medallia possit acquiri per Medalliam mutuo ab alio acceptam? Et an homo externæ Diœcesis orans ante Imaginem B. Virginis, ad quam Episcopus 40. dies Indulgentiarum orantibus contulit, lucretur eadem ratione Indulgentiam? Et an Imago translata extra Diœcesim pariat illam Indulgentiæ collationem?* Ex part. 10. t. 16. & Misc. 6. r. 2. p. 194

31. *An quando Religiosus moritur nondum applicatis Indulgentiis à Pontifice obtentis, possit ejus Superior de illis disponere? Et adducitur, quod Superior Regularis possit suorum Subditorum satisfactiones, & praci applicare benefactoribus propter interpretativum consensum subditorum; vel ut satisfactiones eis superflue cadant in emolumentum habentium cum illis participationem bonorum operum.* Ex part. 10. t. 16. & Misc. 6. res. 6. pag. 195

32. *In Rubrica Indulgentiarum quinque Sanctorum dicitur. Quod si omittatur granum, possit pro alia vice aliud subrogari. Sed quæritur etiam, invento primo, cui ex duobus Indulgentia censeatur affixa remanere? Et an electio possit fieri per actum merè internum?* Ex part. 6. t. 7. & Misc. 2. r. 33. ibid.

33. *An Indulgentia stationum possit quis in die multotias lucrari?* Ex p. 5. t. 12. r. 45. p. 196

34. *An pro lucranda Indulgentia concessa visitantibus quinque Altaria, satis sit preces effundere ex uno loco sine motu de uno Altari ad aliud Altare? Et quid est dicendum, quando quis idem Altare quinquies visitat, an teneatur loco dimoveri, vel eodem loco fixus possit illud visitare, dummodo quod qualibet visitatione finita saltem corpus, & caput inclinet in signum distinctæ visitationis?* Ex part. 5. t. 12. r. 16. ibid.

35. *An Indulgentiæ certo, & ineffabiliter prosint defunctis? Et an Indulgentiæ non omnibus animabus existentibus in Purgatorio valeant, sed illis tantum quæ ut sibi prodessent, meruerunt in vita per pietatem, & curam erga mortuos?* Ex part. 5. tract. 12. resolut. 8. ibidem.

36. *An Indulgentiam pro mortuis lucretur existens in peccato mortali? Idem dicendum est de illo, qui sumit peccato mortali? Idem dicendum est de illo, qui sumit Bullam Cruciatæ pro defuncto, si solvens Bullam sit in peccato mortali?* Ex part. 5. tract. 12. res. 38. pag. 197

37. *An quis privata authoritate possit suam Indulgentiam Deo pro defunctis offerre, ut potest jejunia, disciplinam, &c. Et an saltem Regulares possint applicare Indulgen-*

nam

tiam defunctis, stante privilegio Leonis X. concesso Minoribus? Ex p.10. tr.16. & Misc.6.r.12. ibid.

38. *An Indulgentia pro tempore mortis, si non adsit Confessarius, vel saltem Clericus, possit applicari moribundo à quolibet laico? Et observatur posse Indulgentiam moribundo absenti impertiri; & cursim additur, non solum in articulo mortis, sed etiam extra illud posse absolutè, & per se Indulgentiam applicari absentibus.* Ex p.10. tract.16. & Misc.6.resol.10. p.198

39. *Virum Indulgentia per modum suffragii prosint Catechumenis mortuis sine Baptismo? Et an non solum pro Catechumenis mortuis, sed etiam pro vivis? Ex quo infertur, an pro supradictis possit Missa offerri?* Ex p.5.tr.12.r.9. p.199

40. *An Indulgentiæ concessæ Regularibus, & revocatæ à Paulo V. hodie censeantur revalidatæ? Et an Indulgentiæ, & privilegia pro defunctis concessa censeantur revocata per dictam Bullam Pauli V. vel remaneant in suo robore, & firmitate? Idem dicendum est de Indulgentia plenaria concessa à Clem. VIII. Parentibus Fratrum existentibus in Purgatorio, si pro illis Minorita dixerit unam Missam. Et idem dicendum est de Indulgentia plenaria à Calisto III. concessa Parentibus fratrum Minorum, in qua possint eligere Confessarium, per quem absolvantur plenariè à culpa & pœna; quo privilegio gaudent Parentes aliorum Regularium. Et idem dicendum est de Indulgentiis concessis ab antiquis Pontificibus pro sæcularibus visitantibus Ecclesias Regularium.* Ex p.4. tr.4. & Misc. r.20. ibid.

41. *An Prælati inferiores Episcopo per consuetudinem præscriptam possint acquirere potestatem concedendi Indulgentias? Et an Concilium generale, vel alii Prælati Episcopi inferiores, etiam habentes jurisdictionem Episcopalem, aut Capitulum sede vacante non habeant potestatem concedendi Indulgentias, nisi consuetudine præscripta hanc potestatem accepissent?* Ex p.5. t.12. r.11.p.200

42. *An clausula apponi solita in Indulgentiis Papalibus,* Dummodo aliàs non concessimus, &c. *intelligenda sit de alia simili, expressa in eadem concessione?* Ex p.10.n.16. & Misc.6. r.11. ibid.

APPENDIX

Ad reliquas difficultates pertinentes simul ad hunc tract. 5. de Indulgentiis hujus tomi quarti.

AN per Indulgentias non tantum indirectè, & mediatè, sed etiam directè, & immediatè tollantur Sacramentales pœnitentiæ? Et an Pontifex per Indulgentias intendat non solum liberare à pœnitentiis injunctis in confessione, sed etiam à non injunctis? Et explanatur, quid sentiendum sit de Indulgentiis antiquitus concessis. Et infertur, quod cum conceditur 40. vel 100. dierum, vel annorum, non intelliguntur dies, vel anni pœnarum, quas in Purgatorio eramus soluturi? Ex p.8. tr.1. ex res.80. & 81. *Quæ nunc invenientur* in tom.5. tr.1. de Potestate Pontificis res.44. & 45

An Cardinales possint concedere Indulgentias? Et an possint Indulgentiarum in Cardinalibus potius sit de consuetudine, quam de iure, cum pro ea nullus existat Canon? Ex p.5. tr.12. ex r.6. *Quæ hic reperietur* in tom.9. tr.7. de Cardinalibus res.46

An Capitulum sede vacante possit concedere Indulgentias? Et quid de consuetudine circa hoc? Vel an sit curiosus, ut Capitulum committat alicui Episcopo, ut Indulgentias concedat in nomine ipsius Capituli? Ex p.8. tr.4.r.35. *Quæ hic est* in tom.3. tr.4. de Capitulo sede vacante res.42

An Fratres Minores, & Prædicatores, & similiter communicantes eorum privilegiis prædicantes in suis domibus quocumque anni tempore possint concedere auditoribus 18. annos, ac 320. dies Indulgentiarum? Et quid, & quantum extra suas Ecclesias prædicantes? Ex p.4.tr.4. ex r.22. *Quæ nunc invenietur* in tom.7. tr.1. de Regularibus res.51

Quomodo vero detur communicatio in Indulgentiis, & Jubilais inter Regulares, & eorum Ecclesias, sive eiusdem, sive diversi Ordinis? Et an Indulgentiæ concessæ, v.g. Fratribus Minoribus in Festis suorum Sanctorum censeantur concessæ pro Ecclesiis Prædicatorum in Festis suorum Sanctorum, & è contra? Et notatur, quod Indulgentia plenaria in Altari privilegiato pro animabus Purgatorii concessa, per promulgationem Jubilæi anni Sancti non manet suspensa pro illo anno? Et an in dicto anno Jubilæi sancti suspendantur Indulgentiæ pro mortuis, quæ vivis conceduntur cum facultate, ut eas applicare possint pro defunctis? Hujusmodi sunt Indulgentiæ concessæ granis, imaginibus, coronis, crucibus, numismatis benedictis, & similibus? Et an ex parte defuncti requiratur aliquid, ut Indulgentia Altaris privilegiati habeat suum effectum? Idem est de aliis Indulgentiis? Et an sacerdos obligatus dicere Missam in Altari privilegiato possit applicare Indulgentiam defuncto, & alteri sacrificium? Et quid sit Altare privilegiatum, & quomodo Indulgentia defunctis concedatur? Et an Indulgentia sit latè, vel strictè interpretanda? Ex p.9. tr.2. ex r.20. 22. 23. 1.2.3.4.6. 10. & 17. *Quæ hic sunt* supra in hoc ipsomet tom.4. tr.1. de Altaribus privilegiatis resolut.2.83.2.34.1.2.3.4.7.12. & 23. *In quibus sunt supra dictæ difficultates, & ibidem in aliis resolutionibus præcitati tractatus aliquid aliud invenietur pro Altaribus privilegiatis.*

An si quis visitet Oratorium domus suæ pro Missa celebranda approbatum, lucretur Indulgentiam cum onere visitandi Ecclesias, vel Altaria? Idem est, si virtute Cruciatæ visitet quis prædictum Oratorium pro lucranda eius Indulgentia. Et aliqua alia notantur, quæ contingere possunt, & facere valet, qui visitat supradicta Oratoria pro lucranda Indulgentia, &c. Ex p.5. t.12. ex r.43. & in p. 9. tr.1. ex r.29. & 31. *Quæ hic sunt suprà* in hoc tom.4. tr.2. de Oratoriis r.60 59. & 61

An in Jubilæo sufficiat opinio probabilis ad lucrandam Indulgentiam. Ex p.5. tr.12. ex r.32. *Quæ hic est* in proximo præterito tract. de Iubilæo res.67

An non obstante clausula, quæ apponi solet in Brevibus possit aliquis aliquid sumere ratione laboris pro executoriis, & licentiis publicandi Indulgentias, & signanter Indulgentias Bullæ Cruciatæ, &c. Ex p.5. tr.13. ex res.71. *Quæ hic reperietur* in tom.5. tr.7. de Datis, & Promissis res.46

An Episcopus confirmatus ante consecrationem, & sacerdotium possit concedere peccatorum condonationes, quas Indulgentias vocamus? Et an Episcopus possit concedendi Indulgentias delegare simplici Sacerdoti, vel cuicumque Clerico? Et docetur non posse Episcopum Indulgentias concedere pro defunctis. Et advertitur, quod largitio Indulgentiarum est actus iurisdictionis voluntariæ. Et queritur, an in loco exempto possit Episcopus concedere Indulgentias? Et notatur Episcopos præter Indulgentias unius anni in dedicatione Ecclesiæ, & pro dierum aliis temporibus non posse in foro Pœnitentiæ plures concedere. Ex p.12. tr.1. ex r.74. & 103. *Quæ hic sunt* infrà in hoc ipsomet tom.4. tract. 8. de consecratione Episcopi resol. etiam 74. & 103

Nota, quod supra in tomo quarto, tract.3. de Bulla Cruciatæ, *aliquid invenies pro isto* tract.5. de Indulgentiis in resol. 1. & à resolut. 144. usque ad res.160

Aliqua

Aliqua supponuntur pro acceptatione Indulgentiarum pro animabus Purgatorii. Ex p.11. tr.5. ex res. 54. *Quæ nunc invenietur* in tom.8. tr.10.res.14

TRACTATUS VI.

De Jejunio. p.202.

1. RES. *AN pro obligatione Iejunii vigesimus primus annus sit computandus de momento ad momentum? Et dubitans, an expleverit vigesimum primum annum, facta sufficienti diligentia, sit jejunio adstrictus?* Ex part.1. tract.9. resol.49. ibid.

2. *Dubitans, an expleverit viginti & unum annos, teneatur-ne jejunare? Et facta debita diligentia si quis dubitat, an hodie sit dies jejunii, an teneatur jejunare? Idem dicendum est, quando quis dubius est, an hodie sit dies festus, non enim tenetur ab operibus servilibus abstinere, & Missam audire. Et quid dicendum est, quando quis dubitat, an habeat legitimam ætatem ad Ordines, vel beneficia, vel alium actum requisitum.* Ex p.4. tr.3.r.21. ibid.

3. *Quid facere debeat dubitans, an teneatur ad jejunandum? An in tali casu teneatur ad Superiorem recurrere? Et quid est agendum, si Prælatus dubitet de sufficientia causæ pro dispensatione in jejunio; aut judicet eam minus sufficientem; an tunc debeat jejunium in alia opera pia commutare? Et an quando Prælatus potest circa jejunia subditorum dispensare, possit etiam circa sua? Idem etiam procedit in casibus reservatis. Et quantum ad jejunia ex voto, an possit Confessarius virtute Cruciatæ illa commutare, sicut jejunia à Confessario imposita quilibet alius Confessarius?* Ex p.1. tr.9.r.15. ibid.

4. *An Medicus in causa dubia possit in jejunio dispensare? Imò, an possit dictis illorum acquiescere dicentium se non posse jejunare absque alia veritatis indagatione, an verò solum possit declarare, si causa sit sufficiens, an non? Et notatur, quod quando causa est evidenter justa certa, aut probabilis nulla est opus dispensatione, sed tantum quando dubia est, recurrendum est ad Superiorem, Episcopum, vel Confessarium electum per Bullam, ut dispenset. Et infertur, quod laici per consuetudinem non possunt acquirere jurisdictionem Ecclesiasticam ordinariam, cum sint omnino incapaces, & quid verò, si loquimur de delegata?* Ex p.10. t.13. & Misc. 3. r.27. p.203

5. *Quidam primis diebus sexagesimi anni quæsivit à me, an teneatur ad ieiunium?* Ex p.5. tr.14. & Misc.2. r.83. ibid.

6. *An senes sexagenarii licet robusti, & validi teneantur ad ieiunia? Et quid dicendum, si dubium est, an in supra dicta ætate sint robusti, & validi ad ieiunandum? Et ex doctrina supradictæ quæstionis infertur an adolescentuli robusti, & validi teneantur ieiunare ante vigesimum primum annum? Et notatur excusari à ieiunio sexagenarios, qui toto vitæ tempore voverunt ieiunare certis diebus hebdomadæ, vel anni. Etiamque advertitur, quod senes sexagenarii robusti, & validi non sunt damnandi ad triremes.* Ex p.1. tract.9. resol.20. p.204

7. *An senex sexagenarius robustus teneatur ieiunare post annum sexagesimum, si vovit ieiunare pro toto tempore vitæ suæ? Et an qui vovit ieiunium quotidie per mensem, teneatur ieiunare die Dominico? Et an si aliquis vovisset omnibus diebus totius anni abstinere à carnibus, sit obligatus ab illis abstinere etiam diebus Dominicis? Idem est, si vovisset abstinere ab ovis, & lacticiniis, aut aliquo alio cibo, verbi gratia, piscibus,* &c. Ex part.10. tractat.16. & Miscel.6. resol.50. ibid.

8. *An aliquis post annum quinquagesimum quintum liberetur à ieiunio? Et an saltem senex sexagenarius non sit adstrictus ieiunare? Et in isto casu docetur annum sexagesimum sufficere esse inceptum. Et quid, si quis vovit toto tempore vitæ suæ singulis sextis Feriis ieiunare; an sit obligatus, dum annum sexagesimum complet? Et an si quis sine causa in die ieiunii sumeret collationem serotinam mane, & sero postea cœnet, peccet saltem venialiter?* Ex p.11. tract.3. & Misc.3. res.9. p.205

9. *An mulier quinquagenaria soluta sit ab obligatione ieiunandi; & quamvis prædictæ ætatis ultimus annus inchoatus solummodo, non vero exactus, & mathematicè completus sit? Et an hoc non solum procedat quoad ieiunia Ecclesiæ, sed etiam à præscriptis in Religione pro Monialibus? Idem procedit de obligatione ieiunii ex voto pro toto vitæ tempore, dummodo votum in masculis non fuerit emissum post annum 60. & in fœmina post annum 50.* Ex p.9.tr.7. & Misc.2.r.74. alias 73. p.206

10. *An prægnantes, & lactentes teneantur ad ieiunium, maximè si sint robustæ, & virilis naturæ? Et an in dubio teneantur ad supradictum ieiunium?* Ex p.1. tr.9. & r.14. p. 207

11. *An prægnantes, & lactentes non solum deobligentur à ieiunio quoad unam comestionem, sed etiam quoad esum ovorum, & carnium, etiamsi sint robustæ & validæ?* Ex part. 4. tract.4. & Miscel. resolut. 126. ibid.

12. *An fœminæ gravidæ ad vincendas carnis tentationes teneantur ieiunare cum periculo prolis?* Ex part.1. tract.9. resol.30. p.208

13. *An pater, seu Dominus teneatur compellere filios, & servos ad servanda ieiunia, quæ frangere volunt?* Ex part.1. t.9. res.28. ibid.

14. *An Dominus compellendo famulum in die ieiunii ad opus incompatibile ratione laboris cum ieiunio, peccet mortaliter, si illud opus possit commodè differri in aliam diem? an quis peccet saltem venialiter, qui operarios conducit, ut cavatores, agricultores, messores, &c. cum pacto, & conditione, ut eo die, quo suo labori incumbunt, non ieiunent?* Ex p.4. tr.4. & Misc. res.141. ibid.

15. *An quis teneatur eos solos operarios vocare, qui cum moderamine laboris possint operari sine fractione ieiunii? Et an quis sine peccato saltem veniali possit conducere operarios hoc pacto, ut eo die, quo suo labori incumbunt, non ieiunent?* Ex part.1. tract.9. res.13. ibid.

16. *An excusetur à ieiunio, qui labore aliquo defatigatur, quamvis illum in alium diem commodè differre queat; & etiamsi data opera, ut non ieiunet, hoc ageret?* Ex p.1. t.9.r.52. p.209

17. *An defessus ex labore sumpto ob recreationem, ut ex ludo pilæ, vel ob quærendam concubinam, teneatur ad ieiunium? Et an quis sit obligatus relinquere ludum pilæ propter ieiunii observationem?* Ex p.1. tr.9.r.40. ibid.

18. *An qui in die ieiunii dat operam ludo pilæ, venationi, vel tactibus venereis ea intentione, ut factus impotens non ieiunet, peccet contra præceptum ieiunii? Et quid, si nocte proxima te inebrias, & factus impotens ad ieiunandum, recitandum Officium divinum, Missam audiendam, &c. sequenti die? Et docetur, quod non eadem ratio de illo, qui descendit è loco, ubi obligat ieiunium ad locum, ubi non obligat ex intentione non ieiunandi, ac de illo, qui assumit laborem incompatibilem pilæ, venationis, &c. cum ieiunio, quod idem est de illo, qui in die festo è proprio domicilio profiscitur ad alium locum, ubi hoc Festum non obligat,* anima

animo, & gratia exercendi servilia, &c. Et pro firmanda doctrina supradictarum quæstionum adducitur, quod Confessarius, licet ex actu confessionis prævideat sequuturam pollutionem, vacat culpa, si præter intentionem ejus pollutio sequatur: secus vero si sit ab eo prius intentata, & audiat confessiones in eum finem, ut sibi pollutio eveniat. Item pollutio prævisa in ebrietate, vel nimia comestione, vel in comestione talis cibi, vel ex tali modo jacendi in lecto, dum quis dormit, non habet specialem malitiam pollutionis contra castitatem, si non sit intentata, habet autem, si fuerit intentata, & ad eum finem, ut pollutio ex impulsu naturæ sibi contingeret, tales causas adhibuisset. Et concluditur, quod si quis in die jejunii ob honestam recreationem dat operam ludo pilæ, vel venationi, non ea intentione, ut solvat jejunium, prævidens tamen ex defatigatione se evasurum impotentem ad jejunandum, possit excusari à jejunii transgressione in causa, secus ubi id voluntariè facit ea intentione, ut eo die jejunare non possit. Ex p.10. t.14. & Misc.4. r.13. alias 11. ibid.

19. *An qui ad loca sancta peregrinantur, excusentur à jejunio? Idem est dicendum de itinerantibus cum curribus, & equis. Et an flagellantes se Hebdomada Sancta excusentur à jejunio, si ob debilitatem experiantur jejunium servare non posse?* Ex p.1. tract.9. res.46. p.212

20. *An equitantes teneantur jejunare, si iter sit solum unius diei?* Ex part.11.tract.2. & Misc.2. res.57. ibid.

21. *Quanam quantitas itineris pedestris excuset à jejunio? Et an si iter pedestre sit iter merè voluntarium, possum ego, videlicet, peregrinari altera die jejunio non impedita, teneor-ne peregrinationem relinquere ad observandum ieiunium? Et quænam quantitas itineris equestris excuset à ieiunio?* Ex p.10. t.14. & Misc.4. r.12. ibid.

22. *An itinerantes cum curribus, & equis teneantur ieiunare?* Ex part.8. tractat.7. & Misc. resolut.40. pag.213

23. *An itinerantes cum curru excusentur à ieiunio? Et quid de itinerantibus cum equis conductis? Et an qui pedestre iter agunt, excusentur à ieiunio, si iter destinatum sit longum?* Ex p.10. t.12. & Misc.2. r.39. ibid.

24. *An Prædicatores, & Magistri, qui publice alios docent, teneantur ad ieiunium? Et an in hoc distinguendum sit inter Prædicatores, qui in diebus Quadragesimalibus concionantur, & qui in diebus Dominicis tantum? Idem, quod de Prædicatoribus, dicendum est de Confessoribus?* Ex part.1. tractat.9. resolut.10. pag.214

25. *An prædicantes, si ex mercede concionentur, teneantur ieiunare? Et quid de Musicis? Et an sit fas Presbyteris ovis in Quadragesima vesci causa vocis conservanda? Et quid dicendum est de Cantoribus ad solatium Principis in camera concinentibus, an teneantur ieiunare?* Ex part.1. tractat.9. resolut.11. ibid.

26. *An Religiosi teneantur ieiunare? Et quid de Musicis, & Cantoribus etiam Religiosis, & Cameræ Principis? Et cur sim docetur Cantores causa conservanda vocis posse in Quadragesima ovis uti.* Ex p.11. tr.1. & Misc.1. r.4. ibid.

27. *An Inquisitores Hispani, Præsides Consiliorum, & Consiliarii, &c. teneantur ieiunare? Et quid est dicendum de Doctoribus regentibus Cathedram, & de Prædicatoribus in Quadragesima?* Ex p.11. t.4. & Misc.4. r.12. p.216

28. *An Advocati, & Procuratores teneantur ieiunare?* Ex p.1. t.9. r.12. p.217

29. *An qui vivunt ex officio scribendi, & revera quotidie scribunt, excusentur à ieiunio?* Ex p. 4. t.40. & Misc. r.130. ibid.

30. *An excusentur à ieiunio apud Typographos prælum versantes, & typos colligentes?* Ex p. 4. tr.40. & Misc. 134. ibid.

31. *An Scriptores, & Typographi compositores teneantur ieiunare? Idem dicendum est de Notariis, Magistris, Actorum Regum Secretariis, & similibus. Et an dicti Typographi possint in diebus festivis caracteres componere?* Ex p.8. tr.7. & Misc. r.56. ibid.

32. *An sutores excusentur à lege ieiunii?* Ex part.1. tr.9. res.7. p.218

33. *An sartores, & barbitonsores, & pictores teneantur ieiunare? Et quid dicendum est de figulis, argentariis, textoribus, fullonibus, cæmentariis, pistoribus, coriariis, & aliis in labore similibus?* Ex p.1. t.9. r.8. ibid.

34. *An mulieres quæ pretio convento pannos sordidos lavant, vulgo dictæ* Lavanderas, *excusentur à ieiunio? Et difficultas est in die, in quo complicant supellectilem, seu pannos mundatos. Et quid est sentiendum de quocumque alio domestico exercitio mulierum, quale est nere, censuere, & hujusmodi exercitia, in quibus multoties totam diem insumunt? Et notatur Religiosos fratres laicos, quando lavant pannos sordidos Conventus, vel Ecclesiæ, & faciunt lexivium, ut vulgo dicitur, non excusari à ieiunio, quia non laborant non solum per maiorem partem diei, sed neque per dimidiam. Et an sartores, si tota die laborent, excusentur à ieiunio? Idem est dicendum de pictoribus, & barbitonsoribus, si per totam diem laborent, secus vero si per aliquam diei partem.* Ex p.10. t.15. & Misc.5. res.37. ibid.

35. *An omnes artifices, qui in Republica laborant, excusentur à ieiunio indiscriminatim? Et quid de piscatoribus, & venatoribus?* Ex p.8.tr.7. & Misc. r.55. ibid.

36. *An fossores, ferrarii, & similes, qui excusantur à ieiunio, teneantur ieiunare uno, vel altero die, quo non laborant?* Ex p.1. t.9. r.9. pag.219

37. *An in hoc anno sequenti 1632. cum Vigilia S. Mathiæ veniat in ultimo die Bachanalium, possit Episcopus transferre tale ieiunium in Sabbathum præcedens?* Ex p.3. tr.6. & Misc.2. r.66. ibid.

38. *An in Vigilia Pentecostes sit saltem ex consuetudine sub præcepto ieiunandum? Et alii casus circa ieiunium refelluntur de Vigilia S. Ioannis Baptistæ, S. Laurentii, & omnium Sanctorum, & Quatuor Temporum. Et quæritur, an quando in Sabbatho incidit aliquod Festum ex Solemnioribus, licitum sit, vesci carnibus? Et an in diebus, in quibus prohibentur ova, licitum sit comedere panem biscottum in quacumque magna quantitate, seclusa etiam consuetudine? Et an in comedendo post mediam noctem, quando subsequitur ieiunium, aut ante mediam noctem in die ieiunii detur parvitas materiæ excusans à fractione ieiunii, videlicet infra spatium unius horæ? Et an si quis, dum cœnat, audiret pulsus designantes mediam noctem, non teneatur, cessare à cœna, si die sequenti ieiunare teneatur, sed possit complere cœnam iam cœptam? Et an in ultima nocte Bachanalium licitum sit differre cœnam usque ad tertiam horam post mediam noctem?* Ex part.10. tract.16. & Misc.6. res.18. alias 17. ibid.

39. *An Prælatus, qui per aliquod tempus exercet v.g. munus Gubernatoris, teneatur servare ieiunium, vel dies festos illius loci? Quod idem accidit in Scholaribus, Prætoribus, Præfectis, Castellanis, famulis ad tempus servientibus, & similibus, qui omnes ad patriam redire semper cogitant, & de Militibus, qui stant in præsidiis. Et quid est dicendum de advenis, peregrinis, hospitibus extraneis, & similibus ad quemcumque locum confluentibus, & ibidem per multos annos, aut per maiorem partem anni residentibus, cum animo tamen*

semper ad patriam suam redeundi ; an inquam, ligentur legibus, præceptis, & consuetudinibus illius loci, vel secluso scandalo, non teneantur ad ieiunia, festa colenda, & Missam audiendam, ad quæ vel vi legis, statuti, præcepti, voti, vel consuetudinis illius loci adstringuntur cives, atque omnes ibi perpetuum habentes domicilium ? Ex p.10. tract.13. & Misc. 3. res.37. pag.220

40. *An ieiunium indictum ab Episcopo pro certo die, vel fixa lege, & Constitutione, obliget Regulares ? Et quid, si in aliqua civitate, vel loco recepta sint generali consuetudine nonnulla ieiunia, an ea quoque obligent Regulares ? Et docetur Regulares teneri observare dies festos indictos ab Episcopo : & hoc ex Concilio Tridentino.* Ex part. 1. tractat. 9. resolut. 36. pag.221

41. *An Religiosi teneantur ad ieiunia ex voto emissa à populo locorum, ubi habitant ? Et infertur existentes intra Monasterium aliquod Regularium, non teneri ad ieiunia propriæ territorii, cujus est incola. Et docetur de ieiuniis ab Episcopo in Synodo indictis, Regulares ad illa non teneri. Et notatur Regulares existentes Mediolani in primis quatuor diebus Quadragesimæ teneri ad ieiunium, si morantur in suis Monasteriis, secus autem si existant in domibus sæcularium, quia unusquisque potest se transferre à sua Parochia, ubi ieiunatur, ad Parochiam, ubi non servatur ieiunium, & ibi non ieiunare. Imò additur dictos Regulares postea in diebus Rogationum existentes in suis Monasteriis non teneri ad ieiunium, ad quod tenentur in illis diebus cæteri Mediolanenses, sicuti verbi gratia Cremonensis existens Mediolani in primis quatuor diebus Quadragesimæ, & comedens carnes, postea existens Cremonæ in diebus Rogationum, non tenetur in illis ieiunare.* Ex part.9. tractat.7. & Misc.2. r.14. ibid.

42. *An qui descendit mane ex loco ubi est ieiunium, perventurus ad locum ubi non ieiunatur, possit sumere ientaculum, & comedere in illo loco, ubi ieiunium non servatur, imò quamvis nocte sit perventurus ad ipsummet oppidum, à quo mane exivit, & ubi ieiunium servabatur ?* Ex p.1. t.9. r.3. p.222

43. *An proficiscens à civitate, ubi non servatur ieiunium, accedens meridie ad locum domicilii, ubi servatur, teneatur servare ieiunium, si nondum violatum est ?* Ex p.1. t.9. r.50. ibid.

44. *An aliquis, ut fugiat obligationem præcepti, possit transire ad alium locum propinquum, ut non ieiunet, si ieiunetur in suo ?* Ex part.1.tractat.9. resolut.19. pag. 223

45. *An quis teneatur ad ieiunia sui oppidi, dum absens est ? Et aliqua alia circa hoc, & circa peregrinos, & vagos inferuntur in textu huius Resolutionis.* Ex p. 1. t.9. r.18. ibid.

46. *An peregrini, quorum præsentia solum est in transitu per duos, vel tres dies, teneantur ad ieiunia illius loci ? Idem dicendum est quoad Festa loci, & Missam audiendam. Et an Episcopi possint punire eiusmodi peregrinos, ieiunia, & dies festos, & alias consuetudines loci non observantes ? Et an idem, quod de peregrinis dictum est, etiam dicendum sit de viatoribus, advenis, & vagis ?* Ex part. 1. tract. 9. resol. 2. ibid.

47. *An peregrinus possit uti indulgentia sui territorii, si in loco ubi moratur, servatur ius commune ? Et pro intelligentia huius quæstionis aliqua adducuntur in exemplum huius difficultatis.* Ex p.3.r.5. & Misc.1. r.121. alias 120. p.224

48. *An Germanus iter faciens per Italiam possit in diebus Quadragesimæ comedere ova, & lacticinia ? Et ex doctrina huius quæstionis inter alia quæ docentur, etiam infertur, an peregrini teneantur observare leges locorum, per quæ transeunt ? Et an Castellanus peccaret, si transiens per Galliam, & Lusitaniam animalium intestinis in die Sabbathi comederet ? Et quid è contra ? Et quid de Civibus Mediolanensibus, qui Romæ 4. primis diebus Quadragesimæ carnes comederent ? Et quid è contra ?* Ex p.7. t.10. & Misc.1. r.32. ibid.

49. *An in Quadragesima licitum sit sine Bulla Cruciatæ edere quod vulgo dicitur* Un Biscotto ? Ex p.1. t.9. r.31. p.225

50. *An ieiunium indictum à Confessario, vel aliquo Iubilæo frangatur cum esu ovorum, & lacticiniorum ?* Ex p.1. tr.9. r.6. ibid.

51. *In quibus ieiuniis prohibeantur lacticinia ? Sed difficultas est, an in diebus ieiuniorum extra Quadragesimam prohibeantur, saltem ex consuetudine ? Et an si sit dubium, an talis consuetudo obliget ad mortale, vene, dicendum sit non obligare ?* Ex p.1. tract.9. r.41. ibid.

52. *An ova, & lacticinia sint prohibita in ieiunio Quadragesimali de iure positivo, sub peccato mortali ? Et si non ex iure, saltem ex consuetudine ? Et an ova, & lacticinia sint prohibita in ieiuniis extra Quadragesimam, & in diebus Veneris & Sabbathi de iure communi ? Et an sit peccatum mortale comedere ova, & lacticinia in diebus Dominicis Quadragesimæ ? Et docetur, quod Confessarii non debent scrupulos injicere pœnitentibus comedentibus tempore Quadragesimæ cum Bulla Cruciatæ ova, quæ intra gallinas inveniuntur.* Ex part.3. tract.6. & Misc. 2. resol.80. pag.226

53. *An ova, & lacticinia sint prohibita sub mortali in ieiunio Quadragesimali, nisi consuetudo in aliqua Provincia esset in contrarium ? Et an saltem in diebus Dominicis Quadragesimæ ova, & lacticinia non sint prohibita ? Et quid de Religiosis, qui virtute Cruciatæ comedunt ova, & lacticinia in diebus Dominicis prædictæ Quadragesimæ ? Et an sit consuetudo in Religionibus non comedendi ova & lacticinia in Quadragesima, ita ut obliget ad peccatum mortale ? Et notatur, quod Leo X. in Bulla incipiente :* Religionis Zelus, *concedit Religiosis S. Iacobi de Spata, & Veles, & S. Marci Legionensis, & eorum familiaribus, & servitoribus comedere in Quadragesima, & aliis diebus anni de iure consuetudine, aut iuxta sua instituta, aut alias quomodolibet prohibitu butyrum, ova, & alia lacticinia ; & de consilio utriusque Medici etiam carnes, quo privilegio communicant alia Religiones, &c. & servatur ista Bulla in Conventu de Veles. Et tandem quæritur, an privilegium pereatur per non usum ?* Ex p.9. t.8. & Misc.3. resol.67. alias 66. p.227

54. *An in diebus Dominicis Quadragesimæ licitum sit comedere ova, & lacticinia ?* Ex part.10. tract.11. & Misc.1. r.46. p.228

55. *Si quis ex voto teneatur jejunare, an absque Bulla in Quadragesima, vel intra annum comedens ova, & lacticinia, ubi ex consuetudine non comeduntur, peccet contra votum ? Idem est dicendum de ieiunio ex pœnitentia à Confessario imposita, & de jejunio Iubilæi. Et alii quinque casus adducuntur in §. ult. huius Resolutionis, & pro obligatione voti in eis.* Ex p.9. t.8. & Misc.3. r.6. p.229

56. *An si quis voverit jejunare, teneatur abstinere à lacticiniis extra Quadragesimam, vel an teneatur servare tale jejunium, juxta patriæ consuetudinem ? Et an promittens jejunare in Quadragesima, dubius autem, an intenderit abstinere à lacticiniis, non sit damnandus tanquam reus voti, si illis absque Bulla vescitur ; licet peccaret in præceptum Ecclesiæ intercidentis eo tempore lacticiniorum usum.* Ex p.1. t.9. r.5. pag. 230

57. *An qui vovit jejunare Quadragesimam, & dubius an voverit vovere abstinentiam à lacticiniis, teneatur illa non comedere?* Ex part. 4. tract. 3. resolut. 20. ibid.

58. *Quidam Religiosus in hoc Regno Siciliæ comedit lacticinia in quadam Vigilia, quæsivit à me an peccaverit mortaliter? Et discutitur, an sit consuetudo dictis diebus abstinere à lacticiniis? Et an Religiosi, & Clerici teneantur servare consuetudinem laicorum in jejuniis, vel è contra? Et an in jejuniis extra Quadragesimam interdictus sit esus lacticiniorum? Et an iter agentes possint sine Bulla lacticinia edere, quando non inveniuntur in itinere pisces, vel non possunt commodè habere aliud quod manducent? Et an isti itinerantes inveniant panem, & pomorum fructus, & olera, non teneantur jejunare? Et tandem quæritur, an Sacerdotes etiam Regulares possint diebus Dominicis Quadragesimæ virtute Bullæ Cruciatæ edere ova, & lacticinia? Et quid dicendum est de cæteris omnibus aliis sine Bulla.* Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. t. 13. ibid.

59. *An si in aliqua Provincia extaret consuetudo universalis obligatoria abstinendi ab ovis, & lacticiniis in jejuniis extra quadragesimam, teneantur illam Regulares observare? Et an consuetudo alicujus loci obligat Regulares ad jejunia? Et quid quoad consuetudinem locorum celebrandi aliqua Festa, an obligentur Regulares exempti ad eorum celebrationem? Et an consuetudo locorum in jejunio, observatione Festorum, &c. obliget etiam Ecclesiasticos? Et an personæ Religiosæ obligentur legibus Synodalibus ad totum Episcopatum se extendentibus? Et dedicitur, quod Regulares non teneantur ad jejunia Provinciæ, quando obligant ex generali consuetudine Provinciæ, etiam si consuetudo confirmata sit in Synodo Provinciali. Et infertur, quod tota Provincia non potest condere leges obligantes Regulares.* Ex p. 10. t. 11. & Miscell. 1. t. 38. p. 231

60. *An Regularis vovens jejunare, satisfaciat, si jejunet secundum morem Monasticum, vel teneatur jejunare secundum morem Ecclesiæ? Et jejunium indictum a Confessario, nisi is contrarium explicet, an semper sit Monasticum quoad Regulares, secus autem quoad sæculares?* Ex p. 7. tract. 11. & Misc. 2. resol. 24. pag. 232

61. *An qui vovit jejunare die Sabbathi, vel Feria sexta, teneatur ad id votum, si dies Nativitatis Domini veniat in his diebus? Et notatur eum, qui votum emisit non comedendi ova in sexta Feria, vel die Sabbathi, posse comedere carnes in die Nativitatis Domini, si in eo acciderit celebrari.* Ex part. 1. tract. 9. resol. 22. ibid.

62. *An Religiosus, vel quivis alius, qui tenebatur jejunare v.g. Feria 6. in qua occurrit Vigilia alterius Sancti, si non jejunet, peccet dupliciter? Ex quo infertur, quod Religiosus Franciscanus, si non jejunet in Feria sexta, etiam si sit Vigilia, tantum unum peccatum committit: & idem dicendum est de aliis casibus. Et quid si sentiendum, si Prælatus in virtute sanctæ Obedientiæ præcipiat Religioso v.g. jejunium in vigilia alicujus Sancti, vel alterius jejunii?* Ex p. 4. t. 4. & Misc. resol. 3. p. 233

63. *An si quis violet duo jejunia ab Ecclesia indicta, in eorum diem incidentia, peccet dupliciter? Idem est de audione Missæ, & cessatione ab operibus servilibus. Et an saltem talis transgressio præceptorum sit circumstantia in confessione aperienda? Et quid si occurrunt jejunia indicta ab Ecclesia, & voto? Et infertur Machum D. Francisci peccare dupliciter, si in die Veneris, quo incidit vigilia, non jejunet. Et quæritur, an Religiosi D. Francisci teneantur ad Regulæ jejunia, si annum 21. etiam non expleverint? Et an dicti Minoritæ ante 21. annum teneantur jejunare Vigilias, & Quatuor tempora Ecclesiæ, & Sanctorum? Ex quo infertur etiam teneri ad jejunia Jubilæi adolescentes, qui nondum 21. annum attigerunt, alias Jubilæum non obtinebunt.* Ex p. 1. t. 9. r. 16. ibid.

64. *An Regulares sexagenarii teneantur ad jejunium Regulæ? Et quid si non attigerint annum 21. Et notatur peccare contra præceptum jejunii, qui assumpsit laborem incompatibilem cum jejunio, ad hunc finem, ut non jejunet, v.g. ludum pilæ, venationis, &c.* Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. res. 16. p. 234

65. *An qui fecit votum de jejunando tali die in pane, & aqua, toties peccabit mortaliter, quoties biberet vinum? Et an si promisit se in illa die nihil manducaturum nisi panem, & aquam; tunc quoties biberit vinum, peccet mortaliter? Et an ita vovens frangat jejunium, si cervisiam bibat?* Ex part. 1. tract. 9. r. 4. pag. 235

66. *An si quis, cum teneatur jejunare in pane, & aqua, non possit nisi sumendo parum vini, aut obsonii, sit adstrictus tali jejunio? Et an vovens recitare septem Psalmos Pœnitentiales si non potest integros recitare, teneatur ad partem? vel in tali casu an teneatur ita vovens, si sciret tantum unum Psalmum ex septem Pœnitentialibus, illum septem vicibus recitare?* Ex p. 3. t. 5. & Misc. 1. res. 61. ibid.

67. *An parvulis ante expletum septennium liceat ministrare carnes in die jejunii? Et quid de Paganis, & perpetuò amentibus? Et quid est dicendum de pueris ante septennium, ubi adest consuetudo in contrarium? Sed quid est sentiendum si pueri ante septennium doli capaces sint?* Ex part. 1. tract. 9. res. 42. pag. 236

68. *An pueris habentibus usum rationis ante septennium liceat ministrare carnes, ova, & lacticinia in diebus jejunii, & prohibitis ab Ecclesia? Et quo tempore supradicti pueri teneantur Ecclesiasticis legibus, & signanter confessionis, &c. Et an puer cui ante septennium acceleratus est usus rationis, si occidat aliquem, incurrat irregularitatem? Et cursim docetur impuberes non incurrere irregularitatem.* Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. r. 56. ibid.

69. *An tempore pestis possit Episcopus dispensare, ut in sua civitate comedantur carnes in Quadragesima? Et an cum omnibus in domo reclusis, propter suspicionem pestis possit Episcopus dispensare in auditione Missæ in diebus festis tempore pestis, vel quid est faciendum? Et notatur, quod dispensatio in jejunio facta ab Episcopo, vel alio Prælato inferiori Papa sine justa causa, non solum est illicita, sed invalida: ideò peccat mortaliter Episcopus, aut Prælatus ex defectu potestatis dispensando. Et quæritur, an Episcopus possit abrogare legem localem jejunii latam in Concilio Provinciali? Et an saltem possit in ea dispensare? Et an possit Episcopus abrogare legem jejunii latam in Synodo Diœcesana, & a fortiori cum aliquibus dispensare etiam validè, non autem licitè, quamvis id faciat sine causa?* Ex part. 10. tract. 14. & Misc. 4. resol. 5. alias 3. pag. 237

70. *An qui ex privilegio, vel licentia Medici potest in diebus jejuniorum comedere ova, & lacticinia, possit comedere sanguinem, & quod vulgo dicitur,* Sanguinazzi, *seu* Vitoldo, *Hispanè* Mondongo? *Et an qui habet privilegium comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima, possit comedere saginem? Et an qui vovit pro qualibet die non comedere carnes, aut ova, toties peccet, quoties comedit? Et an excusentur à jejunio textores vittæ sericæ, & sartores etiam confidentes calceos ex materia molli? Et an defectus vini nullo modo excuset à jejunio, seu tribuat causam sufficientem faciendi plures comestiones? Idem est de cervisia, aut aliqua alia potatione communi*

loco vini. Et an quando regula religionis præcipit aliquod jejunium, juvenes Religiosi si ante ætatem 20 omni completi sint adstricti, & obligati jejunare? Et tandem docetur Pontificem dispensando cum aliquo in jejunio absque causa, non peccare neque venialiter. Ex p.10.tr.16. & Misc.6. res.77. p.238

71. An qui ex licentia comedit carnes in die jejunii, possit comedere laridum, aut alias carnes nocivas? Et quid si tota refectio ex illo carnis genere fiat? Ex p.1. tr.9. r.47. p.239

72. An dispensatus, ut possit edere carnes, seu lacticinia, possit simul edere pisces? Ex p.1. tract.9. res.26. p.240

73. An quando causa fuerit dubia circa comestionem carnium in jejunio, opus sit dispensatione, si ageretur de nocumento notabili? Ex p.4. tractat.3. resolut.56. p.240

74. An in dubio, si abstinentia carnium illatura sit notabile nocumentum agroto, necessaria sit dispensatio? Et docetur Prælatos, & Superiores, quando subditi proponunt causam dubiam ad obtinendam dispensationem, non debere esse nimis scrupulosos, aut ambiguos, remittentes id conscientiæ subditi petentis, cum potius ad illos spectet, tunc dispensare causam dubiam, per dispensationem efficiendo illam justam. Ex p.9. tr.6. & Misc.1. res.26. aliàs 27. ibid.

75. An dispensatus in esu carnium censeatur dispensatus ad non jejunandum? Ex part.1. tractat.9. resolut.25. p.241

76. An qui habet facultatem edendi carnes, si illas non edat, teneatur jejunare? Et notatur, quod quartanarii non tenentur jejunare? Ex p.4. tr.4. & Misc. r.189. ibid.

77. An dispensatus ad carnes non propter virium debilitatem, sed quia cibi Quadragesimales sunt ei nocivi, si in aliquibus diebus non comedat carnes, teneatur jejunare, & abstinere à secunda comestione? Et an dispensatus ad edendas carnes, possit simul pisces comedere, si ab Episcopo fuerit prohibitum sub pœna excommunicationis? Et notatur, quod qui frangit jejunium comedendo carnes, non duo, sed unum committit peccatum, & ideò non est necessarium explicare circunstantiam modi, quo jejunium violatum sit. Etiamque advertitur, quod qui in die jejunii comedit carnes, & lacticinia, vel ova simul, unum tantum peccatum, non distincta committit, & qui vovit aliquo die ieiunare, non toties peccat, quoties in illo die carnes comedit. Ex p.9. tract.6. & Misc. 1. resol.11. p.242

78. Medicus concedit Titio licentiam comedendi carnes in diebus Quadragesimæ; quæritur an possit illas comedere in diebus quatuor temporum, quæ semper accidunt in secunda hebdomada ipsius Quadragesimæ? Et an saltem liceat comedere ova, & lacticinia in prædictis diebus, stante supradicta licentia? Et infertur habentes licentiam à Medico, ut infrà annum in die veneris, & Sabbathi comedendi carnes, posse illas comedere in diebus quatuor temporum extra Quadragesimam occurrentium, etiamsi in licentia Medici obtenta hoc non explicetur. Et an si quis habet manifestas vires & salutem, & ob aliquam infirmitatem edit carnes in die ieiunii, si in aliqua die non comedat carnes, teneatur ad ieiunandum? Et quid si haberet facultatem edendi carnes ratione debilitatis, & infirmitatis? Et an Medicus dubius, si cibi Quadragesimales asserunt grave damnum petenti, possit concedere licentiam, ut edat carnes in diebus ieiuniorum? Ex p.10. tr.13. & Misc.3. res.43. ibid.

79. An si quis in diebus ieiunii carnem comederet in magna quantitate ex oblivione, vel inadvertentia, teneretur in illo die ieiunare reliquo tempore? Ex p.9. tr.6. & Misc.1. res.27. aliàs 28. p.243

80. An in die ieiunii parvitas materiæ excuset in esu carnium? Ex p.1.t.9.r.43. ibid.

81. An in comestione carnium in die ieiunii detur parvitas materiæ? Et quænam quantitas materiæ excusat in comestione carnium in die ieiunii? Et quid si in singulis diebus Quadragesimæ eam carnis particulam minimam quis ederet, & quamvis à principio Quadragesimæ haberet voluntatem expressam singulis diebus Quadragesimæ id efficiendi? Et an qui serviunt infirmis possint aliquid comedere in die ieiunii etiam ex carnibus ad excitandum appetitum infirmorum? Et infertur non esse hæreticum externum, qui signa dat hæresis internæ in quantitate tam levi, ut non sit ex se peccatum mortale? Ex part.5. tract.5. resol.32. p.244

82. An qui vovit certa die ieiunare, toties peccet mortaliter, quoties carnes comedit? Et quid est dicendum, si expressè promitteret in die unicam comestionem, an tunc peccet toties, quoties præter unam comestionem ederet carnes? Et explanatur differentia inter ieiunium ex præcepto Ecclesiæ, & ex vi voti, si in illis aliquis comederet carnes. Et an in die ieiunii pluries comedendo pisces, vel lacticinia, non peccet toties mortaliter, sed in secunda comestione? Ex p.1.tr.9.res.37. ibid.

83. An obligatus ieiunare ex voto, si secunda vice comedat carnes, peccet contra votum? Et quid de pœnitentia ieiunii à Confessario imposita? Et quid si quis expresè voverit in die unicam comestionem? Ex p.9. tr.8. & Misc.3.r.5.p.245

84. An toties peccet mortaliter, quoties aliquis in die jejunii carnes comedit? Et an idem dicendum sit de prohibitione lacticiniorum? Et an duplici labe inquinetur Sacerdos, qui edens carnes, & ova in die Quadragesimali, quod idem dicendum est de laico sine Bulla Cruciatæ? Et an teneatur confiteri, quoties si applicaverit esui carnium in die, & quoties comestionis ovorum? Et an qui vovit aliquo die ieiunare, non toties peccet, quoties in illo die carnes comedit? Et advertitur, quod qui comedit lacticinia in Quadragesima absque causa, & sine Bulla, unum peccatum tantum facit, &c. Ex part.1. tractat.9. resolut.45. ibid.

85. An si aliquis per unicum tantum diem ieiunii non haberet nisi panem, possit in tali die comedere carnes? Et quid de ovis, & lacticiniis, an itinerantes, pauperes, & agricolæ, qui ex una parte non habent pisces, nec piscatum, nec ex alia possunt ex aliis cibis, herbis, & fructibus conficere prandium sufficiens ad suam commodam sustentationem, licitum sit illis in diebus vetitis uti ovis, & lacticiniis? Et quid si cum pane habeant herbas, legumina, olera, & fructus; an sit sufficiens alimentum, itaut non possint uti ovis, & lacticiniis in diebus prohibitis? Et an ne potus noceat, possit in die ieiunii aliquid sumi? Et an dimidia uncia sit quantitas necessaria, & sufficiens, ne potus noceat? Ex p. 10. tract.14. & Miscel.4. resol.61. aliàs 59. p.246

86. An qui non habet vinum, teneatur ieiunare? Et difficultas est, quænam sit congruens refectio in die ieiunii? Et an habentes panem, fructus, & olera teneantur ieiunare? Et quid, si cum pane, & fructibus habeat quis ova, & lacticinia, possit ne illa comedere sine Bulla, etiam in Quadragesima, & etiam Clerici, & Regulares, & ut sic cum pane, fructibus, & lacticiniis teneantur ieiunare? Et an in die ieiunii per unicum diem non habens nisi panem, & carnes ad rescendum, possit illis vesci? Et an comedendo carnes in tali casu teneatur quis servare ieiunium? Ex p. 10. tract. 12. & Miscel.2. resolut. 46. aliàs 45. p.247

87. An in ieiunio secundo comedens toties peccet postea quoties

quantitas eodem die comedit ? Et docetur, quod si inadvertenter aliquis pluries cibum etiam carnis sumeret, ieiunium nequaquam frangeret ; & servare erit admodum facile, cum prorsus illa comestio sit involuntaria respectu ieiunii ? Ex p.1. t.9. r.44. p.248

88. An qui in die ieiunii tertia, vel quarta vice comedit, peccet saltem venialiter, præter peccatum mortale, quod commisit secunda vice ? Ex p.1. tract.9. res.53. ibid.

89. An qui die ieiunii sæpius modicum quid comedit, itaut si illa parva comestiones coalescant in unum, & efficiant quantitatem notabilem, frangat ieiunium, & peccet mortaliter ? Ex p.3. tr.6. & Misc.2. resol.43. p.249

90. An in fractione ieiunii detur parvitas materiæ ? Sed difficultas est, quænam parvitas materiæ excuset à fractione ieiunii ? Et an potio in Hispania dicta Chocolate, frangat ieiunium ? Et cursim advertitur quantatem collationis serotinæ esse uncias octo. Ex p.5. tr.1.r.1. ibid.

91. An in Hispania potio dicta Chocolate frangat ieiunium ? Et quid de cervisia, & vino ex aromaticis confectis, &c. Ex p.4. tr.4. & Misc. r.194. ibid.

92. An si quis in diebus ieiunii sumeret duas uncias potionis vulgo dictæ Chocolate, frangeret ieiunium ? Ex p.8.tr.7. & Misc. res.54. p.250

93. An opinio asserens Chocolatam non frangere ieiunium sit probabilis ? Et notatur, quod stando in sententia rigorosa, si quis sumeret duas uncias Chocolatæ, non frangeret ieiunium ratione parvitatis materiæ. Ex p.11.tr.6. & Misc.6. res.54. alias 53. p.251

94. An si v.g. in aliqua vigilia quis sumeret multas formulas consecratas excedentes parvitatem materiæ, vel consecraret panem, & illum comederet, frangeret ieiunium ? Et cursissimè docetur, quod potest homo speciebus sacramentalibus sumptis per totam vitam sustentari. Ex p.11.tr.6. & Misc.6.r.35. p.252

95. An licitum sit in diebus ieiuniorum sumere non solum pharmaca, & electuaria curativa, sed etiam præservativa ? Et an liceat in die ieiunii sumere electuaria ex saccaro condita ob solam delectationem ? Ex quibus infertur posse Cantores, seu Musicos insignes in diebus ieiunii aliquid cibi primo mane sumere ad conservandam vocem. Idem est de quocumque alio ad sublevandam debilitatem stomachi, vel capitis. Et an hoc etiam liceat Religiosis canentibus in choro ; an inquam, possint in die ieiunii ad conservandam vocem aliquid cibi sumere ? Et quid, si prædicti Religiosi sint insignes Musici ? Ex p.10.tr.14. & Misc.4. r.62. alias 60. p.253

96. An si quis in die ieiunii post prandium sumat in notabili quantitate uvas recentes, frangat ieiunium ? Et quid de malis massilicis, vulgo Limoni, vel de malis medicis, vulgo Aranci, & de ceteris similibus fructibus petierint ne adhiberi ad sedandam sitim in die ieiunii, quantas libuerit ? Et an frangat ieiunium, si quis ad sedandam sitim sumat poma, pira, uvam, & similia, & acinibus conterendo deglutiat succum dentibus expressum, rejecta substantia solida ab ore ? Et an quantitas duarum unciarum sit parvitas materiæ excusans à ieiunii fractione ? Ex quo infertur posse ieiunantem sine gravi culpa, imo id etiam sine venali culpa primo mane comedere duas uncias cibi, & bibere ad tolerandum facilius ieiunium, & postea circa meridiem prandere, & ad Vesperas sumere refectiunculam. Etiamque deducitur, quod non frangeret ieiunium serotina refectiuncula, quæ præfixam quantitatem unciarum octo per unam, vel duas uncias excederet. Et cursim docetur in diebus ieiuniis comedentem circiter unciam carnis non peccare mortaliter, Ex p.10.t.14. & Misc.4.r.58. alias 56.p.254

97. An in diebus ieiuniorum licitum sit sine fractione ieiunii sumere mala massilica, mala medica, uvam, & similia ad sedandam sitim, quoties quis voluerit ? Et an qui habet panem, legumina, poma, & similia teneatur ieiunare ? Ex p.6.t.6. & Misc.1. r.14. p.255

98. An sine ieiunii fractione licitum sit sumere interdiu parum cibi, ne potus noceat ? Et an hoc est intelligendum toties, quoties, dummodo id non faciat in fraudem ieiunii, sed ne potus noceat ? Ex p.1. t.9.r.24. p.256

99. An qui ne inurbanus videatur sumendo modicum cibi ab amico rogatus, peccet saltem venialiter ? Ex p.1. t.9.r.29. p.257

100. An in die ieiunii bibere vinum ad sustentationem, & famem sedandam sit illicitum ? Et præsertim ante prandium, an violet ieiunium ? Ex p.1.t.9.r.23. ibid.

101. An licitum sit sequi unum horologium quoad ieiunium Ecclesiasticum, & alterum quoad ieiunium naturale ? Et hoc intelligitur in ipsamet media nocte. Ex p.10.t.15. & Misc.5. r.29. ibid.

102. An si quis ante prandium per quartam partem horæ sumeret cibum, frangeret ieiunium ? Et an in die ieiunii possit quis parum cibi sumere casu, quo prandium sit valde dilatandum ? Et an inservientes mensis sæcularium possint ieiuniorum diebus aliquid cibi sumere, antequam serviant, & postea comedere ? Idem est de Religiosis inservientibus mensæ. Et an Religiosi legentes ad mensam, possint ante lectionem aliquid comedere ? Sed adhuc superest difficultas, an hujusmodi servientes, & legentes possint diebus ieiunii ante servitium, & lectionem non solū in modica quantitate cibum sumere, sed etiā in magna ? Et notatur, quod si quis inadvertenter cibum sumeret etiam pluries, & etiam carnium in die ieiunii, ieiunium non frangit, ideo exinde tenetur servare ieiunium. Ex p.10.t.14. & Misc.4.r.63. aliàs 61. p.258

103. An in anticipatione comestionis in die ieiunii detur parvitas materiæ ? Idem est, si comestio postponitur. Et pro utroque casu assignatur hora. Ex p.5.t.5.r.10.p.259

104. An qui in diebus ieiunii notabiliter anticipat horam comedendi, peccet mortaliter ? Et quæritur, quantum possit absque dicto peccato mortali prævenire dicta hora comedendi ? Et an Religiosi, qui habent privilegium anticipandi prandium per horam, possint dicti Religiosi per horam cum dimidia prandium ante meridiem prævenire ? Ex p.1.t.9.r.27. ibid.

105. Verum, qui ob justam causam comederet hora octava, aut nona obiter agendum, v.g. aut hospitibus inserviendum, teneatur illo die ad ieiunium ? Et an qui putabat se iter facturus, vel laboraturus & ideo inculpate summo mane comedit animo non ieiunandi, & tamen postea causa aliqua impeditus est, ne iter ageret, an in tali casu teneatur ieiunare ? Ex p.1.tr.9.r.48. p.260

106. An qui è medio prandio surgit ad aliquid occurrens, possit postea redire ad continuandum prandium in die ieiunii ? Et quid, si longa mora intercessit, quamvis spatium duarum horarum intercurrerit, dummodo à prandio surgat animo postea continuandi ? Et si quis surrexit à mensa animo non redeundi, si fortè prandium adhuc duraret, possit iterum, mutata intentione, ad convivas redire, à quibus recesserit ? Ex p.1.t.9.r.32. ibid.

107. An frangat ieiunium, si quis, urgente aliquo negotio, per longum tempus interrumperet prandium ? Et quare sit hoc tempus longum ? Ex p.10.t.14. & Misc.4. r.64. aliàs 62. p.261

108. An famuli inservientes dominis frangant ieiunium comedendo gulosè fragmenta ciborum ? Et an servitores, & electores ad mensam possint assumere aliquid ante talem lectionem, vel servitium, licet nullam habeant necessitatem ? Ex p.4. t.4. & Misc.r.142. ibid.

109. An in die ieiunii licitum sit collationem serotinam mane sumere, & nocturno tempore cœnam capere ? Et notatur, quod mutatio talis refectiunculæ, si efficiatur ex causa justa, ut v.g. propter studium, propter aliqua negotia agenda in die ; propter iter, propter lectionem

perlegendam, vel sermonem faciendum, propter vigilias nocturnas, & quid simile, non erit neque peccatum veniale. Ex p. 1. t. 9. r. 33. ibid.

110. *An qui sine cœna accepta dormire non valet, teneatur mane collationem sumere, cœnam ad noctem differendo? Vel an in tali casu non teneatur quis ieiunare?* Ex p. 1. t. 9. r. 57. ibid.

111. *An in vigilia Resurrectionis, & Pentecostes collatio serotina possit fieri in majori quantitate? Et docetur in vigilia Nativitatis Domini posse fieri in quantitate sexdecim unciarum. Et quid, si jejunium Iubilæi cadat in prædicta vigilia Nativitatis? Et an in præfata vigilia Nativitatis Domini ex fructibus, sive conservis possit collatio serotina sumi sine mensura, & usque ad saturitatem? idque in casu, quo etiam vigilia incidat in Sabbatho, & dies Nativitatis Domini in Feria secunda? Et an hæc consuetudo vigeat in Hispania etiam inter Religiosos? Et notatur, si jejunium reddat inhabiles ad canendum Musicos, & cantores, excusari à jejunio non solum pro servitio Ecclesiæ, sed etiam pro solatio Principis? Et addetur Presbyteros causa conservandæ vocis posse in Quadragesima vesci ovis.* Ex p. 10. t. 12. & Misc. 2. r. 41. p. 262

112. *An in vigilia Nativitatis Domini, si quis vellet sumere collationem serotinam mane, possit illam sumere in quantitate, qua licitum est illam sumere sero? Et supponitur in collatione serotina vigilia Nativitatis Domini posse sumi duplicem maiorem quantitatem, quam licitum est sumere in aliis ieiuniis, etiamsi vigilia incidat in Sabbathum, & festum Nativitatis in Feria secunda.* Ex p. 9. t. 6. & Misc. 1. r. 17. p. 263

113. *An collatio serotina in vigilia Nativitatis Domini sit sumenda in magna quantitate ratione consuetudinis? Et an talis extensio militet etiam in Religiosis, difficultas est? Et notatur Curiales Romanos non frangere ieiunium facientes collationem, ut vulgo dicitur, grossam, secundum consuetudinem Romanæ Curiæ?* Ex p. 1. tr. 9. r. 35. ibid.

114. *An si quis v. g. emisit votum ieiunandi singulis sextis Feriis, & in illis aliquando incidat vigilia Nativitatis Domini, possit in collatione serotina sumere quantitatem pinguiorem? Et supponitur in prædicta vigilia posse sumi in maiori quantitate etiam in casu, quo ipsa vigilia cadat in Sabbatho, & dies Nativitatis Domini in Feria secunda. Et infertur, quod Religiosus Franciscanus, qui ex voto tenetur ieiunare à Festo omnium Sanctorum usque ad Nativitatem Domini non potest refectionem vespertinam pinguem sumere in vigilia Nativitatis eiusdem? Et an supradicta doctrina non procedat, si collatiuncula vespertina sumeretur mane, vel meridie in dicta vigilia Nativitatis.* Ex p. 10. t. 12. & Misc. 2. r. 45. ibid.

115. *An habentes Bullam Cruciatam possint in collatione vespertina ieiunii sumere aliquid caseï, vel lactis, vulgo dicto* Cascavallo, *seu* Tomazo? *Et an in vigilia Nativitatis Domini possit sumi collatiuncula duplo, aut triplo maior solito? Et quid est dicendum, si vigilia Nativitatis Domini sit in Sabbatho, & licet in illo Sabbatho occurrat simul ieiunium quatuor temporum? Et an qui potest vesci carnibus in die ieiunii, & propter devotionem vult aliquo die vesci lacticiniis? vel ovis, teneatur ieiunare?* Ex p. 5. tr. 6. t. 14. & Misc. 2. r. 12. p. 264

116. *De quantitate, & qualitate collationis serotinæ. Et an si quis inadvertenter sumat cibum plures, ob id non frangat ieiunium, & ob id à collatiuncula nocturna sumi solita abstinere non tenebitur, nisi nimis proximè ad horam refectionis nocturnæ esset cibus assumptus? Et quid est sentiendum de collatione largiori Nobilium?* Ex p. 1. t. 9. r. 1. p. 265

117. *An in collatione serotina ieiuniorum sit potius attendenda quantitas, quam qualitas cibi, itaut in illa possint sumi pisces, legumina, & omne genus insculorum, &c. Et inter multa, quæ in textu huius resolutionis admittuntur, pro materia collationis serotinæ in die ieiunii, & multa alia vetantur, tandem docetur, quod licitum est omnino sumere totam quantitatem panis, quæ est licita, & ipsam vino imbibere, quamvis ex hoc crescat in pondere; ergo & in quocumque alio liquore.* Ex p. 10. t. 14. & Misc. 4. r. 60. aliàs 58. p. 266

118. *An in collatione serotina licitum sit sumere ova, & alia lacticinia, quando licitè in illis diebus possint comedi? Et an in diebus, in quibus prohibentur ova, & lacticinia, possit quis comedere panem biscottum, in quacumque magna quantitate? Et an saltem in collatione serotina non sit damnandus, qui comederet unum biscottum? Et an capite, seu stomacho debiles possint in collatione serotina uti ovis?* Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. r. 59. aliàs 57. p. 268

119. *An in collatione serotina licitum sit sumere, v. g. duo ova, & quoad quantitatem, an quis possit sumere quartam partem comestionis? Et an in piscibus, caseo, lacte, cremore amygdalino, & triticeo id est* almendra, y Almidon, *possit fieri supra dicta collatio serotina?* Ex p. 4. t. 4. & Misc. r. 117. p. 269

120. *An in collatione serotina ieiuniorum possit quis in quantitate licita comedere pisces? Et notatur quantitatem unciarum octo posse sumi in collatione serotina.* Ex p. 9. t. 6. & Misc. 1. r. 8. ibid.

121. *An insculum ex pane cocto, vel pane cum amygdalis in collatione serotina adhiberi possit, etiamsi sumatur in ea quantitate, quæ separatim sumi potest?* Ex p. 1. t. 9. r. 34. p. 270

122. *An in collatione serotina ieiuniorum licitum sit sumere uncias octo in pane cocto? Et quid de aliis insculis?* Ex p. 9. t. 6. & Misc. 1. r. 28. aliàs 29. p. 271

123. *An in collatione serotina ieiuniorum quantitas licita possit tuto sumi in solo pane? Et an sine peccato mortali in serotina refectione ieiunii licitum sit sumere quantitatem excedentem uncias octo, v. g. quantitatem duarum unciarum ratione parvitatis materiæ?* Ex p. 9. t. 6. & Misc. 1. r. 15. ibid.

124. *An licitum sit in collatione serotina ieiunii sumere legumina cocta in quantitate licita, v. g. unciarum octo?* Ex p. 5. t. 14. & Misc. 2. r. 14. p. 272

125. *An licitum sit eum, qui paratus est canare, invitare causa urbanitatis ad canandum in die ieiunii? Et ex doctrina huius quæstionis infertur etiã vendentes in diebus ieiunii, cibos prohibitos, an peccent? Et an servus, & ancilla, qui condiunt, & porrigunt cibos, & mensam horis non ieiunantibus sternunt, mensaque ministrant, culpa participes efficiantur?* Ex p. 1. t. 9. r. 38. ibid.

126. *An licitum sit invitare ad cœnam paratum frangere ieiunium? Et hæc ratio est communis plurimis materiis. Et an Confessarius accipiens plurium confessiones in peccato mortali, unum tantum peccatum committat, an plura? Idem dicendum est de illo, qui in peccato Communionem omnibus ministrat.* Ex p. 5. t. 7. r. 7. p. 273

127. *An Canones, seu tabernarii proponentes cœnam in die ieiunii omnibus indifferenter, peccent mortaliter? Sed difficultas est, quando dubitant, vel credunt alterum à ieiunio non excusari.* Ex p. 1. t. 9. r. 39. p. 274

APPENDIX

Ad cæteras quæstiones pertinentes simul ad hunc *Tract. 6. de Ieiunio huius tomi Quarti.*

AN Papa sub mortali teneatur ad ieiunia Ecclesiæ? Ex p. 6. tr. 7. ex. res. 3. *Quæ hic est* in tom. 1. tr. 3. de Pœnitentia res. 48

An expulsus à Religione teneatur ad jejunia Religionis? Et an Episcopus ex Religione Minimorum teneatur ad votum

...notum sita Quadragesimalis ? Ex p.3. tr.2. ex r.60. & 116. & in p.5.tr.13. ex r.39. Quæ nunc invenientur in tom.7. tr.1. de Regularibus res. 192. 193. & 28

An qui complet annum vigesimum primum mane hora Noviæ alicujus vigiliæ teneatur, si possit ad jejunandum illa die ? Et an Concionatur excusetur à jejunio præcedentis diei, si intra annum tantum prædicet ? Et discutitur, quomodo consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima, & aliis vigiliis obliget, vel non obliget ad mortale. Ex p.10.t.11. ex r.16. & 32. & in p.9.tr.7. ex r.29. Quæ hic reperientur in tom.3. t.6. de horis Canonicis r.66.29. & 95

An si Sacerdos pro pœnitentia imponat ieiunium absolutè, satisfactat pœnitens per jejunium, ad quod aliunde tenetur ? Et an obligatus ieiunare, v.g. Feria sexta, si omittat ieiunium eo die intentione transferendi illud in sequentem diem, non excedat culpam venialem ? Et an si in honorem alicuius Festi imponat Confessarius ieiunium, si per impotentiam à ieiunio illius diei pœnitens excusetur, teneatur alio die ieiunare ? Et quid si præcepit ieiunium veneris, vel Sabbathi unius mensis, vel anni ? Et an si pœnitens in ieiunio non recordetur pœnitentiæ impositæ à Confessario, an adhuc satisfaciat ieiunando ex devotione ? Et an pœnitens impotens adimplendi pœnitentiam ieiunii in pane, & aqua, teneatur ieiunare modo consueto Ecclesiæ ? Ex p.3.tr.4. ex r.83. & 91. aliàs 84. & 92. & in p.9.t.6. ex r.56. aliàs 57. & in p.6. t.6. ex r.43. & in p.9. tr.9. r.55. & 53. aliàs 54. & 52. Quæ hic sunt in tom.1. tr.6. de Satisfactione sacramentali r.12.39.24.55.9. & 41

An si quis falsò hodie esse vigiliam putat, & carnes comedat, sufficiat, ut in confessione dicat, comedi carnes in die prohibito ? Et an si quis unica voluntate voluisset omittere ieiunium per totam Quadragesimam, teneatur hanc circumstantiam in confessione explicare ? Et an, si eodem die duplici titulo ieiunandum sit, satisfaciat quis in confessione dicendo se semel prætermisisse ieiunium ? Et an Medico satis sit, si dicat in confessione se concessisse licentiam edendi carnes absque legitima causa diebus prohibitis, non explicando esse ieiunio consecratos ? Ex p.3. tr.4. ex res. 161. aliàs 162. & in p.1. tr.7. ex r.7. 21. & 60. Quæ nunc invenietur in tom.1. tr.7. de Circumstantiis r.5.23.58. & 161

An in ieiunio Eucharistico pro communione sumenda, & Missa celebranda detur parvitas materiæ excusans à peccato mortali ? Et an sumptio Tabachi in fumo, pulvere, & folio frangat ieiunium naturale ? Et quid, si aliquis deglutiat in magna quantitate nummos aureos ? Et quid est dicendum de aromatibus, grano aliquo, plumbo, de Osficulis aliquorum fructuum, & de fragmentis metallorum, vitro, lapillulis, ligno auriori, & similibus ? Vel si quis aliquantulum aquæ per nares attrahat, & similia quæ in stomachum transmittantur ? Ex p.5.t.5. ex r.12. & in tr.13. ex r.1. Quæ hic reperientur in tom.2.t.1. de celebr. Missarum r.126. & 120

Nota quod in prædicto tom. 2. & tr.1. de celebr. Missarum sunt multæ aliæ difficultates pro ieiunio naturali, & Eucharistico à r.111. usque ad r.134. inclusivè ubi reperies quidquid circa hoc occurrere poterit.

Adverte etiam, quod in præcitato tom.2. tr.2. de Communione etiam invenies aliquas quæstiones pro ieiunio ante Communionem in r.56.57.73.74.75.78.79.80. 81.82.83.84.85.86.87. & 101

An dupliciter peccet, qui se ingurgitat, quo tempore indictum erat ieiunium, nam & temperantiam & legem ieiunii violat ? Ex p.5.tr.13. ex res.62. Quæ nunc invenietur in tom.2. tr.2. de Communione res.43

An quis peccet mortaliter contra præceptum ieiunii, qui erat nimium, aut nocivum cibum prævidens ob morbum se consecuturum ieiunium in die præcipiente illud ? Ex p.10. t.14. ex r.12. aliàs 10. Quæ hic reperietur in tom.2. tract.3. de audienda Missa in die festo resol.14. §.4

An qui putat in hac hebdomada nullum esse diem ieiunii, cum tamen sit, adveniente die ieiunii, quin tibi occurrat diem esse ieiunii, si comedas, & non ieiunes, pecces ne omittens ieiunium ? Ex p.9. tr.8. ex r.48. Quæ hic est in tom.8. tr.2. de Conscientia dubia res.19

An per privilegium Bullæ dispensatus in esu carnium, censeatur dispensatus ad ieiunandum ? Et an dispensatus per Bullam, ut comedat carnes, & lacticinia possit simul comedere pisces ? Et an in hoc Siciliæ Regno diebus Quadragesimalibus, & aliis ieiuniis usus sagiminis sit licitum habentibus Bullam Cruciatæ ? Ex p.1.t.11. ex res.4. & in p.1.tr.9. ex res.21. Sed eas, & alias difficultates circa esum carnium, & lacticiniorum & circa ieiunium vigore Cruciatæ invenies supra in hoc ipsomet tom.4. tr.3. de Bulla Cruciatæ in res.170. 166. & in aliis.

An ad lucrandum Iubilæum sufficiat, quod commutatio ieiuniorum ex iusta causa fiat, v.g. Feria quinta ? Ex p.5.t.12. ex r.25. Quæ hic est supra in hoc tom.4. tr.4. de Iubilæo res.25

An si quis videat aliquem ex oblivione comedere carnes in die ieiunii, teneatur illum monere ? Ex p.9. tr.8. ex res.48. §.1. Quæ hic reperietur in tom.7. tr.4. de Correctione res.31

An qui vovit ieiunare in pane, & aqua peccet mortaliter si semel bibat vinum ? Et an qui vovit certa die ieiunare pro animabus Purgatorii, si eo die impeditus fuit, an teneatur altero die ieiunare ? Et an si filius, servus, vel uxor vovit singulis sextis Feriis ieiunare, possit Pater, Dominus, & maritus tale votum irritare ? Et an qui ob metum mortis iuravit alicui comedere carnes toto anno diebus prohibitis, an possit, vel debeat iuramentum servare, cessante metu ? Ex p.5.tr.5. ex res.37. & in p.3.tr.5. ex r.26. & in p.9.tr.8. ex res.15. & in p.8. tr.7. ex res.57. Quæ nunc invenientur in tom.8. tr.4. de Voto, & Iuramento res.9 15.44. & 55

An famuli ministrantes dominis carnes in die ieiunii, vel cibaria in refectiuncula peccent peccato scandali ? Et an Catholicus Angliæ vescendo carnibus in die veneris, & in Quadragesima ad se occultandum, peccet ? Et an liceat exploratoribus, vulgo dictis, Spiæ, usus carnibus diebus vetitis in Ecclesia ? Ex p.5.tr.7. ex r.13. & 33. & in p.8.t.7. ex r.13. Quæ hic sunt in tom.7. tr.5. de Scandalo r.59.70. & 71

An Inquisitores possint procedere contra comedentes carnes diebus prohibitis ? Ex p.4. tr.8. ex r.38. Quæ hic est in tom.5. tr.10. de Inquisitoribus res.87

An Episcopus, vel Prælatus Regularis cum suis subditis possint dispensare, ut nunquam ieiunent ? Et docetur, quod quando dubitatur, an sine dispensatione teneatur quis ieiunare, eo ipso est causa sufficiens ad dispensandum, nec opus est aliqua commutatione. Et an Parochus ex consuetudine dispenset in ieiuniis, quamvis si attendatur ius præcisè in hoc non possit dispensare ? Ex p.8. tr.3. ex r.12. & 11. & in p.4. tr.3. ex res.44. Quæ nunc invenietur in tom.3. t.2. de dispensatione res.26. 25. & 18

An hic actus, comederem carnem in Quadragesima, si Ecclesia non prohibuisset, careat culpa ? Ex p.3. tr.6. ex res.47. Quæ hic reperietur in tom.8.t.6. de Luxuria res.2

An si quis in die veneris delectetur sensibili delectatione de esu carnium, mente concepto, perinde, ac si reipsa eas comederet, peccet mortaliter ? Ex p.3. tract.5. ex res.5. Quæ hic est in tom.8. tr.10. res.10

TRACTATUS VII.

De Eleemosyna. p.275.

1. RES. Quædam supposita pro intelligentia dicendorum. Primo, quod indigentia pauperum est triplex; extrema, gravis, & communis. Secundo, quod bona, quæ ad subveniendum prædictis necessitatibus erogari possunt, ad tria genera revocantur posita in §. ultimo hujus resolutionis. Ex p.5. tract. 8. res. 1. ibid.

2. *An quis teneatur in extrema necessitate dare eleemosynam, non solum titulo charitatis, sed etiam lege justitiæ? Et an in hoc casu posset quis cogi per judicem ad faciendam eleemosynam? Et an in aliquo casu quis teneatur restituere damna, quæ ex eius omissione in danda eleemosyna sunt secuta ut v.g. qui famæ periit, relinquit filios, quibus deberentur opera Patris, &c.* Ex p.5. tr.8. res.2. ibid.

3. *An pauperes in extrema necessitate constituti possint contra divites implorare officium iudicis? Et an iudices possint compellere divites ad eleemosynam faciendam, non solum in causa extremæ necessitatis, sed etiam quoties præceptum adest iure divino, aut naturali?* Ex p.5.tr.8.res.4. p.276

4. *An satisfaciam præcepto, si in extrema necessitate subveniam pauperi mutuando? Et notatur, quod si proximus indiget non re, sed usu, sufficit, si quis usum donet, mutuando rem.* Ex p.5.tr.8.r.5. p.277

5. *An sæpius præceptum elargiendi eleemosynas obliget divites, itaut peccent mortaliter illas non præbendo?* Ex p.5.tr.8.r.41. ibid.

6. *An sit obligatio ex bonis necessariis ad statum opitulari extreme indigenti? Et inter alia, quæ in textu huius resolutionis adnotantur, tandem quæritur, an censeatur extrema, vel quasi extrema necessitas, in quam quis venit ex alieno delicto, v.g. Titius, cum sit innocens, creditur à Tyranno perimendus, nisi Caius eum pecunia redimeret? Et qui sunt, qui teneantur restituere, si in communibus necessitatibus famis, & infirmitatum non succurrunt?* Ex p.5.tr.8.res.7. p.278

7. *Dubitans, an proximus sit in extrema necessitate, an teneatur veritatem indagare?* Ex p.5.tr.8.res.39. *Et ad literam* in p.4.t.3.r.34. *ideo una hic tantum transcribitur.*

8. *Confessarius quidam angebatur magnis scrupulis in excipiendis confessionibus cuiusdam divitis circa præceptum largiendi eleemosynam. Tunc ego in eius gratiam hæc ex multis Doctoribus adnotavi. Et in textu huius resolutionis docetur, in quibus, & de quibus divites teneantur, nec-ne, largiri eleemosynam in communibus, gravibus, & extremis pauperum necessitatibus.* Ex p.2.t.16. & Misc.2. r.26. aliàs 28. p.279

9. *De obligatione divitum largiendi eleemosynas in gravi necessitate proximi de necessariis ad statum. Ex quo infertur Advocatum teneri sub mortali defendere causam pauperis, quando aliter defendi non potest. Et notatur, quod raro contingere potest, ut seculares sub mortali teneantur pauperibus erogare superflua decentiæ suæ.* Ex p.4. tr.4. & Misc. r.215. ibid.

10. *An in gravi necessitate teneamur largiri eleemosynam de necessariis ad statum?* Ex p.5.tr.8. res.15. p.280

11. *An in gravi necessitate teneamur præbere eleemosynam de superfluis naturæ, & status? Et notatur in supradicto casu posse divitem illam elargiri, non liberaliter, eleemosynam dando, sed illam mutuando.* Ex p.5. tr.8.r.14. ibid.

12. *Rem satis controversam propono. An in communibus pauperum necessitatibus, sicut in extremis & gravibus sit obligatio faciendi eleemosynam ex bonis omnino superfluis?* Ex p.2. tr.15. & Misc.1. r.32. p.281

13. *An ex superfluo status teneatur quis facere eleemosynam in communibus pauperum necessitatibus? Et an pauperibus, qui ad mendicandum publicis in locis exposiri, vel ex nuditate, vel ex morbo extremæ necessitatis evidentia signa ostendunt, sub præcepto teneatur quis succurrere, si habet superfluum vitæ? Et notatur, quod si quis habens superflua ita omittit eleemosynam, ut nihil omnino det communem necessitatem patientibus, aut ita modicum pro quantitate suæ substantiæ, peccat mortaliter.* Ex p.5.tr.8.res.17. p.282

14. *An spes ascendendi ad superiorem statum liberet ab onere elargiendi eleemosynam de superfluis?* Ex p.5. tr.8.res.20. p.283

15. *An quis teneatur de superfluo ad statum opitulari illi, qui in periculo versatur amittendi fortunas iniustè?* Ex p.5. tr.8. res.16. p.284

16. *Si plures divites possint uni pauperi succurrere in extrema, vel gravi indigentia, quia omnes æque illum norunt, quis eorum teneatur eleemosynam dare?* Ex p.5. tr.8.res.13. ibid.

17. *An divites teneantur redimere captivos apud Turcam? Et quid est dicendum de aliis multis casibus passim occurrentibus, ut v.g. Advocatus an debeat suo patrocinio gratis defendere pauperem, aut viduam indigentem eius opera? Et quid de Medicis, Chirurgis, Pharmacopolis, & aliis?* Ex p.5.tr.8.res.6. ibid.

18. *An privati homines teneantur inquirere pauperes? Et quid in tempore pestis? Et de multis aliis casibus agitur circa hoc.* Ex p.5. tr.8. res.3. p.285

19. *An Summus Pontifex teneatur superflua ex suis redditibus elargiri in eleemosynas? Et an Papa in hoc præcepto possit dispensare? Et an hoc præceptum sit humanum, & Ecclesiasticum?* Ex p.5.tr.8.r.28. ibid.

20. *An Pontifex, si non licitè, saltem valide possit dispensare cum Cardinalibus, Episcopis, & aliis Beneficiariis, ne redditus Ecclesiasticos superfluos expendant in pios usus? Et an hoc etiam possit introducere consuetudo? Et resolutio harum quæstionum pendet ex illa, an obligatio expendendi superflua status, quam habent Ecclesiastici, oriatur ex iure naturæ, vel ex iure Ecclesiastico? Et an extet præceptum positivum prohibens Ecclesiasticis expendere superflua in usus non pios?* Ex p.10. tr.11. & Misc.1. rel.35. ibid.

21. *Quo ordine Episcopi, & alii teneantur superflua bonorum Ecclesiasticorum erogare in opera pia? Et an Ecclesiastici ex fructibus beneficii possint filias spurias alere, & dotem filiæ spuriæ dare?* Ex p.10.tr.11. & Misc.1.res.36. p.287

22. *De obligatione Episcoporum, & Beneficiariorum ad eleemosynas elargiendas.* Ex p.4.tr.4. & Misc.r.214. p.288

23. *De quantitate eleemosynæ necessario ab Episcopis, & Ecclesiasticis expendenda in pauperum necessitatibus. Et an hoc etiam procedat quoad Regulares ad Episcopatum assumptos? & aliqua alia decidentur, pro intelligentia illorum bonorum, quæ censentur esse, vel patrimonialia, vel quasi patrimonialia, de quibus Episcopi, & Clerici possint ad libitum disponere, ut de bonis patrimonialibus, videlicet de distributionibus quotidianis, pro comitando funere defunctorum, pro faciendo Missa, habenda concione, visitando Episcopatu, ferendis sententiis, & tandem pro quacumque industria personali, pro labore, aut donatione, hæreditate, contractu, vel quovis alio titulo distincto à titulo beneficii. Et an Clericus, si de grosso beneficii, & ejus redditibus aliquid detraxit ex necessariis, potcrit, quidquid detraxerit, expendere pro libito absque peccato mortali dummodo non sit in usus prophanos?* Ex p.5.t.8.r.27. p.289

24. *An Episcopi teneantur erogare in usus pios omne id, quod*

quod supereſt ex congrua, & decenti ſuſtentatione? Ex p.8.t.7. & Miſc. r.12. p.290

34. *Quanam quantitas dicatur notabilis, ut illam expendens Epiſcopus, vel alius Beneficiarius in uſus proprios peccet mortaliter?* Ex p.7. t.11. & Miſc.2. t.36. ibid.

35. *An Eccleſiaſtici, ſi eleemoſynas debitas non præbeant, non ſolum peccent mortaliter, ſed etiam ad reſtitutionem teneantur? Et hoc procedit ex illa quæſtione, an Eccleſiaſtici ſint Domini redituum Eccleſiaſticorum? Et an hoc etiam procedat quoad Regulares ad Epiſcopatum aſſumptos? Et infertur Epiſcopum Regularem poſſe teſtari de patrimonialibus. Et advertitur Regularem Epiſcopum legitima renunciationem ante emiſſam profeſſionem factam, ſervata Concilii forma revocare poſſe. Et an hoc etiam procedat, ſi forte Epiſcopi eſſent ex illis Religioſis, qui in Societate Ieſu emiſerunt ſola vota biennii?* Ex p.5. t.8. r.31. p.291

37. *An Eccleſiaſtici extra neceſſitatem gravem corporalem, vel ſpiritualem proximi, teneantur erogare ſuperflua in uſus pios ex præcepto tantum poſitivo? Et infertur, an Pontifex ſaltem validè, ſi non licitè poſſit diſpenſare cum aliquo Cardinali, aut Epiſcopo, vel Beneficiario, ne expendant reditus Eccleſiaſticos in uſus pios? Et docetur Pontificem diſpenſando ſine cauſa in jure poſitivo non peccare, ſecluſo ſcandalo, quod de quocumque Legiſlatore dicendum eſt. Etiamque advertitur in Hiſpania conſuetudinem introduxiſſe contra jus poſitivum Beneficiarios poſſe teſtari de fructibus in uſus non pios. Et curſim docetur peccare Collegam, qui in alienis Collegio, & Univerſitate alitur eo fine, ut ſtudeat, & poſtea Reipublicæ proſit, ſi otio vacet, & tempus terat.* Ex p.7. t.10. & Miſc. 1. r.13. p.292

38. *An Clerici id quod detrahunt ex neceſſariis ad decentem ſtatum, viventes parcè, teneantur pauperibus largiri ſicut ſuperflua? Sed difficultas eſt quoad obligationem conferendi ſuperfluum pauperibus, an idem ſentiendum ſit de quotidianis diſtributionibus, ac de cæteris beneficii fructibus? Et an idem dicendum ſit de penſionibus? Sed notatur Clericos de bonis patrimonialibus, & quæ lucrantur ratione miniſterii, & pro Miſſis dicendis, adminiſtrandis Sacramentis, audiendis confeſſionibus, pro concionibus, & officio Vicariæ, &c. poſſe diſponere ſicut de bonis patrimonialibus ad libitum, & hoc etiam procedit quo ad bona, quæ Capellani recipiunt ex Capellania Collativa.* Ex p. 4. t.4. & Miſc.t.171. p.293

39. *An Penſionarii, & cæteri Beneficiarii teneantur ad eleemoſynas largiendas? Et quid de Præſtimoniariis.* Ex p.5. t.8. r.29. ibid.

30. *An Milites Divi Iacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Divi Ioannis teneantur ad eleemoſynam, ſi beneficia poſſideant Eccleſiaſtica?* Ex part. 5. tract.8. r.30. pag.294

31. *An Priores, Abbates, & alii Clerici curam animarum non habentes teneantur inquirere pauperes, ut ipſi eleemoſynas faciant de ſuperfluis ex redditibus Eccleſiaſticis?* Ex part. 4. tract.4. & Miſc. reſ.158. ibid.

32. *An Monaſteria Religioſorum, in quibus proventus redundant, teneantur de illis eleemoſynas facere? Et an poſſit, vel debeat Prælatus Regularis omnes ſuperabundantes reditus in eleemoſynam dare?* Ex p.5. t.8. r.33. ibid.

33. *An Religioſi poſſint eleemoſynas facere? Et an quamvis Superior interdicat eleemoſynas largiri, non videatur interdicere moderatas, & conſuetas?* Ex p.5. t.8. r.32. p.295

34. *An uxores poſſint facere eleemoſynas? Et in corpore hujus Reſolutionis explanantur ſeptem caſus, in quibus uxores poſſunt facere eleemoſynas. Et an uxor poſſit præterea eleemoſynas filiis ex priori matrimonio indigentibus? Et quid de fratribus? Et an uxor poſſit inſcio viro, vigeſimam partem annui proventus in eleemoſynas diſtribuere.* Ex p.5. t.8. r.34. ibid.

35. *Uxor cujuſdam Nobilis viri, ſecundum conſuetudinem aliarum mulierum ſuæ conditionis ſolebat facere moderatas donationes, & eleemoſynas; poſtea maritus hoc ſciens prohibuit uxori. Quæſitum à me fuit, an non obſtante dicta prohibitione uxor poſſit ſine ſcrupulo dictas eleemoſynas facere? Et an uxor neſciente viro, poſſit dare vigeſimam partem lucri annualis in eleemoſynam?* Ex p.2. t.15. & Miſc.1. r.33. p.296

36. *An uxor inſcio marito poſſit tribuere eleemoſynam, ut Deus avertat grave damnum mariti, ne ſcilicet eum puniat, vel ut impetret eius converſionem à ſtatu malo? Et quid eſt dicendum, ſi maritus tale quid ſciret, & id illi diſpliceret?* Ex p. 2. tr.16. & Miſc. 2. reſ.23. alias 25. p.297

37. *An tutores, & curatores poſſint facere eleemoſynas de bonis pupillorum, & ipſi pupilli conſentire teneantur? Et an non ſolum tutores, ſed etiam ipſi pupilli, & minores poſſint moderatas eleemoſynas facere, & tutores teneantur ad id conſentire? Et docetur, quod tutor pro pupillo aliquid poteſt donare.* Ex p.5.tract. 8. reſ.35. ibid.

38. *An filiusfamilias poſſit facere eleemoſynas? Et inter alia quæ circa hoc diſcutiuntur, quæritur, quod ſi filiusfamilias ludo aliquid lucri fecerit, an id etiam pauperibus erogare queat? Et an poſſit filius ad uſus honeſtos accipere aliqua à patre, etiam invito?* Ex p.5. t.8. r.25. ibid.

39. *Quibus ſumptibus ſolvenda ſit eleemoſyna Prædicatori.* Ex p.3. t.5. & Miſc.1. r.71. p.298

40. *An ſit præceptum dandi eleemoſynam iis qui voluntariè pauperes fiunt, ut Religioſi.* Ex p.5. t.8. r.18. ibid.

41. *An ſit danda eleemoſyna homini avaro indigenti, qui propriis rebus uti non valet? Et quid de vagabundis, qui voluntariam, culpabilem, & vitioſam inopiam patiuntur?* Ex p.5. tr.8. r.19. ibid.

42. *An rectè excludantur aliquando à civitatibus pauperes peregrini? Et an liceat legem ferre, ne quis pauperi publicè & oſtiatim mendicet?* Ex p.5.t.8. r.36.ibid.

43. *An promittens eleemoſynam cuidam pauperi poſſit alteri, vel ſibi pauperiori conferre? Et inter alia quæ circa hoc deducuntur, tandem docetur non poſſe Confeſſarium commutare pœnitentiam erogandi eleemoſynam per ſolam applicationem ad ipſummet pœnitentem, tanquam ad pauperem.* Ex p.5. t.8. r.37. ibid.

44. *An ſit peccatum mortale invertere ordinem in ſuccurrendo patri, matri, filio, uxori, avo, & nepoti.* Ex p.5. t.14. & Miſc.2. r.93. p.299

45. *An ſi quis habeat patrem divitem, & filium divitem, & ipſe ſit pauper, à quo debeat prius petere alimenta? Et quæritur quo jure filii, & parentes alimenta præſtare teneantur? Et ad extremam neceſſitatem redactis filiis, & parentibus, teneantur potius filii patribus ſuccurrere, quàm propriis filiis, & ſecus extra neceſſitatem extremam?* Ex p.10. t.13. & Miſc.3. r.3. ibid.

46. *An ſi creditor, & pater, vel mater debitoris ſint in extrema neceſſitate, debitor poſſit ſubvenire illis relinquendo creditorem? Et an id poſſit facere, & debet cum uxore, & liberis, & etiam cum fratre?* Ex p.5. t.8. r.12. p.300

47. *An quando creditor, & debitor ſunt in extrema neceſſitate, debitor teneatur ſolvere creditori quod debet? Idem eſt dicendum de depoſito, & mutuo. Et notatur, quod cum quis extrema neceſſitate preſſus abſtulit rem alienam domino in extremam quoque inopiam redacto, eam debere domino reſtituere.* Ex p.5. tr.8. reſ.11. pag.301

48. *An debitor in extrema neceſſitate teneatur reſtituere, ſi creditor ſit etiam in extrema neceſſitate? Et*

quid, si patres, consanguinei, & amici debitoris in extrema necessitate sint constituti? Et notatur ob gravem necessitatem debitoris posse differri restitutionem, quandiu necessitas durat. Ex p. 11. tract. 2. & Misc. 2. r. 32. ibid.

49. *An non solum in extrema, sed in gravi necessitate sit licitum pauperibus occultè subripere ab opulentibus, si aliter illud malum grave avertere nequeant?* Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. r. 29. p. 303

50. *An pauper non solum in extrema, sed etiam in gravi necessitate possit necessaria à divitibus furari, quando ipsi tenentur præbere eleemosynam? Et an in extrema necessitate possit pauper cum moderamine inculpatæ tutelæ necem inferre impedienti talia furta?* Ex p. 5. t. 8. r. 23. ibid.

51. *An licitum sit non solum in extrema, sed etiam in gravi necessitate furari? Et quid intelligatur nomine gravis necessitatis?* Ex p. 11. t. 1. & Misc. 1. r. 13. p. 304

52. *An vir honestus, cui magnum dedecus esset mendicare, possit clanculum necessaria subripere?* Ex p. 5. t. 8. r. 24. p. 305

53. *An si in extrema necessitate constitutus accipiat aliquam rem, teneatur postea restituere, si potest?* Ex p. 5. t. 8. r. 9. ibid.

54. *An si quis ante necessitatem extremam accipiat ab alio commodatum, conductum, vel precarium, teneatur restituere, si illud in extrema necessitate consumpsit?* Ex p. 5. tract. 8. resol. 10. p. 306

55. *An si ante necessitatem extremam furatus es aliquam rem, quam postea in extrema necessitate consumpsisti, tenearis ad restitutionem?* Ex p. 5. t. 8. r. 8. ibid.

56. *An recipiens eleemosynam simulans paupertatem peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem? Et quid si alicui donarentur, v. g. centum aurei, qui finxit se esse Episcopum, qui ab Episcopatu ab hæreticis per vim expulsus indiget peculiaribus sumptibus, ut ad Episcopatum redeat, vel quid simile, teneatur verè restituere id quod accepit? Et an pauper mendicans causa otiositatis, vel cupiditatis, etiamsi sit validus corpore, an peccet mortaliter? Et an pauper adstans ad ostium divitis, & Monasterii, & expectans eleemosynam dicat alteri pauperi accedenti jam esse datam, an teneatur ad restitutionem?* Ex p. 5. t. 8. r. 21. ibid.

57. *Cui facienda sit restitutio eleemosynæ receptæ ex ficta paupertate, an Domino ipso danti, vel pauperibus? Et quid verò si aliquis quantitatem magnam in eleemosynam ficto pauperi dedisset?* Ex p. 5. t. 8. resol. 22. p. 307

58. *An quando bona alicujus sunt publicata ipso facto, v. g. propter hæresim, aut læsam majestatem, possit ante criminis condemnationem facere eleemosynam?* Ex p. 5. t. 8. r. 40. p. 308

59. *Quidam habebat facultatem distribuendi pauperibus certam pecuniarum summam, quæsierunt à me documenta aliqua ad tollendos scrupulos. Et difficultas est quisnam dicatur pauper?* Ex p. 2. t. 15. & Misc. 1. r. 8. ibid.

60. *An in distribuenda eleemosyna inter pauperes, præferendæ sint Moniales viris Religiosis? Et an si inter executores testamenti est contentio super electione pauperis, devolvatur ad Episcopum, vel adhæreat uni ex executoribus? Et an hoc intelligatur data paritate inter pauperes ab utroque executore nominatos, & non aliter.* Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 3. r. 5. ibid.

61. *Sæpius in praxi occurrit ista quæstio. An executores alicujus testamenti, vel legati, qui debent inter pauperes distribuere aliquam pecuniarum summam, teneantur eligere pauperiores? Et idem quæritur de Confessariis, & Religiosis, qui habent à sæcularibus facultatem distribuendi aliquam eleemosynam. Et in dicto casu, an possint Religiosi eligere Religiosos mendicantes, vel Religiosos sui Monasterii, si distributor est Religiosus, pro suis necessitatibus? Sed quid est dicendum, quando in testamento relinquitur, ut pauperioribus detur eleemosyna, an si tantum pauperibus detur sufficiat, ut non teneatur ad restitutionem?* Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. r. 39. p. 309

62. *Solent quamplurimi in morte relinquere Confessariis aliquam pecuniarum summam pauperibus ab ipsis distribuendam; quæsitum à me fuit, an dicti Confessarii teneantur pro supradicta eleemosyna consequenda eligere pauperiores? Idem dicendum est, quando eleemosyna fuit relicta ad fœminas maritandas. Et an legatum relictum ad pauperes, possit in unum distribui?* Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. res. 19. alias 21. ibid.

63. *An legatum relictum, ut distribuatur pauperibus, possit distribui tantum inter duos pauperes? Et an legatum relictum distribuendum uni pauperi, possit duobus distribui?* Ex p. 10. t. 11. & Misc. 1. r. 59. p. 310

64. *An distributor eleemosynæ ex testamento possit partem sibi applicare, si verè pauper est? Et notatur, quod si à Confessario imponatur in pœnitentiam, ut quis aliquid in pauperes distribuat, non possit satisfacere subveniendo sibi, & si possit subveniendo consanguineis.* Ex p. 5. tr. 8. r. 38. p. 311

65. *An qui habet licentiam petendi eleemosynam, possit hoc jus alteri locare?* Ex p. 10. t. 11. & Misc. 1. r. 41. ibid.

66. *An liceat exponere sacras Reliquias videndas, vel tangendas, ut magis eleemosynæ accrescant? Et cursim docetur absque simonia sacras Reliquias distrahi non posse pecuniis.* Ex p. 10. t. 16. & Misc. 6. resol. 73. ibid.

APPENDIX

Ad aliquas alias difficultates simul pertinentes *ad hunc Tractatum 7. de Eleemosyna hujus Tomi quarti.*

An pœnitens, si in eleemosyna non recordetur pœnitentiæ impositæ, adhuc satisfaciat dando eleemosynam ex devotione? Et an quando eleemosyna injuncta est ex pœnitentia à Confessario, intelligendum est eleemosynam quomodocumque factam comprehendere velle? Ex p. 6. tr. 6. ex r. 43. & in p. 3. tr. 4. ex r. 83. aliàs 84. *Quæ nunc invenientur* in tom. 1. tr. 6. de Satisfactione sacramentali r. 55. & 12

An liceat absolvere moribundum, qui vult præbere eleemosynam pro sepultura in loco magis honorifico. Ex p. 5. tr. 3. ex r. 102. *Quæ hic reperietur* in tom. 1. tr. 4. de Absolutione sacramentali, res. 49

An Capitulum sede vacante teneatur impartire eleemosynas, quas Episcopi tenentur? Ex p. 8. t. 4. ex res. 74. *Quæ hic est* in tom. 3. t. 5. de Capitulo sede vacante res. 60

An Beneficiarius, qui omisit horas Canonicas liberetur à restitutione propter eleemosynas pauperibus largitas, non autem hoc intuitu? Et quid de aliis debitis? Et an hoc locum habeat in debitis ex furto, usuris, &c. qui fortè solvendæ sunt pauperibus ob incertitudinem creditorum? Ex p. 3. tr. 6. ex res. 57. & ex p. 7. tr. 10. ex res. 24. & in p. 9. tr. 9. ex res. 23. *Quæ nunc invenientur* in tom. 3. tract. 6. de horis Canonicis r. 126. 127. & 128.

An eleemosyna largienda pauperibus possit applicari pro Missis celebrandis ad sublevandas animas Purgatorii. Et an Beneficiarius omittēs horas Canonicas satisfaciat, si eleemosynas non distribuat pauperibus, sed celebret Missas

Missas pro animabus Purgatorii? Ex part.7. tr.10. ex resl.14. *Quæ hic reperietur* in tom.6. tr.8. de Testamentis resl.58.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum emissum in favorem tertii, v.g. dare Calicem pro aliquo Sacello, aut certo pauperi eleemosynam, &c. Et quid si à Præposito Ecclesiæ, vel paupere ejusmodi votum acceptatum fuerit? Ex p.1.tract.11. ex resl.47. *Quæ hic est supra* in hoc ipsomet tom.4. tract.3. de Bulla Cruciatæ resl.87.

An si in Bulla Jubilæi præcipiatur tribus diebus fieri eleemosynam, an in iis diebus facienda sit? Et an quando expresse in Bulla non dicit, ut eleemosyna fiat tribus diebus, sed tantum indeterminatè mandatur eleemosynæ, an sufficiat semel eleemosynam facere, etiam die Dominico non solum ante, sed post communionem? Et an quando in Bulla Jubilæi, vel Indulgentiæ præscribitur simpliciter eleemosyna, hæc facienda sit secundum qualitatem personæ? Et quid est dicendum, quando in Bulla præcipitur eleemosynam faciendam juxta facultates cujusque? Et an pauperes, qui non possunt ad lucrandas Indulgentias largiri eleemosynam, egeant commutatione in aliud opus pium; vel in tali casu an sufficiat si pauper curet, ut eleemosyna ab alio detur pro se? Et an si quis det alteri tempore Jubilæi eleemosynam distribuendam, si iste talis non distribuat, Indulgentiam non lucretur? Et quid, si tantum præcipiat œconomo, ut in tali casu det eleemosynam? Et quid est dicendum, si mitteretur eleemosyna tempore Jubilæi ad pauperem distantem, ad quem non possit pervenire intra illam hebdomadam; an tunc eleemosyna non daretur intra tempus loquimur? Et an qui eleemosynam daret ficto pauperi, lucretur Jubilæum? Et an quando in Jubilæo Superior non vult aliquid dare pro eleemosyna, possit illam subaltum clam à Monasterio accipere? Idem est in prædicto casu de Monialibus, uxoribus, filiis, servis, & mancipiis respectu Abbatissæ, mariti, patris, & domini. Et an pauperes ficti non obligentur restituere quæ per eleemosynas minutas acceperunt? Ex p.5.tract.12. ex resl.12.14.15.& 31. & in p.10.tr.13. ex resl.55. & in tr.15.ex resl.22. *Quæ hic sunt supra* in hoc tom.4. tract.4. de Jubilæo resl.28.29.31.32.54. & 30.

An si simonia si Titius promittat Caio se daturum eleemosynam pauperi, vel loco pio, si Caius impetret beneficium Ecclesiasticum Titio, vel habitum Religionis militaris. Ex p.5.tr.14. ex resl.75. *Quæ nunc invenietur* in tom.5. tr.7. de Simonia resl.223.

An Bulla Clementis VIII. prohibens largitionem munerum, locum sibi vendicet, si Moniales, & Regulares dent eleemosynam. Et an Religiosus peccet contra prædictam Bullam, & votum paupertatis, si absque Superioris licentia accipiat pecuniam, ut ipse liberè disponat in eleemosynas nomine ipsius qui dedit. Ex p.1.tr.6. ex resl.11. & 29. *Quæ hic reperientur* in tom.7.tr.3. de Paupertate Religiosa resl.64. & 27.

An qui vovit singulis diebus dare parvam eleemosynam, & si pluries omittat istam parvam eleemosynam peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem, si deveniat ad materiam gravem. Ex p.3.tr.5. ex resl.24. & in p.5. tr.5. ex resl.53. *Quæ hic sunt* in tom.8.tr.4. de voto resl.13. & 14.

An si quis vovit per annũ elargiri modicissimam eleemosynam huic, vel illi pauperi pro libito elargientis, peccet mortaliter, si nunquam illam elargiatur? Et quid si uno & determinato pauperi, quia tunc talis pauper haberet jus ad magnam quantitatem, & maximè si illam accepavit? Et an teneatur filius liberare patrem à pœnis Purgatorii cum Missis, & eleemosynis? Et quid si Pater damnatus est ad triremes, & offeratur remissio, si filius pro patre solvat centum aureos? Et an fideles teneantur ex præcepto charitatis animas fidelium defunctorum Missarum Sacrificiis, & eleemosynis adjuvare? Ex p.9.tr.9. ex resol.61. aliàs 60. & in p.3. tract.6. ex res. 24. *Quæ nunc invenientur* in tom.8. tr.10. r.12. & 4

An pauperes qui res aliquas inventas pro eleemosyna habuerunt, si verus Dominus compareat, teneantur illas restituere? Ex p.11.t.8. ex r.12. *Quæ hic reperietur* in tom.8.t.7. de Furto, & Restitutione resl.25

An servi possint facere eleemosynas? Ex p.5. tr.8. ex resl.26. *Quæ hic est* in tom.7. tr.8. de Servis resl.35

An consanguinei, vel alii recipientes ab Episcopis, vel aliis beneficiariis redditus quos ipsi tenentur in eleemosynas, & usus pios insumere, peccent mortaliter, quamvis non teneantur ad restitutionem? Ex p.7. tr.11. ex resl.39. *Quæ nunc invenietur* in tom.6.tr.7. de Donationibus resl.6

An qui debent eligere pauperes pro dividenda eleemosyna, possint sine onere restitutionis pro hac actione aliqua munera accipere? Et quid est agendum quando pro danda eleemosyna sunt rationes æquales inter pauperes? Ex p.6. tr.6. ex resl.59. *Quæ hic reperietur* in tom.8. tr.7. de Furto, & restitutione resl.53

An executores testamenti, etiam Religiosi, quibus aliqua distributio commissa est, possit sibi, consanguineo, vel Monasterio aliqua erogare? Et si testator sciat paupertatem executoris, possit ipse adhuc sibi applicare eleemosynam inter pauperes distribuendam? Et de eleemosyna distribuenda, an executores possint dare aliquid filio spurio testatoris? Et an possint præbere eleemosynam pauperibus ex sua culpa? Et an executores, si semel elegerint, vel determinaverint S. Augustini, v.g. Monasterium, &c. possint variare in danda, & applicanda eleemosyna? Et an executores possint distribuere eleemosynam inter pauperes ante tempus designatum à testatore? Et an executor, quando eleemosyna distribuenda est inter pauperes, possit dari fabricæ Ecclesiæ pauperi? Et an vero quando testator expressit certum genus pauperum, aut certum locum, an tunc nec hæres, nec Episcopus possit mutare? Et an si quis relinquatur elector pauperum ad distribuendas eleemosynas, data negligentia, electio devolvatur ad Episcopum? Et de aliis casibus etiam agitur, in quibus executore non assignato, electio competit ad Episcopum pro danda eleemosyna. Ex p.8.tr.5. à resl.46. usque ad resl. 51. & in resl.58. 61. & 41. *Quæ hic sunt* in tom.6. tr.9. de executoribus testamentorum à resl.57. usque ad resol.62. inclusivè, & in resol.63.54. & 55

TRACTATUS VIII.

De Consecratione Episcopi. p.312.

1. RES. *AN consecratio Episcoporum sit Ordo? Et opinio negativa affertur.* Ex p.12. tract.1. resol. ibid.
2. *Opinio affirmativa adducitur, & probatur Episcopatum esse verum Ordinem.* Ex p.12. tract.1. resol.2. p.313
3. *Dissolvuntur argumenta adducta pro prima sententia.* Ex p.12. tr.1.r.3.p.314
4. *Quid dicendum de Patriarchatu, Archiepiscopatu: item de Cardinalatu, & Papatu? Et explanatur, quod Ordo Episcoporum est quadripartitus, sive quatuor gradus habet, hi sunt Patriarchæ, Archiepiscopi, Metropolitani, & Episcopi: & quod attinet ad Archiepiscopatum, & Patriarchatum, hi non sunt Ordines distincti ab Episcopatu. Sed Cardinalatus non est Ordo Ecclesiasticus.* Ex p.12. t.1 r.4. ibid.
5. *An consecratio Episcopalis sit verè Sacramentum? Et opinio negativa adducitur.* Ex p.12. tr.1. resl.5. p.315

6. *Episcopatum esse Sacramentum demonstratur.* Ex p. 12. tr. 1. ref. 6. ibid.
7. *An Episcopatus sit itaverus Ordo, & Sacramentum, ut distinguatur à Sacerdotio, & novum Ordinem, & Sacramentum constituat.* Ex p. 12. tr. 1. ref. 7. p. 316
8. *Affertur opinio asserens Episcopatum absolutè distingui ab Ordine Sacerdotali.* Ex p. 12. t. 1. r. 8. p. 317
9. *Iudicium de supradictis opinionibus. Et asseritur certum esse, non solum Episcopatum esse ordinem, sed & verum Sacramentum.* Ex p. 12. t. 1. r. 9. ibid.
10. *An opinio asserentium Episcopatum non esse Sacramentum mereatur aliqua censura inuri? Et Angelicus Doctor D. Thomas defenditur.* Ex p. 12. t. 1. r. 10. p. 318
11. *Respondetur ad illud argumentum, si consecratio Episcopi est verus Ordo, & verum Sacramentum, ergo non septem, sed octo sunt ordines, & Sacramenta.* Ex p. 12. t. 1. r. 11. p. 319
12. *De materia consecrationis Episcopalis. Et primò Isamberti, & aliorum opinio affertur.* Ex p. 12. t. 1. ref. 12. p. 320
13. *Adducitur secunda, tertia, & quarta sententia Fornarii, Sylvii, & Merceri.* Ex p. 12. tr. 1. ref. 13. p. 321
14. *Proponitur quinta sententia Doctoris Hallieri.* Ex p. 12. tr. 1. ref. 14. ibid.
15. *Affertur sexta sententia Patris Dicastilli.* Ex p. 12. t. 1. r. 15. p. 322
16. *Exhibetur septima, & ultima sententia Vasquez, Bellarmini, & aliorum.* Ex p. 12. tract. 1. resol. 16. ibid.
17. *Iudicium de supradictis sententiis.* Ex p. 12. tr. 1. r. 17. p. 323
18. *Vltima sententia quæ asserit, quod materia, & forma consecrationis Episcopalis sit manuum impositio, & verba,* Accipe Spiritum sanctum, *magis probatur, & firmatur.* Ex p. 12. tr. 1. r. 18. ibid.
19. *An in opinione asserentium porrectionem libri Evangeliorum, & Baculi Pastoralis esse materiam partialem consecrationis, si Episcopus dicta instrumenta non tangeret, ejus consecratio esset invalida? Ex quo sequitur, an contactus physicus instrumentorum Sacramenti Ordinis sit de necessitate Sacramenti?* Ex p. 12. tr. 1. r. 19. p. 324
20. *An consecratio Episcopalis imprimat characterem diversum à Sacerdotali? Et negativa sententia affertur D. Thomæ, Amici, & aliorum.* Ex p. 12. t. 1. r. 20. ibid.
21. *Adducitur opinio affirmativa.* Ex p. 12. t. 1. r. 21. p. 325
22. *Quando in consecratione Episcopali imprimatur character? Et quid si Episcopus moriatur in medio, v. g. consecrationis? Sed difficultas est, supposita opinione Doctorum asserentium in consecratione Episcopi dari plures materias, & formas partiales substantialiter necessarias, quando imprimatur character, & conferatur gratia? Et si in consecratione Episcopus moreretur ante cœptas omnes partiales materias, an tali casu acciperet partialem gratiam correspondentem partiali materiæ ab ipso Episcopo receptæ? Et asseritur in Sacramento Extremæ-Vnctionis in singulis unctionibus partialem gratiam conferri.* Ex p. 12. t. 1. r. 22. p. 326
23. *An ratione characteris, si Episcopus consecratus moreretur, & postea resurgeret, posset iterum munia Episcopalia exercere? Pro quo quæritur primò, an character ita sit indelebilis, ut etiam post mortem tam in Beatis, quam in damnatis permaneat? Quæritur secundò, an character ita in alia vita permaneat, ut maneat cum potestate sibi annexa ad valide recipienda, vel danda alia Sacramenta?* Ex p. 12. t. 1. r. 23. p. 327
24. *Quisnam sit Minister consecrationis Episcopalis? Et explanatur, quod olim Chorepiscopi ex concessione Episcoporum ordinabant Sacerdotes.* Ex p. 12. t. 1. r. 24. p. 328
25. *An simplex Sacerdos ex commissione Papæ possit esse Minister consecrationis Episcopalis? Et cursim explanatum Clericum posse Ordinem ministrare, ordinabet, & laicum confirmatum posse ex commissione Papæ confirmationis Sacramentum conferre.* Ex p. 12. tr. 1. r. 25. ibid.
26. *An si Pontifex diceret alicui,* Esto, *v. g.* Episcopus Ferrarienſis, *talis esset verè Episcopus? Idem est pro Sacerdotio. Et asseritur, quod dum Pontifex simplici Sacerdoti committit ministerium confirmandi, illum consecrat in Episcopum, quamvis hoc non placeat.* Ex p. 12. t. 1. r. 26. p. 329
27. *An in consecratione Episcopi de jure divino requirantur tres Episcopi? Et sententia negativa affertur.* Ex p. 12. t. 1. r. 27. p. 330
28. *Alia sententia proponitur asserens ternarium numerum Episcoporum esse de jure divino.* Ex p. 12. tr. 1. r. 28. ibid.
29. *Iudicium de supradictis opinionibus, & prima magis confirmatur.* Ex p. 12. t. 1. r. 29. p. 331
30. *An standō in opinione, quod requirantur tres Episcopi de jure divino in consecratione Episcopi, possit in casu necessitatis super hoc Papa dispensare? Et observatur, quod quando consecratio fit ex commissione alicui Episcopo, adhibendos simul esse ex eadem commissione alios duos Presbyteros loco Episcoporum, qui non sunt.* Ex p. 12. t. 1. r. 30. p. 332
31. *Exemplis demonstratur Pontifices sæpius super numero Episcoporum in consecratione Episcopi dispensasse.* Ex p. 12. t. 1. r. 31. p. 333
32. *An Pontifex, si concedat absque justa causa Episcopo ut possit consecrari absque aliis Episcopis, sit non solum illicita, sed invalida? Idem est dicendum de commissione facta simplici Sacerdoti, ut conferat Sacramentum Confirmationis.* Ex p. 12. t. 1. r. 32. ibid.
33. *An Sede Apostolica vacante, possit à Collegio Cardinalium, vel ab illo cui eorum nomine Ecclesia commendata est administratio, talis facultas ordinandi committi? Et an verò possit Pontifex hanc facultatem, quam habet committendi simplici Sacerdoti facultatem administrandi hoc Sacramentum, alteri alicui committere, qui tanquam delegatus nomine Pontificis, quando subest justa causa, possit hanc facultatem concedere?* Ex p. 12. t. 1. r. 33. p. 334
34. *An consecratio Episcopalis possit fieri à pluribus Episcopis, quàm tribus? Et quomodo etiam olim Archiepiscopus consecrabatur?* Ex p. 12. t. 1. r. 34. ibid.
35. *An sit de essentia consecrationis, ut fiat jussu Archiepiscopi, vel Patriarchæ? Et primo supponitur quid de jure super hoc? Et cursim docetur Primates, seu Patriarchas, Archiepiscopos, & Cardinales consecrari à Papa, vel ab alio de ejus commissione.* Ex p. 12. tr. 1. r. 35. p. 335
36. *Quomodo Episcopi in consecratione debeant imponere manus super caput ordinandi, & proferre verba,* Accipe Spiritum sanctum, &c. *Quod idem erit dicendum pro junctione materiæ, & formæ aliorum Sacramentorum.* Ex p. 12. t. 1. r. 36. p. 336
37. *Quæ intentio sufficiat in Episcopo, ut consecratio sit valida? Idem est de aliis Ministris aliorum Sacramentorum.* Ex p. 12. t. 1. r. 37. ibid.
38. *Vnde procedat, ut Episcopi assistentes aliquos ritus ad substantiam consecrationis pertinentes non simul peragant?* Ex p. 12. t. 1. r. 38. p. 338.
39. *An Episcopi in consecratione debeant esse jejuni sub præcepto?* Ex p. 12. t. 1. r. 39. p. 339
40. *An Episcopus consecrando aliquem in peccato mortali peccet mortaliter?* Ex p. 12. tract. 1. resol. 40. p. 340

41. *An*

41. *An si Episcopus incipiat consecrationem in peccato mortali, si in mea sententia paulò ante impositionem manuum, & verborum prolationem,* Accipe Spiritum sanctum, *eliciat actum contritionis, excusetur à peccato mortali? Et adducitur in textu huius Res. exemplum de Confessario, qui in peccato mortali incipit audire confessionem alicuius, etiamsi ante absolutionem contetur, pro quo affirmatur, quod non erit liber à peccato mortali.* Ex p. 12. t. 1. r. 41. ibid.

42. *An si Episcopus in peccato mortali consecret, v.g. tres Episcopos, unum tantum peccatum committeret, vel tria? Et supponitur, quod duo, vel tres, & quinque Episcopi simul consecrari poterunt sine dispensatione. Et pro prima difficultate adducitur exemplum de Confessario, qui si v.g. successivè centum personas in peccato absolveret, non centum, sed unum peccatum committeret.* Ex p. 12. t. 1. r. 42. p. 341

43. *An irregularis, vel excommunicatus electus, & confirmatus Episcopus non obtenta absolutione, aut dispensatione, possit absque peccato mortali sumere consecrationem? Et quid si hic obiter quæras, quid faciendum sit, si hæreticus occultus, qui ad mentem redit, & nec ab Episcopo, nec ab alio absolutionem in foro conscientiæ obtinere potuit? Idem est de illo, qui per pium Confessarium non potuit obtinere licentiam à Superiore, ut absolvatur à reservatis, si absque nota non possit omittere Sacrum, aut Communionem. Et deducitur, quod irregularis etiam ex delictis, si sit occultus, non tenetur restituere fructus.* Ex p. 12. t. 1. r. 43. ibid.

44. *An Episcopus eadem die suæ consecrationis possit ordines conferre?* Ex p. 12. t. 1. r. 44. p. 342

45. *An si aliquis ex tribus Episcopis non imponeret manus super caput consecrandi, vel non proferret formam,* Accipe Spiritum sanctum, *consecratio esset invalida? Pro quo quæritur, an quilibet trium Episcoporum manus imponentium, & Evangelii codicem tenentium, consecret?* Ex p. 12. t. 1. r. 45. ibid.

46. *An Episcopus consecrandus, si non fuerit insignitus Sacramento Confirmationis, peccet mortaliter, & Episcopus eum consecrando? Et an hic Episcopus non confirmatus sic consecratus peccet postea mortaliter conferendo aliis Sacramentum Confirmationis?* Ex p. 12. t. 1. r. 46. p. 343

47. *An consecratio Episcopalis ministrata cum opinione probabili sit reiteranda cum conditione? Et docetur Baptismum, Sacerdotium, & Episcopatum collatum cum opinione probabili esse denuo reiterandum sub conditione. Et quid, si Ordinatio Sacerdotis fuisset facta cum Calice vacuo; vel cum Calice non consecrato, aut si ordinatus non tetigit Calicem, an in his casibus ordinatio sit cum conditione iteranda?* Ex p. 12. tr. 1. r. 47. p. 344

48. *An si infans consecraretur in Episcopum, eius consecratio esset valida? Idem quæritur de infante ad Sacerdotium assumpto. Et an valide Sacramentum Ordinis, & Episcopatus possit conferri insano?* Ex p. 12. t. 1. r. 48. p. 347

49. *An si ante legitimam ætatem quis consecretur in Episcopum, incurrat aliquam censuram? Et supponitur, quod ad Episcopum requiritur ætas triginta annorum. Et an hoc procedat non tantum in ipsis Episcopis, verum etiam in adjutoribus eorum? Et notatur, quod Episcopi ante præscriptam triginta annorum ætatem electio invalida est, secus postulatio.* Ex p. 12. tr. 1. r. 49. p. 349

50. *Aliquid relictum in consecratione Episcopali, quomodo postea sit iterandum? Idem est in ordine Sacerdotali, &c. Et notatur quod id quod supplendum est, debet suppleri ab eodem, qui ordinavit, si est possibile. Et quid est dicendum, si Episcopus consecrandus deficeret ex aliquo deliquio?* Ex p. 12. tr. 1. resol. 50. p. 350

51. *An in consecratione Episcopali contrahatur ab Episcopo matrimonium spirituale cum Ecclesia? Unde translatio Episcopi ex una Ecclesia ad aliam nequit fieri absque licentia Pontificis, & absque iusta causa.* Ex p. 12. t. 1. r. 51. p. 351

52. *An Episcopus existens in peccato mortali peccet mortaliter; non solum quatenus suscipit Sacramentum ordinis; sed etiam quatenus contrahit matrimonium cum Ecclesia? Et quid est sentiendum de matrimonio carnali contracto in peccato mortali?* Ex p. 12. t. 1. r. 52. p. 352

53. *An si aliquis non Sacerdos consecraretur Episcopus, consecratio esset invalida? Et observatur, quod quando antiquitus Subdiaconatus non numerabatur inter sacros Ordines, scilicet ante B. Gregorium, nullus Subdiaconus poterat ad Episcopatum promoveri absque Papæ dispensatione, sed nunc potest. Et additur, quod nullus assumitur ad Ecclesiam Cathedralem, nisi habeat sacrum Ordinem. Idem est dicendum de Archiepiscopis, Patriarchis, & Primatibus.* Ex p. 12. t. 1. r. 53. ibid.

54. *Qui sunt incapaces consecrationis Episcopalis? Et fabula de Ioanna Papissa refellitur. Et asseritur fœminas iure divino ab Ordinum susceptione excludi, itaut etiamsi materia, & forma ab Episcopo illis applicaretur, irrita omnino foret earum ordinatio.* Ex p. 12. t. 1. r. 54. p. 353

55. *Intra quod spatium temporis Episcopus electus, & confirmatus consecrari debeat, & si non faciat, in quibus pœnis incurrat? Et an, si tribus mensibus elapsis consecratio facta non sit, & non obstent aliqua impedimenta, ad restitutionem fructuum præceptorum teneatur? Et advertitur, quod post pacificam possessionem Ecclesiæ, si prius aliqua beneficia Episcopus habet; ipso iure vacant, sed potest tamen retinere pensiones.* Ex p. 12. t. 1. r. 55. p. 354

56. *An Episcopi negligentes consecrationem suscipere incurrant pœnas, de quibus supra, ante iudicis sententiam? Ex quo deducitur, an qui commisit crimen, propter quod ita lege statuente, incurrit ipso iure pœnam privationis beneficiorum, & officii, an inquam, in foro conscientiæ statim illud amittat, & teneatur dimittere ante iudicis sententiam declaratoriam?* Ex p. 12. t. 1. r. 56. p. 355.

57. *An Episcopus ante consecrationem debeat præstare iuramentum fidelitatis erga Romanum Pontificem? Et an prædictum iuramentum, & etiam fidei professio per Procuratorem possint fieri? Et explanatur illud, quod contingere potest, si in Bulla Commissionis alicui supra dicta committantur, in cuius manibus velit facere prædictam professionem, & iuramentum.* Ex p. 12. tr. 1. r. 57. p. 356

58. *An aliquando valida sit consecratio Episcopi, antequam recipiat Bullas Romæ emanatas, ut possit consecrari, etiam ab uno Episcopo? Et opinio affirmativa adducitur.* Ex p. 12. t. 1. r. 58. p. 358

59. *Opinio negativa contra superius dicta stabilitur. Et infertur, quod consecratio Episcopi facta ab uno tantum Episcopo absque dispensatione Pontificis, est invalida.* Ex p. 12. t. 1. r. 59. p. 359

60. *An Episcopus adhibendo unctionem Chrismaticam non cum pollice, sed cum indice peccet mortaliter? Et infertur idem esse dicendum in unctione Sacramenti Confirmationis.* Ex p. 12. t. 1. r. 60. p. 360

61. *An Episcopus aliqua censura innodatus validè possit consecrare alium in Episcopum? Et quid, si talis Episcopus alios sacros Ordines majores confert? Et docetur, quod qui suscipit Ordinem ab Episcopo excommunicato, suspenso, hæretico, schismatico, deposito, aut degradato verum Ordinem suscipit, at ab illius executione suspenditur.* Ex p. 12. t. 1. r. 61. p. 361

62. *An consecratio Episcopi possit fieri quocumque die festivo? Et quare consecratio Episcopi præcipuè efficiatur*

in die Dominico ? Ex p.12.tract.1.resol.62. p.362.

63. *Quare consecratio Episcopi non ministratur die Sabbathi, ut ministrantur cæteri Ordines ?* Ex p.12.tr.1. res.63. ibid.

64. *Quo loco, & hora debeat fieri Episcopi consecratio ? Difficultas tamen est, an si Papa committat consecrationem fieri in aliqua Ecclesia, possit fieri in alia ?* Ex p.12.t.1.r.64. ibid.

65. *An si quis ex dispensatione ordinaretur in die Dominica Sacerdos, possit in eadem die consecrari Episcopus ?* Ex p.12.t.1.r.65. p.363

66. *An quando quis ordinatur Sacerdos in die Sabbathi, possit, consecrari in Episcopum immediatè in die Dominica, jejunio continuato ?* Ex p.12.t.1.r.66. ibid.

67. *An expediat Eminentissimos Cardinales in Episcopos consecrare ?* Ex p.12.t.1.r.67. p.364

68. *An Archiepiscopus ante pallium receptum possit delegare aliis Episcopis, ut consecrent Episcopum sibi suffraganeum ? Et docetur, quod Capitulum sede vacante committere potest alteri Episcopo, ut Clericum propriæ Ecclesiæ, vel Diœcesis sacris initiatum Ordinibus consecret. Et notatur, quod non potest Archiepiscopus, vel Patriarcha ante pallii receptionem portare ante se crucem, nec potest se nominare Archiepiscopum, vel Patriarcham. Etiamque advertitur, quod potest sine pallio in aliena Diœcesi de licentia Episcopi illius Diœcesis Ordines conferre. Et aliud curiosum dubium affertur, videlicet. Quidam est confirmatus, & consecratus Archiepiscopus petit à Papa pallium, quando ne incipiant tres menses absentiæ, quam potest facere, &c.* Ex p.12.t.1.r.68. ibid.

69. *An si Episcopus consecrator prius adhiberet unctionem Chrismaticam, & postea traditionem libri, consecratio Episcopalis esset valida, vel saltem illicita ? Idem est de inversione in aliis Ordinibus Sacris. Et an saltem in tali inversione Episcopus peccet mortaliter ?* Ex p.12.tr.1.res.69. p.365

70. *An relinquere aliquem ritum in consecratione Episcoporum sit tantum peccatum veniale ratione parvitatis materiæ ? Et quid, si absque Mitra Episcopus ministraret Sacram. Confirmationis ?* Ex p.12.t.1.r.70. p.366

71. *Quam scientiam Episcopus ante consecrationem habere teneatur ? Et deducitur examinatores promoventes Episcopum indoctum, &c. lethaliter peccare. Et quæritur, an eligendus sit ad Episcopatum Theologus, an Canonista ?* Ex p.12.t.1.r.71. p.367

72. *An possit Episcopus duabus Ecclesiis perfici ? Et notatur, quod dispensatio habita à Papa in pluralitate Ecclesiarum absque justa causa, neque valida est, neque licita. Et an sit illicita multiplicatio beneficiorum in eadem persona, &c. Et an sit illicita facultas testandi, concessa sine causa ?* Ex p.12.t.1.r.72. p.368

73. *An possit consecrari duo Episcopi pro una, eademque Civitate ?* Ex p.12.t.1.r.73. p.369

74. *Quam potestatem accipiat Episcopus in consecratione ? Et an verò Episcopus confirmatus ante consecrationem, & Sacerdotium possit concedere peccatorum condonationes, quas Indulgentias vocamus ? Et difficultas est, an talis Episcopus confirmatus possit de jure communi exequi ea, quæ superius dicta sunt, antequam possessionem de Episcopatu acceperit ?* Ex p.12.tr.1.r.74. p.370

75. *Potestas, quam Episcopus in sua consecratione accipit, an possit à Summo Pontifice auferri ? Et à quonam Episcopi habeant potestatem iurisdictionis ?* Ex p.12.t.1.r.75. p.371

76. *An consecratio Episcopalis sit major Ordinatione Sacerdotali ?* Ex p.12.t.1.r.76. p.372

77. *An sit valida consecratio Episcopalis Episcopi Titularis, cum non signatur ei aliqua Civitas ? Et supponitur, quod Episcopi Titulares verum in consecratione recipiunt Ordinem Episcopalem.* Ex p.12.t.1.r.77. p.373

78. *An consecratio Episcoporum Ecclesiæ Latinæ differat à Græca ? Et docetur, quod Christus non designavit rem determinatam numero, vel specie Ordinum, sed reliquit ejus rei determinationem specialem Ecclesiæ.* Ex p.12.t.1.r.78. p.374

79. *Afferuntur aliqua ex consecratione Episcoporum Græcorum, quæ firmant plura ex superius dictis.* Ex p.12.t.2.r.79. ibid.

80. *Observantur aliqua circa consecrationem Apostolorum in Episcopos, & de tempore.* Ex p.12.t.1.r.80. p.375

81. *An si Episcopi consecrarent in aliquo Oratorio privato Cardinalium, Episcoporum, & Regularium, peccarent mortaliter ? Et quid de ministrantibus sacram Confirmationis in supradictis oratoriis ? Et asseritur Sacerdotes celebrantes extra Ecclesiam, seclusa scandalo, & contemptu non peccare mortaliter. Et docetur supra dicta Oratoria non esse pollutionis Ecclesiastica capacia.* Ex p.12.t.1.r.81. p.376

82. *An stando in opinione, quod unctio Chrismatica sit de essentia consecrationis Episcopalis, quæritur an si illa efficiatur medio aliquo instrumento, sit valida ? Et deducitur unctionem collatam medio aliquo instrumento, & non manu immediata Episcopi in sacram Confirmationis esse quidem validam.* Ex p.12.tr.1.r.82. p.377

83. *An sacrum Chrisma adhibendum in consecratione Episcopi sit necessario benedicendum ab Episcopo ? Et quæritur, an Pontifex possit delegare simplici Sacerdoti, ut benedicat sacrum Chrisma pro sacram. Confirmationis ?* Ex p.12.t.1.r.83. p.378

84. *An in Chrismate adhibendo in consecratione Episcopali sit necessaria mixtio Balsami cum oleo ? Et quo sequitur etiam, an sit necessaria prædicta mixtio pro sacram. Confirmat.* Ex p.12.t.1.r.84. p.379

85. *An Episcopus peccet mortaliter, si in consecratione Episcopali adhibeat Unctionem Chrismaticam confectam ex balsamo adulterino ? Et quid est dicendum de dicto Balsamo pro sacram. Confirmat.* Ex p.12.tr.1. res.85. p.381

86. *An Episcopus peccet mortaliter, si ex necessitate in consecratione Episcopali uteretur unctione Chrismatica cum solo oleo absque Balsamo ? Et quid est sentiendum, si in Sacramento Confirmationis Episcopus uteretur ex necessitate solo oleo absque mixtione Balsami ?* Ex p.12.t.8.r.86. p.382

87. *An Episcopus peccaret mortaliter, si in consecratione Episcopali uteretur unctione Chrismatica alterius anni ? Idem est pro Sacramento Confirmationis. Et an Chrisma censeatur benedictum, si Episcopus aliquid in Rituali positum omitteret ?* Ex p.12.t.1.r.87. p.383

88. *An unctio consecrationis Episcopalis auferat abunctione Papali, & Regia ? Et quæritur, quinam Reges hodie ungantur ?* Ex p.12.t.3.r.88. ibid.

89. *Quo pacto se gerere debeat Episcopus consecratus, qui in celebratione Missæ hostiam simul consecrat cum celebrante ? Et infertur idem esse dicendum de Sacerdotibus, qui in prima Missa cum Episcopo consecrant.* Ex p.12.t.1.r.89. p.385

90. *Quomodo se gerere debeat Episcopus consecratus, qui simul consecrat Calicem cum Episcopo celebrante ? Et quid de Sacerdotibus in die suæ Ordinationis cum Episcopo ordinante etiam Calicem consecrantibus ? Et objicitur de jure divino esse, ut qui consecrat, simul sumat, quæ consecravit, ergo si omnes concelebrantes utramque speciem consecrarunt, omnes debent utramque speciem sumere, neque in hoc dispensare potest Ecclesia.* Ex p.12.t.1.r.90. p.386

91. *An sit laudabilis talis consuetudo, ut Episcopus consecret simul in Missa cum Episcopo illam celebrante ?* Idem

dem est de Sacerdotibus in prima Missa concelebrantibus. Et notatur, quod hic casus olim contingebat in Summo Pontifice, quo solemniter celebrante, Presbyteri Cardinales olim concelebrabant; & idem servabatur in Sacerdotibus, qui Episcopo rem divinam solemniter facienti assistebant; sed neuter casus est in usu. Ex p.12. tr.27. r.91. p.387

92. Ponuntur duo casus circa Sacerdotes concelebrantes cum Episcopo, qui possunt applicari Episcopis consecratis, qui postea simul conjecrant (prout supra explicatum est) cum Episcopo Missam celebrante. Primus, si Episcopus celebrans Missam illam quatenus satisfactoriam offerat pro anima Petri; alius vero concelebrans pro anima Pauli; & alius pro anima Antonii, &c. cujusnam harum trium animarum re ipsa proderit? Secundus, an Concelebrantes cum Episcopo integrum fructum illius Sacrificii ex opere operato referant? Et p.12. tr.1. r.91. p.388

93. De reverentia, quam debet Episcopus consecratus Episcopo, qui illum consecrarunt. Ex p.12. t.1. r.93. pag.389

94. An Episcopus consecratus in die Nativitatis Domini ipse sumptam communionem, & facta consecratione cum Episcopo celebrante, possit postea dicere duas Missas? Idem est de Sacerdote simplici ordinato in die Nativitatis Domini. Ex p.12. tr. 1. r.94. ibid.

95. An Episcopus per consecrationem accipiat potestatem creandi Doctores? Ex p.12. t.1. r.95. p.390

96. An Episcopus ex vi consecrationis sit adstrictus voto obedientiæ ad firmitatem status emissæ? Ex quo infertur quod Episcopus non possit Episcopatum deserere, nec ad aliud se transferre sine dispensatione Pontificis, nec etiam ad Religionem transire. Ex p.12. t.1. r.96. p.391

97. An in Consecratione Episcopus obligetur voto, vel juramento ad Apostolorum limina visitanda? Et quid si legitimo impedimento detentus fuerit? Ex p.12. tr.1. r.97. p.392

98. An Consecratio Episcopi inducat circunstantiam necessario in Confessione explicandam? Et deducitur à fortiori certum esse fornicationem Episcopi nondum consecrati, nec sacro Ordine initiati, seclusio scandalo, non excedere malitiam simplicis fornicationis. Ex p.12. t.1. r.98. ibid.

99. An Episcopus consecratus ab Hæretico, seu excommunicato efficiatur irregularis, & privetur usu ordinum? Et supponitur ordinatum ab Hæretico suspenso, excommunicato degradato, &c. prohiberi ab exercitio Ordinis accepti, atque incurrere irregularitatem, si suo Ordine utatur. Et quid, si à prædictis aliquis cum ignorantia ordinetur? Ex p.12. t.1. r.99. p.393

100. An liceat tempore interdicti Consecrationem Episcoporum ministrare? Et quid de ministratione Ordinum tempore interdicti, quamvis locus sit interdictus ab ipso Ordinante? Et an saltem Sabbatho Sancto in loco interdicto possit Episcopus conferre consecrationem Episcopalem? Ex p.12. t.1. r.100. ibid.

101. An saltem tempore interdicti liceat ministrare consecrationem Episcoporum in illis quatuor Festivitatibus, in quibus ex indulto Cap. Alma, permittitur celebratio solemnis divinorum Officiorum? Et an ex jure antiquo, & novo prohibita sit Ordinum ministratio tempore interdicti? Idem est de aliis Sacramentis, exceptis Baptismi, & pœnitentiæ. Ex p.12. t.1. r.101. ibid.

102. An sola Consecratio Episcopi, vel etiam si tantum sit electus, & confirmatus tribuat ei privilegium Cap. fin. de privilegio in 6. Altaris portatilis? Et supponitur Episcopus libere posse in suo Palatio erigere Oratorium. Ex p.12. t.1. r.102. p.394

103. An sola consecratio Episcopi tribuat ei privilegium Cap. Cum ex eo, de pœnitent. & remiss. Conferendi Indulgentias, vel etiam post electionem, & confirmationem possit illas concedere? Et notatur quod licet plures Episcopi ad Ecclesiæ dedicationem præsentes sint, non posse nisi unius anni Indulgentiam simul concedere. Secundo, an Episcopus possit concedendi Indulgentias delegare simplici Sacerdoti, vel cuicumque Clerico? Tertio docetur non posse Episcopum Indulgentias concedere pro defunctis. Quarto, advertitur, quod largitio Indulgentiarum est actus jurisdictionis voluntariæ. Quinto quæritur, an in loco exempto possit Episcopus concedere Indulgentias? Sexto notatur, Episcopos præter Indulgentias unius anni in dedicatione Ecclesiæ & pro dierum aliis temporibus non posse in foro pœnitentiæ plures concedere. Et observatur, quod Episcopus, etiam si non sit consecratus, dummodo sit electus, potest conferre beneficia. Et tandem docetur, quod Episcopus non consecratus, sed electus, & confirmatus potest, absolvere à juramento. Ex p.12. t.1. r.103. ibid.

104. An sola consecratio Episcopi, vel etiam si tantum sit electus, & confirmatus, tribuat ei privilegium Concilii Tridentini sess. 24. cap.6. de Reformat. circa absolutiones, dispensationes, &c. Et quid de Episcopis Titularibus? Et an possint Episcopi uti hac facultate, ubi Concilium quoad totum non fuerit receptum? Et notatur posse Episcopum dispensare super irregularitate homicidii casualis etiam si sit publica? Et tandem quæritur, an ignorantia invincibilis excuset ab irregularitate homicidii, etiam voluntarii? Ex p.12. tr.1. r.104. p.395

105. An sola Consecratio Episcopi tribuat ei privilegium cap. fin. de pœnitent. & remiss. eligendi Confessarium? Et quid, si sit electus, & confirmatus, non tamen consecratus? Et quid, si tantum sit electus, & non confirmatus? Idem est pro Episcopis Titularibus. Et quid est dicendum super hoc de Eminentissimis Cardinalibus? Et an Cardinales exercere possint cum suis familiaribus ea, quæ possunt Episcopi cum suis subditis, & præsertim ea, quæ potest Episcopus vigore Concilii Tridentini sess. 24. cap.6. de Reformat. Ex p.12. t.1. r.105. p.396

106. An Consecratio Episcopalis liberet Regularem à vinculo voti paupertatis? Et an possit talis Episcopus Regularis dimittere habitum Religionis, & habeat potestatem, ut legitimus hæres vindicandi paternam sibi hæreditatem, & in vita de bonis suis, ac de acquisitis intuitu Ecclesiæ tam simple disponere, ut valet licite Episcopus sæcularis? Et an etiam testamentum ante professionem factum revocare possit, & etiam possit aliquid donare? Ex p.12. t.1. r.106. p.397

107. An Consecratio Episcoporum efficiat, ut ipsos offendentes incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ contra offendentes Cardinales? Et quid, si tantum sit electus, & confirmatus, non tamen consecratus? Et deducitur, quod Cardinales, ex quo electi sunt à Summo Pontifice, & electionem acceptaverunt, tametsi capellum non obtinuerint, gaudent prædicto privilegio. Et advertitur, quod in appellatione Pontificis, seu Episcopi non venit nisi consecratus Episcopus, quia electus, & & non consecratus non est Episcopus. Ex p.12. t.1. r.107. p.399

108. An qui consecratur in Episcopum ante legitimam ætatem triginta annorum incurrat suspensionem, vel irregularitatem? Ex p.12. t.1. r.108. ibid.

109. An Consecratio Episcopalis suscepta per saltum inducat suspensionem? Ex p.12. t.1. r.109. p.400

110. An antequam Episcopus consecretur, recte præmittantur processus de vita, & moribus? Ex p.12. t.1. r.110. ibid.

111. An Consecratio Episcopalis facta per Angelum sit valida? Et an soli homines viatores & cum vocibus naturalibus possint ministrare Sacramenta, non vero Angeli, sive sint boni, sive Angeli mali? Et docetur in Beatis manere Characterem. Et discutitur, an de facto

facto fuerit aliquod Sacramentum ab Angelis, vel Beatis ministratum? Vbi aliqua alia circa hoc pro Angelis, & Beatis animis. Ex p. 12. t. 1. r. 111. ibid.

112. *Hermaphroditus consecratus Episcopus, si postea in eo prævaleat sexus fœmineus, an si consecraret alios Episcopos, valida esset talis consecratio? Idem est de Episcopo ordinante. Et supponitur, prævalente in Hermaphrodito fœmineo sexu non posse valide ordinari, posse tamen prævalente virili sexu. Et infertur Hermaphroditum æquè utrumque sexum participantem non posse in aliqua determinata Religione solemnem professionem emittere. Et quid est agendum, si prædictus Hermaphroditus, prævalente sexu virili, contrahit matrimonium, vel ordines sacros recipit si postea fœmineus sexus prævalet? Et an ordinari possit fœmina, si erumperet in virum. Et si anima Sacerdotis defuncti jubente Domino resurgeret in corpore fœmineo, an esset capax functionis Sacerdotalis ibid. §. Verum his.* Ex p. 12. t. 1. r. 112. p. 402

113. *Quare Episcopus consecrandus ducitur vestitus veste candida & in habitu Sacerdotali? Ac de ejus præsentatione, postulatione, & interrogationibus agitur.* Ex p. 12. t. 1. r. 113. p. 404

114. *Quare Episcopis consecrandis calceantur pedes; & quibusdam Tunicis ornantur, & de aliis vestimentis.* Ex p. 12. t. 1. r. 114. p. 405

115. *Quare Episcopo consecrando imponitur liber super caput, & humeros?* Ex p. 12. t. 1. r. 115. p. 406

116. *Quare Episcopo consecrando ungantur manus, & caput. Vbi plura pro illorum significatione.* Ex p. 12. t. 1. r. 116. p. 407

117. *Quare Episcopo consecrando tradatur liber Evangeliorum?* Ex p. 12. t. 1. r. 117. p. 408

118. *Quare Episcopo consecrando imponantur manus super caput?* Ex p. 12. t. 1. r. 118. ibid.

119. *Quare Episcopo consecrando tradirur Baculus, & Annulus? Vbi plura pro illorum significatione.* Ex p. 12. t. 1. r. 119. p. 409

120. *Quare Episcopi consecrandi manus chirothecis induantur?* Ex p. 12. tr. 1. r. 120. p. 411

121. *Quare Episcopo consecrando tradatur Mitra?* Ex p. 12. t. 1. r. 121. ibid.

122. *Quare Episcopus consecratus offerat Episcopo consecranti panem, & vinum?* Ex p. 12. t. 1. r. 122. p. 412

123. *Quare Episcopo consecrando præbeatur osculum pacis?* Ex p. 12. tr. 1. r. 123. ibid.

124. *Explicantur cætera mysteria sacrorum Rituum, qui in consecratione Episcopi adhibentur.* Ex p. 12. t. 1. r. 124. p. 413

125. *Quare in consecratione Episcopali tres Episcopi adhibentur, ut visum est supra; & an sit de necessitate præcepti, vel ut alii volunt, de necessitate Sacramenti?* Ex p. 12. t. 1. r. 175. p. 414

126. *In quo sensu Episcopus, quando consecratur, vocet Pontificem Vicarium D. Petri, & an dicta verba sint in Pontificali corrigenda?* Ex p. 12. tr. 3. & Misc. r. 1. p. 415

† *An omittens intra terminum duorum mensium professionem, Episcopus amittat fructus, sed non teneatur illos restituere, donec condemnatur, seu sequatur sententia declaratoria? Et notatur, quod si Episcopus omitteret professionem fidei per ignorantiam, seu inadvertentiam, non peccaret mortaliter, neque teneretur restituere fructus in foro conscientiæ? Et notatur, quod Episcopus non amittit fructus si Procurator, cui mandatum dedit, faciendi fidei professionem illam non fecit ipso inscio absque culpa? Et explanatur quæ sint signa & ornamenta Pontificalia.* Ex p. 5. tr. 14. ex ref. 23. §. penult. & ult. & in p. 3. tr. 6. ex ref. 36. *quæ hic sunt* in tom. 3. tr. 3. ref. 69. & 77.

TRACTATVS PRIMVS DE ALTARIBVS PRIVILEGIATIS.

RESOLVTIO PRIMA.

Quid sit Altare Priuilegiatum?
Et quomodo Indulgentia defunctis concedatur? Ex part. 9. tract. 2. Resol. 1.

1. ALTARE, asserit S. Isidorus *lib. 6. Originum, cap. 4.* ab altitudine constat esse nominatum, quasi alta Ara, seu vt habetur *de consecr. dist. 1.* & Archidiaconus *ibi* docet, Altare dicitur, quasi alta res, vel alta Ara, in qua Sacerdos incensum adolebat; vel quia in ea, Sacrificia ardebant, & sistebant. Est igitur in nostro casu Altare Priuilegiatum illud in quo concessa est Indulgentia plenaria pro Mortuis: posse enim Pontificem applicare Indulgentias Defunctis, concors est Catholicorum sententia cum D. Thom. *in 4. dist. 45. q. 2. art. 3. q. 1.* quam firmauit Leo X. in Decretali contra Lutherum missa ad Cardinalem Caietanum; quæ incipit, *Exurge Domine*, &c. & ex Xysto IV. Innoc. VIII. Pio II. & aliis relatis à Gabriele *in addit. ad leg. 57. in Canon.* licèt non defuerint Catholici, qui negarunt, Indulgentias, prodesse Defunctis, vt legere est apud Bellarminum *lib. 1. de Indulgentiis, cap. 14.* & Suar. *disp. 5. sect. 1.* quæ sententia, iudice Patre Suarez sine errore defendi non potest. Est igitur certa, & indubitata veritas Indulgentias prodesse Defunctis. Cuius oppositam sententiam Toletus *lib. 6. cap. 26.* appellat Hæresim. Vnde Gabriel *in Additione ad illam lectionem 57.* cognita veritate corrigit quod docuerat falsò: & Gerson melius sapuit *in tractatu de Indulgentiis, consideratione 11.* licet malè affirmet, rem hanc esse vtrinque probabilem.

2. Probatur Catholica sententia: quia sicuti animæ Defunctorum iuuari possunt suffragiis viuentium, vt de fide constat, nempe, ieiuniis, precibus, eleemosynis, &c. sic nulla est ratio, cur nequeant Indulgentiis adiuuari: sicut enim fideles priuati possunt applicare pia opera per modum satisfactionis in subsidium Defunctorum; ita etiam Pontifex, vt Caput, poterit ex Thesauro Ecclesiæ pro eisdem Defunctis applicare satisfactiones Christi, & Sanctorum, mediis Indulgentiis: & hæc omnia ratione illius vnionis, quæ est per charitatem & quæ facit, vt inter nos, & defunctos sit bonorum spiritualium communicatio; & ista semper fuit constans traditio, & sensus totius Ecclesiæ Catholicæ. Itaque, si animæ Purgatorij pertinent aliquò modo ad Ecclesiam militantem, cùm habeant fidem, quæ est forma Ecclesiæ, & charitatem quæ est nexus fidelium: ergo possunt adhuc ab illis adiuuari precibus, & Indulgentiis. Patet consequentia: quia inter viuentes est communicatio similium bonorum propter communem fidem, & vinculum charitatis.

3. Nec obstant verba Christi Domini Matthæi 16. *Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in Cœlis.* Vbi potestas ligandi, & soluendi, ac proinde concedendi Indulgentias, non confertur Petro & successoribus eius, nisi comparatione eorum, qui adhuc degunt super terram, seu nobiscum conuersantur; non autem comparatione Defunctorum, qui iam sunt alterius fori. Vnde Gelasius Papa *in cap. Legatur 24. q. 2.* explicans prædicta verba, *super terram*, inquit: *nam in hac legatione Defunctum nusquam dixit absoluit.*

4. Respondetur particulam illam, *super terram*, non ad homines, qui ligantur, aut soluuntur; sed ad ipsum ligandi, & soluendi actum referri. Est enim elegantissima antithesis, qua Summo Pastori Ecclesiæ militantis in terris quodammodo se subdit Deus in Cœlis: quasi diceretur: Quidquid tu, ò Petre, vel ò legitime Petri successor, dum viuis, in terra solueris, aut ligaueris, ego in Cœlis ratum habeo. Itaque, siue iudicium feras de viuis, siue de Defunctis pro data tibi potestate firma erit sententia. Iuxta quam explicationem non vrget primum argumentum, vt perspicuè patet. Deinde, licèt simul admittamus particulam, *super terram*, applicari iis qui ligantur, & soluuntur; rectè responderi potest, non negari à Christo Domino omnem potestatem erga animas Purgatorij; sed solùm potestatem absoluendi illas, aut ligandi propriè. Et verum est, Indulgentias non concedi Defunctis per modum absolutionis, sed solùm per modum suffragii. Adde, quòd Gelasius in illo capite solùm affert prædictam, explicationem, vt probet, non esse datam Ecclesiæ potestatem absoluendi eos, qui in errore mortui sunt: quod verum est, & non contradicit nostræ doctrinæ. Sed omnia *superius* dicta magis clarè in sequenti resolutione explicabimus. Vide Lessium *in 3. p.* D. Thomæ *c. 5. de Indulgent. dub. 1.* per totum, & Doctores communiter.

RESOL. II.

Supradicta magis elucidantur, & contra Medinam explanantur, quo facto Pontifex concedendo Altare

Priuilegiatum applicet Indulgentiam defunctis. Ex part.9. tract.2. Resol. 2.

§.1. MIchaël Medina *de Indulgent. disp.7.cap.34.* & *disp.8. cap.* 4. putat animas Purgatorij percipere posse Indulgentias per modum absolutionis. Probat hoc : quia Ecclesia excommunicare solet mortuos, cósque ab excommunicatione absoluere, vt patet *ex cap.Sanè.24.q.2.*& *cap.A nobis 2. de sententia excomm.* ergo in illos directam habet iurisdictionem, atque adeò eisdem poterit largiri indulgentias per modum absolutionis.

2. Verùm contrariam sententiam docent communiter Theologi, asserentes non posse à Pontifice concedi pro animabus Purgatorij Indulgentias per modum absolutionis,sed solùm per modum suffragij. Et ad hoc probandum plura ingeniosè docet Eminentiss. Dominus meus Card. Lugo *de pœnit. disp.27. sect.5.* quæ omnia comprobatur à Quintanaduenas *in Theol. mor.tom.1.in Append.tract.1.in singul.14.n.2.* Sed,quia circa illa aliquas difficultates habet Pater Bardi omninò videndus *in Bull.Cruciata,part.4.tract.3. c.2.sect.2. n.11.& seq.* Ideò ego breuiter assero,Primò,Missas priuilegiatas, seu Indulgentias iis annexas non applicari Defunctis per modum absolutionis,sed per modũ suffragij.Est cõmunis. Probatur prima pars:quia absolutio exigit iurisdictionem in eum,qui absoluitur;quam non habet Pontifex in Defunctos,qui, sicut per mortem positi sunt extra statum vitæ, ita etiam extra forum Ecclesiæ militantis; ideóque non subsunt saltem directè, iurisdictioni eius. Et confirmatur ex eo,quòd Christus Matthæi 16. dedit potestatem Petro ligandi, & soluendi super terram; quod iuxta communem explicationem denotat potestatem datam in homines viatores super terram degentes; non autem in Defunctos. Probatur secunda pars : cùm enim non prosint per modum absolutionis necesse est applicari per modum suffragij ; id est,eo modo,quo suffragia viuorum illis applicantur : sicut enim, cùm quis Defunctis applicat suffragia, vt orationes, ieiunia, &c. intendit ex satisfactionibus suis soluere pretium æquiualens pœnis ab ipsis soluendis in Purgatorio, & eatenus suffragia dicuntur prodesse Defunctis : ita Pontifex, licèt non possit absoluere animas à pœna;per Missas tamen priuilegiatas, vltra fructum respondentem Sacrificio ex opere operato; exhibet Deo ex thesauro Ecclesiæ satisfactiones Christi, & Sanctorum, tanquàm pretium,& solutionem æquiualentem pœnæ remittendæ, quam Deus acceptat; & eatenus dicuntur Missas Priuilegiatas illis prodesse per modum suffragij.

3. Dico secundò : In Missis priuilegiatis,quæ applicantur Defunctis per modum suffragij, interuenire actum potestatis Clauium patet: quia Pontifex soluit pretium æquiualens ex thesauro Ecclesiæ : non habet autem potestatem dispensandi thesaurum, nisi virtute promissionis factæ,Petro,Matthæi 16. qua illi, & eius successoribus datur potestas aperiendi Cœlum tollendo impedimenta, quæ ingressum retardant : quod fit, cùm eadem authoritate applicantur satisfactiones Christi,& Sanctorum ex thesauro Ecclesiæ Defunctis in solutionem, & tolluntur pœnæ debitæ,quæ ingressum Cœlorum retardabant. Vnde colligitur, Indulgentias applicatas viuis & Defunctis,in hoc conuenire,quòd sint simpliciter Indulgentiæ,& actus potestatis Clauium per quem ad remittendas pœnas distribuitur Thesaurus satisfactionum Christi, & Sanctorum ; proindéque in vtrisque fit solutio æquiualens & reperitur iustitia commutatiua. Differunt autem in hoc, quòd Indulgentiæ applicentur viuis per modum absolutionis,per actum iudiciariæ potestatis quo Pontifex immediatè remittit pœnam, tanquàm minister Dei, & locum eius tenens, soluendo vlteriùs pretium æquiualens ex thesauro Ecclesiæ. In Indulgentiis verò, quæ applicantur Defunctis per modum suffragij, Pontifex non remittit authoritatiuè pœnam, cùm in illos non habeat iurisdictionem,sicut in viuos ; sed exhibet Deo pretium æquiualens ex thesauro, & Deus ipsos absoluit à pœna : vnde Indulgentiæ viuorum includunt actum iustitiæ vindicatiuæ. Si quis autem quærat,cur Pontifices in suis Bullis tam accuratè explicent se concedere Defunctis Indulgentias per modum suffragij, cùm differentia assignata nihil mutet in effectu; sed eundem effectum pariant Indulgentiæ viuorum,& Defunctorum. Respondetur id facere, vt ostendant se non abuti potestate sibi tradita, nec velle iuuare Defunctos, tanquàm sibi subditos ; sed tanquam sibi charitate coniunctos,& indigentes, quibus subuenire possunt per dispensationem thesauri Ecclesiæ,eorum commissioni relictam. Vide Palaum *tom.4. tract.24. disp. vnica,punct.10. num.2.* Philippum de la Cruz *in Thes. Eccles. tract.2. §.6. num.3.* & alios penes ipsos.

4. Nota tamen,quòd cùm Pontifex tibi concedit,vt possis Defuncto per modum suffragij Indulgentiam applicare, ne intelligas, tibi fortè fœminæ, vel laico concessam esse facultatem distribuendi Ecclesiæ,& maximè in Defunctorum fauorem, quod semper est Pontifici reseruatum ; neque etiam intelligas,Indulgentiam tibi concessam posse te Defuncto communicare : nam si tibi concessa est, pœnam tuorum peccatorum remisit ; non igitur est locus applicationi. Sed intelligere debes tibi remitti potestatem designandi Defunctum : qua designatione facta, Pontifex immediatè, & directè Indulgentiam applicat : & quia hæc applicatio tuam designationem subsequitur,ideò diceris potestatem habere applicandi Indulgentiam Defunctis. Dico igitur cum Granado *in 3.par.contr.12.tr.5.disp.5.n.13.* Defunctos excommunicati, & ab excommunicatione liberati posse dupliciter : Primò quidem, declarando,eos, dum viuerent, incurrisse illam, aut non incurrisse, & in eo statu mortuos fuisse : ad quod, vt patet, non est necessaria iurisdictio in Defunctos. Secundò, id fieri potest prohibendo viuis orare pro Defunctis, aut concedendo potestatem orandi : & id non est propriè exercere iurisdictionem in mortuos,sed in viuos. Concludo ergo, excommunicationem, de qua loquitur Synod. accipiendam esse vno ex his duobus modis. Alium verò excommunicandi modum, qui directè fertur in viuos, & est proprius actus iurisdictionis, non exercet in Defunctos Ecclesia. Itaque Ecclesia neque excommunicat, neque propriè absoluit mortuos ; sed solùm declarat, ex hac vita aliquem defunctum decessisse excommunicatum, & contumacem : vel declarat, recessisse à contumacia : proinde concedit viuentibus, vt possint Defunctum illum sepelire in loco sacro, aliásque pro illo sacras, & consuetas Ecclesiæ functiones facere : & in hoc sensu communiter declarantur Canones, qui citantur in contrarium : & hinc Ecclesia indirectè tantùm dicitur excommunicare, aut absoluere Defunctos, quatenùs, vel prohibet viuentibus ne faciant pro aliquo defuncto suffragia, vel id concedit.

RESOL. III.

An indulgentia concessa Altari Priuilegiato applicanda defunctis, habeat infallibiliter effectum ? Ex p.9. tr.2. Res.3.

§.1. NEgatiuè respondet Layman *lib.5.tract.5.c.7. n.2.* Canus *de locis Theol.lib.12.c.13.ad 9.* Sot. *Errant.*Pettus Sotus *lect.3.de Indulg.*& Henriquez *lib. 7.cap.7. n.4.* & alij asserentes, Indulgentiam Defunctis applicatam non habere infallibilem effectum, sed solum per modum cuiusdam impetrationis ex libera Dei

acepta

acceptatione,eò quòd supremus Iudex non teneatur commutationem pœnæ sibi debitæ acceptare, nisi ad id se promissione obligauerit. At Deus nó videtur obligatus ad acceptandam satisfactionem ex Christi, & Sanctorum meritis pro Defunctis oblatam : quia Christus Dominus solùm promisit soluendum in Cœlis,quod Pontifex soluerit super terram;non verò quod Pontifex soluerit sub terra,vbi animæ detinẽtur, & pœnas luunt. Confirmant suam sententiam ex vsu fidelium,qui postquam Indulgentiam plenariam alicui Defuncto applicarunt,medio inquã,Sacrificio,vel alio pio opere;iterum repetunt eandẽ Indulgentiam; quod superfluum esset, si infallibiliter haberet effectum. Sentiunt ergo fideles,solùm habere effectum ex libera Dei acceptatione. Et hanc sententiam præter Doctores citatos docet nouissimè P. Amicus *in Cur. Theol.to.8.disp.20.sect.8.n.177.& seq.* vbi plures adducit rationes,& inter alios, quoniam Purgatorium est Tribunal Christi,in quo sibi tantũ reseruat causas iudicandas;igitur ipsius tantùm est eas pœnas remittere. Antecedés,constat ex dictis,quibus probatũ est,Pontificem in animas purgantes nullum ius habere. Consequentia verò probatur;quia sicut solius Christi est, eas pœnas taxare : ita eiusdem erit easdem relaxare. Deinde, quia si Pontifex eadem infallibili authoritate posset à pœna libertas animas purgantes, ac potest in terris viuentes;sequeretur Primò,breui posse totum Purgatorium per frequentes Indulgentias plenarias euacuare. Nec refert, quòd Pontifex in Indulgentiis concedendis sufficientem debeat habere causam;nam eadem causa,quæ sufficit pro Indulgentia plenaria applicanda vni,sufficiens erit pro Indulgentia plenaria applicanda aliis, & aliis animabus, cùm nulla sit maior ratio de vna, quàm de cæteris. Igitur, qua ratione Indulgentia plenaria sufficienter applicatur vni,eadem poterit applicari cæterîs;sicque breui totum Purgatorium euacuari. Secundò sequeretur,vna tantùm Indulgentia plenaria applicata pro vna anima frustrà pro eadem alias Indulgentias, vel suffragia applicari : cùm tamen communis sensus fidelium sit,adhuc post plenariam Indulgentiam,alias etiam Indulgentias, & suffragia pro eadem anima fructuosa procurari posse : quasi certum non sit, per tam,animam è Purgatorio liberandam esse:cùm tamen in contraria sententia nullum sit dubium;quippe cùm ex parte animæ nullum possit esse impedimentum, quominùs Indulgentia statim suum effectum sortiatur : neque esse potest ex parte viuentis talem Indulgentiam pro Defunctis offerentis;nam multi ex contrariæ sententiæ Authoribus putant Indulgentias etiam à peccatore oblatas prodesse Defunctis.

2. His tamen non obstantibus,puto non esse recedendum ab affirmatiua sententia,quam tuetur D.Th, *4.dist.21.q.1.quæstiunc.2.* Sotus *dist.21.q.2.art.3.* Suarez, Valentia, Coninch,& alij quos citat,& sequitur Castrus Palaus *tom.4.tract.24.disp.vnic.punct.10.n.4.* Villalobos *in Summa,tom.1.tr.26. diffic.7.n.3.* Lessius *2.p.* D.Thomæ *c.5,de Indulgent.dub.3,n.41.* Granados *n.3.par. de Sacram.contr.12. tract.3. disp.5.n.10.* quia, ait iste vt Indulgentiæ infallibili iustitiæ lege prosint Defunctis, duo solùm requiruntur : primum est,diuina promissio : secundum, applicatio satisfactionis æquiualentis pœnæ, quam Defunctus debet. Et quidem diuina promissio non deest ; quia perpetua Ecclesiæ traditio, qua docemur, Indulgentias prodesse Defunctis, non nisi in diuinæ promissionis notitia fundamentum habere potest : sine promissione enim nihil firmum esset. Fauet etiam, & quidem maximè pro hac veritate locus Matthæi 16. *Quodcunque solueris super terram,erit solutum & in Cœlis :* vbi absque limitatione Christus promittit, acceptum sibi fore quodcunque Petri iudicium : si ergo soluerit animam Defuncti,applicando illi Indulgentias ; ipse Dominus soluet, vt stet promissis. Quod verò ad secundum attinet, fatemur in hoc negotio maximam gratiam, quòd, nimirum, pro anima Defuncti, & iam incapacis satisfaciendi, velit Deus admittere satisfactionem oblatam : veruntamen hæc sufficientissima, & æquiualens est, cùm præcipua ejus pars sit Christi Domini, ac proinde valoris infiniti.

3. Probat hanc opinionem Rubeus *de Sacrificio Missæ,lib.3.disp.2.dub.5.n.4.* ex forma,vt ipse ait,qua vtuntur Pontifices cõcedendo priuilegium Missarum priuilegiatarum cuidam Ecclesiæ,vel Altari;sic enim habet Vrbanus VIII. in priuilegio pluribus nostris Conuentibus dato : [Vt quandocunque Sacerdos aliquis Minimorum Ecclesiæ Missam Defunctorũ pro anima cuiuscunque fidelis,quæ Deo in charitate coniuncta ab hac luce migrauerit ad præfatũ Altare celebrabit,anima ipsa de thesauro Ecclesiæ per modum suffragij Indulgentiam consequatur ; ita vt eiusdem Domini nostri Iesu Christi, & Beatissimæ Virginis Mariæ,Sanctorúmque omnium meritis sibi suffragãtibus, è Purgatorij pœnis liberetur, concedimus, & indulgemus.] Loquitur igitur Pontifex non de re pendente ex acceptatione diuina;sed tanquàm de re certa,& infallibili. Nec aliis terminis certioribus vtitur concedendo viuis Indulgentias, quas constat esse infallibiles. Deinde Leo X. Epistola ad Caietanũ eadem certitudine loquitur de Indulgentiis viuorum,& Defunctorum:dicit enim,Romanã Ecclesiam tradidisse, Romanum Pontificem, Petri Clauigeri successorem, & Iesu Christi in terris Vicarium potestate Clauium, quarum est aperire Regnum Cœlorum,tollẽdo illius in Christi fidelibus impedimenta, posse pro rationalibus causis concedere eisdem Christi fidelibus, qui charitate iungente sunt membra Christi, siue in hac vita sint, siue in Purgatorio, Indulgentias ex superabundantia meritorum Christi,& Sanctorum, & tam pro viuis,quam pro Defunctis Apostolica authoritate Indulgentiam concedendo, thesaurum meritorum Iesu Christi,& Sanctorum dispensare, & per modum absolutionis Indulgentiam ipsam conferre, vel per modum suffragij illam transferre consueuisse,ac propterea omnes,tam viuos,quàm Defunctos, qui veraciter omnes Indulgentias huiusmodi consecuti fuerint ; à tanta pœna temporali,secundùm diuinam iustitiam pro peccatis suis actualibus debita liberari, quanta concessæ & acquisitæ Indulgentiæ æquialet. In quibus verbis notandum est, Pontificem indifferenter loqui de viuis, & Defunctis & tanquam de re certa loquentẽ,docet eos omnes liberari à tanta pœna,quantam sonant Indulgentiæ : idque fieri apostolica authoritate : omnis autem dispensatio, quæ fit authoritate apostolica, licèt ius ipsum diuinum aliquo modo attingat, vt est dispensatio in voto, valida est,si ex rationabili causa fiat : ex quo ex consequenti sequitur dispensationem thesauri viuis, & Defunctis, quæ authoritate apostolica fit, si ex rationabili causa fiat, esse validam, certam, & infallibilem.

4. Probatur etiam ex definitione Concilij Constantiensis,docentis contra Vviclef,erroneum esse negare valorem Indulgentiarum : ergo ex mente Ecclesiæ sic valent Indulgentiæ viuis, & Defunctis, vt certò, & infallibiliter in illis effectum habeant, idque ratione promissionis diuinæ. Respondet Corduba *lib.de Indulgentiis,q.15.* Indulgentias esse quidem certas in Defunctis sicut in viuis ; non valere tamen infallibiliter quoad totum fructum in Defunctis sicut in viuis : quia Deus promisit eas acceptare pro viuis quoad totum effectum ; pro Defunctis verò solùm, secundùm quod visum fuerit decens suæ liberalitati : sed contrà, saltem in eius sententia, requiritur promissio diuina acceptandi Indulgentias pro Defunctis quoad aliqualem effectum, sit vt certò aliquis fructus Indulgentiarum eis applicetur. Quæro igitur,

vnde collegerit promissionem hanc diuinam quoad aliquem effectum, & non quoad totum? si enim Deus promisit acceptationem Indulgentiarum pro viuis quoad totum effectum, & promisit acceptationem pro defunctis; non potest colligi non promisisse etiam quoad totum effectum pro Defunctis, sicut & pro viuis; cùm promissio illa in vtrisque colligatur ex prædictis verbis Matthæi 16. in quibus nulla fit discretio viuorum, & defunctorum.

5. Nec obstat dicere, si Indulgentiæ infallibili lege iustitiæ prosunt determinate animabus Purgatorij, quibus applicantur; cur post applicatam Indulgentiam, qua liberatur anima à Purgatorio, applicantur eidem aliæ Indulgentiæ, Sacrificia, & suffragia? Respondetur enim id sanctissimè fieri: Primò, quia non nobis constat de veritate huius opinionis; cùm Doctores graues opinentur, non esse legem infallibilem, qua Deus acceptet totum, quod singulis animabus applicatur. Secundò, quia, vt Indulgentia valeat, requiritur causa proportionata: potest autem accidere, eam non sufficere ad Indulgentiarum concessionem, quanta requiritur ad liberandam hanc determinatam animam à Purgatorio. Vt ergo securiores reddamur, & certiori, quo possumus, modo Defunctis succurramus, solent Indulgentiæ multiplicari, vt si quæ non profuerint, aut certè minùs valuerint, aliarum applicatione suppleantur.

6. Nec obstat secundò asserere, quòd si Indulgentiæ valerent ex condigno, & certa lege, sequeretur, quòd Pontifex posset vno die exhaurire Purgatorium. Respondet enim Caietanus *Opusculo 16. q. 5.* id fieri non posse: quia Indulgentiæ iis duntaxat Defunctis prosunt, qui, vt prodessent, meruerunt. Ij autem id meruerunt, qui, dum viuerent conati sunt, quantùm in ipsis erat, pro peccatis suis satisfacere. Verùm hæc sententia *sup.* iam satis à nobis reprobata est: omnes enim, qui in gratia discedunt, capaces sunt cuiusvis influxus meritorum Christi, qui per Indulgentias dispensatur. Non enim fundamentum communionis suffragiorum Ecclesiæ est particulare aliquod meritum; sed status gratiæ, ob quem satis digni sunt qui iuuentur. Et hoc solùm vult D. Augustinus *lib. de cura pro mortuis, cap. 1. & in Enchiridio, cap. 109.* cùm ait, illis prodesse suffragia, qui meruerunt, vt sibi prodesse possent: solùm enim damnatos excludit, vt patet ex diuisione, quam ibi instituit. Respondeo ergo Pontificem id non posse præstare, quia non subest causa, ob quam potestate Clauium tam ingens dispensatio fieri queat: atqui dispensatio sine iusta causa est irrita. Et ideò nostram sententiam in casu Missæ Altaris priuilegiati in terminis docuit Rubeus *de fructu, & applicatione Sacrificij Missæ, lib. 3. disp. 2. q. 2. dub. 5. n. 8.* vbi ita asserit: [Sententia hæc non solùm intelligenda est de Missis priuilegiatis, seu Indulgentiis illis annexis; sed de omnibus aliis Indulgentiis, quæ quomodolibet Defunctis applicari possunt; vt sunt affixæ Medaliis, visitationibus Ecclesiarum, *&c.* ita vt, sicut Sacerdos dicendo Missam priuilegiatam pro Defuncto, illum infallibiliter liberat è Purgatorio; ita & sæcularis communicando cum Medalia, si talis Indulgentia ei appensa sit.] Sic ille, & ego.

Sup. in Res. quæ hic est inf. 7. & in alio §. eius not.

RESOL. IV.

An, vt Indulgentia Altaris Priuilegiati prosit Defunctis, opus sit, vt Sacerdos Missam celebrans sit in statu gratiæ? Ex p. 9. tr. 2. Res. 4.

Sup. hac dific. huius tituli in Res. seq. & inf. in fin. huius Res.

§. 1. REspondeo negatiuè: nam, licèt aliqui Doctores requirant obtinentem Indulgentiam pro defunctis, debere esse in statu gratiæ, tempore, quo perficitur opus, & Indulgentia Defuncto communicatur: sic Emmanuël Sà *verb. Indulgentia, n. 2.* excipit tamen, nisi opus fuerit nomine Ecclesiæ factum, vt Missæ Sacrificium: ego tamen contrariæ sententiæ absolutè adhæreo in omnibus Indulgentiis pro Defunctis: nam pro Indulgentia applicanda Defunctis gratia non requiritur vt principium operis iniuncti: quia esto, nec satisfactorium sit nec meritorium; aptum esse potest ad Indulgentiæ consecutionem: sed requiritur, vt obicem tollat, & subiectum disponat Indulgentiæ suscipiendæ: at viuus, qui Indulgentiam pro Defuncto obtinet, exequendo opus iniunctum, Indulgentiam non suscipit; sed conditionem pro consecutione Indulgentiæ exequitur, ergo status gratiæ non est in illo necessariò requisitus. Itaque opus, sub cuius conditione conceditur Indulgentia, est sola conditio, non causa mouens Deum ad Indulgentiam acceptandam. Nec Indulgentia inficitur ex malitia personæ operantis; sicut nec inficitur Sacrificium Missæ, vel Sacramentum, ex malitia personæ sacrificantis, vel administrantis: eò quòd suum valorem non habent ex persona proximè operante; sed ex meritis, & satisfactione Christi. Ex his infertur discrimen inter suffragium, quod priuata persona in proprio opere fundatum offert Deo pro Defunctis, & Indulgentiam: nam illud, nisi fiat à persona grata, non prodest Defunctis: eò quòd suum valorem accipit à persona operante, quæ in peccato existens, nullum valorem communicat suis operibus. Nec refert, quòd opus bonum à peccatore exhibitum valeat pro se tanquàm meritum de congruo apud Deum: quia plus requiritur, vt opus acceptet pro aliis, quàm pro se. Indulgentia verò valorem habet à meritis, & satisfactione Christi, & Sanctorum, qui per peccatum personæ operantis non amittitur.

2. Nec obstat dicere: quia sicuti ad lucrandum sibi Indulgentiam requiritur status gratiæ; sic ad lucrandum pro altero: nam peccatum non magis impedit ad acquirendum beneficium ipsimet operanti, quàm alteri. Nam respondeo, negando paritatem: quia gratia requiritur solùm ad tollendum obicem in eo, qui Indulgentiam est lucraturus; & ideò necessariò requiritur in eo, cui applicatur; non autem in eo, qui ponit opus iniunctum, & Indulgentiam applicat. Et ex hoc patet discrimen inter ipsum operantem, & alios: nam operans, vt de facto lucretur Indulgentiam pro se, debet esse in gratia, per quam tollitur impedimentum peccati: at respectu aliorum non ita; idcirco dicimus, gratiam requiri in suscipiente Indulgentiam, non autem in applicante; & quando operans sibi ipsi eam applicat, requiritur in ipso gratia, non vt operans, sed vt recipiens. Denique dicimus, æquè impediri fructum, & valorem Indulgentiæ ipsi operanti, & alteri; considerando vtrunque, vt sunt formaliter recipientes. Et ita nostram sententiam docent Doctores, quos citat, & sequitur Castrus Palaus *tom. 4. tract. 24. disp. vnic. punct. 10. n. 10.* quibus ego addo Amicum *in Cur. Theol. tom. 8. disp. 20 sect. 8. n. 103.* Bardi *in Bull. Cruc. part. 4. tract. 3. cap. 2. sect. 3. n. 24.* Quintanad. *in Theol. mor. tom. 1. in Append. tract. 3. singul. 16. n. 4.* Granadum *in 3. p. de Sacram. contr. 12. tr. 5. disp. 6. n. 1.* & in specie casus nostri Rubeus *de fructu, & applicatione Sacrificij Missæ, lib. 3. disp. 2. q. 2. dub. 5. n. 8.* vbi sic ait: [Aduerte, vt per viuos fiat id, quod requiritur ad applicandam Indulgentiam defunctis; non requiritur tamen, vt viui opus iniunctum exequentes sint in gratia: vnde sæcularis in mortali communicans cum Medalia pro Defuncto, non impedit effectum Indulgentiæ; sicut nec Sacerdos pro eodem in mortali celebrans.] Ita ille, cui etiam adde Philipp. de la Cruz *in Thesauro Ecclesiæ, tract. 2. §. 6. n. 5.*

Sup. hac doctr. ibid. & inf. in tr. 5. Res. 36.

RESOL. V.

An Sacerdos in statu peccati mortalis celebrans in Altari Priuilegiato liberet animam à Purgatorio?

Et

An communicans in peccato mortali obtineat liberationem vnius animæ à Purgatorio, si talis liberatio concedatur sub onere communionis, vt interdum conceditur?

Ex quo cursim infertur communionem sacrilegam sufficere ad consequendum Iubilæum.

Eamque deducitur, quod existens in peccato mortali obtinere potest Indulgentias pro defunctis? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. Resol. 13.

§. 1. NEgatiuè esse respondendum, stando in doctrina, & sententia Eminentissimi Cardinalis Lugo *de Sacram. pœnit. disp. 27. sect. 5. n. 75.* vbi sic ait; Infertur secundò; quid dicendum sit de statu gratiæ, an requiratur in eo, qui lucratue Indulgentiam pro defuncto Pater Suarez *sect. 4.* negat; quia cum Pontifex in eius sententia sit, quia immediatè & directè concedit defuncto Indulgentiam, & solùm requiratur opus pium ex parte viuentis, vt conditio: non est, cur in eo exigatur status gratiæ. Non autem consequenter ad supradicta debemus dicere, requiri: quod est magis commune, & iuxta fidelium sensum. Ratio autem est, quia Indulgentia defuncto acquiritur solùm indirectè, quatenus opera alicuius viuentis eleuantur ad maiorem valorem satisfactionis ex opere operato; ad hoc autem necesse est, quod ipse operans sit capax illius valoris, & fructus, diximus enim hanc eleuationem procedere à potestate Pontificis, quæ per se ordinatur ad vtilitatem subditi: ergo potestas illa est ad eleuanda opera subditi capacis, & potentis frui illo beneficio, quo frui non potest, dum est sine gratia propter incapacitatem subiecti. Ita Lugo.

2. Sed licet esset tenenda opinio asserens obtinentem Indulgentiam pro defunctis debere esse in statu gratiæ, tempore quo perficitur opus & Indulgentia, tamen hoc non procedere in Sacrificio Missæ, putat Emanuel Sà, *verb. Indulgentia n 2.* vbi sic ait: Ego puto eum etiam qui pro defuncto accipit Indulgentiam, debere esse in gratia, ntsi opus faciat ex persona Ecclesiæ, vt Missam. Hinc P. Gobat *in Thes. de Indulg. p. 2. cap. 25. q. 72. n. 515.* existimauit statum gratiæ non requiri in Sacerdote, quatenus præcisè, facit in Altari Priuilegiato.

3. Verùm ego puto absolutè in consequendis Indulgentiis pro animabus Purgatorij nihil officere, verum sis in statu peccati mortalis, aut in statu gratiæ. Et hanc sententiam, me citato, valdè probabilem esse tenet Gobat *loco citato, cap. 23. q. 64. numero 490.* & absolutè nominatim contra Cardinalem Lugo tenet Quintanaduenas *in Theol. mor. tom. 1. in append. tract. 1. dub. 15. num. 4.* qui pro hac sententia citat 11. Doctores, quibus adde Amicum *in Cur. Theolog. tom. 8. disp. 10. sect. 8. num. 209. & 236.* & nominatim contra Lugum, me citato, Pellizarium *in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. n. 196.* Martinum de San Ioseph *in Man. Confessar. tom. 1. lib. 2. tract. 9. de Indulgent. n. 13.* Philippum de la Cruz *in Thesauro Ecclesiæ, tract. 2. de Purgat. n. 5.* Dicendum autem est ad consequendam Indulgentiam, non esse necessum, vt opus, sub cuius conditione Indulgentia conceditur, in gratia impleatur, sed sufficere, vt homo existat in gratia, quando Indulgentiam accipit. Igitur poterit peccator in statu peccati adimplens opus, sub cuius conditione Indulgentia conceditur, fructuose illam lucrari pro defunctis. Nam ita se habet peccator adiit plens opus, sub cuius conditione concessa est Indulgentia, ad illam lucrandam sibi; sicut se habet idem peccator adimplens opus, sub cuius conditione, concessa est Indulgentia pro defunctis; ad lucrandam illam pro defunctis. Igitur in casu nostro causa mouens non esset opus à peccatore factum, sed satisfactio Christi & Sanctorum. Et ita nostram sententiam, præter Doctores citatos, tenet etiam Machadus *tom. 1. leg. 3. part. 2. tract. 5. docum. 3. num. 5.*

4. Sed non deseram hîc apponere dubium satis difficile. An communicans in peccato mortali obtineat liberationem vnius Animæ è purgatorio, si talis liberatio concedatur sub onere Communionis; vt interdum conceditur. Et respondet Pellizzarius *in man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 3. n. 252.* Videri satis probabile, quod obtineat; ita viri sanè docti à se consulti; & probatur ex doctrina non dissimili, quam tradit Ioan. de Lugo, *disp. 27. de Pœnit. n. 103.* nimirum communionem sacrilegam sufficere ad consequendum Iubilæum, cum ea sit vera, & valida communio, quamuis sine fructu ob peccati obicem: quæ doctrina vtique potest applicari ad præsentem casum; præsertim attenta communiori Doctorum sententia, quod existens in peccato mortali obtinere potest Indulgentias pro defunctis: cùm sic non dicatur malus satisfacere pro alio, sed solùm facere opus, ob quod Papa alteri applicat satisfactionem Christi, & Sanctorum; vt aduertit Naldus, *verb. Indulgentia, num. 7.* ex Nauarro: patet ergo responsio ex eo quod nulla adest ratio, cur dicatur obtineri Iubilæum per communionem sacrilegam, & non obtineatur liberatio animæ è Purgatorio per eandem communionem sacrilegam, ideóque vel id in vtroque casu admittendum est, vel in vtroque negandum. Ita Pellizzarius: Sed tu cogita.

Sup. hoc in fin. Resol. præteritæ.

Sup. hoc inf. in tr. 4. Resol. 52. §. 1. ad med. à vers. Ita Bossius, & in Resol. 53. & 54. §. 1. & 2. & in Resol. 44. §. pen. & vlt. & inferius in tr. 5. lege doctr. §. vlt. Resol. 12.

RESOL. VI.

An quando Sacerdos in Altari Priuilegiato dicat Missam, debeat non solum Indulgentiam, sed etiam Sacrificium applicare defuncto?

Idem dicendum est à simili, cum pro Indulgentia lucranda præcipitur ieiunium; visitatio Templi, peregrinatio, & maximè eleemosyna, quæ in bonum tertij imponitur.

Et an Missæ, quæ celebrantur in Altari Priuilegiato applicatæ pluribus æquè pariter prosint singulis, ita vt vna Missa, quæ dicitur pro vno, possit prodesse pluribus? Ex p. 9. tr. 2. Resol. 7.

§. 1. AD hunc casum respondet Suarez *tom. 4. disp. 52. sect. 4. num. 3.* vbi docet, securius esse ita facere, quamquam in rigore id non sit per se necessarium ad talem Indulgentiam, sed pendeat ex voluntate concedentis. Ideóque verba rescripti, seu priuilegij, attentè expendenda sunt: nam, si hunc tenorem contineant: *Dicendo, aut offerendo Missam pro Defuncto, liberes eius animam à Purgatorio*, tunc necessarium erit fructum Sacrificij tali animæ in particulari applicare. Si autem solùm dicatur: *Dicendo Missam*, vel, *Quoties Missam dixeris, toties liberes vnam animam à Purgatorio*, tunc ex vi talium verborum satis est illud pium opus facere, etiamsi particularis fructus eius, siue ex opere operantis siue ex opere operato tali animæ non applicetur, sed solùm beneficium Indulgentiæ: sæpe autem non constat, quibus verbis talis gratia concessa sit, & tunc securius est, Sacrificium pro Defuncto offerre, semperque est optimum consilium; quia fortasse hoc modo erit sufficiens causa ad lucrandam integram Indulgentiam quæ alias non esset. Hæc Suar. & post illum Castrus Palaus *tom. 4. tract. 24. disp. vnic. punct. 10. n. 9.*

Sup. ad hoc si placet lege inf. doctr. Resol. 35. & 36. & signanter 37.

2. Sed magis clarè hanc sententiam docuit nouissimè Ruteus *de Sacrific. Missæ, lib. 3. disp. 2. q. 2. dub. 5. n. 9.* vbi sic asserit: [Quæri hîc potest, an ad applicandas Indulgentias Missæ Priuilegiatæ, opus sit factum etiam

etiam Sacrificij illi applicare, vel sufficiat fructum sibi reseruando, Missam celebrare ex intentione, & volunrate obtinendi illi Indulgentias? Respondeo communiter vtrunque requiri, & hæc per modum vnius, & eiusdem Defuncto applicari: quia cùm Pontifex concedit Indulgentias ad liberandam animam è Purgatorio, dicendo Missam in tali Altari, vel Ecclesia videtur consequenter exigere; vt Sacrificium eidem animæ applicetur: in rigore tamen non videtur semper necessarium, nisi verba priuilegij id sonent; sicut videre est in forma priuilegij *sup. citati*, vbi dicitur: *Quandocunque Sacerdos Missam Defunctorum pro anima cuiuscunque fidelis, ad præfatum Altare celebrabit, anima ipsa de Thesauro Ecclesiæ Indulgentiam consequetur.* Secundum hoc indultum igitur ex mente Pontificis requiritur vt non solùm indulgentia sed & Sacrificium applicetur Defuncto: si tamen in Indulgentia solum diceretur? *Quoties Sacerdos Missam in tali Altari celebrauit animam è Purgatorio*, tunc satis esset Missam celebrare absque eo, quòd fructus illius isti animæ applicetur, sed solæ Indulgentia, & idem à simili dicendum est, cùm pro Indulgentia lucranda præcipitur ieiunium, visitatio templi, peregrinatio, & maximè eleemosyna, quæ in bonum tertij imponitur. Ratio autem, cur non videtur semper requiri, vt fructus operis iniuncti vnà cum Indulgentia applicetur ipsis animabus est, quia, cùm in indulgentiis requiritur opus aliquod, non necessariò exigitur, vt satisfactorium; sed vt pium, vel conducens ad cultum Dei, &c. quæ compleri possunt absque eo, quòd fructus operis iniuncti applicetur isti Defuncto pro quo quis lucratur Indulgentias.] Ita Ruteus, qui pro hac sententia citat Nugnum, & Filliucium.

3. Nota etiam, Quintanaduenas *in Theol. mor. tom. 1. in Appen tract. 1. dub. 15. n. 3.* docere, quòd cùm conceditur liberatio animæ purgatorij, pro qua dicatur Missa, vel recitetur Corona, aliúdve simile opus fiat; tunc necesse erit substantiam operis, id est, Missam, vel Coronam, seu satisfactionem ex opere operantis ex illa prouenientem, applicari à lucrante quando verò dicitur: Quoties dicet coronam, vel Psalmum liberabit Animam Purgatorij probabile est, non requiri talem applicationem, specificam operis. Ita ille.

4. Et tandem nota id, quod obseruat Lauorius *de Indulg. part. 2. c. 30. n. 120.* vbi sic quærit: [An Missæ, quæ celebrantur in Altari priuilegiato, applicatæ pluribus æquè pariter prosint singulis, ita vt vna Missa, quæ dicitur pro vno, possit prodesse pluribus? Respondetur: Aliqui ita distinguunt: aut sumus in modo congratulationis, & vnica Missa applicata pro vno, prodest omnibus: aut in modo expiationis, & tunc secus. Dicitur per modum expiationis, quando quis applicat Missam pro tali anima; tunc enim illi tantùm prodest, pro qua applicatur, quia expiatur, id est, purgatur, & liberatur illa anima per illud Sacrificium Missæ; ideò Missa relicta pro particulari, non est pluribus applicanda: aliàs esset diuidere aurum, quod debet persolui vni, pluribus.] Hæc Lauorius.

RESOL. VII.

An ex parte defuncti requiratur aliquid, vt Indulgentia Altaris priuilegiati habeat suum effectum?

Idem est dicendum de aliis Indulgentiis. Ex p. 9. tract. 2. Res. 6.

Sup. hoc sup. in Res. 3. cursim in §. vlt. paulò

§. 1. EXistimarunt Henriq de Gandauo *quodlib. 11. q. 26.* Caietanus *tract. 16. de Indulg. q. 5. vers. quoad tertium.* Nauarrus *de Indulgentiis, notab. 22. n. 42.* & alij suffragia specialiter quibusdam Defunctis applicata, non habere in illis effectum, nisi meritum aliquod præcesserit? eas autem solas dicunt meruisse, quæ, dum viuerent, sollicité curarunt satisfacere pro peccatis, & deuotionem habuerunt ad suffragandum Defunctis, &c. Idem docent de indulgentiis, quas dicunt illis etiam solis prodesse, quia in vita habuerunt deuotionem erga Claues Ecclesiæ donatiuas Indulgentiarum: illas autem, quæ, dum viuerent, nullam curam Defunctorum habuerunt, nec satisfacere pro peccatis studuerunt, docent non iuuari aliorum suffragiis, licèt specialiter pro illis fiant; idque in vindictam indeuotionis, & incuriæ.

2. Verùm hæc doctrina non est admittenda, vt non admittunt Henriquez, Valentia, Suarez, Coninch, & Layman, quos citat, & sequitur Castrus Palaus *to. 4. tract. 24. disp. vnica, punct. 10. n. 11.* cui adde Granadum *in 3. p. Contr. 12. tract. 5. disp. 6. n. 2.* Lauorium *de Indulg. p. 2. cap. 30. n. 118.* Lessium *in 3. p.* D. Thom. *c. 5. de Indulgent. dub. 3. n. 41.* Et ratio est: quia ad Indulgentiæ applicationem solùm requiritur ex parte eius, cui est applicanda, ne ponat obicem: quia est quædam liberalis donatio, & pœnarum remissio. At eo ipso, quòd caret peccato, non ponit obicem. Ergo negligentia præcedens obstare non potest, quandoquidem peccatum mortale non constituit. Quòd si de facto mortale fuit, per pœnitentiam deletum est. Neque contrarium docuerunt Augustinus *in cap. Non æstimemus. 13. q. 2.* & Gregor. *lib. 4. Dial. cap. 39.* sed affirmant, non prodesse orationes, & Sacrificia iis, qui in vita consequendo gratiam, non compararunt, vt prosint: de hac vero negligentia in satisfaciendo, nec verbum loquuti sunt. Itaque contra Caietanum, Nauarrum & alios assero, quod sacrificia, & suffragia effectum sortiuntur in subiecto capaci, in quo est nullum impedimentum: sed in animabus Purgatorij nullum est impedimentum, cùm sint in statu gratiæ: ergo in illis sortiuntur effectum. Nec est, quod dicat Caietanus, defectum deuotionis prædictæ erga Defunctos esse impedimentum: non enim est impedimentum ex natura rei vt constat, cùm omnes animæ Purgatorij, ratione solius status gratiæ, sint æquè capaces, & susceptiuæ fructus Sacrificiorum, & suffragiorum; neque est ex ordinatione diuina, cum nullibi constet, Deum ita ordinasse; proindéque non est temerè asserendum. Deinde deuotio præhabita erga Defunctos potest quidem in animabus habere rationem cuiusdam dispositionis moralis ad specialem aliquem effectum; non sequitur tamen, defectum illius deuotionis in aliis animabus dicere impedimentum ad recipiendum fructum sacrificiorum, & suffragiorum, qui illis specialiter applicatur. Et licèt verum sit, congruum esse, quod Deus specialiter remuneret deuotionem eorum, qui in vita fuerunt affecti erga animas Purgatorij; suppetunt tamen alia media, quibus Deus eam deuotionem remunerare potest, absque eo, quòd dicatur, Sacrificia, & suffragia illis solis prodesse, non autem aliis, licèt specialiter illis applicentur.

3. Ad argumenta Caietani respondeo, quòd falsum est, animas Purgatorij, eo ipso, quòd sunt in statu gratiæ, meruisse solùm, vt suffragia illis applicata prodesse possint, non autem vt actu prosint. Ad confirmationem respondeo, subtilitatem illam esse hîc frustraneam: potest enim statui gratiæ, cui respondet præmium essentiale, respondere etiam effectus accidentalis; vnde meritum hîc non dicit dispositionem aliquam veram, & positiuam, sed tantùm capacitatem, quæ in animabus à statu gratiæ oritur. Ad aliam rationem desumptam ex verbis D. Th. *in 3. p. q. 52. art. 8. ad 1.* colligitur, Christum descendendo ad Inferos, liberasse quasdam animas, ratione deuotionis præhabitæ, dum viuerent, ad mortem suam; id ex speciali priuilegio

uilegio fieri debuit, & ob descensum Christi extraordinarium ad Inferos; quod non inducit legem communem, quam constituere vult Caietanus. Ergo.

4. Et ideo, præter Doctores citatos, nostram sententiam tenet Philippus de la Cruz *in Thesauro Ecclesiæ. tr. 2. §. 6. n. 5.* vbi ait: [La tercera condicion, dizen algunos, es, que para ganar las Indulgencias, y conseguirlas, ayan tenido à las animas particular deuoció, y aficion, y que parece cosa justissima el, que se aya tenido, y cosa indigna, que aprouechen las Indulgencias à aquellos, que no tuuieron cuidado de fauorecer à sus hermanos, y no lo haziendo, parece hazian menosprecio dellas, pues no cuidaban de alentar à las animas de sus amigos, y compañeros, y fieles hijos de la Iglesia. Esta dottrina me parece aspera, por auer muchos tan descuidados, no solo de las animas, pero de la suya propria, que insta, y apriera mas la dificultad, y es cierto que en el resto de su vida no se acuerdan mas que de sus gustos, y entretenimientos, con ello passan hasta el fin de sus dias, los quales por dispensacion soberana murieron confessados, y con los Sacramentos, y bastante contricion, y suficientes diligencias para saluarse, y estas almas sufriendo penas, y siendo ayudadas de la Iglesia con sufragios, oraciones, e Indulgencias, salen de las terribles penas que padecen. Mas, que no hallo yo por donde aya obligacion a que yo ruege por las animas, ni es precetto, porque si assi fuera, ò estuuiera debaxo del, ò se aconsejara el que huuiesse esse cuidado, antes se vè, que los Rezos de Difuntos, que obligan à pecado mortal à los Ecclesiasticos en el Coro; fuera no obligan à pecado; y si fuera cosa vniuersal obligara (sacando el oficio de cada año, que les obliga vn dia despues de todos Santos.) Y assi no interuiniendo precetto, no ai pecado, y las animas iustamẽte padecen, y aunque yo aconsejo seruegue por ellas, no lo aziendo, no incurren en cosa, como enseña Nauarro, y Zerola, porque el que justamente padece, no ai obligacion à librarle, como dizen Maldero, Nauarro, y Sà, y las animas en Purgatorio, justamente padecen, y assi ignorantemente algunos se acusan de no socorrerlas: lo otro, que si obligara, dello huuiera precetto, y como de pecado se acusaran, vemos que se descuidan, y à ello no se obliga. Luego no es razon, que esta alma carezca de vn bien tan grande, como de los sufragios, y Indulgencias, solo por auer sido descuidado de rogar por las animas, y parecera indigna, y iniusta cosa, que carezca, que el que assi muere (que ay dolor, ay muchos, y que no se acuerda de las animas de sus hermanos, y compañeros, y tal vez padre, y madre, y hermanos) fuesse pribado destos singulares beneficios; y assi dize, que fue el que mouio esta opinion, concluye diziendo, que si bien esta dottrina es probable, pero que la contraria es mas padiosa, y que nos es justo, y razon, que porque vno aya sido floxo, y descuidado de rogar à Dios por las animas, ni acordado dellas, no aya de participar en la otra vida de los sufragios, oraciones, ni Indulgencias como ellas, lo qual seria de gran desconsuelo para todos.] Hæc ille. Vnde non est audiendus Caietanus, & alij.

RESOL. VIII.

Missa celebrata in Altari priuilegiato cui prodest, si anima, pro qua offertur non existat in Purgatorio? Difficultas tamen existit, quomodo satisfactiones illæ applicentur animabus indigentibus, & derelictis, an scilicet Deus ex misericordia, sola sua voluntate id præstet, vel alia ratione id faciat? Ex p. 9. tract. 2. Res. 7.

§. 1. AD hoc dubium respondet Rubeus *de fructu, & applicatione Sacrificij Missæ, lib. 3 disp. 2. quæst. 2. dub. 4. num. 12.* credibile esse, fructum Sacrificiorum, & suffragiorum applicatum iis, in quibus non habet effectum, vel quia sint in Cœlo, vel in Inferno; ex diuina misericordia aliis indigentibus applicari, pro quibus non fiunt suffragia. Ita D. Thomas *in 4 dist. 45. quæst. 3. ad 2.* Eum sequuntur Adrianus *quodlib. 8. art. 4.* Corduba *lib 1. quæst. 3. opin 5. §. Et de residuo.* Fraxinellus *sect. 3. §. 11. num. 3.* &c. Probat D. Thomas ex Damasceno, *Serm. de dormientibus*, vbi ait: [Deus, tanquam iustus, commetietur impotenti possibilitatem, tanquam suscipiens verè defectum, commutationem negotiabitur:] Et hanc negotiationem in hoc consistere docet D. Thom. vt quod deest vni, alter suppleat: hoc enim, licèt non sit certum; est tamen rationi satis congruum, maximè de fructu satisfactionis respondente suffragiis viuorum; tum, ne satisfactiones illæ priuentur solo fructu, quo tamen tam multæ animæ in Purgatorio indigent: tum etiam, quia animæ illæ derelictæ, quæ à nullis specialiter iuuantur, merentur specialem fructum aliunde recipere: nullus autem commodiori, & faciliori modo applicari potest, quàm ille.

2. Difficultas tamen existit, quomodo satisfactiones illæ applicentur animabus indigentibus, & derelictis; an scilicet, Deus ex misericordia, sola sua voluntate, id præstet, vel alia ratione id fiat. Puto igitur, Deum sola sua voluntate applicationem illam non facere: quia in huiusmodi habet solùm rationem causæ vniuersalis, quæ proinde determinari debet ad effectum per causam particularem; ideóque meliùs dicendum est, Deum ad satisfactiones illas applicandas aliis, determinari ad instar causæ vniuersalis; idque duplici capite, primò ab ipsis Beatis, quando, scilicet, suffragia fiunt pro animabus, quæ sunt in Cœlo: dici enim potest, satisfactiones illas à viuis per applicationem esse donatas illis animabus, quæ illas, Deo annuente ex misericordia, animabus magis indigentibus & derelictis applicant: & hic modus videtur bonus: quia tamen non comprehendit satisfactiones applicatas damnatis, qui eas non possunt aliis applicare; ideò secundò dici potest, satisfactiones illas à suffragantibus sic applicari Defunctis vt casu, quo ij, quibus specialiter applicant, non indigeant: voluntate quadam interpretatiua, aut virtuali, intendant eas applicare animabus in Purgatorio magis indigentibus, & derelictis. Et ideò, vt in simili euentu non oriantur difficultates, obseruandum esset in praxi, quod aduertit Philippus de la Cruz *in Thesaur. Ecclesiæ, tract. 2. §. 6. num. 5.* vbi sic ait: [Deurian los Christianos, y fideles, todas las vezes que ofrecen Missas, Indulgencias, y otras cosas por vna alma, ofrecerlas con esta condicion determinada, diziendo, que lo ofrece por tal, ò tal alma, si estan en penas de Purgatorio, y sino estuuieren por tal, ò tal, ò tales, y faltando ellas, por otros, y sino por el alma, que mayor necessidad tuuiera: y assi con esta succession siempre tendra objeto determinado, porque no suceda, que non auiendo menester el alma aquel Sacrificio, ò Sacrificios, Bula, ò Bulas, ò Indulgencias, se bueluen al tesoro de donde salieron y assi conuiene, que siempre se determine en particular por quien fuere su voluntad, y gusto.] Ita ille, & benè quidem.

3. Et tandem Lauorius *de Indulg. part. 2. cap. 30. num. 140.* sic asserit: [Dices, si anima, pro qua fit suffragium, non sit in purgatorio, quibus suffragatur? Respondetur, vel suffragari illis, quibus intendit suffragans tacitè, vel expressè, siue in genere, siue in specie: satis est enim, si applicet sibi coniunctis vel magis indigentibus; vel, si nemini applicatur, dispensabitur

alijs indigentibus per diuinam misericordiam : vel quòd si suffragans non habeat intentionem suffragandi alicui, per diuinam misericordiam dispensatur aliis indigentibus.] Sed descendamus ad alios casus magis particulares, & practicabiles.

RESOL. IX.

An in Altari Priuilegiato pro defunctis satisfaciat, si quis celebret Missam, quæ non sit de Requiem, licet in Indulto non exprimatur ?

Et an in dicto Altari Priuilegiato possit dici Missa de Requiem in die festo duplici, & de præcepto, qui incidit in die assignato pro dicto Altari Priuilegiato ? Ex p.4.tract.4.& Misc.Res.233.

Sup. hoc in Res. seq. & inf. in Res. 33. §. vlt. & in Res. 41. à §. Nec desera.

§.1. HIc casus est practicabilis, & negatiuè respondit sacrâ Cardinalium Congregatio Rituum *in vna Pistorien.* 1. *Iunij* 1601. *& in vna Toletana* 13. *Iulij* 1601. sic asserens: Missa celebrata in Altari Priuilegiato pro defunctis non suffragatur, nec indulto satisfit, nisi sit de *Requiem*, licèt in indulto non exprimatur.

2. Notandum est etiam hîc obiter, Missam de *Requiem*, in Altari Priuilegiato non posse dici in die festo duplici, & de præcepto, qui incidit in diem assignatum pro dicto Altari Priuilegiato. Ita dicta sacra Congregatio *die* 25. *Aprilis* 1626.

RESOL. X.

An Missa celebranda in Altari Priuilegiato pro liberanda anima Purgatorij sit necessario dicenda de Requiem ?

Et colligitur celebrantem pro defuncto accipere maiorem fructum ex Sacrificio, quam si pro viuo celebraret.

Difficultas vero est in diebus, qui non sunt Dominici, & duplices, an teneatur Capella dicere Missam votiuam, vel de Requiem, si in institutione dictæ Capellaniæ dicitur, vt sint de Requiem, vel votiuæ ?

Et quæ Missa ex supradictis magis prosint defuncto ?

Idem dicendum est, quando quis accipit stipendium pro dicenda Missa votiua, an possit dicere aliam currentem in illo die ? Ex p.9.tract.2.Res.8.

Sup. hoc in Res. præterita, & in aliis eius not.

§ 1. AD hoc dubium sic respondet Philippus de la Cruz *in Thesauro Ecclesiæ, tr.* 2. §. 6. *n* 7. [Difficulta es, si las Missas, que se mandan dezir por alma en los Altares priuilegiados, necessariamente han de ser de *Requiem* ? A lo qual respondo, que si en la Bula de su concesion dize, que la Missa aya de ser de *Requiem*, lo ha de ser porque essa es la intencion de su Santidad, como he dicho de los Iubileos: y no lo siendo no aprouechará al alma, en orden à la Indulgẽtia, aunque el Sacrificio si; y entónces será, como si tal gratia no se huuiesse concedido. Pro manera que si dize en la Bula, que ha de ser de *Requiem*, lo ha de ser, como buy bien enseña Rodriguez.] Aduertendum tamen, quòd si Bulla dicatur, quòd Missa sit de *Requiem*, vt dicitur pro Defuncto, necessarium est quòd hæc Missa dicatur : alioquin, quoad Indulgentiam minimè defuncto proderit.] Pero no se expressando, bien si puede desir la Missa de Santo, ò Santa i valdra tanto como lo otra, y en mi opinion le aprouechara mas : porque segun vna ley el beneficio que haze el Principe ne, se ha de restringir, ny coartar, sino dilatar, como en ello no aya malicia, y los disponen los sacros Canones, y mas si es de mayor vtilidad, como en lo dicho, que por interuenir la intercession de los Santos, les son mas vtiles.] Ita ille, cui adde Hieronymum Garciam *in Summ. mor. tract.*3.*diffic.*11.*dub.vlt.num.*12. Fagundez *lib.*3.*cap.*9. *num.*7. Marchinum *part.*2.*cap.*24.*num.*7. Lauorium *de Indulg.p.*2.*cap.*30. *n.*114. Quintanaduenas *in Theol. mor.tom.*1.*tract.*4.*Appendicis, dub.*2.*num.*6. Hieronymum Rodriquez *in Compen.qq.Reg.resol.*77.*num.*70. Trullench *in expos.Bull.defunct.dub.*5.*n.*6. Zerolam *in praxi, part.*2.*verb.Missa* §.7. Fragosum *de Republ. Christian.tom.*2.*part.*2 *lib.*8 *disp.*19.§.7.*n* 19. Zipæum *tom.*2. *Responsionum, de iure Canonico, lib.*3. *de Pœnit. & remiss.responsa.*5.*num.*1. Bariolam *in Aphorismis pro vtroque foro, litera M. verb. Missa*, §.5. Naldum *in Summ.verb.Missa, n.*21. Nauarrum *cons.*37.*de Pœnit.* Bordonum *in consiliis Regularium, tom.*1.*res.*91.*n.*6. Syluium *in res.mor.tom.*2. *verb. Altare Priuilegiatum,* 1. asserentes, quòd quando tenor priuilegij exprimit Missam de *Requiem*, aut de Mortuis esse dicendam, eo casu non satisfit Altari Priuilegiato dicendo aliam Missam, etiam concurrentem : quia videtur apponi Missa talis generis pro forma, qua non seruata, nihil fit, secundùm vulgata iura. Quandò genus Missæ non exprimitur, sed tantùm dicitur, quòd in eo Altari celebretur pro fidelibus Defunctis, eo casu Sacerdos celebrans satisfacit suæ obligationi, & Altare Priuilegiatum prodest Defunctis. Ratio est : quia non minùs satisfactoria est quælibet alia Missa pro defunctis, quàm illa de *Requiem*.

2. Sed, his non obstantibus, extant declarationes Sacræ Congreg. Rituum quas affert Barbosa *collect.*478. *n.*1. asserentes, Missam pro defunctis celebratam in Altari Priuilegiato, non suffragari, nisi sit de *Requiem*, licèt in indulto non exprimatur. Et ideò Lezana *in Summ. tom.*3. *verb.Altare, num.*19. sic ait; [Altaria Priuilegiata sunt illa quibus concessa est Indulgentia plenaria pro mortuis. Quamvis autem aliqui existiment, non esse necessarium ad consequendam hanc Indulgentiam, dicere potius vnam Missam quàm aliam ; sed per quãcunque Missam obtineri posse hanc indulgentiam ; idque, speculatiuè loquendo, probabile videatur : nihilominus, quia Sacra Congreg. sæpiùs declarauit, in Altari priuilegiato debere celebrari Missam de *Requiem*, alias indultum non suffragari Defunctis, etiamsi in indulto id non exprimatur : ideò his Decretis obtemperandum est.] Ita ille. Ego vt verum fatear, priori sententiæ libenter adhærerem : sed, quia veneror Oracula Purpuratorum Patrum, suppositâ veritate dictarum Declarationum Sacræ Congreg. non audeo ab illis discedere : & ideò puto Missam de *Requiem*, dicendam esse; & ita, me citato, tenet Franciscus Nigro *in addit.* ad Petrum Ruyz *p.*1.*regul.*8.*n.*1.& penes eum amicissimus P. Trimarchi, licet si non extarent, vt dixi priori sententiæ prorsus adhærerem, cùm sit communis inter Doctores : & nouissimè, me citato, Pater Pellizarius *in Man.Reg.tom.*1.*tract.*5.*cap.*9.*sect.*3.*num.*31. illam teneat, nonobstante supradicta declaratione Cardinalium, cùm, ait ipse, non faciat legem vniuersalem, sed tantùm opinionem probabilem.

3. Notandum est hîc obiter, pro Defunctis communiter dicendas esse Missas de *Requiem* ; tum, quia specialiter ad id ordinatæ sunt ab Ecclesia : tum etiam, quia in illis preces speciales pro defunctis fundantur; & ea ratione Sotus *dist.*45.*q.*2.*art.*3. vocat eas Missas magis meritorias, & satisfactorias pro Defunctis : aliunde tamen fieri potest compensatio per hoc, scilicet, quòd Missæ de Sanctis communiter fiunt maiori cum deuotione ; Missæ verò de *Requiem* ex quadam consuetudine non ita excitant ; deinde putandum est, Defunctos plurimùm iuuari precibus Sanctorum, in quorum honorem Missæ dicuntur : & hac in re consulendum esset, quod docet Fraxinell. *sect.*4.§.4.*n.*20.

vt

vt pro Defunctis dicantur Missæ in honorem eorum Sanctorum, quos in vita in suos patronos elegerant, quibus magis erant addicti: quia in compensationem deuotionis illius præhabitæ, maiori ex animo Sancti illi suis precibus liberationem illarum animarum procurabunt. Ex dictis collige, Sacerdotem celebrantem pro Defuncto recipere ex Sacrificio maiorem fructum, quàm cùm pro viuo celebrat: quia celebrans pro viuo, fructum gratiarum præuenientium satisfactionis, & impetrationis illi applicat: celebrans verò pro Defuncto solùm fructum satisfactionis illi applicat, proindéque omnis alius fructus Sacrificij remanet ipsius Sacerdotis, quem potest non solùm sibi, sed & alteri vlteriori intentione applicare. Et hæc omnia docet Rubeus *de fructu, & applicatione Sacrificij Missæ, lib.3.disp.4.n.3.*

4. Sed non deseram hic apponere verba docti viri Hieronymi Garciæ *in Sum.mor.tract.3.diffic.11.dub.4.* n.1. vbi sic ait: [La dificultad solo està en los dias, que no son dobles, ni Dominicas, si tendrà obligacion el Capellan de dezir Missa votiua, ò de *Requiem*, porque la institucion dize, que sean votiuas, ò de *Requiem*? lo mismo es, quando vna persona deuota me da vn real, ò la limosna competente, para que le diga Missa votiua, ò de *Requiem*, y yo recibo la limosna sin animo de obligarme, sino solo acceptarla, y dezir la Missa que pudiere, ò deuiere: Angelo, Aragon, Nauarro, Azor, Perez, Rodriquez, Henriquez, y otros que refieren, y siguen Cartillo, dizen que si, y se inclinan à esto Nauarro *in Sum.cap.25. n.134.* porque han de cumplir lo que prometen, ò por lo menos acceptan, y pues pueden hazerlo licitamente, que deuen hazerlo, y que no cumplen de otra manera: lo vno, porque la voluntad del testador no se ha de mudar sin causa: y lo otro, porque ya la Iglesia tiene ordenadas estas Missas para los Difuntos, y *cæteris paribus*, les son mas vtiles. Pero lo contrario, de que con la Missa del dia cumpla el Capellan, y otro qualquier Sacerdote, que no pretendio obligarse à ello, ni lo jurò; aora simple, ò sea, es mucho mas comun, y prouable.] Et, me etiam citato, adducit plures Doctores: & postea subdit: [A las razones contrarias respondo, que no promete el Sacerdote dezir Missa de *Requiem*, con animo de obligarse à ello, solo por la vrbanidad dize que si, pero su fin es hazer lo mejor, y lo que le serà mas vtil al Difunto, como queda esplicado *n.3.* y pues lo es tanto dezir Missa de tempore, como de *Requiem*, no haze agrauio al Difunto, y por aqui se ha de regular la voluntad del testador, y esta hemos de creer, que es su mente, y esto no es mudar, sino mejorar su voluntad. A lo de la promessa ya queda respondido. A lo vltimo, de que son las Missas de *Requiem* mas vtiles, no es cierto: *imo potius*, lo contrario *in propriis terminis* tiene Philippus de la Cruz *tract.de Purg.§.6.* n.6. donde cita à Syluestro, y por lo menos para nuestra eusion, basta que sean tan vtiles las de Santis, y puesto que no se haze agrauio, y por otra parte se ajusta vno à las rubricas, muy licito es, y se cumple suficientemente.] Ita Garcias.

RESOL. XI.

An pro Altari Priuilegiato numerus Sacerdotum expressus in Diplomate sit de necessitate?

Et explanatur, quid sit dicendum de hospitibus Sacerdotibus Regularibus quoad prædictum numerum?

Et an Prouincialis possit in quouis Conuentu suæ Prouinciæ vni Altari Priuilegiato?

Et docetur, quod si Superior localis à suo Prouinciali petat Sacerdotes ad complendum numerum pro quiete suæ conscientiæ, & illi prouisum non fuerit, adhuc satisfaciat pro Altari Priuilegiato? Ex part.9.tract.7. Resol.9.

§.1. AFfirmatiuè ex Rodriquez, respondet Lauor. *de Indulgent.part.2.cap.30. num.145.* Idem docet Zipæus *tom.2.responsorum, lib.5.tit.de pœnitent. & remiss.resp.5.num.2.* explicando enim aliqua verba in Diplomate Altaris Priuilegiati apponi solita, sic ait: [Conditio priuilegio adscripta, dummodo in ea Ecclesia quindecim Missæ quotidie celebrentur, non deficit, si quando contingat, non tot celebrari fortuitò, non communiter: quippe hæc accipienda sunt moraliter, vt frequentiùs accidunt, *l.3.4.5. & 6.ff. de leg.* nam alioquin nullibi obtinerent, cùm feria 5. Cœnæ Domini, & Sabatho sancto vnica tantùm debeat fieri Missa, & in Parasceue non fiat consecratio. Verba hæc: *Vt quandocumque Sacerdos eiusdem Ecclesiæ dumtaxat ad ipsum Altare celebrabit*, &c. *anima Indulgentiam consequatur*, in proprio sensu accipienda sunt, vt, quamuis Religiosi istius Ordinis hospites subiiciantur Superiori loci, vt ab eo corrigi, & absolui etiam à reseruatis possint; non tamen hanc Indulgentiam consequi: quia Sacerdotes non sunt istius Ecclesiæ: seu ad ibi residendum à superioribus destinati, capaces electionis, & similium actuum, qui Religiosis istius Conuentus proprij sunt: frustrà alioquin adiecta fuisset restrictio.] Ita Zipæus, cui addè Syluium *in resol.mor.tomo 2.verb.Altare Priuilegiatum, 2. ad quæstiones 2.3. & 4.*

Sup. hoc in tom.2.tr.1. Res.73. à princ. & ibi in tr.2. Res. 46.§. pen. in eius princ. & in fin. penultimis.

2. Sed contrariam sententiam tenet Bordonus *in consiliis Regularium, tom.2. resol.91. num.8.* asserens: [Quando conceditur Altare priuilegiatum alicui Ecclesiæ, in qua debeant manere, & celebrare tot Sacerdotes, an valeat priuilegium, si tot non adsint Sacerdotes, quot numero exprimuntur in Literis Apostolicis, vel si adsunt, celebrent extra Ecclesiam priuilegiatam? Respondetur: Quando in Breui exprimitur Sacerdotum numerus tantùm narratiuè desumptus ex supplicatione petentium priuilegium, eo casu ille numerus non est conditio necessaria ad valorem priuilegij; cùm verè non sit conditio, sed potiùs narratiua ex supplicatione, quæ nec conditionem, nequeius facit, ex cap. *Ex literis 3. de fide instrum.* Et regulariter numerus Sacerdotum expressus non est essentialis conditio necessaria ad valorem priuilegij: aliter sequeretur inconueniens, quòd Ecclesia perderet huiusmodi priuilegium iam ritè acquisitum, si ab initio non habuisset tot Sacerdotes, quot numero in Breui exprimuntur, in casu, quo sine culpa, aut negligentia, desinerent ibi esse Sacerdotes iuxta præfixum numerum. Vel dic, quòd sufficit, ab initio tot de familia fuisse Sacerdotes pro seruitio Ecclesiæ, quot exprimuntur in Bulla Altaris: quia sufficit, conditionem semel adimpletam fuisse, licèt postea desit, *l. Si quis hæredem, ff. de institut. & substit.* in casu, quo Bulla contineret verè conditionem. Quòd si Superior localis à suo Prouinciali petat Sacerdotes ad complendum numerum pro quiete suæ conscientiæ, & illi prouisum non fuit, adhuc satisfacit pro Altari priuilegiato, quia códitio, cùm non stat per eum, ad quem pertinet quominùs impleatur, haberi debet perinde ac si impleta fuisset, *de reg. iur.66. l. Iure ciuili. ff. de condit. & demonstr.* In Conuentu nostro Sanctorum Cosmæ, & Damiani Regij habetur Altare priuilegiatum cum numero septem Sacerdotum, & provt collegi ex tenore verborum eius, numerus iste exprimitur tantùm narratiuè, attenta petitione facta à Fratribus, & sic tollitur scrupulus, si ibi non possunt morari septem Sacerdotes. Demum quando satisfaciunt obligationibus Altaris, & aliis ordinariis, sine præiudicio priuilegij possunt extrà celebrare; & finis Papæ priuilegium indulgentis exprimendo tot Sacerdotes, in eo cõsistit,

vt

vt satisfiat occurentibus obligationibus: quod si sequatur effectus huius satisfactionis per pauciores Sacerdotes, nihil detrahitur de priuilegio, si Sacerdotes extra celebrent.] Hucusque Bordonus.

3. Quod autem asserit Zipæus, non esse connumerandos inter Sacerdotes eiusdem Ecclesiæ, illos, qui non sunt à Superioribus assignati, tanquàm de familia; durum aliquibus videtur: quia dum sunt in aliis Conuentibus, vbi non solent residere, ibidem dicuntur esse de familia, & gaudēt omnibus priuilegiis quæ habent alii Religiosi ibidem perseuerantes de familia: tum, quia numerus præfixus in literis Pontificiis Sacerdotum non excludit alios Sacerdotes superuenientes; sed exprimitur, vt commodè satisfieri possit obligationibus contractis, ne defraudētur offerentes, & Defuncti suffragiis priuentur. Et certum est apud dictum Bordonum *tom. 1. resol. 25. quæst. 1. n. 2.* Prouincialem posse in quouis Conuentu suæ Prouinciæ vti Altari Priuilegiato, licèt non sit actu de familia in eo Conuentu, vbi Pontifex requirit pro Altari priuilegiato tot Sacerdotes ibi dē familia, vt aiunt, moram trahentes: quia Prouincialis habet domicilium in quouis Conuentu suæ Prouinciæ, saltem potestate, & habitu, licèt actu, & signatè in certo sibi commodiori ex Prouincia ordinariè moram trahat; neque id est de iure inconueniens, cùm quis in pluribus locis possit habere domicilium. Sed sententiam Zipæi docet etiam Syluius *vbi suprà*. Sed ego puto, quòd loquuntur in ordine ad consequendam Indulgentiam concessam celebrantibus, secundùm verba Diplomatis; non autem in ordine ad valorem Altaris priuilegiati pro Missa, & animabus Defunctorum.

RESOL. XII.

De clausula negatiua similis priuilegij apponi solita in Breuibus Altaris Priuilegiati.

Et an Indulgentia sit latè, vel strictè interpretanda? Ex p. 9. tr. 2. Resol. 10.

§. 1. DE illa loquens Zipæus *tom. 2. l. 5. tit. de pœnitent, & remiss. resp. 5. num. 4.* sic ait: [Hæc autem verba, simili ad præsens priuilegio minimè decorata, an subreptitiam faciant gratiam, cùm nondum finitum esset septennium, ad quod iam antè simile priuilegium erat concessum, satis dubia videntur: quamuis enim significatum dicatur, quando aliud priuilegium esset, datum, & intelligi ex eo posset nondum esse finitum; solent tamen frequenter formularij sollicitatores libellos ad se missos mutare, secundùm verba priuilegij inseri solita: & quamuis etiam dici possit, Ecclesiam non habere priuilegium pro eo tempore, quo petebatur; non tamen sensus ille obuius est, nec solent eum intellectum illa verba communiter generare, secundùm quem intelligenda videntur, *argum. cap. 7. §. de sponsal.* Eóque magis est dubius, quòd etsi quidam Indulgentias existiment, vt fauores, ampliandas; tamen alij, vt Nauarrus *de pœnit. & remiss. conf. 38.* censent strictè esse interpretandas, *argum. c. 1. §. de priuil.* post Gloss. quam dicit receptam, & rursus *conf. 35. num. 3.* quippè tanquàm dispensationes, eóque strictè accipiendas: ideóque securum non videtur eas sine alio Pontificis beneplacito publicare.] Ita Zipæus.

2. Sed aliquibus viris doctis hæc nimis scrupulosè videntur dicta. Et quidem ego adhæreo opinioni asserenti, Indulgentias esse latè interpretandas: & ità tenet ex Suarez, Bonacina, & Nugno, doctus Pater Quintanaduenas *in Theol. mor. tom. 1. tr. 1. Appendicis. singul. 5. num. 4.* quod probatur: quia Indulgentia est res fauorabilis: ergo Probatur antecedens: quia est beneficium Principis: sed beneficium Principis amplissimè est interpretandum, quando fit sine præiudicio tertij, vt habetur *in leg. vltima. ff. de Constitutionibus Principum*: ergo Secundò probatur: quia sine dubio Indulgentia est res fauorabilis; siquidem est opus misericordiæ. Nec obstat dicere, quòd licèt Indulgentia videatur fauor respectu eius, cui conceditur: tamen, simpliciter loquendo, est res odiosa, atque adeò restringenda. Quod probatur ex vsu Ecclesiæ: quia hac ratione in cap. *Cum ex eo, de pœnitentiis, & remiss.* facta est magna restrictio in Indulgentiarum concessione. Et redditur ratio quia per nimias Indulgentias satisfactio pœnitentialis eneruatur: ergo computanda est Indulgentia inter res odiosas. Secundò probatur: quia dispensatio in Iure communi est odiosa: sed Indulgentia est quædam dispensatio in Iure diuino: ergo est odiosa. Non, inquam, hæc obstāt: nam ad primum respondetur, in his rebus attendendum esse ad homines particulares, respectu quorum sine dubio Indulgentia magis est fauorabilis. Et similiter respondetur ad secundum, quòd quando dispensatio in Iure communi ordinatur ad bonum particularium, etiam est fauorabilis.

Sup. hoc inf. in tr. 3. lege doctr. Resol. 16. & §§. eius annot.

RESOL. XIII.

De alia clausula septennij in Breuibus Altaris Priuilegiati, quo pacto sit intelligenda? Ex part. 9. tract. 1. Resol. 11.

§. 1. PRæfatus Zipæus *vbi suprà, tom. 2. disceptationum de Iure Canonico, lib. 5. tit. de pœnit. & remiss. resp. 5. num. 6.* sic asserit: [Iterum hæc verba: *Præsentibus ad septennium tantùm duraturis*, quamuis publicari non possint sine Ordinarij licentia, iuxta Concil. Trid. *sess. 21. c. 9.* & sic computandum videtur posse septennium à die publciationis, cùm aliàs obtineri non posset Indulgentia per septennium præsertim in remotis partibus; quod tamen velle videtur concedens: nihilominùs securum illud non videtur per rationem *c. 7. §. de sponsa.* nam mens Pontificis expressa est, ne valeant vltra septennium: vt totum illud expleant, expressa non est: vt neque, ne qua fiat interruptio inter primi, & secundi septennij priuilegium, incongruum non animaduerti interruptionem, vbi voluntas est. ne sit perpetua, sed tantùm septennalis,] Ita ille. Sed ego non adhæreo sententiæ Zipæi, quam etiam refellit Syluius *in ver. resol. tom. 2. verb. Altar Priuilegiatum, in respon. ad 1.* nam praxis Romanæ Curiæ semper apponit clausulam: *Simili ad præsens priuilegio, vt accepimus, minimè decoratum.* Et ideò expectandum semper foret, donec tempus in priori Breui expressum expirasset, & multæ deinde, septimanæ, vel etiam menses laberentur, donec nouum Breue esset impetratum, & in partes remotas Episcopi loci oblatum.

2. Sed pro explicatione supradictæ clausulæ non deseram etiam hîc apponere sententiam Patris Quintanaduenas, qui explanans similem clausulam appositam in quodam Iubileo quadraginta horarum, concesso ab Vrbano VIII. *in Thel. mor. tr. 2. Appendicis, dub. 3. num. 3.* vbi putat Pontificem in illis verbis: *Præsentibus ad septennium valituris*: non determinare hos potiùs, vel illos annos futuros, & mediatè, vel immediatè sequentes concessionem, vel publicationem: cùm non dicat: *Præsentibus ad septennium subsequens valituris. Præsentibus* sed tantùm. *ad septennium valituris*: Et sensus est, hoc Iubileum, seu huius Iubilei concessionem per septem annos duraturā esse: ac si dicat: *Concedo, vt septem annis hanc Indulgentiam plenariam septies lucrentur fideles in singulis annis.* Sicut, si Rex absolutè alicui concederet, vt per septem

septem annos vectigalium onere eximeretur; annos verò, quoad illorum initium, non determinaret, aut limitaret; posset priuilegiatus eligere septem annos, quos vellet. Si verò in Iubileorum indultis exprimeretur, quòd anni inciperent à die editionis Litterarum Apostolicarum, vel à die publicationis ipsarum in singulis locis, vt exprimitur in Cruciata; non est dubium, quin ab eo die inciperent: intentio enim Pontificis Indulgentias concedentis tunc pateret. Et licèt hæc ita se habeant, consulerem, vt quamprimùm Iubilei indultum ad eos, in quorum gratiam, siue ad quorum instantiam conceditur, peruenerit; publicari faciant à primo anno, in quo Apostolicæ Litteræ sunt receptæ. Si verò Iubilei concessio sit prorogatio alterius, cuius septennium, v.g. nondum sit elapsum; donec elapsum sit non incipiet prorogationis tempus. Et hæc omnia docet Quintanaduenas, qui etiam animaduertit, hos septem annos non interpolatos, sed continuatos debere esse: sic enim receptum est in praxi, ex qua Pontificis intentio apparet, & aliter maxima confusio esset, tum in annorum computatione, tum in Iubilei lucratione. Secundò nota, hos annos, non solares, seu naturales, à concessione, vel publicatione Iubilei computandos, sed molares, aut Ecclesiasticos, incipiendo à die, qua in primo anno obtinetur Iubileum, ad diem illi correspondentem in septimo anno.

RESOL. XIV.

An Sacerdos, qui ex obligatione tenetur celebrare in aliqua Ecclesia, vel Altari, peccet mortaliter alibi celebrando: & in tali casu teneatur aliquid restituere? Et quid, si Altare designatum sit Altare priuilegiatum?

Exp. 10. n. 12. & Misc. 2. Res. 23.

§. 1. HOs casus alibi pertractaui; & quoad Primum affirmatiuè respondi: nunc verò satis probabiliter ad illum respondeo distinguendo cum eminentissimo Domino meo Cardinali Lugo, *de Sacram. Euchar. disp. 21. n. 36.* Nam vel Testator determinauit illum locum, vel illud Altare ob peculiarem cultum illius loci; vel propter commodum populi; vt possit ibi audire Missam, vel propter memoriam suæ Familiæ, ad quam illa Capella, vel Altare pertinet. Et in his casibus fatendum est, non posse absque authoritate illius, qui potest commutare vltimas voluntates fieri illam variationem loci, nisi id rarò fiat; tunc enim non facilè continget peccatum mortale propter paruitatem materiæ: imò si fuisset cum causa rationabili, non erit peccatum veniale: neque enim censetur Fundator voluisse cum tanto rigore obligare suum Capellanum. Si verò ad nihil simile respexit Fundator in designando illo Altari, faciliùs poterit excusari à peccato graui vsitato Altaris, intra eandem tamen Ecclesiam: aliquin, si in alia Ecclesia celebrentur illæ Missæ, videtur non fieri in præiudicium prioris Ecclesiæ, cui acquisitum fuerat illud ius.

2. Ad secundum dubium aliqui negatiuè respondent. Ita Leandrus *de Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 4. quæst. 15.* Sed acutè, & solidè, vt semper solet Ceca illud philosophatur Dicastillo *de Sacrament. tom. 1. tractat. 5. dispat. 4. dub. 21. num. 392. & seqq.* vbi sic ait: In primis, si onus celebrandi in aliquo loco susceptum fuit virtute stipendij hìc & nunc accepti, ita vt ratione obligationis celebrandi in loco tali acceperit maius stipendium, & non celebret in tali loco, cùm posset, & deberet; non video cur non teneatur ad restitutionem illius excessus dati solùm intuitu obligationis celebrandi in illo loco; tunc enim illum excessum sine titulo retineret: non enim titulo meræ celebrationis, & ministerij independenter à loco exhibiti; nam eo titulo sufficiebat stipendium aliàs commune, & minus, & non daretur ille excessus, qui datus fuit intuitu obligationis eundi, & celebrandi in tali loco; quod tamen non fecit: ergo vel debet illum excessum restituere (nisi alia extrinseca ratio excuset) vel debet saltem in tali loco celebrare, si id fiat æquè secundùm voluntatem Institutoris, celebrando ibidem alio die. Dixi, nisi alia extrinseca ratio excuset; nam, si ita celebret in alio loco, vt perinde esse existimet ibi celebrare, atque celebrare in loco, quem designauit Testator, non peccabit, nec tenebitur restituere, si enim Fundator, vel Testator, aut qui dedit stipendium, solùm designauit locum, propter priuilegium loci; vt quia Altare erat priuilegiatum, non habito alio respectu; tunc si Sacerdos celebret in alio simili priuilegiato, aut ex se habeat priuilegium Pontificium liberandi animam à Purgatorio per Sacrum à se celebratum; nullo modo tenebitur ad restitutionem, nec peccabit, etiamsi alibi celebret; implet enim quantum ad substantiam voluntatem Testatoris, quæ solùm respexit ad Indulgentiam illius loci, & tantundem habet ratione priuilegij Sacerdotis, vel alterius loci, vt in simili suprà dicebam. Dixi etiam debere alio tempore celebrare in eo loco, si id fiat æquè secundùm voluntatem Institutoris; nam si occasio, aut tempus finis intenti à Testatore transiuit, iam nihil refert alio tempore ibidem celebrare; v. g. si Institutor voluit certis quibusdam diebus anni propter specialem concursum populi ad aliquem locum in die Festo ibi celebrari Missam; ne magna pars populi Missa non audita discederet, & Sacerdos prætermittat celebrare illis diebus, etiamsi posteà aliis diebus celebret; id non fiet æquè secundùm voluntatem Institutoris, vt patet: deficit enim tempus, & occasio finis intenti. Et eadem ratione, si Capellano, vel etiam Stipendiario assignauit Institutor maius stipendium propter Missam tali loco certa die dicendam in honorem alicuius Sancti; cuius Festiuitas illa die celebratur, & ille prætermittat eo loco, cùm posset per se, vel per alium ibi celebrare; non video, quo titulo possit retinere maius illud stipendium intuitu illius obligationis datum; nec qua ratione possit satisfacere alio die ibidem celebrando, vt non teneatur ad restitutionem illius excessus; cùm iam alio die non requirat Institutor celebrationem in illo loco fieri. Et hæc omnia docet Dicastillus, loco citato. At, vt dixi aliqui ad difficultatem propositam absolutè, negatiuam sententiam docent, nisi tamen Sacerdos teneretur celebrare in Altari priuilegiato; nam in tali casu peccaret contra iustitiam in damnum alterius, & teneretur ad restitutionem.

Sup. hoc in Res. seq. §. Hinc. & in aliis eius not.

3. Sed hanc limitationem non admittit Pater Tamburinus *Opusc. de Sacrif. Missæ, lib. 3. cap. 2. §. 1. num. 9. & sequent.* putat enim Sacerdotem, qui dixit Missam non in Altari priuilegiato designato v. g. à Testatore, ad nihil teneri, sed tantùm peccasse, verùm contrarium docent communiter Doctores; & ita tenet nouissimè Martinus de San Ioseph *in Monita Confessarior. tom. 1. lib. 1. tractat. 17. de Euchar. num. 15.* vbi sic ait: [Quando la fundacion de la Capellania obliga al Capellà que diga las Missas en tal Capilla, ò Altar deue cumplir puntualmente lo ordenado, y le obliga esto à pecado mortal, sino es que le escuse in paruedad de materia; porque haze ley lo determinado por los difuntos en aquel caso, y con essa condicion se admite el stipendio de la Capellania. Però aunque pecando, contrauenga el Capellan en esta parte à lo dispuesto, por el Fundador no estara obligado à restituir; porque no quita nada al mismo Fundador, ni se peca contra justitia, sino contra caridad. Es doctrina comun. Però si mandasse, que se iga Missa en Altar

Sup. hoc inf. in Res. 20. §. 1. & in Res. 35. §. vlt.

Priui

Priuilegiado; y el Capellan no cumpliesse esto, pudiendo, juzgo pue quedarà obligado à restituir, pues pecò contra justicia, por el daño que se sigue al Fundador. Ita ille, qui citat Fagundez, & Riccium; quibus adde Dicastillum *vbi suprà num.* 390. & 393. Marchinum *de Sacrament. Ordinis, tractat. 3. par. 2. disp. 24. n. 7. in fine*, Posseuinum *de Officio Curati, cap. 2. quæst. 2. num. 25.* Fraxinellum *de Sacerdot. obligæ. sect. 4. concl. 5. §. 2.* Iordanum *in Elucubrat. tom. 1. l. 4. tit. 1. n. 559.* qui duo nostram sententiam, quam impugnat Tamburinus, in specie docent, & defendunt.

RESOL. XV.

An Sacerdos institutus, & obligatus ad celebrandum in certo Templo, Oratorio, vel Altari peccet alibi celebrando?

Et an obligatus celebrare in Altari Priuilegiato, possit, & satisfaciat, si celebret alibi cum numismate, vel calculo D. Caroli, vel alterius Sancti?

Et in supradicto primo casu, an possit excusari Capellanus a mortali ex paruitate materiæ, vt si bis, vel ter in anno in tali Sacello, vel Altari non celebret?

Et si non celebret in destinato loco, an teneatur ad aliquam restitutionem? Ex p. 2 tr. 14. Res. 29.

Sup. hoc in Res. præterita, & in aliis eius primæ annot.

§. 1. REspondeo peccare mortaliter, cum Nauarro *cap. 25. num. 134.* Rodriquez *in sum. tom. 4. c. 5. num. 6.* Azorio *tom. 1. lib. 10. cap. 24. quæs. 8.* Iacobo de Grassis *tom. 1. consl. lib. 2. cons. vnic. de patron. num. 15.* Homobono *de exam. Eccles. par. 1. tract. 4. c. 13. q. 125.* Fraxinello *de oblig. Sacerd. sect. 4. concl. 4. §. 9. n. 3.* Fagundez *de præcept. Eccles. p. 1. lib. 3. cap. 9. n. 7.* Ratio est, quia in re magni momenti infideliter agit frangendo promissum.

Sup. hoc in Res. præterita §. 2. ante med. & magis latè in Res. seq. & in aliis eius annot.

2. Hinc à fortiori apparet, me olim cum supradictis DD. rectè respondisse, non satisfacere, qui cùm in Altari, vt dicunt, priuilegiato, accepta stipe Missam dicere debeat, si in alio loco celebret, existimans cum calculo benedicto D. Caroli, vel alterius Sancti animam illius, pro quo celebrare tenebatur, è Purgatorio per modum suffragij eximere posse.

Et sup. contento in hoc §. Puto in Res. præterita, §. 1. cursim post med. Et pro contento in hoc §. vlt. ibid. §. Ad secundum, & in aliis §§. eius annot.

3. Puto tamen ex paruitate materiæ, Capellanum in hoc casu aliquando excusari, vt si, v. g. bis, vel ter in anno in tali Sacello, siue Altari non celebret.

4. Aduerte etiam, vt dictum est, peccare Sacerdotem in designato loco minimè celebrantem, non tamen teneri ad vllam restitutionem, nisi aliquod suffragium defunctis subtraxerit, quia, videlicet, si in designato Altari celebrasset, aliqui ad eum locum conuenissent, vt Sacrum audirent, & mortuos precibus adiuuissent: & in hoc casu debet Sacerdos defectum huiusmodi aliis precibus compensare. Ita DD. citati.

RESOL. XVI.

An Sacerdos institutus, & obligatus ad celebrandum in certo Altari priuilegiato pro animabus Purgatorij satisfaciat obligationi, si alibi celebret cum calculo, v. g. Diui Caroli, liberante animam à Purgatorio? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res 40.

Quæ hic est Res. antecedens, §. Hinc & sup. in Res. 14. §. 2. ante med. & inf. in duab' Res. seqq.

§. 1. NEgatiuam sententiam docui *in 1. part. tract. 14. resolut. 29.* sed me non rectè respondisse docet Megalius *variarum resolut. tom. 2. resolut. 187. n. 20.* quia in tali casu à Sacerdote promissio & obligatio sufficienter seruatur per æquipollens.

2. Sed hæc opinio Megalij esset vera, quando ille, qui petit Missam in Altari priuilegiato, vniuersaliter loquutus sit, & nullum Altare particulare determinasset, vt obseruat Fraxinellus *in nouiss. editione de Sacerdotum obligatione*, &c. *sect. 4. concl. 4. §. 9. num. 3.* quod etiam innuit noster Alphonsus de Leone *tract. de Iubileo, part. 3. num. 29.* Secus autem si postulasset vt in hoc, vel illo Altari celebraretur, vel quia suum est Altare, vel quia voluit illud honorari, & coli, tunc enim in petito Altari, & non alibi cum calculo benedicto celebrandum est, alioquin intentioni, & voluntati petentis Missam non satisfieret, vnde patet responsio ad rationem Megalij negando in hoc casu Sacerdotem seruare promissum per æquipollens, & ita nostram sententiam præter Fraxinellum docet etiam nouissimè in terminis, vt dici solet, terminantibus, Homobonus de Bonis *in consultat. casuum conscientiæ, volum. 2. part. 5. respons. 60. & in exam. Eccles. part. 1. tr. 4. cap. 13. quæs. 123.* & alij.

3. Quòd verò ego *vbi suprà* sim locutus in casu quo Sacerdos debebat celebrare in certo Altari Ecclesiæ assignato, eo modo quo suprà asserunt Doctores citati, patet ex titulo resolut. vbi dicitur an Sacerdos institutus, &c. & ex ipsis Doctoribus quos ibi pro mea sententia citaui, qui in tali casu loquuntur; non ergo, vt asserit Megalius, in dicto casu malè responsum dedi.

4. Ad id verò quod ipse asserit me non bene excusare Capellanum ab omni peccato si celebret bis, vel ter in Sacello, vel Altari non designato, respondeo quòd ego supradictum in tali casu excuso ex paruitate materiæ: ergo suppono peccare venialiter, vt certum est peccare omnes qui aliquam obligationem, vel præceptum transgrediuntur ratione paruitatis materiæ, & aliud dicere, est quærere nodum in scirpo.

RESOL. XVII.

An Sacerdos obligatus celebrare in Altari Priuilegiato satisfaciat, si celebret alibi cum numismate, vel calculo Priuilegiato? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Resol. 12.

§. 1. REspondet affirmatiuè Marchinus *de Sacramento Ordinis tract. 3. part. 2. cap. 24. num. 3.* quia iste Sacerdos non violat fidem datam nisi materialiter: nam formaliter loquendo iste implet testatoris voluntatem, qui aliud non intendebat, nisi liberari è flammis Purgatorij, quam liberationem Sacerdos celebrans, & vtens numismate, vel calculo priuilegiato æquipollenti medio à Deo impetrat. Neque verum est damnum aliquod inferri animæ testatoris, quia vel hoc damnum sequitur illi ratione inæqualis sacrificij, & hoc non, quia Missa in vtroque Altari facta est eiusdem valoris: vel attenditur hoc damnum, eò quòd aliud altare, in quo celebrauit, non sit priuilegiatum, & hoc neque; quia liberatio animæ è Purgatorio medio calculo, vel numismate à Papa benedicto est æque certa & infallibilis, atque eiusdem prorsus vtilitatis cum illo, quæ medio Altaris priuilegio habetur; & nihil refert quid ex æquipollentibus fiat *ex leg. finali, §. finali, ff. mandati.* Et licèt inæqualis esset certitudo inter Numismatis & Altaris priuilegium; attamen non cogor eligere certiorem partem, sed sufficit eligere probabilem, vel me non habere rationabile dubium rale numisma non esse priuilegiatum, cùm illud acceperim à fide digno; secùs in omnibus rebus esset ambigendi locus, & de ipso Altaris priuilegio, vel Bullæ circunstantiis posset eriam quis dubitare non secus ac de ipso Numismate. Ita Marchinus, qui me citato solùm excipit casum, quo fuerit electus locus, seu Altare priuilegiatum causa cultus diuini eiusdem loci.

2. Non desinam tamen admonere contrarium fuisse determinatum Bononiæ in casibus conscientiæ ibi discussis

cessissis anno 1634. mense Februario *cas. 1. fol. 9.* quia non est ita certum priuilegium numismati concessum sicut certum est moraliter priuilegium altaris. Sed Marchini sententiam probabilem esse puto, quam nouissimè cum limitatione à me superiùs adducta, tenet Ant. Rut. *de Fructu Sacrif. Missæ lib. 3. disp. 3. q. 3. n. 10.*

RESOL. XVIII.

An Sacerdos, qui debebat celebrare in Altari priuilegiato, satisfaciat obligationi dicendo Missam in alio Altari cum Indulgentia apposita alicui Medaliæ?

Et aduertitur Sacerdotem non satisfacere, qui obligatus ad Missam priuilegiatam applicat ipsi defuncto Indulgentiam plenariam aliunde acquisitam, vt per visitationem Ecclesiæ, &c. Ex p. 9. tr. 2. Res. 12.

NEgatiuam sententiam docent Gauantus, Homobonus, Bonac. & Cardinalis Lugo, quos adducit Hieronym. Garcias *in summa morali, tract. 3. disc. 1. dub. vlt. n. 24.* quibus adde Lezanam *in summa, tom. 4. verb. Missa, n. 45.*

2. Sed ego non recedo ab affirmatiua sententia, quã olim docui, & quam, me citato, tenet nouissimè doctus Pater Garcias, *vbi suprà, n. 25.* [Porque esto Sacerdote (ait ipse) no violò la fe dada, sino solo materialmente, pues es cierto, que formalmente hablando y à cumplia la voluntad del testador, el qual no pretendio otro, que librar su alma de Purgatorio por medio del Sacrificio; aora que sea por priuilegio de Altar, y de Medalla, ò cuenta, es acidentario. Ni obsta dezir, que se haze agrauio al testador, porque este agrauio, ò resulta de la desigualdad del Sacrificio, y esto no se puede dezir; porque el Sacrificio es de igual valor en qualquier parte que se diga: ò resulta de que en el otro Altar donde dize Missa, no es priuilegiado, ni esto tam poco es cierto: porque el sacar anima de Purgatorio igualmente lo concedo el Pontifice al Altar, y à la Medalla, y aunque pueden dezirme que la Indulgencia de la Medalla, o cuenta, no es tam cierta como la del Altar, però esto puede ser falso, porque si a mi me consta, ò porque me halle en Roma, quando bendixo el Pontifice la cuenta, ò Medalla, ò me la ha dado vna persona de quien tengo grande satisfacion porque no ha de ser tan cierta como la del Altar; Però dado que sea assi, yo no estoy obligado à escorger, o hazerlo certissimo, basta que siga lo muy probable, y de lo que yo no tenga duda, y quicà la puedo tener tambien de las circumstancias de las Indulgencias del Altar, como de las de la cuenta, o Medalla, lo qual seruirà de gran consuelo para los escrupulosos, y por lo menos seruirà para quando va vno à dezir Missa à vn Altar priuilegiado, y està ocupado, que en tal caso si tiene Medalla, podra passar à otro que no lo sea, sin escrupulo.] Ita ille.

3. Idem etiam docet Rub. *de Sacrificio Missæ, lib. 3. disp. 2. q. 2. dub. 5. n. 10.* vbi ita asserit: [Quæritur, an obligatus ad dicendã Missam pro defuncto in Altari, vel Ecclesia priuilegiata, satisfaciat obligationi, dicẽdo alibi cum intentione eã animã liberandi è Purgatorio per Indulgentias appensas Medaliæ, quas ei applicat? Respondeo, si rogans eã Missam, voluerit in Altari, vel Ecclesia speciali eam dici, ad maiorẽ Ecclesiæ frequentiam, & populi commodum, &c. certum est, teneri Sacerdotẽ in Ecclesia, & Altari specificato celebrare; alias putarẽ esse eum satisfacere obligationi. Ratio est, quia Pontifex æqualem Indulgentiã plenariã concessit celebrantibus cũ Medalia benedicta, ac in Altari, vel Ecclesia priuilegiata & Indulgẽtiæ sunt æqualis virtutis in vtroque; proindeque nullã iniuriam facit Defuncto. Addiderim tamen hac in re posse quandoque esse periculum non satisfaciendi obligationi: quia Missa certò priuilegiata exigitur, qualis est dicta in Altari priuilegiato, quod tale est per expressas Bullas Pontificias. Medaliæ verò non semper sunt ita certæ, & quandoque circumferuntur quæ dictas Indulgentias appensas non habent; vbi igitur est moralis aliqua certitudo dictæ Indulgentiæ, licitè fieri potest, & praxis communiter est talis. Aduerte tamen, Sacerdotem non satisfacere, qui obligatus ad Missam priuilegiatam, applicat solùm ipsi Defuncto Indulgentiam plenariam aliundè acquisitam, vt per visitationem Ecclesiæ, &c. quia, licet vtraque Indulgentia sit æquè certa, & in nostra sententia liberaturus sit animam è Purgatorio; contraxit tamen vlteriùs obligationem ex iustitia applicandi eidem animæ Missæ Sacrificium, cui sub mortali satisfacere tenetur.] Hæc Rubeus.

4. Itaque dicendum est in nostro casu, quod qui suscepit onus celebrãdi pro aliquo in Altari priuilegiato, obligationi suæ satisfaciat, si alibi celebrans, numismate, vel calculo priuilegiato, quod aptũ est è Purgatorio animam eripere, in eiusdem animæ remedium vtatur: quia iste Sacerdos non violauit fidem datam, nisi materialiter: nam, formaliter loquendo, iste impleuit testatoris voluntatẽ, qui aliud nõ intendebat, nisi liberari è flammis purgantibus: quam liberationẽ celebrans, & vtens numismate, vel calculo priuilegiato, æquipolleti medio à Deo impetrat. Neq; verum esse credimus, damnũ aliquod inferri animæ testatoris: quia, vel hoc damnũ sequitur illi ratione inæqualis Sacrificij, & hoc non, quia Missa in vtroq; Altari facta eiusdẽ est valoris. Vel attenditur hoc damnũ, eò quòd aliud Altare in quo celebrauit, non sit priuilegiatum: & hoc, neque, quia liberatio animæ è Purgantibus pœnis, medio calculo, vel numismate mihi à Papa benedicto est æquè certa, infallibilis, atque eiusdem prorsus vtilitatis cum illa, quæ medio Altaris priuilegio habetur. Neq; refert, quid ex æquipollentibus fiat, *l. final. §. final.* vbi Glossa *ff. mandati.* Et licèt inæqualis esset certitudo inter numismatis, & Altaris priuilegiũ attamen non cogor eligere certiorem partem, sed sufficit eligere probabilem, vel me non habere rationabile dubium, tale numisma non esse priuilegiatum, cùm illud acceperim à fide digno: secùs in omnibus rebus esset ambigendi locus, & de ipso Altaris priuilegio, vel Bullæ circumstãtiis posset etiam quis dubitare, non secùs ac de ipso numismate. Et ita postquã ego hanc sententiã docui, illã sequuti sunt, me citato, March. *de Sacram. Ordinis, tr. 3. p. 2. c. 24. n. 8.* & me citato, Pasqualig. *dec. 427.* & hanc sententiã etiam me citato, tanquam probabilẽ, admittit, amicissimus Pater Pelizarius *in Man. Prælat. tom. 1. tr. 5. c. 9. sect. 3. n. 80.* & me citato illam etiam tenet nouissimè Leandrus *de Sacram. tom. 2. tr. 8. disp. 7. q. 70.*

RESOL. XIX.

Si in Altari priuilegiato celebrari non potest, ad quid teneatur Sacerdos?

Et an Sacerdos obligationem habens celebrandi in aliquo Sacello, Capella, vel Templo, vel tali hora, si in his oriatur impedimentum, aliquod celebrare in eisdem locis non possit, non teneatur alibi celebrare, quoties veneratio loci, vel temporis prædefiniti à testatore intenditur, secus si satisfactio suorum peccatorum intendatur. Ex p. 9. tr. . Res. 13.

§. 1.* CErtum est, quòd tenentur celebrare Sacerdotes in loco illo, Ecclesia, scilicet, Oratorio, Capella, vel Altari in quo promiserũt celebrare, vel in quo instituta est Capellania: ad id enim obligantur ratione fidelitatis, & promissionis factæ: imo aliter faciẽs videtur, regulariter loquendo, peccare mortaliter, quia in re magni momenti infideliter agit frangendo promissum. Et fundator ordinando Missas illis circũstãtiis vestitas, non solùm intendit prodesse Defunctorũ animabus; sed etiã alicuius imaginis, & Altaris specialem

* Sup. prima diffic. huius §. sup. in Res. 14 §. 1. & 2. & in aliis §§. cerũ annor. signãter positis in annot. 1. §. 2. dictæ Res.

cultum, & deuotionem; itemque humanum honorem, nempe, vt adstantes cognoscant, Missam, quæ in tali die, & hora, & in tali Altari celebratur, à tali persona fundatam esse: quæ sine dubio cessant, si Missæ alibi celebrentur. Ergo peccas grauiter, sic omittens. Intellige tamen, nisi adsit iusta, & rationabilis causa in contrarium. Qualis est, si Ecclesia, Capella, Oratorium, vel Altare impedita sint violatione, euersione, inundatione, vel alio modo. Vel si Sacerdos tales Missas dicturus ob aliquā vrgentem causam ex eo loco discederet, & obligatus esset ad illas dicendas. An autem in tali casu Sacerdos liber maneat pro illa die à sua obligatione, an verò debeat alibi celebrare, dubium est. In quo dicendū, quando testator intendit principaliter solùm, quòd celebrantur in tali loco, vel Altari, propter cultum, qui inde resultabat Sancto illi, cui dedicatum est, cessare obligationem, qua alligatur ad illum locum. Sicut qui vouit ieiunare in vigilia talis Sancti, si eo die non possit, non debet alio die ieiunare. Si verò testator intendit fructum Sacrificij pro anima sua, vel cultum Dei, aut quid simile, non cessat obligatio; sed debet Sacerdos in alio Altari, vel Ecclesia celebrare. In dubio autem præsumitur, intentionem testatoris posteriori potiùs, quā priori modo se habuisse. Primò, quia præsumitur voluisse obligare ad id, quod sibi erat vtilius. Secundò, quia in cap. *Nos quidem, de testam.* præscribitur, quòd si non possit Monasterium construi in loco à testatore designato, debeat in alio ædificari. Quo denotauit attendendum esse in eiusmodi casibus ad voluntatem, quæ vtilior erit testatori.] Et hæc omnia ex Cardinali Lugo docet Lezana *in summa, tom. 4. verb. Missa, n. 45.*

2. Sed circa præsentem quæstionem non deseram hîc apponere verba Hieron. Garciæ *in sum. mor. tr. 3. diffic. 11. dub. vlt. n. 5.* vbi sic ait: [Si sobreuiene algun impedimento, para no poder dezir Missa en la tal Iglesia, ò Altar; este impedimiento puede ser, ò porque se quemo la Iglesia, ò derribo la Capilla, ò se violò, ò se adereza &c. si el testador que dexò las Missas, tuuo attendencia solo à la veneracion del lugar, ò al tiempo: en tal caso dizen muchos Dotores, que no tendra obligacion en aquel tiempo, que dura el impedimiento, dezir Missa en otra parte, lo qual se prueua con el simile del ayuno en vna vigilia, que si aquel dia passa sin poder ayunar, espira la obligacion. Bien se, que Fraxinello Moneta, Azor, y Naldo, à quienes refiere, y sigue Bonacina *punct. 7. §. 4 n. 3.* dizen absolute, que ha de celebrar en otra parte: porque mas prouecho le vendra al fundador que se celebre en otra parte, que no dexar de celebrar absolutamente: pero à esto se replica que vna cosa es ser mejor, otra es deuerse de justicia: lo primero cōfessamos lo pero esto segundo, negamos lo; y assi tengo por mas verisimil, que estos Dotores aulan, quando el testador pretendio principalmente la satisfacion de sus pecados, y no el lugar que en tal caso, lo mas cierto es que deue el Capellan dezir las Missas en aquellos dias en otra parte porque para esto fin, poco importa dezirlas en vno, ò otro lugar; y lo sienten assi todos.] Ita ille: cui adde Barbosam *de potest. Episc. p. 2. alleg. 24. n. 35.* & Marchinus *de Sacram. Ordinis, tract. 3. p. 2. c. 24. n. 9.* asserentes, quòd Sacerdos obligationem habens celebrandi in aliquo Sacello, Capella, vel templo, vel Altari, vel tali hora, si in iis oriatur impedimentum, ob quod celebrare in eisdem locis non possit, non tenetur alibi celebrare, quoties veneratio loci, vel temporis prædefinitio à testatore intenditur: secus si satisfactio suorum peccatorum intendatur. Quare si Ecclesia, in qua est celebrandum, vel Capella, vel Altare diruatur, polluatur; vel adsit hostium incursus, & aquarum inundatio; non tenetur Capellanus alibi celebrare. Nam licèt melius sit alibi, quàm nullibi celebrare: eiusdem tamen obligatio est affixa huic loco, & tempori: & ideò extra locum hunc, & hoc tempus non currit. Quæ doctrina, tanquam singularis, est attentè obseruanda: quia reliqui Doctores vno ore gregatim asserunt, meliùs esse alibi, quàm nullibi celebrare: atque sic interpretandam testatoris voluntatem, tenerique Capellanum legitimè impeditum alibi Sacrum facere. Sed aliud est, aliquid esse melius, aliud me ex iustitia ad illud teneri. Quare suspicor, præfatos Doctores forte solùm in eo casu fuisse loquutos, quo testator, non tam loci venerationem & cultum, quàm remissionem pœnarum per Sacrificium obtinendam intenderet; cùm enim hæc pœnarum remissio non sit affixa loco, vel tempori; ideo Capellanus alibi celebrando, eandem impetrare testatori debet: & in hoc casu, non solùm stante iusto impedimento, sed etiam pro libito suo alibi celebrans, oneri suo satisfaceret, dummodo pro testatore Sacrificium offeret, quod principaliter ab ipso intendebatur.

3. Verum, his non obstantibus, contrariam sententiam tenet Moneta *de commut. vlt. volunt. cap. 10. q. 5. n. 242.* Azor. *tom. 2. lib. 6. cap. 24. q. 7.* & Emmanuel Sà, *verb. Missa, n. 47.* vbi sic ait: Qui non potest celebrare in loco designato, debet in alio celebrare. Sed sententia Garciæ, & aliorum, modo *vt suprà* explicata, sua non caret probabilitate.

RESOL. XX.

An Sacerdos obligatus celebrare in Altari priuilegiato, si alibi celebret, ad quid teneatur, & peccet mortaliter,
Et quid de Capellano obligato celebrare in aliquo Altari particulari, ita vt illud non sit Altare priuilegiatum?
Et an in hoc vltimo casu, si in Ecclesia est aliud Altare priuilegiatum, possit ne in illo Capellanus dicere Missam pro testatore, si testator assignat aliam Capellam, vel Altare? Ex p. 9. tr. 2. Res. 15.

§. 1. LIcèt Capellanus alibi absque dispensatione celebrans, culpam lethalem committat; non tamen tenetur iterum per se, vel per alium in Altari definito celebrare, siue omissas Missas supplere, aut pro rata pecuniam, vel fructus beneficij pauperibus, aut hæredibus restituere. Quidquid in oppositum dicant Azor. *moral. instit. part. 1. lib. 10 c. 24. q. 7. & part. 2. lib. 6. c. 24. q. 7.* Ricc. *in verbo, Praxis Capellaniarum, dec. 405.* Steph. Fagund. *de quinque Eccles. præceptis, lib. 3. c. 9. n. 2.* Ducor: quia iste Capellanus solam fidem fregit: sed iustitiam non violauit: quare potest quidem dici infidelis, sed non iniustus; quia non priuauit testatorem debito Sacrificij fructu, qui in omnibus locis est æqualis valoris: item, quia non reddens debitum in certo loco promissio, sed alibi, restitutioni obnoxius minime manet, nisi damnum aliquod ex tali solutione creditor reportaret. Ergo similiter non celebrans in certo Altari, aliquid restituere non debet: nisi obligatio esset celebrādi in Altari priuilegiato: quia tūc testator damni spirituale pateretur. Et ideò hanc sententiam secutus est Posseuin. *de officio Curati, c. 2. n. 25.* Fraxinel. *de oblig. Sacerdot. sect. 4. concl. 5. §. 3.* Barb. *de offic. & potest. Episc. alleg. 24. n. 36. t. 2.* Bonac. *de Sacr. disp. 4. q. vlt. punct. 7. §. 4. n. 5.* quibus adde Garc. *in sum. mor. tr. 3. diffic. 11. dub. vlt. n. 11.* vbi me cit. sic ait. [Lo segundo podra preguntar, quādo vn Capellan, ò otro Sacerdote, frequēta sin causa el dezir Missa fuera de los lugares à que se obligò, à mas de pecar grauemēte, si estarà obligado à restituir? Algunos dizē, que si, y que en tal caso, ò las hà de boluer à dezir en aquel lugar, ò recōpēsar à quellas faltas cō otras obras satisfactorias, ò dar algo de limosna à los pobres, ò algū dinero à los herederos. Pero lo cōtrario, y con razon tienen muchos. Si yà no fuesse de fraudar al legado en cosa cōsiderable, como si era dōde el testador mādo se dixesse Missa, porque cōcurre mucho pueblo, y le ayudā sus oraciones, ò si auiēdo dexado el fundador, ò otra persona la limosna, cō cōdicion que,

que se digan en Altar priuilegiado, se dize fuera del; por que en estos casos haze se agrauio al alma del Difunto: y assi lo que podria hazer en ellos, aplicar algunas obras satisfactorias por recompensar, pero no tendria obligacion de repertir las Missas en el Altar priuilegiado.] Ita ille. Sed de hoc vltimum non admittit Castrus Palaus, *tom.2, tract.13. disp.1. punct.6. num.27.* & non loquitur de Missis priuilegiatis Defunctorum; sed absolute de omnibus putat enim, te esse per te obligatum compensare Missas prætermissas, non ob fructum Sacrificij, quia in hoc nulla fraus, vel diminutio facta est; sed ob prætermissum cultum specialem illius Altaris, & imaginis, & ob particularem honorem fundatoris inde resultantem omissum. Et hanc sententiam docet etiam Azor. *tom.2. lib.6. c.24. q.7.* Sed ipsemet Palaus fatetur, quòd tamè est possibilis compensatio; nam compensatio illa facienda est celebrando aliis diebus ab iis, quos testator designauit: at ex tali celebratione nullus specialis honor fundatori accrescit; quia adstantes prorsus ignorant illam Missam celebrari loco alterius suo dilignato prætermissæ: ergo illa Missa honor non reparatur: ergo ex reparatione honoris non videtur possè obligari. Neque etiam videtur obligatus ex prætermisso cultu nam cultus hic prætermissus compensatus fuit cultu facto in alio loco & Altari, vbi Missa fuit celebrata.

2 Sed hic obiter nota cum eodem Garcia *vbi suprà, nã.*] Que si el Testador dexò, que se dixessen las Missas en vn Altar ordinario de algun Iglesia, si en aquella ay Altar priuilegiado, podrà en el dezir las Missas el Capellan, y dexar de dezirlas en el, que le señalò el fundador; porque con esto mejor cumple con su obligacion, pues haze lo que mas vtil al testador; excepto si por algun motiuo le huuiesse alli que en tal caso obligacion tendria.]

RESOL. XXI.

An Sacerdos obligatus dicere Missam in Altari priuilegiato possit compelli ab Episcopo, vt ipsemet celebret? Et an vbi in clausula Testatoris imponitur interessentia, & residentia, seu assistentia Choro, censeatur iniunctum seruitium persoluendum personale non solum Chori, sed etiam Missarum, & habeat onus iuuandi Curatum cantando, & aliis similibus? Ex p.9. tr.2. Res.14.

§.1. REspondeo, quòd Capellanus habens onus Missandi in certo Altari: potest per alium supplere, nec potest ab Episcopo compelli, vt ipsemet celebret in definito Altari: secùs si ex testamento, vel fundatione colligatur fuisse electam bonitatem personæ. Sicexmente sacræ Congregationis refert Garzias *de benef. part.c.1.n.87.* sequitur Gonzalez *ad reg.8o. Cancellariæ, Glossa.5.num.84.* Lapus *allegat.35.* Praxis noua Archiepiscopalis *part.2. c.3. num.33.* Galletus *in Margarita casuum conscientiæ, verb. Capellania, num.2.* Emmanuel Sà *verb. Beneficium, n.28.* Stephanus Gratianus *disc. pt. forens. c.73. n.10. & c.33. n.1.* Vgolinus *de officio, & potestate Episcopi, cap.50. §.8. n.5.* Azor. *moral. instit. p.1. lib.10. cap.8. q.5.* Marius Anton. *var. resol. lib.1. resolut.4. in fine.* Moneta *de commut. vlt. vol. c.10. §.4. n.156 & n.161.* Idem fuit resolutum in Rota Romana in vna Capellan. 23. Ianuar. 1599. coram Pamphilio, & in Altera Lucana Capellaniæ, 12. Decemb. 1593. coram Gipsio, & altera Terrassonensi Capellaniæ, 9. Iunij, 1603. coram Sacrato. Et ratio nostræ sententiæ est: quia, secundùm veriorem sententiam certum est, Capellaniam non esse sacerdotalem, nec actu, nec aptitudine ex eo, quòd in fundatione dicatur, Capellanum debere celebrare Missas, seu diuina Officia; sed posse prouideri simplici Clerico 14. annorum. Et ratio est: quia nisi expressè caueatur, quòd per seipsum hoc agat, satis censetur prouisum voluntati fundatoris, si per alium celebrare faciat: nec requiritur personalis residentia, ex quo sumus in beneficio simplici, in quo ex generali consuetudine non requiritur residentia.

2. Vnde mihi non placet doctrina Nauarri *cons.6. n.3. de Clericis non resid.* quòd verbum, *interfit, cantet,* vel *seruiat,* in fundatione capellaniæ positum, tantùm importat, quantùm verbum, *resideat:* quod intelligitur de residentia personali: nam, licèt verum sit de verbo *interfit,* vel *assistat*; non tamen de verbo, *cantet,* vel *seruiat,* nisi aliunde id colligatur. Vnde etiam non videtur verum, quod dicit Azorius *1 part. lib.10. cap.24. q.7. ad fin.* & cum eo Perez de Lara *lib.2. c.8. num.43.* quòd si fundator capellaniæ dixerit: Volo, quòd Presbiter ad hanc capellaniam electus, sacris operetur quotidie; tunc persona Sacerdotis censetur electa, ita vt per seipsum debeat celebrare: quia verba diriguntur ad personam. Placet tamen, quod dicit Perez de Lara *d. lib.2. c.7. num.6.* quòd capellaniæ habent residentiam personalem, quando vltra Missarum celebrationem habent onus adiuuandi curatum in cantando, & aliis similibus: & vbi imponitur interessentia, seu assistentia, & residentia Chori, censetur iniunctum seruitium personale, non solùm Chori, sed etiam Missarum. Et ita docet Garcias *de beneficiis tom.2. part.7. cap.11. num.89.*

RESOL. XXII.

An si relinquatur Missa dicenda in omnibus Altaribus priuilegiatis alicuius ciuitatis, extendatur legatum ad Altaria postea erecta?

Et additur, quod si Altari alicuius Ecclesiæ Regularium obtineatur concessio Altaris priuilegiati, insciis ipsis Regularibus; iisque postea renuentibus illam acceptare, vt pote applicatam Altari ipsis minus commodo; ijque postea similem concessionem alteri Altari applicatam valide possint obtinere, & si nullam mentionem prioris concessionis faciant in petitione. Ex part.9. tract.2. Res.16.

§.1. AFfirmatiuè respondet Pater Pellizzarius *in Manual. Regular. tom.1. tract.5. c.9. sect.5. num.14.* vbi sic ait: [Moneo, quòd si testamento relinquatur certa summa pecuniæ implicanda in celebrandis Missis ad omnia Altaria priuilegiata illius loci; si posteà ibi erigatur nouum Altare priuilegiatum, probabile est, etiam hoc Altare comprehendi sub tali legato; cùm sic testator faciliùs sit consecuturus finem à se intentum, nempe liberationem animæ, siue suæ, siue aliorum, à Purgatorij pœnis; & aliàs in eodem sensu soleant intelligi legata facta pauperibus, ita vt in iis comprehendantur etiam futuri. Addo, quòd si Altari alicuius Ecclesiæ Regularium obtineatur concessio Altaris priuilegiati, insciis ipsis Regularibus, iisque illam postea renuentibus acceptare, vt pote applicatam Altari ipsis minus commodo; ij postea similem cõcessionẽ alteri Altari applicatã validè possunt obtinere, etsi nullam mentionem prioris concessionis faciant in petitione. Ducor, quòd dispensatio, donatio, & quodcunque priuilegium non prodest, antequàm acceptetur ab eo, cui fuit impetratum à tertia persona, vt ostendit Sanch. *lib.7. de matr. disp.26. n.5.* & *lib.3. disp.36. n.6.7.* & 8. cùm ergo ptior concessio Altaris priuilegiati fuerit nulla, vtpote nondum acceptata; relinquitur locus posteriori concessioni; hácque acceptata à Regularibus præfatis prior concessio non est amplius acceptabilis ab ipsis: ne alioqui eadẽ Ecclesia sint duo Altaria priuilegiata. Sic ego respondi in contigentia facti:

& responsio fuit approbata à viris doctissimis, & maximè à P. Zanetto.] Hæc Pellizzarius, cuius sententiæ libenter adhæreo.

RESOL. XXIII.

An si Ecclesia, vel Capella, vbi constitutum fuit Altare priuilegiatum perpetuum, fuit diruta, vel translata in alium locum per Episcopum, Indulgentia remaneat extincta?

Et quid, si Ecclesia, vel Capella paulatim esset destructa, & eadem paulatim constructa? Ex p. 9. n. 2. Resol. 17.

Sup. hoc inf. in tract 5. Resol. 22. & 23. & in aliis earum primarum annotationum, & hic inf. lege doctrinam Resol. seqq.

§. 1. AD hunc casum respondet Marcellus Vulpe *in praxi iudiciali fori Ecclesiastici*, *cap.* 42. *num.* 30. Sic itaque asserit: [Dubitatur, an Ecclesia, vel Capella, in qua fuit concessa aliqua Indulgentia perpetua, puta Altare priuilegiatum pro liberandis animabus à Pœnis Purgatorij, si fuerit diruta & translata in alium locum per Episcopum, an dicta Indulgentia sit extincta? Respondetur, quòd hoc euenit in Ecclesia nostra Cathedrali Montispelusij, in qua adest Capella Sanctissimi Corporis Christi; & in ea Altare priuilegiatum pro liberandis animabus à Purgatorio, concessum à Gregorio XIII. anno Incarnationis Dominicæ 1579. Kalend. Maij, anno eius septimo, cumque Capella prædicta fuisset demolita per Episcopum, & inibi constructus Chorus Ecclesiæ, & præfata Capella translata in alium locum, & noua Capella ædificata, & erecta: dubitabatur, an dictum priuilegium esset extinctum. Nonnulli dicebant non esse extinctum, per not. in cap. *Pastoralis. 7. quæst.* 1. & per Gloss. *in cap. Priuilegium, de regul. iur. lib.* 6. & per text. *in cap. Et temporis*, cum Gloss. *in Verb. Vnire* 16. *quæst.* 1. Felino *in cap. Dilecta*, *num.* 97. *de rescript.* Alexandro *in l. Inter alia*, §. *fin.* & ibi Iason *de verb. obligat.* Ego verò contrarium dicebam, nempe, dictum priuilegium esse extinctum, ex quo concessum rei, & extincta re, extinguitur priuilegium ei concessum: & ita in terminis tenet S. Antoninus *p.* 1. *tit.* 10. §. 3. *in fine*, vbi dicit, quòd Indulgentia concessa à Papa simpliciter alicui loco, semper durat, donec durat locus. Idem tenet Nauarr. *in tract. de Indulgent. not. ab.* 31. *num.* 27. Nec obstant in contrarium adducta: quia habent locum in priuilegio personali, quod extinguitur cum persona, *d. c. priuilegium*, *de regul. iur. lib.* 6. Tandem re delata ad Romanam Curiam fuit dictum: quòd priuilegium erat extinctum: & sic necesse fuit, supplicari de nouo, vt concederetur, prout fuit gratiosè concessum à Sanctissimo D. N. Paulo V. per Breue Sanctitatis suæ sub annulo Piscatoris, die 24 Aprilis, 1610. Pontificatus sui anno quinto.

Sup. hoc in Resol. 1. not. præteritæ, cursim in fine §. 1. & in Resol. 3. ad lin. 6.

Veruntamen, si Ecclesia paulatim esset destructa, & eadem paulatim constructa, communiter tenent Doctores, quòd retinet easdem Indulgentias, quas habebat; quia est eadem Ecclesia numero. Sed si Ecclesia est in totum destructa, & de nouo ædificata in eodem loco, vel in alium translata, cessarent Indulgentiæ. Paludanus *in 4. dist.* 20. *q.* 4. *num.* 25.] Hucusque Vulpe. Vide etiam Præpositum *in 3. part. q.* 14. *de Indulg. dub.* 11. *num.* 97.

2. Sed non deseram hîc apponere verba Patris Quintanaduenas *in Theolog. mor. tom.* 1. *tract.* 6. *Appendicis*, *dub.* 3. *num.* 4. Sic asserentis: [Si contingat, quod destruatur omninò Altare in Ecclesia, alióve loco erectum; qui locum, vbi erat, visitaret non lucraretur Indulgentias concessas visitantibus Altare: quia iam tale non est: lucraretur verò concessas visitantibus Ecclesias, si locus, vbi Altare fuit, est Ecclesia. Si autem Altare, vel templum, quod paulatim destruitur, & paulatim reædificatur, aliquis visiter, lucrabitur Indulgentias: quia idem Altare, & templum perseuerare censentur, vt docent Corduba, Nugnus, Suarius, & Pinellus, quos citat, ac sequitur Bonac. *de Indulgent. disput.* 6. *quæst.* 1. *punct.* 8. *num.* 4. addens cum aliis etiam perseuerare Indulgentias, si Ecclesia destruatur, (non authoritate Superioris, sed aliqua alia ex causa,) & in eodem loco alia ædificetur; vel si ad alium locum transferatur, dummodo ipsi templo, ratione sui, concessa sit Indulgentia.] Ita ille. Ex quibus apparet responsio ad quæsitum in titulo resolutionis positum. Dicendum etiam est, quòd facta semel electione Altaris priuilegiati, non potest ampliùs mutari locus, vt ex Abbate, & Nauarro docet Lauorius *de Indulg. p.* 2. *c.* 30. *num.* 112.

RESOL. XXIV.

An si transferatur Altare priuilegiatum de loco ad locum adhuc duret Indulgentia?

Et quænam fractio Altaris priuilegiati, seu Indulgentia plenaria prædicti Altaris sit necessaria ad id, vt consecrationem, & consequenter Indulgentiam amisisse censeatur?

Et multæ distinctiones adducuntur in textu huius Resolutionis pro supradictis casibus.

Et tandem quæritur, an si quis in Altari, quod vel nunquam habuit, vel amisit consecrationem celebrat bona fide, vel etiam mala fide, Altare illud non indigeat alia consecratione, & an peccauerit, qui in illo celebrauit Sacrum mala fide? Ex p. 11. tract 8. & Misc. 8. Resol. 8.

§. 1. DE hoc casu interrogatus à piis, & Reuerendis Sacerdotibus Ecclesiæ Diui Hieronymi huius Vrbis, adduxi doctrinam Dicastilli *de Sacram. tom.* 2. *tract.* 9. *disp.* 1. *dub.* 7. *n.* 120. vbi sic asserit. Hæc doctrina aliqua ratione potest applicari indulgentiis concessis altaribus, imaginibus; granis, cereis benedictis, & similibus, de quibus etiam dubitari potest, an aliquando mutatione, fractione, aut alia simili ratione perdant priuilegium? & quidem quoad mutationem attinet, locum habere potest in Altari, an scilicet Altari, mutato cui concessa erat indulgentia, etiam cum illo indulgentia mutetur? In quo, quamvis non meminerim me legisse speciatim aliquid decisum ab Auctoribus, ferè eodem modo philosophandum puto, atque de mutatione Ecclesiæ. Vnde si indulgentia concessa sit primario; & per se alicui capellæ Ecclesiæ visitantibus Altare illius, omninò verum puto indulgentiam perseuerare, etiamsi mutetur Altare; quia loco, in quo est Altare, potiùs, quàm altari ipsi concessa est. Si verò Indulgentia concessa sit ipsi Altari potest sub variis rationibus concedi; nam, vel conceditur propter consecrationem specialem in gratiam consecrantis vel curantis illud consecrari, vel conceditur ab ipso consecrante, itavt ea gratia, seu concessio respiciant consecrationem: & ratione consecrationis fiat; tunc sanè sic amoto, fracto, vel mutato Altari; vt omninò consecratio cesset, cessat etiam indulgentia, quæ in illa consecratione fundata erat, sicut cessat indulgentia fundata in consecratione Ecclesiæ, si illa desinat esse consecrata. Si verò Indulgentia concessa fuit Altari ratione alicuius deuotæ Imaginis in ipso existentis, itavt secundum moralem æstimationem ipsi potius imagini concessa censeantur, etiam si Altare mutetur de loco in locum cum sua imagine, manet illi indulgentia, quia semper manet imago. Vlterius si Altari concessa sit indulgentia in reuerentiam alicuius Sancti, vel Mysterij, in cuius honorem dedicatum fuit, & legitima auctoritate huiusmodi Altare de loco in locum tranferatur, itavt censeatur

idem

lem Altare translatum tamen; immò etiamsi imago Sanctia eiusdem Mysterij, aut Sancti quia renouatur, vel quasi instauratur repræsentatio, adhuc iuxta dictas sententias censetur manere indulgentia, sicut dictum est de Ecclesia iterum instaurata, vel mutata leuiter cum suo titulo, quæ moraliter censetur eadem cum præcedenti; est enim eadem. Sed omnia hæc sunt satis incerta; neque enim in aliquibus satis liquet identitas præcedentis cum sequenti, ex qua ferè tota decisio pendet, quia tamen prudentes, & sapientes viri identitatem moralem agnoscunt probabiliter prædicta sustineri possunt. Hæc omnia Dicastillus, vbi supra, cui ego libenter adhæreo.

2. Sed quænam fractio altaris priuilegiati, seu indulgentia plenaria prædicti, est necessaria ad id, vt consecrationem, & consequenter indulgentiam amisisse censetur. Gobat de indulgentiis *p. 2. cap. 16. quæst. 76. num. 537.* Ex decisionibus Pasqualigi putat quod Altare amittat consecrationem, si mensa remoueatur à lapide, seu ab inferiori structura, intelligenda est in casu, quo Altare fuit consecratum cum tota inferiori structura, secus si mensa seorsim fit consecrata, & postea superposita sit inferiori structuræ, etiamsi ita sit connecta, vt non possit separari. Ratio est, quia inferior structura non communicat in consecratione; Suarez *tom. 3. in 3. part. disputat. 82. sect. 5.* item intelligenda est in casu, quo Altare coniungitur inferiori structuræ, firma & stabili coniunctione, qualis est coniunctio cœmentaria, secus si coniunctio sit ex natura sua mobilis, & ex institutione, Layman *lib. 5. tract. 5. cap. 6. num. 6.* contra Lugonem *de Euchar. disp. 20. sect. 2. num. 71.* item intelligenda est in eo casu, quo structura inferior est lapidea, secus si sit lignea, nam Altare non potest constare ex ligneo *cap. Altaria, de consecr. dist. 1.*

3. Si Altare stabile integrum transferatur de loco ad locum, non amittit consecrationem, nam cum remaneat integrum, remanet etiam forma ipsius *decis. 4.* post Suar. & Lugonem *locis citatis.* Et si destruatur paries, cui est compaginatum Altare, non ideirco amittit hoc consecrationem, vt potè retinens adhuc totam suam formam. Idque verum est, etiamsi Altare sit ita compaginatum parieti, vt ab ipso substentetur, vt si sola mensa lapidea absque stipitibus, aut structura inferiori inseratur parieti.

4. Si aliquid de stipitibus, Altaris, seu inferioris structuræ remoueatur, vel frangatur, non ideo amittit Altare consecrationem, nisi tam multi lapides auferantur, vt inferior structura non sit amplius apta ad sustentandum Altare, quia tunc solùm amittit totum. Vnde si ex quatuor columnis, quibus forte insistit Altare, vna auferatur, nil officit consecrationi.

5. Certum est amitti consecrationem, quoties frangitur, vel amouetur sigillum sepulchri, in quacunque parte Altaris illud sigillum reperiatur, *cap. Ad hæc, de consecr. Eccles. vel altar.* vel sit enormis fractio ipsius mensæ, quæ quidem tunc solùm, & semper fit, quando amittatur forma Altaris, committendum est iudicio viri prudentis, qui quidem dicet non amitti licet mensa frangatur, vel in cornibus, vel etiam per medium, modò partes fixæ non moueantur loco. Quod si vel vtraque, vel vna solum, quæ tamen excedat quartam partem mensæ, loco moueatur, tum vtraque amittit consecrationem, estò illa, quæ remansit, sit capax Hostiæ, & Calicis.

6. Si quis in Altari, quod vel nunquam habuit, vel amisit consecrationem, celebret, bona, vel etiam mala fide, Altare illud non indiget alia consecratione, ellò peccarit mortaliter; qui mala fide in illo Sacrum fecit. Et consequenter sine vlteriori consecratione valebit fauor Altaris priuilegiati.

7. Hæc breuiter referre volui, ideirco, quod hæ doctrinæ sint omnes non solum probabiles, sed perutiles Parochis, in quorum Ecclesiis sunt per ista tempora bellica factæ variæ mutationes circa Altaria. Hucvsque Gobat.

RESOL. XXV.

An Missa dicta in Altari priuilegiato prosit viuentibus?

Et an Pontifex possit Altaria priuilegiata pro viuis concedere?

Et an sit licitum viuentem sibi Missam pro defunctis celebrari facere? Ex p. 9. tract. 2. Res. 18.

§. 1. NOster Megala *tom. 1. var. resolut.* ponit hunc casum, & *in resol. 19.* negatiue respondet: nam considerandum est in Missis Altarium priuilegiatorum, Sacrificium Missæ non absolute sumptum, prout Sacrificium est, & opus satisfactorium, sed tantùm prout celebratur in tali Altari à Summo Pontifice priuilegiato: & hoc modo sumptum, nullo modo viuenti prodesse potest: quia cùm hoc sit quasi priuilegium personale, & Indulgentia concessa pro animabus, quæ detinentur in pœnis Purgatorij vt ex forma talium concessionum patet; non potest in viuentem transferri, nisi speciali facultate in ipsamet concessione expressa hoc concedatur, vt patet ex D. Th. *in 4. dist. 20. art. 5. q. 3. ad 2.* Indulgentiæ enim eis tantùm vtiles sunt, ad quos directæ referuntur. Et præterea, dato quòd prædictum priuilegium, & prædictæ Indulgentiæ possint etiam prodesse viuenti: earum tamen effectus non posset suspendi ad aliud tempus extra illud, quo fit opus: ex quo acquiruntur, cùm concedantur in ipso instanti, in quo opus consummatur, nisi aliud exprimant, per dicta à Suarez *tom. 4. disp. 52. sect. 2.* Et ratio est: quia Indulgentiæ non plus operantur, quàm exprimunt, vt dictum est, & si ex forma earum non constat intentionem concedentis fuisse, vt effectus suspendatur vsque ad tempus mortis, si aliquis vellet suspendere, nihil operetur: sed formæ omnium Indulgentiarum de huiusmodi dispensatione verba non faciunt; ergo non est hoc affirmandum, saluo semper &c. Et ideò sententiam Megalæ sequitur etiam Garcia *in Summa morali, tract. 3. difficult. 10. dub. 7. num. 9. & 19.* Fraxinellus *de oblig. Sacerd. sect. 3. prænot. 4. §. 3. num. 5.* & Bordonus *tom. 2. resol. 91. quæst. 2. num. 4.* qui optimè notat, posse Pontificem Altaria priuilegiata pro viuis concedere, cùm nullum inde sequatur absurdum, tamen hactenus concessa non videntur. Dicendum est igitur, Missam celebratam in Altari priuilegiato, quatenus Altare priuilegiatum est, (non quatenus Missa est Sacrificium, & opus satisfactorium,) viuentibus non posse prodesse: quia Indulgentiæ Altaris priuilegiati sunt priuilegium personale pro animabus in Purgatorio existentibus, vt ex verbis & forma huiusmodi concessionum apparet: ergo viuentibus non possunt applicari neque prodesse, nisi in ipsa concessione Indulgentiæ, & priuilegio, specialiter, & expressè id concedatur: quod quidem nullo modo concedi consueuit.

2. Sed hîc obiter discutienda venit illa quæstio, an sit licitum, viuentem sibi Missam pro defunctis celebrari facere? Et affirmatiuam sententiam nominatim contra me tenet amicissimus Pater Lezana *in Summa qq. regul. tom. 4. verb. Missa, num. 54.* [Primò, quia credi par est ita institutum esse à Christo hoc Sacrificium & ab Ecclesia tale Officium mortuorum, vt prodesse possint

Sup. hæc quæst. in Rel. not. seq.

possint ei, cui applicantur pro quacunque necessitate, & occasione, in qua futurus sit capax effectus illorum; ita vt interim non maneat suspensus, sed veluti reseruatus in acceptatione diuina, ad modum, quo Theologi dicunt, merita mortificata per peccatum, manere in Dei acceptatione, retribuenda, dum homo capax illorum fierit. Vnde hoc non est, simpliciter loquendo, applicare illa pro viuis, sed applicare pro mortuis: siquidem applicatur viuis pro tempore, quo mortui fuerint. Secundò, quia ita gessisse insignes viros pietate, & doctrina constat ex Historiis: siquidem de Alberto magno id refert Ferdinandus del Castillo *in Histor. gener. S. Dominici, part 1. lib. 3. cap. 46.* & de Henrico Comite de Rotecen, Episcopo Ratisponēsi, Vuiguleus Hundus *in Histor.* Quod etiam imitati sunt plures alij, ex Doctorum consilio, nostris temporibus pietate, & deuotione insignes. Tertio, quia id fauet non solùm pietati, & deuotioni; sed etiam humilitati, & memoriæ mortis, quæ tam vtilia sunt hominibus. Limitant tamen aliqui, dummodo non dicantur eæ orationes, quæ supponunt aliquem discessisse è vita, v.g. Oratiõ, *Inclina, Domine*, &c. in qua dicitur, *quem de hoc sæculo migrare iussisti.* Ne mendacium committatur. Sed hanc limitationem non admittunt Faustus, & Fagund. quia etiam in Missis Defunctorum, quando dicuntur pro iis, qui multò antè tempore decesserunt, dicimus in Oratione Offertorij: *Domine Iesu Christe, Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium Defunctorum de pœnis Inferni, & de profundo lacu, libera eas de ore leonis: ne absorbeat eas Tartarus: ne cadant in obscurum*, &c. In qua Oratione à Deo postulat Ecclesia, ne animæ illorum Defunctorum ad pœnas Purgatorij detrudantur, dum dicit: *Ne cadant in obscurum, ne absorbeat eas Tartarus.* Cùm tamen ille iam in eodem igne sint; vel fuerint; & tamen nullum mendacium committitur; quia ne committatur, sufficit, quòd Ecclesia repræsentet illas animas Christo, ac si tunc è vita essent discessuræ, eásque consideret quasi adhuc agonizantes, & pro iis oret, vt à Purgatorij ignis pœnis liberentur, vt docet Henriquez *lib. 9. de Missa, cap. 16. num. 3. fine.* Sic etiam in casu præsenti, vt veritas salua, & illibata perstat, sufficit, si Ecclesia, & Sacerdos oret pro viuo, & repræsentet eum Christo Domino, ac si iam vitam cum morte commutauerit, & post ipsius mortem. Ex quibus soluuntur, quæ Fraxinellus *suprà, sect. 3.* * *prænot. 4. §. 3. n. 4.* & Diana *5. parte, tract. 13. Miscellan. resol. 2.* post Layman, & alios asserunt cõtra hanc doctrinã.] Hucvsque; Lezana.

* Quæ nunc est in tom. 2. tractat. 1. Res. 79.

3. Sed ego non discedo ab opinione, quam docui, & quam me citato, docet nouissimè Hieronymus Garcias *in Summa morali, tract. 3. diffic. 10. dub. 7. num. 13.* vbi sic ait: [A cerca de hazerse dezir el Officio de Difuntos, y honras en vida, como si actualmente vno estuuiesse en el ataud, ay diuision entre los DD. Lucas Pinello *cap. 7. citat. dub. 3.* afirma que, se vsa mucho en el Estado de Lorena, y en España lo vsan tambien algunos, y yo me hallado en vn caso destos, y assi esta costumbre como pia, & laudabile, la aprueuan, y defienden muchos. La razon es, porque lo vno no es ello en si malo, y lo otro que con esto euitan la negligencia de sus herederos; empero aduierten algunos destos Autores, que non se diga en la Missa algunas oraciones que supponen al muerto, por quien se applican, porque no se verificarian las palabras, quales con aquellas: *Vt animam famuli tui, quàm de hoc sæculo hodie migrare iussisti*, &c. Però non obstante la autoridad de los DD. por mejor, y mas acertado tengo no vsar de semejante costumbre donde la ay, ni introduzir la donde no la ay. La razon potissima es, porque esto es contra la praxis, y costumbre de la Iglesia Romana, pues es llano, que la intencion de la Iglesia es, que la Missa de *Requiem* se diga por Difuntos, y no se yo que mas tengenda la Missa de *Requiem*, que la de tempore para viuos, aora sea considerando sus fructos, y efectos *ex opere operato*, aora sea *ex opere operantis*, y assi applicar a vn viuo responsos, y otras plegarias, que suelen à los Difuntos, huele à vn no se que de supersticio, y assi el que quisiere acertar, si quisiere hazerse honras en vida, hagase desir las Missas de algun misterio, ò Santo, ò de nuestra Señora, y con esso euitarà la negligencia de sus herederos, y no se pondra en contingencia, si se verifican, ò no, las palabras de las oraciones, ni si va contra el estilo de la Iglesia, y sus rubricas, y al fin todos los Theologos cosi concuerdan, que assi como es mejor *cæteris paribus* dezir Missa de *Requiem* por los Difuntos, quando ay lugar, porque la Iglesia las tiene ordenadas para ellos; assi hemos de dezir de las de tempore respecto de los viuos: con lo qual se responde à los fundamentos de la opinion contraria.] Ita ille, cui etiam adde Rubeum *de Sacrificio Missæ, lib. 3. disp. 4. q. 1. n. 2.* Itaque concedo fructum respondentem Missæ de *Requiem*, & Officio Defunctorum, posse in rigore applicari viuis, æquè ac Defunctis, cùm sit fructus satisfactionis ex opere operato, & operantis, cuius viui, ac Defuncti sunt capaces; id tamen est contra ordinationem Ecclesiæ, quæ diuersas Missas, & Officia, pro viuis, & Defunctis instituit, proindéque Missæ viuorum debent esse de Sanctis, pro remissione peccatorum, &c. Et ita nostram sententiam, præter Doctores citatos, tenet Castrus Palaus *tom. 4. tract. 22. disput. vnica, punct. 6. n. 19.*

RESOL. XXVI.

An si Regulares non promittant celebrare Missam in Altari priuilegiato, excusentur aliquando à peccato, si illa in alio Altari celebrent?

Et aduertitur, quod Leo X. concessit Benedictinis, & per communicationem cæteris, Religiosis, vt quilibet Religiosus Sacerdos dicens tres Missas pro quocunque affine suo intra tertium gradum in Altari à suo Superiore deputato, & assignato, liberet animam illius à pœnis Purgatorij. Ex p. 9. tract. 2. Res. 19.

§. 1. AFfirmatiuè respondi *in part. 3. tract. 6. res. 61.* Et, me citato, hanc sententiam docet nouissimè Hieronymus Garcias *in Summa morali, tract. 3. difficul. 11. dub. vlt. num. 3.* sic asserens: [Aduierte, que aunque alguna persona imbie à vn Conuento, ò Parrochia cien Missas, para que la digan en Altar priuilegiado, que si no lo prometen, que no pecaran non dizendose alla, y aunque se lo prometan, sino dà mas limosna; no peccaran, saltim mortalmente, o celebrandolas en dicho Altar. Las razones, que puede dar Diana, si vienen à los ojos: lo vno, porque no se pueden dezir allí tantas Missas, porque todos las quieren en Altar priuilegiado: lo segundo, que no dando mas limosna, no es iusto obligar à mas de lo ordinario, que se digan: y assi en San-Lorenço el Real, el que quiere Missa en Altar colateral, que son los priuilegiados, dan dos reales de limosna: Leon X. concediò à los Benitos de Italia, y por communicacion à todas las demas Religiones, que participan de sus priuilegios, que qualquier Religioso Sacerdote, que dixere tres Missas por algun deudo suyo, dentro del tercer grado, en vn Altar diputado, ò señalado por el Superior, sa que aquella alma de Purgatorio, como si huuiesse dicho Missa en los Altares de San Gregorio, ò San Sebastian de Roma, que son priuilegiados. Refiereselo en nuestro Compendio, v. *Anima de Purgatorio*, §. 3.] Ita Garcias.

RESOL.

RESOL. XXVII.

An sub generali communicatione priuilegiorum Mendicantium, veniant communicata Altaria priuilegiata? Ex p. 6, tr. 7. & Misc. 2. Ref. 39.

OLim de hoc, casu fuit mihi cum quodam Religioso altercatio. Et pro parte affirmatiua facit Mandosius *tract. de priuileg. ad instar, glos. 9.* & Portel. *in dubiis Regul. verb. priuilegij communicatio, n. 10.* quia licèt forte priuilegij nomen strictè sumptum, indulgentias non comprehenderet: nihilominus tamen ex lata significatione vocabuli comprehendi possunt; quia omnis gratia Principis priuilegium appellari potest, vt dicunt Bald. *in prælud. feudal. n. 28.* Cart. sen. *consil. 49.* incip. *Memoriæ recolendæ.* Glos. *in c. super vlt. reg. Cancel. super 2. p. princ. vers. Nam omnis gratia Principis dicitur priuilegium.* Grammat. *dict. 9. n. 29.* Ioan. Andreas *in cap. olim, de verb. signif.* Mandos. *eod. tract. q. 7. n. 4.* Cùm igitur simus in materia fauorabili, in qua latissima fieri debet verborum interpretatio, sequitur sub generali communicatione priuilegiorum Mendicantium facta alteri Religioni, etiam indulgentias comprehendi. Quod autem hæc sit materia maximè fauorabilis, & per consequens amplianda, probatur: nam quodlibet priuilegium Religioni concessum, censetur fauorabile, etiamsi sit contra ius commune. Ergo, &c.

2. Sed tunc ego negatiuæ sententiæ adhæsi, & adduxi in terminis, vt dici solet, terminantibus amicissimum & doctum Tamburinum *de iure Abbatum, tom. 1. disp. 17. quæst. 2. n. 4.* Cuius sententiam nouissimè inuenti docere etiam Merolla *in Theologia Morali, tom. 3. disp. 6. cap. 4. dub. 7. n. 64.* tum quia in generali concessione non veniunt ea, quæ quis verisimiliter in specie non esset concessurus, *Regul. in generali 81. de regul. iur. in 6.* Tum etiam quia per communicationem generalem priuilegiorum, non communicantur priuilegia exorbitantia, & quæ rarò conceduntur. At altaria priuilegiata maximè perpetua rarò conceduntur à Sede Apostolica: Ergo, &c. Quod etiam patet ex communi vsu, & stylo Curiæ, de quo testatur Lauren. de Peyrin. in declaratione Priuileg. 8. à Paulo III. suo Ordini Minimorum concessi, *numero 2. tom. 2.* Vide ex his inferunt Merolla, & Tamburinus *suprà*, quòd Altaria priuilegiata vni Ecclesiæ Regularium concessa, non censentur communicata aliis Ecclesiis eiusdem Religionis: quamuis omnes dictæ Ecclesiæ liberent inter se communicationem priuilegiorum generaliter factam, quia rationes suprà assignatæ etiam in hoc casu militant. Facit etiam à fortiori doctrina Portell. *verb. communicatio priuilegiorum, num. 6.* vbi tenet, quòd indulgentia concessa vni Conuentui non communicatur ab aliis.

RESOL. XXVIII.

An si priuilegium Altaris priuilegiati sit concessum alicui Religioni, per communicationem possit alia Religio eo vti?

Et quæritur, quomodo vero communicatio in Iubilæis, & Indulgentiis detur inter Regulares, & eorum Ecclesias siue eiusdem, siue diuersi sint Ordinis? vi verbi gratia, Indulgentia concessæ Fratribus Minoribus in Festis suorum Sanctorum censeantur concessæ pro Ecclesiis Prædicatorum in festis suorum Sanctorum, & e contra? Ex p. 9. tr. 2. Ref. 20.

§. 1. OLim respondi negatiuè: & ita nunc iterum doceo: & ita, me citato, docet Lezana *in summa qq. Regul. tom. 3. verb. Altare, numero 19.* vbi sic ait: [Huiusmodi autem Altaria priuilegiata vnius Ecclesiæ, vel Religionis, non communicantur aliis etiam habentibus generalem communicationem priuilegiorum aliarum Religionum: tum, quia stylus Curiæ ita tenet: tum, quia iuxta regulam iuris *in 6.* quæ est 81. in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.] Ita ille, qui citat Peyrinum: quibus adde Romanum *de priuileg. Regul. lib. 2. cap. 2. num. 13.* Bordonum *tom. 2. resol. 52. num. 85.* Sup. hoc in Ref. præterit.

2. Quomodo verò detur communicatio in Iubileis, & Indulgentiis inter Regulares eorum Ecclesias, siue eiusdem, siue diuersi Ordinis, recognosce Quintanaduenas *in Theol. mor. tract. 4. Appendicis, dub. 8. & 9.* Et obiter hîc nota, Hieronymum Rodriquez *in Comp. qq. regul. resol. 116. n. 52.* docere, Indulgentias concessas, v. g. Fratribus Minoribus in Festis suorum Sanctorum, censeri concessas pro Ecclesiis Prædicatorum in Festis suorum Sanctorum, & é contra. Sed hæc opinio prorsus est reiicienda, & à praxi abhorret, & eam detestatur consuetudo, secundùm quàm priuilegia esse interpretanda, communis est Doctorum sententia, vt docet Miranda *tom. 2. q. 44. art. 4.* siquidem ea declarat, quando lex obligat, vel non obligat, vt cum S. Thoma *1. 2. q. 97. art. 3. q. 186. art. 9.* docent Theologi, & consuetudo iuxta hos, & Iurisperitos vim legis habet. & si sit rationabilis, & præscripta, iudicandum est secundùm ipsam in iudicio, & foro contentioso; etiamsi interdum sit contraria iuri scripto, vt ex Glos. *in cap. consuetudo, d. 1.* probat Syluius *verbo Consuetudo, q. 19. 20. & 21.* Quis igitur vnquam cogitauit, quòd virtute Iubilei concessi in die S. Bonauenturæ, lucrentur fideles, illud in die S. Hiacynthi in Ordine Prædicatorum.

RESOL. XXIX.

An Altaria priuilegiata concessa Regularibus fuerint reuocata per Bullam Pauli V. anno 1606. vel tantum prædictus Pontifex reuocauerit Indulgentias concessas immediatè ipsis Regularibus viuis?

Idem dicendum est de Indulgentiis concessis pro animabus Regularium absque vlla aliorum Regularium, vel sæcularium diligentia. Ex p. 9. tr. 2. Ref. 21.

§. 1. REspondeo negatiuè cum Quintanaduenas *in Theol. mor. tom. 1. tract. 4. Appendicis, dub. 2. num. 5.* vbi probat, quòd in dicto Breui reuocatæ non sunt Indulgentiæ concessæ Religiosis pro Animabus Purgatorij: v. g. vt tali Missa, vel oratione, vel in tali die liberent vnam animam à Purgatorio. Huiusmodi Indulgentias plures inuenies apud Hieronymum Rodriquez *resol. 77. à num. 62.* Et animaduerte, quòd etiamsi anima Purgatorij sit Religiosi cuiusuis, & Pontifex concedat, quòd quicunque, siue sæcularis, siue Regularis, hoc, vel illud opus pro illa effecerit in Ecclesiis Regularium, aut in eorum Altaribus priuilegiatis, liberet eam; non est censendum, hanc Indulgentiam esse reuocatam: nam indultum hoc non concessum Religiosis, quatenus Religiosi sunt; sed ratione Ecclesiæ, vel Altaris; & Paulus V. non reuocauit Indulgentias Regularium Ecclesiis, vel Altaribus concessas, sed tantùm concessas immediatè, & directè, ipsis Regularibus viuis, qui propterea de eius foro erant. Imò, etsi nominatim Pontifex exigeret, vt Missa pro anima Regularis defuncti à Regulari celebretur, vt defunctus à Purgatorio liberaretur; adhuc hæc Indul- Sup. hoc inf. in tr. 5. legelatam doctr. Ref. 40. signanter §. penult. & vlt.

gentia, meo iudicio, non esset reuocata à Paulo V. qui, vt tetigi, solùm Indulgentias viuis, & pro viuis concessas, illisque tantùm applicandas, reuocasse existimandus est.

Sup. hoc ex doctr. §. pen. & vlt. Resol. not. præteritæ.

2. Idem dicendum putat de Indulgentiis concessis pro animabus Regularium absque vlla aliorum Regularium, vel sæcularium diligentia. Huiusmodi est ea, quam concessit Ordini B. Mariæ de Monte Carmelo Ioannes XII. & confirmarunt Alexander V. Clemens VIII. & Gregorius XIII. vt scilicet, Sabbatho sequenti post obitum Fratrum, Monialium, & Confratrum ipsius Ordinis, ipsorum animæ à pœnis Purgatorij liberentur per modum suffragij seu impetrationis à Deo.

RESOL. XXX.

Est in aliqua Ecclesia Regularium Altare priuilegiatum, in quo per Missam liberatur anima à Purgatorio, suspenditur ne hæc gratia per Bullam Cruciatæ? Ex p.1. tr.11. Resol.86.

Sup. hoc in duabus Resol. seqq. & inf. in Resol. 33. cursim à lin. 3.

§.1. REspondeo affirmatiuè cum Fernand. *in exam. Theol. mor. p.3. cap.9.sect.11.§.19.num.2.* qui citat Rodriquez. Et idem docet Villalobos *in sum. tom.1.tract.27.claus.12.num.3.* vbi sic ait: [La Indulgencia, que ay en algunos Altares priuilegiados de algunos Conuentos, para que el Sacerdote, que alli dixere Missa, sa que vna anima del Purgatorio, no se gana, si no es que tenga la Bula de los viuos, y esto aunque diga la Missa por algun frayle, porque aquel no es priuilegio, que se concede en particular, para los frayles, sino para todos generalmente.] Ita ille.

RESOL. XXXI.

An per Bullam Cruciatæ suspendantur Altaria priuilegiata sita in Ecclesiis Regularium?

Et notatur, quod Indulgentia plenaria in Altari priuilegiato pro animabus Purgatorij concessa, per promulgationem Iubilæi anni Sancti, non manet suspensa eo anno. Ex p.3. tr. addit. Resol.12.

Quæ nũc est Resol. antecedens, & in Resol. seq. & in Resol. 1. post seq. cursim à lin. 3.

§.1. PRobabiliter cum Fernandez, & Rodriguez affirmatiuam sententiam docui *in p.1.tract.11. resol.86.* Sed nunc negatiuam sententiam non minus probabilem esse existimo, quam nouissimè tuetur Ægidius Trullench *in expos. Bull. Cruc. lib.1. quæst.9. cap.3. dub.4. num.3.* vt colligitur ex ipsa Bulla. Nam Pontifex solùm censetur suspendere Indulgentias pro viuis concessas, quia solùm suspendit eas respectu eius cui reualidantur accepta Bulla, quod colligitur verbis illis reualidationis. *Insuper in fauorem præsentis huius concessionis & Cruciatæ declaramus, vt quicumque summarium huiusmodi Bullæ sermone & idiomate vulgari conscriptum acceperint ij omnes fruantur, potiantur, & gaudeant omnibus gratiis, Indulgentiis, Iubilæis, peccatorum remissionibus, ipsis tam per SS. Dominum Nostrum Gregor. XIII. quam per alios Summos Pontifices, aut Sedem Apostolicam concessis, &c.* At reualidatio hæc respicit viuos, & non defunctos: nam viui & non defuncti participare possunt omnia, quæ in reualidatione continentur: ergo Bulla suspendit solùm Indulgentias pro viuis concessas. Et potest roborari quia vt docet Mart. Carrillo *in expos. Bullæ defunct. part.2. cap.9.in fine. Indulgentiæ concessæ animabus Purgatorij, non suspenduntur per suspensiones generales, v.g. per promulgationem Iubilæi in anno sancto, sicque indulgentia plenaria in altari priuilegiato pro animabus Purgatorij concessa, eo anno suspensa non manet; nam ratio ob quam illo anno Pontifex Indulgentias suspendit, est, vt Christi fideles animo alacriori & promptiori feruentiorique deuotione Romam proficiscantur ad Indulgentias comparandas, & loca sacra visitanda; quæ ratio cessat respectu animarum Purgatorij, atque ita per generalem suspensionem non suspenduntur Indulgentiæ pro defunctis concessæ; nisi de ipsis expressa fiat mentio; ergo nec per Bullæ generalem suspensionem. Deinde, quia vt patet ex verbis suspensionis Commissarij, Bullæ suspendere solùm censetur ea per quæ tam pium opus impeditur, ibi, Ne hoc adeò pium & sanctum opus disturbetur & impediatur per alias Indulgentias, gratias & concessiones. At per hanc non suspensionem hoc opus parum aut nihil impeditur, nam cum hæc Indulgentia solis defunctis prosit, viui, vt illis Bulla prosit, eodem modo accipere eam tenentur.* Sic ille, satis probabiliter, vt dixi.

Sup. hoc inf. in Resol.34. & lege doctr. alterius Resol. eius primæ annot.

RESOL. XXXII.

An Altaria priuilegiata suspendantur per Bullam Cruciatæ?

Et stando in sententia affirmatiua, quis tenetur Bullam viuorum accipere, vt talis Indulgentia reualidetur, & applicari possit defuncto, an prædicta Bulla requiratur in Sacerdote, an vero in eo, qui pro defuncto celebrare facit? Ex p.9. tr.2. Resol.22.

Sup. hoc dub. 2. Resol. 1. in fin.

§.1. AFfirmatiuam sententiam tenet Rodriquez, Villalobos, Fernandez, & alij: quia Commissarius generalis Cruciatæ expresse suspendit omnes similes, & dissimiles gratias, indulta & facultates quibuscumque Ecclesiis, Hospitalibus, & locis pijs, Vniuersitatibus, Confraternitatibus, & singularibus personis concessas; at Altare priuilegiatum, seu Capella, est parua Ecclesia, & locus pius: & ex alio capite Indulgentia concessa in Altari priuilegiato, est plenaria; & similis illi, quæ per modum etiam suffragij conceditur Defunctis in Bulla Defunctorum; ergo per Bullam Altare priuilegiatum manet suspensum, ac per consequens, vt reualidetur, requiritur in Bulla viuorum.

2. Sed dices: Quis tenetur Bullam viuorum accipere, vt talis Indulgentia reualidetur, & applicari possit Defuncto? Certum est, non requiri quoad hunc effectum Bullam Defunctorum, cùm hæc solis Defunctis prosit: nec sufficit, quòd Ecclesia, Vniuersitas, aut Confraternitas, seu locus pius, in quo situm est Altare, & Capella, Bullam accipiat, quia hæc non locis & Communitatibus, sed particularibus personis conceditur, vt patet ex illius contextu, & declarat Commissarius: [Y por quanto vos N. dilles dos reales de plata.] & tenet Villalobos *claus.12. n.5. tract.27.* Difficultas ergo est, an requiratur in Sacerdote celebrante, an verò in eo, qui pro defuncto celebrare facit, Rodriq. §.12. *n.4.* insinuat requiri Bullam in celebrari faciente, ait enim, sæcularem teneri Bullam viuorum accipere, vt Indulgentia in Altari priuilegiato Religiosorum concessa Defuncto prosit, At dato, quòd Bulla suspendat hanc Indulgentiam, verius est requiri ad eiusdem Indulgentiæ reualidationem Bullam in celebrante, vt colligitur ex verbis, quibus hæc Indulgentia Defunctis conceditur, quæ communiter sunt tenoris sequentis: vt quandocunque Sacerdos aliquis Missam Defunctorum in dicta Capella, Altari, vel Ecclesia celebrauerit, anima ipsa per modum suffragij Indulgentiam consequatur, & à pœnis Purgatorij liberetur. Et ita etiã sentit Ludou. à Cruce *in expos. Bull. disp.1. cap.9. dub.1. n.11.* Ex quibus patet, Indulgentiam hanc applicari Defunctis media actione Sacerdotis celebrantis, & per consequens in ipso celebrante, & offerente Sacrificium Missæ requiri Bullam ad

ad huiusmodi Indulgentiæ reualidationem, supposito, quòd per Bullam suspendatur. Quòd si Altare priuilegiatum sit Religiosorum, tunc præter Bullam in celebrante requiritur Bulla in celebrari faciente, vt existimant Rodr. *supra* quem sequitur Villalobos *tr.27. claus.* 12.3. quia priuilegia Regularium quoad sæculares per Bullam suspenduntur, & per eam reualidantur.

2. Sed, his non obstantibus, non desunt Doctores asserentes, quòd per Bullam Cruciatæ, non suspendantur altaria priuilegiata, & præter Carrillum, & Trullench, *alibi* à me adductos, nouissimè hanc sententiam tenet Quintanaduenas *in Theol. mor. tom.1. tr.1. de appendicis, dub.15. per errorem.14.num.7.* qui id probat ex Summario ipsius Bullæ Cruciatæ, nam in eo ait Commissarius: *Suspendimus omnes Indulgentias per diuersa Regna, Dominia, Insulas, quibuscumque Ecclesiis, Hospitalibus, & locis piis, vniuersitatibus, & Confraternitatibus, & singularibus personis concessas.* Indulgentiæ verò concessæ pro Animabus Purgatorij, non comprehenduntur sub hac clausula; cùm neque loca, aut Communitates prædictæ sint, neque pro singularibus personis in communi loquendi modo recipiantur. Enim verò quis vnquam Purgatorij animam, aut eam nominauit: Licèt enim, physicè loquendo, sit rationalis naturæ individua substantia; semper verò in hac ciuili, & canonico, ac in Pontificis Bullis, in stratis, aliisque iuridicis, & non iuridicis Decretis, sub personæ nomine intelligitur, vel viuens modo, vel qui olim viuebat, vt viuebat, & comprehenditur masculus, ac fœmina, vt notant Azeuedo *ad lib.1. num.175. tit.5. lib.8. nouæ recupil.* Gratianus *disceptat. forens. cap.8. num.19.* Barbosa *remiss. ad ordin. Regni Lusitanor. l.4. tit.36. num.2.* Nec altari priuilegiato propriè Indulgentia conceditur; sed animæ Purgatorij, quæ eius fructum, scilicet, solutionem pœnæ debitæ percipit: & ita non suspenduntur Indulgentiæ pro animabus concessæ, seu potiùs alligatæ talibus Ecclesiis, Altaribus, Confraternitatibus, &c. Tum, quia ex Summario constat, quod solùm suspenduntur illis, respectu quorum reualidantur, qui solùm viatores sunt, cùm ij tantùm Cruciatam sumant. Et ita hanc sententiam docet etiam Lezana *in summa qq. regul. tom.2. verb. Altare, n.16.* Vnde ego vtramque sententiam probabilem esse puto, vt, me citato, obseruat Trullen *Bull. Cruc. in nouissima editione, lib.1. §.9 dub.4. 25.* licèt negatiuam sententiam existimem cum ipso probabiliorem.

RESOL. XXXIII.

An vt liberetur anima à Purgatorio in Altari Priuilegiato debeat habere Bullam Sacerdos celebrans, an qui facit celebrare?

Et quid, si Altare priuilegiatum sit Religiosorum? Et supponitur, quod per Bullam Cruciatæ suspenduntur gratia liberandi animam à Purgatorio concessa in Altari priuilegiato.

Et an Missa dicenda in Altari priuilegiato necessario, sit dicenda de Requiem, vel sufficiat qualibet alia Missa ex designatis in Missali, vel Festiuitatis, aut omnino dummodo Sacerdos eam applicet defuncto? Ex part.1. n.8. & Misc.8. Resol.29.

§.1. CAsus est curiosus, & in Regnis Hispaniarum minimè frequens, & pro intelligentia huius difficultatis notandum est, quod per Bullam Cruciatæ suspendantur gratiæ liberandi animam à Purgatorio concessæ in Altari Priuilegiato. Ita ego docui *part.1. tract.11. resol.86.* licet aliqui contrarium probabiliter sentiant, & cum ipsis nouissimè Pater Escobar vbi *infrà Probl.112. num.798.* & Magister Gallego *in Bullam Cruciatæ cap.12. dub.175.* sed supposita nostra sententia ad præsentem difficultatem respondet nouissimè Pater Andreas Mendo *in Bullam Cruciatæ disputat.29. cap.4. num.30.* vbi sic ait: Restat dignoscere, an egeat Bulla Cruciatæ is qui celebrat in Altari priuilegiato pro anima Purgatorij, an is qui facit, vt celebretur. Et suppono, si Religiosus celebret in Altari sui Cœnobij, eum non indigere Bulla, quia, vt infra dicemus, & constat ex clausula præsenti; Religiosi absque Bulla valent frui gratiis, quæ ipsi concessæ sunt. In hoc dubio insinuat Emanuel Rodriquez, requiri Bullam in celebrante. At Ludouicus à Cruce tenet requiri in faciente, vt celebretur. Tenenda est prima sententia. Etenim qui celebrat, non qui facit vt celebret, lucratur eam pro defuncto Indulgentiam, sed Bulla est necessaria ei, qui lucratur indulgentiam non ei, qui non lucratur, ergo est necessaria celebranti, & non ei, qui facit, vt celebret.

Sup. hoc in Resol. præterit §. Sed dices & pro conf. ad in 6. têro in vers. Et suppono huius text. §. Sed not. huius Resol. &c.

2. Confirmatur à paritate, si ego intenderem vt anima mei parentis à Purgatorio liberaretur media visitatione Altarium in die stationis, in qua eiusmodi liberatio per Bullam conceditur, & à Ioanne poscerem, vt Altaria visitaret propter hunc finem, nullus dicet me indigere Bulla, vt finis ille obtineatur, sed Ioannem; quia liberatio animæ tunc ab eius opere, ac intentione dependet, non à me, qui medium ad liberationem non applico, sed dumtaxat preces, aut consilium impendo, vt impetrem à Ioanne quod opto. Similiter ergo qui facit vt in Altari priuilegiato celebret solùm apponit preces, aut eleemosynam, quia celebrationem obtinet non verò apponit ipsam celebrationem, quæ est medium requisitum ad consequendam pro defuncto indulgentiam, & celebrans eodem modo medium celebrationis apponit, cum id præstat rogatus, aut stipendium pro Missa accepit, ac cum vltro id ipsum exequitur. Et sanè constat soli celebranti committit facultatem liberandi animam à Purgatorio, è formula, qua conceditur, ea enim esse solet. Vt quandocumque Sacerdos aliquis Missam defunctorum in dicta Capella celebrauit, anima ipsa per modum suffragij indulgentiam consequatur, & à pœnis Purgatorij liberetur, Hucvsque Mendo.

3. Sed nota, Ludouicum à Cruce non docere vt vult Mendo contrariam sententiam, nam in Bulla Cruciatæ *disp.1. cap.9 dub.2. n.11.* hæc asserit: Hinc etiam Presbyteri sæculares celebrantes in Altari priuilegiato nequeunt absque Bulla viuorum animam à pœnis Purgatorij liberare: Imò nec Presbyteri Regulares, estò dictum Altare in eorumdem Ecclesiis existat, & celebrent pro anima alicuius defuncti. Religiosi, quia huiusmodi priuilegiorum non conceditur pro Religiosis determinatè, sed generaliter pro omnibus fidelibus; secus si dictum altare sit ad instantiam alicuius superioris Mendicantium concessum pro defunctis, tam Regularibus, quam sæcularibus; tunc enim si presbyter Regularis Missam celebrat pro anima defuncti Regularis, etiam absque Bulla, consequetur effectum indulgentiæ, iuxta præcitatam exceptionem. Ita Ludouicus à Cruce, qui vt vides non dissentit à sententia Patris Mendo, vnde nescio quare ipse dixerit dissentire.

Sup hoc sup. in §.1. huius Resol. ad med. vers. Et suppono. & in Resol. & §. not. præteritæ in fine dicti §.

4. Nota etiam quod post hæc scripta inueni hanc sententiam docere etiam Patrem Antonium Escobar *in sua Theol. moral. tom.1. lib.7. sect.2 probl.113. n.802.* posito, quod per Bullam Altaris priuilegiati suspendatur indultum; & addit, si Altare priuilegiatum sit Religiosorum, tunc præter Bullam in celebrante, Bullam requiri in eo, qui celebrare facit; quia priuilegia Regularium quoad sæculares per Bullam suspenduntur,

dunʒur, & per eandem reualidantur, Quæ quidem sunt valdè notanda; nam à pluribus nesciuntur, nec obseruantur.

Sup. hoc in Resʃ.not.sit.

5. Obserua etiam hîc, dictum Patrem Mendo *vbi supra*, docere ex formula apponi solita indulgentiis Pontificijs, Missam defunctorum, quæ in ipsa præscribitur, sumendam esse pro Missa applicata defunctis, ita ut opus non sit quod dicatur aliqua Missa ex designatis in Missali pro defunctis; sed quæcumque alia, siue de Sanctis siue de Tempore, aut Votiua celebretur, dummodo Sacerdos eam applicet defuncto, illum à Purgatorio liberabit. Etenim valor satisfactorius æqualis est respectu animæ liberandæ à Purgatorio, siue hæc, siue illa Missa pro ea celebretur; & cum communiter nequeat Sacerdos dicere Missam ex designatis in Missali pro defunctis, siquidem tenetur celebrare de festiuitatibus occurrentibus Missas, nisi specialis vrgeat ratio, non apparet credibile, Pontificem concedentem Altari priuilegium præfatum, adeo illud restrinxisse, vt in eo solummodo liberetur anima à Purgatorio media celebratione Missæ prædictæ, quæ non quotidie, nec communiter potest celebrari. Quin potius Pontificis mens ea videtur, vt qualibet Missa applicata defuncto liberetur anima. Hoc confirmat praxis, & persuasio fidelium, vnde in Altaribus priuilegiatis inscribitur, ibi liberari animam à Purgatorio per quamlibet Missam, quæ exprimatur, quænam sit Missa celebranda. Confirmatur etiam à paritate, nam eadem videtur esse concessio facta loco, seu Altari priuilegiato circa liberationem animæ media Missæ celebratione, ac facta personis. At, cum Pontifex alicui concedit, vt celebrant vbicunque Missam liberet animam à Purgatorio, id obtinetur per quamlibet Missam: ergo similiter contingit; cum idipsum concedit Altari. Hæc Mendo. Sed ego * alibi adduxi Declarationem Sacræ Congregationis in contrarium, de qua si authenticè constaret, esset quidem obseruanda.

* Alibi sup. in Resʃ.9. & 10. & inf.in Resʃ. 41. §. Nec deseram.

RESOL. XXXIV.

An Altaria priuilegiata suspendantur per Iubilæum anni Sancti?

Et an in Iubileo anni Sancti suspendantur Indulgentiæ pro mortuis, quæ viuis conceduntur cum facultate, vt eos applicare valeant pro defunctis; Huiusmodi sunt Indulgentiæ concessæ grauis, Imaginibus, Coronis, Crucibus, Numismatis benedictis, & similibus. Ex part.9. tract.2. Resol. 23.

Sup. hoc sup.in Resʃ. 31. ad med. versʃ. v. g. & sege doctr. Resʃ.not.seq. à S. Et ad primum.

§.1. NEgatiuè respondeo, quicquid aliqui asserant, cum Castro Palao *tom.2. tract.24. disp.vnic. punct.12. num.7.* Layman *lib.5. tract.7. cap. vlt. in fin.* Bordono *in const. Regul. tom.2. resʃ.81. num.36.* Quintanaduenas *vbi infra, num.3.* Lezana *in Summa qq. Regul.tom.3.verb.Altare,num.16.* Et me citato tenet Bordonus *tom.2. resʃol.91. num.12.* quia, ait ille, in Bulla Anni Sancti nulla fit mentio suspensionis Indulgentiarum pro Defunctis, quod est de iure necessarium, cùm id sit quid speciale: & sicut Indulgentiæ viuorum mortuis non prosunt, nisi in illis fiat specialis mentio; ita neque eisdem mortuis concessæ, intelliguntur reuocatæ, nisi de illis fiat expressa mentio. Et pro Anno Sancto adest specialis ratio suspendendi Indulgentias viuorum, vt hac occasione promptiores fiant ad proficiscendum Romam, vt ibi illas lucrentur: quæ ratio non habet locum in mortuis, qui Romam proficisci possunt; quia à loco, vbi morantur fideles in pœnis, non datur regressus.

Sup.hoc inf. in tr.4. Resʃ.

2. Sed hic obiter pro curiosis quæro, an in Iubileo Anni Sancti suspendantur Indulgentiæ pro mortuis, quæ viuis conceduntur cum facultate, vt eas applicare valeant pro Defunctis. Huiusmodi sunt Indulgentiæ concessæ Granis, Imaginibus, Coronis, Crucibus, Numismatibus benedictis à Clem. VIII. ad instantiam Patrum Societatis Iesu Peruanorum, 39. Augusti, 1596. & à Paulo V. ad instantiam Patrum Societatis Iesu in sua Congregatione Generali 5. Nouemb. 1615. & ad instantiam Procuratorum Canonizationis S.Caroli Borromæi, anno 1616. & à Greg. XV. 12. mensis Martij, anno 1622. ad instantiam Procuratorum Canonizationis S.Ignatij, Xauerij, Nerij, Isidori, & Teresiæ, & ab Vrbano VIII. 3. Nouembris 1623. necnon à Leone X. Gregor. XIII. & Xysto V. Coronæ Christi D. vulgò Camaldulæ, & similes, in quarum summario hæc verba habentur: [Las sobredichas Indulgentias se pueden tambien applicar por las animas de los fideles Difuntos per modo de suffragio.] Et Quintanaduenas *in Theol.mor.tom.1. tract.8. Appendicis, dub.14. num.4.* putat, has omnes, & similes Indulgentias non suspendi quoad Defunctos per hoc Anni Sancti Iubilæum: quod satis probatur ex rationibus, quibus ostenditur, quòd pro solis Defunctis concessæ non suspendantur. In primis quia eodem modo hæ conceduntur à Pontifice, & applicantur à fidelibus, siue illis competant cum hac facultate eas applicandi pro Defunctis, siue pro Defunctis tantùm sint concessæ. Ratio est: quia de omnibus his Indulgentiis per modum suffragij (id est, auxilij, & adiutorij Ecclesiastici applicati, vt explicant Viualdus, Corduba, Coninch, Nauarrus, Valentia, Reginaldus, & alij apud Bonacinam *de Indulgent. dist.6.quæst.1.punct.6.num.6.*) solùm Defuncto concessis, vel de applicandis illi, licet viuo concessis, æquè verificatur, quod S. Thomas ait *in 4. distinct.45. quæst.2. art.5. quæst.2.* quod non directè, & principaliter, sed tantùm secundariò, & indirectè Defunctis conceduntur. Idem docent Coninch *distinct.12. dub,10.* & Suar. *distinct.24. numero 12. & seq.* nam Pontifex non absoluit Defunctum à pœna, vtpote in eum non habens iurisdictionem, sed solùm soluit, offerendo ex Thesauro pretium æquiualens pro illo; vel, vt alij aiunt apud Lugum *disq.27. de pœnit.sect.5. num.66.* hæ Indulgentiæ conceduntur directè, & immediatè viuentibus: cum facultate, vt eas, sicut propriam satisfactionem, transferant ad Defunctos: vel, vt ipse *n.70.* explicat, nec viuenti, nec Defuncto immediatè conceduntur: sed, vt addit *num.7.* Pontificem, quando concedit Indulgentiam pro defunctis ita eleuare ex Thesauro Ecclesiæ opus bonum, & satisfactorium, quod exigit ab aliquo viuente, vt possit habere effectum satisfactionis vltra condignum. Ergo, quoad hanc suspensionem, eadem est vtriusque Indulgentiæ ratio: non in quantum viuis concessa, sed in quantum pro Defunctis applicanda. Præterea, quia applicatio, per modum suffragij, quam concedunt Pontifices in rebus indultis, idem est, ac concessio pro Defunctis: quia, vt ex Suario notat Eminentiss. Lugo, nunquam conceditur Indulgentia per modum suffragij pro viuis: quia viuus est subditus, & capax absolutionis, cuius Defunctus non est capax.

3. Probatur denique ex Nauarro ita sentiente: Si concessione vnius Papæ esset concessa Indulgentia plenaria ob aliquod opus bonum, & ob idem concessione eiusdem vel alterius dimidia, vel alia, aut aliquota pars eius, aliquorum dierum, & annorum; iuste posset facere illud ad quærendam non plenariam: licet non ad quærendam plenariam: publicare item non plenariam, vel eam non quæri posse monendo: ergo similiter, si ob idem opus potest obtineri Indulgentia pro viuis, & defunctis, pro istis poterit hæc obtineri, & publicari, licèt non possit pro illis. Denique ex his

dedu

deducetur, quòd non suspendantur Indulgentiæ, quæ singulis personis, & Altaribus conceduntur pro Missis quæ animæ liberari à Purgatorio valent. Ergo. Et hanc omnia ingeniosè excogitauit Quintanaduenas; *vbi supra*: Sed, an probabiliter, iudicent alij: scio enim aliquibus viris doctis non placere.

RESOL. XXXV.

An Sacerdos obligatus dicere Missam in Altari priuilegiato possit applicare Indulgentiam defuncto, & altari Sacrificium, & accipere duo stipendia?

Et putatur, Missam, si celebretur in Altari priuilegiato alio die à designato, prodesse quidem ex parte sua, non vero Indulgentia Altaris priuilegiati.

Et aduertitur etiam, quod si aliquis obligatus sit dicere Missas in tali Altari priuilegiato ad eruendas animas ab igne purgatorio, etiamsi ei perueniat iustum impedimentum, quo non possit eas dicere in eo Altari, non satisfacit, nisi similiter dicat in alio Altari priuilegiato. Ex p.9. tract.2. Ref.24.

§.1. HVnc casum ponit Bordonus, & ad illum sic respondet *tom.2. resol.91. num.4.* [Quæritur, an quando celebratur Missa in Altari priuilegiato, tunc Missa habeat suum effectum satisfactionis pro illo Defuncto, cui applicatur Indulgentia Altaris? Videtur, quòd non, quia sufficienter eius anima liberatur à pœnis, & ad cœlum volat, cùm sit plenaria. Consequenter in eo casu poterit Sacerdos accipere speciale stipendium, applicando Altari Missam præter stipendium acceptum ab eo, qui fecit celebrare ad Altare priuilegiatum. Respondetur: Missa suum producit satisfactionis effectum respectu animæ illius, cui applicatur priuilegium Altaris; quia esto liberari possit per indulgentiam Altaris; quia tamen id nobis non constat; ideò & Missæ Sacrificium illimet intelligitur applicatum; quod inter alia remedia pro solutione pœnarum est efficacissimum, & infallibile, quod Deus semper acceptat. De Indulgentia vero nonnulli dubitant, de quibus Suar. *in p. 3. de panit. & Indulgent. disp. 53. sect. 3.* & ad hoc facit illud orationis omnium Sanctorum: *Multiplicatis inter filios largitus.* Ex quo patet ad rationem dubitandi, & Sacerdotem debere Sacrificium applicare in Altari priuilegiato illi animæ, pro qua petita fuit Missa ad tale Altare.] Ita Bordonus, qui etiam optimè notat, *num.7.* Missam, si celebretur in Altari priuilegiato alio die à designato, prodesse quidem ex parte sua; non verò Indulgentiæ Altaris priuilegiati, quia Indulgentiæ annexum habent tempus, tanquàm habilitantia ad acquirendum illas, aliter extra illum, seu tempus determinatum nullus eas lucrari posset, cum non sint extra tempus præfixum, & tantùm valeant, quantùm sonant.

2. Nota etiam hîc cum Fagundez *præcept. 1. lib. 3. cap. 9. num.7.* quòd si aliquis obligatus sit ad dicendas Missas in tali Altari priuilegiato ad eruendas animas ab igne purgatorio, etiamsi superueniat iustum impedimentum, quo non posset eas dicere in eo Altari v.g. quia mutauit domicilium, vel ad tempus absens factus est ab eo loco; non satisfacit, nisi similiter dicat in alio Altari priuilegiato: multùm enim defraudaret Defunctos; superueniente enim iusto impedimento, iustam causam habet mutandi locum, & Altare; in aliud tamen simile, ne tam pio suffragio, & cum tanto detrimento defraudentur animæ in igne purgatorio existentes.

RESOL. XXXVI.

An Sacerdos possit accipere duplex stipendium pro vna Missa, vnum pro applicatione fructus, qui tradenti eleemosynam obuenire solet, alterum pro applicatione Indulgentiæ, v. g. Altaris priuilegiati, cui concessa sit liberatio animæ à Purgatorio? Ex p.10. tract.16. & Misc.6. Ref.70.

§.1. HAnc resolutionem pono in gratiam amicissimi P. M. Antonij Cotonis, viri huius, omnisque literaturæ refertissimi, cui propter Summam Dianæ tam belle & ingeniosè concinnatam sub nomine Antonij Noctinot, plurimum debeo eo magis, quòd nunc variis licèt scientiis legendis & scribendis occupatus, eamdem Summam nouis partibus auget, & multa addit de suo quam proinde, sicut & alia quæ molitur: grauissimam, & literariæ Reipub. vtilissimam fore spero. Sup. hoc in Ref. præterita, & lege doctr. Ref. seq. & sup. Ref. 6.

2. Ipse ergo P. Cotonius litteris ad me datis quæsiuit à me; quid circa supradictam quæstionem sentirem. Se enim non approbare opinionem affirmatiuam P. Bordoni ex suo Ordine, quam tradit *tom.1. conf. reg. ref.25. num.* 17. propter multas rationes, quas pro ingenij, & doctrinæ suæ præstantia in illius confutationem adducebat.

3. Ad quem ego etiam negatiuè respondi Addidi quæ P. Lezana *in Summa tom.4. verb. Missa, numero* 18. vocare dictam sententiam non solùm singularem, cum nullum alium pro se patronum habeat, sed, & contra communem sensum fidelium, qui quando petunt pro aliquo defuncto dici aliquam Missam cum Indulgentia Altaris, v. g. priuilegiati, petunt applicationem tùm Indulgentiæ, tùm fructus, qui communiter in aliis Missis applicantur, imò & contra intentionem Pontificum concedentium tales indulgentias, qui hoc fine dubio intendunt. Quare non video quomodo sustineri possit, maximè post Decreta Sacræ Congregationis adducta, generaliter prohibentia recipi plura stipendia pro vna Missa. Et ideò meritò aduersus hanc sententiam insurgit etiam Pater Tamburinus *vbi suprà, lib. 3. capit. 1. §. 3. numero* 48. quia vel offerens tantum stipem, petit talem Indulgentiam vel non; si primum, iam ex conuentione debes, & indulgentiam: si secundum, non potes accipere mercedem de re non conuenta. Adde, id certè esse contra intentionem Pontificum, tales Indulgentias concedentium, qui multum abhorrent ab huiusmodi sordidis negotiationibus.

RESOL. XXXVII.

An qui tenetur celebrare tantum de Requiem, v. g. si illam celebret in Altari priuilegiato possit Indulgentiam applicare alicui alij defuncto?

Et infertur, quod quando quis facit opus pium, vt sibi ipsi lucretur Indulgentiam aliquam, potest nihilominus propriam satisfactionem, quam ex opere operantis inde habet, alteri siue defuncto, siue viuenti applicare per modum suffragij. Ex p.9. tr.2. Ref.25.

§.1. ALiqui respondent affirmatiuè: quia ratione stipendij talis Sacerdos non tenetur dicere Missam in Altari priuilegiato, sed poterat in quocumque. Ergo dicendo Missam in Altari priuilegiato, Indulgentiam plenariam poterit applicare, cuicunque Defuncto sibi placuerit, modò applicet valorem

rem Missæ, cui dedit stipendium. Et ideò Didacus Nugnus *in Addit. ad 3. p. tom.2. quæst.25. art.5. q.3. concl.3.* sic ait: [Res certissima est, quòd quomodocunque petatur, quod aliquis sacrificet ad liberandum animam à Purgatorio, debet offerre Sacrificium pro illa: quia, si offert, vt illam liberet, iam offert pro illa, & applicat ei Sacrificium, atque adeò implicat, quod non applicet ei satisfactionem correspondentem ex opere operato. Verum est, quòd potest simul pro aliis offerre, & ab alio suscipere stipendium Missæ legitimum: quia ex hoc nullum est impedimentum ad lucrandam Indulgentiam propter rationem datam, & propter eandem rationem potest idem Sacrificium offerre pro se ipso, & velle propriam satisfactionem, quæ sibi correspondet ex opere operato, & etiam ex opere operantis.] Ita ille.

2. Sed alij ex Suarez asserunt, verba priuilegij attentè expendenda esse: nam si hunc tenorem contineant. *Dicendo, aut offerendo Missam pro Defuncto, liberat animam eius à Purgatorio.* Tunc necessarium erit fructum Sacrificij tali animæ in particulari applicare. Si autem solùm dicatur: *Dicendo Missam*, vel, *Quoties Missam dixeris, toties liberes vnam animam à Purgatorio.* Tunc ex vi talis priuilegij satis est illud pium opus facere, etiamsi particularis fructus eius, siue ex opere operantis, siue ex opere operato tali animæ non applicetur, sed solùm beneficium Indulgentiæ. Ex quo infert Pater Suarez, quòd quando quis facit opus pium, vt sibi lucretur Indulgentiam aliquam; potest nihilominùs propriam satisfactionem, quam ex opere operantis habet, alteri, siue Defuncto, siue viuenti applicare per modum suffragij: quia Indulgentia solùm exigit executionem illius operis, non verò applicationem satisfactionis eius pro se, vel pro alio. Ex quo etiam infert, quòd si alicui concedatur Indulgentia plenaria, quoties sacrificauerit tali loco, vel tali die, vel simpliciter; posse lucrari Indulgentiam, offerendo pro alio: quia neque ex vi talis concessionis aliud exigitur, neque verisimile est, Indulgentiam vllo modo impedire hoc charitatis opus. Sed circa præsentem quæstionem, vide, quæ dicta sunt *suprà in resol.5.*

Quæ hic est supra Res.6. Sed vide etiam doctrinâ Res. 35.&.36.

RESOL. XXXVIII.

An magis prosit animæ existenti in purgatorio Missa Altaris priuilegiati, quam Indulgentiæ Bullæ Cruciatæ? Ex p.9.tract.2.Res.16.

§.1. PVtat Trullench *in Bull. Cruc. lib.4.dub.12.n.4.* cæteris paribus, id est, supposita æquali causa, & certitudine vtriusque indulgentiæ, vtilius, & efficacius esse animæ Purgatorij dicere pro ea Missam in Altari priuilegiato, quam accipere pro ea Bullam Defunctorum. Ratio est: nam; etsi Indulgentia, quæ conceditur ratione Bullæ Defunctorum, & illa, quæ ratione Missæ in Altari priuilegiato applicatur Defuncto in ratione Indulgentiæ, sint æquales, eò quòd omnes sint totales: differunt tamen in hoc, videlicet, quia Indulgentia, quæ ratione Missæ in Altari priuilegiato animæ conceditur, habet insuper coniunctum illum gradum satisfactionis, Sacrificio Missæ ex diuina institutione correspondentem, quem non includit Bulla Defunctorum: ac proinde ex hac parte, cæteris paribus, vtilius esse poterit Missam pro anima Purgatorij in Altari Priuilegiato celebrare, quam pro ea Bullam Defunctorum accipere.

2. Dixi, *cæteris paribus, seu suppositâ æquali causa, & certitudine indulgentiæ:* nam si causa concedendi Indulgentiam in Altari priuilegiato non est tam proportionata, & certa, sicuti est illa, ratione cuius conceditur Bulla Defunctorum, hoc supposito vtilius esset defuncto accipere pro eo Bullam Defunctorum; & hoc quidem, quia hæc Indulgentia sit maior, aut locupletior; sed quia certior est, & per consequens: vtilior, & efficacior. Quare regulariter loquendo, cùm inter causas concedendi Indulgentias, maior, & certior, videatur illa, ratione cuius Bulla conceditur, nimirum bonum commune Ecclesiæ, quale est belli subsidium contra Infideles, vt benè aduertit Carillo *in Expositione Bullæ Defunctorum, part.2.cap.9.vers. Acerca num.7.* ideò, regulariter loquendo videtur vtilius, ratione certitudinis Indulgentiæ, Bullam Defunctorum pro anima accipere, quam pro ea Missam in Altari priuilegiato celebrare. Etenim communiter loquendo, causa, ob quam Indulgentia cõceditur in Altari priuilegiato solet esse particularis, v.g. deuotio Sancti, indigentia Ecclesiæ, &c. quæ tandem certitudinem, & proportionem præseferre non videtur, sicuti causa generalis, ratione cuius Bulla conceditur. Attamen suppositâ æquali causa, & proportione (quod in dubio præsumendum est,) vtilius est animæ Missam pro ea in Altari priuilegiato celebrare, quàm pro ipsa Bullam accipere Defunctorum: sed, quia communiter causa concessionis Indulgentiæ in Altari priuilegiato non est tã euidens, & manifesta, sicuti est causa concessionis Bullæ, ideò consulto dictum est, loquendo regulariter, vtilius esse animæ Bullam Defunctorum pro illa accipere, quàm pro ipsa Missam in Altari priuilegiato celebrare. Et hæc omnia docet Trullench *loco citato.*

RESOL. XXXIX.

An Indulgentia Altaris priuilegiati possit Cathecumenis existentibus in purgatorio applicari?

Et an Sacrificium Missæ possit applicari Cathecumenis.

Et docetur, quod fideles curent celebrari pro se Missas ante mortem, quam post; & quod plus valent pro defuncto Missæ simul & continuatè dictæ, id est, si na die dicantur, quam si in pluribus. Ex p.9.tr.2. Res.27.

§.1. QVærunt Doctores, an Catechumeni Defuncti sint capaces Indulgentiæ per modum suffragij. Et negatiuè respondet Mercerus *de Sacram. in supplem. ad 3.part.D.Thomæ, q.26.dub.2.n.3.* Nugnus *in 3.p.tom.2.q.5.art.1.q.3.concl.3.* & Dicastill. *de Iure personarum, lib.3.cap.6.* in quo ponit tres conclusiones. In prima inquit, Cathecumenos esse incapaces Indulgentiæ per modum absolutionis: quia Indulgentia sub tali forma, cùm fit per modum potestatis iudiciariæ, solùm locum habet in subditis: in Cathecumenos autem Ecclesia talem potestatem non habet. In secunda conclusione docet, Indulgentiam per modum suffragij posse ab Ecclesia cõcedi Catechumenis, si in charitate defuncti sunt. In tertia denique conclusione ait, consuetudinem esse receptam, vt indulgentiæ, etiam per modum suffragij, concedantur dumtaxat iis fidelibus, qui cum Baptismo mortui sunt. Et præcipua ratio huius sententiæ; est quia sicuti fructus Sacrificij ex opere operato etiam per modum suffragij, restrictus est ad solos Defunctos baptizatos; ita etiam fructus Clauium circa Indulgentias per modum suffragij concessas. Itaque nullus potest esse Indulgẽtiæ capax, qui non sit ecclesiasticæ iurisdictioni subiectus, Atqui Cathecumenus viator non est Ecclesiasticæ iurisdictioni subiectus: ergo neque Indulgentiæ capax, Maior constat ex dictis, & colligitur ex c. *Quod autem de pœn. & rem.* vbi definitur, Indulgentiam non prodesse, nisi subditis.

ritis. Et ratio id etiam suadet: quia, cùm concessio Indulgentiæ sit actus ecclesiasticæ iurisdictionis, non prodest nisi subditis. Minor colligitur ex Trid. *sess.* 14. *c.* 2. vbi docet, Ecclesiam in neminem actum iurisdictionis exercere posse, qui non priùs in ipsam Baptismi ianuam fuerit ingressus, citans illud Apostoli 1. ad Corinth. 12. *Quid mihi de iis, qui foris sunt, iudicare?*

2. Confirmatur primò: Non potest Episcopus Indulgentias concedere sibi non subditis: ergo nec Summus Pontifex Cathecumenis. Consequentia probatur: nam ita se habet Summus Pontifex erga Cathecumenos, quoad spiritualem iurisdictionem, sicut Episcopus quoad eandem spiritualem iurisdictionem erga Baptizatos sibi non subditos. Confirmatur secundò: Cathecumeni ante Baptismum non sunt capaces gratiæ sacramentalis: ergo nec effectus Indulgentiarum. Consequentia probatur: quia vterque effectus continetur ex opere operato Christi: igitur si Cathecumenus non est capax vnius; neque erit capax alterius.

3. Non desunt tamen Doctores à me *alibi* citati, asserentes Cathecumenos in Purgatorio existentes, esse capaces Indulgentiarum: nam non videtur Pium excludere à beneficio Indulgentiarum Cathecumenos, qui absque culpa ex hac vita migrarũt sine Baptismo, & quem magno affectu recipere cupiebant. Neque videtur ad hoc obstare, eos dum viuebant, non fuisse Ecclesiæ subiectos: quia subiectio ista non videtur adò necessaria, vt ob eius defectum excludendi sint à participatione thesauri Sanctæ Ecclesiæ: nam fideles baptizati, qui in purgatorio existũt, neque sunt subditi Pontifici, & Ecclesiæ militãti: esse autem necessarium, præcessisse saltem relationem talis subiectionis, videtur gratis assertum, si tempore, quo Indulgentia lucrifieri debet, non est necessaria subiecto. Addo, quòd in multis Cathecumeni viuentes sunt Ecclesiæ subiecti, vt probat Nauarrus *de Iubileo, notab.* 31. *in fine.* Demum id suaderi potest ex eo, quòd Cathecumenos, certum est esse capaces suffragij: proinde si reponantur in statu gratiæ, & charitatis, nihil illis deesse videtur, quin Indulgentias per modum suffragij lucrentur. Deinde Cathecumeni merito vnionis, quam per vinculum charitatis habent cum Ecclesia, sunt capaces satisfactionis per modum suffragij à priuata persona sibi oblatæ: ergo ratione eiusdem vnionis erunt capaces satisfactionis, per modum absolutionis, à publica persona legitimam potestatem habente ex communi thesauro Ecclesiæ sibi applicatæ. Postremum, Cathecumeni sunt quasi Religionis Christianæ Nouitij: sed Nouitij Religionum sunt participes bonorum suæ Religionis: ergo etiam Cathecumeni erunt participes bonorum Religionis Christianæ, cuius sunt Nouitij. Et ideò ex his rectè dixit doctissimus Pater Bardi *in Bull. Cruc. part.* 4. *tract.* 4. *cap.* 3. *sect.* 5. *num.* 34. quòd vtraque opinio probabiliter sustineri potest, licet ipse negatiuæ, tanquam probabiliori, adhæreat.

4. Sed ego cum Amico *in cursu Theol. to.* 8. *disp.* 20. *sect.* 7. *n.* 157. quoad Cathecumenos defunctos probabilius existimo, eis per modum suffragij prodesse Indulgentias. Moueor: quia Cathecumeni Defuncti non sunt ampliùs sub potestate Ecclesiæ, cui limitatè concessa est potestas Indulgentiarum, vt non nisi sibi subiectis eas concedere valeat; sed sub potestate Christi, qui sua Passione omnibus profuit. Vnde, sicut est ipsorum Redemptor quoad culpæ condonationem, & gratiæ infusionem, ita & perfectus Redemptor quoad pœnæ remissionem.

5. Sed nota etiam, hîc magnam extare controuersiam inter DD. an Sacrificium Missæ possit applicari Cathecumenis? Affirmat Bartholomæus à S. Fausto *lib.* 2. *de Indulg. q.* 80. Idem docet Scortia *de Sacrificio Missæ, cap.* 2. *num.* 5. de Cathecumenis, qui non solùm instruuntur, sed etiam desiderant, & petunt Baptismum. Sed negat Layman *lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 2. *num.* 8. Hurtadus *de Sacrif. Missæ, disp.* 2. *diff.* 5. Vasquez *in* 3. *p. tom.* 3. *disput.* 227. *cap.* 3. Cardinalis Lugo *de Pœnit. disp.* 26. *sect.* 2. *num.* 8. Suarez *disput.* 48. *sect.* 6. *num.* 9. & alij: quia Sacrificium Missæ, vt satisfactorium, seu vt remissiuum pœnæ temporalis ex opere operato, est institutum pro membris tantùm Ecclesiæ, quatenus mediante Sacramento Baptismi constituunt vnum corpus mysticum visibile: ergo non potest offerri, vt satisfactorium, pro Defunctis Cathecumenis. Consequentia est certa: quia Cathecumeni nunquam fuerunt membra Ecclesiæ, vt visibilis; fiunt enim tales mediante signaculo visibilis Sacramenti. Difficultas autem residet in antecedente, quod sic probatur à paritate Sacramentorum, quæ sub signis visibilibus instituta pertinent ad Ecclesiam, vt visibilem: nam mediis talibus Sacramentis fideles regenerantur, & nutriuntur in Ecclesia atque adeò Sacramenta sunt instituta pro ipsis fidelibus conflantibus Ecclesiam, vt visibilem: ita à pari, Sacrificium visibile debuit institui pro eisdem fidelibus, vt membris conflantibus eandem Ecclesiam, vt visibilem.

6. Dices, per hanc rationem nimium à nobis probari: sequeretur enim, Sacrificium Missæ non prodesse Defunctis baptizatis: quia, vt diximus, actu non sunt membra visibilia Ecclesiæ militantis. Respondeo, satis esse, vt fideles baptizati, qui sunt in Purgatorio, fuerint membra visibilia Ecclesiæ, & post mortem retineant characterem Baptismi: & ideò speciali quadam ratione spectant ad Ecclesiam comparatiuè ad fideles non baptizatos.

7. Verùm hæc omnia non officiunt nobis: nam ego in hac resolutione non sum loquutus de applicatione Sacrificij Missæ Cathecumenis facienda, sed tantùm de applicatione Indulgentiarum, de quibus capaces esse secundùm probabilissimam sententiam Amici, & aliorum *superius* diximus. Et ita præter Doctores à me * *alibi* citatos nostrã sententiam tenet Trull. *in exposit. Cruc. lib.* 4. *dub.* 6. *n.* 7. & Ludou. à Cruz *disp.* 2. *dub.* 8. *n.* 3.

8. Et tandem pro coronide huius tractatus assero primò, præstare, vt fideles curent celebrari pro se Missas ante mortem, quàm post. Ratio est primò: quia Missa applicata viuis non solum est satisfactoria, sed & propitiatoria pro peccatis conferendo varias gratias præuenientes; & impetratoria variorum beneficiorum; sicque prodest non solùm in vita, sed & post mortem: applicata vero defunctis, solùm ferè est satisfactoria, cùm Defuncti aliorum fructuum non sint capaces. Hinc Gregor. *lib.* 4. *Dialog. cap.* 58. Tutior est via, vt bonum, quod quisque post mortem suam sperat agi per alios, agat ipse, dum viuit, per se: beatius quippe est, liberum exire, quam post vincula libertatem quærere.] Secundò, qui in vita procurat dici pro se Missas, non solùm recipit fructũ illi à Sacerdote applicatum, sed alium etiã ex opere operato correspondentem propriæ cooperationi ad Sacrificium, isque maior, vel minor secundum maiorem, vel minorem cooperationem, vt *suo loco* dictum est. Tertiò, qui dici iubet Missas in vita, habet maiorem certitudinem, quòd actu dicantur, & recipiat fructum; illæ verò, quæ testamento post mortem relinquuntur, sæpiùs ob incuriam parentum, aut etiam ipsorum Sacerdotum insolutæ manẽt: certum est autem, fructum Sacrificij ex opere operato, nonnulli vnquam applicari, nisi Sacrificio actu peracto, sicq; licet defunctus testamẽto Missas dicendas reliquerit nihil tamẽ ei prosunt, sed per satisfactionem totum debitum soluere debet. Vnde patet, cõsanguineos, & sæpiùs Sacerdotes plurimum nocere animabus Purgatorij, Missæ Sacrific. diu nimis retardando: dũ interim anima in vanũ refrigeriũ expectãs, grauissima patitur; & fortè tunc solùm fiunt Sacrific. cùm debitã pœnã iam exoluit. Non sunt tamen

ex doctr. Ref. 42. signanter §. Sed contrà ad lit.

* Alibi sup. hoc inf. in tr. 5. Ref. 39.

ideò, reprobandæ Missæ dicendæ post mortem, cùm quisque vsque ad extremum vitæ contrahat nouas obligationes ad pœnas Purgatorij, quas bonum est per Sacrificia post mortem tollere. Et ita docet Garcias *in Sum.mor.tr.3.diffic.10.dub.7.n.76* & alij.

9. Dico secundò, plùs valere pro Defunctis Missas simul, & continuatè dictas, id est, si vna die dicantur; v. g. si omnes in vna die à quadragenta Sacerdotibus: quia plus valent ad celeriorem liberationem animæ à pœnis Purgatorij, si Missæ dicantur plures in vna die, quàm si in pluribus diebus. Et ita docet Antonius Raguccius *de voce Canonicorum*, &c. *tract. de Missa, quæst.69. num.1.* & alij; non hoc tamen damno Anniuersaria relinqui solita à fidelibus tempore mortis: sed ego magis admonerem, vt Missæ quantociùs celebrentur.

RESOL. XL.

De clausula apponi solita in Breuibus Altaris priuilegiati. Volumus, quod si præsentatione, admissione, vel publicatione aliquid, vel minutum detur, vel sponte oblatum recipiatur præsentes nullæ sint reipsa, *an non obstante dicta clausula, possit quis aliquid dare, vel accipere pro præsentatione, admissione, aut publicatione Breuis Altaris priuilegiati?*

Idem est dicendum de aliis Iubilæis, & Indulgentiis.

Idem etiam pro collatione Ordinum, quorumcumque, aut examinatione, & de ordinario, & officialibus, quibus à Sede Apostolica committuntur dispensationes matrimoniales, & aliæ.

Et hoc etiam deseruiet pro explicatione verborum, quæ Gregorius XIII. apposuit in Bulla de Datis, & Promissis. Ex p.9.tr.2.Res.28.

§. 1. Difficultas oritur ex dictis verbis, an, non obstante dicta clausula, possit quis aliquid dare, & accipere pro præsentatione, admissione, aut publicatione Breuis Altaris priuilegiati. Et sic dicendum de aliis Iubileis, ac Indulgentiis: Et affirmatiuam sententiam docet nouissimè Pater Quintanaduenas *in Theol.mor.tom.1.tract.2. Appendicis, dub.5.num.5.* Primò, ait ille, titulo gratitudinis: quia, scilicet, gratum me exhibere volo Notario, Abbreuiatori, Referendario, vel cuiuis alteri officiali, quia sine vlla mora, & alacriter, præsentauit, expediuit, aut publicauit Pontificium indultum Indulgentias continens. Nec censendum est, Pontificem voluisse me auertere à gratitudinis actu, aut illius virtutis exercitio. Secundò, titulo laboris in ea impensi: nimis enim defatigatus est in Iubilæo præsentando, & publicando, ac ita dignus est mercede sua. Tertiò, ratione sustentationis: ex officio enim præsentandi, aut publicãdi has Indulgentias alitur Officialis & salarium aliunde signatum non habet. Quartò, titulo redimendæ vexationis: scio enim Notarium, aut Officialem hunc minimè litteras expediturum: imò eas Indulgentias impediturum, ni ei donum, aut pecunias porrigam. Nec credendum est, Pontificem velle, vt ob Officialis auaritiam, aut iniustitiam, fauore ego priuer Indulgentiarum: neque quòd ipse Officialis præmio scientiæ, ac corporali ipsius labori debito, & ad victum necessario priuetur.

Sup his Iubilæis & Indulgentiis inf.in §.Tãdem. huius Res. & latè in aliis §§. annot.1. dicti §.

2. Neque obstant verba illa: *Vel sponte oblatum*, eadem enim apponuntur in Tridentino, *sess.12. de reform.cap.1.* vbi dicitur: *Quoniam ab ecclesiastico Ordine omnis auaritiæ suspicio abesse debet, nihil pro collatione quorumcumque Ordinum etiam clericalis Tonsuræ, nec pro sigillo: neque alia quacunque de causa etiam sponte oblatum, Episcopi, & alij Ordinum Collatores, aut eorum ministri, quouis pretextu accipiant.* Et tamen aliquo ex titulis assignatis aliquid dari, vel accipi potest pro Ordinum collatione, aut examinare. Et Reginaldus hanc Tridentini prohibitionem explicans dicit: [Post ipsam collationem Ordinis liberaliter, ac spõte, non in compensationem oblatorum, recipi potest aliquid ab Episcopo, dummodo absit scandalum, &c. *Sicut Episcopum 1.quæst.2.* & ex cap. *Dilectus 2.§.finali, de simonia.*] Similiter Ordinarij, & alij Officiales, quibus à Sede Apostolica committuntur dispensationes matrimoniales, & aliæ, prohibentur, ne quid etiam sponte oblatum recipiant: & non solùm recipere, sed exigere hos posse pro labore, receptione, & examinatione testium, docent Thomas Sanchez *lib.8. de matrim. disp.15. num.11.* & Salas *de legibus, disp.10.sect.10.* quod quidem introductum est consuetudine; nam, vt ex horum Doctorum mente Castrus Palaus *tom.3. tract. de Simonia, disp.3.punct.12.num.12.* (licèt oppositum sentiat) ait, [Etsi in rescripto harum dispensationum habeatur, vt omnis spes cuiuscunque muneris, & præmij, etiam sponte oblati, deponitur, non ob inde fit, non posse laboris impensi stipendium recipi: nam stipendium non habet propriè rationem muneris, neque præmij.]

3. Tandem nullus sapiens sibi persuadebit, Pontificis mentem, & intentionem esse, quòd res ita magni momenti, ac est Indulgentiarum, & Iubilæorum lucratio, pendeat, tum ex re ita exigua, vt est largitio vel acceptio munusculi liberaliter dati, & iuste ex iusto labore accepti, tum ex improba officialis voluntate, nolentis Indulgentiarum indultum præsertare, vel publicare nisi ipsius labore satisfaciat, aut ex ignorantia munus, aut solutionem impendentis; vel ex ipsius liberalitate, & gratitudine. Præsertim cùm omnibus palam sit, nihil expediri nisi, vel munera, vel pecuniæ intercedant. Dubiúmque sanè maximum de omnium Iubileorum hanc clausulam continentium valore extaret, si omnis omninò, & quouis titulo acceptio prohibita esset per illam. Et hæc omnia docet Quintanaduenas, *vbi suprà*; quæ etiam deseruient pro explicatione verborum, quæ Gregorius XIII. apposuit in Bulla de datis, & promissis.

4. Sed non deseram hîc adnotare, negatiuam sententiam contra Quintanaduenas, mordicùs sustinere Andream Duuallium, Doctorem Sorbonum, *in p.2. D.Thomæ, tract.de Indulgent. quæst. vnica, art.8. in fine*, cuius verba ego adduxi *in tract.de Retentione Bullarum* contra Salgadum, *resol.2.* Ideò tu cogita.

RESOL. XLI.

An quando in Altari priuilegiato conceditur, vt per Octauam omnium Sanctorum, & defunctorum dicenda sit Missa de Requiem, vt liberentur animæ Purgatorij, sit in Dominica dicenda Missa de Requiem: & si non, an tunc Missa de Dominica idem priuilegium habeat?

Et an idem dicendum sit, si in Feria assignata 2. sit Indulgentia Altaris priuilegiati, si in ea Festum duplex inciderit?

Et docetur Missas votiuas, sicut Missus de requiem à Religiosis Mendicantibus posse dici quacumque die vetita Festo duplici, modo non sit Festi Domini Sabbaoth. Ex p.9. tr.2.Res.29.

§.1. Casus in puncto resoluit Franciscus Syluius; præstantissimus Sacræ Theologiæ Professor in inclyta Academia Duacena, *tom.2. var.resolut.verb. Altare priuilegiatum*, 1. vbi sic ait: [An, quando per Breue Apostolicum conceditur Altare priuilegiatum, sic vt per Octauam Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum Missa de Defunctis dicenda sit, liceat die Dominico infra istam Octauam, Missam de Requiem

Requiem celebrare: & si non, an tunc Missa de Dominica idem priuilegium habeat? Respondetur; quamuis ad lucrandas Indulgentias celebrando Missam in Altari priuilegiato pro defunctis, sufficiat dicere Missam de Sancto; de Dominica, de feria, vel de *Requiem*, quando Pontifex non determinauit, quænam Missa sit dicenda: quo modo intelligenda veniunt quæ scripsit Nauarrus *lib. 5. consil. de pœnit. & remiss. consil. 37. editionis Colon. 1616.* quando tamen in Bulla exprimitur Missa de *Requiem*, vel de Defunctis nisi illa ipsa dicatur, defuncti non consequuntur Indulgentiam; non defectu valoris alterius Missæ; sed quia non præstatur opus determinatum, quod est à Pontifice præscriptum, iuxta Emmanuelem Rodriquez *qq. regul. tom. 2. q. 97. art. 6.* quem sequitur Hieronymus Rodericus *resol. 7. num. 70.* ac proinde si conceditur Altare priuilegiatum sic, vt per octauam Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum Missa de Defunctis dicenda sit, nec Missa de Dominica idem habebit priuilegium, nec celebrando illam Missam de Dominica lucrabitur Indulgentiam pro Defunctis. Probabilius est, quod die Dominico intra illam Octauam occurrente liceat Missam priuatam, seu submissam, dicere de Defunctis: nam hoc videtur pro illa vice Pontifex concedere eo ipso, quo per illam totam Octauam dat priuilegium, & vult ad fructum priuilegij consequendum dici tota illa Octaua Missam de defunctis; cum ignorare non possit plerunque intra illam occurrere diem Dominicam.] Hucvsque Syluius, satis quidem probabiliter.

2. Nec deseram hîc apponere id, quod in casu simili obseruat Garcias *in Summa Theol. mor. tract. 3. difficult. 8. dub. 6. punct. 2. num. 22.* sic asserens: [De lo dicho resulta vna duda, y es, demos caso que en vn Altar priuilegiado se saca anima de Purgatorio los Lunes, diziendo Missa de *Requiem*: Cae en lunes vn doble, preguntasse si se podria dezir Missa de *Requiem* por sacar anima de purgatorio? Gauanto *part. 1. tit. 5.* de Diana *part. 4. tr. 4. resol. 233.* tienen que no se puede dezir, fundanlo con vna declaracion de los Cardinales de 15. de Abril de 1627. donde con palabras expressas lo mandan, y la refiere Barbosa *in Collect. Bullar. verb. Missa Defunct. §. 5.* Pero quanto a lo primero, esto, no lo entendria yo, respecto de Aniuersarios, y Missas cantadas de fundacion, segun otra declaracion, que trae el mismo Barbosa in Pampilonnens. 1. Septemb. de 1607. que die assi: *Missa Defunctorum non est prætermittenda, si ex legato relicto ordinetur, vt celebretur singulis diebus, quæ de præcepto non seruantur, licet sit Festum duplex*, &c. Lo segundo, que aun hablando de las Missas priuadas, tiene su dificultad, porque de mos caso, que vno en su testamento dexasse tres, ò quatro mil Missas in Altar priuilegiado con muy buena fundacion, no se pueden dezir sino se valen de los dias dobles! luego si huendo la declaracion de los Cardinales arriba puesta, parece, que podrian, pues no se puede acudir de otra manera a la voluntad del testador y lo declara harto vua de las declaraciones puestas en el num. antecedente, que dize assi: *Missæ de Requiem tolerari possunt in Festo duplici, quod non est de præcepto pro voluntate testatorum implenda.* Donde no se distingue de Missas cantadas, ò rezadas. Verdad es, que como diremos: *en la dific. 10. dub. 4.* con la Missa del dia se cumple con qualquier legado; y supuesto no parece ay necessidad de ensachar tanto la rubrica, pero dado que vno lo hiziesse, por lo menos no lo hemos de juzgar por pecado graue.] Ita ille. Ne deseras tamen videre *resol. 8.* huius tractatus. Confirmantur supradicta ex authoritate Francisci de Nigro *in additionibus ad Petrum Ruyz par. 1. præsup. 1. q. 17.* vbi docet, Missas votiuas posse dici in festo duplici: quia Rubrica Missalis directiua est: vnde infert, à Religiosis mendicantibus posse dici Missas votiuas, sicut & Missas de *Requiem* in quacunque die vetita; modò non sit Festi Domini Sabbaoth: & sic ait fuisse decisum in Collegio Ianuensi Patrum Minimorum, ann. 1634. Et licèt Gauantus *in Comment. Miss. part. 1. tit. 4. num. 3. lit. O*, docear, Missam votiuam dici non posse die Dominico, Nigrus tamen, *vbi sup. q. 16.* & Trimarchi contrarium tenet, & hoc probat ex Rubrica Missalis *tit. 4. n. 3.* vbi sic habetur: [Quæ tamen Missæ, & omnes aliæ votiuæ in Missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunque die Officium non est duplex.] Sed in die Dominico Officium non est duplex: ergo in die Dominico Missæ votiuæ dici possunt, quia exceptio firmat regulam in contrarium. Sed hæc omnia aliqui non admittunt. Vide Ioann. Henriq *in quæst. practicab. sect. 22. quæst. 16.*

Quæ hic est sup. Ref. 10. & in alia Ref. & §. eius primæ annot. Et sup. contento à vers. Confirmatur, huius textus & §. in tom. 2. tr. 1. lege doctr. Ref. 76. & 77. per totas.

TRACTATVS SECVNDVS
DE ORATORIIS PRIVATIS.

RESOLVTIO PRIMA.

Quid sit Oratorium?
Et an in priuatis Oratoriis Missæ celebrandæ non sint nisi de licentia Summi Pontificis?
Et explanantur quædam conditiones, quæ communiter in dictis licentiis, & Breuibus apponuntur. Ex p. 9. tr. 1. Resol. 1.

ORATORIVM propriè est locus aptus, ad orandum, Angel. *in sum. verb. Ecclesia, num. 3.* Syluest. & alij Summistæ *in sum. verb. Oratorium*, vt obseruat Lezan. *in sum. tom. 4. eod. verbo, numero 1.* Duplex autem est: Publicum, de quo hîc non loquimur: & Priuatum. Oratoria autem priuata dicuntur illa, quæ sunt in priuatis domibus, in angulis earum, in quibus oratur, & non habent campanam, neque ostium patens in via publica; & ad nutum Fundatoris huiusmodi domus ad prophanos vsus redire possunt, vt docet Barb. *de Iur. Eccl. lib. 2. cap. 8. num. 16.* In his autem priuatis Oratoriis Missæ celebrandæ non sunt, nisi de licentia Summi Pontificis, vt Sacra Congreg. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum respondit Archiepiscopo Bonon. sub die 10. Martij, 1615. rescribens licentias celebrandi in priuatis Oratoriis, non nisi à Sede Aposto

Sup. hic nagis latè inf. in Ref. 19. §. Nota tamen & seq.

Apostolica esse concedendas, ibique Sanctitatis suæ iussu Archiepiscopis, & vniuersis significandum duxit facultatem huiusmodi licentiam dandi ipsius Conc. Decretis vnicuique ademptam esse solique Beatissimo Romano Pontifici esse reseruatam; quarum litterarum tenorem refert. Ant. Nouar. *in summ. Bull. tit. de Missarum celebratione prohibita in Oratoriis priuatis absque Summi Pontificis licentia.* Et hanc licentiam Pontifices quando aliquibus concedunt, apponunt sequentes conditiones, vt patet ex Breuibus, & notat Molfesius *in Summa, tom. 1. tract. 3. cap. 17. n. 70.* Vt Oratorium ad hoc decenter extructum, & ornatum existat, ac ab omnibus domesticis actibus liberum ab Ordinario loci etiam visitandum, & approbandum. Item, vt Missa celebrari possit per quemcumque Sacerdotem sæcularem, seu de Superiorum suorum licentia, Regularem. Item, vt dicta concessio intelligatur sine tamen Iurium Parochialium præiudicio, ac exceptis diebus Paschatis, Resurrectionis, Pentecostes, & Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi. Item adiici solet, ac alij, præter familiares illius personæ, cuius contemplatione dicta licentia impartitur seruitio necessario, ibidem Missæ interessentes diebus Festis de præcepto, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia, minimè liberi censeantur. Vnde principaliores difficultates circa dictas conditiones, & alias, quæ aliquando apponuntur, in hoc Tractatu discutiendæ erunt: quia materia est satis practicabilis, maximè si coniungatur cum alio priuilegio Bullæ Cruciatæ: & posteà, aliqua de Oratoriis priuatis Regularium, & Episcoporum adiicienda putauimus.

RESOL. II.

An Episcopi ex sola eorum commoditate possint habere Oratorium priuatum in suo Palatio, vt ibi celebrent, & Missam audiant? Ex parte 9. tractatu 1. Resol. 36.

Sup. hoc inf. in Resol. 6. §. Sed. cursim propè fin. & inferius in tr. 8. Resol. 102. in princ.

§. 1. NEgatiuè respondet Riccius *part. 4. decis. 78. n. 7.* vbi sic ait: Infertur non posse Episcopos extra casus necessitatis dare licentias celebrandi Missas in priuatis Oratoriis, & consequenter nec ipsosmet Episcopos posse eam celebrare facere in Oratoriis, quæ habent in suis Palatiis: solùm itaque ex causa profectionis, & valetudinis, licitum est Episcopis, facere Sacrum per se, vel per alium extra Ecclesiam, vel Oratoria publica. In Sacellis verò, vel Oratoriis, quæ habent in suis Palatiis, non possunt hodie Missas celebrare, cùm esset causa, & sola eorum commoditas non sufficiat, vt declarat Dominorum Cardinalium responsio. Ita ille. Et ante illum Ioannes Valerus *in differentiis vtriusque fori, verb. Missa, differt. 2. num. 1.* qui testatur sic fuisse seruatum à D. Ioan. Baptista Perez, Episcopo Segobricensi, & Fagundez *præcept. 1. lib. 3. c. 14. n. 19. & 20.* hoc priuilegium concedit Episcopis itinerantibus, & ægrotantibus.

2. Sed his non obstantibus, rectè obseruat, me citato, Pellizarius *in Man. regul. tom. 2. tract. 7. cap. 2. sect. 2. num. 159.* quòd ex consuetudine hodie Episcopi vtuntur priuilegio *cap. fin.* non solùm in casu itinerationis, aut infirmitatis; sed etiam propter solam commoditatem: & ideo possunt in priuato Oratorio sui Palatij celebrare, vel audire Missam, etiamsi non sint infirmi, & possint Ecclesiam adire. Et ita hanc sententiam tenet Faustus *de Sacram. Eucharist. lib. 3. q. 171.* qui citat Putaneum, Layman, Suarez, Azorium, & alios. Idem tenet Garcias *in Summa Theol. mor. tract. 3. difficult. 2. dub. 2. punct. 2. num. 19.* Leone *de cens. recollect. 6. num. 854.* & Marchinus *de Sacram. Ordinis, part. 3. cap. 9. num. 11.* sic ait: Simpliciter pro libito, & commoditate, etiam sine infirmitate, potest Episcopus in proprio Palatio deputare Capellam in qua Missa celebretur, sine alia Pontificis licentia. Ratio est: quia tam Tridentinum, quàm Paulus V. solùm prohibent Episcopis, ne concedant facultatem sacrificandi in priuatæ domus Oratorio: sed sub priuata domo non venit Palatium Episcopale. Ita ille. Quòd autem sub nomine priuatæ domus, vt in illa non possit quis ampliùs celebrare ex prohibitione Pauli V. non veniat domus, seu Palatium Episcopi, præter Marchinum *vbi* docet Eminentissimus Cardinalis Lugo, *de Eucharist. disputat. 2. sect. 2. n. 50.* Portel. *in respons. Regul. tom. 1. part. 3. casu 20.* Rubeus *in aphor. Episcop. ver. Oratorium, num. 3.* & alij penes ipsos.

RESOL. III.

An Episcopi non solum vnum, sed duo Oratoria in suo Palatio possint habere, vnum ad suum vsum, alterum ad vsum familiæ, & nepotum, &c.

Et an frater Episcopi cum vxore, & reliqua sua familia possint audire Missam de præcepto in aliquo ex Oratoriis in Episcopali Palatio erectis, quo tempore Episcopus illam celebrat, aut audit in alio Oratorio sui Episcopalis Palatij.

Et cursim docetur, quando priuilegium sit odiosum & quando fauorabile; vel quando stricte est restringendum vel ampliandum. Ex p. 9. tractatu 1. Resol. 37.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Pater Pellizarius *in man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 1. sect. 1. n. 160.* Tum quia priuilegium *cap. quoniam, de priuileg. in 6.* loquitur absolutè, ac illimitatè: vbi autem ius non distinguit, nec nos distinguere debemus. Tum, quia beneficium Principis latè debet interpretari, ac fauor semper ampliari debet. Ex quibus infert Pellizarius, posse v. g. fratrem Episcopi cum vxore, & reliqua sua familia audire Missam de præcepto in aliquo ex Oratoriis in Episcopali Palatio erectis, quo tempore Episcopus illam celebrat, aut audit in alio Oratorio sui Episcopalis Palatij.

2. Sed pace viri docti, & amicissimi huic sententiæ non possum adhærere. Et ideò interrogatus de hoc casu, negatiuè respondi, quia in dicto *cap. vlt. de priuileg. in 6.* sic habetur: Quoniam Episcopi, eorumque superiores se habent diuersis ex causis à suis Ecclesiis, & diœcesibus absentare frequenter nec semper possunt commodè ad Ecclesias accedere pro Missa celebranda, vel audienda in ipsis, sine qua eos transire non decet absque causa rationabili vllam diem; præsenti constitutione indulgemus eisdem, vt altare possint habere viaticum, & in eo celebrare, ac facere celebrari vbicumque absque interdicti transgressione illis permittitur celebrare, vel audire diuina. Ita Bonifacius VIII. Pontifex. In quibus verbis patet priuilegium esse personale & ad effectum dumtaxat: vt Episcopus celebret, vel Missam audiat; vt obseruat Pasqualig. *decis. 55. n. 1.* Et Eminentissimus Dominus Meus Cardinalis Lugo *de Eucharist. dis. 20. sect. 2. num. 49.* & alij. Ergo dum Episcopus celebrat, vel facit coram se celebrare, iam priuilegium est adimpletum, & habuit effectum, nescio qua ratione ex dicto textu deduci possit, quòd sit licitum Episcopis facere celebrare in alio Oratorio pro vxore fratris, vel matre aut aliis; hoc enim est impertinens ad dictum textum, & pro fine quem habuit Pontifex concedendi hoc indultum Episcopis. Quod confirmatur: nam consuetudo est optima legum interpres, *ex leg. 37. §. de legib.* Et ideò rectè obseruat ex multis Hulricus Hunnius *in Encyclop. iuris, part. 1. titul. 3. cap. 7. num. 7.* quòd lex interpretatur per consuetudinem, & obseruantiam subsequentem: sed

sed numquam visum est, Episcopos in suis Palatiis eodem tempore fecisse celebrare in duobus Oratoriis, duas Missas, vnam pro se & aliam pro cognatis: ergo, &c. Quod patet etiam exemplo Eminentissimorum Cardinalium, qui gaudent vt probatum est *in part. 6. tract. vlt. resol. vlt.* eodem priuilegio *cap. final.* quo gaudent Episcopi de dicenda, & audienda Missa in priuato Oratorio; & tamen nunquam in eorum Palatiis aulis sunt duo Oratoria erigere, vt simul in ipsis eodem tempore Missæ celebrentur, non obstante, quòd communiter habitent cum fratribus, nepotibus, cognatis, &c. Et licèt hodie in Palatio, verbi gratia, Eminentissimi Domini mei Cardinalis Columnæ inueniantur duo Oratoria, vnum solum tamen spectat ad ipsum, qui nunquam Cardinalis gaudet priuilegio Episcoporum *dict. c. final.* Altero verò Oratorio vtitur Excellentissimus Dux Palliani ex priuilegio peculiari Sedis Apostolicæ.

3. Neque obstant adducta à Pellizzario. Dicit Primò, extare consuetudinem inter Episcopos erigendi in eorum Palatiis duo Oratoria. Hoc est negandum & patet omnibus: & si aliquod Palatium Episcopi inuenitur cum duobus Oratoriis, id factum fuit propter commoditatem, vt haberet promptum Oratorium, quando mutaret habitationem, v. g. in hyeme, vel æstate; concedimus itaque Episcopis duo Oratoria in eorum Palatiis, materialia tamen, sed non formalia, vt videlicet, in illis eodem tempore Episcopus audiat in vno Missam vel celebret, & in altero faciat pro aliis celebrare.

4. Dicit secundò, textum in cap. *Quoniam loqui*, absolutè, acillimitatè. Respondeo, vt patet legentibus textum illum respicere tantum personam Episcopi, vt possit in itinere celebrare, vel facere coram ipso celebrare; & dat rationem: quia Episcopus debet quotidie Missam audire: quomodo ergo dictus textus potest extendi vt possit Episcopus facere celebrare, non penes se, sed penes alios in altero Oratorio, cùm in isto casu deficiat ratio finalis, ex qua Pontifex concessit Episcopo dictum priuilegium; quod quidem fuisse personale, obseruat Portel. *in resp. reg. part. 3. cas. 20. n. 6.* & alij.

5. * Dicit tertiò, hoc priuilegium esse extendendum, quia est priuilegium fauorabile. Respondeo, potiùs esse priuilegium odiosum, vt ait Trull. *in Bull. Cruc. lib. 1. §. 3. dub. 6. num. 10.* & Ledesma *in summa, tom. 1. tract. conc. 1....* & priuilegium fauorabile concedo esse ampliandum sed id procedere, quando ex vi verborum id rationabiliter deduci potest per text. *in l. quod constantem ff. de testament. milit.* quando eadem militat ratio ad text. *in l. non possunt, & l. seqq. & l. iura non in singulas*, vbi Glossa, & Doctores *ff. de legib. cap. translatio, de constit. & cap. 2. de translat. Prælat.* Vnde non esse priuilegium fauorabile extendendum, quando eius verba non admittunt ampliationem, & sunt vltra verborum priuilegij significationem, probat ex multis iuribus Salgadus *de reten. Bullar. part. 2. c. 30. §. 5. n. 26.* Solorzanus *de Indiar. Iure, tom. 2. lib. 2. c. 20. n. 71.* & alij. Sed in nostro casu hoc priuilegium ampliatur vltra verborum significationem, vt patet apertè legentibus dictum cap. *Quoniam.* Ergo.

6. * Adde quòd tunc priuilegium Principis fauorabile est ampliandum, quando non vulnerat ius commune, vt patet ex cap. *Sanè. cap. Porrò. de priuileg.* & docet Præpositus *in p. 2. D. Thomæ, quæst. 97. dub. 4. num. 14.* Amicus *in Cur. Theolog. tom. 5. disput. 9. sect. 3. num. 49.* Fabius Galeota *respons. fiscal. 12. num. 193.* Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 10. num. 5.* Suarez *de legibus, lib. 8. cap. 17. num. 5.* & alij. Sed priuilegium concessum Episcopis, vt possint celebrare, vel audire Missam in priuatis Oratoriis, vulnerat ius commune, vt patet: ergo non largè, sed strictè interpretandum est. Et ideò communicata difficultate præsentis resolutionis cum illustrissimis, & Doctissimis Marco Antonio Maraldo, Sanctissimi D. N. Breuium Secretario, ac Francisco de Albiciis, S. Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis Assessore, sententiam negatiuam, quam *suprà* firmaui, omninò approbarunt.

RESOL. IV.

An Episcopus in Palatio rurali possit Oratorium habere, & in illo cum Altari portatili Missam audire, vel dicere?

Et notatur, quod Oratorium priuatum absque Episcopi authoritate fundatum, non vt ibi celebretur, sed vt ibi oretur, non est sub potestate Episcopi quoad ius visitandi, & procurationem exigendi, &c. Ex p. 9. tract. Res., 8.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum Patre Auersa *de Sacram. Euchar. q. 11. sect. 14. §. 5.* vbi putat, quòd non est Episcopis ablata facultas habendi Oratorium ad celebrandum in proprio Palatio, vel etiam in domo rurali. Idem etiam docet Laurentius Portel *in responsionibus Regul. tom. 1. p. 3. casu 20. num. 6.* vbi sic ait: Ad secundum iam quæsitum iam patet responsio ex dictis: cùm enim Tridentinum, nec nouum mandatum D. Papæ Vrbani VIII. cõprehendat Oratoria Episcoporum, credo, quòd illi etiam in villa rurali poterunt cum debita licentia erigere Altare, & in ipso celebrare, vel celebrari facere, si non per *cap. final. de priuileg.* saltem per cap. *Missarum*, citatum, quod id illis concedit sine restrictione. Et quanquam illa generalis concessio sit illis restricta, hodie saltem per D. Vrbanum VIII. iam diximus id intelligi solùm quoad Oratoria sæcularium, in quibus timentur abusus, non quoad Oratoria Episcoporum, in quibus illi non præsumuntur. Sic Portel. Vide præter citatos Doctores, Pellizzarium *in Man. Regul. to. 2. tract. 8. c. 2. sect. 2. n. 159.* vbi concedit etiam Episcopis, vt possint erigere Oratoria in villis. Sup. hoc inf. in Res. 6. §. Sed. cursim propè fin. & in Res. 31. §. 1. & vlt.

2. Notandum est hîc obiter, quòd Oratorium priuatum absque Episcopi authoritate fundatum, non vt ibi celebretur, sed vt ibi oretur, non est sub potestate Episcopi quoad ius visitandi, & procurationem exigendi: potest tamen Episcopus ad illud accedere, & videre, an iuxta formam iuris tractetur: alias posset mandare destrui, *cap. final.* & ibi Abbas *de censib.* Et ita docet Rubeus *in Aphor. Episcop. verb. Oratorium n. 2.* & Genuensis *in Praxi, c. 17. n. 4. edit. 1.*

RESOL. V.

An Episcopus extra Diœcesim, inconsulto Ordinario loci possit habere in suo Palatio Oratorium, vt cum Altari portatili ibi celebret, vel Missam audiat?

Et an hoc procedat in alienis Diœcesibus, non autem in vrbe Romana? Ex p. 9. tr. 1. Res. 39.

§. 1. Alibi contra Beiam, & Emmanuelem Sà affirmatiuam sententiam docui cum Portel *in resp. Reg. tom 2. p. 3. casu 20. num. 7.* cui nunc addo, me citato, Patrem Pasqualigum *dec. 66. num. 3.* quia Conc. Trid. non prohibet Episcopis, quòd celebrent in Altari portatili: sed quòd non permittant celebrari, siue à sæcularibus, siue à Regularibus; nec item quòd vnus Episcopus non permittat celebrari ab alio Episcopo, quando existit in sua Diœcesi. Non enim Episcopi veniunt nomine sæcularium ob dignitatem, qua præcellunt; & proinde debuissent specialiter nominari, si eos comprehendere voluisset. Et quidem cap. *Quoniam de priuileg. in 6.* concedit Episcopis hoc priuilegium, quia Alibi in Res. seq. & in to. 9. tr. 7. Res. 49. §. Vnde etiam. & §. Secũdo præmittendum. lege eorum doctrinam.

quia sæpè absunt à suis Ecclesiis, quod maximè potest euenire, cùm sunt in aliena Diœcesi. Deinde id probatur, quia Episcopum celebrare Missam in Oratorio priuato, dum in aliena Diœcesi moratur, non est exercere iurisdictionem contentiosam, vt patet, sed voluntariam: hanc verò voluntariam iurisdictionem, seu potiùs priuilegium personale, potest exercere in aliena Diœcesi, vt tenet Sanchez *lib. 3. de matrim. disput. 19. à num. 7.*

Sup. hoc in Res. seq. §. Sed. in fine.

2. Nota tamen, hoc procedere in alienis Diœcesibus, non autem in Vrbe: nam propter reuerentiam Summo Pontifici debitam Romæ Episcopi commorantes in eorum Palatiis non possunt habere Oratorium priuatum, & ibi Missam celebrare, vel audire, vt notat Riccius *part. 4. decis. 78.* Alsedus *in praxi, part. 1. cap. 13. num. 6.* Venerus *in exam. Episcop. lib. 4. cap. 7. num. 4.* & alij.

3. Verùm his, quæ dicta sunt in hac resolutione, & in duabus superioribus, videtur obstare Concilium Tridentinum. *sess. 22. in Decreto de obseruandis, & vitandis in celebratione Missar.* in quo videtur derogatum priuilegium Episcoporum. Sed, *vt suprà* cursum obseruauimus, dicendum est, non esse in Concilio dictum priuilegium derogatum, & ita docet Præpositus *in 3. par. quæst. 83. art. 3. dub. 1. num. 149.* Azorius *tom. 1. lib. 10 cap 26. q 4.* Fagundez *de præcept. Eccles. præcept. 1. lib. 3. cap. 3. nu. 19.* Ioan Valerus *in different. vtriusque fori, verb. Missa, differ. 2.* Hieronimus Garcias *in summa Theol. mor. tract. 3. difficult. 8. dub. 2. punct. 2. num. 195.* & ita declarasse Sacram Congregationem anno 1586. die 19. Iunij testatur Valerus.

RESOL. VI.

An Episcopi extra Diœcesim possint cum Altari portatili celebrare per se, vel per alium in præsentia sua?

Et notatur, quod in Oratorio Palatij Episcopi potest quis celebrare, præsente Episcopo, non autem absente.

Et docetur Episcopos, non obstante Concilio Tridentino, & Decreto Vrbani VIII. posse etiamsi non sint infirmi, vel in itinere, erigere Oratorium in suis Palatiis, & Villa rurali, & ibi celebrare, vel audire Missam, non autem Romæ. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 15.

§. 1. Sup. hoc in Ref. præterita, & in aliis §§. eius primæ not. & inf. ex Ref. 31. lege recitatiuè §. vlt.

AD hunc casum ita respondet Beia *part. 4. cas. 33.* quando Episcopus fuerit in alieno Episcopatu permanens per multos dies, ita vt non sit per modum transitus & itineris, sed iusti & vtilis Ecclesiæ negotij, tunc non suffragatur priuilegium celebrandi extra Ecclesiam cum Altari portatili, quia cessat eius ratio, & maximè quando Episcopus loci, in quo degit, prohibuerit ne quis celebret in suo Episcopatu extra loca sacra, vel quòd ad id fuerint ab ipso deputata, hanc sententiam tenet etiam Nauarrus *cons. 5. & 16. de priuileg.* & Emanuel Sà *ver. Episcopus, num. 24.* vbi sic ait, Episcopus potest dicere vbique Missam in sua diœcesi cum altari portatili, & extrà cum licentia Episcopi loci, vbi receptum est Concilium Tridentinum. Sic ille.

2. Sed non desinam hîc adnotare, absolutè & sine vlla distinctione affirmatiuam sententiam docere Laurentium de Portel *in respons. Regul. part. 5. cas. 20. nu. 7.* vbi sic ait: Dubitari potest an Episcopus possit Altare erigere priuatum, vt in illo celebret, vel faciat celebrare in Oratorio priuato, etiam quando est in aliena diœcesi? Credo quòd poterit, primò quia *cap. final. de priuileg. in 6.* videtur fauere dicens de illis concedi, quia sæpè absunt à suis Ecclesiis, quod maximè potest euenire cùm sunt in aliena diœcesi. Secundò id probatur, quia Episcopum celebrare Missam in Oratorio priuato dum in aliena diœcesi moratur, non est exercere iurisdictionem contentiosam, vt patet, sed voluntariam; hanc verò voluntariam iurisdictionem, seu potiùs priuilegium personale potest exercere in aliena diœcesi, vt tenet Sanchez *lib. 3. de matrim. disput. 19. num. 7.* ergo, &c. Ita Portel, vbi fusè probat Episcopos non obstante Concilio Tridentino, & decreto, Vrbani VIII. posse etiamsi non sint, vel in itinere, erigere Oratorium in suis Palatiis, & in villa rurensi, & ibi celebrare, vel audire Missam, quod etiam docet Venerus *vbi infrà*, & præter ipsos posse Episcopum portare secum Altare viaticum, & in itinere non solùm in sua, sed etiam in aliena diœcesi, non tamen Romæ, Missam celebrare, & celebrari facere, docet Gauantus *in enchir. Episc. ver. Episcopus, num. 8. & 9.* cum Vgolino *de potest. Episc. lib 1. c. 2. §. 2. n. 4.* Mauritius Alzedo *in praxi Episc. p. 2. cap. 13. n. 6.* Venerus *in examine Episc. lib. 4. cap. 17. num. 14.* & ita ego sentio, quicquid Sà *vbi supra* & alij dixerint.

3. Notandum est etiam hîc cum dicto Portel, quòd in Oratorio Palatij Episcopi potest quis celebrare præsente ipso Episcopo, non autem ipso absente, quia illud priuilegium non est reale, id est, illi Oratorio concessum, vel loco, sed est priuilegium personale, concessum scilicet personæ Episcopi, cùm celebrat, vel cùm ibidem audit, ac proinde cæteri Sacerdotes absente Episcopo non poterunt tali priuilegio gaudere.

RESOL. VII.

An mortuo Episcopo, possint eius familiares audire Sacrum in Oratorio priuato sui Palatij?

Idem dicendum est de familiaribus Cardinalis in prædicto casu. Ex part. 9. tract. 1. Resol. 40.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Pater Pellizzarius *in Man. Reg. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 1. n. 163.* quia, ait ipse, Diana docuit, mortuo Episcopo, eius Palatium gaudere immunitate. Ergo etiàm, mortuo Episcopo, Oratorium dicti Palatij poterit deseruire ad celebrandum.

2. Sed hæc opinio non est admittenda: quia ideò familiares Episcoporum gaudent priuilegio audiendi Missam in eorum Oratoriis; quia accessorium sequitur naturam principalis ex vulgatis iuribus, & ne Episcopus remaneret sine familia, dum ipsa ad audiendam Missam iret ad Ecclesiam: sed mortuo Episcopo deficit principale, neque familiares debent ampliùs Episcopo assistere: ergo non possunt, mortuo Episcopo, ampliùs gaudere dicto priuilegio; quia, principali deficiente, deficit accessorium. Quod apertè confirmatur: nam Domini Cardinales gaudent eodem priuilegio, quo gaudent Episcopi quoad celebrationem Missæ in priuato Ordinario Palatij: sed mortuo Cardinale, dictum priuilegium, vt patet ex praxi, statim cessat nec amplius in dicto eorum priuato Oratorio Missa dici potest. Ergo idem erit dicendum, mortuo Episcopo.

3. Verùm ego puto, rationem esse: quia priuilegium dicti cap. *Quoniam*, dirigitur, & respicit, vt patet ex contextu litteræ, personam Episcopi; & non locum, & ideo est priuilegium personale. Vnde patet responsio ad argumentum de immunitate Palatij Episcopi, ipso mortuo: est enim dispar ratio inter vtrumque casum, nam priuilegium cap. *Id constitutum 17. quæst. 4. de immunitate Palatij Episcopalis*, est priuilegium locale; vnde Episcopus, etiamsi sit absens, vel mortuus, gaudet immunitate, vt ex hac ratione probat, me citato Ioan. Baptista Ciarlinius *in contro. forens. tom. 2. cap. 198. num. 10.* sed priuilegium cap. *Quoniam* respicit, vt dictum est, tantùm personam; ergo. Et ideò nostram sententiam indiuidualiter tenet Pater 49.

Auersa

Auersa *de Sacram. quæst. 15. conclus. 7.* & Pater Baldi *in Rub. Cruciate, part. 2. tract. 2. cap. 3. sect. 7. n. 68.* nam asserit, quòd, mortuo domino, expirat priuilegium respectu eorum, qui de familia dicebantur: quia desinunt esse de familia illius, cuius intuitu tali fruebantur priuilegio. Ergo, &c.

RESOL. VIII.

An absente Episcopo eius familiares possint audire Missam in Oratorio priuato sui Palatij?

Et docetur, quid dicendum sit de familiaribus Eminentissimorum Cardinalium in prædicto casu? Ex p. 9. tr. 1. Resol. 41.

41. AFfirmatiuam sententiam tenet Pellizarius *vbi sup. in Man. Regul tom. 1. tract. 8. c. 2. n. 163.* putat enim, quòd, sit par ratio in hoc casu, ac in alio posito in superiori resolutione.

2. Negatiuè respondet Laurentius Portel, *in resp. sionib. Regular. tom. 1. part. 1. casu 20. num. 6.* vbi sic ait: Si autem prædicti Episcopi, & in suo Palatio, & in villa cum decentia possunt in prædictis Oratoriis celebrare, vel celebrari facere coram se, ego non credo, quòd illo absente possint alij Sacerdotes celebrare: quia illud priuilegium non est reale, id est, concessum illi Oratorio, vel loco: sed videtur esse solum priuilegium personale, concessum scilicet, soli personæ Episcopi, cùm celebrat, vel cùm ibidem audit: ac proinde cæteri Sacerdotes, illo absente, non poterunt tali priuilegio gaudere? Ita ille, & ego olim: cui adde, me citato, Patrem Auersam *de Sacram. Euchar. quæst. 11. sect. 14.* vbi docet, non licere, nisi ipsi Episcopo celebrare, aut coram se celebrari facere in suo Oratorio, atque ideò alij Sacerdotes; absente Episcopo, non gaudere tali facultate. Et hanc sententiam, etiam me citato, docet Leo Zambellus, *in repertorio casuum conscientiæ, verb. Missa, num. 20.* sic asserens: Missa celebrata à familiaribus Episcoporum in Oratoriis eorum domorum, in absentia ipsorum, aggrauat celebrantes, eo quia non perfruuntur eorum priuilegiis. Sic ille.

3. Nec obstat dicere, quòd familiares gaudent priuilegio audiendi Missam in tali Oratorio, concesso alicui viro nobili à Pontifice, etiam ipso absente, vt *supra* probatum est: ergo eodem priuilegio debent gaudere familiares Episcoporum, absente ipso Episcopo. Respondeo, quòd est dispar ratio inter vtrumque casum: nam in primo casu Pontifex concedit priuilegium domino, & eius famulis, vt patet ex Breuis concessione; sed in secundo casu priuilegium est personale: vnde in cap. final. *de priuil. in 6.* efficitur solùm mentio de Episcopo, & non de eius familia.

4. Non obstat secundò, quod absentibus Eminentiss. Cardinalibus qui in eorum Palatiis gaudent eodem priuilegio, quo gaudet Episcopus, audiendi, vel celebrandi Sacrum in priuato Oratorio, eorum familia audire Missam, & facit coram se celebrare, ac si præsentes essent Domini Cardinales. Nam respondeo, hoc effici ex consuetudine scita, & approbata à Pontificibus, qui ante cùm Cardinales extiterint, sciebant hoc fieri: vnde, si adesset talis consuetudo, quoad familiares Episcoporum, illam non damnarem, (nam ego locutus sum cum citatis Doctoribus, stando in iure: quia consuetudo subsequens potuit sic interpretari dictum cap. *Quoniam de priuil. in 6.* sicut, vt vult Pellizzarius, *num. 159.* interpretatur dictum cap. procedere, etiamsi Episcopus non in itinere, nec infirmus; vt possit celebrare, vel audire Missam in domo propter solam commoditatem, vt ego etiam *suprà* probaui: sic & in nostro casu dici potest, quod consuetudine inducta, possunt familiares Episcoporum ipsis absentibus audire Sacrum in eorum Oratoriis; consuetudo enim vincit legem, & dat iurisdictionem: sed, quia consuetudo est quid facti, videant alij, si verè in casu, de quo loquimur, extet.

RESOL. IX.

An Episcopus Titularis extra Vrbem Romæ possit in suo Palatio habere Oratorium priuatum, vt ibi celebret, vel Missam audiat?

Et aliqui alij diuersi casus inferuntur pro Episcopis Titularibus. Ex p. 9. tr. 1. Resol. 47.

§. 1. REspondeo in rigore iuris affirmatiuè; quia Episcopi titulares, qui ordinantur pro Ecclesiis in partibus infidelium, sunt verè, & propriè Episcopi, vt docet Iacobatius *de Concil. lib. 2. art. 2. rubrica de vocan. ad Concilium, fol. 85.* Tolosanus *in Syntag. iur. lib. 15. c. 12. n. 34.* Simanc. *in Cathol. instit. tit. 25. n. 12.* Sanchez *in summa, tom. 2. lib. 6. cap. 6. n. 27.* Lotherius *de re benef. lib. 1. q. 9. n. 67.* Arriaga *in Cur. Theol. tom. 4. disp. 18. sect. 3. num. 19.* & alij penes ipsos. Vnde infertur primò, prouisionem Ecclesiarum in partibus infidelium iure esse reseruatam Summo Pontifici, qui de eis disponit in Consistorio, sicuti de aliis Ecclesiis habentibus Clerum, & populum Christianum, Clerum *Inplerisque, de elect.* Infertur secundò, talem Episcopum posse exercere omnia pontificalia; nempe, Ordines conferre, solemniter celebrare, & prædicare, aliáque facere, quæ spectant ad ordinationem, *cap. 1. de ord. ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui*, ibique Hostiensis, Ioan. Andreas, & Abbas, dummodo prædicta faciant de licentia Ordinarij, vt cautur in Sacro Conc. Trid. *sess. 14. c. 2.* Tertiò infertur, tali Episcopo debere locum inter cæteros Episcopos, tam in Capellis, quàm in Consistoriis publicis, & semipublicis, aliisque sessionibus, iuxta ordinem suæ promotionis. Ioan. Piccar. *inter consilia Menochij, consil. 52. num. 89.* ad instar Comitis expulsi à comitatu, qui post expulsionem sedere debet in loco, qui inter Comites sibi antea debebatur, Baldus, & Card. Alexan. *in cap. 1. Quis dicatur Dux:* Iacob de Sancto Georg. *de feudis, verb. Comes.* Cassaneus *de gloria mundi, par.... consider. 49.* & ita passim vbique seruatur. Quartò infertur, talem Episcopum, si sit Regularis, non esse subiectum iurisdictioni Ordinarij, neque Superiori sui Ordinis; sed esse immediatè subiectum Summo Pontifici, Suarez *de Relig. tom. 3. tit. de Religios. mutan. lib. 3. cap. 17. num. 5.* post D. Thom. *2. 2. q. 185. art. 8. ad 3.* Item, familia Episcopi Regularis gaudet priuilegio fori, vt Sacra Congregatio Immunitatis declarauit. Vnde ex his omnibus patet, nimis licentiosè loquutum fuisse Fratrem Anthonium Paganum, Theologum Ordinis Minorum, qui Concilio Tridentino interfuit. *tract. de Ordine, iurisdictione, & residentia Episcoporum, sect. 6. fol. mihi 154.* vbi sic ait: [Episcopus titularis, & sine subditis porrò dedecori, & opprobrio est, dignitati, graduique Episcopali; cùm certè sine aliquo suæ iurisdictionis vsu, haudquaquam dici Episcopus rectè possit: quoniam Dux sine exercitu, Pastor sine grege, & Prælatus sine subdito Clero, atque populo, valdè incongrua appellatione nominantur.] Ita ille: sed malè.

2. Itaque ex his omnibus concludendum est, Episcopos titulares gaudere indulto cap. *Quoniam de priuil. in 6.* erigendi Oratorium in suo Palatio, vt ibi celebret, vel Missam audiat, vt cæteri Episcopi. Nam dispositio loquens de Episcopo, habet locum etiam in Episcopo titulari, Baldus *in Auth. licentiam, Cod. de*

sacrosanct. Eccles. Simanc. *de Cath. instit. tit. 25. num. 11.* Quòd maximè procedit, quando in dispositione consideratur splendor dignitatis: tunc enim non minùs habet locum in Episcopo titulari, quàm in quocumque alio Episcopo. Hinc dispositio Sacri Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 5. de reform.* quòd causæ Episcoporum criminales cognoscantur à solo Summo Pontifice, habet locum etiam in Episcopo titulari, Simanc. *loco citato.* Hoc idem est dicendum in materia concernente Ordinem: quia etiam in his nulla est differentia inter Episcopum titularem, & alios, cap. 1. *de ord. ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui*, cap. *Post translationem, de renunciation.* Ergo dicendum est in casu nostro. Episcopum titularem gaudere eodem priuilegio, quo gaudent cæteri Episcopi. Sed hæc omnia dicta esse volo stando in rigore iuris: nam, si adesset praxis, & consuetudo in contrarium, puto non esse ab illa recedendum.

RESOL. X.

An Prælati habentes iura Episcopalia, & præsertim Archimandritæ, Messanenses, Abbas S. Luciæ, Abbas Guastallæ, Archipresbyter Carpi, & similes, possint in eorum domibus, seu Palatiis habere Oratorium, & in eo celebrare, vel audire Missam, & aliquando dispensare, vt celebretur extra Ecclesiam?

Et infertur, quod supradictorum Palatia gaudent Ecclesiæ Immunitate, & eorum familiares gaudent priuilegio fori.

Et deducitur priuilegium Immunitatis Palatij Episcopalis habere locum etiam in Palatiis Inquisitorum, & Prælatorum, qui habent iura Episcopalia, & territorium distinctum, vt sunt supradicti Abbates: &c. Ex p. 9. tr. 1. Res. 48.

§. 1. PRo sententia affirmatiua potest adduci noua opinio Iurisconsulti Ioan. Baptistæ Ciarlinij *in contro. foren. tom. 2. cap. 198. n. 31.* nempe, priuilegium immunitatis Palatij Episcopalis habere locum etiam in Palatiis Inquisitorum, & Prælatorum, qui habent iura Episcopalia, & territorium distinctum, velut est Abbas Guastallæ, & Archipresbyter Carpi, quoniam æquiparantur Episcopis in omnibus, quæ non sunt Ordinis, & ab illis sola consecratione differunt, vt probat Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 2. n. 12.* & Diœcesani appellatione comprehenduntur, vt docet idem Sanch. *lib. 3. disp. 29. n. 16.* Gratianus *discept. for. tom. 2. cap. 212. num. 9.* ac Ordinarij vocantur, vt patet ex Barbosa *de potest. Episc. par. 2. alleg. 32. n. 30. & 31.* Quinimò Decreta Concilij Tridentini habere locum in his Prælatis habentibus iura Episcopalia, tradit ex Riccio Bellettus *post disquisit. Cler. §. vnico de iurisdictione Abbatiæ S. Michaëlis de Clusa, n. 8. in fine.* Quod etiam confirmatur, quòd supradictorum familiares gaudent priuilegio fori, ac vt gaudet familia Episcopi, vt tradit Ciarlinius *in contr. tom. 1. cap. 20. n. 29.* ergo ex his omnibus aliquis posset dicere, supradictum Archimadritam, & alios Prælatos gaudere priuilegio, quo gaudet Episcopus circa Oratorium priuatum sui Palatij.

2. Sed his non obstantibus, negatiua sententia tenenda est, vt patet ex praxi, & consuetudine, quæ est optima legum interpres; & ideo sub nomine Episcopi in cap. *Quoniam de priuileg. in 6.* non intelliguntur Prælati habentes iura Episcopalia, sed solùm, & dumtaxat verè, & propriè Episcopi quoad dignitatem, & Ordinem: & ideò extenderetur tale priuilegium vltra verborum proprietatem contra iuris regulas.

3. Dices: Cardinales non sunt Episcopi, & tamen gaudent hoc priuilegio. Respondeo, Cardinales gaudere omnibus priuilegiis, quibus gaudent Episcopi. Adde, quòd dicto priuilegio Cardinales fruuntur etiam ex approbatione Pontificis.

4. Et si opinio contraria esset admittenda, dicendum etiam esset, Vicarium Capitularem posse etiam gaudere hoc priuilegio: quia sub nomine Ordinarij etiam comprehenditur, vt probat Persicus *de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 22. n. 29. & seqq.* cum Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 25. num. 10. & disp. 29. num. 4. & 5.* Sed hoc est contra praxim, & consuetudinem Ergo, &c.

5. Confirmatur nostra sententia ex doctrina Trullench *in Bullam Cruc. lib. 1. §. 3. dub. 3. n. 4.* Cenedi *in quæstionib. can. q. 44. n. 6.* Rodriquez *in qq. Regul. tom. 1. q. 43. art. 6.* & aliorum asserentium, inferiores Prælatos etiam habentes quasi Episcopalem iurisdictionem, non habere facultatem concedendi licentiam, vt ex causa iusta possit quis celebrare extra Ecclesiam: ergo, si non habent hanc facultatem pro aliis, signum est, quòd nec etiam pro ipsis habent; vt in simili difficultate dixit Portel. *in respons. Regul. tom. 1. part. 3. casu 20. num....* Non bene itaque dixit Henriquez *libro 9. cap. 27. num. 2. in Glossa lit. D*, quòd aliquando etiam Abbas magnus dispensat, vt celebretur extra Ecclesiam: quod etiam malè videtur approbare Perficus *de officio Sacerd. lib. 1. c. 6. dub. 3. n. 23.*

RESOL. XI.

An Regulares possint habere Oratoria in eorum Monasteriis?

Et an eorum priuilegia circa hoc sint à Concilio Tridentino reuocata?

Et an in prædictis Oratoriis, quæ solent esse in Monasteriis, claustris, infirmariis, &c. possint etiam Sacerdotes sæculares celebrare?

Et notatur supradicta Oratoria benedictione non egere, & per consequens Oratoria polluta non indigent reconciliatione.

Et aduertitur prædictam deputationem Oratorij necessario faciendam esse à Prouinciali, & si in aliqua Religione non adsit Prouincialis à Patre Generali, & videant Regulares, si hoc obseruent. Ex part. 9. tract. 1. Res. 32.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, ex priuilegiis, quæ asserunt Doctores communiter. Sed difficultas est, an sint reuocata à Concilio Tridentino? Et negatiuam sententiam ego olim docui; & me citato, tenet Auersa *de Sacram. Euchar. q. 11. sect. 14.* Sed audiamus Hieronymum Garciam *in summa Theol. mor. tract. 3. diffic. 8. dub. 2. punct. 3. num. 39.* vbi me citato sic ait: [Estos priuilegios puestos estan reuocados por el Concilio Tridentino, y que no pueden vsar oy dellos los Regulares en mas prouable y mas comun, sientenlo assi muchos Dotores, à los quales refieren, y siguen Nauarrus *in summ. cap. 25. num. 81.* Suarez *disp. 81. sect. 3.* Reginaldus *lib. 29. num. 178.* Miranda *in Manual. tom. 1. quæst. 40. art. 9.* Becanus *cap. 25. in n. 2.* Fagund. *lib. 3 c. 17. n. 16.* Tambur. *q. 6. n. 4.* Petrinus *tom. 1 suorum priuilegiorum, Constit. Pyrrhi. §. 7. num. 27.* & Lezana *tom. 1. cap. 21. num. 14.* y para mi es cierta esta conclusion. Lo vno, porque el Decreto del Concilio Tridentino concluye con estas palabras: *Non obstantibus quibuscumque priuilegiis, & exemptionibus.* Lo otro, porque Gregorio XIII. en la Bulla, que concedio à la Compania, para que pueda vsar de Altar portatil en las missiones, que es la 67. deste Pontifice. *in 2. tom. Bullarij Cherubini*, entra con estas palabras: *Vsum Altaris viatici Societati vestræ à felicis*

recorda

recordationis Paulo Papa III. concessum, deinde à Concilio Tridentino vniuersè sublatum, vobis eatenus restitutum, &c. [No pudo dezirlo mas claro. A la razon contraria respondo, que el permitir, ò nò permitir esto los Obispos no puede variar la fuerça del preceto Pontificio, ni reuocar el Concilio; à la mucho puede agrauar la pena de la transgression, porque sin dependencia de la pena, que puede poner el Obispo, estan reuocados: y los Authores de la contraria opinion lo van casi concediendo en los discursos, y distinciones, que hazen, y assi los priuilegios que han de vsar, quanto à este punto de vsar Altar portatil, son los concedidos despues del Concilio. Y quádo demos, que los antiguos estan reuocados, ai està vno de Gregorio XIII. à la Compañia, que commença *Decet Romanũ Pontificem.* y es despues del Tridétino, en que concede. *Quod in Oratoriis, & Capellis, quæ ipsius Societatis Prouinciales per se in Domibus Collegiis & aliis locis, vbi aliqui Societatis residebunt, approbauerint, & ad diuinum dumtaxat cultum deputauerint, Missæ, & alia diuina Officia celebrari possint.* de cuyo priuilegio gozan las demas Religiones por participacion, como lo affirman Suarez *sect.3.citata exceptione* 4. Rodriquez *tom.1. qq. Regul quæst.* 43. *art* 4. Naldus *verb. Missa*, n.32. Fagundez *lib.3. cap.13. num.*17. Reginald. *lib.*29. num.178. Pero que seria, si el Obispo Diocesano contradixese en virtud del Tridentino, *sess.* 22. respondeo nouissimè Lezana *tom.3. verb. Altare*, *num.*14. Diana *part.6. tract.8. resol.*39. que aun es muy prouable, que podrian, porque el Concilio, quando les da poder à los Obispos, *ne permittant celebrare*, habla de las casas priuadas de los seculares, y no de las de los Religiosos. A mas de que ay vn famoso priuilegio de Pio IV. à los Canonigos Regulares S. Saluatoris Lateranẽsis, de quo lo refieren Peyrinis, Peregrinus, & Diana, el qual deroga al Concilio.] Ita Garcias, cui etiam adde Lezanam in alio loco, nempe, *tom.2. cap.* 21. *n.* 14. sic asserens: [In Oratoriis etiam, quæ solent esse in Religiosorum Monasteriis, Claustris, Infirmariis, &c. videtur posse Religiosos celebrare Sacrificium Missæ, propter priuilegia adducta, quæ quoad hoc non videntur reuocata.] Hæc Lezana, qui *tom.4. verb. Oratoria. num.* 6. optimè addit, quòd in Oratoriis, quæ sunt in Domibus Religiosorum, priuilegia Societatis Iesu participantium, iuxta concessionem Greg. XIII. ibi deputentur ad Missam celebrandam à Prouinciali, poterunt ibi Sacerdotes alij non Regulares celebrare. Idem etiam docet Suarez *tom.3. in.3.p disp.* 81 *sect.3.* Vide etiam Cardinalem Lugum *de Sacram. Eucharist. disp.*20. *n.*51. & nouissimè me citato Bassæum *in suo Theol. mor. verb. Missa*, 4. *n.*1.

2. Nota hic obiter, supradicta Oratoria non indigere benedictione, neque postquam est constructum, vt in eis celebretur, sed sufficere lapidem sacratum, super quem Christus sub speciebus panis, & vini sacrificatur. Quod probatur: tum, quia in Rituali Pauli V. fit mentio solùm de Ecclesiis, & Oratoriis publicis: ergo signum est, illa non indigere benedictionibus prædictis, aliter Rituale illis propriam, vel communem cum Ecclesia, & Oratoriis publicis assignasset formam benedictionis, ne videretur mancus Author in assignandis ritibus. Tum, quia Oratoria polluta non egent reconciliatione, ea ratione, quia locus non polluitur, nisi priùs fuerit consecratus, aut benedictus, secundùm Suarez *tom.3. disp.*81. *sect.*4. Emmanuel. Sa *verb Ecclesia*, *num.*13. ex eisdem, & Conincho, Naldus *verb. Ecclesia*, *num* 27. ergo signum est in dictis Oratoriis celebrari posse sine illis benedictionibus si possunt in vsum sine illis deduci. Ex quibus colligitur alia ratio, cur possint fundari sine licentia Episcopi: quia ideò illius licentia exigitur, vt primarium lapidem benedicat: ergo, si non est necessaria benedictio, neque licentia ad eam. Vide Ioan. Henriquez *in qq. pract. sect.* 12. *quæst.*26. Itaque, licèt de iure communi Missa celebrari non possit, nisi in locis ab Episcopo consecratis, aut benedictis ex cap. *Nullus*, *de consecrat. dist.*1. non videtur tamen necessarium, quòd loca, in quibus vi præsentis priuilegij dicimus posse celebrari, sint modo dicto benedicta. Ducor, quòd Sanchez *lib.9. de matrim. disp.*15. *num.*39. ex Abbate, & aliis, docet, Oratoria, etsi nunquam benedicenda, aut consecranda, sint, si tamen ad publica Officia diuina semel ab Episcopo deputentur, locis sacris annumeranda esse, eò quòd talis deputatio sit ad instar benedictionis. Posse autem in dictis Oratoriis Sacerdotes etiam sæculares celebrare, docet Quintanadueñas *loco vbi infrà*, & Garcia *vbi supra numero* 33.

3. Et ideò ad confirmationem supradictorum apponam verba Marchini *de Sacram. Ordinis, tract.*3. *part.*3. *c.*9. *n.*13. sic asserentis: [Quæres, an Prælati Regulares possint in suis Domibus deputare, priuata Oratoria, in quibus, absque alia Ordinarij, vel Summi Pontificis licentia, Missas facere possint, non solùm omnes illius Ordinis Religiosi, sed etiam Presbyteri sæculares. Respondeo, id posse Generales, vel Prouinciales, etiam non requisita Episcopi licentia, dummodo Oratoria ad diuinum cultum tantùm sint deputata. Sic Gregorius XIII. Societati Iesu per Breue, quod incipit: *Decet Romanum Pontificem*, quod refert *in Compendio priuilegiorum, eiusdem, tit. Oratoria*, & *in nostris priuilegiis, sub tit. Missa*, §.1. quo priuilegio fruuntur alij Ordines Mendicantes, & non Mendicantes, per mutuam communicationem.] Ita ille: cui adde Azorium *tom.*1. *lib.*10. *cap.*26. *q.*9. Fagundez *præcept.*1. *lib.*3. *cap.*13. *num.*17. quicquid in contrarium dicat Bonacina *de Sacram. disput.*4. *quæst. vlt. punct.*9. *num.*10. Vide etiam Pellizzarium *in Manual. Regul. tom.*3. *tract.*8. *cap.*5. *sect.*1. *num.*65. Vbi ex priuilegio Gregor. XIII. Societati concesso obseruat, deputationem Oratorij necessariò faciendam esse à Prouinciali, & si in aliqua Religione non adsit Prouincialis, à Patre generali. Videant Regulares, si hoc obseruent.

Sup. hoc inf. in Resol. 16. §. Sed hic.

RESOL. XII.

An Regulares etiam in Grangiis possint constituere Oratoria?

Et quid, si Episcopus loci repugnet?

Et an in dictis Grangiis, & Oratoriis non solùm possint celebrare Regulares, sed etiam sæculares, vel saltem vnus, vel alter benefactor, aut amicus?

Idem est de audientibus Missam in prædictis Oratoriis.

Et an supradicta Oratoria non indigeant benedictione, & per consequens, & si polluta fuerint, non indigent reconciliatione; & quando indigeant, à suis Prælatis etiam localibus benedici possunt.

Et aduertitur, quod in prædictis Oratoriis ex priuilegio Alexandri VI. concesso Cistercienſibus possunt Regulares ibi diuina officia celebrare, & familiaribus, & Vassallis Sacramenta Eucharistiæ, & Pœnitentiæ ministrare, absque licentia Ordinarij.

Et notatur, quod Prælati Regulares possunt approbare, & designare Oratoria non solum in Monasteriis, & Grangiis, sed etiam in locis, in quibus recreationis causa proficiscuntur.

Et docetur Ordinarium non habere ius visitandi Oratoria Regularium ruri constructa etiam si campanam habeant pendentem è turri.

Et

Et tandem quæritur, an supradicta Oratoria gaudeant Immunitate Ecclesiæ? Ex part. 9. tractatu 2. Resol. 33.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Lezan. *in sum. tom. 1. c. 21. num. 15.* vbi sic ait: [In grangiis quoque Monasteriorum, seu in prædiis ipsorum, vtilitatis, & recreationis causa acquisitis, posse fieri Oratoria, in quibus diuina Officia celebrentur sine licentia Ordinarij, non obstante Concil. Trident. *sess. illa 22. iam citata*, eò quòd Concilium solùm loquatur de priuatis domibus; hæc autem prædia, seu grangiæ non sint tales, docent aliqui Authores, propter aliqua priuilegia Religionibus concessa. Rodriq. *tom. 2. quæst. Regul. q. 75. art. 1. & 2.* & Laur. de Peyr. *tom. 1 priuileg. Minim. in Constitut. Pyrrhi, n. 29.* Et licet aliqui nanc facultatem Regularibus concedant, non repugnante Episcopo; tamen Lezana (offert enim se non vocatus, quia illum ex corde diligo) *in summa, tom. 3. verb. Altare, n. 14.* putat etiam in casu, quó Episcopus repugnet probabile esse, posse vti Regulares priuilegiatos hac facultate celebrandi Missam cum Altari portatili in grangiis, & prædiis suorum Monasteriorum. Ratio est, quia Concilium *loco relato* solùm concedit Episcopis, ne permittant celebrare in priuatis domibus, aut omnino extra Ecclesiam. Hæc verò prædia, seu grangiæ, non sunt priuatæ domus priuatarum personarum, aut sæcularium; sed Monasteriorum, & Communitatum Religiosorum, nec sunt omnino extra Ecclesiam, quia sunt partes Ecclesiæ, & bona ipsius.] Ita ille: cui adde Rodriquez *in qq. Regul. tom. 2. q. 75. art. 1.* Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 7. concl. 2.* & Leonem *de cens. recol. 6. n. 854.*

Sup. hoc in Ref. seq. §. 2. & in aliis §§. eius annot.

2. Notat tamen Ioann. Henriquez *in qq. practic. sect. 22. q. 26.* Quintanaduenas *in Theol. mor. tom. 1. tract. 7. sing. 34. n. 5.* in dictis grangiis, & eorum Oratoriis, non solùm posse celebrare Sacerdotes Regulares, sed etiam sæculares. Bordonus verò *in consil. Regul. tom. 2. resol. 90. num 9.* notat, quod Regulares non possunt in illis admittere ad Missam extraneos: quia instituta sunt tantùm ad vsum Fratrum, & eorum Familiæ, & colonorum, vt colligitur ex cap. *Patentibus 10. de priuil. cap. fin. de censib.* & ex priuilegiorum tenore. Nihilominùs non censetur interdicta receptio vnius, vel alterius benefactoris, aut amici ad Missam audiendam, maximè cùm nulli præiudicium afferatur. Ita ille: imò ex priuilegio Alexandri VI. putat Pellizarius *in Man. Reg. tom. 2. tract. 8. c. 2. n. 134.* sæculares posse liberè audire Missam in Capellis Regularium rusticis.

Sup. his Sacerdotibus sæcularibus cursim in fin. §. 1. Ref. præcedentis, & in tom 9. tr. 7 Ref. 49. §. Secundo, à simili, breuiter ad med. & in aliis §§. eius not.

3. Et tandem nota, id quod docet Garcias *in sum. Theol. mor. tract. 3. diffic. 7. dub. 2. punct. 3. n. 34.* vbi sic ait: [Aduierto à cerca los Oratorios de las granjas, que Alexandro VI. concedio à los Cistercienses, que puedan celebrar alli los Oficios, y administrar los Sacramentos de la Penitencia, y Eucaristia à los vassallos, familiares, y criados del Conuento, sin licencia del Ordinario: que se entienda por criados, y familiares si solos los que viuen dentro las puertas del Conuento, ò otros tambien; esplicalo Luys de S. Iuan. *q. 8. art. 9. duda 2.* Miranda *tom. 1. q. 42. art. 1. & 2.* resuelen, que tambien los que estan fuera en granjas, ò casas de Religion.] Hæc ille, & alij.

Sup. hoc inf. in Ref. 29. §. vlt.

4. Verùm, an dicta Oratoria gaudeant immunitate? Garcias *vbi suprà* ex Suarez, & Henriquez affirmatiuè respondet: sed putat, ad hoc vt gaudeant hoc priuilegio, debere esse benedicta. Sed Bordonus *vbi suprà num. 6.* non facit mentionem de tali benedictione: sic enim ait: [Quamuis Oratoria priuatorum immunitate non gaudeant: Regularium tamen Oratoria; cùm potiùs publica sint in ordine ad Religionem, licèt priuata exclusione extraneorum, immunitate gaudent, si non ratione sui, saltem ratione Clausti, aut grangiarum, quæ tali immunitate gaudent, vt ex priuilegio concesso Ordini Cistercienssium refert Rodriq. *tom. 2. quæst. 75. artic. 2.*] Ita Bordonus. Et quidem supradicta Oratoria, vt Oratoria Monasteriorum non indigent benedictione, & vt optimè obseruat Bordon. *sup. num. 4.* quando non fuerunt benedicta, licèt polluta, non egent reconciliatione, cò quòd reconciliantur solùm loca consecrata, aut benedicta ex c. fin. *de consec.* & quando indigent reconciliatione, à suis Prælatis etiam localibus benedici possunt. Quod probatur à fortiori: nam hæc possunt fieri, quando eorum Ecclesiæ essent reconciliandæ.

5. Nota hîc etiam, quòd stante consuetudine interpretante dicta priuilegia Summorum Pontificum, Prælati Regulares non solùm possunt approbare, & designare Oratoria in Monasteriis, & grangiis; sed etiam in locis, in quibus recreationis causa proficiscuntur, vt in villis PP. Iesuitarum, & aliorum Religiosorum. Ita Pellizar. *in Man. Reg. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. n. 91.* qui etiam *cap. 5. sect. 2. n. 76.* docet Ordinarium non habere ius vtilitandi Oratoria Regularium ruri constructa, etiamsi campanam habeant pendentem è turri.

RESOL. XIII.

An Regulares in Grangiis seu Cellis particularibus possint celebrare in Altari portatili, contradicente Episcopo?

Et supponitur, quod non contradicente Episcopo, & prohibente, possint adhuc Regulares, non obstante Concilio Tridentino celebrare in Grangiis, & Cellis particularibus, & in quocumque decenti loco cum Altari portatili. Ex p. 6. tract. 8. & Misc. 3. Ref. 39.

§. 1. SVppono posse Regulares celebrare cum Altari portatili in quocumque decenti loco, Episcopo non contradicente, & tum solùm non posse quando id prohiberet. Ita Ledesma *in summa, tom. 1. cap. 20.* Fr. de Euchar. difficult. 4. circa concl. 2. Ioannes de la Cruz *de Priuileg. Regul. lib. 2. cap. 5. dub. 7. post conclus. 4.* Emanuel Rodriquez *in quæstion. regul. tom. 1. quæst. 43. art. 5.* Hieronymus Rodriquez *in Compend. QQ. regul. resol. 9. num. 4.* Portel. *in dubiis regul. verb. Altare, num. 1.* Marchinus *de Sacrament. Ordinis, tract. 3. part. 3. cap. 9. numero 12.* Lugo *de Sacrament. Eucharist. disputat. 20. sect. 2. numero 51.* & alij. Nec obstat Concilium Tridentinum *sess. 22.* & ibi clausula. *Non obstantibus quibuscumque priuilegiis*, quia non tollit directè priuilegia, sed dat facultatem Episcopis prohibendi etiam contra priuilegia, & ideo non obstantibus quibuscumque priuilegiis possunt Episcopi prohibere Regularibus ne celebrent extra Ecclesiam, quod si non prohibeant non est Regularibus interdictus vsus priuilegiorum quicquid in contrarium asserat Peregrinus *in compend. Priuileg. part. 1. tit. Missa, §. 2.* Faustus *de Sacrament. Eucharist. lib. 2. quæst. 171.* Fagundez *de præcept. Eccles. part. 1. lib. 3. cap. 13. numero 16.* Beja *part. 4. casu 33.* Chamerota *de Sacram. Eucharist. dub. 15.* Suarez *tom. 3. disputat. 81. sect. 3.* Coninch. *de Sacrament. quæst. 83. art. 3. dub. 1. n. 226.* & alij.

2. Sed his suppositis difficultas est, an Episcopo contradicente, & prohibente possint adhuc Regulares non obstante Decreto Concilij Tridentini celebrare in Grangiis, & Cellis particularibus? & in

Et Reli-

Et affirmatiuam sententiam nouissimè tanquam probabilem admittit Lezana *in summa quæst. Regul. tom.3. verb. Altare, n.14.* vbi sic ait. Etiam in casu quo Episcopus repugnet, probabile est posse vti Regulares priuilegiatos hac facultate celebrandi Missam cum Altari portatili in grangiis, & prædiis suorum Monasteriorum. Ratio est, quia Concilium loco relato solùm concedit Episcopis ne permittant celebrare in priuatis domibus, aut omnino extra Ecclesiam. Hæc verò prædia seu grangiæ, non sunt priuatæ domus, quia non sunt domus priuatarum personarum, aut sæcularium, sed Monasteriorum, & Communitatum Religiosorum, nec sunt omnino extra Ecclesiam, & bona ipsius. Rodriquez, Ioannes de la Cruz, & Peirinis relati.

3. Pari etiam probabilitate idem affirmari posse videtur, sicque aliquando in Hispania practicari vidi, de cameris particularibus aliquorum Religiosorum, causa aliquo extraordinario, quo videlicet propter infirmitatem è camera exire non possint ad audiendam Missam, & dies solemnis fuerit, vel propter Sacram Communionem recipiendam. Quod scilicet tunc possint in propriis cameris honestis, ac decentibus celebrari facere in Altari portatili. Ratio est, quia cameræ Religiosorum regulariter sunt loca decentia, & honesta, ac per consequens in eis poterunt prædicti Regulares priuilegiati vti dicto priuilegio, non solum permittente, aut non contradicente Episcopo propter dicta, sed etiam casu dato quod ipse contradicat, cum prædictæ cameræ non sint priuatæ domus, sed ad Ecclesiam pertinentes, nec omnino extra Ecclesiam, ac proinde non comprehensæ in Decreto Concilij Tridentini. Pro hoc etiam extat notabile Priuilegium Pij IV. pro Canonicis Regularibus Sancti Saluatoris Lateranensis, quod refert Peirinis *suprà, n.34.* ex Peregrino *in Compend. priuilegiorum Congregationis Regularium, titul. Infirmi. §.2.* Est autem magnum hoc priuilegium, nam concessum dicitur 18. Maij 1565. post Concilium Tridentinum, & cum derogatione ipsius. Hucusque Pater Lezana.

RESOL. XIV.

An Regulares possint celebrare vbique in Altari portatili etiam in domibus sæcularium & in plateis, castris, & grangiis, & circa vllum dubium possint hoc facere Fratres itinerantes? Ex p.3.tr.2.Res.80.

1. NEgatiuè respondet Miranda *in manuali Prælatorum tom.1.q.4. art.9.* citans Suarez pro se idem tenentem.

2. Sed Laurentius Portel *in dubiis Regul.ver. Altare, num.1.* contrariam sententiam tenet, & ideo asserit posse Regulares non contradicente Episcopo celebrare in domibus sæcularium in altari portatili, seruata debita decentia extra cameras, vbi dormiunt, & in plateis, & castris, & grangiis, & circa vllum dubium posse hoc facere Fratres itinerantes dicendum est. Ita Portel, qui citat pro hac sententia Ioan. de la Cruz, Lezanam & Rodriquez.

RESOL. XV.

An priuilegia Mendicantium celebrandi extra Ecclesiam sint reuocata per Cõcilium Tridentinum sess.22? Ex p.4.tr.4.& Misc.Res.106.

1. AFfirmatiuè respondet Suarez *in 3. p. tom. 3. disp.81.sect.3. in fine.* Nauar. *c.25.n.81.* & in hanc sententiam videtur inclinare Henriquez *lib.9. cap.27.n.2. in glossa lit.S.*

2. Sed Ioanni Præposito *in 3. part. q.83. art.3. dub. n.151.* videtur verior negatiua sententia, quia in decreto Concilij nulla est clausula quæ priuilegiis Regularium antea concessis deroget, vel ea reuocet, nec refert quòd in fine dict. decreti dicatur, *Non obstantibus priuilegiis, exemptionibus, ac consuetudinibus quibuscumque*; quia illa commodè possunt refersi ad immediate præcedentia, nimirum, *atque ad ea inuiolatè seruanda censuris Ecclesiasticis, aliisque pœnis quæ illorum arbitrio constituuntur, fidelem populum compellant.* Ita ille. Vnde censet priuilegium datum Prædicatoribus & Minoribus *in cap.his? de priuil.* non esse reuocatum per Tridentinum quod confirmat, quia Canon insertus iuri communi non debet dici reuocari, nisi sufficienter constet de reuocatione, cùm sit fauorabile ius commune remanere, & eius reuocatio censeatur odiosa; in præsenti autem non clarè constat reuocari: ergo, &c.

RESOL. XVI.

An Regulares extra Oratoria Monasteriorum, & Grangiarum possint etiam celebrare in aliis locis cum Altari portatili? Sup. hac prima difficultas huius tituli sup. in Res. 13. §. 1. & in Res. 14.

Et an hodie prædicta priuilegia, & Altaria sint reuocata per Concilium Tridentinum?

Et quid, si ab Episcopo loci hoc prohibeatur?

Et in exemplum supradictarum quæstionum adducuntur diuersi casus, & etiam pro Monialibus; & quod in multis differunt, & concordant Oratoria regularium, & sæcularium.

Et tandem quæritur, an quando virtute priuilegij Greg. XIII. Prouinciales Societatis Iesu approbant Oratoria intra, & extra domus suas pro Religiosis subditis, debent hoc facere per se, vel per alios? Ex p.9. tr.1.Res.34.

§.1. AFfirmatiuè respondeo ex cap. *In his de priuil. & aliis indultis Pontificiis concessis Regularibus.* Sed difficultas est, an hodie sint reuocata per Concilium Tridentinum? Et affirmatiuè respondet Garcias *in summa, tractat.3. difficul.8. dub.2. punct.3. num.29.* & addit, hoc solùm post Concilium concessum fuisse Missionariis, tam Iesuitis, quàm aliis Regularibus. Sup. hoc in Res. præterita, & sup. in Res. 11. à lit. a.

2. Sed dicta priuilegia non fuisse à Concilio Tridentino reuocata docent Portel *in dubiis regul. verb. Altare, num.1.* Villalobos *tom.1. tract.8. difficult.33. num.7.* Rodriquez *in compend. qq. regular. resol.9. n.4.* Ludouicus de San Iuan *de Sacram. Euchar. q.12. art.3. dub.2. append.1.* & alij penes Garciam *vbi suprà*, quibus adde Cardinalem de Lugo, *de Sacram. Eucharist. disp.20. sect.2. num.52.* Marchinum *de Sacram. Ordin. tract.3. par.3. cap.9. num.12.* asserentes, nunc quoque posse Regulares vti Altari portatili in quolibet decenti loco, nisi ab Episcopis prohibeantur: & tunc solùm non posse, quando prohibentur: & licèt aliqui sentiant, supradicta priuilegia fuisse à Concilio reuocata; tamen, vt obseruat Serra *in 3. p. D. Thomæ, q.83. art.3.* nonnullis Religionibus rursùs concessa sunt, quibus gaudent aliæ; quibus concessa est à Pontifice communicatio in priuilegiis cum prædictis. Non est tamen recedendum à negatiua sententia, quam adduximus. Et huic sententiæ adhærendo, adducenda sunt aliqua priuilegia, quæ affert noster doctus, & amicissimus Pasqualigus *decis.174. 176. 177. & 178.* cui ego addo Quintanaduenas *in Theol. mor. tom.1 singular. 34. num.7.* & Pellizzarium *tom.2. tract.8. cap.2. sect.2. num.96.* Et ideò ex priuilegio Pij IV. concesso Canonicis Regularibus anno 1565. possunt Regulares communicatione gaudentes erigere Altaria, in locis, seu Sup. hoc ibi Res. 13. §. Sed his, & in aliis §§. & Res. eius annot.

Sup. hoc eodem priuilegio, & doctr. in Res. not.

præteritæ & vlt. per tot.

seu cellis, vbi decumbunt infirmi, vt possint è lecto audire Missam, & Eucharistiam recipere: nec necessum est, vt infirmitas sit magni momenti, sed sufficit, vt infirmus exire à cubiculo non valeat. Tunc autem Superiorem localem Altare approbaturum sentio, siue ex propria authoritate, siue ex ratihabitione, aut commissione præsumpta Prouincialis. Deinde Regulares infirmi extra Claustra degentes possunt facere celebrare in suis cubiculis: secus si sæculares ægrotarent in Monasterio; quia, inquit, hoc est priuilegium personale, non locale: Sed existimo, quòd tunc in horum etiam cubiculis possent Superiores Altare ad celebrãdum erigere in suo Monasterio. Adde etiam, quòd Moniales sub Regularium regimine viuentes, possunt frui, & vti hoc priuilegio, si Regulares, quibus subiiciuntur, eo gaudeant, vel in eo communicent cum aliis Religionibus: quia prædictæ Moniales participant priuilegia concessa Regularibus, necnon priuilegium communicationis, quatenus capaces sunt, cum sint veluti quid accessorium Regularibus, & pars eiusdem Ordinis. Ita Quintanaduenas, & Pasqualigus.

3. Sed ego in istis priuilegiis admiror liberalitatem Sedis Apostolicæ erga seruitia præstita à Regularibus; & admiror modestiam Regularium, qui parcè & rarissimè illis vtuntur; quod meritò ita faciendum esse puto. Sed, vt verum fatear, non possum acquiescere, vt hodie Regulares possint vti illo priuilegio, quod affert Pater Pasqualigus, nempe, quòd etiamsi extarent infirmi extra Claustra in domo sæcularium, possit facere celebrare in suis cubiculis: non, inquam, hoc admitto: sed contrarium teneo cum Magistro Patre Lezana *in Summa, tom. 3. verb. Altare, num. 15. & 16.* vbi sic ait: [Probabiliter affirmari posse videtur, sicque aliquando in Hispania practicari vidi, de cameris particularibus aliquorum Religiosorum, casu aliquo extraordinario, quo, videlicet, propter infirmitatem è camera exire non possint ad audiendam Missam, & dies solemnis fuerit vel propter sacram Communionem recipiendam: quòd, scilicet, tunc possunt in propriis cameris honestis, ac decentibus celebrari facere in Altari portatili. Ratio est: quia cameræ Religiosorum regulariter sunt loca decentia, & honesta, ac per consequens in eis poterunt prædicti Regulares priuilegiati vti dicto priuilegio, non solùm permittente, aut non contradicente Episcopo, propter dicta; sed etiam casu dato, quòd ipse contradicat, cùm prædictæ cameræ non sint priuatæ domus; sed ad Ecclesiam pertinentes, nec omninò extra Ecclesiam, ac proinde non comprehensæ in decreto Concilij Tridentini. Pro hoc etiam extat notabile priuilegium Pij IV. pro Canonicis Regularibus Sancti Saluatoris Lateranensis, quod refert Peirinis *tom. 1. priuilegior. Minim. in Constit. Pyrrhi, num. 34.* ex Peregrino *in Compend priuileg. Congregationis Regularium, titul. Infirmi, §. 2.* Est autem magnum hoc priuilegium; nam concessum dicitur 18. Maij, 1565. post Concilium Trident. & cum derogatione ipsius. Aliud etiam priuilegium pro Fratribus Hieronymianis in Hispania refert Portell. *in dubiis Regular. verb. Altare, num. 3.* quod non vidi, nec scio, an sit solùm viuæ vocis oraculum, ac per consequens hoc tempore reuocatum. Nullatenus tamen id credo esse permissum in cameris sæcularium, non solùm quia ipsæ sunt priuatæ domus, & omninò extra Ecclesiam, de quibus loquitur Concilium; sed etiam, quia hoc est contra voluntatem Episcoporum, qui meritò, & rationabiliter id non permittunt; præsertim, propter declarationem Sacræ Congregationis, quam refert Naldus *verb. Missa, num. 31. & 32.* vbi decernitur, licentias celebrandi in priuatis Oratoriis non nisi à Sede Apostolica esse concedendas, nec ab Episcopis posse concedi.] Ita Lezana. Dissentior igitur à Patre Pasqualigo in ordine ad dictum priuilegium, quod quidem puto neque esse in vsu. Et ideò dixit Garcias *vbi suprà, num. 3.* [Añade, Pasqualigo, que si vn Religioso se halla inferm.o fuera del Conuento, que puede hazerse dezir Missa en su aposento, si es lugar decente para oytla de algun Clerigo, ò Religioso, porque este es priuilegio personal, & sequitur personam, però no entiendo ay vso dello.] Ita ille, & ego. Vnde abstineant Regulares à tali priuilegio. Nota etiam hîc obiter cum Barbosa *de iure eccles. lib. 1. c. 44. n. 64.* & Lezana *in Summa, tom. 4. verb. Moniales, n. 31.* Sacram Congregationem sub die 22. Augusti, 1605. declarasse, ne in Monialium infirmaria Sacrificium Missæ celebrari permittatur.

4. Sed hic inquirendum est, an, quando virtute priuilegij Gregorij XIII. Prouinciales Societatis approbant Oratoria intra, & extra domos suas pro Religiosis subditis, debeant hoc facere per se, vel per alios? Debere fieri per ipsos Prouinciales putat Pellizzarius *tom. 2. tr. 8. c. 2. sect. 2. n. 91.* cùm in concessione posita sit clausula, *per se*, quòd, scilicet, ij per seipsos vtantur, non per alios. Verùm negatiuæ sententiæ adhæret. Quintanaduenas *tom. 1. tractat. 7 singul. 34. n. 4.* vbi ita asserit: Notandum, hanc approbationem Ordinarij loci sufficere, vt Oratoria in Conuentibus, aut in prædiis erecta visitentur, & approbentur à Prouinciali. Suarius *tom. 3 in 3. par. disp. 81. sect. 3.* Enriquez *lib. 9. de Missa, cap. 27. num. 2.* & constat ex Bulla Gregorij XIII. Societati concessa anno 1575. quæ incipit: *Decet Romanum*, &c. ibi *Postremò considerantes, quanta Societati huiusmodi cura sit perfectio diuini cultus, quanquam etiam sapè, remotis in locis Collegia, & Residentias habeat, volumus, vt in Oratoriis, & Capellis, quæ ipsius Societatis Prouinciales per se in Domibus, Collegiis & aliis locis, vbi aliqui Societatis residebunt, approbauerint, & ad diuinum duntaxat cultum deputauerint, Missa, & alia diuina Officia, alterius licentia desuper minimè requisita, celebrari possint.*] Ita ille. Mihi verò magis placet opinio Pellizzarij.

Sup. lib. 1. cap. 2. Resol. 2.

5. Ex his sequitur supradicta Oratoria Regularium, & sæcularium differre, & concordare in multis. Differunt, quia Priuilegium Oratoriorũ Regularium est locale; sæcularium est personale. Oratoria Regularium non egent Episcopi designatione, & approbatione, sæcularium egent. In Oratoriis Regularium plures Missæ dici possunt; in sæcularium, vna. Omnes interessentes Missæ in Oratoriis Regularium satisfaciunt præcepto; in Oratoriis sæcularium minimè, sed sola familia domini. Oratoria Regularium gaudent immunitate, quod non admittitur in Oratoriis sæcularium, &c. Concordant, quia non egent benedictione; & si polluantur non egent reconciliatione, &c.

RESOL. XVII.

An Oratoria Palatij alicuius Ciuitatis, in quo Senatores alicuius Ciuitatis negotia tractant, & iustitiam administrant, censeantur sublata per Bullam Pauli V.

Et an sub eadem prohibitione comprehendatur Capella carcerum publicorum?

Et an quatenus dictæ Capellæ sub Decreto sacri Concilij, nec non Decreto Pauli V. & litterarum prohibitione comprehendantur, & Bulla Cruciatæ non suffragatur, liceat Episcopo contra Sacerdotes tam sæculares, quam Regulares in eisdem Capellis celebrare volentes, post edictum Archiepiscopi publicatum, seu intimatum, procedere, & quibus pœnis punire? Ex p. 9. tract. 1. Res. 35.

§. 1. PRo negatiua sententia dici potest, quòd dictum Decretum Pauli V. abstulit Oratoria domorum priuatarum, vt obseruant Portel *in resp. regul. tom. 1. par. 3. casu 20. n. 4.* Marchinus *de Sacram. Ordinis, tr. 3. part. 3.*

par.3. c.9. n.11. Beja *par.4. casu.33* Lezana *in summa* tom.1.cap.21. n.14. Garcias *in summa Theol. mor. tr.3. disput.8. dub.2.punct.2.n.9.* Carolus à Basilica Petri *in 2.Missarum,de consecr.dist.1.* cum aliis : & ideo assentiuntur, quòd in dicto Decreto non fuerunt comprehensi Oratoria existentia in Palatiis Episcoporum. Ergo dicendum videtur, Decretum Pauli V. non comprehendere supradicta Palatia Magnarum ciuitatum, quia non veniunt sub nomine domorum priuatarum, sed sunt domus publicæ Communitatum. Adde,quòd Pontifex voluit tollere abusus,vt patet ex eius verbis, & obseruat Pasqualigus *decis.171. num.3.* & alij. Sed in casu,de quo loquimur,abusus non possunt de facili remanere, cùm in dictis Oratoriis celebretur cum magna pompa,ornatu,& decentia : ergo. Deinde Paulus V. tollit omnia Oratoria priuata,quæ post Concilium Tridentinum in dies erecta fuerunt authoritate,& facultate(vt patet ex contextu litteræ)Episcoporum:sed in aliquibus Oratoriis Palatiorum , de quibus loquimur,celebratur ex consuetudine immemorabili, etiam ante Concilium Tridentinum : ergo non includuntur in dicto Decreto Pauli V. cùm de tali consuetudine nulla efficiatur mentio ; & ad tollendam consuetudinem immemorialem, opus est de illa specificam mentionem facere.

2. Sed, his non obstantibus , nouissimè cùm Archiepiscopus Calaritanus peteret à Sacra Congregatione Concilij decisionem huius dubij. An sub prohibitione Decreti Pauli V. super Oratoriis priuatis comprehendatur Capella existens in Aula publica Palatij ciuitatis , ita vt Magistratus teneatur à Sede Apostolica licentiam impetrare ? Sacra Congregatio die 14.Nouembris, 1648. respondit comprehendi sub prohibitione Decreti. Vnde patet responsio ad titulum nostræ quæstionis,nempe,supradicta Oratoria esse sublata à Paulo V.Et quidem , vt obseruat Ioannes Valerus *in differ.vtriusque fori , verb. Missa, differ 2.§.2.* nobile facultas habendi Oratoria, non solùm fuit sublata quoad priuatos , sed etiam quoad quoscumque Principes;qui etiam Valerus obseruat,fuisse sublatam quamcumque consuetudinem immemorialem celebrandi in Oratoriis : quod est valdè notandum.

3.Nota etiam hic obiter , dictum Archiepiscopum petiisse decisionem alterius dubij, videlicet, An sub eadem prohibitione comprehendatur Capella carcerum publicorum,& petenda sit eadem licentia à Sede Apostolica , vel sufficiat licentia Ordinarij , si huiusmodi Capella sit in loco decenti ornata:Et Sacra Congreg. eadem die respondit,non comprehendi Capellam carcerum publicorum.

4. Et tandem idem Archiepiscopus petiit à Sacra Congregatione aliud dubium , scilicet , An quatenus dictæ Capellæ sub Decreto S.Concilij,necnon Decreto Pauli V. & litterarum prohibitione comprehendantur,& Bullæ Cruciatæ non suffragatur,liceat Episcopo contra Sacerdotes,tam sæculares, quàm Regulares,in eisdem Capellis celebrare volentes, post edictum Archiepiscopi publicatum, seu intimatum, procedere ; & quibus pœnis punire ? Sacra Congregatio sub eadem die respondit , licere Archiepiscopo contra Sacerdotes,tam sæculares,quàm Regulares,in eisdem Capellis celebrare volentes post edictum Episcopi publicatum,procedere etiam ad pœnas censurarum.

RESOL. XVIII.

An quando licitum est causa magnæ necessitatis celebrare extra Ecclesiam,sit adeundus Episcopus pro licentia ? Et an possit Episcopus in casu necessitatis prædictam licentiam concedere Sacerdotibus extra propriã diœcesim? Et notatur,quod in quodam Palatio rurali aderat Capella cum Altari portatili,in qua tamen non aderat licentia dicendi Missam , & repente quis incidit in articulo mortis, quæsierunt à me, an tunc posset Sacerdos celebrare in illo Altari portatili ad dandum Viaticum moribundo ? Ex p.9.tr.1. Res.46.

§.1. NEgatiuè respondet Emmanuel Sà *verb.Missa num.9.* & pro hac sententia adducit etiam Nauarrum,Sotum & Armillam Pater Pasqualigus *decis.178.n.2.* quos ipse sequitur , quando necessitas est euidens : secus in dubio.

2.Sed, his non obstantibus, nominatim contra Patrem Pasqualigum, noster Alphonsus de Leone *in 3.tr.de cens.recollect.6.n.851.* talem sententiam non audet admittere, quando Episcopus, vel Ordinarius potest facilè adiri: secus si non potest facilè adiri;nam Concil. Trident.*in supracitato Decreto* tribuit hanc facultatem Episcopo pro casu necessitatis tantùm ; & per consequens restricta fuit facultas sibi data à iure,non in totum;sed pro casu solùm vbi adesset necessitas euidens: si ergo , quando adest euidens necessitas,& posset facilè Episcopus,vel eius Vicarius non adiri,non teneretur quis petere dictam licentiam,frustratoria esset dicta concessio S.Concilij facta Ordinariis pro exequutione prohibitionis.Ita Leone.Et quidem ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo, cui adhærent etiam communiter Doctores,quos citat,& sequitur Persicus *de Offic. Sacerdot.lib.1.c.6.dub.4.n.33.* quia nunquam extra Ecclesiam celebrare licet , nisi Episcopus permiserit , vt patet ex cap. *Missarum de consecrat.dist.1.*

3.Sed, quidquid sit de rigore, securius erit in dictis casibus semper petere licentiam ab Episcopo : & ita consulendum esse existimo Parochis,& aliis Sacerdotibus. Vide Vvigers *in 3. p. qu.83. dub.15. n.67.* Marchin.*de Sacr.Ordinis,tr.3.par.3.c.9.num.11.* Gareiam *in Summ.Theol.mor.tr.3.diffic.8.dub.2.punct.1.n.6.* & alios.

4.Non deseram tamen hîc adnotare casum, de quo olim Ego interrogatus fui. In quodã Palatio rurali aderat Capella cum Altari portali,in qua tamen nõ aderat licentia dicendi Missam repentè quis incidit in articulum mortis:quæsierũt à me,an tunc posset Sacerdos Missam celebrare in illo Altari portatili ad dandũ Viaticum moribũdo:Et respondi affirmatiuè, & in terminis Nugnum adduxi *in 3.p. D. Thomæ,tom.1.q.83.art.3.* vbi docet,esse peccatum mortale celebrare extra Ecclesiam sine Episcopi facultate:modificat tamẽ hoc in casu allato,& sic asserit : [Sit conclusio:Mortale peccatum est celebrare extra locum sacrũ sine facultate Episcopi. Hæc conclusio patet:Primò,quia est communis inter Doctores Scholasticos *in 4.dist.13.*& illam docet D.Thomas in isto articulo,Syluester,& alij Summistæ *in verb.Missa:*& ita præcipitur in Concilio Tridẽtino, *sess.22. cap.de obseruandis in celebratione Missarum.* Et patet : quia talis celebratio esset contra communem vsum totius vniuersalis Ecclesiæ in re grauissima,vnde & grauiter puniuntur sic celebrantes, Intelligenda est nostra conclusio, nisi aliàs sit grauis necessitas ; quia tunc licitum est celebrare in domo , & in quocunque loco decenti:vt si sit infirmus in extrema necessitate,& aliter nõ possit illi subueniri,nisi celebrando extra tẽplum.] Ita Nugnus,cui etiam adde Toletum *lib.2.c.2. n.1.*& Persicum *de officio Sacerdotis, l.1.c.6.dub.4. n.29.*

5. Sed hîc quærendum erit,An possit Episcopus in casu necessitatis prædictam licentiam cõcedere Sacerdotibus sibi subditis extra propriam Diœcesim ? Respondeo,circa hoc esse duas sententias.Prima affirmat; quia hoc sine licentia Episcopi fieri potest in necessitate,vt in itinere,quando licentia commodè haberi non potest , *cap Concedimus de consecrat. dist.1.* non autem extra necessitatem;alioquin esset licitum de iure communi,ac proinde frustrà concederetur Episcopis priuilegiũ;vt in Altari Viatico celebrare , vel celebrare facere possint in itinere,c. *Quoniam de priuilegiis, lib.6.*

Ergo Episcopus dare potest hanc facultatem extra suam Diœcesim. Ita Sylvester, *Missa*, 1. q. 5. *dicto* 3. Probat etiam *ex cap. Missarum de consecrat. dist.* 1. vbi conceditur celebrari, vbi Episcopus permiserit. Sed non est recedendum à sententia negatiua. Et ratio est: quia in cap. *Quoniam de priuilegiis, lib.* 6. Bonifacius VIII. concedit Episcopis priuilegium, vt Altare possint habere, viaticum in eo celebrare, ac facere celebrari vbicunque. Sed si hanc facultatem possent ipsi sacerdotibus sibi subditis concedere extra Diœcesim, illam haberent de iure communi. Ergo frustra concederetur ipsis Episcopis prædictum priuilegium. Nec obstant adducta in contrarium: nam respondeo, potuisse Episcopos olim de iure communi concedere Sacerdotibus sibi subditis facultatem vbique celebrandi extra necessitatem; sed solùm intra, non verò extra propriam Diœcesim; iuxta cap. *Missarum, de consecrat. dist.* 1. nunc verò post Concilium Tridentinum, solùm in casu necessitatis; semper tamen talis licentia est concedenda intra Diœcesim: nam extra non extenditur eius iurisdictio. Nec valet consequentia: Possunt Sacerdotes in necessitate vbique celebrare sine licentia Episcopi: ergo idem etiam possunt sine necessitate cum licentia Episcopi: nam primum, est priuilegium Summi Pontificis, in cap. *Concedimus de conf. dist.* 1. quod non potest concedere Episcopus sine necessitate, nec extra propriam Diœcesim. Vide Suar. *in* 3. *part. t.* 3. *disp.* 81. *sect.* 3. Vasquez *disp.* 233. *c.* 1. *n.* 2. Fagundez *præcept.* 1. *lib.* 3. *c.* 13. *num.* 7. & alios.

RESOL. XIX.

An non obstante Concilio Tridentino possint Episcopi concedere licentiam, vt quis Oratorium priuatum habeat?

Et quid hodie dicendum est? Ex part. 9. tractat. 1. Resol. 42.

§. 1. NEgatiuam sententiam docuit Nauar. *lib.* 1. *tit. de const. conf.* 1. *quæst.* 37. *n.* 76. & *conf.* 16. *de priuilegiis.* Azorius *par.* 1. *lib.* 10 *cap.* 16. *quæst.* 3. Bonacina *de Sacramentis, disp.* 4. *quæst. vlt. punct.* 9. *n.* 10. & alij.

2. Sed altera sententia affirmat: nam Concilium Tridentinũ *sess.* 22. *post c.* 9. *in Decretis*, sic asserit: Præcipit sancta Synodus Episcopis, ne patiantur priuatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum tantùm cultum dedicata Oratoria ab eisdem Ordinariis designanda, & visitanda, sanctum hoc Sacrificium à sæcularibus aut Regularibus quibuscumque peragi, non obstantibus priuilegiis, aut exemptionibus quibuscumq;. Ex verbis huius Decreti duo colliguntur. Primò, restrictam esse potestatem Episcoporum, ne possint concedere facultatem celebrandi in quocunque honesto loco extra Ecclesiam, sicut priùs poterant. Secũdò, in Oratorio domus priuatæ ad diuinum cultum tantùm deputato, quòd non sit in profanos vsus conuertendũ, licere Episcopo dare facultatẽ celebrandi, dummodò priùs designetur, & visitationi eiusdem subiaceat: atque sic declarauit Sacra Congregatio in hunc textum: & idem docent Guttierrez *lib.* 1. *canonicarum q. cap.* 30. *n.* 28. Zerola *in praxi Episcopali, p.* 1. *verſ. Missa concl.* 4. Stephanus Quaranta *verb. Missa* Sotus *in* 4. *distinct.* 13. *q.* 2. *art.* 2. Suarez *de Sacr. disp.* 21. *sect.* 3. *verſ. Secundò, obseruandum.* Ægidius Coninch *de Sacr. q.* 83. *art.* 2. *dub.* 1. *n.* 225. Stephanus Fagundez *de quinque Ecclesiæ præcept. par.* 1. *lib.* 3. *c.* 13. *n.* 9. 10. & 11. Layman, *Theol mor. lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 5. *n.* 4. Ioan. de la Cruz *de statu Religionis, lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 7. Barbosa *de offic. Epis. alleg.* 23. *n.* 7. *p.* 1. & ita hanc sententiam præter Doctores citatos, tenet doctissimus, & amicissimus Francisc. Zypæus *in iure Pontificio, lib.* 3. *titul. de celebrat. Miss. n.* 8. vbi sic ait: Decernit Synodus, vt locorum Ordinarij non patiantur priuatis in domibus, atque omninò extra Ecclesiam, & ad diuinum tantùm cultum dedicata Oratoria ab iisdem Ordinariis designanda, & visitanda, Sanctum Sacrificium à sæcularibus, aut Regularibus quibuscumque peragi, ac nisi qui interfint, decenter composito corporis habitu declarauerint, se mente etiam, ac deuoto cordis affectu, non solùm corpore adesse. Hic locus Conc. Trident. voluit abusum tantùm tollere, qui procul dubiò olim nimis magnus fuit, & contra quẽ pulchrè insurgit practica Diaz, *cap.* 39. quem iam olim persecutus est Iustinus *in Auth. Vt nullus fabricet Oratorij domos, cap.* 1. 2. 3. vbi fisco addit eas domos, in quibus diuinum officium factum est absque Episcopi præuia licentia, & loci destinatione, cum Crucis defixione. Denique permittit in Oratoriis, ad diuinum tamen cultum tantùm dedicatis, Missam fieri. Itaque si Ordinario videbitur, etsi Oratoria sita sint in ædibus priuatis, ad diuinum tamen cultum tantùm destinentur, ab eo dedicari, ac sacrari poterunt, sacrúmque ibi peragi. Controuersum tamen est, & refert Azorius *inst. mor. lib.* 10. *c.* 6. aliíque diuersas Cong. Cardinal. interpretationes, an per hunc locum adempta sit Ordinariis facultas concedendi, vt Missæ celebrentur in Oratoriis priuatis, non consecratis, etsi decenter constructis, ordinatísq; Certè salua Sedis Apostolicæ cẽsura locus hic tantũ est ad abusus extirpandos eorum, qui id sua authoritate præsumunt, quos ne patiantur, monẽtur Episcopi: sed ea verba, *non patiantur*, si adrigorem examinentur, non inferunt, vt permittere non possint, vel derogationẽ authoritatis Episcopis competentis, ne id queant, vbi iusta ex causa id permittendum censuerint; quæ patimur, aut pati nolumus, ab aliis proficiscuntur; quæ permittimus, à nobis. Accedit, quod Conciliaribus Constitutionibus in primitiua Ecclesia latis, obscuro verbo derogatum esse existimari non soleat: ac sexta Synodus, & Tributensis, vt refert Azor. *vbi suprà, q.* 3. in infantia Ecclesiæ hanc authoritatem Episcopis concessit: nec facilè Episcopi in Concilio existentes restringunt facultates suas, sed augent, vt in Conc. Trid. tam quoad superiores, quàm inferiores, quamplurima liquent. Sed si Episcopi potestate sua abuterentur; reuocari & soli Sedi Apost. reseruari hanc authoritatem posse, nemo dubitat. Ita Zypæus, cui adde Præpositum *in* 3. *part. q.* 83. *art.* 3. *dub.* 1. *num.* 147. Tannerum *tom.* 4. *disp.* 5. *quæst.* 10. *dub.* 2. *num.* 27. Lessium *in* 3. *p. q.* 83. *art.* 1. *num.* 78. VVigers *in* 3. *part. quæst.* 83. *dub.* 15. *num.* 67. Hieronymum Garcias *in summ. Theol mor. tract.* 3. *diffic.* 8. *punct.* 2. *num.* 13. Vasquez *disp.* 233. *cap.* 1. *num.* 3. Suarez *disp.* 81. *sect.* 3. Fagundez *præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 12. *a num.* 9. Palaum *tom.* 4. *disp. vnica, punct.* 8. *n.* 6. & alios.

3. Nota tamen, quòd hæc opinio procedit in terminis Conc. Trident. nam hodie hæc facultas Episcopis sublata est, & Sanctæ Sedi Apost. reseruata, vt constat ex literis Card. Lancelloti ad Episcopos, datis nomine Pauli V. 10. Martij, 1615. quarum plures grauissimi Authores meminêre, vt Ricc. *in praxi fori Ecclesiastic. dec.* 538. Francisc. Scorc. *lib.* 2. *c.* 13. *de Sacr. Misse.* Molfesius *in Summ tr.* 3. *c.* 17. *n.* 70. Fagund. *d. c.* 13. *n.* 12. Naldus *verb Missa, n.* 30. Gauant. *comm. in rub. Missalis p.* 1. *tit.* 20. *lit. M.* Homob. *de exam. Ecclesiastic. q.* 14. *tr.* 8. *cap.* 1. *par.* 2. vbi dicit, sic fuisse à Sacra Congreg. sæpè rescriptum Archiepiscopo Bononiensi, & vbique seruari mandasse. Et ita etiam, præter DD. citatos, obseruat Caspensis *in curs. Theol. tom.* 2. *tract.* 23. *dub.* 3. *sec.* 3. *n.* 66. Villalobos *in Summ. tom.* 1. *tract.* 8. *diffic.* 23. *n.* 2. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 5. *c.* 4. *num.* 116. Garcias, *vbi suprà, num.* 14. & Trullench. *in Bull. Cruciatæ, lib.* 1. 3. *dub.* 5. *num.* 5. qui licèt asserat post dictum decretum Pauli

Pauli V. postea anno 1618. die 30. Iulij, idem Paulus de consilio Cardinalium concessit Episcopis, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis facultatem visitandi, designandi, & approbandi Oratoria, & licentiam celebrandi in dictis Oratoriis, cum his limitationibus. Primo, vt huiusmodi licentia celebrandi in Oratorio primario, solùm concedatur personis nobilibus, senio, & infirmitate impeditis, durante tantùm impedimento. Secunda, quòd dicta licentia non suffragetur nisi miseris omninò necessariis, ita vt alij præcepto Ecclesiæ minimè satisfacere censeantur. Tertia, quòd in singulis Oratoriis vna tantùm dicatur Missa. Quarta, quòd ab hac licentia excipiantur dies Paschæ, Natiuitatis, Resurrectionis, Pentecostes, & alia festa solemnia, nisi talis esset persona quæ ob iustum impedimentum nullo modo posset adire Ecclesiã. Quinta, quòd in eadem domo duo Oratoria minimè concedantur. Sexta, quòd hæc licentia solùm duret per sex annos.

4. Tamen, his non obstantibus, postea Vrbanus VIII. absolutè abstulit ab Episcopis talem licentiam, & solùm Papæ reseruauit. Et ideò Portel *in responsi regul. tom. 1. p. 3. cas. 20. n. 1.* sic ait: [Addi potest ad hoc, quòd ego vidi meis oculis, anno 1626. in Aula cuiusdem domini, tunc Collectoris istius Regni, publicari edictum S.D.N. Papæ Vrbani VIII. in quo prohibebat ne Episcopus aliquis, vel similis Prælatus licentiã dare posset alicui celebrandi, vel celebrare faciendi in Oratoriis priuatis, & scirent omnes talem licentiam concedere esse reseruatum soli summo Pontifici, & Azor. *to. 1. sum. lib. 10. c. 26. in fine*, dicit eosdem Cardinales declarasse non posse Episcopum dare licentiam celebrãdi in Oratoriis particularibus, quod consonat nouo mandato Vrbani VIII. *proximè* citato.] Ita Portel. De quo Decreto facit etiam mentionem Garcias *n. 18.* & antea *n. 15.* sic asseruerat: [Finalmente aora nouissimamente en este Enero de 1644. me ha referido el Reuerendissimo Peluan Velez, Predicator de su Magestad, y Obispo electo de Guadalaiara de las Indias, que le dixo el Señor Nuncio el Cardinal Panciroloen Madrid que tenia vn Breue de su Santidad, en que le prohibia dar licencia para dezir Missa en Oratorios priuados en casas de los seculares: y assi oy ya està cerrada la puerta à esto de tal suerte, que solo el Papa puede.] Dicendum est igitur hodie non posse Episcopos, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegatos, dare facultatem, vt quis possit in domo sua priuatum Oratorium habere, & ibi audire Missam, cùm talis facultas ad solum Pontificem pertineat, vt patet ex praxi.

RESOL. XX.

An saltem Episcopi, non obstante Concilio Tridentino, ac Breuibus Pauli V. & Vrbani VIII. possint hodie in aliquo casu particulari ex iusta causa dispensare, vt celebretur extra Ecclesiam cum Altari portatili? Ex p. 9. tr. 1. Resol. 43.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Marchino *de Sacram. Ordinis, tract. 3. p. 3. cap. 9. n. 11.* vbi sic ait: [Adhuc in multis casibus viget in Episcopis hæc facultas, tam post Tridentinum, quàm post Pauli V. decretum.] Ita ille, cui adde Garciam *in summa Theol. mor. tr. 3. diffic. 8. dub. 2. punct. 2. n. 18.* sic asserẽtem: [Empero aunque el Concilio Tridentino, y las lettras de Paulo V. parece, que quitan à los Señores Obispos el poder dar estas licentias, y a los Obispos, y Nuncio de España nuestre S. P. Vrbano VIII. pero no obstante estos decretos, hallan los Theologos destos tiempos algunos casos, en los quales la puedan dar oy.] Et citat pro hac sententia Cardinalem de Lugo, Ledesmam, Fagundez, Villalob. Rodriq. Layman, & alios; quibus ego addo Magistrum Serra *in 3. p. D. Th. q. 83. art. 5.* Castrum Pal. *tom. 4. tract. 22. disp. vn. punct. 8. n. 6.* vbi sic asserit: [Ex verbis Concilij Tridentini manifestè constat, non esse Episcopis sublatam facultatem designandi Oratoria, in quibus Sacrificium peragatur, quamimò ea facultas ibi supponitur; siquidem Oratoria ab eo designanda, & visitanda sunt: solùm enim tollitur ab eis facultas concessa in cap. *Missar. de consecr. dist. 1.* permittendi aliis celebrationem liberam, & per modum priuilegij in priuatis domibus, & omninò extra Ecclesiam, & extra Oratoria ad diuinum tantùm cultum dedicata. In Oratoriis ergo, sicut in Ecclesia permittere optimè possunt celebrationem, maximè aliqua rationabili causa intercedente. Neque huic doctrinæ aduersatur Breue Pauli V. editi anno 1617. quo omnibus Prælatis infertur potestas concedendi licentias celebrandi in domibus priuatis, etiamsi nobilissimæ sint: quia, vt opinor, intelligi debet de facultatibus perpetuis celebrandi in locis non permanenter diuino tantùm cultui dicatis: quia Paulus V. solùm. Eò Breui intendit Decretum Tridentini renouare, & denuò stabilire.] Ita Palaus.

2. Sed audiamus alium doctum Hispanum Gasparem Hurtadum, *disp. 4. de Sacrificio Missæ, difficult. 6.* sic aientem: [In Decreto Concilij Tridentini præcipitur Episcopis, ne patiantur in priuatis domibus Missam celebrari, nisi in aliquo loco ab eis designato, & tantùm ad diuinum cultum dedicato. Vnde Episcopi non possunt licentiam conferre ad celebrandum in priuatis domibus in loco ad alios vsus deseruiente: possunt tamen dispensare, vt aliquando celebretur in eo loco iusta aliqua causa, qualis est, quãdo persona grauis ægrotat, vt domi audiat Missam, & Communionẽ ex obligatione suscipiat: quia in dicto Decreto tãtùm aufertur Episcopis facultas concedendi simpliciter licentiam ad celebrandum in dicto loco; non verò facultas dispensandi in aliquo casu. Addimus, dictam facultatem concedendi simpliciter licentiam ad celebrandum in quouis honesto, seu decente loco conuenientem Episcopis ex suo officio, ablatam fuisse à Nuntio Hispaniarum iussu Pauli V. anno 1615. ita vt iam nequeant facultatem concedere ad celebrandum in priuatis domibus, & Oratoriis, non verò fuisse ablatam facultatem dispensandi ex iusta causa, vt aliquando in eis celebretur.] Hæc Hurtadus. Vnde ex supradictis Doctoribus apparet, in Concilio Tridentino, & in Decreto Pauli V. fuisse quidem sublatam Episcopis facultatem concedendi licentias absolutè celebrandi in priuatis Oratoriis, & domibus sæcularium, non autem fuisse eis sublatam potestatem dispensandi ex iusta causa in aliquo casu: Pontifex enim, & Concilium voluerunt tollere abusus: & abusus solùm ex licentiis continuis, & ordinariis oriri poterunt; non autem ex dispensatione pro vna, aut altera vice ex iusta, & rationabili causa. Ergo, &c. Et non solùm hanc opinionem docuerunt Doctores Hispani, sed etiam Itali. Vide Auersam *de Sacram. Euchar. q. 11. sect 14.* Ioannem Antonium Nouarium *in Sum. Bullar. tom. 1. tit. de celebrat. Missar.* prohibita in Oratoriis priuatis, *num. 3.* & ex Societate Iesu Patrem Perfic. *de offic. Sacerdotis, lib. 1 c. 6. dub 3. n. 26.* qui omnes loquuntur etiam in terminis Decreti Pauli V. Et ideò adducã aliquos casus in confirmationem supradictæ sententiæ:

Sup. hoc in Resol. præterita §. vlt. post med. à vers. Finalmente.

RESOL. XXI.

Enumerantur aliqui casus in quibus Episcopus possit dare licentiam, vt celebretur extra Ecclesiam? Ex part. 9. tr. 1. Resol. 44.

§. 1. PRimus casus, quando exercitus, aut classis ad multum temporis spatium Missam non audiuit;

& ad locum appulit, vbi sub dio possit commodè illam audire, licitum erit eam sub dio celebrare. Et ideò Caspensis *in Cur. Theol. tom. 3. tr. 23. disp. 3. sect. 3. n. 67.* docet, quòd vt existentes in castris, vel in triremibus, aut in nauibus Missam audiant, poterit Altare erigi in agro, vel in littore. Nec supradictis videtur obstare declaratio Sacræ Congregationis Concilij; nam, cùm Episcopus Calaritanus inter alia dubia hoc etiam petierit, an sub prohibitione Decreti Pauli V. prohibeatur Altare portatile, quod defertur ad turres in littore maris existentes, ibiq; ex cõsuetudine celebrantur Missæ, nulla Sedis Apostolicæ licentia obtenta? Sacra Cõgregatio sub die 14. Nouembr. 1648. respondit, sub eodem Decreto comprehendi Altare portatile, & de necessitate requiri licẽtiam Sedis Apostolicæ. Hæc declaratio, inquam non videtur obstare doctrinæ communi Doctorum, quos affert & sequitur Fagund. *præcept. 1. lib. 3. c. 3. n. 14.* nãm in casu Episcopi Calaritani credo, quod passim hoc efficiebatur pro vna, vel altera naui, vnde magnus erat abusus, quem rectè voluit tollere Sacra Congregatio: sed Doctores loquuntur, quãdo classis magna nauium, vel triremium, aduenit in aliquo littore; tunc enim erit licitum cum Altari portatili, vt exercitus Missam audiat, celebrare. Nõ itaque Sacra Congregatio abstulit hunc casum post Decretũ Pauli V. à communi Doctorum sententia admissum; sed tantùm casum propositum ab illo Archiepiscopo, in quo quidem abusus existebat. Notat tamen hîc Fagundez, *vbi supr.* [quòd idem putat dicendum esse, si nauis Indiæ Lusitaniæ ad littus aliquod appellat: est enim numerus personarum illius instar numeri non exigui populi. Ita audiui à viris doctissimis nostræ Societatis: nam exceptio hæc, seu facultas ista celebrandi in casu necessitatis magnæ, non est reuocata per Conc. Trid. *d. sess. 22. in Decreto de obseru. & euitand. in celebr. Missarum*, iuxta omnes Doctores.] Ita Fagundez, qui fecit anteà mentionem Decreti Pauli V. quod etiam docet Marchinus *de Sacram. Ordin. par. 3. cap. 9. n. 11.* loquens de naui magno populo onusta, quæ post diuturnam nauigationem ad littus appulit.

2. Casus secundus penes Doctores est, quòd liceat in bello rem diuinam sub dio, aut sub tentoriis celebrare in Altari portatili, aut in Ara Sacra, vt Christiani milites Sacrũ audiant, & se fidentius ad pugnã præparent Sacra Eucharistia sumpta, vel pro audienda Missa in diebus festiuis. Imo Pater Pasqualig. *dec. 167. n. 4.* putat, etiam diebus non festis posse Generales, & alios primarios Duces militum, facere celebrare in castris, in suis tentoriis: quia, cùm pertineat ad ipsos cura militum, tenentur procurare, quantùm possunt, conseruationem ipsorum, & adhibere illa media, quæ sunt necessaria; quorum præcipuum est placatio Dei, & imploratio diuini auxilij, quæ non possunt meliori modo obtineri, quàm per Sacrificium Missæ: videretur enim parum æstimari cultus diuinus, si in tanta necessitate diuini auxilij, non adhiberetur Sacrificium Missæ. Sed hæc omnia à Patre Pasqualigo dicta mihi non placent, nec Episcopi audeant talem licentiam præbere: nam Sacræ Congregationis graui reprehensione non erunt immunes. Nec inuenio alium Doctorem, qui casum talem admittat. Nec obstat ratio pro illo adducta: nam fateor, Ductores militum teneri implorare diuinum auxilium, sed quid inde? nonne illud obtinere possunt aliis mediis licitis, ac etiam mediante Sacrificio Missæ, ex eorum ordine celebrato in Ecclesiis, in quibus de iure celebrari debet, & non in eorum tentoriis, contra praxim, & consuetudinem vsque adhuc in exercentibus militum practicatam: Et quidem, si, vt obseruat Fagundez *præcept. 1. lib. 3. cap. 13. n. 14.* & alij, sit licitum tantùm in casu magnæ necessitatis, celebrare extra Ecclesiam, certum est, talem necessitatem non adesse: in casu, de quo loquimur, cùm audiatur Missa in diebus non festiuis, & diuinum auxilium, vt diximus, alio medio licito inuocari possit. Et ita hanc sententiam tenuerunt viri doctissimi de hac re à me consulti: vnde sapientissimus Cardinalis Lugo *de Sacram. Euchar. disp. 20. sect. 2. n. 4.* solùm admittit, vt in castris Missa dicatur ad implendum præceptum in die festo. Et Henriquez *lib. 9. c. 27. n. 2.* ait, concedendam esse hanc licentiam Regi, aut Duci, qui exercitui præest. Ergo non aliis.

3. Casus tertius est, posse ab Episcopo dari licentiam, vt in cubiculo perillustris personæ ægrotæ Missa semel, aut bis celebretur, vt suscipiat Eucharistiam ex præcepto, vel Viaticum. Et ita docet Vasquez *in 3. part tom. 3. disp. 233. cap. 1. n. 5.* Valerus *in differ. vtriusque fori, verb. Missa, differ. 2.* Henriq. *lib. 9. cap. 27. n. 1.* Suar. *in 3. part. tom. 3. disp. 81. sect. 3.* Reginaldus *in praxi tom. 2. lib. 29. cap. 9. sect. 5. num. 176.* Sotus *in 4. dist. 13. q. 2. art. 3.* & alij. Sed hoc procedere in terminis Concilij Tridentini posset aliquis dicere, licèt non desint hoc etiam negantes, vt videre est apud Garciam *in Summa Theol. mor. tract. 3. difficul. 8. dub. 2. punct. 2. num. 13.* Itaque magis vrget difficultas, quid dicendum in terminis Breuis Pauli V. in quo prohibetur expresè Episcopis, ne possint concedere licentiam celebrandi in priuatis domibus. Sed alij hunc casum, de quo loquimur, concedunt etiam post Decretum Pauli V. & ita, vt visum est *suprà*, tenet Pater Perscus ex Societate Iesu *de officio Sacerdot. lib. 1. cap. 6. dub. 3. num. 26.* Quintanaduenas, *vbi infrà*, Nouarius & Fagundez, *vbi suprà*, cùm aliis. Et ad dictum Decretum respondent, quòd Pontifex loquitur de licentiis continuis, non autem tollit dispensationes ex iusta causa in aliquo casu particulari, vt est iste casus. Sed, vt verum fatear, ego video, Episcopos: saltem in Italia, hunc casum non practicare: displicet verò mihi id, quòd asserit Pater Pasqualigus *decis. 170. num. 7.* posse Episcopum talem licentiam concedere, licèt persona, cui conceditur, non sit nobilitate conspicua, si aliunde tamen insignis sit, vel ob insigne seruitium præstitum Communitati, vel ob litteras, vel ex aliquo alio capite digno homine liberali, & quod constituat personas dignas speciali veneratione: huiusmodi enim personæ merentur ornari specialibus priuilegiis, & gratiis. Sed hæc non consulerem Episcopis: nam Doctores solùm loquuntur de Magnatibus, & videmus ex praxi Romana: Pontifices enim in indultis particularibus, his tantùm personis solent priuilegium concedere habendi Oratoria priuata, & non aliis ex supradictis. Maximè quòd, vt diximus, aliqui negant absolutè hoc fieri posse, etiam quoad Magnates illustres. [Porque (ait Ledesma *in Summa, tom. 1. cap. 20. concl. 2. diffic. 3.*) el Concilio parece, que lo veda, y là Declaracion de los Señores, Cardinales parece, que no le admitte.] Et in specie dixit Nauarrus *lib. 1. titul. de Constitut. consil. 1. quæst. 37. num. 76.* vt obseruat Fagundez *præcept. 1. lib. 3. capite 13. numero 13.* non posse Episcopum hodie dare licentiam ad celebrandum Sacrum in domo priuata apud infirmum in casu vrgentis necessitatis: quòd si hoc dixit stante Concilio Tridentino, quantò magis hoc diceret stante Breui Pauli V. Itaque Episcopi, me consulente, abstineant à dandis similibus licentiis.

4. Casum quartum inuenies apud Quintanaduenas *in Theol. mor. tom. 1. tract. 3. sing. 32. num. 6.* vbi sic ait: [Vnicam tantùm Missam concedit Nũcius in his Oratoriis quotidie dicendam; sed accedente graui causa, aliquando plures ãici posse existimo, verbi gratia, cùm domus illius dominus primam non audiuit, & cùm quis mortuus est in domo, vbi Oratorium est, & corpore præsenti Missæ plures dicuntur, vt in nobilium domibus consuetudo obtinuit: tunc enim non solùm

dellum plures Missas dici posse in vno Oratorio arbitror; sed ab Ordinario concedi posse facultatem, vt in eodem domus Sacello, tria, aut quatuor Altaria decenter ornata, & ab ipso visitata, pro tunc erigantur, & in ipsis integro mane Missæ plures celebrentur. Sic in Hispalis sæpe vidi. Et ratio est: quia licèt Paulus V. Bulla edita anno 1615. prohibuerit Episcopis, ne concedere possint facultatem celebrandi in priuato Oratorio, hancque concedere ad solum Pontificem spectare, & semper post Tridentinum spectasse declarauit, vt probat Trullench *lib.* 1. §. 1. *in Cruc. dub.* 4. *a n.* 5, hæc intelligunt de concessione Altaris, & Oratorij stabilis. Ac semel, vel iterum, & in casu necessitatis posse aliquando Ordinarium concedere facultatem, vt in priuatis domibus celebretur, etiam post Decretum Pauli V. recte probat Fagundez *lib.* 3. *in* 1. *præcept.* 13. *cap.* 13. *n.* 14. magno Doctorum, & rationum pondere: sufficiens autem necessitas esset obitus nobilis viri, & consuetudo celebrandi in his casibus. Ita Quintanadueñas, Vnde Garcias *in summa*, *tract.* 3. *diffic.* 8. *dub.* 2. *punct.* 2. *n.* 18. [Hemos visto (asserit) en nuestros dias, dar los Señores Arcobispos licentia para dezir Missa en vna sala, donde està el cuerpo presente de algun difunto, por no auer Capilla en la casa, cuyo caso pone Ledesma, *vbi supra*, §. *La tercera dific.* pero si ay Capilla en la casa, mejor es lleuar alli el cuerpo, y dezirle alli las Missas.] Sed hic casus non caret apud me difficultate: nam illum nunquam scio in Italia practicatum: & reuerà non video necessitatem in hoc casu, quæ præbeat iustam causam Episcopo dispensandi, vt possint Sacerdotes celebrare extra Ecclesiam, cùm Felix Papa in *c.* 1. 2. & 11. *de consecr. dist.* 1. statuerit, id non licere absque magna necessitate. Et quidem illæ Missæ celebrandæ in domo priuata coram corpore mortuo, cur non dici possunt cum maiori reuerentia, & æquali satisfactione pro defuncto in Ecclesiis? Assistant itaque cum corpore mortuo Regulares, vel alij Sacerdotes, Officium Defunctorum recitantes, & non Sacerdotes in Altari portatili celebrantes.

RESOL. XXII.

Alij etiam casus adducuntur, & simili modo discutiuntur. Ex p. 9. tr. 1. Res. 45.

QVintus casus est tempore pestis: potest enim Episcopus, secundum aliquos, concedere licentiam celebrandi in publicis viis, & in priuatis domibus. Ita Marchinus *de Bello diuino*, *p.* 6. *c.* 1. *n.* 5. *cum* seqq. & Post illum Pater Pasqualigus *dec.* 172. qui *dec.* 171. firmat absolutè, posse Episcopum in aliquo casu concedere licentiam celebrandi extra loca deputata: & *n.* 4. ait: [Quæres, quænam sit causa rationabilis, ob quam possit Episcopus concedere huiusmodi licentiam? Respondetur, omnem illam esse causam rationabilem, ob quam non est licitus egressus è domo, er quacunque causa id proueniat: dummodo talis causa per notabile tempus duret, aut coincidat cum aliqua principaliori solemnitate: quia tunc, cùm sit impeditus legitimè accessus ad Ecclesiam, rationabile est, vt pro aliqua vice concedatur huiusmodi licentia.] Qui etiam *dec.* 167. *n.* 8. asserit: [Si inquiras, quodnam sit tempus notabile, quod possit inducere hanc necessitatem? Respondetur: mensem integrum esse censendum tempus notabile: quia illud in hac re est habendum pro tempore notabili, in quo pluries fundati sunt Sacrificio, quando ex præcepto debuissent interesse.] Hæc Pasqualigus. Ex cuius doctrina sequeretur, vt si quis laboraret podagra, v. g. per mensem continuum, vel esset detentus in domo carceratus per mensem, & adueniret Festum principale omnium Sanctorum, Assumptionis Beatæ Virginis, Pentecostes, &c. requireretur, inquam, quòd Episcopus posset cum isto tali, secundùm Pasqualigum, dispensare, vt in eius domo celebretur, vt Missam audiat. Sed hæc omnia difficulter concederem: quia in supradictis non inuenio magnam illam necessitatem, quam requirunt Doctores, vt Moscosus *in sum. tract.* 5. *c.* 5. *n.* 1. Persicus *de offic. Sacerd. lib.* 1. *c.* 4. *dub.* 2. *n.* 9. Fagundez *præcep.* 1. *lib.* 3. *c.* 13. *n.* 14. & alij ex multis textibus iuris Canonici, vt possit Episcopus dispensare, vt extra Ecclesiam celebretur. Secundò, quia casus, quos Doctores admittunt, vt possit Episcopus talem licentiam concedere, ego obseruo cum Granado *in* 3. *p. D. Th. contr.* 6. *tract.* 14. *disput.* 13. *num.* 6. respicere necessitatem multorum, non autem vnius. Casus videre poteris penes Fagund. & Cened. *vbi supra*, Henriq. *lib.* 9. *c.* 27. *n.* 2. & alios; nempe, posse Episcopum dispensare, vt celebretur in Altari portatili coram exercitu, & triremibus. Item, vt populus possit audire Missam, si Ecclesia sit diruta: ita, si dum fiunt supplicationes iam frequenti populo, aut Missa noua, nec paruum Templum capit concursum hominum, &c. Nec obstat, quòd Doctores etiam admittunt casum, in quo detur licentia celebrandi cum Altari portatili, etiam propter necessitatem vnius, vt visum est *supra* in casu de viro nobili infirmo. Nam respondeo, secundùm aliquos, hoc non carere difficultate: sed, quicquid sit, est dispar ratio: iste enim casus est indutus variis circumstantiis: nam talis licentia præbetur viro perillustri; sed hoc non sufficeret nisi laboranti in articulo mortis. Vnde dixit Molfesius *in summa*, *tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 17. *n.* 72. quòd in talibus licentiis debet haberi ratio personarum illustrium, & qualitas infirmitatis, & ætatis. Sed in casu, de quo loquimur, non adsunt dictæ circumstantiæ. Ergo non est admittenda regula illa tam generaliter lata: nam passim in ciuitatibus videremus Missas celebrari in priuatis domibus cum Altari portatili. Tertiò, non video, vnquam dictam opinionem fuisse practicatam. Vnde optimè dicit Sotus *in* 4. *dist.* 13. *q.* 2. *art.* 3. nisi esset perillustris persona, malle, vt cæteri, quando exire ad Ecclesiam non possunt, die etiam Festo Missam non audirent, quàm domi audirent. Ideò, Lector, tu cogita: & à fortiori Episcopi etiam cogitent, ne posteà eum rubore fraternam correctionem à Sacra Congregatione in Domino recipiant.

2. Casus sextus est, vt in mari; in aliqua magna naui possit celebrari, vt sunt naues Hispanicæ ad Indiam nauigantes. Sed hoc aliqui absolutè posse fieri, stante tranquillo mari, tenent. Et ita docent Doctores, quos ego *in par.* 5. *tract.* 3. *resol.* 40. adduxi, quibus nunc addo Trullench *de Sacram. lib.* 3. *cap.* 8. *dub.* 14. *n.* 3. Leandrum *de Sacram tom.* 2. *tract.* 8. *disp.* 6. *q.* 18. Castrum Palaum *tom.* 4. *tract.* 22. *disp. vn. punct.* 8. *n.* 10. Garciam *in summa Theol. mor. tract.* 3. *diffic.* 8. *dub.* 2. *punct.* 3. *num.* 6. asserentes satis probabile, stante mari tranquillo posse in nauibus Indicis, & similibus celebrari, sicut in terra: quia in prædictis nauibus, & locus decens inuenitur, & periculum morale effusionis Sanguinis nullum est, vt experientia testatur. At aliqui, quos ad societatem *vbi supra* citaui, absolutè hoc negant: quia regulariter est periculum Sanguinem effundendi ob continuam nauis agitationem. Et licèt vna, vel alia vice hoc periculum cessare videatur, non inde lex prohibens prædictam celebrationem cessat, quia lex non spectat periculum vtcumque, sed regulariter contingens. Deinde, quia vix in naui locus decens celebrationi inueniri poterit. Ob quas causas videtur consuetudine receptum, in mari celebrari non posse. Tamen hoc ex licentia Episcopi posse fieri docet Granadus 3. *part. controu.* 6. *tract.* 14. *disput.* 13. *num.* 6. vbi sic ait: [Non minùs prohibetur in iure celebrare Missam extra Ecclesias, & Oratoria ab Episcopo approbata, quàm

Quæ nunc inuenietur in to. 2. tr. 13. Res. 135.

quàm in mari, aut flumine: sicut ergo potest Episcopus licentiam dare, vt celebretur in tentorio, aut in littore quando vrget necessitas, ita poterit dare, vt celebretur in mari cum cautione, quæ non facilè credenda est, nec cuiuslibet Sacerdotis, aut nautæ iudicio committenda, cùm res sit magni momenti.] Ità Granadus.

3. Verùm, his non obstantibus, ego modò inuenio Declarationem Sacræ Congregationis tenoris sequētis: *Eminentiss. & Reuerendiss. D.D. Ferdinandus, Archiepiscopus Liman, in Indiis Occidentalibus, supplicat declarâri infrascriptum dubium, An Episcopi debeant prohibere, tam Sacerdotibus, quam Regularibus, ne celebrent Missa Sacrificium in nauibus, tam dum nauigant, quàm dum non nauigant sed, vt vulgariter dicitur, Estan surtas? Sacra Rituum Congregatio respondit, Ordinarios in casu proposito, tam Sacerdotibus Regularibus, quàm secularibus prohibere debere, die 12. Februarij, 1633. Emmanuel, Episcopus Portuensis, Cardinalis Pius. Iulius Rospigliosius, Secretarius. Locus sigilli.* Si ergo Sacra Congregatio declarauit, Episcopos debere prohibere, ne Missa celebretur in mari, sequitur, celebrationem in mari non posse fieri absque licentia, nec cōtra Granadum, & alios citatos Authores, Episcopos talem licentiam præbere posse; nisi aliquis dicat, dictam Declarationem intelligendam esse, non quòd Episcopi non possint hanc licentiam præbere, sed, quòd debeant prohibere, ne in mari celebretur absque eorum licentia, vt antèà multi Doctores sentiebant. Sed tu cogita: quia verba Sacræ Congregationis non distinguunt, & petitio Episcopi fuit etiam absoluta, & sine vlla limitatione. Et maximè, quia non desunt Doctores asserentes, hanc licentiam celebrandi in mari pertinere solùm ad Summum Pontificem, vt obseruat Coninch adductus à me *loco citato*, nempe, *in 3. part. quæst. 82. art. 3. dub. 1. num. 226.* Et ideò Castrus Palaus *vbi suprà*, testatur celebrationem in mari permisisse Clem. VIII. & Paulum V. vnde apparet, quòd Episcopi non audebant talem licentiam præbere. Videant ergo ipsi in facti contingentia, quid faciant.

Sup. hoc in Res. nor. præteritæ § Nota tamē.

RESOL. XXIII.

An si Oratorium priuatæ domus habeat ingressum publicum, possit Episcopus dare licentiam, vt ibi celebretur absque Sedis Apostolicæ facultate?

Et an in hoc Oratorio possit celebrari ianuis clausis, ita vt accedant Domini, & quos ipse voluerit tantum? Ex p. 9. tr. 1. Res. 21.

§. 1. REspondeo, quòd Oratoria, quæ penitus seiuncta sunt à domibus priuatorum ciuium, & ad quæ non patet ingressus per easdem domos, sed potius per viam publicam, & communem, concurrentibus cæteris requisitis, non comprehenduntur in prædicto decreto Concil. Trident. *sess. 22. de obseruandis, & euitan. in celebr. Missar.* sed arbitrio Ordinarij poterunt declarari habilia, & apta ad diuina in ipsis celebranda absque speciali Sedis Apostolicæ facultate provt alias censuerunt consulti Patres doctissimi Naldo referente *in summa, verb. Missa, num. 31.* Et hanc sententiam tenet etiam Homobonus *tract. de modo addiscendi, & docendi Theologiam moralem, sect. 2. quæst. 12.* Leone *de cens. Recollect. 6. num. 853.* Lezana *in summa, tom. 4. verb. Oratoria, num. 3.* Vnde Quintanadu. *in Theol. mor. tom. 1. tract. 7. singul. 33. num. 9.* sic asserit: Episcopi, seu Ordinarij possunt dare licentiam, vt si Oratorium priuatæ domus habeat ingressum publicum, seu omnibus patentem, celebretur in ipso. Tridentinum etiam *sess. 22.* & Paulus V. in decreto anni 1615. celebrationem tantùm in priuatis Oratoriis prohibent: hoc autem est commune, publicum, authoritate Episcopi erectum, & approbatum. Ita ille. Imò noster Pasqualigus *decis. 173.* addit, in hoc Oratorio celebrari posse ianuis clausis, ita vt accedant tantùm domini, & quos ipsi voluerint: quia non præcipitur, quòd publicè celebretur; sed quòd in Ecclesia, seu Oratorio publico.

RESOL. XXIV.

An si Ordinarius iniustè deneget approbare Oratorium, possit adhuc priuilegiatus eo vti? Ex part. 9. tract. 1. Res. 10.

§. 1. NEgatiuè respondet Bardi *in Bul. Cruciatæ p. 1. tract. 2. cap. 2. sect. 2. n. 10.* qui dicit, me in affirmatiuam sententiam inclinare: & idem tenet Pellizzarius *loco citato in superiori Resolutione*, me etiam adducens. Et ratio est: quia per Bullam talis potestas minimè conceditur, cùm expressè apponatur conditio, vt habens Bullam, valeat vti Oratorio, posita visitatione, & designatione ab Ordinario facienda, & huic sententiæ ego adhæreo: quare in tali casu deberet Priuilegiatus recurrere ad Superiorem Episcopi, & ab illo licentiam petere, aut vt alteri committat, & deleget exequutionem.

Quæ inf. §. 2. n. 2.

2. Sed affirmatiuam sententiam, pro qua alibi adduxi Ludouicum de la Cruz *in Bulla Cruciatæ disp. 1. cap. 5. dub. 1. n. 4. & 5.* nouissimè tenet Quintanadu, *in Theol. mor. tom. 1. tract. 7. singul. 32. n. 3.* vbi sic ait: Secundò obserua, quòd si contingat, locum esse decentem, & à domesticis actibus liberum, Oratoriumque rectè ornatum ad arbitrium sapientis viri, & nolit Episcopus illud approbare, vt in eo celebretur, potest ad id compelli, & si adhuc nolit, & priuilegiatus lites vitare velit, potest absque Ordinarij facultate Sacrum celebrare, vel celebrare facere; Nec Episcopus potest subditum priuare priuilegio hoc sibi concesso à Pontifice in Cruciata; vel à Nuntio in suo Indulto, nec eius vsum impedire. Et hanc sententiam me citato tenet etiam nouissimè Garcias *in summa Theol. mor. tract. 3. diffic. 8. dub. 2. punct. 2. num. 16.* Et tanquam probabilem admittit Pater Lezana *in summa tom. 3. verb. Bulla Cruciatæ, num. 14.* Verùm quia in foro interno semper Episcopus posset inquietare priuilegiatum, ideò existimo, vt ille abstineat ab vsu priuilegij, & compellat Episcopum per Superiorem, vt licentiam præbeat, vel satisfactionem det.

Alibi n. Res. 10. nam. 1. ann. 2. vel. 6. com.

RESOL. XXV.

Oratorium, quando dicendum est decenter ornatum, vt possit Episcopus dare licentiam, vt vult Pontifex, ibi celebrandi? Ex p. 9. tr. 1. Res. 11.

§. 1. AD hoc dubium respondet Pellizar. *in Manual. regular. tom. 2. tract. 8. c. 2. sect. 2. n. 140.* Per verba Pontificis appositа in Breuibus significari, quòd locus deputandus in Oratorium, siue quoad formam structuræ; siue quoad ornamenta in eo posita (cuiusmodi sunt piæ aliquæ Imagines, aut aliud simile) sit talis, vt discernatur à cæteris locis domus prophanis vsibus destinatis.

2. Sed magis rem amplè declaro cum Antonio Nouario *in summa Bullar. titul. de Oratoriis priuatis, n. 1.* vbi sic ait: Per dicta verba Pontificis appositа in Breuibus esse necessaria, quæ in rubricis Missalis Romani explicantur, puta vt Oratorium habeat Altare totum lapideum, vel saltim tetreum, aut ligneum, quoad

omnes

omnes remoriores partes, dummodò superiorem mensam tantæ longitudinis, & latitudinis lapideam habeat ab Episcopo consecratam, vt capere possit pedem Calicis, & patenam cum Hostia, ita quod ad maiorem partem supra lapidem collocari valeant, & firma sint & sine periculo cadendi, vt ex communi Doctorum sententia firmauerunt Suar. *in 3. part. D. Th. tom. 3. quæst 38 art. 5. disp. 18.* Nauarrus *in man cap. 25. num. 85.* & alij relati per Megalam *in prompt. verb. Altare, num. 2.* Quòd altare operiendum erat tribus mappis, seu tobaliis mundis ab Archiepiscopo, vel ab alio habente potestatem benedictis, superiori vna saltim oblonga pertingente vsque ad terram, duabus aliis breuioribus vel vna duplicata, vt habetur in rubrica, & in cap. *Si per negligentiam, de consecrat. dist. 2.* Pallio quoque ornandum erat Altare coloris quoad fieri potest dicti festo, vel officio conuenientis, vt in *rub. 19.* & ideò consului Archiepiscopum Capuanum, vt degeret licentiam celebrandi in domo priuata, nisi pro ornamento altaris adessent pallia coloris festiuitatibus, & officio conuenientibus, vel saltim vnum, quod quatuor vsitatos Ecclesiæ colores contineret, nam aliter vigore Breuis non diceretur locus decenter ornatus, prout etiam ad effectum vt diceretur locus decenter ornatus, asserebam, vt dictum Oratorium habere deberet super medio Altaris Crucem, & Candelabra, saltim duo hinc, & in vtroque eius latere, ac ad Crucis pedem Tabellam Secretorum, & in cornu Epistolæ cossinum supponendum Missali, paruam Campanulam, duas Ampullas vitreas cum manutergio mũdo in scnestella, seu in parua mensa ad hæc præparata, Missale, Calicem aureum, vel argenteum, aut saltem cuppam argenteam intus inauratam, Patenam inauratam ab Episcopo consecratam, Purificatorium mundum, paruam Pallam lineam, & mundam, Corporale lineum & mundum benedicta; Velum Sericum, & Bursas Sericas coloris Paramentorum, vt colligitur ex dicta *rubr. 1. de prap. Sacerd. celebrat.* Amictum cum cruce in medio, & cordulis sufficientibus ad præcingendum. Alba linea, & munda, Cingulum, Manipulum, Stolam, Planetam non lacera ab Archiepiscopo, vel alio potestatem habente benedicta. Hæc omnia Nouarius, quæ attente Episcopi, & eorum Vicarij considerent, & exequantur, cum designant, & approbant Oratoria ex mandato Pontificis, nam in hoc vidi aliquos oscitanter processisse.

RESOL. XXVI.

An si Oratorium sit ab Episcopo approbatum, & priuilegiatum mutet domum, denuo in illa domo ab Episcopo sit approbandum?

Et notatur supra dicta Oratoria non indigere benedictione aliqua. Ex p. 9. tr. 1. Res. 12.

[Sup. hic sup. in Res. 12. §. Nota hic, & in alio §. & vers. not. prim. dicti §.

NEgatiuè respondet Quintanaduenas *in Theol. mor. tom. 1 tract. 7 singul. 33. num. 4.* sic enim asserit: [Adde quòd si contingat, priuilegiatum mutare se ad aliam domum, vbi extabat Oratorium iam ab Episcopo approbatum, & in eo ornatus ille, quo vsus fuit in Oratorio priùs approbato collocetur: noua approbatione, aut visitatione non erit opus, cùm, vtrumque iam approbatum sit, & locus Oratorij, & illius ornatus, & si vel locus, vel ornatus aliquando approbatus non sit, approbatione indiget: hæc enim ad vtrumque exposcitur.] Ita ille.

2. Notandum est tamen hic obiter supradicta Oratoria non egere benedictione aliqua & ideo Garcias *in Summa Theol. mor. tract. 3. difficult. 8. dub. 2. punct. 1. n. 3.* ait: Los Oratorios particulares, y priuados, assi los de las casas de los Seculares, como los que estan en las Enfermerias, Hospicios, o otros puestos de los Conuentos, no tienen necessidad de bendecirse, basta que se edifiquen con authoridad del Ordinario, y que se diputen para celebracion del Sacrosanto Sacrificio de la Missa, y que esten sugetos à su visita, por si estan en lugar decente, y con la veneracion deuida Coligese esta conclusion del Concilio Tridentino in decreto citato, y de muchas declaraciones que trae en aquel lugar Barbosa, en las quales solo se pide què estè cerrado, y fuera del trato de la Casa, para la decencia, y autoridad: y en el Ritual de Paulo V. donde estan las bendiciones de las Iglesias, solo se pone bendicion para Oratorios publicos, finalmente los breues del Nuncio, ò de Roma para edificar estos Oratorios, no rezan palabra desta bendicion.] Idem etiam docet Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 8. difficul. 23. num. 2.*

RESOL. XXVII.

In quibus diebus non sit licitum celebrare in Oratoriis priuatis?

Et difficultas est, an sub nomine Natalis Domini, Paschæ, & Pentecostes intelligendi sint tantum primi dies?

Et an si quis in dictis Festis vetitis quis celebret ibi, audiens illam Missam satisfaciat præcepto? Ex p. 9. tract. 1. Resol. 13.

§. 1. HOc patet ex Breuibus concedi solitis à Summis Pontificibus, ex quibus Lezana *in Summ. tom. 1. cap 21. num. 31.* asserit, quòd in altari priuati Oratorij, cui conceditur ex priuilegio Apostolico celebratio Missæ (exceptis solemnioribus festis) non potest celebrari in Natali Domini, Epiphania, Paschate, Pentecoste, Annunciatione, Assumptione B. V. festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum. Idem etiam docet Gauantus *in comment. ad Rubr. Missalis tom. 1. part. 1. tit. 10.* Barb. *de Iur. Eccles. lib. 2. c. 8. n. 6.*

[Sup. hoc in tom 9. tr. 7. Res. 49. §. Tũ, & quarto, cursim ad lin. 8.

2. Difficultas est, an sub nomine Natalis Domini, Paschæ, & Pentecostes, intelligendi sint tantùm primi dies. Et affirmatiuè respondet Lezana *in Summ. tom. 4. verb. Oratoria, num. 3.* vbi sic ait: Limitatio facta à sacra Congregatione pro diebus Natalis Domini, Paschæ, & Pentecostes, probabiliter sanè intelligenda venit solùm pro primis diebus harum festiuitatum; quia restrictio indulti, seu gratiæ sapit odium & sic strictè interpretanda. Ita ille idem etiam docet Nald. *in sum. verb. Interdictum. num. 8.* Garcias *in Summ. Theol. mor. tractat. 3. difficultat. 8. dub. 2. punct. 1. num. 17.* & Pellizarius *in man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. num. 148.*

Quoad hoc in to. 5. tr. 4. lege doctr. Res. 12.

3. Verùm hìc insurgit dubium, an si in dictis festis vetitis quis celebrat, audiens illam Missam satisfaciat præcepto? affirmatiuè respondet Homobonus de Bonis *in exam Eccles. quæst. 14. tract. 8. cap. 5. part. 2.* eo quia de consuetudine possit etiam audiri sacrum extrà Parochiam in quocumque loco sacro per Prælatum deputato. Sed fœdè labitur: nam hoc est intelligendum de loco sacro publico, nó de priuato à Papa prohibito. Itaque, licet Episcopus cogere non possit subditos, vt in sola Parochiali Ecclesia Missam audiant, Barbosa *allegat. 14. num. 16 de offic. Episcop.* Flauius Cherubinus *scholio 1. ad Bullam 25. Leonis X.* ex hoc tamen nó sequitur in Oratorio domus priuatæ prædictis diebus, Missæ interessentes præcepto Ecclesiastico satisfeciss̃e, cum id sit expressè contra vsum, & summi Pontificis mentem, declarantis diebus illis solemnioribus nolle prædictam concessionem vllo modo illis

Sup. hoc in tom. 3. tr. 3. ex lata doctrina Res. 87. ad eius §. 2. & in alio vers. eius not.

suffragari;& exceptio firmat regulam in contrarium: & quia secus verba illa : *exceptis diebus Paschæ*, &c. nihil operarentur ; & quia limitatio Priuilegij ad aliquos casus eundem effectum operatur,ac si tale priuilegium in tali casu nunquam manasset : & quia, sicut qui extra Parochiam sine licentia Parochi Eucharistiam tempore Paschatis recipit, non satisfacit Præcepto communicandi in Pascate ; vel qui in loco interdicto sacrum in die festo audit,Præceptum Ecclesiæ non implet : ità, qui in loco prohibito, vel illis diebus minimè priuilegiato Missæ intersunt, Ecclesiæ præcepto minimè satisfaciunt. Et ità hanc sententiam contrà Homobonum tenet Garcias *vbi suprà*, & alij.

RESOL. XXVIII.

An in dictis diebus, quibus ex indulto Papæ non potest celebrari in priuato Oratorio si habeat Bullam Cruciatæ possit quis ex hoc alio priuilegio celebrare, Sacrum audire, & præcepto Ecclesiæ satisfacere ?

Et quid est dicendum, si Episcopus, prohibeat sub pœna etiam excommunicationis, ne aliquis celebret vel audiat Missam in Oratorio priuato aliqua die ex solemnioribus ; an non obstante tali prohibitione,priuilegiatus possit per Bullam Missam facere celebrare,vel audire,in eodem Oratorio,secluso contemptu, & scandalo ? Ex p.9.tract.1.Res.14.

Olim in Res. quæ hic est inf 55.& vide doctr. §§. & Res. eius primæ not.

§.1. AFfirmatiuè olim respondi.Et hanc sententiam me citato tenet nouissimè Pater Bardi in *Bull. Cruciatæ, part.2.tr.2.c.6. sect.2.num.19.*qui citat Rodriquez,Trullench Ludouicum de la Cruz,& alios; vnde per extensum eius verba apponam ; itaque sic ait:dico primò hanc secundam sententiam mihi probabilem videri,& posse tuta conscientia sequi ; quia etsi per Bullam minimè concedatur licentia extruendi Oratorium Priuatum,vt in eo celebretur ; tamen posita approbatione, licèt virtute illius breuis apostolici particularis in diebus solemnioribus nequeat in eo Oratorio Ecclesiæ Præcepto satisfieri, tamen virtute Bullæ poterit Priuilegiatus Sacrum audire in eo Oratorio,& præcepto Ecclesiæ satisfacere,quoniam Bulla absolutè, & sine limitatione indulget, vt in tali Oratorio priuilegiatus per bullam valeat,vel ibi celebrare, si Præsbyter sit, vel celebrare facere : si igitur Pontifex voluisset limitationem aliquam facere, sanè illam fecisset, sicuti de facto eam ponit in breuibus particularibus, in quibus erectio Oratorij ad sacrum faciendum conceditur.

2.Dico secundò:Limitatio illa, quam addit Riccius de die Paschæ non placet,quia falso nititur fundamento, supponit enim ipse in Bulla inueniri exceptionem illam de die Paschæ, quòd tamen non est ità, nam exceptio Paschæ solum vt patet ex textu, ponitur pro susceptione sanctissimæ Eucharistiæ,quæ ex Præcepto est sumenda non autem ponitur in concessione aliarum gratiarum,inter quas est facultas assistendi sacro. Rursùs probatur concluso alio argumento, quia nullum apparet fundamentum huius exceptionis , cùm absoluta sit concessio.

Sup.hoc ibidé, sed absq. excommunicationis præcepto, sic ater à lin.6 & in alia Res. eius annot.

3. Dico tertiò : si Episcopus prohibeat sub pœna etiam Excommunicationis , ne aliquis celebret , vel audiat Missam in oratorio priuato aliqua die ex solemnioribus , non obstante tali prohibitione priuilegiatum posse per Bullam Missam facere celebrare,aut audire in eodem Oratorio, secluso contemptu , & scandalo docet Emmanuel Rodriquez, Trullench.& Diana locis citatis. Et ratio est,quia cùm istud Priuilegium à Pontifice emanauerit,& sine relatione ad Ordinarium, nisi quoad visitationem , & approbationem , idcircò semel posita approbatione , facultas , quæ datur per Cruciatam , non poterit ab Episcopo impediri. Verum hanc opinionem ex prædictorum Auctorum mente retuli , ipse autem suaderem, vt in hoc Episcopi mandato obtemperetur.

4. Dico quartò : Potestas ista, quæ per Bullam datur, locum habebit etiam in alieno Oratorio. Conclusionem, licèt sub his terminis ab alio positam non viderim, nihilominùs sequitur ex principiis iactis : quoniam in ipsa Bulla simpliciter conceditur , posse audiri sacrum in Oratorio,& cum nulla fiat limitatio ad Oratorium proprium, nulla erit sufficiens ratio coarctandi verba ipsius priuilegij : Hucvsque Pater Bardi , qui optimè aduertit , quòd hac facultate , & maximè in festis solemnioribus , & exceptis vti non debent priuilegiati , vt aduertunt authores , qui hanc tuentur sententiam affirmatiuam , proinde in praxi consulendi sunt , vt celebrent in publicis Ecclesiis vel ibidem sacro interfint,nisi aliqua congrua,& rationabilis causa occurrat , ob quam conuenienter iudicetur in aliquo die etiam magnæ solemnitatis non fore rectæ rationi dissentaneum, vt in Oratorio præceptum Missæ adimpleatur.

Sup. in hoc §. in fi. & in Res.

5.Nec desinam hîc apponere verba Quintanaduenas *in Theol. moral. tom.1 tract.7. singul.33.num.5.* sic asserentis : licet ex virtute indulti à Papa, vel nuntio obtenti in priuato Oratorio vnica solùm Missa quotidie dici queat,& nec vnica diebus exceptis Paschatis, Resurrectionis, &c. nec à Regulari sine sui prælati licentia;omnia hæc ex Cruciata licent , eò ipso quod supponatur,vt supponi debet, Oratorij priuilegiû à Papa, vel eius Nuncio concessum,& ab ordinario approbatû: hoc enim non prohibetur in Cruciata.Ita ille,qui citat Rodriquez , Enriquez, & Trullench. Vide etiam ,me citato, Lezanam *in sum.tom.4.verb. Oratorium,n.3.*

6. Sed cùm hæc omnia olim satis probabiliter dici poterant , vide lector nè hodie refellenda sint propter declarationem sacræ Congregationis Concilij, de qua mentionem feci, vbi supra,in fine Resolutionis 5.

Qu. inf. §. 6.

RESOL. XXIX.

Quomodo sunt intelligenda verba quæ apponuntur à Pontifice in Indultis concedi solitis de Oratoriis priuatis, sine tamen iurium Parochialium præiudicio ?

Et notatur in Oratoriis priuatis Regularium licere administrare Sacramenta omnibus personis subiectis Superiori Regulari, cuiusmodi sunt Nouitij, Tertiarij, & alij actu seruientes,& commensales intra loca manètes Ex p.9.tract.1.Res.15.

§.1. REspondeo, quod ex declaratione Cardinalium tenet Quintanaduenas *in Theol. moral. tom.1. tract.7.singul.33. num.3.*Quòd hoc præiudicium intelligitur in his,quæ spectant ad sacramentorum administrationē,& alia,quæ ipsi Parochiæ de iure debita attinent;in aliis verò non;seu vt docent Tusch *pract.concl. to.1.lit.C.concl.330.* Farin.*sacræ Rotæ Rom.decis.226.n.1. to.1.part.2.*Quando dicitur sine præiudicio alieno,præseruatur ius alienum,seu alteri competens ne lædatur. Adde ex Seraphino *Rotæ Rom. decis. 398. num.18.* & Barbosa *claus.91. num.10.* quòd intelligitur hæc clausula, in omnibus concessionibus , quando potest stare cum principali dispositione. Rectè itaquè, præter dictum Quintanaduenas, docet noster Molfesius *in sum. tom.1. tract.4. cap.17. num.73.* quòd citata clausula intelligitur in his , quæ spectant ad sacramentorum administrationem , (nempe vt in die Paschatis Resurrectionis se communicent in Parochia , vel in aliis locis de

de licentia Parochi) & ad alia, quæ ipsi Parochiæ debentur de iure, non autem in aliis. Vnde Pater Pellizzarius *in man. Regul. to. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. n. 147.* exponit verba dictæ Clausulæ, quòd in Oratorio priuato non exerceatur vllum munus Parochiale, quod alias ibi posset exerceri: eiusmodi sunt, ministrare sacramenta, facere solitam Eleemosynam, dare pacem, denunciare festa, ieiunia; ac matrimonia, & similia; quæ per se spectant ad Parochos ideoque ab aliis extra Parochiales Ecclesias obiri nequeunt, sine ipsorum Parochorum præiudicio. Cùm quo tamen stat, vt sacerdos tam sæcularis, quàm Regularis celebrare possit in Oratoriis priuatis sæcularium sine licentia Parochi.

1. Notandum est tamen hîc obiter, in Oratoriis priuatis Regularium licere administrare sacramenta omnibus personis subiectis superiori Regulari, cuiusmodi sunt Religiosi, Nouitij, Tertiarij, & alij actu seruientes, Commensales intra loca manentes; quia isti omnes reputantur quoad hoc priuilegium, ac si essent Religiosi. Sed de hoc infrà suo loco. Vide Bordonum *in Consil. regul. tom. 1. resol. 90. num. 12.*

RESOL. XXX.

An si sint in domo ampla duæ familiæ, quarum vtraque domus obtinuisset priuilegium Oratorij, qui posterius impetrauit, dicendum sit quod nulliter impetrasset?

Et an si Cardinalis maneret in domo Patris, vel Fratris in habitatione separata vulgo, Apartado *seu* Quarto, *vi in qua Oratorium erexisset: an inquam, si Pater, aut Frater obtinuerit licentiam à S. D. N. erigendi in domo sua Oratorium, talis licentia esset inualida, stante clausula apponi solita?* Ex part. 11. tractat. 5. & Misc. 5. Ref. 35.

§. 1. HOc quæsitum procedit: quia in Breuibus, quæ conceduntur pro Oratoriis priuatis, apponitur hæc clausula, *dummodo in eadem domo celebrandi licentia, quæ adhuc duret, altera concessa non fuerit.* Qua clausula suppositâ, negatiuè respondet Megala *vot. resolut. tom. 2. resolut. 191.* cùm enim prius sub propriis terminis difficultatem hanc proposuerit, postea *num. 12.* ad illam respondens, ait, posse ab vtraque familia in suis ædium partibus Oratoria ad Sacrificandum erigi: & hoc probat primò, interpretando Pontificis intentionem circa huius clausulæ intelligentiam, inquiens, mentem Pontificis esse solùm denegare licentiam celebrandi plures Missas in eodem Oratorio, & pro eadem familia, non autem quando familiæ, & Oratoria sint diuersa, cùm nostra distinctione fundorum nomina, & domus non natura constituantur, vt habetur ex lege quod in rerum, §. *si post*, ff. *de leg. 1.* Secundò probat, quia in Breui prædicto à Pontifice per domum non intelligitur hic, vel ille ædium ambitus, seu domus materialiter, sed ciuiliter, & politicè sumpta, quatenus significat habitationem, familiam, &c. quapropter vbi sunt distinctæ familiæ, erunt diuersa domicilia, & domus ciuiliter distinctæ, & confirmari potest ex *l. qui domum*, ff. *ad legem Iuliam, de adult. & ex lege in lege censoria*, ff. *de verb. signif.* in quibus iuribus domus subditur pro habitatione.

1. Sed his non obstantibus ego puto omnino affirmatiuæ sententiæ adhærendum esse, quam latè, & doctè more suo satis firmat Paser Bardi *in Select. lib. decimo, quæstion. decima,* §. *primo, vsque ad* §. 9. & ad argumenta Patris Megalij respondet; & ad fundamentum in quo nititur, negat intentionem Pontificis solùm esse denegare licentiam celebrandi plures Missas in eodem Oratorio pro eadem familia: confundit enim Actor iste vnam clausulam cum alia: nam Pontifex has duas apponit clausulas vt contra distinctas, videlicet non celebrandi, nisi vnam tantùm Missam pro vnoquoque die, & postea apponit aliam clausulam, scilicet *Dummodo in eadem domo non sit alia licentia, &c.*

3. Ad secundam rationem eiusdem Doctoris respondeo, fundos, & domos, seu eorum distinctionem non esse per naturam, sed per designationem nostram, at, non quamcumque, sed talem, quæ sit extra nos per aliquod reale distinctiuum, quod supra satis declarauimus.

4. Ad rationes vero nobilis illius viri respondeo, concedendo à Pontifice nomine domus non intelligi hunc, vel illum ambitum materialiter: nam idem ambitus complectens plura cubicula potest illa continere, vt constitutiua vnius domus, & postea posito medio pariete, prohibente accessum, &c. eadem cubicula continere, vt constitutiua duarum domorum; qui quidem parietes non solùm materialiter, verùm etiam ciuiliter, hoc est, secundum iura, & politicè secundùm communem hominum existimationem domos illas distinguit: leges autem, quæ ab hoc auctore afferuntur non contradicunt nostræ sententiæ, quia ex illis nihil aliud colligitur, quod faciat ad rem nostram, nisi domum accipi posse pro habitatione, quod nos non solum non negamus, sed fatemur hanc esse propriam, vsitatam, & communem huius vocis significationem, sumendo tamen habitationem, quatenus importat locum, & non verbaliter in quantùm significat exercitium habitationis.

5. Ad illud vero quod dicitur de consuetudine in aula regis? nequeo aliud respondere, cum sit quid facti, & non quid iuris; nisi quod forsan consuetudo immemorabilis, & legitimè introducta potuerit præualere, & maximè scientibus & non contradicentibus, imo approbantibus Prælatis, vt refert Auctor iste, & talis consuetudo originem trahere potuerit ex gentium multitudine, & domorum paucitate, quæ in Curia regia inueniuntur, ita vt vna familia cogatur habitare in ædium parte, & alia familia in altera eiusdē domus; & sic vsus obtinere potuerit, vt plura Oratoria ad celebrādum in diuersis ædium partibus eiusdem domus fuerint erecta: nam cùm hæc sint moralia, & magna ex parte dependeant ab hominum conceptu, potuit contingere, vt consuetudo illius regni distinguat domos per habitationem diuersarum familiarum: attamen apud nos talis consuetudo non habetur, sed viget ius commune distinguens domos per factum hominis modo explicato. Hæc omnia Bardi.

6. Et tandem non deseram hîc adnotare, nostram sententiam docere etiam ex eadem Societate alterum nostrum Siculum auctorem quidem doctum Patrem Thomam Tamburinum *Opusc. de sacrific. Missæ libr. 1. cap. 4. §. 4. numero 10.* vbi sic ait; Si sint in domo ampla duæ familiæ, quarum vterque dominus obtinuisset priuilegium Oratorij, is qui posterius impetrasset, impetrasset nulliter ex vi huius clausulæ.

7. Sed quid, si quilibet in his duabus domibus haberet proprium Oratorium in sua habitatione separata, Italicè *Appartato* eiusdem domus? Respondeo adhuc nulliter impetrasse, quia clausula non vetat solum ne sit in eodem Oratorio duplex licentia, sed ne sit in eadem domo: at prædicta domus quamuis ampla, eadem domus est. Ita ille; qui tamen postea exceptionem, seu declarationem admittit, remittendo se aliorum iudicio; Nam si domus esset tam ampla, vt familiæ, ita in situ distanti habitaret,

vt

vt eiusmodi situs moraliter iudicaretur duæ diuersæ domus (quales essent si singulæ habitationes haberent suas ianuas , suaque atria,& similia,quamuis vtraque conueniret in vnam amplam ianuam quoad exitum, vel in vnum commune atrium)putarent dictam clausulam non obstare posteriori impetranti , quia nunc secunda concessio non esset pro eadem moraliter domo. Certè si duæ familiæ habitarent Romæ in palatio Vaticano altera ab altera distinctis in locis, non mihi viderentur esse iudicandæ habitare in eadem domo: quod igitur ibi euenit propter amplitudinem Palatij, etiam alibi poterit euenire , vbi ea esset amplitudo, vt sufficere ad distinguendas duas domos prudens vir sine fuco , & fallacia iudicaret. Hæc Tambur. Sicut etiam hic Lectori iudicandum relinquo , an si aliquis Cardinalis maneret in domo Patris,vel Fratris in habitatione separata vulgo *Appartato* seu *Quarto*.in quo Oratorium erexisset , aut inquam si Pater , aut Frater obineret licentiam à S. D. N. erigendi in domo sua Oratorium talis licentia esset inualida, stante clausula apponi solita , de qua superius diximus ; videlicet dummodo in eadem domo celebrandi licentia , quæ adhuc duret, alteri concessa non fuerit.

8. Et negatiuè respondendum videtur,nam Pontifex,vt patet ex dictis verbis , loquitur de licentiis specialiter,& ex priuilegio particulari petentibus à se,vel à prædecessoribus concessis : Sed in nostro casu Cardinales:non ex licentia speciali alicuius Pontificis,sed de iure,& ex priuilegio generali non personæ, sed dignitati concesso,Oratoria erigunt:ergo non includuntur in dicta clausula *Dummodo*, *&c.* quia eius verba ipsis adaptari non possunt cùm non ex licentia , vt diximus speciali,sed de iure ordinario in Oratoriis celebrare competit , quæ quidem multum differunt à priuatis Oratoriis de quibus est sermo : nam in istis quis audiens Missam in die festo non satisfacit præcepto : in Oratoriis verò Cardinalium satisfacit : in istis possunt celebrari Missæ ad libitum,in illis vna tantùm. Oratoria Cardinalium non egent Episcoporum approbatione,nec eorum arbitrio duratura sunt. Item in ipsis Missa celebrari potest in die Paschatis , Resurrectionis, Pentecostes, Natiuitatis,&c. quæ omnia non procedunt in priuatis Oratoriis de quibus loquimur. Et alios casus possem adducere in quibus apparet differentia inter Oratoria Cardinalium,& quæ aliis conceduntur per breuia particularia.Ergo signum euidens est, clausulam superius positam non comprehendere Cardinalium Oratoria , sed loqui tantùm de Oratoriis eiusdem generis,quæ ex Dataria per licentias particulares à Sanctissimo expediuntur, non de Oratoriis Cardinalium quibus ius commune præbet hoc priuilegium , & quæ non priuatæ capellæ, sed publicæ dicendæ sunt,vt de illis Eminentissimus Dominus meus Card de Lugo, quando erat in Societ.Iesu in quadam epistola directa ad Eminentiss.Dominum meum Card. Brandicum testatur , quam originaliter me vidisse testor , & alibi per extensum apposui.

9. Dicendum itaque videtur in casu proposito validam esse licentiam obtentam à Patre pro Oratorio priuato domus suæ , etiamsi in dicta domo habitet Cardinalis filius qui aliud Oratorium pro se erectum haberet ; Et hæc dicta esse volo secluso stylo Curiæ Romanæ , & praxis Datariæ : nam si extaret in contrarium , ab ipsis recedendum minimè putarem.

10. Notandum est hîc obiter , posse Episcopum concedere licentiam erigendi Oratorium pro celebrãdis Missis in cortili alicuius ruris extra domum in qua est habitatio. Ita Riccius *p.4. dec.79.* qui citat Nauarrum. Idem docet Pater Bardi *vbi suprà §.10. num.51.* qui citat Pasqualigum , & Lezanam. Ratio est , quia tum in Tridentino tum in illa epistola Sacræ Congregationis , ex iussu Pauli quinti prohibetur Sacrum fieri in Oratoriis quæ sunt intra domesticos parietes vbi habitant sæculares , quod præcipuè ob indecentiam vitare voluit Pontifex , quando verò sunt extra habitationem , cessat illa ratio motiua prohibitionis, indecentia videlicet illa : & quia , vt suppono ingressus apperitur , vt fideles possint Sacro interesse , idcirco talia Oratoria non intelliguntur comprehensa in decretis illis.

RESOL. XXXI.

An qui habet indultum Oratorij priuati in domo , possit aliud erigere in villa , vt quando est ibi , audiat Missam ?

Et quid sentiendum est de Episcopis in rure? Ex p.9.tr.1. Res.22.

§.1. DE Episcopo affirmatiuè respondet Pater Auersa *de Sacram. Euchar.q.11. sect.14.§.* vbi sic ait : Poterant,& solebant Episcopi , etiam post decretum Concilij , concedere sæcularibus , vt in priuatis suis Ædibus aptarent Oratorium peculiariter ad hunc sacrum vsum,& ab aliis domesticis vsibus liberum,in eòque Missa celebrari posset. Quia Concilium indicebat Episcopis , ne celebrari permitterent extra Oratoria ab ipsis ad hunc sacrum vsum designata. Sed nõ prohibebat, quominùs etiã in priuatis domibus designarent talia Oratoria in quibus celebrari posset. Et iam ab anno 1615. Paulus V.Summus Pontifex hanc facultatem abstulit Episcopis , & Sedi Apostolicæ reseruauit per litteras ad eos omnes directas iussu Sanctissimi ab Horatio Card. Lancell.quas refert Gaustus *in rub.Missalis,p.1.tit.20.* Quibus tamen non est ablata facultas habendi tale Oratorium ad celebrandum in proprio palatio ipsius Episcopi vel etiam in domo rurali;quia non censetur domus priuata.Ita ille ; & ante illum Portel. *in resp. Regular. tom.1. part.3. casu 20. num.6.*

2. Sed difficultas est de sæcularibus , qui ex licentia particulari habent indultũ audiendi Missam in Oratorio domus suæ. Et affirmatiuè videtur prima facie respondẽdum,si dicta Oratoria designentur, & approbentur ab Episcopo loci;quia licet Breue Pontificis asserat,*vt in priuato domus tuæ Ciuitatis v.g.Florẽtiæ Oratorio &c.*tamẽ qui habitat in villa,dicitur habitare moraliter in Ciuitate,& domus Ciuitatis;ac domus ruralis sicut & Oratorium in domo Ciuitatis, & in domo rurali licet materialiter sunt duæ domus,& duo Oratoria,tamen formaliter dici possunt vna domus, & vnum Oratorium, quia sunt eiusdem domini, & quando celebratur in vno, non celebratur in alio. Confirmatur exemplo Episcoporum : qui licèt (vt suprà diximus) non possunt habere nisi vnum Oratorium in eorum Palatiis ; tamen conceditur eis,vt etiam habere possint in rure.

3. Sed ego olim de hoc casu interrogatus , (quem apud neminem pertractatum inueneram) negatiuè respondi , eò quòd Summus Pontifex nunquam per vnum Breue concedit facultatem , vt possit celebrari Missa in pluribus Oratoriis priuatis , sed in vno tantùm , vt constat ex stylo Romanæ Curiæ,omnibus notorium:vt optimè obseruat Merolla *in Theol.mor.to.3.disp.6. c.8.dub.22.n.128.* & ideò testatur , cùm quædam Marchinossa Domina multorum Castrorum petiisset à Pontifice facultatem,vt posset facere coram se celebrare in Oratoriis priuatis suarum domorum existentium in dictis Castris , noluit Pontifex per vnum breue id concedere : quare fuit necessarium tot Breuia expedire , quot erant Castra , seu Oratoria. Addo, quod priuilegium celebrandi Missam in Oratoriis priuatis,

priuatis, maximè existentibus in domibus laicorum, est potius odiosum, quàm fauorabile quia est minùs decens reuerentiæ debitæ huic sacrificio, vt benè inquit Suarez *tom.3.in 3.disp.88.sect.6.* ergo non est ampliandum sed restringendum.

4. Nec obstat dicere, quòd hoc priuilegium est personale, & ideo sequitur personam: ergo in quocumque loco priuilegiatus potest eo vti: sicuti ego dixi, quòd si v.g. quis ex Ciuitate Florentiæ iret ad habitandum Mediolani, posset virtute indulti concedentis Oratorium priuatum priuilegiato in Ciuitate Florentiæ, illo vti Mediolani; sic licitum erit in casu nostro priuilegium pro Ciuitate Florentiæ, quando priuilegiatus est, ruri illo vti, licèt non sit Florentiæ. Respondeo esse disparem rationem inter vtrumque casum: nam in primo, quando quis desinit habitare Florentiæ, & proficiscitur Mediolanum ad habitandum, desinit habere Oratorium Florentiæ, sed tantùm habet Oratorium Mediolani: sed in secundo casu, de quo nunc est quæstio, quando dominus est in villa, non desinit habere Oratorium Florentiæ; & sic habet simul, & in eodem tempore duo Oratoria, in quibus potest vti priuilegio: quod est contra mentem Pontificis, vt suprà diximus, & contra praxim Curiæ.

5. Ad confirmationem de Episcopis, qui possunt etiam præter Oratorium Palatij, habere Oratorium in rure. Respondeo, esse disparem rationem inter casum, de quo loquitur, & casum Episcoporum, qui vbicunque existant, (vt *infrà* videbimus) etiam extra Diœcesim possunt habere Oratoria, celebrando, vel audiendo Sacrum cum Altari portatili, ex cap. fin. *de priuileg in 6.*

RESOL. XXXII.

An priuilegiatus exigendi Oratorium in propria domo, possit vigore huius priuilegij exigere alterum ruri, intra territorium eiusdem Ciuitatis? Ex par. 11. tract. 5. & Misc. 5. Res. 34.

5.1. EGo olim interrogatus de hoc casu, negatiuè respondi, vt patet *in p.9.tract.1.res.22.* sed postea Pasqualigus *in qq.canon. centur.1. q.84.n.3.* affirmatiuam sententiam tenet, quia huiusmodi priuilegium personale est, vt constat ex illa clausula posita in breui concessionis, *Teque specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes*, quæ denotat priuilegium esse concessum personæ, intuitu eiusdem personæ. Priuilegium autem quod conceditur personæ, contemplatione eiusdem personæ, est personale, *l.1.ff. de aqu. qua. & est.* & notant Gloss. *cap. 1.25. q.2. init.* & *in cap.ea de his quæ fiunt à Prælatis*, Bart. *l.1.n.2.ff.de const. princip.* Aymon. *const.239.n.4.* Alciat. *resp.203.num.12.* Tiras. *cons.7. num.16. lib.4.10.* Cerier *tract. de primogen. lib.3. quæst.1. num.3.* Ruin. *cons.117. n.15. in fine*, vol.1. Barbosa *l. quia tale, num.5. ff. solito matrimonio* Alexand. *cons.86.init. lib.1.* Suarez *lib.8. de legibus, cap.3.num.10.*

2. Cùm autem priuilegium personale sequatur personam, *l.in omnibus ff. de regul. iuris, & c. priuilegium, de regul. iuris in 6.* sequitur, quod ille, cui est concessum priuilegium audiendi Missam in Oratorio priuato suæ domus possit frui priuilegio, siue sit in ciuitate, siue extra, in hoc, vel in illo loco, vbi habet domum, & proinde possit ibi erigere aliud Oratorium, quia erectio Oratorij est quid accessorium ad fruitionem priuilegij. Concesso autem principali, censentur concessa etiam accessoria, *cap. prudentiam §. si verò, de offic. deleg.* & notant Albert. *l. cum principalis ff. de reg. iuris*, Euerar. *loco à concessione anteced. ad concess. conseq. num.2.* Aymon. *de antiquit. temporum part.4. num.67.* Et proinde concessa sepultura, cereus fertur concessa etiam celebratio pro defunctis, vt notant Federicus, de Senis *cons.186.init.* & etiam delatio mortui processionaliter, vt notant Oldrad. *conces.l.225. numer.14.ver. vltimo videtur.* Tusch. *litt. A, conclus.77. num.9.& 10.*

3. Sed his non obstantibus, ego non recedo à sententia negatiua quam docui, & quam tenuit de hoc casu à me consultus olim dum viueret Illustr. Marald. Secretarius Breuium SS. D. N. Innocentij X. qui benè de hac materia respondere poterat, cùm præsim sciret, & mentem SS.D.N. nam dicta Breuia per eius manus exibant. Et ideo nostram sententiam inuenio nominatim contra Patrem Pasqualigum docere nouissimè doctissimum, eruditissimumque Patrem Bardi *in Select.lib.10. q.10. §.9.n.46.* vbi & optimè hic distinguit, si ruri, verbi gratia erigatur aliud Oratorium, manente eo, quòd fuit erectum domi, vt in vtroque vi eiusdem priuilegij fiat Sacrum: secundò si domi destructo primo, erigatur ruri secundum: si in priori sensu sumatur difficultas, puto esse omnino reiiciendam hanc sententiam, quamuis demus hoc priuilegium esse fauorabile, & non odiosum, quia mens Pontificis in concessione huius priuilegij est, vt vnum dumtaxat retineatur Oratorium ad hunc effectum: & praxis hoc manifestat, licet demus successiuè plura esse posse: nunquam enim vidi, aut audiui virtute vnius tantùm priuilegij sub hac consueta forma emanantis, plura Oratoria concessa esse, quæ actu existant, in quibus celebretur: si verò difficultas in secundo sensu sumatur, posita opinione quam superius vt probabilem sequuti sumus, pars affirmatiua erit admittenda: ex suppositione enim, quod priuilegium sit personale; vtique personam sequi debet.

4. Sed instabis, facta suppositione quod priuilegium istud sit personale, & consequenter vbicumque vt probatum est, possit priuilegiatus Oratorium ad celebrandum erigere, nequit sufficiens ratio assignari, quare non valeat id fieri, dum ruri manet: videtur enim idem persistere motiuum, ob quod priuilegium concessum fuit, nempè qualitas personæ priuilegiatæ, eiusque spiritualis consolatio: hæc autem motiua ipsam personam vbique comitantur, diuturna autem, aut breuis habitatio magis in vno, quàm in alio loco, nihil videtur facere ad substantiam huius priuilegij.

5. Respondeo, vt in prima conclusione statui, si in re hac spectemus stylum Curiæ, videtur esse necessaria noua concessio, quando priuilegiatus mutat habitationem: proinde vi eiusdem vnici priuilegij multò minùs poterit aliud Oratorium ad celebrandum erigere in domo rurali: imò fictione iuris censeretur in eadem ciuitate duo Oratoria habere apta ad Sacrum conficiendum, quod certum est fieri non posse: nam domus in suburbiis, seu in continentibus, perinde est ac si esset intra mœnia ciuitatis, & præsertim in hac materia, in qua; vt ostendimus, priuilegium istud, vtpotè odiosum, strictè est explicandum, & non ampliandum, & ideò licentiam erigendi Oratorium in vrbe Panormitana v.g. ita interpretari debemus, vt priuilegiatus in ipsa ciuitate, & in habitationibus continentibus, & prope ipsam vrbem, nequeat nisi vnum tantùm Oratorium ad hunc effectum erigere: restrictio autem ista non attenditur à nobis in ordine ad nomen ciuitatis, scilicet Panormi; quia vt sic magis ampliaretur significatio, si sub tali nomine comprehendamus non solum ciuitatem intra mœnia clausam, sed etiam contingas habitationes: sed attenditur in ordine ad erectionem Oratorij, & dicimus non tantùm intra vrbem, sed in suis quoque continentibus vnicum tantùm posse Oratorium erigi.

6. Respon

6. Respondeo secundò, quamuis hoc priuilegium personale existimetur à nobis, personalitas tamen non debet ita solitariè sumi in ratione obiecti mouentis Pontificem ad priuilegium concedendum, vt etiam non includat commemorationem in loco; licèt iste vel alius locus, iuxta hanc sententiam materialiter se habeat; atque adeo obiectum adæquatum, & motiuum sit totum hoc nempe persona ipsa, non vt sic, sed vt commorans, & ideo si ipse priuilegiatus per modum transitus reperiatur in aliquo loco, vel ad breue tempus, itavt nequeat dici ibi figere domicilium, deserendo priorem locum, nequaquam poterit Oratorium in tali loco erigere, quia breui tempore aliquis diuertens è proprio domicilio ad illud reuersurus, moraliter non censetur esse in loco, ad quem diuertit, vt variis iuribus, & multorum sententia probat Sanchez *lib. 2. de matrimon. distinct. 18. num. 6. in probatione 4.* vt sic enim sæculares se haberent vt Episcopi, qui de iure communi possunt vbicumque existunt celebrare, vel coram ipsis celebrare facere in proprio palatio: hoc autem nemo dixit. Hucvsque Pater Bardi.

Ex quibus patet responsio ad argumenta Patris Pasqualigi, & firma remanet sententia negatiua quam ego olim docui.

RESOL. XXXIII.

An si quis habuit, v.g. licentiam celebrandi in Oratorio priuato domus suæ in Ciuitate Panormi, possit vti hoc priuilegio, si transferat domicilium Messanæ?

Et an sub nomine familiæ in præfatis Indultis & licentiis positæ veniat maritus, vxor, filij, & filiæ, atque etiam nurus habitans in eadem domo, & commensales, sicut omnes serui, & seruæ commensales, qui in ministerio eiusdem familiæ sunt? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 208.

Sup. hoc in Ref. seq. & in tom. 2. tr. 1. Ref. 85. §. vlt.

§. 1. Hic casus est multum practicabilis, & negatiuè videtur respondendum; quia rescriptum Pontificum asserit, quòd Missa celebratur in domo ciuitatis Panormi: ergo non potest celebrari in domo ciuitatis Messanæ, nam alias dicta verba nihil operarentur: vide *cap. commissa, §. porrò, de elect. in 6. & l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. signif.*

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ, §. 1. post med. vers. Igitur, & infr. in Ref. 37. §. 1.

2. Verùm opinio affirmatiua probabilissima mihi videtur, quod docet nouissimè Antonius Nouarius *in summa Bullarum, tit. de Oratoriis priuatis, num. 6.* & Megalius *ver. resolut. tom. 2. resolut. 67. per totam*, quia hoc non est priuilegium locale, sed personale; vnde finitur morte illius, cui talis licentia concessa fuit; ergo in quocumque loco quis habitauerit, poterit sibi facere Missam celebrare, cum licentia tamen Ordinarij & seruatis seruandis in concessione. Ad argumentum vero contrarium respondeo, illa verba non esse apposita dispositiuè, sed demonstratiuè; & verba quæ tantùm causa demonstrationis apponuntur, nihil operantur, cùm demonstrent habitationem; vt rectè obseruat Crauetta *cons. 86. n. 11.* ergo, &c. Adde, quòd in dubio verba accipienda sunt demonstratiuè, non autem taxatiuè, aut limitatiuè, vt declarauit Sacra Rota *in vna Squillacensi die 4. Martij 1616.* coram Reuerendissimo Martino Andrea *decis. 34 num.* ex doctrina Bartol. *in l. cùm pater, §. mensa, num. 8. ff. de legat. 2.* Decio *consil. 183. n. 1. ver. & ad hoc facit, & consil. 468. num. 3.* Crauetta *consil. 301. num. 3.* Cephalus *consil. 13. num. 37.*

Sup. hoc in Ref. seq. §. Nec obstat.

Sup. hoc inf. in Ref. 41. latè, per tot. & quamuis pro Crucia-

3. Notandum est tamen hìc obiter cum supradictis Doctoribus, sub nomine familiæ in præfatis licentiis positæ venire maritum & vxorem, filios & filias, ac etiam nurum habitantem in eadem domo, & commensalem; sicut & omnes seruos, & seruas commensales, qui in ministerio eiusdem familiæ sunt.

RESOL. XXXIV.

An Oratoria priuata vbique suffragentur priuilegiato? Et cursim probatur, quod sicut cessante omnino causa priuilegij ipsum cessat, sic perseuerante causa eius concessionis, ipsa perseuerat, licèt aliæ circumstantiæ mutentur. Ex p. 9. tr. 1. Ref. 7.

§. 1. VT si, v.g. in facultate celebrandi Sacrum in priuatæ domus Oratorio assignetur Ciuitas, possit priuilegiatus extra illam priuilegio vti. Et affirmatiuam sententiam contra Merollam ego olim docui, quam me citato, nunc docet Quintanadu. *in Theol. mor. tom. 1. tract. 7. sing. 31. per tot.* Probatur ait. Primo, quia hoc est priuilegium personale; si enim hoc, vt definitur ab vtriusque Iuris DD. illud est, quod conceditur immediatè personæ ratione sui, vt ex *l. Priuilegium, ff. de reg. iur.* docent Suar. *lib. 8. c. 3. n. 3.* Azor. 1. *p. lib. 5. c. 12. q. 6.* Bonac. *de priu. p. 2. prop. 2. n. 6.* Salas *de leg. disp. 20. sect. 17. n. 124.* & est communis DD. quis dubitet hoc personale esse, cùm dicat Nuntius: *Tua spirituali consolationi consulere, teque specialis gratiæ fauore prosequi volente?* Et vt notat Bonac. *sup. p. 8. §. 1. n. 3.* cùm nomen, & cognomen priuilegiati ex priuilegio nominatur, sicut in hoc accidit, hoc omninò personale est. Igitur, si personale est priuilegium hoc, personam semper sequitur, & cum eadem perseuerat, & extinguitur, vt constat ex *c. Priuilegium.* & *ibi* DD. *de reg. iur in 6.* statuunt, Tiraquel. *de retr. lig. §. 26.* Menoch. *cons. 123. n. 2.* Tusch. *tom 6. l. Priu. concl. 746.* Cardos. *prax. Iudic. & Aduoc. verb. Priu. n. 4.* Marc. Ant. *ver. l. 1. res. 109. n. 6.* Suar. Salas, Azor. & Bonac. *sup.* ac est communis. A contrario, si non personale, sed locale foret, semper in domo eius Oppidi posset celebrari, siue nobilis, siue ignobilis, siue sanus, siue infirmus habitarent in ea: quod absurdissimum, & contra praxim omninò est.

2. Probatur Secundò, quia sicut cessante omninò causa priuilegij, ipsum cessat, vt probant Azor. *lib. 7. cap. 22. q. 14.* Sanc. *lib 8. de matr. disp. 30. n. 16.* Bonac. *p. 8. §. 2. n. 4.* & alij; sic perseuerante causa eius concessionis, ipsa perseuerat: licèt aliæ circumstantiæ mutentur. Causa autem fuit generis nobilitas, & valetudo infirma, vt exprimit Indultum, non autem habitatio in tali Oppido: ergò etiam cessante hac, illa non cessabit. Sicut si Petro existenti Hispali dispensatio in ieiunio, lacticiniis, aut recitatione Horarum, concederetur ob debilem valetudinem, vel cum eo dispensaret Pontifex in tertio gradu affinitatis ad contrahendum cum Maria quantumuis illi existenti Hispali Indultum concedi assereret, vel Vicario Hispalensi de causis dispensationis cognoscendum committeretur: quis dubitet, si domicilium Cordubam transferat Petrus, noua illum ad hæc non indigere dispensatione? Sic DD. Guttierr. Salas, Angel. Sylu. & alij apud Bonac. *de dispens. p. 10. §. 1. prop. 3. n. 5. & 9.* Et hæc omnia docet Quintanadu. *vbi sup.* cui adde nouissimè, me etiam citato, Pellizz. *in Man. Reg. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. n. 152.* & me citato, Barbos. *de iur. Ecc. lib. 2. c. 8. n. 16.* & me citato, Auersam *de Sacram. Euch. q. 11. sect 14. §. 6.* Vnde sententia Merollæ nullum vsque adhuc habet Authorem: meam autem sententiam, præter Nouar. & Megal. tenent Quintaduenas, Pellizzar. Auersa, & Barbosa. Nullum itaque Doctorem in sui fauorem habet Merolla: ego verò sex.

3. Nec obstant, vt *alibi* dixi, verba Pontificis apponi solita in Breuibus, v.g. *Vt in priuato Domus tuæ Ciuitatis Panormi Oratorio*, &c nam dicta verba non ponuntur taxatiuè, sed demonstratiuè, vt in simili casu notauit nouissi-

nouissimè Sacra Rota Romana coram Rojas in causa Marianen.seu Acciē Beneficij die 10.Iun.1648.quod in dubio semper præsumitur,vt docet Aymon *conf.*301. *num.*1.

4. Nota quòd post hæc scripta peruenit ad manus meas *Opus.de Sacrificio Missæ* P. Thomæ Tamburini, qui *in lib.*1.*cap.*3.§.4.*n.*2.supradictam nostram sententiam me citato, tuetur & tenet : sic enim asserit : (Si talis Priuilegiatus transferat domicilium in aliam Diœcesim,ex Panormitana,v.g.eat ad Messanensem, non amittit priuilegium;sed ibi poterit illo vti. Ratio est: quia hoc Priuilegium est personale,quod personam sequitur,nec affixum loco:& illud *Diœcesis talis*,non apponitur restrictiuè,seu taxatiuè sed solum demonstratiuè in hunc sensum.*Tibi qui nunc es Diœcesis talis.* Ita Tamburinus,qui *n.*7.bene notat in tali casu necesse esse, vt accedat Episcopus aut eius vicarius locum nouum approbaturus.

RESOL. XXXV.

An qui habet licentiam,vt possit audire Missam in Oratorio domus suæ,si est infirmus,aut carceratus,teneatur illam in diebus festiuis audire?

*Et notatur habentem Bullam Cruciatæ non teneri Missam audire tempore interdicti.*Ex part,4.tract.4.& Misc. Resol.

§.1. Affirmatiuè videtur respondendum ex Azorio *tom.*1.*lib.*7.*cap.*2.*ver. Tertio quæritur*, Soto *in* 4 *sent.dist.*13.*q.*1. *art.*1.*d.*22.*q.*3.*a.*1. Medina *in sum.* 1.*p.cap.*1.§.12.& 14.§.30. & aliis, quos citaui *in* 1.*p. tract.*11.*resol.*2.qui asserunt tempore interdicti habentem Bullam Cruciatæ teneri Missam audire,& probatur hæc sententia affirmatiua, quia cum talis possit audire Missam ex licentia quam habet, ergo tenetur.

2. Verum negatiuam opinionem tenendam esse puto quam tuetur Suarez *in* 3. *part. quæst.* 83. *art.*6. *disp.*78. *sect.*6. Ledesma *in summa part.* 1. *cap.* 27. *de Eucharist.concl.*16. & nouissimè Ægidius de Trullench. *in expositio. Bullæ Cruciatæ lib.*1.§.3.*dub.*6.*num.*9. quia talis non tenetur quærere Sacerdotem, &dare stipendium vt sibi Missam celebret, sed solùm tenetur ex præcepto audire Missam,& ideo nemo cogitur sumere Bullã,vt tẽpore interdicti possit Missã audire Imo ego puto cũ Ledesma, Trullench & aliis sic impeditũ non teneri audire Missam in dicto Oratorio,quamuis gratis inueniat celebrantem, quia dicere Missam in priuatis domibus,& Oratoriis approbatis,de se est odiosum, & priuilegium derogatorium iuris communis, & est dispar ratio inter hunc casum & casum tempore interdicti : Nam in casu interdicti sublato impedimento nulla fit dispensatio in iure communi : nam Missa & dicitur & celebratur vt debet & solet : at in hoc casu sublato impedimento non celebratur Missa, vt regulariter & ordinariè celebratur, quia extra Ecclesiam dicitur. Adde quòd multi Doctores, vt Auila, Conինch & alij, quos adduxi *loco citato*, probabiliter asserunt, neque tempore interdicti habentem Bullam Cruciatæ teneri sacrificium Missæ audire,

RESOL. XXXVI.

An priuilegiatus audire Missam in Oratorio priuato domus suæ teneatur in diebus festiuis, si v.g. non possit adire Ecclesiam & sit carceratus,vel ægrotus?

Et in exemplum adducuntur alij diuersi casus & tandem infertur, quod nemo tenetur sumere Bullam Cruciatæ, vt tempore interdicti audire Missam pos-

sit, & habens prædictam Bullam non tenetur tempore interdicti audire Missam. Ex p.9.tr.1.Res.19.

§.1. Affirmatiua sententia probatur ex Cenedo in *quæstiuncula Can.q.*44& aliis penes ipsum asserentibus quòd habens priuilegium, vel gratiam audiendi diuina officia,vel saltem Missam tempore interdicti,nisi interdictus sit ipse,vel dederit causam interdicto non audiens Missam in diebus festiuis Ecclesiæ, peccat mortaliter,modò possit sine minima difficultate eam audire, *arg. tex.in l.Continuus*,137.§.*illud ff. de verb oblig.*Et ratio est,quia iste priuilegiatus potest audire Missam;ergo tenetur.Secundo quia respectu huius iam non est interdictum,ergo tenetur, sicut antequàm poneretur interdictum. Tertiò, si detento in carcere, concedatur licentia,vt eat ad audiendam Missam,tenetur audire:ergo etiam in nostro casu. Quæ rationes si rectè perpendantur,probant ad casum propositum,priuilegiatum teneri audire Missam in Oratorio priuato,si est carceratus, vel ægrotus, & non potest adire Ecclesiam.

Sup. doctr huius §. legę doctr. Res. præteritæ, & aliarum ant not. posit ad lin. §. textus,& Res. annot.seq.

2.Et quidem in hac materia supponendum est duo ista esse valde diuersa videlicet vsum priuilegij cadere sub præceptum ex vi ipsius priuilegij,& aliud,vsum priuilegij cadere sub præceptum non ex vi ipsius priuilegij, sed ex vi alterius legis, seu præcepti extrinseci. De primo,aio,regulatiter loquendo, vsum priuilegij non esse de præcepto;proindè neminem teneri suo vti priuilegio, dixi,regulariter;nam aliquando ipsummet priuilegium obligat priuilegiatum ad vsum,vt est, verbi gratia, priuilegium fori,& Canonis, quod habent Ecclesiastici ; nequit enim Clericus renunciare priuilegio fori,& conueniri coram iudice laico,etiam in propriis causis,quando ipse est conuentus,neque renunciare priuilegio Canonis,consentiendo vt alius iniuriosè ipsum percutiat, & sic in multis aliis priuilegiis,quæ primò,& per se Communitatem, aut statum priuilegiati respiciunt:at in priuilegiis particulari personæ concessis nulla est difficultas, quia priuilegiatus potest non vti suo priuilegio. Si verò sermo sit de secundo tunc dico,posse priuilegiatum obligari ad vtendum suo priuilegio, si ab extrinseco vsus illius priuilegij etiam particularis sit præceptus,quod exẽplificari poterit in multis casibus : verbi gratia,habeat quis priuilegiũ non soluendi decimas,aut tributa:&c.& habeat pariter onera satisfaciendi variis creditoribus, si ponamus,quòd soluẽdo decimas,aut tributa fiat impotẽs ex toto,aut ex notabili parte ad satisfaciẽdũ,certũ est ex vi iustitiæ teneri ad vsũ illius priuilegij tanquam ad mediũ hîc,& nunc necessarium, & facile ad iustitiã seruandam,& tunc vsus priuilegij erit sub præcepto, non ex vi priuilegij sed ex vi iustitiæ obligantis debitorem ad soluendum quod debet, & ad ponenda media necessaria ad solutionem,si dependeant à voluntate ipsius debitoris, & facile possint adhiberi.Ergo.

3. Sed his non obstantibus,negatiuam sententiam tenent plures DD.quos alibi adduxi.Et ideò illam nouissimè in terminis casus nostri tenet Pater Escobar *in Theol. Moral. tr.*1. *exam.*11. *cap.*11. *n.*97. vbi sic ait: Habet quis priuilegium, vt in Oratorio domus suæ possit Missam audire:tenetúrne illam ibi audire,quando est infirmus,vel alia de causa exire non potest? Ex Suario negatiuè respondeo, vti de priuilegio tempore interdicti asserui, ne scilicet ex priuilegio grauari ille videatur.Ita ille;cui adde Merollam, *tom* 3. *disp.*6.*c.*6. & *cap.*8.*dub.*22.*n.*123. & me citato, Pater Pellizz *in Man.Regul. tom.*2.*tract.*8. *cap.*2.*sect.*2. *num.*154. Tum uia,ait,ipse, nemo tenetur sumere Bullam Cruciatæ, vt tempore interdicti Missam audire possit : tum quia multi,& graues Doctores sentiunt, habentem dictam Bullam,non teneri tempore interdicti audire Missam; tum quia nemo obligatur vti priuilegio suo alioqui

Alibi in Res. præterita, & in to.3. tr.1. Res. 102. §. Dices. in princ.& in §. Sed ad hoc propè fin. à vers.Et sic.

Sup.hoc in Res.præteriti, & in alijs eius annot. positæ ad lin. §. textus.

gratiâ fieret onerosa, & libera facultas in obligationem verteretur; tum quia, esto demus habentem priuilegium audiendi Missam tempore interdicti teneri illam audire; non ideò sequitur ad hoc idem teneri illum qui habet indultum Oratorij priuati: siquidem celebrare in Oratorio priuato est de se odiosum, ac derogatorium iuris communis: in casu verò interdicti, si tollatur impedimentum, nulla petitur dispensatio in iure communi, ad hoc vt possit celebrare; sicque in his duobus casibus interuenit magna disparitas; ideòque non est eodem modo philosophandum de vtroque, cùm à diuersis non fiat illatio. Itaque ex his apparet vtramque sententiam esse probabilem, & negatiuam talem esse etiam aduersarij fatentur, vt Cenedus, Pater Bardi, & alij.

4. Dico igitur in casu nostro priuilegiatum non teneri audire Missam. Ratio est, quia dicere Missam in priuatis domibus, & Oratoriis approbatis, de se est odiosum, & non tam decens ad reuerentiam debitam huic sacrificio, & præter generales Canones Ecclesiæ, sicque nulla est obligatio vtendi tali priuilegio ad satisfaciendum præcepto de audienda Missa, quia nimirum hoc non est tanti momenti, quale esse potest, vt sacrificium in priuatis locis sine vrgenti causa non fiat; cùm longè melius sit Missam non audire, etiamsi dies festus sit, quàm eam celebrare in domo, maximè si crebrò fiat, & sine rationabili causa, præsertim cùm quis ob alias causas non adeò graues ab hoc præcepto deobligent. Quò in casu etiam cessante impedimento excusatur ab hoc præcepto ob reuerentiam Sacramenti. Nec est eadem ratio in hoc casu, quæ est in casu interdicti: nam in casu interdicti, sublato impedimento nulla fit dispensatio in iure communi; nam Missa dicitur, & celebratur, vt debet, & solet: at in hoc casu, sublato impedimento, cum celebratur Missa, vt regulariter, & ordinariè celebratur, quia cum illud Axioma: *Nemo cogitur vti suo priuilegio*, quia hoc priuilegium non aufert violentiam, nec vim remanendi domi, sed tantùm vt possit vti suo priuilegio, quod est posse facere domi celebrare, ad quod non tenetur. Vide omnino Ledesmam *in summa, tom. 1. de sacram. Euchar. cap. 27. concl. 16.* qui asserit nostram sententiam negatiuam esse probabilem. Et illam præter Doctores citatos tenet Homobonus *in respons. cas. conscient. vol. 1. respons. 41.*

RESOL. XXXVII.

An in aliquo casu facultas audiendi Missam in Oratorio priuato transeat ad hæredes priuilegiati?

At an, quando filia matris habentis Indultum faciendi celebrare in Oratorio priuato concedatur, vt etiam, absente matre, ea possit cum sua familia ibi audire Missam, si mater sit mortua non possit filia amplius dicto Indulto gaudere? Ex p. 9 tr. 1. Res. 17.

§. 1. AFfirmatiuè nominatim contra me respondet Pater Pellizzarius *in man. Regul. tom. 2. tr. 8. cap. 2. sect. 2. num 153.* vbi sic ait: Quæres quandiu duret concessio Oratorij priuati? Respondeo durare durante vita illius, cui facta est, adeóque eo mortuo finiri. Ita in terminis Diana *part. 4 tract. 4. resol. 208.* & probat, quia concessio ista est personalis: Priuilegium autem personale finitur morte personæ priuilegiatæ, *cap. priuilegium de regul. iur. in 6. l. vnic. § ne autem. C. de caducis tollend. l. cum quis, §. l. fin.* Verùm si concessio fiat iis verbis, ac de ipsius Ordinarij licentia eius arbitrio duratura, quæ apponuntur in breui à nobis hic explicato; mihi non placet hæc doctrina Dianæ: imò puto dictam concessionem durare vsque dum legitimè reuocetur, vt pote pendentem ab arbitrio Ordinarij loci quod durat vsque dum reuocetur. Nec obstat, quòd concessio ista est personalis, adeòque debet cessare per mortem eius, cui facta est: nam quod dicunt Doctores priuilegium personale finiri morte priuilegiarij, bene limitatur à Castro Palao *tr. 3. disp. 4. part. 2. §. 1. n. 4.* nisi in priuilegij concessione addantur verba, quæ perpetuitatem, ac transmissionem priuilegij ad posteros denotent; tunc enim priuilegium non debet reputari concessum soli priuilegiario, sed etiam aliis: Vt si dicatur concedo tibi in perpetuum hanc facultatem: tunc quippe priuilegium transit ad alios (v. g. ad familiam) aliàs particula, in perpetuum, esset frustranea: quod in legibus, ac priuilegiis vitandum esse decidit *in cap. si Papa, de priuileg. in 6. & l. 3. ff. de iure iur.* & quidem ita vt quælibet syllaba effectum aliquem debeat sortiri. Quæ limitatio videtur procedere in casu nostro, stante quòd concessio Oratorij sit ad arbitrium Ordinarij, quod potest durare post mortem illius, cui fit concessio, eóque durante durat concessio, ac proinde censeri debet transmitti ad alios: quòd si ea sit tibi tantùm sub expresso nomine, vt constat ex verbis breuis, *Tibi, qui, vt asseris*, &c. fit aliis (v. g. familiæ) sub nomine implicito, ac virtuali: aliàs verba illa breuis, *Ac de ipsius Ordinarij licetia eius arbitrio duratura, nihil operentur.* Vt proinde concessio Oratorij priuati dici possit priuilegium personale quidem, sed transmissibile in alios, adeóq; participare etiã de reali in quãtum nõ finitur morte priuilegiarij. Puto autem ius talis concessionis ad Hæredes, sicut & alia quælibet iura testatoris. Hucusq; Pellizzar.

Quæ hic est sup. Res. 33. §. Verum. ad fin. 5. & melius in alio §. & vers. eius annot.

2. Sed hanc difficultatem communicaui cum principalioribus ministris huius Curiæ, & aliis viris doctis, qui prorsùs nostræ sententiæ adhæserunt; nunquam enim Pontifex in concedendis talibus licentis habet intentionem, vt possint trãsire ad hæredes, cũ moueãtur ad illas cõcedendas intuitu personæ, & meritorum Oratoris. Et quando hoc priuilegiũ Põtifices volunt ad hæredes transferre, hoc solẽt apertis verbis in Breuibus explicare. Et ideò ad Clausulam adductam à Patre Pellizz. respõdeo illa verba, *ac de ipsius Ordinarij licentia eius arbitrio durat.* intelligenda esse durãte vita ipsius Oratoris; ac ideo ipso mortuo extinctã remanere facultatẽ, & indultũ. Vnde ex his non adhæreo rolutioni affirmatiuæ alterius casus quem in eodem loco ponit Pater Pellizzarius, nempe, quando filiæ matris habentis indultum faciendi celebrare in Oratorio priuato cõcedatur, vt etiam absente matre, ea possit cũ sua familia ibi audire Missam; & quidem sub his verbis: *Tibi, vt quando dicta N. à domo prædicta abest* (in qua scilicet existit Oratoriũ matri concessũ) *durãte absentia huiusmodi Missam in dicto Oratorio in tua, ac familia tuæ præsentia celebrari facere liberè, & licitè possis*: si mater iam sit mortua, puto quòd ampliùs non poterit filia dicto indulto gaudere, & audire Missam in dicto Oratorio quod tamen Pellizzarius concedit. Et ratio est, quia priuilegiũ concessum à Pontifice, fuit concessum personæ Matris, licèt vt eius filia possit eo vti, à domo ipsa matre absente: Ergò etiam ipsa mortua, nego prorsus consequentiam. Et quidẽ, cùm hoc priuilegium celebrandi in priuatis Oratoriis sit contra ius cõmune strictè explicandum erit, vt testantur DD. quos citat, & sequitur Sanchez *de matr. lib. 8. disput. 1. n. 3.*

RESOL. XXXVIII.

An tẽpore interdicti possit Missa celebrari in quocunque Oratorio ab Episcopo approbato? Ex p. 5. tr. 10. Res. 60.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Turrian. *lib. 6. disp. 49. dub. 1. & disp. 7. n. 18.* vbi sic ait: Concessio hæc fiat pro Ecclesiis etiam Hospitalium, &

de Monasteriis, vbi ordinariè fideles sunt ad id congregati, non verò pro aliis locis extraordinariis quàm ea approbatis ad celebrandum Sacrum, vt pro Oratorio approbato, quia non dicuntur Ecclesiæ, nec Monasteria, & in dicto cap. vbi fit dicta concessio, tantùm fit mentio Ecclesiarum & Monasteriorum, & multo minus pro locis non priuilegiatis. Sayrus ergo & Auilla, qui dicunt dictam concessionem fieri pro omnibus locis, etiam in quibus alias secluso interdicto possunt diuina celebrari, nimis extendunt concessionem Pontificis. Existimamus ergo extra dictas Ecclesias & Monasteria non posse Missas quotidie celebrari, nec officia diuina conuentualiter dici. Ita Turrianus, & hanc sententiam tenet etiam Mercerus *in 3. par. quæst. 24. de interd. dub. 3.*

2. Sed his non obstantibus opinionem affirmatiuam probabiliorem esse censeo, quam tuetur Præpos. *in 3. p. de interd. dub. 5. num. 29.* Dicendum est igitur in interdicto permitti vt Missæ celebrentur non solùm in Ecclesiis & Monasteriis stricte sumptis, sed etiam in Oratoriis diuino cultui deputatis, quæ in materia fauorabili possunt sub Ecclesiis comprehendi. Et ita hanc sententiam docet etiam Suarez *disp. 34. sect. 1. n. 8.* eum citat & sequitur Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 19. diff. 1. 5. n. 8.* & tandem hanc sententiam tenet etiam Filiuc *tom. 1. tract. 18. cap. 3. n. 65.* Layman *lib. 5. tract. 5. part. 4. c. 1. n. 4.* Blandus *de censur. disp. 7. art. 7. assert. 7.* Ludouicus de la Cruz *in Bulla Cruc. disp. 1. cap. 5. dub. 2. num. 6.* Trullench *in Bulla Cruc. lib. 1. §. 3. dub. 2. n. 5.* Phil. Faber *de cens. in 4. sent. dist. 25. q. 1. disp. 5. cap. 1. n. 35.* & Moscosus *in sum. tract. 16. cap. 8.* sic asserens: [Aquellas palabras Iglesias, y Monasterios no se han de tomar tan literalmente, que por esso se ayan de esclayr las Capillas, y Oratorios particulares, como algunos han querido dezir, porque verdaderamente se pusieron en el dicho Capitulo por causa de exemplo mas comun, y ordinario, y assi guardando la dicha forma, y cautela, es cosa cierta, que se puede celebrar en las Iglesias, y Monasterios como antes, qui viuiera entredicho, y antes del entredicho se podia celebrar en las dichas Capillas, y Oratorios particulares, luego oy tambien se podra celebrar en ellas, y en ellos con la dicha preuencion, y cautela.] Ita ille.

RESOL. XXXIX.

An in priuatis Oratoriis, si non adsit præsens Dominus, liceat Missam celebrare coram familiaribus?

Et an hoc possit fieri tempore interdicti vigore priuilegij Bullæ Cruciatæ, in qua adest eadem clausula, ac in dictis licentiis? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 13.

§. 1. OLim negatiuè respondi, nixus authoritate Henriquez *lib. 7 cap. 11.* Rodriquez *in Bulla Cruc. §. 5. num. 5.* & aliorum, asserentium id fieri non posse tempore interdicti vigore priuilegij Bullæ Cruciatæ, in qua adest eadem clausula ac in dictis licentiis, in quibus conceditur celebratio Missæ in priuatis ædibus.

2. Verùm his non obstantibus affirmatiuam sententiam etiam probabilem esse puto, & ita, vt mihi asserit, obseruatur in praxi & in terminis Bullæ Cruciatæ docet Ludouicus à Cruz *disp. 1. cap. 5. dub. 3. n. 5.* vbi sic ait. Id quod notat Rodriquez, nimirum Missam celebrari non posse coram familiaribus, aut cõsanguineis, nisi ipso domino præsente, non placet quibusdam iuniorib⁹, quia Bulla concedit posse celebrari in sua, ac familiarium & domesticorum, necnon consanguineorum suorum præsentia; ergo sicut posset celebrari in sola præsentia domini, non obstante illa particula copulatiua, &, ita etiam in sola præsentia famulorum. Ita ille, quæ omnia militant in casu nostro: ergo, &c. Nec obstat quòd in dictis licentiis adsit illa clausula, *in sua, & suorum*, quæ quidem particula, & coniungit antecedentia cum sequentibus: nam respondeo quòd aliquando hæc particula, & accipitur disiunctiuè pro aut, seu, vel, vt obseruat Rodriquez *in qq. regul. tom. 3. quæst. 17. art. 19.* Comitolus *in respons. moral. lib. 7. q. 9. num. 4.* & Portel *in resp. moral. part. 3. cas. 49.*

RESOL. XL.

An familia possit Missam audire in priuato Oratorio, non præsente Domino?

Et infertur idem dicendum esse, si prædicta familia in supradicto Oratorio vult audire Missam, virtute Cruciatæ, & maximè tempore interdicti. Ex p. 9. tract. 1. Resol. 2.

§. 1. CAsus frequentissimus est, & in Breuibus Pontificis habentur hæc verba: *In tua, ac tuæ familiæ præsentia.* Et negatiuam sententiam, loquens tamen de auditione Missæ tempore Interdicti, virtute Bullæ Cruciatæ, tenet ex multis Pater Bardi, *part. 2. tract. 2. cap. 3. sect. 8. num. 69. & seqq.* vbi respondet ad argumentum, quod ego adduxeram, nempe, particulam, *ac*, disiungere, non copulare, & ait: Particulam illam, &, secundùm propriam ipsius significationem seu naturam, esse coniunctiuam, vt ex multis Authoribus ostendit Barbosa *de dictionibus, dict. 110. n. 3.* attamen aliquando sumi posse disiunctiuè non negamus, vt idem Author affirmat, *n. 28.* sed talem acceptionẽ dicimus esse impropriam, vt ipse Barbosa aduertit, *n. 57.* & iuxta diuersitatem materiæ, cui dictio ipsa applicatur, agnosci poterit, an copulatiuè, an verò disiunctiuè sumi debeat: loquendo autem vniuersaliter talis mihi occurrit regula proponenda: si duo, inter quos dictio ponitur, æquè primò, vel sine dependentia vnius ab alio participent rationem illam, per quam connectuntur, tunc dictio accipienda erit disiunctiuè, si verò non æquè primò, vel cum dependentia, tunc copulatiuè erit sumenda. Exemplis regulam hanc illustrabimus: sint duo in quibus adæquate resideat potestas in aliquem effectum, v. g. sint Petrus, & Paulus diuites, & dicatur: Petrus, & Paulus possunt centum aureos expendere; dictio, &, disiunctiuè accipitur: quia ambo seorsim possunt aureos illos erogare: contrà verò, si potestas sit in vno dumtaxat, & in alio per coniunctionem, & dependentiam ab alio, vel vnus non sit potens sine alio, tunc copulatiuè dictio est interpretenda, vt si dicatur: Petrus Clericus, & sua familia est immunis à gabella, dictio, &, faciet sensum copulatiuum: nam familia per connexionem, & dependentiam à Petro fruitur Immunitate, non autem sine illo: vel si dicatur: Parochus in sua, & testium præsentia accipere debet consensum eorum, qui matrimonium contrahunt, dictio, &, erit copulatiua, quia neque solus Parochus sine testibus, neque testes sine Parocho legitimè, & validè consensum illum accipere queunt: sic autem in casu, de quo agimus, familiares, cùm gaudeant priuilegio assistendi per dependentiam à domino, in quo adæquatè residet priuilegium assistendi diuinis; assero sine præsentia domini nõ posse assistere: illationes verò ad conuertentiam non valent, nisi quando particula, &, disiunctiuè ponitur, seu quando ratio illa, per quam extrema connectuntur æquè, & sine dependentia vnius ab alio in vtroque reperitur: si verò primò, & per se solùm in vno resideat: in aliis verò per accidens, seu per redundantiam ab illo; tunc copulatiuè est explicanda: quapropter non

Sup. contento in hac Resol. in Resol. præterita & in aliis eius annot.

valet illatio, quæ contra nos sit, dum dicitur: Si familiares nequeùt diuinis assistere sine præsentia domini, neque dominus poterit sine præsentia familiarium, vel affirmatiuè, Si dominus potest sine famulis, & famuli sine domino, etiam poterunt interesse diuinis, non valet, inquam, quia ratio, seu facultas assistendi: primò, & per se in domino reperitur; in familiaribus verò per redundantiam, & dependentiam à domino. Hucvsque Bardi satis quidem ingeniosè, & probabiliter.

Alibi in Resolutionibus nor. præcedentibus.

2. Sed sententiam affirmatiuam tenet Nouarius *in summa Bull. tom. 1. tit de Oratoriis, num. 8.* & Ego alibi docui, & nunc existimo etiam iterum satis probabilè: & illam, vt talem, me citato, tenent duo docti viri ex Societate, Quintanadu. & Pellizzarius, ille *in Theol. mor. tom. 1. tract. 7. singul. 32. n. 7.* hic *in Manual. Reg. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. n. 149.* vbi sic ait: Quæres, an vi verborum illorum, quæ in Breui continentur *in tua, ac familiæ tuæ*, &c. *præsentia celebrari facere*, ad vsum huius concessionis sit necesse, vt interfit Missæ is, qui obtinuit indultum; ita vt, ipso absente, indultum non suffragetur cæteris, qui sunt de eius familia? Respondetur, videri probabile, quòd cum vigore Breuis celebrari possit Missa in præsentia illius, qui illud obtinuit, ac familiæ illius & non obstante particula copulatiua, *ac*, possit Missa celebrari in sola præsentia domini; sic videtur posse celebrari in sola præsentia familiæ, absente domino. Ita Ludou. de la Cruz *in Bulla Cruc. disp. 1. c. 5. dist. 3. n. 5.* & cum eo Diana *p. 5. tract. 10. resol. 77.* in simili contra Henriq. Rodriquez, & Trullench citatos à Diana; & probatur tum ex modo dictis: tum quia beneficium Principis rarissimè interpretandum est *l. fin. ff. de Constit. Princ & l. si quando, C. de inoff. testam.* concessio autem, de qua hîc est beneficiũ Principis, nulli præiudiciale, & aliàs cedens in bonum animæ, ideòq; debet interpretari latè, vt nos interpretamur: tum, quia vbi militat eadem ratio militat eadem iuris dispositio in materia fauorabili; sicut ergo indultum celebrandi in Oratorio priuato, concessum per Bullam Cruciatæ à Ludouico de la Cruz, aliisque iunioribus extenditur ad familiares, etiam absente domino: sic & debet extẽdi similis cõcessio, de qua hîc agimus, cùm sit par ratio de vtraque concessione. Certè hanc assertionem approbarunt viri doctissimi à me consulti. Hæc Pellizzar. Et hanc sententiam etiam me citato, tenet P. Auersa *de Sacram. Euch. q. 11. sect. 14. §. 7.* & ita est praxis: nam passim, absente domino, eius familiares audiunt Missas in priuatis Oratoriis: quia, vt alibi diximus, particula illa, *ac*, non habet copulatiuam, sed disiunctiuam, vt ex variis locis probat Cornejo, *in 3. p. D. Thomæ, tract. 4. q. 80. disp. vnica, de Communione sub vtraque specie, dub. 1. num. 4.*

Quæ hic est inf. Res. 52. §. vlt. à vers. Sed an.

3. Nota tamen, quòd post hæc scripta inueni contra amicissimum P. Bardi nostram sententiam docere Castrum Pal. *tom. 4. tract 25. disputat. vnic. punct. 6. n. 9.* omninò videndum: vnde plures Doctores stant pro nostra sententia, nisi aliquis dicat, Patrem Bardi nec etiam extare contra illam: nam loquitur de Missis audiendis in Oratorio priuato virtute Bullæ Cruciatæ tempore interdicti, non autem loquitur in casu nostro, & inter vtrumque casum adesse disparem rationem probat Pellizz. *vbi suprà*. Sed ego puto probabiliter, idem dicendum esse in vtróque casu.

RESOL. XLI.

An aliqui, vt infra, commorantes in domo sæcularis habentis Indultum Oratorij priuati, si viuant suis expensis, gaudeant priuilegio audiendi Missam in dicto Oratorio?

Et explanatur alia clausula, quæ apponitur in aliquibus priuatis Indultis, necnon hospitum tuorum præsentia, *& quomodo est intelligenda.* Ex part. 9. tract. 1. Res. 6.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Pellizz. *in man. Regul. tom. 2. tract. 8. c. 2. sect. 2. num 149.* sic asserens: Accedit, quod licèt frater habentis indultum Oratorij & vxor præfati fratris cum sua familia habentes propriam mẽsam, proprios redditus, & proprios famulos verè, & propriè non possint dici de familia habentis indultum Oratorij, etsi habitent in eius domo: cùm potiùs reuera sint duæ familiæ: nihilominùs in materia fauorabili (cuiusmodi est vsus dicti indulti nomen familiæ videtur posse impropriari, ita vt extendatur ad præfatum fratrem, eius vxorem, ac famulos, præsertim cùm vsus ille nemini sit præiudicialis, & fauorabilia debeant ampliari, *l. cum quidam, ff. de lib. & posthum.* Quod non puto procedere de filiabus nuptis, ac filiis separatis à conuictu parentum habentium indultum Oratorij priuati: quippe qui non reputantur de eorum familia, (cùm constituant propriam familiã distinctã) sicque excluduntur ab vsu indulti: quod non videtur procedere, si dictæ filiæ, ac filij sub eodem tecto cohabitent cum parentibus: idque ob rationem modò adductam, quæ item militat in hoc casu. Ita Pellizz.

2. Sed de hoc casu, Ego interrogatus olim Siciliæ, negatiuè respondi. Vide meipsum *in p. 4. tr. 4. res. 108.* quem locum citat etiam Pellizzarius. Dico igitur in casu nostro cum Bardi *in Bull. Cruc. p. 2. tr. 2. c. 3. sect. 1. n. 4* Eos, qui sunt de familia oportere inuoluere quandam habitudinem subiectionis ad caput eiusdem familiæ; aliter merè per accidens se vnientes, non possent familiam vnam constituere; quia non conflarent vnam Societatem, quæ est de conceptu essentiali familiæ. Hæc autem habitudo, seu respectus ad caput familiæ fundari debet in ratione vel patriæ, vel dominatiuæ potestatis; idcircò ob primam habitudinem dicuntur de familia, filij, nepotes, &c. per lineam rectam descendentes, qui manent sub regimine parentum, auorum, &c. ob secundam verò habitudinem sub familia continentur serui, famuli, &c. qui viuentes expensis domini, eique obsequium præstantes in iure appellantur familiares, & ex hoc ortum habuit illud proloquium, per quod dicitur familiarem constitui corpore, & dente, & notat Dominicus *in cap. fin. de verb. signif.* & alij ibidem, nimirum, constitui commensalitate, & obsequio, seu seruitio: dum enim alitur expensis domini, eius mensam intelligitur participare, ideóque cõmensalis vocabitur: debet autem alimentari intuitu obsequiorum: aliter si titulo amicitiæ, seu beneuolẽtiæ aleretur, non diceretur familiaris, vt animaduertit Gonzalez *in regul. Cancell. de imped. benef. vac. per obitum, q. 14. circa medium*, & Simonetta *de reseruatis benefic. q. 35. n. 6.* Vnde ex his patet, sub nomine familiæ non posse venire fratrem, & vxorem fratris cum sua familia habentem propriam mensam, redditus, & famulos, ac suis expensis viuentes: sed sub nomine familiæ venire maritum, ac vxorem, filios, ac filias, nurum habitantem in eadem domo, & commensalem: item omnes seruos, & seruas commensales inseruientes familiæ. Vide etiam Quintanadu. *in Theolog. moral. tom. 1. tr. 7. sing. 52. num. 8.* & Ludouicum à Cruz *in Bulla Cruc. disp. 1. cap. 5. dub. 3. n. 2.*

3. Ad argumentum verò Patris Pellizzarij, quòd fauorabilia debent ampliari, respondeo non procedere in casu nostro: nam ampliatur vltra verborum proprietatẽ, quod non licet, & priuilegia fauorabilia, vulnerantia tamen ius commune, vt est priuilegium, de quo loquimur, non amplè, sed strictè interpretanda sunt, vt præter alios obseruat Pater Bardi *vbi sup. sect. 7. n. 70.* Ergo. Vnde ex his etiam non assentior Patri Pellizzario, *n. 150.* vbi docet, quòd in Breuibus Pontificiis in quibus conceditur alicui auditio Missæ in priuato Oratorio

Oratorio cum hac clausula, *necnon hospitum tuorum præsentia*, includi etiam habitantes in loco, in quo adest Oratorium priuatum, si à domino illius fortè inuitarentur ad prandium, eáque occasione ibi vellent Missam audire: ij quippe verè sunt hospites habentis indultum Oratorij, adeóque censeri debent comprehensi sub Breui; maximè in materia animæ fauorabili, quæ debet ampliari. Et hoc puto procedere, quamvis illi consultò inuitarentur ad prandium ad effectum, vt possent in dicto Oratorio audire Missam: cum in tali casu tam inuitans, quàm inuitati iure suo veniant; & alioqui vtens iure suo fraudem committere non dicatur, *regul. 55. ff. de regul. iur.* & dolo malo non videatur habere, qui iure suo vtitur, *lib. 3. ff. de liberto homin. exhib.* quo modo aliqui sustinent posse Cremonenses ire Mediolanum, vt ibi Paschalibus cibis vesci possint vltimis quatuor diebus Bacchanalium. Ita Pater Pellizzarius.

4. Verùm, vt dixi, Ego contrarium sentio, nam hoc Priuilegium, cùm disponat contra ius commune, stricte, & non amplè est interpretandum. Et quidem sub nomine Hospitum non possunt venire habitantes in eodem loco, sed exteri hospitantes in domo magnatis habentis Priuilegium, quos forsitan etiam voluit Pontifex priuilegiare propter lassitudinem, & laborem itineris; & alioquin mens Pontificis eluforia remaneret, qui in dictis indultis voluit tantùm concedere licentiam magnati, & eius familiæ: nam posset ille, cui Priuilegium concessum est, passim plures ad prandium inuitare, cui posteà, vt vult Pellizzar. cum suis filiis, imò & famulis, præcepto Missæ satisfaceret, ac proinde remaneret destructa, & deseruiret de vento clausula apposita à Pontifice in illo Breui: *Vt in tua, ac tuæ familiæ præsentia celebrari facias*, &c. & in alia: *Volumus autem, vt familiares seruitiis tuis non necessarij, præter supradictos ibidem Missæ interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesiam diebus festis de præcepto minimè liberi censeantur.* Quod non accideret in casu, de quo loquitur Pontifex, nempè de hospitibus externis ex alio loco: nam hoc rarò eueniret, & talis casus habet rationabile motiuum, vt Pontifex extendat priuilegium ad illos; quod non accidit de habitantibus in eodem loco. Ergo. Et ita à me consulti viri doctissimi, etiam tenuerunt.

5. Nota, quòd post hæc scripta inueni Molfesium in *Sum. tom. 1. tr. 3. c. 17. n. 70.* sic asserere. Itaque familiares intelliguntur omnes Commensales, qui sunt de eadem mensa, ac familia ipsius Principalis, cui concedatur talis licentia, & quotquot deputati sunt pro eiusdem personæ seruitio. Insuper si talis licentia concederetur alicui mulieri Nobili, ac Viduæ, & sic de aliis: & in eodem Palatio, in diuersis tamen habitationibus seu Appartamentis eius Mater habitaret, quæ simul cum filia egredi soleat ad Missam, non tamen esset de eadem mensa cum filia; posset simul cum filia audire Missam in dicto Oratorio priuato, quia largo modo censetur de familia pro honesta custodia filiæ. Si enim mater causa custodiendi filias excusatur ab audiendo Sacro, eò magis complectitur in hac licentia concessa filiabus: & ita resolutum fuit per doctos viros. Ita Molfesius. Tu, Lector, iudica.

RESOL. XLII.

An si quis extraneus audiat Missam in die festiuo in priuato Oratorio alicuius Magnatis, satisfaciat præcepto? Et quid de audientibus Missam in dicto Oratorio de licentia Parochi?

Et docetur peccare habentem Indultum Oratorij priuati, si sit in causa, vt in die festo personæ prohibitæ ibi audiant Missam.

Etiamque deducitur in casu, quo quis nequeat audire Missam, nisi in Oratorio aliquo priuato, non tenere illam ibi audire.

Et è contra, si quis extraneus audiat Missam in Oratorio priuato bona fide, si postea cognoscat id esse sibi prohibitum, teneri audire aliam Missam, vt adimpleat præceptum.

Sed quid est dicendum de audientibus Missam in Oratoriis Episcoporum, & Regularium, & in Oratoriis ex priuilegio Bullæ Cruciatæ? Ex p. 9. tr. 1. Res. 3.

§. 1. PAter Pellizzarius, diligens quidem practicabilium casuum conscientiæ scrutator, & ex Patre Zanetto, quem intelligo esse Virũ satis doctum, affirmatiuã sententiã docet: sic enim asserit *in Man. Regul. tom. 2 tr. 8. c. 2. sect. 2. n. 151.* Quid operentur verba illa in fine Breuis posita: *Volumus autẽ, vt familiares seruitiis tuis nõ necessarij, præter supradictos, ibidẽ Missæ interessentes, ab obligatione audiẽdi Missam in Ecclesia diebus festis de præcepto minimè liberi cẽseantur.* Respõdetur: id solùm operari, quòd nõ impleãt Præceptũ Ecclesiæ de audiẽda Missa; iuxta formam antiquã audiendi Missam in propria Parochia, diebus festis: quæ circũstantia audiẽdi Missam in proprtia Parochia, cùm sit hodie contrario vsu abrogata, inferendum necessariò videtur implicare cõtradictionem, quòd audiens Missam in Oratorio priuato modò non satisfaciat Præcepto Ecclesiæ, prout hodie extat. Et in hoc non videtur dissentire Bonac. *disp. 4. de Sacr. quæst. vltim. par. 12. n. 4.* cùm dicat ex Tolet. Azor. Rodriq. Nauarr. Suar. Nugn. Coninch. Graffio, & aliis, præceptum audiendæ Missæ impleri quocumq; in loco ea audiatur, siue in propria Parochia, siue in Ecclesia Religiosorum, siue in Oratoriis priuatis, siue extra Ecclesiam: nam Ecclesia præcipit Missæ, auditionem, & non præscribit, locum; sicque præceptum impletur, in quocumque loco Missa audiatur. Quanquam dici posset, hos Doctores loqui (quod spectat ad audientes Missam in Oratoriis priuatis) de habentibus indultum audiendi Missam ibi. Quã doctrinam doctissimi recentiores aliqui, & maximè P. Zanettus censent esse probabilem. Quòd si in Breui expressè declaratur, in hoc casu non impleri præceptum Ecclesiæ; id fit, quia Curia Romana ob aliquot bonos respectus vult retinere modum loquendi, iuxta sacros Canones, ac ritum antiquum, (qui fortè alicubi non est abrogatus:) non autem iuxta consuetudinem communiter receptam, quæ abstulit obligationem audiendi Missam de præcepto in propria Parochia: sicque non intendit destruere probabilitatem opinionis, quam in præsenti materia sustinent doctissimi viri cum Castro Palao: siquidem loquendum vt multi, sentiendum vt pauci. Hucvsque Pater Pellizzarius.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 3. Res. 49. 9. Tũ. & quarto. & magis late in §. Quod autem & seq. §. vnde.

2. Sed ego interrogatus de hoc casu, semper negatiuè respondi, cùm verba Pontificis in Breuibus, quæ solet expedire, sint satis clara. Et quidem interpretatio dictæ clausulæ voluntaria videtur, ac gratis dicitur: nam ad quid Pontifices dictam clausulam, eo sensu, quo asseritur, vellent in talibus indultis apponere, cùm apertè hodie omnibus pateat, præceptum audiendi Missam in propria Parochia non extare, cùm sit per contrarium vsum derogatum? Et ideò hæc opinio est contra praxim Romanæ Curiæ, & contra mentem Pontificis, vt testatus est mihi Illustrissimus Maraldus, qui dicta Breuia ex mandato Pontificis expedit, & componit, atque ideò necessariò eius mentem & intentionem scire debet. Et ita tenent ferè omnes ministri huius Curiæ, vt Illustrissimi Franciscus de Albiciis, & Franciscus Pauluccius, cum aliis.

3. Rectè itaque dixit Pater Garcias *in Summa Theol. mor. tract. 3. difficul. 8. dub. 2. punct. 9. numero 17.* [Pecan mortalmente los estraños, que non son criados, ni familiares del señor de la casa, si en los dias de fiesta

oyganalli Missa sin oyrla en otra Iglesia: porque estos tales no cumplen cùm el preceto por solo que la oygan en los Oratorios, pues el priuilegio no solo no les fauorece, sino que los excluye, por cuya razon parece que aunque tuuiessen licencia de su Cura, que no bastaria, si bien por lo contrario esta, que estas licencias sedan sin perjuyzio de los Parrochos, aqui y à dà licencia, luego no se haze perjuyzio? con todo eso, ne me atreuo a decidir esta question, porque non lo hallo en Dotor alguno.] Ita ille. Si igitur Garcias dubitat, an audientes Missam in dictis Oratoriis de licentia Parochi satisfaciant præcepto, quid diceret de opinione supradictorum Doctorum asserentium absolutè, sæculares audientes Missam in priuatis Oratoriis magnatum, præcepto satisfacere? non possum itaque supradictæ sententiæ adhærere, quam etiam refellit Bonacina *de sacram. disp.4. q. vlt. punct.12. num.4.* & Marchinus *de sacram. Ordinis, tract.3. part.3. cap.9. num* 10. vbi explanans illa verba Pontificis; vt alij præter famulos illius personæ, cuius contemplatione dicta licentia impertitur, seruitio necessarios, ibidem Missæ interessentes diebus festis de præcepto ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia minimè liberi censeantur. Ex quibus verbis, ait Marchinus, euidenter colligitur, peccare mortaliter extraneos, qui non sunt de familia illius, cui tale priuilegium concessum est, si die festo in dicto Oratorio Missæ interfint, nec aliam audiant; nam isti, præcepto audiendi Missam in die festo minimè satisfaciunt, quòd hoc priuilegium Pontificium minimè illis suffragetur. Ita ille, cui adde Riccium *in Praxi tom.1. resolut.467. num.23.* Bariolam *in aphor. littera O, verb. Oratorium 2.* & Molfesius *in summa tom.1. tract.3. cap.17. num.70.* vbi ita asserit: Vt autem quis satisfaciat præcepto, debet audire Missam in Ecclesia, vel aliis locis à Prælato loci deputatis. At si in Oratoriis priuatis in propriis domibus quis audiret Missam, non satisfaceret præcepto, nisi sit de personis, quæ comprehenduntur in solitis licentiis, quæ conceduntur per Apostolicam sedem. Ita ille. Vnde apparet hanc sententiam esse communem inter Doctores, & meritò quidem, cùm verba Pontificis in Breuibus sint luce meridiana clariora.

Sup. hoc pro Oratoriis Cardinalium, in Resol. nor. præteritæ §. Ad quartam & pro Oratoriis Episcoporum, & Regularium, ibi in §. Quod autè & seqq. & in §. Hinc & in fine huius Resol. & infra in tr. 8. Resol. 81. §. 1. paulo post initium, recitâter Versic. & in diebus festiuis.

4. Secùs autem dicendum puto de audientibus Missam in Oratoriis Episcoporum, in Oratoriis Regularium, & in Oratoriis ex priuilegio Bullæ Cruciatæ, nam vt optimè obseruat Quintanadueñas vbi supra, non adest limitatio apponi solita à Pontifice in licentiis pro Oratoriis priuatis, quas magnatibus particularibus concedit.

5. Vnde ex his infertur contra Patrem Pellizzarium *num.156. & 157.* in casu quo quis nèqueat audire Missam de præcepto, nisi in Oratorio aliquo priuato, non teneri illam ibi audire, quia non comprehenditur sub concessione: Et è contrà, si quis audiuit Missam in Oratorio priuato bona fide, si postèa cognoscat id esse sibi prohibitum, quia est excluſus ab illo indulto, teneri audire aliam Missam, vt adimpleat præceptum. Ex his etiam sequitur peccare habentem Indultum Oratorij priuati, si sit in causa, vt die festo personæ prohibitæ audiant ibi Missam. Sed Pater Pellizarius in his omnibus asserit probabiliter dici posse contrarium; putat enim, vt diximus, validè, & licitè posse audiri Missam in Oratorio priuato à quocumq; fideli.

6. Ad auctoritatem verò Doctorum asserentium interessentes Missæ in priuatis Oratoriis satisfacere præcepto, respondeo quòd dicti Doctores intelligendi sunt de priuatis Oratoriis confraternitatum laicorum, quando inter se audiunt Missam clauso ostio, vel de illis, qui habent facultatem audiendi Missam in priuatis Oratoriis, vt qui habent Bullam Cruciatæ, & qui illam audiunt in Oratoriis Regularium, & Episcoporum, * vt suprà diximus.

*Supra in §. Secus huius Resol. & in aliis §§. eius annot.

RESOL. XLIII.

Quam licentiam habere debeant Regulares vt possint celebrare in Oratoriis priuatis? Idem quæritur de Sacerdotibus sæcularibus. Ex p.9. tract.1. Ref.16.

§.1. POntifex in breui solet apponere hanc clausulam, vt Missa dici possit per quemcumque sacerdotem ab Ordinario approbatum sæcularem, seu de superiorum suorum licentia Regularem. Hoc supposito, sic ad dubium respondet. Quintanadueñas *in Theol. mor. tom.1. tract.7. singul.32. n.4.* sufficit licentia tacita, vel præsumpta superioris, vt Regulares in priuato Oratorio celebrent: hanc enim ad multò grauiora sufficere docent Doctores, & hæc, vt minimum semper interuenit, cùm ad dicendum Missam in Oratoriis eos frequenter superior mittat, sciatque sæpissimè ibi celebrare. Et P. Pellizzarius *in man. Regular. tom.2. tract.8. cap.2. sect.2. num.46.* putat sufficere approbationem generalem celebrandi Missam, non autem requiri specialem approbationem ad celebrandum in Oratorio priuato: & hoc procedere de Sacerdote tam sæculari, quàm Regulari. Tum, quia vbi agitur de obligatione, stricta fieri debet interpretatio; ac proindè, cùm hîc requirat approbatio Ordinarij ad celebrandum in Oratorio, & verba relata breuis commodè possint explicari de approbatione generali, ea non debent ampliari ad approbationem specialem. Tum quia lex obligatoria debet semper interpretari in mitiorem partem: ergò & obligatio approbationis petita in breui hoc eodem modo interpretanda est: quod vtique fit, si dicamus, Breue loqui de approbatione generali.

RESOL. XLIV.

An in Oratoriis priuatarum ædium possint Regulares ministrare Eucharistiam, non obstante prohibitione Episcopi?

Et an Sacerdotes sæculares in supradictis Oratoriis possint sacram Eucharistiam ministrare, si ad id faciendum eligantur virtute Bullæ Cruciatæ? Ex p.4. tr.4. & Misc. Ref.14.

§.1. NEgatiuè videtur respondendum ex nostra Synodo Panormitana Eminentiss. Domini mei Cardinalis ab Auria *part.2. cap.2. num.6.* vbi sic habetur. In Oratoriis priuatarum ædium, in quibus sanctæ Sedis Apostolicæ permissu celebratur, nemini vnquam sacra communio ministretur, nisi facultate ab Archiepiscopo petita, & ob iustam & necessariam causam obtenta. Ita *ibi*, quod etiam probatur ex Concilio Trident. *sess.22. in decreto de Obseruandis in celebratione Missarum*; vbi datur facultas Episcopis vt possint prohibere Religiosis, ne celebrent in Oratoriis priuatis sæcularium. Ergo Episcopi possunt impedire ne iidem Regulares ministrent communionem eisdem sæcularibus in dictis Oratoriis.

Tit. de Sacram. Euchar. fol. 80. & seq.

2. Verùm his non obstantibus nouissimè contrariam sententiam docet Laurentius Portel *in responsion. mor. part.3. cas.39. per totum*, quia Religiosi habent clarum priuilegium Pauli IV. *anno* 1557. & aliorum Pontificum ad dandam Eucharistiam sæcularibus extra Conuentus suos, nec constat vllum Papam hæc priuilegia reuocasse, ergo. Secundò ista prohibitio Episcopi ne Religiosi dent sacram Eucharistiam in his Oratoriis, in rigore est reuocatio dicti priuilegij concessi Religiosis, vt patet; sed Episcopus non potest reuocare priuilegia Papæ, neque id illi commisit Tridentinum

dentium *loco citato*, circa ministrationem Eucharistiæ extra Conuentum faciendam à Religiosis, licèt commiserit Episcopo, vt possit illis prohibere ne celebrent in Oratoriis, quod est nimis distinctum à ministratione Eucharistiæ, ergo, &c. Tertiò ministrare Eucharistiam hoc modo in Oratorio priuato nullum damnum & iniuriam infert Parocho, nam hæc communio est voluntaria, & non fit in articulo mortis neque in die Paschatis, ergo, &c. reliquas rationes videbis apud Portel. Rodriquez *in regul. qq. tom. 1. qu. 61. art. 3.* & Suarez *de Religion. tom. 4. lib. 9. cap. 3. §. dices ergo.* Ad rationem verò desumptam ex authoritate Concilij Tridentini respondet idem Portel *vbi suprà*, ego puto hanc sententiam esse probabilem, sed Regulares consulo, hoc ne faciant cum displicentia Episcoporum.

3. Nota etiam quòd non obstante prohibitione dicte Synodi Panormitanæ in rigore Sacerdotes sæculares possunt ministrare Eucharistiam in dictis oratoriis, si eligantur ad id faciendum virtute Bullæ Cruciatæ. Nam Episcopus non potest tollere priuilegium à Papa concessum; verùm etiam eosdem consulo, vt hoc faciant cum licentia Episcopi.

RESOL. XLV.

An Regularis celebrans in Oratorio priuato possit aliis Eucharistiam ministrare?

Et quis contradicentibus Episcopis?

Et docetur Episcopos non posse prohibere Regularibus, ne ministrent Eucharistiam in priuatis Oratoriis. Ex p. 9. tract. 1. Res. 8.

§. 1. Affirmatiuam sententiam, quam ogo olim docui, docet nouissimè me citato Quintanaduenas *in Theol. mor. tom. 1. tract. 7. singul. 33. num. 8.* vbi sic ait: In his priuatis Oratoriis possunt Regulares ministrare Eucharistiam sæcularibus, non obstante Episcopi prohibitione. Sic Portel. *resp. par. 3. cap. 39.* Diana *4. par. tract. 4. resol. 14.* Quia habent Priuilegium Pauli IV. anno 1557. & aliorum Pontificum ad dandam Eucharistiam sæcularibus extra Conuentus suos, ac proinde seculares ad eam accipiendam etiam licentiam habent: Episcopus verò non valet impedire Pontificis priuilegia. Neque hinc irrogatur Parocho iniuria: cùm non sit danda in mortis articulo, nec in die Paschatis. Consule Rodriquez *tom. 1. quæst. 61. art. 3.* Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 9. cap. 3.* Portel. *vbi supra*: Sed nihilominùs Regularibus confiterem, ne id faciant inuitis Episcopis. Hoc etiam illis consulit Sixtus IV. quoad vsum amplissimi privilegij concessi Fratribus Ordinis Prædicatorum ad administrandam Eucharistiam sæcularibus, vt habetur in Bulla, quæ incipit: *Sedis Apostolicæ*: Ita Quintanadu. cui adde ex eadem Societate Patrem Escobar *in Theolog. mor. tract. 7. Exam. 6. cap. 5. n. 63.* qui citat Suarez.

2. Nec te terreat, amice Lector, auctoritas Patris Pellizarij *in Man. Regul. tom 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. num. 147.* vbi asserit, quòd Priuilegium Pauli IV. concessum Minoribus, & relatum à Rodriquez *in Bullario, Constitut. 3. Pauli IV.* & alia Indulta ab eodem Rodriquez adducta *tom. 1. quæst. 56. art. 3.* quibus nituntur Portel & aliqui alij, non sunt ita clara. Et ideò ibi Pellizarius tenet, quòd si Episcopus hoc prohibeat Regularibus, ipsos non posse in priuatis Oratoriis Eucharistiam ministrare.

3. Sed, nota dictum Pellizarium, me citato, mutasse sententiam; nam posteà *in dicto tract. 8. c. 3. sect. 3. num. 312.* sic ait, Quæres, an Regulares ex suis priuilegiis possint ministrare Eucharistiam sæcularibus etiã extra proprias Ecclesias: Respondetur, posse, & quidem non solùm in Ecclesiis Parochialibus, (si adsit licentia Parochorum,) sed etiam in Oratoriis ædium priuatarum: idque non obstante Episcopi prohibitione. Ita Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 10. lib 9. cap. 3. num. 11.* & quoad primam partem, quam docet Portel. *verb. Sacr. administr. n. 8.* probatur ex concessione Pauli III. facta Religiosis Societatis, quæ est ampla, nec restringitur ad vllum locum (vt constat ex tenore illius, (& maximè ex illis verbis: *Et post, seu ante Missæ celebrationem, aut aliàs Christi fidelibus Eucharistiam ministrare.* Vbi ly, *aliàs*, extenditur ad omnem modum ministrandi hoc Sacramentum: sicque per se non excluditur vllus locus neque Parochialis, dummodo, vt dixi, id fiat de licentia Parochorum; non enim æquum est ingredi in messem alienam inuito domino. Quoad secundam verò partem, quam sustinet Diana *part. 4. tract. 4. resol. 14.* cum Portel. *part. 3. resp. mor. casu 39.* & aliis,) probatur: tum, quia Regulares ex concessione Bullata Pauli IV relata à Rodrig. *in Bullario, Constit. 3. ipsius Pauli IV.* habent ad id specialem facultatem, quæ sicut (quoad constat) à nullo Papa fuit reuocata, ita non potest abrogari ab Episcopo, nisi ex speciali commissione ipsiusmet Papæ: tum, quia tale priuilegium nequit dici antiquatum per non vsum, cùm Religiosi non amittant sua priuilegia ex non vsu, nisi talis non vsus sit 100. annorum, & concurrant aliæ conditiones: quæ tamen hìc non interueniunt: præsertim conditio temporis, cùm Bulla Pauli IV. edita sit anno 1557. & nondum elapsi sint 100. anni. Hucusque Pater Pellizzarius, docens de directo contrarium, quod *suprà in cap. 2 sect. 2. n. 147.* docuerat.

Quæ hic est Res. antecedens.

Sup. hoc nõ vsu in tom. 7. tr. 1. Res. 231. §. 2. ad lin. 8. & lege alium Vers. eius primæ annor. & in Resol. 256. §. vlt. sed lege eam per totam, & in tom. 6. tr. 2. Res. 25. §. 1. in fine, & in tom. 2. tr. 2. Res. 20. § Ad non vsũ.

4. Verùm, his non obstantibus, aliqui putant Regulares non posse ministrare Eucharistiam contra prohibitionem Episcopi, non obstante priuilegio Pauli IV. & aliorum Pontificum: & ita tenet Ioannes de la Cruz *de Statu Relig. lib. 2. cap. 5. dub. 7. conclus. 4.* cum Concilium Tridentinum *sess. 22. in Decr. de observand. in celebrat. Miss.* asserat: Non patiantur Episcopi, quòd Sacerdotes etiam Regulares in domibus priuatis, & omninò extra Ecclesiam, vel Oratoria, &c. celebrent: hinc fit, Religiosos, quandiù Episcopi non prohibent, posse ibi celebrare vigore suorum priuilegiorum: secùs si Episcopi prohibeant, tunc enim non possunt, cùm Concilium ibi expressè reuocet contraria priuilegia, etiam Regularium, & consequenter concedentia facultatem celebrandi in domibus priuatis sæcularium.

5. Vnde apparet, quàm Ego rectè olim consului Regulares, contradicentibus Episcopis, nè administrent in priuatis Oratoriis Eucharistiam. Et ideò, me citato Pater Lezana *in Summa tom. 3. verb. Eucharistia, num. 11.* sic ait: Meritò relatus Diana consulit Regularibus non vti illo sine consensu Episcoporum, præsertim cùm Concilium Tridentinum *sess. 22. in Decret. de observand. in celebr. Miss.* concesserit Episcopis facultatem prohibendi Regularibus, ne celebrent in Oratoriis priuatis ab eisdem non approbatis; consequenter enim videtur etiam posse illis prohibere, ne Eucharistiam administrent. Ita ille. Et ante illum, me etiam citato, Ioan. Maria Nouarius *in Lucerna Regular. verb. Eucharistia, num. 7.* sic asserens: Potest per Regulares ministrari sæcularibus in priuatorũ ædium Oratoriis: quia illi habent priuilegium Pauli IV. de anno 1557. & aliorum Pontificum ad dandam Eucharistiam sæcularibus extra Conuentus proprios. In terminis probat Portel. *in respons. mor. part. 3. casu 39.* & eum sequitur modernissimè Antoninus Diana *resolut. mor. part. 4. tract. 4. Miscellan. res. 14.* affirmantes, id posse agere non obstante Episcopi prohibitione, licèt consulant, ne id agant inuitis Episcopis,

Quæ est Res. antecedens.

ad quorum fauorem satis concinit Sac. Conc. Trident. *sess. 22. in decret. de obseruand. in celebrat. Missar.* vbi statu cautum, licere Episcopis prohibere Regularibus, ne celebrent in Oratoriis priuatis sæcularium. Igitur idem respectu prohibitionis, ne sæcularibus ibidem communionem ministrent. Hæc Nouarius. Itaque ante Episcopi prohibitionem, vt rectè obseruat Ioan. de la Cruz, *vbi supra*, Regulares ministrent Eucharistiam virtute suorum priuilegiorum quibusque; at si Episcopus hoc facere illis prohibeat, abstineant prorsus Eucharistiam ministrare. Vide etiam Auersam *de Sacram. Euchar. quæst. 11. sect. 14. §. 8.*

6. Sed post hæc scripta inueni Patrem Pellizzarium *in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 2. num. 93.* absolutè docere, Episcopos non posse prohibere Regularibus, ne ministrent Eucharistiam in priuatis Oratoriis. Sic itaque asserit: Quæres, an Regulares libere possint celebrare in priuatis Oratoriis sæcularium legitima facultate concessis ipsis sæcularibus? Respondetur posse; & quidem non obstante Concil. Trident. *sess. 22. in Decreto de obseruand. & euit. in celebr. Missar.* vbi dicitur: Néve patiantur in priuatis domibus, atque omninò extra Ecclesiam, & ad diuinum tantùm cultum dedicata Oratoria ab eisdem Ordinariis designanda, & visitanda, Sanctum hoc Sacrificium à sæcularibus, aut Regularibus quibuscunque peragi. Vnde colligunt Doctores, Episcopos vi huius Decreti posse prohibere etiam Regularibus, ne celebrent in Oratoriis priuatis sæcularium: siquidem talis prohibitio sano modo debet intelligi, si, videlicet, dicta Oratoria non decenter seruentur, &c. quod ego colligo ex illis verbis: *Ad diuinum tantùm cultum dedicata, & ab eisdem Ordinariis designanda.* Aliàs enim cùm Concilium loquatur, tam de Sacerdotibus sæcularibus, quàm de Regularibus, omninò abrogaret, & ablegaret à domibus sæcularium vsum Oratoriorum priuatorum, quod tamen est contra communem vsum, ac sensum Doctorum. Vnde sequitur, malè aliquos inferre ex supradicto Decreto Concilij Tridentini posse Episcopos prohibere Regularibus, ne in Oratoriis priuatis sæcularium ministrent sæcularibus Eucharistiam, id colligentes ex eo, quòd vi præfati Concilij possunt Regularibus prohibere, ne in dictis Oratoriis celebrent: primò enim id non est verum absolutè (vt iam diximus: secundò, dato etiam, quòd Episcopi possent Religiosis prohibere, ne in Oratoriis priuatis sæcularium celebrent, non ideò sequitur hoc ipso etiam posse illis prohibere, ne ibi Eucharistiam administrent, vt fusiùs probat Portel. *part. 3. respons. moral. casu 39.* & maximè ex eo, quòd celebrare, & ministrare Eucharistiam sunt quid diuersum: à diuersis autem fit illatio in odiosis. Ita Pellizzar. Sed non est cum Episcopis litigandum, verùm & ipsi non deberent Regularium priuilegia infringere. Et præter Doctores supracitatos in fauorem Regularium videndus est omninò Pater Stephanus Baunyus ex Societate Iesu, qui *in Theol. moral. tom. 1. tract. 5. q. 19.* mordicùs sustinet, & probat, Episcopos non posse interdicere Regularibus, ne aliqui in Oratorio, aut Templo extra Domum suam, aut Conuentum Sacram Eucharistiam impertiant.

Sup. hac quæst. in fine §. verum, & in principio §. vnde, huius Res. & in tom. 7. tract. 1. ex Res. 34. lege doctrinam §. secundi. & à §. Hoc supposito.

RESOL. XLVI.

An Sacerdos sæcularis possit virtute Cruciatæ in Oratoriis priuatis ministrare Eucharistiam?

Quod idem infertur de Sacerdote Regulari. Ex part 9. tract. 1. Resol. 9.

1 libi inf. in A. 3. Res. 123. & hîc

§. 1. PRo affirmatiua sententia alibi sapientissimum Vasquez adduxi. Probatur hæc opinio, non ex eo, quòd per Bullam detur potestas eligendi Confessarium pro absolutione sacramentali: nam licentia ad ministrandum vnum Sacramentum, non intelligitur concessa ad aliud Sacramentum, & maximè quando est maior, aut diuersa ratio, vt facultas detur ad vnum, & non ad aliud; non fundant ergo prædicti Auctores suam sententiam in hoc, sed in concessione directa recipiendi, etiam tempore Interdicti, Eucharistiam, & alia Sacramenta, præterquàm in die Paschæ: cùm igitur in hac concessione nulla fiat limitatio ex parte Ministri, seu non restringatur facultas, vt à proprio Sacerdote Eucharistia sumatur, poterit vi Bullæ accipi à quocunque Sacerdote, & quocunque tempore, præter Pascha.

2. Et si quis ad hoc argumentum respondeat, facultatem hanc subintelligi cum conditione, nempe, posse per Bullam etiam tempore interdicti recipi Eucharistiam; ab eo tamen, qui aliàs extra Interdictum de iure potest illum administrare. Contrà est: quia, si hoc Pontifex intenderet, nulla esset ratio excipiendi diem Paschæ: nam certum erat tempore Interdicti, etiam in die Paschæ posse Eucharistiam recipi à proprio Pastore, vel ab alio ex eius licentia: proinde si Pontifex in hac clausula loqueretur de receptione Eucharistiæ in ordine ad proprium Pastorem superflua fuisset exceptio illa: signum igitur est, loqui præscindendo à licentia proprij Pastoris, & loqui de quocumque Sacerdote.

3. Verùm aduersus supradicta insurgit nouissimè Pater Bardi *in Bull. Cruc part. 2. tract. 2. cap. 6. sect. 3. n. 3.* Cardinalis de Lugo *de Sacrament. Euchar. disp. 18 sect. 2.* & alij, ita vt Nugnus *in 3 part. quæst. 82. art. 3.* affirmatiuam sententiam improbabilem vocauerit. Sed ego puto, sententiam Vasquez non carere probabilitate, licèt negatiua sit probabilior, & consulenda. Vnde me citato, affirmatiuam sententiam tenet Auersa *de Sacram. Euchar. qu. 11. sect. 14. §. 8.* vbi sic ait: Potest in tali Oratorio ministrari Eucharistia communicare volentibus ex deuotione à Regularibus habentibus priuilegium ministrandi, non obstante prohibitione Episcopi. Affirmat Portel *in respons. moral. par. 3. casu 39. resol. 14.* qui tamen consulit, ne Regulares id faciant cum displicentia Episcoporum. Vt etiam concedit, posse à Sacerdotibus sæcularibus in iisdem Oratoriis ministrari iis, qui per Bullam Cruciatæ habent priuilegium suscipiendi Sacramenta à Sacerdote, quem elegerint. Sed consulit, ne id fiat absque licentia Episcopi. Et ita quidem in vtróque capite seruandum est. Ita Auersa.

4. Nota tamen, quòd post hæc scripta inueni contra Bardi, Lugum, & alios, Castrum Palaum *tom. 4. tract. 21. disput. vnica, punct. 18. num. 4. & tract. 25. disput. vnica, punct. 6. num. 15.* docere, virtute Cruciatæ posse extra Pascha recipere Eucharistiam à quolibet Sacerdote, siue Regulari, siue sæculari, tametsi aliàs facultatem non haberet: quia priuilegium Bullæ Cruciatæ non solùm pro tempore Interdicti, sed extra Interdicti tempus. At si extra Interdicti tempus priuilegium non est suscipiendi Eucharistiam à quolibet simplici Sacerdote, nullum est priuilegium; nam à proprio omnes recipere possunt: ergo vt priuilegium illud aliquid operetur, affirmandum est, virtute illius quemlibet Sacerdotem ministrare Eucharistiam posse habenti Bullam, siue in Ecclesia, siue in Oratorio.

5. Neque obstant rationes contrariæ. Nam ex receptione Eucharistiæ non infertur, reliqua omnia Sacramenta recipi à quolibet posse; sed ea tantùm, quæ à Parochis, & Sacerdotibus ministrari solent: quia de his est sermo, non de Sacramentis, quæ à solo Episcopo ministrantur: quippe iura episcopalia intacta esse debent. Quapropter ex vi illius facultatis non videtur

videtur improbabile, quod tradit Vasq. *tom.3.in 3.par. quæst.77. disp.219. cap.5. num.54.* Extremam-Vnctionem recipi à quolibet Sacerdote posse, & pœnitentiam à quolibet approbato. Neque obest, quòd infirmis concedatur facultas eligendi quemlibet approbatum: quia conceditur cum potestate ad absoluendum à reseruatis, quæ potestas in hac priori concessione generali non continebatur. Neque inde fit, irrequisito Parocho, posse quemlibet matrimonio assistere: quia matrimonium non ministratur à Parocho, sed ibi ipsis contrahentes ministrant: ideóque ibi pro matrimonij Sacramento nulla datur facultas. Ordo autem, & Confirmatio, vtpote Episcoporum propria, nequaquam conceduntur ab aliis, quam à propriis recipi. Ab illis tamen tempore Interdicti recipi posse videtur. Hactenus Palaus. Sed aliqua ex supradictis, alibi non admittunt. Vide etiam ipsum *tr.21. disp. vnica, punct.8. n.4.*

6. Dicendum est igitur, facultatem virtute Cruciatæ Bullam recipiendi Eucharistiam in Oratorio à quolibet Sacerdote, etiam simplici, non fundari in eo, quòd in eadem Bulla conceditur facultas eligendi Confessarium, vt aliqui falsò existimant, cum sint duæ actiones separabiles inter se: sed fundari in eo quòd *ibid.* conceditur expressè facultas celebrandi, seu celebrare faciendi Missam, Eucharistiam, & alia Sacramenta, etiam tempore interdicti, ministrandi; præterquàm in die Paschatis esto renuat Suar. eit id concedere, forsitan quia Bullam Latinam non legerat. Et ita tenet Ludouicus à Cruz *in Bull. Cruc. disp.1.c.5.dub.6 n.15.*

7. Sed cum hæc probabilia sint an hodie quis possit vti dicto priuilegio Bullæ in priuatis Oratoriis, tu cogita, stante declaratione Sacræ Congregationis posita in fine Resolutionis quintæ.

RESOL. XLVII.

Quid concedat priuilegium Cruciatæ, quando Commissarius dispensat circa horam celebrandi in priuato Oratorio? Exp.9.tr.1.Res.30.

§.1. AD hanc quæst. respondeo cum Castro Palao *tom.4. tr.25. disp.vnica punct.6.n.10.* vbi sic ait: Quinò, habenti Bullam conceditur, vt celebret, vel celebrari faciat in sua, suorúmque familiarium, domesticorum, & consanguineorum præsentia, (si facultatem obtinuerit à Commissario generali,) per horam antequam elucescat, vel per horam post meridiem. Nam, cum iure communi, & consuetudine recepta ante auroram neque post meridiem celebrari possit, necessariam fuit hoc priuilegium, vt Missa ante auroram, & post meridiem per horam celebraretur. Quapropter virtute illius poterit Missa inchoari duabus horis cum dimidia ante Solis ortum, & prima hora post duodecimam in meridie. Ita ille, cui adde Acosta *in Bull. Cruciat. q.31.*

2. Sed Pater Bardi *in Bull. Cruciatæ, part.1. tract.4.c.2. n.4.* opponit aliquas difficultates circa supradictorum opinionem, videlicet, hanc anticipationem vnius horæ non esse accipiendam vltra totum tempus de Iure communi concessum, & in quo absque priuilegio potuit celebrari: & hoc, quia videtur gratis id affirmari, cum ex verbis priuilegij non colligatur aliud, nisi præuentio vnius tantùm horæ ante lucem, (& idem de hora post meridiem.) Et confirmari potest hæc opinio euertendo fundamentum, cui innitutur contrariæ sententiæ defensores: nam falsum est, priuilegium istud esse inutile, & nihil operari: quia cùm dubitetur apud Doctores, an anticipatio temporis ante auroram sit per mediam horam, an verò plus, aut minus, Pontifex determinatè concedit, anticipari posse per horam, (& idem dico de hora post meridiem,) & sic tolluntur dubitationes, & scrupuli quibus celebrantes angustiari possunt. Rursus addo, quòd etiamsi dicerem us, per priuilegium istud non concedi effectum realiter distinctum ab eo, quem concedit ius commune, non sequitur priuilegium esse inutile: quoniam, vt rectè animaduertit Suarez *de legib. lib.8.q.22. num.13.* & Merolla *tom.3. disp. mor. disp.6.cap.6.num.3.* effectus priuilegij potest distingui ab effectu iuris communis, vel secundùm rem, seu substantiam, vel tantùm secundùm modum, aut nouum titulum; quatenus nouo titulo idem effectus conceditur: & licèt actu vtilitatem & commodum minimè trahat; satis tamen est, vt trahat aptitudine, seu habitu, in quantum posito, quòd ius commune contrarium posteà decernat: nihilominùs non obstante tali Decreto, effectus erit licitus vi priuilegij; & si priuilegium non extaret, effectus, stante dispositione contraria, esset illicitus; proinde semper verificabitur, de ratione priuilegij esse aliquid operari siue quoad rem, siue quoad modum sit distinctum ab effectu iuris communis: & in hoc sensu explicandi sunt Authores citati pro prima sententia, & reliqui Canonistæ docentes, de ratione priuilegij esse aliquid in priuilegiato operari. Addo, neque esse omninò inusitatum concedi priuilegia solùm ad sedandas conscientias, quando opinio non est omnino certa. Hæc omnia Pater Bardi: qui tamen posteà, his non obstantibus, me etiam citato cum multis aliis, priorem sententiam tutam esse in praxi affirmat, docens priuilegium Cruciatæ intelligendum, sicuti & aliud priuilegium, quod habent Regulares.

RESOL. XLVIII.

An vigore priuilegij Bullæ Cruciatæ possit quis habere Oratorium priuatum in sua domo, & in illo Missam audire, vel celebrare extra tempus interdicti? Ex part.9 tract.1.Res.23.

§.1. IN *Summ. Bullæ Cruciatæ Latinæ* hæc habentur [Conceditur, vt dicto anno durante possint in Ecclesiis, in quibus alias diuina Officia, interdicto durante, quomodolibet celebrare permissum fuerit, vel in priuato Oratorio ad diuinum cultum tantùm deputato ab Ordinario visitando, & designando, etiam tempore interdicti, cui ipsi causam non dederint, vel per eos non steterit, quominùs amoueatur, (& qui facultatem ad id à Commissario Generali habuerint etiam per horam, antequam elucescat dies, & per horam post meridiem,) in sua, ac familiarum, & domesticorum, & consanguineorum suorum præsentia Missas, & alia diuina Officia per seipsos, si Presbyteri fuerint celebrare, vel per alium celebrari facere, & tempore interdicti diuinis interesse. Eis tamen qui priuato Oratorio ad præmissa vti voluerint, vt, quoties id fecerint aliquas preces Deo pro vnione Principum Christianorum contra infideles, eorundémque contra eosdem victoria fundere teneantur, imponitur, Item, Eucharistiam & alia Sacramenta, præterquàm in die Paschatis, recipere.] Sup. hoc inf. in Resol.59. §.1. in principio, vsque ad medium, & in alio §. eius annot.

2. Hoc supposito, pro *inferiùs* dicendis in proposita quæstione, affirmatiuam sententiam tenet Sotus *in 4.dist.13.quæst.2. art.3.§.Iam verò* & Castrus Palaus *to. 4 tr.25. disp. vnica, punct.6. n.1.* cuius verba hîc per extensum apponam; sic enim ait: [In hac clausula conceditur facultas habendi Oratorium priuatum ad celebrandum, quocumque anni tempore, vti cum Henriquez, aliísque Neotericis notauit Ioannes de Salas *in explicat. Cruciat. quæstion.19.* Nam, esto, in prædicta concessione non habeatur expressè, manifestè supponitur: tum, quia conceditur, vt in priuato Oratorio,

Oratorio, tempore interdicti, celebretur. Ergo supponitur concessum aliis temporibus, vtpote quod minus est; ex reg. iur in *6. Cui conceditur quod est plus conceditur, quod est minus.* Tum ex illa dictione, *etiam* quam addit Bulla Latina, quæ casum difficiliorem, & magis dubitabilem exprimit; supponit tamen faciliorem, & minus dubitabilem, qualis erat extra tempus interdicti *argum. leg. Conuenticula. C. de Episc. & Cler. l. Etiam. C. Si tutores, vel curatores & Clement. Religiosus. de præscript. & Clem. vnica, de supplenda negligentia Prælatorum, Clement. Nolentis de Hær.* & in eisdem Zabarella. Quod procedit etiam in materia stricta, & exorbitanti, vt tradit Menoc. *de recup possess. n.* 56. Selua *cons.* 64. *n.* 10. Iure namque commun celebrari non potest alibi quàm in locis consecratis, seu ab Episcopo benedictis, nisi forte summa exegerit necessitas ex text. in cap. *Sicut non alij, de consecr. dist.* 1. cap. *Missarum* cap. *Hic ergo*, & aliis *eadem dist.* & cap. *Episcoporum de priuil. in.* 6. vbi suppositum facientes ab ingressu Ecclesiæ interdicuntur; & ex Conc. Trid. *sess.* 22. *decreto de observ. & vit in celebr. Miss.* vbi excipitur Episcopi dispensatio. Bulla ergo concedit sumenti ipsam, vt possit habere priuatum Oratorium, & in eo Missas celebrare, vel celebrari facere, dummodo Oratorium sit diuino tantùm cultui deputatum, & ab Ordinario designatum iuxta formam in Tridentino præscriptam, & dum eo quis vtitur, fundat preces pro vnione Christianorum Principum, & eorundem contra Infideles victoria. Quòd si roges, quid operatur hoc Bullæ priuilegium, si expectanda est Episcopi approbatio, visitatio, & designatio? Respondeo, multùm operari. Primò, non esse opus licentiam, & facultatem Ordinarij, sed solùm illius designationem, seu approbationem, etiam absque necessitate vrgente, vti dicitur cap. *Sicut non alij, de consecr. dist.* 21. Secundò, vt non requiratur approbatio Ordinarij illius loci, sed cuiuscumque Ordinarij approbatio sufficiat, sicuti in confessore electo docent plures, approbationem cuiuscunque Ordinarij, siue loci, siue pœnitentis, siue Confessarij, sufficere. Tertiò, & præcipuè operatur, vt Episcopus sit obligatus, & cogi possit approbationem concedere, si locus decens est, & diuino cultui deputatus; indicant illa verba, *ab Ordinario visitando, & designando.* Neque oportet Oratorium antea esse diuino cultui deputatum: sat est, per illam approbationem, & Episcopi designationem deputari: profana enim sacra fieri possunt. Quòd si postmodum profanis vsibus deseruiat, noua deputatione Ordinarij indigebit.] Hucusque Palaus. Et hanc sententiam probabilem esse putat, & testatur docere plures Patres Societatis Iesu, Garcias *in Theol. mor. tract.* 3. *diffic.* 8. *dub.* 2. *punct.* 3. *numero.* 25. licet ipse negatiuæ sententiæ adhæreat. Itaque affirmatiuam ego prorsus reiiciendam esse puto cum Ægidio Trullench *in Bull. Cruc. lib.* 1. §. 1. *dub.* 5. *n.* 7. Nam, etsi verissimum sit, vt *sup.* tetigimus licere per Bullam celebrare vel celebrari facere in Oratorio priuato ab Episcopo approbato; existimo tamen per illa verba Bullæ nullo modo concedi eam habenti, vt possit habere in domo sua Oratorium ad diuinum cultum, & ad Missam celebrandam. Ducor, quia Bulla indifferenter conceditur omnibus cuiuscumque conditionis: & status fuerint: ergo omnes sine delectu, etiam mediocris facultatis, & possibilitatis, & infimæ sortis vellent, & possent habere Oratoria priuata; quod cederet in vilipendium tam tremendi Sacrificij, & in maximum Parochialium Ecclesiarum damnum: quod nullo modo est de Summo Pontifice præsumendum: imò potiùs contrarium, vt constat ex prædicta declaratione Cardinalium iussu Pauli V. edita, qui propter reuerentiam tam tremendi Sacrificij, & abusum fidelium, nullum ferè discrimen (vt *ibi* habetur) inter Ecclesiam Dei, & hominum habitationem ponentium, omnes licentias ab Ordinariis in priuato Oratorio celebrandi concessas omninò abrogarunt. Igitur si dicta licentia soli Pontifici reseruatur, & quæ antea erant concessæ, propter abusum, & irreuerentiam sunt derogatæ, & quæ de nouo conceduntur, cum tanta difficultate, & tantis conditionibus & limitationibus conceduntur, præsumendum non est intentionem Pontificis esse, eas tam facilè, & sine delectu, & discretione personarum concedere. Non ergo concedit Pontifex, vt habens Bullam possit habere Oratorium designatum, & visitatum ab Ordinario.

3. Meritò itaque dixit Garcias *vbi sub num.* 26. [Que por la Bula no se dà tal poder, ni se concede tal priuilegio, y que no pueden en virtud della vsar en orden à erigir el Oratorio, sino que la Bula quando dize, que en el puedan celebrar, y oyr Missa, suppone, que està erigido con deuida autoridad, y con licentia del que puede darlas, aora sea Papa, Nuncio, ò Obispo, que en esso no se pone la Bula. La razon potissima es, porque no es verisimil, que apretando tanto esto los Summos Pontifices, y atando las manos à los Obispos, y Nuncio de España, quiera abrirlas para qualquier seculer, que se le antojare hazer Oratorio en su casa. Y pregũto, si dà facultad à los seculares para esto, para que la niega à los Obispos, y à su Nũcio? de qua ha de seruir prohibirles, que den tales licẽcias, si los que las piden, pueden tomarse la iusticia por sus manos? si el abuso, ò por lo menos la latitud de dar estas licencias en los Obispos, y Nuncio, ha ocasionado al Pontifice para reprimirlas, y aun quitarlas, como se puede entender, que pretende dar en la Bula este priuilegio à todos los, que la tomaren?] Ita ille. Nec talis opinio video, quòd practicetur in Hispania; nam omnes recurrunt ad Pontificem, vel ad Nuntium; & si per Bullam habetur priuilegium, quomodo dicitur hanc authoritatem concedendi Oratoria habere Commissarium Cruciatæ? Quod etiam non esse admittendum, *in sequentibus Resolutionib.* probabimus.

RESOL. XLIX.

An saltem Commissarius Cruciatæ possit dare licentiam audiendi Missam, vel celebrandi in Oratorio priuato?

Ex p. 9. tr. 1. Ref. 24.

§. 1. VIdetur prima facie affirmatiuè respondendum ex his, quæ obseruat Ægidius Trullench *in Bull. Cruc. lib.* 2. §. 5. *dub.* 5. *num.* 7. vbi sic ait: [Obiter nota Alphonsum Perez *in lib. trium gra. fol.* 59. vbi agit de facultate Commissarij, ita habet: El comissario general tiene facultad de dar licencia para dezir Missa en Oratorio particular siendo primero visitado pol el Ordinario, y en Altar portatil. Quæ quidem facultas non continetur saltem expressè in Bulla Latina. Attamen, si commissarius generalis vtitur hac facultate, credendum est, id posse: nam, vt refert idem Alphonsus Perez *vbi sup. pag.* 60. credendum est Commissarij simplici assertioni, absque eo quòd fidem facit de litteris suæ facultatis. Ita enim habet: Al comissario general se le ha de creer diziendo que tiene facultad para la concession que hiziere, sin enseñar en ellas las letras de su comisiõ y facultad, y en todas las cosas, y casos de las dichas concessiones haze se fe assercion, como si las letras de facultades fueran insertas de verbo ad verbum. Et ita hanc sententiam tenet Valerus *in differentiis vtriusque fori, verb. Missa, differ.* 2. vbi ait: Præfatas licentias celebrandi in priuatis Oratoriis concedi à Commissario Bullæ Cruciatæ ex speciali commissione Papæ.]

2. Sed ego puto, hanc facultatem nunquam extitisse; quia

quia non video illam in Hispania practicatam,& Hispani semper hanc facultatem petunt à Pontifice, vel à Nuntio, cui aliquando Pontifex non concedit, vel tollit. Et idcò Garcias *in Sum. Theol.mor.tract.3. diffi-* cul.8.punct.1.num.15 sic ait : [Finalmente aora nouissimo, me en este Enero de 1644.me ha referido el Reuerendissimo p.Iuan Velez, Predicador de su Magestad, y Obispo electo de Guadalajara de las Indias, que le dixo el Señor Nuntio el Cardenal Pancirolo en Madrid, que tenia vn Breue de su Santidad, en que le prohibia dar licencia para dezir Missa en Oratorios priuados en casas de los seculares: y assi oy ya esta cerrada la puerta à esto de tal suerte, que solo el Papa puede.] Non est igitur admittenda dicta potestas in Commissario cruciatæ. Et ita nostram sententiam tenet etiam Quintanadueñas *in Theolog.mor.tom.1.tr.7. fn.33.n.7.* negans hanc facultatem Commissario post bene Pauli V.

RESOL. L.

An designatio Oratorij priuati virtute Bullæ Cruciatæ tempore interdicti possit fieri à quocumque Ordinario?

Et an hoc non procedat in designatione Oratorij priuati quod viris Nobilibus à Pontifice conceditur, sed talis designatio fieri debet ab Ordinario loci? Ex p.9.tr.1. Res.26.

§.1. NOminatim contra me negatiuam sententiam tenet doctus, & indissolubili amicitiæ vinculo mihi coniunctus P.Franciscus Bardi *in Bull.Cruc. part.2.tract.2. cap.2. sect.2. num.6.* Probat hanc sententiam primo,ex cap. *His ergo. dict.1. de consecr.* vbi statuitur,non esse licitum celebrare extra Ecclesiam consecratam,nisi in illis locis in quibus Episcopus proprius isserit : Episcopus autem proprius est Diœcesanus, sine cuius licentia inutilis erit quæcumque alia alterius Diœcesani : & ferè idem dicitur in c.*Clerici eodem tit.* & cap.*Quidam.18.q.2.* sic dicitur *Placuit igitur,neminem aut ædificare, aut construere Monasterio, aut Pratorij domum sine conscientia ipsius ciuitatis Episcopi, id est, sine eius consensu.* Rursus hoc ipsum docet Panormitanus *in Rubric. de consecr.Eccles.n.1.* inquiens : [in Oratoriis priuatis non celebretur sine licentia sui Episcopi.] Et hoc etiam significauit Anchoranus *in cap. Auctorit. num.2. de priu. in.6.* dum dicitur : *Pontifex concedit per hanc Bullam Sacrificium offerri posse tempore interdicti in Oratorio quod debet visitari,& designari ab Ordinario* : necesse est, vt intelligat de Ordinario illo, sine cuius licentia, vt statuunt fieri Canones, Missa extra Ecclesiam celebrari non potest, & hoc etiam modo conditio ista est interpretanda, dum in Breuibus pro personis particularibus conceditur facultas erigendi Oratorium in domo priuata, & praxis hoc ipsum ostendit : nam solus Ordinarius proprius pro exequutione Breuis Apostolici visitat, & designat locum. Præterea hanc sententiam docet Suarez *in 3. part.S.Thomæ, tom.3.disp.81.sect.3. post vers.Secundo obseruandum:* vbi tradit vniuersalem doctrinam dicens, ad vnumquemque Episcopum spectare in propria Diœcesi designare loca, in quibus vel Sacrificium offerre, vel Sacramenta ministrare liceat. Quam doctrinam etiam ponit Persicus *de offic. Sacerd. lib.1. cap.6. dub.3.num.22.* & idem asserunt Valquez *in 3.p.tom.3.disp.233. n.2.*ex Angelo, Fagundez *de præcepto Eccles.lib.3.cap.13.n.7. in fine* & alij. Ratio pro hac conclusione iam tacta est : nam, cùm visitatio, & designatio ista, sit actus iurisdictionis, & pertineat ad forum externum iudiciale, nequit ab Episcopo in non subditos, sed in proprios subditos exerceri.

2. Verùm, licèt hæc opinio sit probabilis, sententiam affirmatiuam, quam docui, non minùs esse probabilem existimo;& præter Trullench,& Ludouicum à Cruz, illam nouissimè tenet ex Societate Pater Quintanadueñas *in Theol. mor. tom.1. tract.7. sing.22. num.1.in fine* ;& doctus Pater Hieronymus Garcias *in Summa Theol. mor. tract.3.disput.8. dub.2. punct.3.numero* 24.vbi sic ait : [Quanto a lo primero,aduierto, que esto priuilegio de la Bula concede poder oyr Missa,yhazerla dezir en Oratorios priuados aprouados por el Ordinario ; que para esta approuacion no es necessario, que el Obispo Diocesano lo apruebe, sino que basta la aprouacion de qualquier Obispo, porque si para elegir Confessor, basta en opinion prouable, que lo esté por qualquier Ordinario ; à fortiori lo sera, que el Oratorio lo esté por qualquier.] Ita ille, cui etiam adde ex Societate Castrum Palaum *tom.4. tract.25. disp.vn. punct.6. num.3.* Vnde pro me, contra amicissimum Patrem Bardi, stant vsque adhuc quinque Doctores.

3. Verùm, cùm in foro externo Episcopus loci possit dissidia excitare, melius esset ab illo designationem, & approbationem Oratorij exposcere. Nota tamen, quòd licèt,vt dixi,nostra sententia sit probabilis, tamen non procedit in designatione Oratorij priuati, quod viris nobilibus à Pontifice conceditur: nam in concessione, & Breui Pontificio apponitur, vt talis designatio efficiatur ab Ordinario loci : & ita me citato tenet doctus, & amicissimus Pater Pellizzarius *in Manual. Reg. tom.2. tract.8. cap.2. sect.2. num.142.* Sup. hoc lege doctr. Res. & §. not. præteritæ.

RESOL. LI.

Qui intelligantur sub nomine domesticorum, vt possint in Oratorio priuato audire Missam tempore interdicti vigore Bullæ Cruciatæ?

Et an si quis stet extra domum Domini, si eius expensis alitur, possit gaudere dicto priuilegio Bullæ Cruciatæ?

Et an Dominus possit, audito Sacro, alteri interesse in gratiam famulorum, qui aberant?

Et notatur, quod Sacerdos priuilegiatus tempore interdicti, virtute Cruciatæ,potest eligere laicum vt inseruiat Sacro, si non inueniat Ministrum habentem priuilegium assistendi Diuinis tempore interdicti ; non autem hoc facere poterit, si Ministrum priuilegiatum reperiat. Ex p.9.tr.1.Res.27.

§.1. AD hoc dubium sic respondet Pater Bardi *in Bull. Cruc. part.2. tract.2. cap.3. sect.1. n.5.* [Domestici nuncupantur familiares ipsi, si in eadem domo cum domino habitant : & ita appellantur,quasi domui astantes. Ad rationem verò domestici non sufficit sola habitatio, veluti materialis in eadem domo; sed vlteriùs requiritur, vt ipsi habitantes alterutra subiectione ex enumeratis sint affecti, nempe, vel subiectione seruitutis, vel subiectione patriæ potestatis : quod expressè docet Felinus *cap. In litteris, de testib. num.1.* & Baldus, Archidiaconus, Ioannes Andreas, quos laudat & sequitur Sanchez *in opusc. lib.7. cap.1. dub.20.num.22.*ideoque optimè concludit Felinus ex sua, & aliorum sententia, per rationem domestici simpliciter acceptam importari quandam subiectionem : ex qua etiam infert, non omnes cohabitantes in eadem domo appellari domesticos ; & hoc quia possunt omni subiectione carere ad dominum totius familiæ.] Sup. hoc; sup. lege doctr. §.1.& 2.Res.41.dignanter §. vlt. & inf.ex Res.53.§. Sed.propè fin. & seq. & absque Cruciata supra ex Res. 33.§.vlt.pro parte.

2.Sed

2. Sed ego puto, quòd etiamsi aliquis stet extrà domum domini; si eius expensis alatur, quòd potest dici domesticus, & gaudere priuilegio Bullæ. Et ita hanc sententiam tenet Castrus Palaus *tom.4. tract.25. di p.vn.punct.6.n.6.* vbi sic ait: Quartò, conceditur in supradicto priuilegio, vt non solùm ipsi: sed etiam eius familiares, & domestici, & consanguinei possint Missas audire, & diuinis interesse. Bulla tamen Hispana mentionem solùm fecit familiarium, & consanguineorum, non domesticorum. Ex quo aliqui inferunt, verbum, *domestici*, potiùs restringere, quàm ampliare, vt supponat solùm pro familiaribus, qui domi commorantur, vt colligitur ex Nauarro, *cap.27.n.181.* Sed immeritò hæc fit restrictio, cùm extra domum Domini habitent plures, qui sumptibus domini aluntur, quique verè familiares sunt, imò & domestici dici possunt, quia ad ipsam domum pertinent.]

Sup. hoc in Res. seq §.2. ad med. & inf. in Res. 54. in primis quinque eius lin.

3. Sed, si quæras hic obiter, an dominus possit audito Sacro, alteri interesse in gratiam famulorum, qui aberant, non caret difficultate propter Gloss. *in c. licet* quæ id negat. Sed Auila *de censur.p.5.disp.4 sect.2. dub.7.§.Notandum*, probabiliter reputat fieri posse: quia non astringitur dominus vnico Sacro assistere, sed pluribus adesse potest. Vide Palaum *vbi supra num.7.*

Sup. hoc qaanuis absque Cruciata in to. 5. tr.4. Res. 8. & signanter in to.3. tr.6.ex Res. 65. lege doctrin.§.Ex dictis & §. Et tandem.

4. Nota tamen hic incidenter, quòd Sacerdos priuilegiatus tempore interdicti, vigore Cruciatæ potest eligere laicum, vt inseruiat Sacro, si Sacerdos non inueniat ministrum habentem priuilegium assistendi diuinis tempore interdicti, non autem fieri posse, si ministrum priuilegiatum reperiat: & ita sentiunt Auila *de censur.par.5.disp.4.sect.2.dub.7.* Portel *in dubiis Reg. verb.Interdictum*, *n.29.* & alij.

5. Sed hæc opinio mihi non placet: nam vt optimè docet Suarez *de legibus, lib.8.c.11.num.7.* posse inuenire ministrum priuilegiatum, esse quid accidentale, & ab eo non dependere vtilitatem huius priuilegij, quod per se efficax esse debet, & efficaciam transfundere in socium priuilegiati: additque hanc non esse extensionem, sed iuridicam, & rigorosam interpretationem priuilegij, quia concedens priuilegium, intelligitur concedere ea omnia, quæ ad vsum illius sunt accessoria, & à voluntate ipsius concedentis dependent, vt colligitur ex cap. *Præterea, de Off.Iud.deleg.* & ex Gloss. ibi: concesso enim principali, conceditur & accessorium, vt ead. Gloss. notat *vers. Ex eo quod*, hoc ipsum tenentur asserere Authores illi, qui hanc doctrinam admittunt, etiam in casu quo accessorium non est simpliciter necessarium, sed solùm decens: & ita affirmant de illo, qui habet priuilegium recitandi Matutinum diei sequentis paulò post meridiem, & vt adiuuetur in recitatione, assumit socium, in quo est eadem obligatio recitandi Horas canonicas; & tamen recitare Officium cum socio, non est simpliciter necessarium; sed solùm est decens, & conforme Choro Ecclesiastico igitur à fortiori hoc est concedendum in casu nostro, in quo minister ad inseruiendum Sacro est omninò necessarius.

RESOL. LII.

An tempore interdicti, vt quis possit celebrare domi in Oratorio priuato virtute Cruciatæ, sit omnino necessaria licentia Episcopi?

Et in dicto casu, quomodo intelligendum sit priuilegium cum consanguineis, familiaribus, &c. ad audiendam Missam in supradicto Oratorio?

Et an sit necessarium, vt semper sit præsens Dominus, vt possit celebrari Missa in dicto Oratorio pro consanguineis, familiaribus, &c. non præsente Domino. Ex p. 5.tr.10.Res.77.aliàs 76.

§.1. Respondeo tale Oratorium debere approbari ab Ordinario non desinam tamen hic adnotare quòd conditio ista, quam requirit Bulla, vt scilicet Oratorium approbetur ab Ordinario, probabiliter censent nonnulli, quod satis intelligitur de Ordinario illius vel alterius Diœcesis, nam si ad eligendum Confessarium pro reseruatis tenent nonnulli sufficere approbationem à quolibet Ordinario, vt ex dictis *cap.2.* abundè cõstat, etiam sufficiet similis approbatio Oratorij ad celebrandum in eo. Quòd si contingat locum esse decentem & idoneum ad arbitrium boni viri, & Ordinarius nolit illum approbare, nec facultatem præbere ad celebrandum in illo, potest certè compelli ad concedendam facultatem, quia non potest defraudare & priuare subditum priuilegio à Pontifice sibi concesso de habendo domi Oratorium; priuaret autem non concedendo licentiam. Imò qui vellet huiusmodi lites vitare, probabile satis videtur, quòd licitè posset tunc vti prædicto Oratorio, & in eo celebrare per se, vel per alium absque facultate Ordinarij, quia supposita decentia & idoneitate loci ad arbitrium prudentis viri, certè licentia iusta petita, & iniustè tum ab Ordinario negata, ipso iure intelligitur concessa à Papa. Hæc omnia docet Ludou. de la Cruz *in Bulla Cruc. disp.1.c.5.dub.1. n.4. & 5.* cuius doctrina est valde notanda: nam potest etiam deseruire in casibus quotidianis, quando Papa concedit aliquibus licentiam habendi Oratorium in domo pro celebratione Missæ.

2. Notandum est etiam hic quòd consanguineorum nomine de quibus loquitur Bulla, intelliguntur, qui sunt verè & propriè consanguinei vsque ad quartum gradum, tam si linea recta ascendentium & descendentium, quàm collateralium, seu transuersalium eo modo, quo diximus *suprà hoc §.dub.2. d.1.* nam Bulla generaliter loquitur, & sub nomine consanguineorum intelligitur vxor, & è contra vt dictum est *loco citato.* Igitur habens Bullam potest tempore interdicti localis generalis conuocare famulos, & famulas, qui ipsum comitari solent, & adducere ad Ecclesiam, vt secum Missam audiant, & pater, aut mater, aut alius sucs consanguineos vsque ad quartum gradum, & domesticos, vt secum in Oratorio etiam tempore interdicti Missæ interfint. Et ita docet Trullench *in Bulla Cruc. lib.1.§.3.dub.5.n.3.* qui *n.4* optimè aduertit posse dominum, aut consanguineum in Ecclesia assistere alij Missæ, vel in Oratorio aliam Missam celebrare facere simul cum reliquis familiaribus, vel consanguineis, & contra Auilam *de cens. p.5. disp.1. sect.2. dub.7. §.* qui oppositum iudicat satis probabile, nam Bulla non limitat ad vnam Missam, & sic Henriquez *lib.7.c.12. n.4.* ast in Oratorio etiam tempore interdicti Missa ratione Bullæ celebrari posse. Sed an dicto tempore interdicti familiares consanguinei, &c. debeant assistere simul cum domino habente Bullam in Oratorio, quando dicitur coram ipso Missa. Affirmatiuè respondet Henriq. *lib.7. cap.23.* Rodriquez *in Bulla §.5.n.5.* & Trullench. Quare ait ille si dominus habeat multos familiares & consanguineos, & cum multis audiuit Missam, nequeunt reliqui familiares, vel cogniti absente domino, vel consanguineo habente Bullam, aliam Missam audire. Sed hanc opinionem multi etiam probabiliter non admittunt. Et ideò Ludouicus de la Cruz *in Bulla Cruc. disp.1.c.5 dub.3.n.5.* sic ait. Id autem quod notat Rodriq. nimirum Missam celebrari non posse coram familiaribus, aut consanguineis, nisi ipso domino præsente, non placet quibusdam iuniorибus, quia Bulla concedit posse celebrari in sua familiarium, & domesticorum, necnon consanguineorum

rum suorum præsentia: ergo sicut posset celebrari in sola præsentia domini, non obstante illa particula cosola præsentia domini, non obstante illa particula cosola, & , ita etiam in sola præsentia famulorum, maximè habentium Bullam.

RESOL. LIII.

Quinam intelligantur consanguinei, vt possint in Oratorio priuato cum priuilegiato virtute Cruciatæ audire Missam?

Et quinam intelligantur familiares, & domestici? Ex p.9.rr.1.Resol.28.

NOmine consanguineorum, inquit Henriquez *lib.7. de indulg. cap. 13. n.2.* intelligi vxorem, filios, patrem, & matrem: quia non videtur vltra primum gradum concessio extendenda. Et ratio est, non, quia vox ista nequeat ad alios ampliari, sed ex intentione Pontificis volentis coarctare nomen ad vxorem, qua gaudere solet nobilitate & priuilegio viri, & ad cognatos in primo tantùm gradu: sed Author iste non se explicat, si per se primum gradum intelligat illum, qui est in linea tantùm recta, an etiam in laterali.

2. An mihi magis placet opinio Castri Palai *tom.4. tr.25. disp.vn.punct.6.n.8.* existimantis, comprehendi omnes cognatos, tam ascendentes, quam descendentes? & collaterales vsque ad quartum gradum: quia omnes hi consanguinei dicuntur. Vxorem verò comparatione mariti, & maritum cõparatione vxoris, & omnes alios affines existimarem non comprehendi; quia verè consanguinei non sunt. Ita ille, qui citat, quoad hoc vltimum, Salas in Manuscriptis.

3. Sed Pater Bardi *in Bul.Cruc.p.2.tr.2. cap.2.sect.3. n.21.* tenet, quòd etiam sub eo nomine cõprehendantur coniuges: tum, quia Authores communiter ita sentiunt, vt Rodriq. Auila, Henriq. & alij: tum etiam, quia si agnatis conceditur participatio huius priuilegij ob cõnexionem, quam habent cum priuilegiato principali, multò magis concedi debet vxori qui est vna caro cũ viro, inter quos potiùs est velari quædã identitas, quam cognatio. Vnde ex his rectè dixit Villalob. *in sum.to 1. tr.17.claus.4.n.16.* [Mas en esta concessiõn se concede, que puedan hazer celebrar en presencia de todos sus familiares, y parientes, lo qual es mucho mas amplo. Por familiares se entienden la gente de casa, que comen a costa del señor, aunque alguna vez esten fuera para negocios? mas no la criada, ò escudero, que estan assalariados para acompañar la señora, quando sale de casa à las fiestas: porque essos no son familiares en rigor: y assi quando ella oye Missa en su Oratorio, no podran oye Missa con ella.] Sic ille.

4. Notat etiam Bardi quòd non opus est consanguineos priuilegiati morari in eadem domo, cum ipso ad hoc vt priuilegium istud participent, seu, quod idem est, non est necesse, vt sint domestici, aut illius familiares, sed sufficere titulum consanguinitatis, qui in Bulla apponitur, vt contra distinctum à reliquis, neque est vllum vestigium in ipsamet Bulla, per quod colligamus requiri cohabitationem istam. Quod autem prædicti possint, absente domino priuilegiato, audire Missam in priuato Oratorio, diximus affirmatiuè *suprà*, & verba Castri Palai adduximus, licet Villalobos *vbi sup.* contrarium asserat, qui pro se citat Henriq. & Rodriq. Sed nostra sententia est satis probabilis.

RESOL. LIV.

An saltem virtute Cruciatæ possint celebrari plures Missæ in priuatis Oratoriis?

Et an laicus, vel Clericus, qui Bullam habet, possit vi illius inuitare Sacerdotem ad celebrandum in Oratorio qualibet die etiam ex solemnioribus, quamuis Sacerdos ipse Bulla careat, vel ipsemet Sacerdos possit Ministrum priuilegiatum excitare ad vtendum suo priuilegio, per quod facultatem habet, vt Sacerdos in præsentia, ipsius Ministri celebret? Ex p.9.rr.1.Resol.5.

§.1. NOn posse ex vi Indulti, quod solet concedere Pontifex, patet; quia id prohibetur in dictis licentiis, vt obseruat Quintanaduen. *in Theol.mor. tom.1.tract.7. singul.32.n.6.* Marchinus *de Sacram. Ordin.tract.3. p.3. cap.9. n.9.* & alij. Sed quid dicendum si talis priuilegiatus habeat Bullam Cruciatæ? Et affirmatiuè respondet Bardi *in Bull.Cruc. p.2. tract.2.cap.6. sect.6.n.24.* ex vi Bullæ non solùm vna, sed plures Missæ a pluribus Sacerdotibus eadem die in Oratorio priuato celebrari possunt. Probatur, quia, etsi Breue Apostolicum, quo concessum fuit Oratorium, limitet illud ad vnam dumtaxat Missam qualibet die celebrandam: tamen hoc non tollit, quin per aliud priuilegium, quale est priuilegium Cruciatæ, in quo non reperitur talis restrictio, possint plures eadem die Missæ celebrari. Insuper non solùm priuilegiatus potest per seipsum vi Bullæ modo prædicto celebrare, sed etiam vi eiusdem Bullæ celebrare facere ipsomet præsente, & sic si Minister, qui inseruire debet Sacro, siue laicus sit, siue Clericus Bullam habeat, poterit vi illius inuitare Sacerdotem ad celebrandum in Oratorio priuato qualibet die etiam ex solemnioribus, quamuis Sacerdos ipse Bulla careat, vel ipsemet Sacerdos poterit ministrum priuilegiatum excitare ad vtendum suo priuilegio, per quod facultatem habet, vt Sacerdos in præsentia ipsius Ministri celebraret. Et ratio est, quia in Textu ipsius Bullæ habetur expresè, priuilegiatum posse vel per seipsum, vel per alium celebrare Sacrum in Oratorio priuato. Ita ille.

Sup. hoc primo sup. in Resol. 51. §. Sed si. & cursim ad med. §. 2. Resol. 51. & pro contento in hoc textu vsque annotationẽ seq. lege sup. ex Resol. 28 §. Nec per tot.

Sup. hoc in Resol. not. seq.

2. Nec supradictis obstat Decretum Pauli V. non licere in Oratoriis diebus solemnibus celebrare, & extra illos dies solùm licere vnam Missam dicere cum limitationibus supradictis. Nam respondeo, hoc verum esse: ita vt vigore illius Indulti solùm liceat cum limitationibus, & conditionibus ibi contentis, in Oratorio celebrare: at supposita Oratorij approbatione, & concessione, videtur concedere Pontifex per Bullam Cruciatæ, vt possit in eo celebrari absque limitationibus supradictis, eo quod talis licentia absolutè & sine temporis, & personarum differentia in Bulla concedatur. Sic etsi Parochus ex vi suæ approbationis solùm possit suas oues absoluere, at supposita approbatione, si ab habente Bullam eligatur, potest alienas, non vigore suæ approbationis, sed quia supposita approbatione Papa ei per Bullam iurisdictionem confert. Sic in hoc casu, etsi nunc in Oratorio approbato solùm possit strictè, & limitatè celebrari, & audiri Missa virtute approbationis, at supposita ea approbatione, per Bullam Papæ de nouo confert absolutè licentiam celebrandi, & audiendi Missam. Quod insinuare videtur ipse Pontifex, qui non immemor decreti Congregationis supradicti post illius promulgationem in Bulla confert supradictam facultatem, & concedit Cruciatæ Commissario facultatem suspendendi ea, quæ sunt Bullæ contraria. Ac proinde Pontifex per Bullæ concessionem, & promulgationem factam post supradicti Decreti promulgationem, censetur non obstante supradicto Decreto, supradictã facultatem in hac Bullæ clausula contentam concedere. Vide à simili Henriquez *lib.3.de Pœnit.cap.10.n.2.lit. K, in decreto de abortu à Sixto V. anno 1596. & infr.§.7. cap.2.dub.8.ver.quares igitur.* Nihilominus tamen admonendum semper censeo, vt rarissimè hac vtatur facultate, propter decentiam tam tremendi sacrificij, & maximè vt curent fideles se conformare laudabili consuetudini, & piis

Quoad hoc & doctr. seq. huius §. lege sup. doctrin. Resol. 28. & inf. Resol. seq.

monitis, ac exhortationibus suorum Episcoporum obtemperare.

3. Nota tamen quòd supradictæ sententiæ obstat nouissima declaratio Sacræ Congregationis Concilij, statuentis sub die 14. Nouembris 1648. Priuilegium Bullæ Cruciatæ non suffragari pro huiusmodi Oratoriis, & Altaribus ac Missarum celebratione. Sed Aliquis posset dicere Sacram Congregationem loqui de Oratoriis comprehensis sub prohibitione Pauli V. vt erat quoddam Oratorium de quo petebat Episcopus Caluritanus: Verùm in casu nostro Oratoria sunt Authoritate Apostolica erecta, & designata, ac approbata ab Episcopo, vt præcepit Pontifex: In his enim Oratoriis asserunt citati Doctores suffragari Priuilegium Bullæ: ergo non comprehenduntur in dicta declaratione. Vel dicendum est, Sacram Congregationem intelligere Priuilegium Bullæ non suffragari, vt quis, eius virtute, possit erigere Oratorium in Domo absque alia dispensatione Pontificis, vt Palaus, & alij voluerunt; non autem quando Oratorium erectum est ex indulto Pontificis, & approbatum ac designatum ab Episcopo, vt præscribitur in licentia Pontificis. Si verò sensus Sacræ Congregationis fuerit, etiam istum Casum in dicta declaratione comprehendere, eius determinationi me libenter subiicio; semper enim ego purpuratorum Patrum Responsa veneratus sum.

RESOL. LV.

Sup. hac prima diffic. in Resol. 1. not. seq. & lege §. penult. & vlt. Resol. præteritæ.

An in priuatis Oratoriis cum licentia Summi Pontificis approbatis ab Ordinario licitum sit virtute Bullæ Cruciatæ non solum in diebus concessis, sed etiam in Festiuitatibus prohibitis, celebrare & ibi Missam audire?

Et quid tempore interdicti? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 76.

§. 1. SVppono licentiam celebrandi in aliquo Oratorio priuato, vt patet ex earum tenore, multas conditiones habere, & præsertim quòd à dicta licentia celebrandi & audiendi Missam in dictis Oratoriis excipiantur dies Paschæ resurrectionis, Pentecostes, & alia festa solemnia; quæritur modò an Episcopus possit prohibere habenti Bullam ne celebrare faciat, vel Missam audiat in Oratorio aliàs approbato, etiam in supradictis festiuitatibus? Et negatiuè respondeo cum Ægidio Trullench *in exposit. Bull. Cruciat. lib. 1. §. 3. dub. 4. num. 11.* quia vigore dictarum licentiarum solùm licet cum limitationibus & conditionibus ibi contentis in Oratoriis celebrare; at supposita Oratorij approbatione per dictam licentiam Pontifex per Bullam Cruciatæ concedit, vt possit in eo celebrari absque limitationibus supradictis, eo quòd talis licentia, vt patet in Bulla Cruciatæ, conceditur absolutè & sine temporis & personarum differentia. Sic etsi Parochus ex vi suæ approbationis solùm possit suas oues absoluere, at supposita approbatione, si ab habente Bullam eligatur, potest alienas non vigore suæ approbationis, sed quia suppositæ approbationi Papa ei per Bullam iurisdictionem confert; sic in hoc casu, etsi nunc in aliquo Oratorio modo quo suprà approbato solùm possit strictè & limitatè celebrari & audiri Missa virtute approbationis, at suppositæ ea approbatione per Bullam Cruciatæ Papa de nouo confert absolutè licentiam celebrandi & audiendi Missam, quod insinuare videtur ipse Pontifex, qui non immemor supradicti decreti post illius promulgationem in Bulla confert supradictam facultatem, & concedit Commissario facultatem suspendendi ea, quæ sunt Bullæ contraria. Vide etiam præter Trullench Rodriquez *in addit. ad Bull. Cruc. §. 5. num. 1.* vbi sic ait. [Nota que no solamente se concede aqui licencia para que se pueda dezir Missa en tiempo de entredicho en oratorios priuados visitados por el ordinario mas aun en qualquier otro tiempo, y esto da a entender claramente la Bula plumbea, ibi, *etiam tempore interdicti*, laqual dicion etiam da claramente a entender que se concede esta licencia para todo el tiempo; y porque en tiempo de entredicho auia mas difficultad añade la Bula] etiam tempore Interdicti. Igitur, vt dictum est, licèt in Oratoriis priuatis approbatis ab Ordinario non possit celebrari nisi cum limitationibus appositis à Pontifice in eorum licentiis, tamen suppositâ dicta approbatione vigore dictæ licentiæ postea per Bullam Cruciatæ absolutè in illis quis celebrare potest, & Missam audire, quod est valde notandum à Confessariis.

Sup. hoc & doctr. seq. huius Resol. vid. sup. Resol. 28. à princ. vsque ad §. penult. & pro parte lege inf. doctr. Resol. seq.

RESOL. LVI.

An saltem qui habet Bullam Cruciatæ in Sicilia, Hispania, &c. satisfaciat præcepto audiendi Missam in dictis Oratoriis? Ex p. 9. tr. 1 Resol. 4.

§. 1. AFfirmatiuè olim respondi, & hanc sententiam ex Rodriquez, Trullench, & aliis tenet Pater Bardi *in Bull. Cruc. part. 2. tract. 2. cap. 6. sect. 1. num. 7.* & patet ex verbis Bullæ, per quæ Pontifex absolutè concedit, posse in Oratorio priuato, si fuerit deputatum ad diuinum cultum, & ab Episcopo approbatum fieri sacrum, vel illi assistere; neque restringit priuilegium ad tempus interdicti tantùm, vt indicat dictio illa, *Etiam*, quæ est explicatiua, & augmentatiua, sic enim dicitur. [Possunt dicto anno durante in Ecclesiis, in quibus aliàs Diuina Officia interdicto durante quomodolibet celebrare permissum fuerit, vel in priuato Oratorio ad diuinum cultum tantùm deputato, ab Ordinario visitando, & designando, etiam tempore interdicti, &c. Missas, & alia Officia Diuina per seipsos, si Presbyteri fuerint celebrare, vel per alium celebrare facere, &c.] particula enim illa, *Etiam*, denotat facultatem hanc pro omni tempore esse concessam videlicet, tum pro tempore Interdicti, tum pro alio tempore, in quo non est Interdictum; & quia poterat esse dubitatio pro tempore Interdicti, idcircò per ipsam particulam voluit Pontifex pro tempore Interdicti eam comprehendere, & de illo expressam mentionem facere. Et ideò si Pontifex noluisset priuilegium extendere extra tempus interdicti, non debuisset apponere dictionem implicatiuam: quæ de natura sua exprimens casum magis incertum, implicat minus dubitabilem, vt quam plurimorum auctoritate, & variis iuribus ostendit Augustinus Barbosa *de edict. vsu freq. dict. 112. num. 1.* & talis est ordinarius, & consuetus loquendi modus inter homines, nam si quis verbi gratia dicat: Petrus contemplationi rerum diuinarum, etiam nocturno tempore vacat, loquutio ista significat, Petrum non solùm in contemplatione se exercere tempore illo expresso; verùm etiam horis diurnis: aliter superflua foret dictio implicatiua, & esset omittenda.

Oratoria priuata approbata ab Ordinario quæ sint.

2. Nec obstat dicere in Bulla nullibi inueniri facultatem celebrandi, aut Sacro assistendi, extra Interdictum: quia licèt tempus Interdicti exprimatur; nihilominus per dictionem implicatiuam dispositio Pontificia ampliatur ad aliud tempus extra interdictum. Si verò quis contra argumentetur assumendo priuilegium istud esse odiosum, atque adeo non ampliandum. Respondere possumus in dictione implicatiua esse vim ampliatiuam, seu augmentatiuam; non

non solùm in rebus fauorabilibus, sed etiam in odiosis, vt docent quamplures, videlicet Decianus *lib.*2. *consil.*46.*n.*118. Geminianus *consil.*85. *num.*8. *& consil.*45.*n.*10. Parisius *lib.*4.*consil.*46.*n.*30. Cenedus *post lib. quæst. Canon. singul.*51. *n.*2.

2. Nota tamen Lector, omnia supradicta ne corruant, stante declaratione S. Congregationis Concilij, quam relatam inuenies in fine sequentis Resolutionis.

RESOL. LVII.

An in die Paschatis virtute Cruciatæ possit quis in Oratorio priuato alicuius domus sumere ex deuotione Eucharistiam, vel sine Bulla in Ecclesiis regularium? Et an virtute Cruciatæ possit aliquis sumere Eucharistiam ab alio Sacerdote sine licentia proprij Parochi? Ex p.4. tr.4.& Misc.Res.81.

§.1. CONtra Suarez satis firmaui probabiliter *in mea* 1. *part. tract.* 11. *resol.* 20. posse aliquem vigore Bullæ Cruciatæ sine licentia Parochi accipere Eucharistiam de manu simplicis Sacerdotis: nunc queritur, an hoc efficere possit in Oratorio modo quo supra in ipso die Paschatis? Et negatiua sententia magis placet Ægidio de Trullench *in expos. Bullæ Cruciatæ lib.*1. §.3. *dub.*7. *num.*9. quia putat in illis verbis, *excepto die Paschatis*, non solùm intelligi communionem tempore paschali, sed quæ fit ipso die Paschatis.

2. Verùm ego cum Suarez *in* 3. *p. quæst.*82. *art.*3. *disp.*71. *sect.*3. *ver. censeo igitur*. Fagundez *præc.*3. *lib.*1. *cap.*5 *num.*8. & 9. Layman *lib* 5. *tract.*4. *cap.*7. *numero* 4. Coninch *in* 3. *part. quæst.*82. *art* 3. *num.*31. Miranda *in Manual. Prælat. tom.*1. *quæst.*42. *art.*2. Ludou. de San Iuan *in summ. quæst.*8. *art.*3. *dub.*1. *de Sacram. Euchar.* Filliucio, & Peirino *vbi infra*, puto in dictis verbis summum Pontificem excipere communionem paschalem, non materialiter, id est, quæ in die Paschatis fit, sed formaliter, seu provt est præceptum in lege quæ præcipit semel in Paschate communicare, & ideo qui impleuit præceptum ante Paschа, vel impleturus est immediatè post intra illos octo dies, potest ipso die Paschæ in Oratorio domus suæ sumere virtute Bullæ Cruciatæ Eucharistiam ex deuotione à simplici Sacerdote, quod etiam de omnibus aliis dicendum est sine Bulla, si sumant Eucharistiam modo quo suprà in Ecclesiis Regularium, vt testatur Suarez, Fagundez, Layman, Coninch, Miranda, & de Ludouicus de San Iuan *locis citatis*, quibus etiam adde Filliucium *tom.*1. *tract.*4. *cap.*9. *numero* 265. Peirinum *in priuileg. Minim. tom.*1. *constitut.* 1. *Iulj I I.* §.32. *numero* 86. Præpositum *in* 2. *part. quæst.* 80. *art.*11. *dub.*2. *num.* 60. omnino videndum, & Villalobos *in summa tom.*1. *tract.*7. *difficult.* 47. *num.*4. vbi ait: [En sus proprias yglesias pueden los Religiosos el dia de Pasqua dar la Eucharistia à los Seglares si cumplieron con la Perrochia.] Ita ille, quicquid in contrarium ex Azorio & Nauarro asserat Trullench *vbi supra*, quibus adde Syluium *in* 3. *part. D. Thom. quæst.*80. *art.*11. *quæritur* 1. *concl.*2. Et ratio supradictorum est, quia Pontifices reseruauerunt in Bulla Cruciatæ, & in priuilegiis concessis mendicantibus illum diem Paschatis, intendentes vt saltem semel in anno omnes Parochiani suo Parocho se præsentarent pro communione sumenda: qui autem se præsentatur, v.g. die Iouis Sancti, iam præceptum impleuit & qui intendit se præsentare in die aliqua infra octauam, intendit tempore congruo præceptum adimplere, & ideo menti Pontificum satisfecisse videtur, vnde non apparet quare in ipso die Paschæ quis ex deuotione virtute Bullæ non possit Eucharistiam sumere in Oratorio domus suæ, vel sine Bulla in Ecclesiis Regularium, dummodo satisfecerit, vel animum satisfaciendi habuerit præcepto sumendi Eucharistiam è manibus proprij Parochi in propria Parochia.

3. Non prætermittam tamen hic adnotare non solùm Suarez, sed etiam Tannetum *in* 3. *part. disput.*5. *quæst.*8. *dub.*8. *num.*185. Auilam *de censur. part* 5. *disput.*4. *sect.*1. *dub.*8. *in fine*, Henriquez *lib.*7. *cap.*13. *num.*4. Trullench *vbi suprà in Bulla Cruc. lib.*1. §.3. *dub.*8. *num.*4. & alios docere virtute Cruciatæ non posse aliquem sumere Eucharistiam ab alio Sacerdote sine licentia proprij Parochi; sed ego, vt dixi, opinionem Vasquez puto probabilissimam, & tutam in praxi, quam nouissime sequitur Petrus Ochagauia *de Sacram. tract.*3. *de ministro Eucharist. quæst.*4. *numero.*16.

Sup hoc adnotato inf. in tr. 5. Res. 123. & sup. in Res. 44. recitanter in §. vlt. & in Res. 46. § Nota. sed vide eã à princ. & in quatuor primis lin. huius Res.

RESOL. LVIII.

An in Oratorio priuato virtute Cruciatæ possit quis sumere Eucharistiam in die Paschatis, si illam prorsus sumpserit in Parochia ad satisfaciendum præcepto?

Et infertur virum Nobilem, qui habet Indultum à Pontifice de Oratorio priuato, posse virtute Cruciatæ audire Missam in illo die Paschatis non obstante prohibitione dicti Indulti, & sumere Eucharistiam à Sacerdote sæculari, vel Regulari in prædicta die; dummodo illa Communio non sit communio Paschatis ideſt, vt præceptum annualis communionis adimpleat.

Imo, si habens Oratorium ob iustam causam non potest Ecclesiam adire, vt in Paschate, ad implendum præceptum Eucharistiam recipiat petita à Parocho licentia, & iniustè negata, vt in eo adimpleat, si habet Bullam Cruciatæ, potest adimplere in supra dicto Oratorio. Ex part.9. tract.1.Res.25.

§.1. NEgatiuè respondet Trullench *in Bull. Cruc. lib.*1. §.3. *dub.*7. *num.*8. quia hoc priuilegium est contra ius commune: nam solis Parochis, vel illorum Superioribus, & Pastoribus de iure communi competit sacræ Eucharistiæ ministratio, ideóque talia priuilegia strictè, & non amplè sunt interpretanda, dato aliquo in quo operentur aliquod ius: at etiamsi excipiatur prima dies Paschæ, dantur quamplurimi dies, in quibus sufficientissimè per totum annum dicta priuilegia sortiuntur suum effectum: ergo restringenda sunt, & minimè amplianda. Nec obstat *cap. Omnis*; nam ibi non exprimitur dies Paschæ; sed tantùm præcipit, vt in Paschate Communio recipiatur, eodem modo, quo præcepta erat in cap. *Et si non frequentius*, & cap. *Omnis homo, de consecr. dist.*2. tempus autem Paschæ secundùm communem, non solùm primam diem, sed etiam octo ante, & post comprehendit.

2. Sed affirmatiuæ sententiæ ego alibi adhæsi, & me citato, cum multis aliis, idem docet nouissimè P. Bardi *in Bull. Cruciatæ. par* 2. *tract.*2. *cap.*4. *sect.*2. *n.*12. [Probatur hæc sententia ex fine adæquato, quem habuit Pontifex ad excipiendum Paschalem Communionem: nam motus est ad limitationem hanc, vt fideles recognoscantur à proprio Parocho in receptione Eucharistiæ facienda ex præcepto tempore Paschæ: at si ponamus aliquem iam hoc præceptum adimpleuisse communicando in Parochia, & à proprio Parocho; non tenebitur amplius pro eo anno communicare: ergo, si ex deuotione sacrum cibum sumat die Resurrectionis in alia Ecclesia, aut in Oratorio, & non in Parochia, non videbitur contra aliquod præceptum agere.

Alibi in Res. præterita.

Sap. hoc ibidem. &. Verum, ad medium, & in aliis eius

3. Sed contrà hanc sententiam nullum aliud sit argumentum nisi à pari priuilegio, nempe, ab illo, quòd Regularibus concessum est, in quo cùm excipiatur etiam dies Paschæ, & plures Doctores explicent exceptionem illam pro ipso die materiali Paschæ, & impugnent contrarios diuersis adductis argumentis: eodem modo arguunt contra nostram opinionem, in qua exponimus limitationem hanc esse intelligendam de Communione Paschali formaliter, & non materialiter sumpta, videlicet, de illa tantùm, quæ est sub præcepto Ecclesiastico: obiici igitur potest in hunc modum: Priuilegium istud est contra ius commune; quia derogat iurisdictioni, quam habent Parochi in suas oues, proinde strictè est explicandum: igitur dies Paschæ materialiter est intelligendus, nempe; pro ipso die Resurrectionis. Respondeo, quamuis vt ego censeo priuilegium istud sit odiosum, atque adeò strictè explicandum; tamen non sequitur id quod aduersarij intendunt, scilicet sermonem esse de primo die Paschæ: si enim Pontifex solùm exciperet diem illum, sequeretur inconueniens, nempe, posse aliquem communicare in suo Oratorio pro adimplendo præcepto Ecclesiastico, si Communionem faciat alio die intra spatium dierum ab Ecclesia concessum, & non in die Paschæ. Probatur sequela: nam iuxta interpretationem istam solus primus dies Paschalis excipitur, & nullus alius est exceptus: igitur cùm nemo tenеatur ad satisfaciendum huic præcepto Eucharistiam sumere die Resurrectionis Domini, poterit alio die in suo Oratorio præceptum seruare. [Hucusque Pater Bardi, qui posteà doctè vt semper solet, respondet ad argumenta Trullench. Vide etiam Ludouicum de la Cruz *in Bull. Cruc. disputat.1. cap.5.dub.5. num.2.* vbi firmat, quòd sensus clausulæ Bullæ, *Præterquam in die Paschatis*, intelligendus sit, quòd licèt possit habens Bullam recipere Sacramenta, quando placuerit, & vbicumque placuerit, excipitur tamen dies Paschatis, in quo non datur facultas ad communicandum ea communione, qua implendum est Ecclesiæ præceptum; benè tamen alia, vt si iam implesset prædictum præceptum, vel posteà impleturus sit.

4. Ex his verò aliqui inferunt, virum nobilem, qui habet indultum à Pontifice de Oratorio priuato, posse virtute Cruciatæ audire Missam in illo, non obstante prohibitione dicti indulti: posse inquam, audire Missam in die Paschatis, & sumere Eucharistiam à Sacerdote sæculari, vel Regulari, dummodo illa Communio, non sit Communio Paschalis, id est, vt præceptum annualis Communionis adimpleat: nam Bulla prohibet in illa die communionem formalem pro adimplendo præcepto, non materialem, de qua ipsi loquuntur. Imò Quintanaduenas *in Theol. mor. tom.1. tract. 7. sing. 33. num.4.* sic ait: [Si ob iustam causam habens Oratorium non potest Ecclesiam adire, vt in Paschate Eucharistiam ad implendum præceptum recipiat, petita à Parocho licentia & iniustè negata, vt in eo adimpleat, si habet Bullam Cruciatam potest adimplere quia tunc in Oratorio eam recipiendi facultatem habet à Pontifice ex Cruciata, & sic à Nuntio non impeditur, ac alium de Parochia adire non valet intra terminum pro præcepto assignatum.] Ita Quintanaduenas. Sed his obstare videtur declaratio Sacræ Congregationis Concilij, quam sæpiùs *in hoc tractatu* citauimus, & ad verbum adduximus *in fine Resolutionis quintæ*. Adde, quod hæc omnia puto non esse in praxi deducenda, propter dissidia quæ cum Episcopis, & Parochis eius oriri possunt.

Quæ hic est sup. Ref.54.

RESOL. LIX.

An vtentes Oratorio virtute Cruciatæ teneantur fundare aliquas preces, & Orationes; & an mentales, vel vocales.

Et de quantitate Orationis etiam agitur.

Idem dicendum est quoad Orationem mentalem, vel vocalem, & quoad quantitatem virtute Iubilæi.

Et an visitates in domo sua Oratorium priuatum lucrentur Indulgentiam Bullæ Cruciatæ concessam visitantibus vnam Ecclesiam? Ex p.9.tract.1.Ref.19.

§.1. AD hoc dubium sic respondet Villalobos *in Summ.tom. tract.27. claus.4.n.13.* [Quanto Sen. à la segunda parte desta clausula que dize que puedan en tiẽpo de entredicho oyr Missa, &c. se aduierte, que concede, que puedan en este tiempo oyr Missa, y assistir à los officios diuinos, con que no ayan dado causa al entredicho: y dize, que quando quisieren vsar del dicho Oratorio, rezen por la conseruacion de la vnion de los Principes Christianos, y vitoria contra infideles, lo qual es præcepto conforme à la Bula de Latin, que dize: *Aliquas preces Deo pro vnione Principum Christianorum contra infideles, eorùmque contra eosdem victoria fundere teneantur, imponitur.* Mas no obliga à pecado mortal, sino à venial, como aduierte el Padre Fr. Manuel. [Ita ille. Cui adde Patrem Bardi diligẽter hoc dubiũ pertractat *in Bul.Cruc p.1.tr.2.c.3.sect.5.§.1. num.40.* & alios penes ipsum, qui optimè notat, ex contextu Bullæ non apparere hanc orationem debere esse vocalem, an mentalem: vnde firmat, quòd quocumque modo fiat ex his, erit iuxta Bullæ præscripti: nam sub orationis nomine, vtraque venit; sic docent in simili materia Authores loquentes de præcibus, quæ fieri debent tempore Iubilæi ad lucrandam Indulgentiam. Lauorius *de Iubil.p.1.cap.18.* Alphonsus de Leone *eod.tract.q.10.sect.2.* & alij, quos ipse adduxit scribens de eadem re. At aliquando ex modo, quo iniungitur oratio, colligitur esse debere vocalem, vt si imponatur recitatio septem Psalmorum Pœnitentiæ, aut quinque *Pater*, & *Aue*; tunc iuxta consuetudinem Ecclesiæ, ista aut similia vocaliter sunt recitanda: at talis impositio non habetur in hac Bulla, proinde qualitas orationis erit in arbitrio orantis.

2. De quantitate verò orationis neque appareret determinatio in Bulla, proinde quælibet, quantumuis breuissima oratio, erit sufficiens ad hunc effectum. Probatur: quia, quoties opus aliquod indefinitè iniungitur, ad illud adimplendum satis erit quæcumque quantitas, dummodo in ea operis substantia saluetur. Sic docet Suar *in 3. part. tom.2. disputat.52. sect.8. num.5.* loquendo * de eleemosyna, & oratione præscripta in Iubileo: quamuis ibi in ordine ad acquirendam Indulgentiam, aliquam apponat limitationem ex parte causæ, licèt alijn materia de Iubileo non sint contenti de quacumque minima oratione. Sed quidquid sit de Indulgentiis, in casu nostro non militat eadem ratio, proinde sufficiet quæcumque minima oratio ad prædictum effectum.

3. Nota tamen hîc obiter, Patrem Lezanam non approbare, id quod ego docui, quòd scilicet, visitans in domo sua Oratorium priuatum lucretur Indulgentiam Bullæ Cruciatæ concessam visitãtibus vnam Ecclesiam: nomine etiam Ecclesiæ, quo vtitur Bulla non veniunt, nec venire possunt hæc priuata Oratoria, cũ sine dote, aut licẽtia Episcopi fundentur, sine illa profanentur, nec gaudeant aliis priuilegiis Ecclesiæ, ita Lez *in Sum.to 4.ver.Orat.n.5.* nominatim cõtra me. Sed nostram sentẽtiã, præter Trull. tenet nouissimè P. Escobar

in Theol. mor. tract. 1. Exam. 17. c. 4. n. 130. vbi sic ait: Visitatio denique Ecclesiarum ad Indulgentias Cruciatæ consequendas inducitur: quid, precor, Ecclesiæ nomine intelligendum est? Quidvis Sacellum Ordinarij erectum auctoritate. Ita ille.

RESOL. LX.

An si quis visitat Oratorium domus suæ pro Missa celebranda approbatum, lucretur Indulgentiam Bullæ Cruciatæ cum onere visitandi Ecclesias, vel Altaria? Et visitando Oratorium quinquies, an teneatur intrare, vel exire quinquies Oratorium, vel sufficiat, vt quinquies corde visitet, non autem motu corporali? Et explanatur quid sub nomine Ecclesiæ intelligatur. Ex p. 5. tract. 12. Resol. 43.

REspondeo affirmatiuè cum Ægidio Trullench *in exposit. Bullæ Cruciatæ, lib. 1. §. 6. dub. num. 2.* vbi sic ait: Quæres primò quid hîc nomine *Ecclesiæ* intelligatur? respondeo intelligi Templa ad diuinum cultum dedicata, Monasteria, Hospitalia, Oratoria priuata, tum etiam eremitoria, quia hæc omnia sub nomine *Ecclesiæ* absolutè sumptæ comprehendi diximus, vnde potest quis Indulgentiam stationum visitando Oratorium priuatum lucrari, quia præsertim in fauorabilibus censetur Ecclesia: vnde vir nobilis visitando quinquies Oratorium suum ab Episcopo designatum, & approbatum, lucratur hanc Indulgentiam. Quidam tamen limitat, quando talis vir est infirmus, vel in oppido, in quo non sunt quinque Altaria, reperitur, quam quidem limitationem reiiciendam censeo, quia, vt dictum est, Oratorium, absolutè loquendo, sub nomine *Ecclesiæ* comprehenditur; cur ergo hic fauor limitabitur? Addo cum Rodriquez sic visitantem Oratorium priuatum quinquies non teneri intrare, vel exire quinquies Oratorium, quod libenter admitto, sed sufficere vt quinquies corde visitet, non autem motu corporali, quia Ecclesia in suis præceptis ita obligare videtur, vt homo politicus appareat, quod etsi probabile sit, probabilius tamen existimo requiri aliquem motum corporalem, etsi modicum & bene compositum: vt si post primam visitationem, seu stationem finitam profundè caput & corpus inclinaret, per quam inclinationem visitationes satis distinguentur, hæc omnia Trullench, cui adde etiam Ludouicum de la Cruz *in Bulla Cruc. disp. 1. cap. 8. dub. 13. numero 2.*

RESOL. LXI.

An quis in Oratorio priuato possit consequi Indulgentias concessas per Bullam Cruciatæ?

Et an, quando pro lucranda Indulgentia Bullæ Cruciatæ, quis teneatur visitare quinque Altaria, & visitat Altare sui Oratorij tantum, non teneatur dimoueri loco, nec quinquies Oratorium exire, & intrare, sed fixus posse illud quinquies visitare, dummodo qualibet visitatione finita, saltem corpus, & caput inclinet in signum distinctæ visitationis? Ex p. 9. tr. 1. Resol. 31.

§. 1. SEntentiam affirmatiuam, quam olim, tanquam probabilem, docui, aliqui impugnarunt, & præsertim quidam Theologus Societatis Iesu, sed immeritò. Vnde, me citato, illam tenet nouissimè Garcias *in Summa, tract. 1. difficul. 8. dub. 1. punct. 2. n. 21.* vbi sic ait: [Preguntara alguno, si visitando los Oratorios priuados, y rezando alli lo que manda la Bula de la Cruzada, ganarà la Indulgencia plenaria, que se gana en las Iglesias, visitando cinco Altares, ò vno cinco vezes, quando en la Iglesia no ay mas, que vno? Respondent Villalobos *in exposit. Bullæ Cruciatæ, clausula 8. num. 4.* Trullench. *eod. tract. lib. 1. §. 6. dub. 2. num. 2.* Ludouicus a Cruce *ibidem, disp. 1. cap. 8. dub. 13. num. 2.* Diana *part. 5. tract. 12. resol. 45.* que li: porque el Oratorio se comprehende debaxo de nombre de la Iglesia, pues es esto fauor, y se ha de estender. Estos mismos Autores passan adelante, y preguntan, si es necessario hazer cinco mouimientos para ganar la Indulgencia, por no auer mas que vn Altar en el Oratorio, y auer de visitarse cinco Altares, ò vno cincos vezes: y responden con Rodriquez, que no es necessario entrar, y salir cinco vezes: pero que es necessario algun mouimiento, qual es acabada vna visitacion, inclinar el cuerpo, y acabeça algo para la otra, con cuya accion se distinguen suficientemente las cinco estaciones.] Ita ille: cui adde nouissimè, etiam me citato, Leandrum *de Sacram. tom 1. tract. 5. disp. 14. quæst. 75.* & Machadum *tom. 1. lib. 3. part. 2. tract. 4. docum. 5. num. 4.* Verùm ait Bardi *in Bull. Cruc. part. 2. tract. 4. cap. 4. sect. 4. num. 31.* quicquid sit, an Oratorium priuatum, & domesticum, designatum ad Missas celebrandas hîc veniat sub nomine Ecclesiæ, in præsentia sufficit venire sub nomine Altaris: nam eo ipso, quòd sit destinatum ad Sacrificia in eo facienda, nihil illi deest ad rationem Altaris propriè dicti.

Sup. sequentibus abhinc in Resol. 2. annot. præteritæ, post medium vsque in finem, & pro parte lege infra in tract. 3. Resol. 150. post medium, vers. Quando. & inferius in tr. 5. Resol. 34. §. vlt.

RESOL. LXII.

An dicta Oratoria priuata gaudeant priuilegio Immunitatis Eccl. sia?

Et quid de Oratoriis priuatis Religiosorum ratione clausuri, & Grangiarum? Ex p. 9. tr. 1. Resol. 18.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Henriquez penes Trullench *in decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 1. num. 9.* sed ipse meritò contrarium docet. Dico itaque, quòd Ecclesiæ immunitate gaudet Oratorium publicum auctoritate Episcopi constructum, & perpetuo cultui diuino dicatum; ita vt ampliùs in vsus prophanos transferri non possit; hoc enim censetur locus sacer, & religiosus. Secùs autem de Oratorio, seu Capella, quod priuati habent in domibus suis, quæ priuata authoritate sint constructæ, quamuis in eis Episcopus celebrandi facultatem dederit cum licentia Pontificis: quia hic locus non dicitur sacer, & religiosus, nec immutabiliter dicatus cultui diuino. Ita tenet etiam Sanchez *in Opuscul. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 2.* & Barbosa *de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 68.* vbi testatur ità declarasse sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium, die 17. Iunij 1617. quod ego etiam * alibi adnotaui, & notat Lezana *in summ. tom. 3. verb. Immunitas, num. 4.* Vide etiam Emmanuelem Themudo in decisionibus Archiepiscop. Vlysip. *tom. 1. decis. 45. n. 29.*

Sup. hoc in tom. 9. tr. 1. Resol. 9. §. 2. ad medium, vers. nam in Oratoriis, & hîc supra in Resol. 12. §. Verum. in principio.

* Alibi in Resol. 1. annot. præteritæ.

2. Verùm supradicta non procedunt in Oratoriis priuatis religiosorum, (de quibus * infrà?) quia dicta Oratoria, cùm potiùs publica sint in ordine ad religionem, licèt priuata exclusione extraneorum Immunitate gaudent; si non ratione sui, saltem ratione clausuri, aut Grangiarum, quæ tali Immunitate gaudent, vt ex priuilegio concesso Ordini Cistercienium refert Rodriquez *tom. 2. quæst. 75. articul. 2.* Et ità hanc sententiam tenet Bordonus *in consil. reg. tom. 2. resolut. 90 num. 6.*

* Infra in Resol. quæ hîc est supra 1. §. Verum. & in aliis annot. secundæ dicti §.

RESOL. LXIII.

An si quis, v. g. fornicaretur in Oratorio priuato, committeret sacrilegium?

Vnde, an talis circunstantia sit necessario in confessione aperienda? Ex p.9 tr.1.Res.20.

§.1. NEgatiuè respondeo cum Bordono *in consiliis regul.tom.2.resolut.90.n.7.* vbi sic ait: Luxurians in hoc Oratorio sacrilegium non committit, nisi sit locus consecratus, vel benedictus. Ratio desumitur ex etymologia ipsius nominis, à quo tenet argumentum, quia nulla res sacra læditur. Ita ille; cui adde Sanchez *de matrimon. lib.9. disput.15. numero 39.* vnde talis circumstantia non est in confessione aperienda, vt tradit Pellizzarius *in Manual. regul. tom.2. tract.5. cap.3. sect.1. numero 44.* & memorato Leandrus *de Sacram. tom.1. tract.5. disputat. 8. §.4. quæst.25.* cum Barbosa *de iure Eccles. lib.2. cap.8. num.16.*

TRACTATVS TERTIVS
DE BVLLA CRVCIATÆ
Atque de eius Priuilegiis, Absolutionibus, Dispensationibus, & Votorum Commutationibus.

RESOLVTIO PRIMA.

An sumentes Bullam Cruciatæ lucrentur Indulgentias, si Rex non expendat eleemosynam contra Turcas?
Et an in hoc casu teneatur Rex ad restitutionem?
Et an Pontifex possit Bullam Cruciatæ reuocare, & non concedere?
Et quid elapso anno sexennij?
Et obiter quæritur, an simplex Sacerdos, qui Missam celebrat pro stipendio, & sui laboris pretio, possit suam operam Petro addicere? Ex p.11. tract.2. & Misc.2. Resol.49.

§.1. CAsvs est curiosus, & à paucis, quos legerim, pertractatus ad illum verò affirmatiuè respondet Pater Mendo *in Bullam Cruciatæ tract. Appendicis Miscellaneæ cap.2. num.9.* vbi sic ait; Hinc respondendo quæstioni vulgari, an Bulla sumentibus prodesset, si Rex eleemosynam ex illa congestam in alios vsus, & non in expeditionem, profunderet? affirmatiua pars est tenenda, quia obtinetur finis proximus intentus à Pontifice; sicut si indulgentiæ concederentur erogantibus eleemosynam ad ornamenta altaris, seu Ecclesiæ, eam obtinerent erogantes, etiam si ea à colligentibus illicitè vsurparetur. Ita ille; qui plus addit, videlicet, Hoc casu non teneri Regem ad restitutionem. Etenim Pontifex ei applicat præfatam eleemosynam, vt reddatur potentior ad expeditionem contra infideles: eaque applicatio effectum absolutè sortitur, dum redditur potentior, ac sit dominus eius pecuniæ, quam si profundat, postquam dominium obtinuit, & si peccet, nulli tamen iniuriam facit, nec contra iustitiam delinquit. Sicut bona Ecclesiastica tenetur Clericus post suæ familiæ decentem sustentationem, in pauperes ac pia opera insumere, ad id enim applicat illi Pontifex prouentus eiusmodi, vt se sustentet, ac reddatur potens ad pauperes sustentandos: attamen, quamuis illicitè eos prouentus insumat, restituere non tenetur, eo quod applicatio eorum fuerit ei absolutè præstita, & dominium eorum adquisiuerit. Hæc omnia Pater Mendo.

2. Sed si aliquis curiosus inquirat, an Pontifex possit Bullam Cruciatæ reuocare, & non concedere? Respondeo, quod circa hoc dubium Pater Mendo ubi *supra in Bull. Cruc. disp.2. cap.6. num.31. cum seqq.* sic ait; Assero posse Pontificem reuocare Bullam intra duationis annum, dum tamen sit specialis causa, & compensationem faciat his, qui illam acceperunt, si habeat vnde faciat, & si non habeat, ad bonúmque commune expediat reuocatio, posse sine compensatione reuocare, aliter autem non posse. Nam quando priuilegium est concessum per modum contractus lucratiui & oneroſi per se loquendo, non potest à concedente reuocari, nisi compensationem faciat, quippe concedens, etiamsi Princeps sit, pacta cum subditis inita seruare tenetur; cum hæc ex naturali iustitia oriatur obligatio, nec possit ille subditum pro libito bonis eius spoliare; dominium namque eorum ordinarium non habet.

3. Sed priuilegium Bullæ Cruciatæ est oneroſum, & per modum contractus lucratiui expeditum; igitur Pontifex concedens solùm potest intra durationis annum illud reuocare, si adsit specialis causa, & compensationem faciat his, qui illam acceperunt, si habeat vnde faciat, & si non habeat, poterit id sine recompensatione præstare.

4. Elapso tamen anno sexennij, cùm cessent rationes hucvsque factæ, & Bulla sit gratia pendens à Pontificis beneplacito, poterit ab eo reuocari, non expectato sexennio, nisi fortè in concessione Bullæ ad sexennium Pontifex ab Hispaniæ Rege aliquam summam eleemosynæ acciperet in pium aliquod opus, tunc enim deberet iuxta dicta recompensationem illi præstare, & etiam, si concessio ad integrum sexennium esset gratia remuneratiua alicuius obsequij erga Sedem Apostolicam specialis, & nondum remunerati, si remuneratio ex iustitia deberetur, nam si solùm ex gratitudine, etiam ex gratitudine solummodò, recompensatio debebitur. Sufficit autem, vt dicatur priuilegium irreuocabile, quod sit remuneratiuum ex gratitudine, cum nunquam de Principe præsumatur, obsequia sibi præstita, absque grati animi exhibitione signorum, manere irremunerata, fore permissurum. Hucusque Mendo.

5. Et propter hanc limitationem de agendo de præsenti dubio sic asseruit nouissimè Ioannes Caramuel *in Theologia fundamentali fundam. 13. q.2. num. 345.* Sim

Simplex Sacerdos, qui Missam celebrat pro stipendio, & sui laboris pretio, potest suam operam Petro addicere, liber enim & non mancipium est, at ex hypotesi, quod stipendium receperit, ex iustitia tenetur celebrare, alias peccaturus mortaliter. Si stipendium restituere Sacerdos, non tenetur Petrus recipere, sed posset eum vrgere, vt staret contractui, ni forte grauis causa inopinata emergeret tunc enim Petrus videtur debere pretium restitutum recipere, Sacerdotémque à celebrandi obligatione liberare.

6. Pariformiter de Romano Pontifice discurrebamus. Liberum enim ipsi Bullam Cruciatam concedere, aut non concedere omninò fuit. Cæterum ex hypothesi quòd cum Regibus nostris conuenerit, & Principum Hispanorum obsequia præmio competenti donauerit (forte & acceptauerit proprij laboris pretium, quod procsertabantur aliqui, nemo probabat) transiuit contractum in contractum, qui rescindi non poterit, ni obliqua recepta restituantur. Si restituantur ista ex nulla causa, adhuc non tenebitur Hispaniæ Rex adquiescere, secus si detur vrgens, & grauis. Ita Carmuel.

7. Sed ab omnibus supradictis dissentit Pater Bardi *in Bull.Cruc.part.1.tract.2.cap.6.sect.8.§.2. num.14.* vbi sic ait; Licet Rex Catholicus sit benemerentissimus de Ecclesia, tamen non tenetur Pontifex ex obligatione iustitiæ commutatiuæ remunerationem facere ex eleemosynis Cruciatæ, cum possit remunerationem exhibere concedendo ipsi Regi spirituales gratias. Neque inter ipsum Pontificem, & Regem aliquod intercessit pactum, quo mediante Rex obsequia præstanda in fauorem Ecclesiæ obtulerit, & Pontifex in recompensationem promiserit, concedere Cruciatam, vel aliud subsidium temporale. Ita ille; qui posteà §. 3. *numero 134.* sic subdit: Dicendum est, per se loquendo, Pontificem, qui Cruciatam concessit, & ante elapsum tempus sine causa illam suspendit, non esse obligandum ad compensationem Regi faciendam.

8. Probatur quia cum Priuilegium Cruciatæ, vt ofensum est, sit omninò gratuitum, & non consistat in donatione aliqua, ac proinde sit veluti quædam delegatio, & dependeat à voluntate Pontificis, non præsumitur, Pontificem voluisse ex rigore iustitiæ se obligare ad compensationem in casu reuocationis, & à fortiori in hac sententia mihi expresè videtur esse Portius §. 9. *citat. numero 13. in fine*, distinguens enim ipse priuilegium gratuitum subdito concessum in illud, quod transfert dominium: & in illud, per quod conceditur facultas, &c. vt nos *sectione præcedenti distinximus*, & ponens discrimen inter hæc duo priuilegia quoad reuocationem: ait, *Primum non posse reuocari, nisi ex iusta causa*, & subdit hæc verba, *Licet si reuocetur non sit necessaria aliqua compensatio.* Partinula enim illa, *licet*, cum sit aduersatiua eorum, quæ antè idem author dixerat, facit hunc sensum; quamuis priuilegium translatiuum iuris nequeat sine causa reuocari, tamen si reuocetur, non est necessaria aliqua compensatio: Si autem negatur obligatio compensandi quando sine causa reuocetur priuilegium, per quod in subditum gratuitò transfertur aliquod ius, multo magis id erit negandum, dum reuocetur priuilegium, per quod non datur dominium, aut ius in aliqua re: Igitur in casu, de quo agimus, si Pontifex absque vlla causa abrogat priuilegium, quod est purum priuilegium, consistens in facultate, vt est priuilegium Cruciatæ Regi concessum, ad nullam eidem Regi tenebitur compensationem.

9. Dices: Pontifex dum sine causa reuocat Cruciatam, aut simile priuilegium, aufert à priuilegiato ius quæsitum ipso priuilegiato inuito; ergo tenebitur ex iustitia ad compensandum ius læsum.

10. Respondeo: Per Priuilegium Cruciatæ, aut aliud simile non conceditur Regi, aut alteri Priuilegiato aliquod ius, sed solùm licentia ad aliquod faciendum; proinde ex reuocatione nulla fit iniuria Regi contra iustitiam, & per consequens non tenebitur Pontifex aliquid compensare. Hucvsque Bardi.

Et hæc sunt placita Doctorum circa præsentem quæstionem, quæ mihi sufficiat tantum proposuisse, nolo enim de meo aliquid dicere.

RESOL. II.

Vtrum, quando quis suscipit, Bullam debeat esse in gratia, videlicet in ordine, vt quis eligat Confessarium, vtatur lacticiniis, &c?

Et difficultas vero est, in ordine ad consequendas Indulgentias.

Et infertur, quod si quis in aliquo iubilæo Feria 4. 6. & Sabbatho, ieiunasset in peccato mortali, & die Dominica per Sacramentalem confessionem reponeretur in gratia, is Indulgentiam consequeretur. Ex p.1.tract.11. Resol.6.

§.1. IN ordine ad Priuilegia Bullæ, videlicet, vt quis eligat Confessarium, vtatur lacticiniis, &c. negatiuè respondendum est. * Difficultas verò manet in ordine ad consequendas Indulgentias. Caietanus *tr.1. de Indul.q.2.* tenet sententiam affirmatiuam, & dubius Sotus est in hoc *in 4.dist.21. q.2. art.3.*

* Sup. hac diffic. inf. legè doctr. Resol.148. & alterius §. eius not.

2. Sed omninò dicendum est contrarium, cum Villalob. *in sum.tom.1.tr.27.in tit.n.5.* Henriq. *in sum.lib.7. c.9.n.7.* Acosta *in Bull.Cruc.q.11.per tot.* & alij. Et ratio est: quia Bulla non dicit, vt suscipientes sint in gratia; nec illud verbum, *contritis*, refertur ad tempus susceptionis Bullæ; sed ad instans consequendæ Indulgentiæ, completis omnibus requisitis. Vnde, si quis in aliquo Iubilæo feria quarta, sexta, & sabbatho ieiunaret in peccato mortali, & die Dominica per Sacramentum Confessionis reponeretur in gratia, is Indulgentiam consequeretur. Ergo, &c. Vide Filliucium *tom.1.tract.8.c.6.n.138.* & alios.

Sup. hoc infra in tr.4. Resol.44. §. Secus autem, ad lin.3. & lege etiá Resol.503. &c.

RESOL. III.

An in magna ciuitate, vt hic Panormi, quis non tenetur primo publicationis die accipere Bullam, si eius priuilegiis vti velit, sed sufficiat, quod postea in illa hebdomada sumat? Ex parte 1. tractatu 11. Resol.92.

§.1. RESpondet affirmatiuè Henriq. *lib.2. cap.19. num.1. in Gloss.littera O*, quem postea sequitur Villalobos *in summa, tom.1. tract.27. claus.4. n.10.* vbi asserit: [Añade Henrique, que no estan obligados todos en vna ciudad grande, atomar la Bula, el mismo dia de la publicacion para aprouecharse della, sino que basta, que la reciban dentro de tres dias, ò vna semana; de suerte, que siente, que el que tenia la Bula de otras, no se la acaba al punto, que la otra se publica en las grandes ciudades.] Ita ille, quod est valdè notandum. Sed vide circa præsentem quæstionem Ioannem Sancium *in Select. disp.55.n.5.*

RESOL. IV.

Quidam Princeps sumere voluit secunda vice Bullam Cruciatæ; quæsitus fui, an teneatur soluere tarenos decem?

Et quid est dicendum de viduis Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & Principissis, atque de aliis quæ mortuis

mæritis nullo modo manent Dominæ, nec vsufructuariæ bonorum habentium Vassallos, an prædictæ teneantur pro sumenda Bulla contribuere decem tarenos?

Et quid si remansissent vsufructuariæ?

Et an filij ipsarum, dum propriis bonis non vtuntur, teneantur hanc majorem eleemosynam contribuere?

Et an Domina Vassallorum, quæ ratione dotis est Domina, si vxor sit alterius, teneatur contribuere octo argenteos, &c?

Et an illi, qui titulos sumunt super cognomina, vel loca, & Vassallos non habent, teneantur contribuere dictam summam, si Bullam sumere volunt? Ex p.5.tract.13. Misc 1.Resp.3.

§.1. QVidam Theologus affirmatiuè tunc respondit, sed neque authores neque rationes adducebat. Dico igitur, Henriquez *lib.* . *cap.*20. *num.*3. *in glossa, littera Z.* docere eos, qui secundùm taxam supra positam tenentur drachmas octo contribuere, si secundùm Bullam sumant tantùm teneri duas dare, ait enim talem præsumi intentionem Commissarij; quod quidem si aliquo modo constaret, verum existimarem; non enim video vnde hæc intentio præsumi possit; imò priùs contrarium ex Commissarij intentione colligitur, nam pro iis personis absolute designat octo argenteos, & nullo modo distinguit in prima, vel secunda vice; & ratio, quæ militat in prima vice scilicet belli subsidium, & qualitas personæ militat in secunda, ac proinde in ea vice verius existimo, etiam octo argenteos contribuere teneri. Et hæc omnia docet Trullench *in exposit. Bullæ Cruc. lib.*1.§.3. *dub.*1.*n.*15.

2. Notandum est etiam hîc, viduas, quæ mortuis maritis nullo modo manent dominæ, nec vsufructuariæ bonorum habentium vassallos, licèt vocentur Comitissæ, Marchionissæ, Ducissæ, & Principissæ, non teneri pro sumenda Bulla contribuere decem tarenos; patet ex contextu Bullæ ibi, *Viuiendo sus maridos.* Secus autem si mansissent vsufructuariæ; quia re vera dominæ sunt vassallorum, filij verò ipsarum, dum propriis bonis non vtuntur, non tenentur hanc maiorem eleemosynam contribuere: nam licèt sint domini proprietarij bonorum, carent tamen vsufructu eorum, & ita non habent bona, quæ tunc possint dispensare ad sumendam Bullam, nisi illa, quæ voluerit mater dare, vnde vt gaudeant prædicto priuilegio, tantùm tenentur communem eleemosynam contribuere. Ita Trullench *num. citato* 12.

3. Nota etiam illos, qui titulos sumunt super cognomina, vel loca, & vassallos non habent non teneri contribuere dictam summam, si Bullam sumere volunt, quod patet ex Trullench *vbi suprà.*

4. Et tandem potest hîc quæri, an domina vassallorum, quæ ratione suæ dotis est domina, si vxor sit alterius, & ita non habeat bonorum administrationem, contribuere teneatur octo argenteos? Negat Henriquez *lib.*7.*cap.*20. *num.*3. *littera* Z. Verius est tamen teneri: nam etiamsi bonorum non habeat administrationem, est tamen vxor illius, qui tenetur octo argenteos soluere; at Commissarius in supradicta taxa absolutè asserit, teneri etiam vxores eorum, qui ad summam maiorem tenentur, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Sic vxores Ducum, Comitum, Marchionum, Consiliariorum Regionum, Commendatorum maiorum, tenentur soluere octo drachmas eo ipso, quòd sint vxores virorum, qui octo argenteos contribuere tenentur, propter illa verba Commissarij, *Y las mugeres de todos los estados ya dichos ayan de dar ocho reales de limosna.* Et ita docet supradictus Trullench *n.*14.

RESOL. V.

An Prælati Regulares peccent mortaliter prohibendo, ne subditi sumant Bullam Cruciatæ?

Et si Religiosus, petita & non obtenta licentia superioris, sumat Bullam non peccet, & fruatur Indulgentiis Bullæ?

Et Superior Regularis concedendo, vt subditus sumat Bullam, an possit talem licentiam limitare quoad talem vsum, vel quoad talem facultatem, v.g. eligendi Confessarium, &c? Ex p.1.tr.11.Res.99.

§.1. REspondeo affirmatiuè cum Villalobos *in sum. tom.*1.*tract.*27. *claus.*12. *num.*19. & ante illum Acosta *in Bull. quæst.*106. vbi sic ait: [Mortaliter peccat, qui subditis prohibet Bullæ susceptionem, nisi id faciat ex legitima causa: imò, & conscientia prohibentis; sicut Reipublicæ Christianæ est scandalum, ita mihi suspecta semper erit. Quin potiùs, si generali Commissario constiterit, nullos alicuius Familiæ Religiosos suscipere sacram Bullam, debetet super hoc diligenter inquirere; & si Prælatos illius in huiusmodi prohibitione culpatos inueniret, contra illos auctoritate Apostolica procedere. Infero simili. Quoniam Prælatus non habet ius ad denegandam talem licentiam; imò & fruetur Indulgentiis Bullæ.] Ita Acosta, & Villalob. *vbi suprà, n.*27. docet, Regularem etiam ex obseruantia D.Francisci posse sine scrupulo rogare aliquem amicum, vel pœnitentem, vt sumat sibi Bullam Cruciatæ.

2. Verum est, vt idem aduertit *num.*26. Superiorem regularem concedendo, vt subditus sumat Bullam, posse talem licentiam limitare, quoàd talem vsum, vel quoad talem facultatem: & ita etiam docuit Rodriquez *in Bulla in addit.* §. 9. *num.*7. & Valer. *in diff. vtriusque fori, verb. Bull. Cruc. diff.*1. *num.*1. notauit, quòd in Societate Iesu practicatur, quòd licèt Superiores non prohibeant acceptationem Bullæ; restringunt tamen eam, quantùm ad facultatem eligendi Confessarium.

RESOL. VI.

An si quis sciat patrem, vel amicum quolibet anno Bullam Cruciatæ illi sumere, possit vti dictæ Bullæ priuilegiis, antequam pater, vel amicus certiorem illum faciat de Bulla iam sumpta eius nomine? Ex p.1. tract.11. Res.90.

§.1. REspondet negatiuè Rodriquez *in Bull.* §. 12. *in addit. fol. mihi* 212. & post illum Vegha *in sum. tom.*1. *cap.*41. *casu.* 6. quia in negotiis tam arduis, & in vsum tantorum priuilegiorum non sufficit certitudo moralis, seu licentia præsumpta.

2. Sed contrariam opinionem probabilem, & tutam in praxi esse existimo, quam docuit ante omnes Henriquez, quem citat, & sequitur Villalobos *in sum. tom.*1.*tract.*27.*claus.*12.*num* 25. vbi sic asserit: [Si vno tiene ya esperiencia de que su padre le toma cada año la Bula, basta esto para vsar della, aunque no aya llegado à sus manos: porque esto haze certidumbre moral: y me parece lo mismo en caso, que partiendose vno deste lugar, le prometiesse vn amigo fiel, y cuydadozo, de tomarsela en publicandose.] Ita ille.

RESOL.

RESOL. VII.

An possit quis frui priuilegiis Bullæ Cruciatæ, si sciat amicum pro illo singulis annis illam accipere, antequam certior fiat de Bulla suo nomine accepta?

Et an seculares Sacerdotes, & etiam Regulares possint comedere oua, & lacticinia in Dominicis Quadragesimæ sumentes Bullam Cruciatæ?

Et quid obsque dicta Bulla?

Et dicetur posse Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, &c. existentes in Regnis Hispaniæ, sumendo Bullam ordinariam Cruciatæ comedere oua, & lacticinia in diebus Dominicis Quadragesimæ, & sumendo aliam extraordinariam Bullam lacticiniorum possint cum illa concedere singulis diebus Quadragesimæ, deptis aliquibus, prout in dicta Bulla habetur. Exp. 11. tr. 8. & Misc. 8. Res. 14.

OLim affirmatiuè respondi, sed nominatim cótra me negatiuam sententiam tenet Magister Gallego *in Bull. Cruc. cap.* 14. *claus.* 14. *dub.* 180. vbi sic ait; [La segunda sentencia (que tengo por cierta) enseña, que ninguno puede vsar seguramente de las facultades, y priuilegios que concede la Bula, sino tiene auiso cierto de que se la han tomado, porque en negocio de tanta importancia como es la absolucion de las censuras, y pecados reseruados, &c. no basta cierto genero de certeza moral, que se la toman todos los años, y que el amigo le diò palabra de tomarsela, porque esta vida està sugeta à varias contingencias, y puede el Padre, su amigo morir, ò estar muy enfermo, ò descuidarse en tomarsela. ò oluidarse: y assi no teniendo de hecho la Bula, ò noticia de que se la han tomado, no se puede dezir, que puede el confessor absoluerle por ella, pues no sabe de cierto que tenga tal facultad, porque para cosa tan graue en que le dà facultad el Papa para absoluer, y comutar votos, &c. es necessario saberque tiene iurisdicion, y facultad para ello: y assi no basta la costumbre de que se la toman cada año estando ausente, ni palabra del amigo que se lo prometio, porque todo esto no es infalible, y cierto, sino muy falible, y incierto sugeto (como hemos dicho) a las varias contingencias, y sucessos desta misserable vida.] Ita ille.

2. Sed ego non recedo à sententia quam docui, & quam me citato tenet Pater Escobar *in theol. moral. tom. lib. 7. sect. 2. cap. 28. probl. 3. num. 466.* & me citato Pater Mendo *in Bull. Cruc. disp. 2. cap. 1. num 3.* ambo præstantissimi Theologi inclitæ Societatis Iesu, quibus adde etiam me citato Ioannem de Soria *in epitome summarum par. 2. tract. 1. sect. 2. disp. 8. in principio* & Remigium *in Pract. Confess. tract. 7. cap. 1. §. 8. n. 1.* vbi sic ait: [El que sabe que su Padre ò amigo le toma cada año la Bula, puede gozar de sus priuilegios, aunque toda via no le ayan auisado, de como la toman: Quia sufficit hæc certitudo moralis. Lo mismo defiende Villalobos, del que se partiò del lugar donde se toma la Bula, y le prometiò vn amigo fide digno, que la tomaria por el al publicarse.] Ita ille.

3. Nec obstat quod ait Trullench, & Magister Gallego, eam certitudinem non esse sufficientem in re tãti momenti, esseque incertam eam præsumptionem in re quæ concernit materiam Sacramentorum, eò quòd potuerit aliquod impedimentum accidisse, mortis, morbi, aut similis accipientibus Bullam aliis annis. Additque si Episcopus quotannis soleat facultatem mihi præbere ad absoluendum à reseruatis, & sim moraliter certus, eam demùm fore concessurum: tamen quia potest mutare consilium, me non posse absoluere, donec de concessione constet, ergo nec Confessor electus per Bullam, donec de eius acceptione liquescat. Non, inquam, hoc obstat, nam ea est certitudo moralis iam acceptæ Bullæ non sola præsumptio accipiendæ, sicut est præsumptio concedendæ ab Episcopo licentiæ absoluendi à reseruatis, si enim esset certitudo moralis licentiæ iam concessæ idem dicerem de ea, parem ob rationem: & quamuis res sit grauissima, ea certitudo sufficiens est, homines quippè prudenter operantur, dum eis de aliqua re ita liquet, vt in moralibus nequeat maior esse certitudo, nec moraliter sit periculum, quod fallantur; curandum tamen est, vt talis sit certitudo, quæ periculo falsitatis nisi ob rarum contingens, & moraliter non euenies, minimè exponatur. Si enim talis certitudo non sit, assentior contrariis Auctoribus: & quidem si quis seruo fideli commendasset acceptionem Bullæ, posteaque ab eo accidisset; iam esse acceptam, & obseruatam, quamuis ipse non eam physicè acciperet, nec videret, nemo inficias ibit posse eius priuilegiis gaudere; & tamen solã habet certitudinem moralem, in quo casu instantur argumenta contraria. Certitudo igitur moralis, quæ sufficiens est ad iurandum assertiuè aliquid, non est, cur in præsenti non sufficiat. Non tamen sat est probabilitas moralis; licet enim possit quis se conformare opinioni probabili; non datur opinio probabilis in hoc, quod sola cum probabilitate morali exposita moraliter periculo falsitatis acceptionis Bullæ, possit quis illa gaudere, opinio enim benignior exigit certitudinem moralem, quæ non paritur ex rationibus moraliter probabilibus, sed moraliter certis. Hæc omnia Pater Mendo.

4. Et hanc opinionem docet Escobar procedere, si experimento vnius, aut alterius anni comperissem, propinquum, aut amicum meo nomine Bullam accipere, ad priuilegiorum vsum sic me gererem, ac si Bulla meas peruentasset ad manus; quia experientia illa certitudinem moralem efficit, quæ ad moralia sufficit.

5. Sed vt verum fatear ego non assentior viro amicissimo quoad experimentum tantum vnius anni, nam requiro ad minus experimentum duorum annorum.

6. Notandum est hic obiter, Ioannem de Soria *vbi sup.* docere quod non possunt condemnari illi qui in diebus Dominicis Quadragesimalibus absque Bulla lacticinia manducant: quia secundùm ius commune dies Dominici, non appellantur dies Quadragesimales. Idem dicendum de Regularibus, & Presbyteris sæcularibus. Hanc sententiam probabilem esse existimat Escobar *loc. cit. lib. 7. sect. 2. cap. 31. probl. 16. num. 502.* imò illam tanquam probabiliorem tenet Andr. Mendo *vbi sup. in Bull. Cruc. disp. 18. cap. 1. num. 26. & 29.* vbi sic ait; Vt autem ad quæstionem redeamus, censeo, tertiam sententiam esse veritati magis conformem, tutamque in praxi. Quippe in Bulla Latina, postquam concessum est priuilegium ad edenda oua, lacticinia temporibus ieiunorum, etiam Quadragesimalibus, ab hoc priuilegio excipiuntur Prælati presbyteri, & regulares, at priuilegium dumtaxat conceditur ad dies ieiuniorum; ergo quia in diebus non ieiunij nullo opus est priuilegio; huiusmodi autem sunt Dominicæ Quadragesimæ, igitur in eis absque priuilegio, aut Bulla omnes indiscriminatim possunt edere oua, & lacticinia; cum in illis diebus non ieiunij nulla sit in iure communi prohibitio, *vt supra dicebamus.*

Sup. hoc inf. in tr. 6. Res. 52. §. vlt. & in Res. 53. §. Confirmantur. & in Res. 54. & 58. cursim in §. vlt. ad med. à vers. Imò. & pro Regularibus contentis à lin. 6. huius §. lege inf. ° doctrin. §. Quod autẽ huius Res. & Resolutionum eius annot.

7. Aduersantis sententiæ fundamentum est; quia in Bulla Hispana excipiuntur Prælati, Presbyteri, & Regulares à priuilegio vescendi ouis, ac lacticiniis, en quanto à los dias de Quaresma; Dies autem Quadragesimæ sunt Dominicæ. Quod inde confirmatur, quia olim asserebatur in ea Bulla prædictos excipi à priuilegio præfato in ieiuniis Quadragesimæ; posteaquę

que fuit emendatum à Commissario,qui de hoc Pontificem consulit,& apposuit loca ieiuniorum Quadragesimæ, dies Quadragesimæ;quæ vox amplius extenditur. Vlterius confirmo; quia idem declarasse Pontificem in Bulla speciali, & in ea statuisse Dominicas Quadragesimæ cæteris diebus eiusdem Quadragesimæ fore annumerandas quoad abstinentiam ab ouis, & lacticiniis, testatus est mihi vir doctus, & grauis qui Bullam legisse affirmauit.

7. Nihilominus standum est nostræ assertioni, & dicendo pro eodem sumi in Bulla Hispana dies Quadragesimales,ac ieiunia Quadragesimalia;quæ acceptio conformis est iuri, in quo Dominicæ Quadragesimæ non comprehenduntur sub diebus Quadragesimæ : *iuxta c. Quadragesima, de consec. dist. 5.*

8. Deinde vt sæpè monuimus, substantia verborum Bullæ Latinæ mutari nequit à commissario, esto possit declarari,si dubia sit;non autem est dubia in hoc puncto, vt ex verbis illatis patet. Nec sufficit,ita declarasse Pontificem consultum,si authenticè non constet de ea declaratione, vt docent Trullen. Diana, & alij; non autem sic constat. Similiter Bulla,aut Breue, quod asseritur fuisse denuo expeditum declarans,dies Dominicas Quadragesimæ annumerandas esse ieiunij diebus quoad abstinentiam ab ouis,& lacticiniis, publicatum sanè non est, nec authenticè de eo constat, & post non exiguam sollicitudinem nec inuenire illud potui, nec notitiam illius esse vulgatam, comperi. Si ergo de illo certum constiterit, omninò ei erit standum? sicut, & consuetudini,si contraria detur legitimè præscripta.Hucusque Pater Mendo.

9. Sed ego hanc sententiam semel, & iterum improbaui,& hic Romæ non admittitur, & scio ex ordine Sacræ Congregationis indicis fuisse in libro cuiusdam Authoris deletam, qui postea folio recuso mutauit,me citato, sententiam quam antea docuerat. Nemo itaque potest in diebus Dominicis quadragesimæ edere oua, & lacticinia absque Bulla Cruciatæ.

Sup.hoc inf. in Resol.169. & inferius in tr.6. Resol. 58.§ vlt. in princip. & absque Bulla in casu sup. curtim ad lin.6.§. Notandum est huius Resol.

10. Quod autem Sacerdotes etiam Regulares possint comedere in diebus Dominicis Quadregesimæ,oua,& lacticinia sumētes Bullam Cruciatæ,& docet me citato Magister Gallego *vbi sup. dub.49.* & me citato P. Bardi *in Bull.Cruc.part.2.tract.3.sect.6.n.58.cum 63.* & me citato Marcus Serius *in Bull.Cruc.disp.1.diffic.7.§.5. q.13.n.3.*& me citato P.Escobar.*vbi sup.probl.17.n.505.* & me citato P.Pasqual.*in praxi ieiun.decis.173.n.4.* & me citato Narbona *in annal.iur an.60.q.3.num.4.*Idem etiam docet Castr.Palaus *tom.4.tract.25.punct.7.n.8.*& Ant.Fernand. *in instruct. Confess. part.1. docum.6. §.1.* Quidquid in contrarium asserant Rodriq.Henriq.Villalob. Sancius, Ortiz, Vega, & Gallego *vbi suprà, citati.*

Quoad doctr. contentā in hoc, & seqq. §§. quamuis pro Cardinalibus Sacerdotibus, vel Regularibus lege inf. doctr.Resol. 164.

11. Verùm ex his ego olim consului, posse Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, &c. existentes in Regnis Hispaniarum, sumendo Bullam Cruciatæ ordinariam,comedere lacticinia in diebus Dominicis. Quadragesimæ. Dixi Bullam Cruciatæ ordinariam; nam sumendo aliam Bullam lacticiniorum,possunt illa comedere singulis diebus Quadragesimæ; demptis aliquibus provt in dicta Bulla habetur.

12. Probantur omnia superiùs dicta, quia in Bulla Latina prohibetur Sacerdotibus,& Regularibus aliisque exceptis vsus ouorum, ac lacticiniorum in diebus ieiunij Quadragesimæ; ergo extra hosce dies possunt illis vesci; atqui dies Domini non sunt Quadragesimalis ieiunij dies, sed tantùm dies, abstinentiæ à cibis prohibitis,scilicet à carnibus ouis,& lacticiniis,vt experientia constat; ergo in illis possunt excepti per Bullam, oua, & lacticinia comedere.

13. Itaque dies Dominicæ in Quadragesima non sunt Quadragesimæ dies:idem enim sunt dies ieiunij Quadragesimæ, ac dies Quadragesimæ; atqui dies dominici non sunt dies ieiunij Quadragesimæ; ergo nec Quadragesimæ dies. Ostendo autem aperte Dominicas Quadragesimæ non esse Quadragesimæ dies. Quadragesima incipit à Dominica prima post dies Cinerum & in die Cœnæ Domini terminatur, quia eo in die Dominus Pascha celebrauit : vt vero compleretur quadraginta dierum numerus,ex quibus constat Quadragesimale ieiunium, statuit Ecclesia illos dies quatuor ante Dominicam primam Quadragesimæ,& alios duos Veneris, & Sabbati post Cœnam Domini, esse dies ieiunij Quadragesimalis loco sex dierum Dominicarum Quadragesimæ.

RESOL. VIII.

An Bulla Cruciatæ, si sumatur, & postea culpabiliter amittatur,comburatur,vel rumpatur,adhuc valeat? Ex p.11.tract.2.& Misc.2.Resol.46.

§.1. NEgatiuam sententiam olim docui, & me citato illam probat Pater Bardi *in Bull.Cruc. par.2. tract.8.cap.2.sect.3.* Sed nouissimè Pater Mendo *in Bull.Cruc.disp.21.cap.1. num 3.* affirmatiuæ sententiæ adhæret, sic enim asserit : Censeo ipso quòd quis Bullam acceperit, erogans pro ea eleemosynam, licet postea culpabiliter,aut inculpabiliter eam amittat,aut rumpat posse adhuc omnibus eius priuilegiis frui.Indicauit hoc probabile Basilius Legionensis in explicatione manuscripta Bullæ. Ita ille.

2. Et posteà in Appendice nominatim contra Patrem Bardi *disp.2.cap.32.num.173.* conatur multis rationibus suam firmare sententiam. Et præcipuè, quia retentio Bullæ non ex præcepto, sed ex consilio iniungitur à Pontifice, igitur etiamsi non retineatur, quomodocumque retentio deficiat; poterit quis eius vti priuilegiis.Etenim non exequi opus ex consilio iunctum, valorem concessioni priuilegij non detrahit, quantumuis ea non executio ortum habeat ex negligentia,quæ in præsenti vocatur culpa, seu culpabilis non retentio. Cœterùm retentionem Bullæ non esse iniunctam ex præcepto, sed ex consilio, & concedit vnus ex aduersantibus Trullench; Ergo.

3. Sed ego non recedo à sententia quam docui, & ideò nouissimè contra Patrem Mendo insurgit Magister Gallego *in Bull. Cruc. c.14. claus.14.* vbi me citato sic ait,[Digo lo segundo,si el tiene la Bula la rompe maliciosamente,la pierde,ò la quema de proposito, no puede gozar de los indultos, facultades,gracias,ò indulgencias que en ellas se conceden.

4. Este dicho es contra Andreas Mendo de la Compañia,en el lugar à qui citado,el qual afirma,que el que ya auia tomado la Bula, si la rōpiesse maliciosamēte, ò de proposito la perdiesse!, y quemasse, con todo le valia la Bula que auia tomado, y podia gozar todo lo que en ella se concede. Su fundamento principal es, porque el dezir el Papa,y el Commissario General que se guarde la Bula, dize Mendo que no es mandato ni precepto, sino solamente consejo, luego aunque no la tenga en su poder el que la tomò, aora sea por culpa, ò sin ella el no tenerla guardada, podrà vsar della, y le valdrà, porque no executar lo que se ordena por consejo, no quita ni priua del priuilegio. Este fundamento es falsò, porque expressamente dize el Commissario General en esta Bula: y declaramos, que los que tomaran en esta Bula, ayan de recibir esta Bula, y guardar este sumario, y Bula &c. Notesse à quella palabra, Ayan de recibir, y guardar, que denota no consejo, sino mandato, porque la traducion en Castellano, es conforme à la Bula plumbea,ò latina que cōcede su Santidad, y en la Bula Latina se dize aun mas claramente,

porque

porque en ella ſe dize aſſi : *Ea qua decet puritate publicarum illarum omnium ſummarium, quod etiam per omnes, qui illi eti voluiſſent, accipi, & per eos retineri debere, ſtatuerit, &c.* Noteſe la Palabra, *Retineri debere*, que dezen, y tienen obligacion de guardar dize el Suſſo Pontifice, luego el guardarla no es conſejo, ſino mandato, y mas claramente Gregorio XIII. en la dicha Bula Plumbea, ò Latina dize hablando deſte punto en otra parte deſta manera, *Item mandatur, vt Summarium hoc per omnes Chriſti fideles ad prædictum bellum contribuentes, qui huiuſmodi gratiarum participes eſſe voluerint, recipiatur, & retineatur, &c.* Noteſe à quella palabra, *Item mandatur*, que manda el Papa que ſe tome eſta bula, y ſe guarde para poder gozar las gracias que en ellas ſe concede: Luego ſi el Papa expreſſamente dize, que lo manda, coligeſe euidentemente que ſe violenta el texto de la Bula, en dezir que el Papa no mandò que ſe guarde la Bula, ſino que lo aconſeja, y aſſi en eſta doctrina fue ſingular el dicho Andres Mendo, y ningun Autor que aya impreſſo antes del año de 1612. ha enſeñado tal doctrina, y por conſiguiente no teniendo Autores que la enſeñen, y lo que mas principales ni razon que la pueda apoyar, ſino es violentando el texto de la Bula, digo que eſta doctrina de Andres Mendo no ſe puede ſeguir en practica.] Ita ille, Qui etiam adde Ioannem Henriquez *in qq. pract. ſect. 48. quæſt. 1. num. 5.* Remigium *in pract. Confeſ. tract. 7. cap. 1. n. 6. num. 2.* Et me citato Marcus Serius *in Bull. Cruc. diſp. 1. difficult. 12. §. 10. num. 2. & 3.* Anton. Eſcobar *in Theol. moral. libro ~. ſectione 1. capite 2. numero 10.* & alios penes ipſos; Itaque non eſt deferenda ſententia Patris Bardi, quicquid dicat Pater Mendo.

RESOL. IX.

An ſi Petrus ſumat Bullam Cruciatæ pro Ioanne, qui iam aliam acceperat, poſſit Petrus illam alteri applicare? Ex p. 11. tr. 2. & Miſc. 2. Reſ. 47.

§. 1. NEgatiuam ſententiam olim docui, ſed nouiſſime nominatim contra me inſurgit Pater Mendo *in Bull. Cruc. diſp. 21. cap. 2. num. 16.* quia ea intentio non ſolùm eſt de traditione Bullæ, ſed de vſu ſiue, quem Ioannes exerceat, at non obſtante ea intentione, poteſt Ioannes non vti illa, ſed tradere alteram Bullam, igitur intentio illa nihil operatur alioquin etiam operaretur, vt nullus alius poſſet vti eiuſmodi Bulla propter rationem eamdem aduerſantium, nempe quia fuerat intentio Petri, vt nullus alius, niſi Ioannes, ſed vt Ioannes, & non alter illa vteretur. Præterea ea intentio effectum non ſortitur, donec Bulla accipiatur à Petro habet tamquam implicitè imbibitam conditionem, ſi Petrus acceptet; ea enim ad quæ qua eſt vt duo concurrant, alterutro deficiente non ſortiuntur effectum. Quare illa conditione non apposita, liber manet Petrus ad applicandum alteri Bullam; licet qui offert alteri nummos animo verò donandi, ſi non acceptentur, manet adhuc dominus eorum, poteſtque alteri donare. Itaque Bullæ applicatio quaſi effectiua in ſuſpenſo eſt, donec acceptetur, & propter conditionem imbibitam: & quia dum offerens, & acceptans non concurrunt, non datur locus applicationi effectiuæ redactæ, non eſt ad quem Bulla illa pertineat. Ita Mendo.

2. Sed ego non recedo à ſententia quam docui, & quam me citato tenet etiam Magiſter Gallego *in Bul. Cruciatæ cap. 14. clauſ. 14. dub. 178.* vbi ſic ait. [Pregunta ſi Pedro toma la Bula para Iuan, el qual ya la tenia tomada para ſi, ſi podra Pedro aplicarla, y darſela a otro?

3. Reſpondo que no, porque realmente Pedro tomò la Bula para Iuan, con intencion de aplicarſela, à Iuan, y no à otro Eſto dize tambien Alphonſo de Vega *en el tomo 1. de la ſuma, cap. 43. caſu 6.* el qual refiere que conſultado deſto el M. Bartholomeo de Medina, reſpondio lo dicho. Tambien dize lo miſmo Ant. Diana *1. par. tract. 11. reſol. 91.* otra coſa ſeria ſi Pedro quando tomo la Bula para Iuan, no dixo en ſu intencion, no la quiero aplicar à otro, ſino que lo dexò aſſi, teniendo intencion de tomar la Bula para Iuan, ſin otras reflexiones è intẽciones, ſi halla que Iuan tiene ya tomada Bula podra Iuan aplicarſela à otro. Aqui hablamos quando no ſe concedia mas de vna Bula, que aora que ſe pueden tomar dos, ſe ha de dezir, que la ha de recibir Iuan, el qual ſi ya tenia dos Bulas, podrà Pedro aplicarla à quien quiſiere en el ſentido que hemos dicho.] Hæc ille, cui aſſentior & ego.

Quæ nunc hanc ſequentur in eius §. Notandum eſt.

RESOL. X.

An ſi quis ſumat pro amico Bullam Cruciatæ, & ſcribat in ea eius nomen, poſſit hic illam non acceptare, ſed nomen ſuum tollere, & illam alicui applicare?

Et an ſi Petrus ſumit Bullam pro Ioanne, qui iam alteram acceperat, poſſit Petrus illam alteri applicare?

Et an oporteat, vt nomen proprium ſit eidem Bullæ inſcriptum?

Et an ſi inculpatè Bulla fuerit amiſſa, aut combuſta, ſit neceſſarium, vt alia ſumatur? Ex part. 1. tract. 11. Reſ. 95.

§. 1. REſpondeo affirmatiuè cum Villalobos *in ſum. tom. 1. tract. 27. clauſ. 4. num. 23.* vbi ſic ait: [Si vn amigo me tomò la Bula, y me la embio, y yo, que tenia tomada otra no la acepte, la puedo dar à otro, y lo que deximos de poder la dar à otro la que embio el amigo, lo entiendo yo, aunque trayga eſcrito el nombre, que en eſſo va poco, y aunque ſe mude, no por eſſo ſera falſario el que lo eſcriue,] Ita ille. Sup. hoc in Reſ. ſeq.

2. Notandum eſt tamen, quòd ſi Petrus ſumit Bullam pro Ioanne, qui iam alteram cœperat, non poteſt Petrus illam alteri applicare: quia, vt ait Vega *in ſumm. tom. 1. cap. 43. caſ. 6.* realiter ille ſumpſit illam Bullam cum intentione applicandi Petro, & non alteri. Ergo, &c. Et ita teſtatur reſpondiſſe de hoc caſu interrogatum Medinam. Sup. hoc in Reſ. præterit.

3. Nota etiam cum Villalobos *vbi ſuprà*, & Vega *in ſumma tom. 2. cap. 7. caſ. 26.* & Henriquez *libro 7. cap. 20. numero 5.* quòd non oportet, vt nomen proprium ſit eidem Bullæ inſcriptum: Et ſi inculpate Bulla fuerit amiſſa, aut combuſta, non eſt neceſſe, vt alia ſumatur; ſed poteſt, hoc non obſtante, quis illa frui. Sup. hoc & contentè in ſeq. §. ſup. in Reſ. 8.

4. Et ideò hanc ſententiam poſt Henriquez, & Villalobos docet Nugnus *in 3. part. tom. 2. tract. de Bull. §.... in fin.* vbi ait: [Notandum eſt, quòd, vt Bulla ſit valida, debet recipi, & obſeruari cum aliqua mediocri diligentia: ſi verò ſine culpa deperdatur, vel rumpatur; tunc credo, quòd valet; quia non debet eſſe maior obligatio in hac parte, quam eſt in aliis rebus.] Sic ille: Idem etiam docet Acoſta *in Bull. quæſt. 12.* & Vega *in ſumma tom. 2. cap. 7. caſ. 23.* & Gomez *in Bull. clauſ. 11. num. 12. & 13.* & nouiſſimè Acugna *in Decretum Gratiani, part. 1. diſp. 100. cap. 10. num. 5.* Sed his non obſtantibus, ex verbis Bullæ contrarium apparet dicendum eſſe: habent enim: [Dichiaramo, che quelli che la pigliaranno, habbiano da riceuere, & conſeruare queſta Bolla, perche d'altra maniera non

non guadagneranno la detta Bolla, ne le gratie di quella.]

RESOL. XI.

An si aliquis sumat pro amico Bullam Cruciatæ, & scribat in ea eius nomen, possit talis eam non acceptare, sed nomen suum tollere, & illam alteri applicare? Ex p.3. tract. addit. Resol.24.

Quæ hic est Resol. antecedens, in §. eius 1.

§.1. PRo affirmatiua sententia *part.1. tract.11. resolut.93.* adduxi Villalobos, cui nunc addo Ægidium Trullench *in Bull. Cruc. lib.1. §.1. dub.2. num.6.* vbi sic ait: *Si habens Bullam non eam sibi acceptauit, seu applicauit potest eam in alium gratis, seu data stipe transferre, vel eam Commissarius recuperare. Ita Rodriquez, §.12. num.17. & Henriquez* lib.7. cap.8. num.1. litt.B. cap.20. num.5. litt. H. *Vnde si iam acceperam Bullam, & parentes aut amici mittant ad me aliam, vel alias, quas nomine meo acceperant, licet tunc mihi has Bullas, quibus non indigeo, sub stipe in alios transferre. Ratio est, quia quamdiu non acceptaui, applicatio est in pendenti, atque ita licet eam in alium transferri etiam data stipe: talis enim censetur animus Pontificis & Regis, scilicet vt nemo sit grauandus vt retineat nisi vnam Bullam sibi opportunam, quare reliquas si aliis confert accepta stipe, reuera illis proderunt. Quod procedit, quamuis in Bulla ad me transmissa sit nomen meum appositum: nam per nominis appositionem per errorem factam, sine propria acceptatione Bulla non fit mea, & adhuc manet in pendenti. Vnde poterit mutato nomine ante acceptationem in alium transferri. Nec mutare nomen ab alio scriptum ex culpa, quia hoc potius est corrigere, siue emendare id quod ex ignorantia alterius factum est, vt docet Nauarr.* capite 22. num.62. in fin. *Et ratio est, quia ista Bullæ non sunt litteræ Apostolicæ, sed transumpta litterarum Apostolicarum.* Ita Ille. Vide etiam Rodriquez *in Bul.§.12.num.17.* & Henriquez *lib.7.cap.8.n.1.in glos.lit B.& cap.20.n.5. in gloss. lit. H.*

RESOL. XII.

An valeat Bulla sumpta ex pecuniis ablatis, furatis, & quid, si meretrices illam sumant? Ex part.1.tract.11. Resol.101.

§.1. AFfirmatiuè videtur respondere Rodriquez *in Bul. §.1. in addit. dub 7.* sed libenter cum ipso concurro quoad meretricem, quæ de quæstu turpi eleemosynam dat pro Bulla: quia hæc, licet turpiter faciat peccando; non tamen turpiter recipit quæsitum, vt communiter sentiunt Doctores. Secus autem de illo, qui ex pecuniis ablatis sumit Bullam: quia talis sumptio Bullæ nihil valet, cùm Summus Pontifex vult hanc eleemosynam soluendam esse de propriis bonis, & facultatibus: sed pecunia ablata non est de propriis bonis: ergo, &c. Et ita de fure, & de meretrice sentiunt Acosta *in Bull. Cœn. quæst.* 12. & Vega *in summ. tom.1. cap.43. cas.7.* & Nugnus *in 3.part. tom.2. tract.de Bulla.*

RESOL. XIII.

An si elapso anno Bulla non promulgetur, sed paulo post promulganda erit, possit quis intra illud tempus frui priuilegio primæ Bullæ? Ex p.1.tr.11.Resol.91.

Sup. hoc cursim inf.

§.1. REspondet Rodriquez negatiuè *in Bulla, §.5. num.2.*

2. Sed affirmatiuam sententiam docet Henriquez *lib.7. cap.20. num.2.* vbi sic ait: [Si elapso anno, & paucis diebus, non promulgetur secunda Bulla (quam constat paulò post promulgandam) fruetur quis prima Bulla ex pia interpretatione Pontificis, & commissarij; quia annus vnus computatur more Ecclesiastico à prima vsque ad secundam promulgationem circiter.] Ita ille satis probabiliter; qui *in Glossa littera O*, testatur, ita etiam docuisse multos Iurisperitos, & Theologos Salmanticenses; & nouissimè docet etiam hanc sententiam contra Rodriquez, Villalobos *in sum.tom.1.tract 27.clauss.4.num.8.& 9.* Sanc. *in select. disp.55.per totam.*

RESOL. XIV.

An si ante elapsum annum promulgetur secunda Bulla, possit quis vti priuilegio primæ Bullæ, donec transeat annus, non obstante publicatione alterius Bullæ? Ex p.1.tr.11.Resol.93.

§.1. NEgatiuè respondet Gomez *in explic. clauss.5. num.1.* & Villalobos *in sum. tom.1. tract.17. clauss.4. n.11.*

2. Sed contrariam sententiam probabiliter docet Rodriquez *in Bul.§.5.num.2.* vbi ait: [Durante el año, vale la Bula, y ningun Comissario la puede suspender. Y assi antes, que se acabe el año de la publicacion, es contra la voluntad de su Santidad, y de su Magestad, que se predique otra Bula, y que se suspenda la passada. Por tanto los Rectores, y Curas queriendola predicar en sus lugares, antes de acabado el año de la publicacion, pidan à los Commissarios, que declaren en pulpito, que no se acaba el año de la publicacion de la Bula passada, sino tal dia.] Ita ille: & Vega *in sum. tom.1. cap.43. cas.10.* quod pro praxi est valdè notandum, & ideò nouissimè hanc sententiam docet Sanch. *in selectis, disp.55. n.4.*

RESOL. XV.

An si quis sub fine anni, quo expirat Cruciata, incipiat confiteri, & quia non potest ob instas causas confessionem finire, & absolutionem obtinere, possit Confessarius, transacto anno, virtute præcedentis Bullæ illum absoluere?

Ex quo infertur, quod si aliquis haberet licentiam audiendi confessiones ad tempus, potest transacto prosequi confessionem ante cœptam? Ex part.1. tract.11. Resol.94.

§.1. PVtat Henriq. loquens de Iubileo, *lib.7.cap.11. n.3.* debere Confessarium in tali casu absoluere pœnitentem à reseruatis, & postea audire reliqua peccata tempore opportuno.

2. Sed ego puto absolutè, quòd si confessio incipiat tempore habili, intra terminum, scilicet, anni publicationis Bullæ, potest Confessarius de cætero audire totam pœnitentis Confessionem, & illum postea à reseruatis, & censuris absoluere. Et probabiliter docet Ledesma *in sum. tom.1. tract. de Sacr. Confes. cap.12. concl.5. dub. 2.* & Sanchez *in sum. tom.1. lib.2. cap.14. n.15.* Quòd si aliquis haberet licentiam audiendi Confessiones ad tempus, posset eo transacto prosequi Confessionem antè cœptam.

3. Et ideò in terminis nostræ Bullæ hanc sententiam docet Rodriquez *§.5. num.2.* Villalobos *in summa tract.27. clauss.4. num.12.* Acosta *in Bull. quæst.36.* & alij.

4. Vnde optimè docuit idem Sanchez, *vbi supra*

in summa tom.1. lib.4. cap.54. num.34. etiamsi tempus Bullæ Cruciatæ transeat posse Confessarium concedere maius tempus pœnitenti, vt recordetur de voto, quod fecit emisisse; sed est immemor speciei; & posteà, transacto etiam anno Bullæ, illud commutare: quia causa illa fuit incœpta tempore inhabili. Vnde etiam potest, quòd iurisdictio Commissarij, ac ministrorum Cruciatæ durat, quousque omnes causæ incœptæ concurrentes ad vtilitatem & iurisdictionem Cruciatæ finiantur, proindeque regalia præfatis ministris concessa, quandiu illi occupati fuerint in negotiis Cruciatæ in suo robore permanent. Et ita notauit hodie quæst.100.

RESOL. XVI.

An priuilegia Bullæ Cruciatæ sint fauorabilia, & amplianda?

Item, si dicendum de Iubileo. Ex p.1.tr.11. Ref.98.

1. NEgatiuè respondet Sanchez *de matrim. tom.3. lib.8.disput.2.num.7.* ideò putat esse strictè intelligenda.

2. Sed contrarium puto asserendum esse cum Suarez *de relig tom.2.lib.6.c.16.n.3.* qui testatur multos viros doctos nostri temporis ita sensisse. Idem etiam docet Raphaël de la Torre *in 2.2.tom.2.q.88. art.11.disp. vlt.n.1.* Villalobos *in summ.tom.1.tract.27. in tit.num.7.* Henriquez *lib.6.cap.16. num.3. & lib.7. cap.20. numero 4.* & alij: quia huiusmodi priuilegia sunt beneficium Principis, sine alicuius præiudicio; sunt opus liberalitatis, clementiæ, charitatis, &c. Ergo sunt fauorabilia, & amplianda. Deinde, tales facultates ordinantur immediatè ad pleniorem absolutionem faciendam, quæ quoad hanc partem est fauorabilis. Et eadem ordinantur non ad bonum priuatum, sed ad publicum totius Ecclesiæ, ad subueniendum publicæ eius necessitati. Ergo, &c. Et idem dicendum est de Iubileo.

RESOL. XVII.

An per Bullam Cruciatæ Confessor approbatus ab ordinario in vna Diœcesi, possit in alia in Confessorem sine nouo Ordinarij loci approbatione eligi, siue ille Ordinarius sit Episcopus originis, siue beneficij, siue domicilij, & siue sit Episcopus pœnitentis, siue Confessarij? Item dicendum est de tempore Iubilei.

Et an sub nomine Ordinarij non intelligantur, nec includantur Abbates, vel Prælatus Religionis, seu Episcopus Titularis? Ex p.1.tract.11.Ref.7.

1. NEgatiuè respondet Layman *in Theol. moral. lib.5. tract.6. c.11. n.8.* Villalob. *in sum. tom.1. tr.9 dub.15.num.3.* Beja *p.4.cas.20.* Zerola *in praxi pœn. tit.4.§.8.* Vasquez *in 3.p.tom.4.q.93.art.3. dub.4.num.3.* Leone *de Iubileo.p.2.q.9. n.19.* Campanili *in diuer. iur. comm.verb.12.c.13. num.77.* Acosta *in Bullam Cruciatæ, q.38. per tot.* Guttierrez *in qq. canonicis, lib.1. cap.27. num.6.* & alij.

2. Sed contrariam sententiam probabilem etiam iudico, cum Henriq. *lib.3. de Pœnit. cap.6. num.7. & in Glossa, lit.A. & lib.7 de Indulg.c.12.n.4* quem potuerunt citatis aliis, sequitur Valerus *in diff. vtriusque fori, verb. absol. diff.1. n.7. & seq.* qui doctè, & fusè probat hanc sententiam.

3. Dico igitur: Quisquis per Bullam Cruciatæ, (& idem dicendum est de tempore Iubilei) potest in Confessarium eligere quemcumque approbatum à suo Ordinario Episcopo, siue ille Episcopus sit originis, siue beneficij, siue domicilij & siue sit Episcopus pœnitentis, siue Confessarij, quia Bulla non requirit aliud, nisi quòd Confessarius sit approbatus ab Ordinario: sed, qui in aliquo loco est ab aliquo Ordinario approbatus, verè dicitur approbatus ab Ordinario: ergo per Bullam vbique erit eligibilis.

4. Et hanc opinionem docet etiam Fay. *in disp. de pœnit. in addit. ad 3.p.q.8.a.5. disp.3. concl.4.* Llamas in *sum.p.1.c.6.§.6.* Portel. *in dub. regul. ver. Confess. regul. ciúsque præsentatio,n.4.* Ledesm. *in sum.tom.1.tract.de Sacr. Pœnit c.13.dub.7.* Fernand. *in exam. Theol. mor p.3.c.9. §.8.n.4.& 5.* Nugnus *in 3.p.tom.2. quæst.8. art.5. dub.9.* Coninch *de Sacr. disput.8. dub.7. num.53.* Regin. *in praxi,tom.1.lib.6.c.16. q.4. n.188.* Ioan. de la Cruz *in direct. consc.p.2 tract. de pœn.q.5.dub.9.conc.2.* & Filliuc. *tom.1.tr.7 c.9.n.262,* & ita docuisse testatur Henriq. *vbi suprà*, Archiepiscopum Blancho S. Iacobi, & Guerrero Granatensem, qui Concilio adfuerunt cum Magistris Mancio, Gallo, Gueuara & Medina, & aliis Magistris Religionum Diui Dominici, Francisci, & Augustini, cum Theologis, & Iuristis Salmanticensibus.

5. Ad quandam verò responsionem Cardinalium, quam asserunt Doctores contrariæ sententiæ, respondetur, de illa authenticè non constare: immò Valerus, & Suarez afferunt pro nostra sententia alias Cardinalium Declarationes. Notandum est verò, quòd sub nomine Ordinarij non includuntur Abbates vel Prælati Religionis, seu Episcopus titularis; & ideò Confessarij à supradictis approbati non possunt eligi per Bullam, vt notat Nugnus *vbi suprà.*

RESOL. XVIII.

An per Bullam Cruciatæ possit quis eligere in confessarium habentem beneficium Curatum?

Et an hoc etiam procedat quoad illos tantum, qui actu beneficium Parochiale retinent, non autem si habuerunt, sed renunciarunt?

Et an sub nomine beneficij Parochialis includantur superiora beneficia, vt Abbates, Archipræsbiteri, & huiusmodi habentes curam animarum, & iurisdictionem in hoc foro? Ex p.1 tract.11.Ref.8.

§.1. NOn posse, docuit Nugnus *in addit. ad 3.part. tom.2. quæst.8. art.5. dub.9. in fin.* & Guttierrez *in qq. canon lib.1 c.27.n.21.* quia in Bulla solùm Pontifex facit mentionem de Confessario approbato ab Ordinario, & ne verbum quidem de illo, qui obtinet beneficium parochiale.

2. At, his minimè obstantibus communiter contrarium docent DD. vt Valer. *in diff. vtriusque fori, verb. absol. diff.1.n.16.* qui citat Blancho Archiepisc. Compostellanum, & multos Magistros Salmanticenses cum Viualdo. Idem docuit Villalobos *in summ tom.1.tract.9. dub.56.n.4* Homobon. *in exam. Eccles. p.1. tract.5.cap.3. q.15.* Syluius *in addit. ad 3.q.8. art.5. dub.6 conc.1.* Suarez *in 3.p. tom.4. disp.28. sect.4. n.18.* Reginald. *tom.1. lib.1. cap.16. q.3. num.189.* Cruz *vbi suprà:* Fagundez *de Præcept. Eccles. tract.2. lib.7. cap.2. num.35.* Filliuc. *tom.1. tract.7. cap.9. num.257.* cum aliis. Ea ratio est; quia per Concilium Trident. talis absolutè approbatur nec Concilium exprimit, vt ab hoc, vel illo Episcopo reputetur idoneus: est igitur talis vbique proximè capax iurisdictionis, si aliunde conferatur ab eo, qui potest delegare vel mediante Bulla, vel simili priuilegio eligendi Confessorem.

3. Ad argumentum verò Nugni respondeo, quòd licet in Bulla efficiatur tantùm mentio de Confessario ab Ordinario approbato; tamen, quod dicitur de vno æquiparatorum debet dici de alio *ex reg. iuris, & qua per Glos. in l si quis seruum C. de furtis, & in cap. si*

Sup. hoc inf. in tract.4. ex Ref 2. lege doctrinā §. Sed quidquid. & in to.1. tr.3. in fine Ref.13. & in tom.3. tr.1. Ref.39. §. Septimus casus, cursim ad lin.6.

 postquam

postquam verb. mente, de elect. lib.6. & per Baftolum *in l. in tantum, §. pen. ff. de seru. corrupt.* Ex his apparet me rectè olim respondisse, quendam Parochum nostræ ciuitatis ritè absoluisse Drepani pœnitentem, qui virtute Bullæ Cruciatæ absolutionem ab illo flagitauit.

Sup. hoc in Resol. 2. not. præteritæ à princ. pio, & signanter melius, & magis latè in Resol. seq. à lin. 7. & vers. Ex quo colligitur, & seqq.

4. Notandum est tamen, dictam sententiam affirmatiuam procedere quoad illos, qui actu beneficium parochiale retinent; non autem si habuerunt, sed renunciarunt, vt patet ex illis verbis Concilij: *Nisi aut parochiale beneficium habeat.* Ita notat Leone *de Iubil. p. 2. q. 9. n. 21.* Suar. *disp. 23. sect. 4. n. 20.* Fagund. *in. 1. lib. 7. c. 2. n. 38.* Reginal. *tom. 1. lib. 1. cap. 16. n. 190.* Filliuc. *vbi infrà.* Henriquez *lib. 3. de Pœn. c. 6. n. 3.* & alij, licèt contrariam opinionem doceat Rodriquez *in addit. ad Bull. §. 9. numero 4.* Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 1. n. 4.* & Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. p. 2. de Pœn. quæst. 5. dub. 8. concl. 4.* vbi eam probabilem vocat.

5. Notandum est etiam, quòd sub nomine beneficij parochialis includuntur superiora beneficia, vt Abbates, Archipresbyteri, & huiusmodi habentes curam animarum, & iurisdictionem in hoc foro. Ita Filliucius *tom. 1. tract. 7. c 9. n. 257.* Fagundez *vbi supra num. 41.* & Suarez *num. 21.* Reginaldus *num. 190.* & alij.

RESOL. XIX.

An Episcopus, qui renunciauit Episcopatui, possit eligi in Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilæi?

Idem quæritur de Parocho, qui beneficium reliquit resignatione, commutatione, aut per Religionis ingressum.

Et quid si Curatum auferatur per sententiam iuridicam ob defectum scientiæ, aut ob delictum?

At an Sacerdos priuatus absolute à Sancto Officio Inquisitionis audiendi confessiones possit eligi etiam virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilei?

Et an per Bullam Cruciatæ sit eligibilis in Confessarium, cui Episcopus licentiam confitendi abstulit. Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. Resol. 8.

§. 1. CAsus hodie practicari posset cum Reuerendissimo, & amicissimo Laurentio Gauotti olim Episcopo de Vigintimiliis, an inquam si esset in Sicilia, vel Hispania esset per Bullam eligibilis in Confessarium? & affirmatiuam sententiam tenet Thomas Hurtadus *var. tom. 2. tract. 12. c. 1. dub. 3. num. 187.* vbi sic ait; Ex quo colligitur, quòd Parochus, qui reliquit beneficium parochiale resignatione, commutatione, aut per Religionis ingressum, & actu illud non habet, licet non possit etiam ouium præteritarum confessiones audire, potest tamen virtute Cruciatæ eligi ab illis, & aliis quibuscumque totius Diœcesis; Ita Ludouicus de la Cruz *vbi supra dub. 7.* Ioannes de la Cruz *part. 2. de Sacr. pœnitentia q. 9. dub. 8. concl. 4.* dicentes id esse probabile, & absolutè tenent Villalobos *tom. 1. tract. 27. claus 9. §. 1. num. 4.* Rodriquez §. 9. *citato num. 4.* Acosta *in explicat. Bullæ q. 39.* Fay *in additionibus ad 2. part. q. 8. art. 5. disp. 3. concl 4 ad 3.* Ratio est, quia iste per derelictionem beneficij, non amisit approbationem de idoneitate; sed solum iurisdictionem actualem, ergo potest eligi virtute Bullæ Cruciatæ.

Sup. hoc in Resol. præterita §. penult. Et pro Iubileo in alia Resol. eius not. & inf. in §. Nota verò huius Resol.

2. Tum etiam quia dum Concilium exigit, quòd quis habeat beneficium Curatum, vt possit sæcularium confessiones audire, hoc requiritur tantum vt possit audire, etiamsi non eligatur; sed ratione iurisdictionis beneficio annexæ; non tamen est necessarium, quòd habeat actu beneficium Curatum vt virtute priuilegij possit eligi vt absoluat ratione iurisdictionis concessæ à Pontifice. Quæ sententia quidquid alij dicant, valdè probabilis est, & tuta in praxi quod multo magis erit verum in Episcopo, qui Episcopatum relinquit, nisi beneficium Curatum auferatur per sententiam iuridicam ob defectum scientiæ, aut ob delictum. Tunc enim aufertur idoneitas requisita à sacro Concilio. Vnde sacerdos priuatus absolutè à sancto Inquisitionis Tribunali audiendi confessiones, nullo modo potest eligi, etiam virtute Bullæ Cruciatæ, quia est declaratus non idoneus. Si verò sit priuatus solum ad tempus poterit eligi. Hucvsque Hurtadus.

3. Sed ego non recedo à sententia negatiua quam olim * docui, & me citato tenet nouissimè Bardi in *Bulla Cruciatæ part. 2. tractat. 5. cap. 2. sect. 1. numero 18.* & me etiam citato Marcus Serius *in Bullam Cruciatæ disputat. 1. difficultat. 10. §. 8. quæst. 3. numero 8.* & me citato Gallego *in Bullam Cruciatæ cap. 9. dub. 71.* vbi sic ait: [Preguntase, supuesto que el que tiene actual beneficio Curado, sin otra aprouacion, es elegible por virtud de la Bula, en opinion muy prouable si ya no tiene el tal beneficio actualmente sino que le tuuo, y ya no es Parocho actualmente porque le renunciò, ò permutò, ò por sentencia le priuaron del?

4. Respondo que no es elegible por la Bula, porque hablando el Concilio Tridentino en la sessiõ veynte y tres *cap. 15. de reform.* de los que pueden ser Confessores, dize que solamente son los Sacerdotes que estan aprouados por el Ordinario, ò tienen beneficio Paroquial, nisi aut Parochiale beneficium obtineat, por que por el mismo Caso que tenia beneficio Paroquial que dize aprouado por el Ordinario, y en dexandole parece que no esta ya aprouado por el Ordinario.

5. Y esto se confirma por lo que dize la bula plumbea latina, que pueda escoger por la bula qualquiera Confessor secular, ò Regular aprouado, por el Ordinario; y hablando de los Regulares dize, *Regularibus semel tantum approbatum*, luego hablando de los demas confessores, no son elegibles por la Bula los que alguna vez fueren aprouados, sino los que actualmente lo estan, pues à solo los Religiosos se concede esto specialmente. De manera que se ha de ponderar la palabra del Concilio que dize obtineat, de præsente, y assi excluye auerle tenido del beneficio, que distincta cosa es, obtinet, ò obtinuit, tener de presente ò auer tenido, distintas cosas son.

Et hanc sententiam præter Doctores citatos, etiam me citato tenet Hermanus Busembaus *in medulla Theologiæmor. lege 6. tract. 4. cap. 2. dub. 1. num. 1. in fin.*

6. Nec obstat dicere, quod ex eo, quod à Parocho auferatur beneficium, malè infertur auferri approbationem; Nam ista non videtur dependere in suo conseruari ab illo, licet in fieri iuxta iuris dispositionem dependeat, & confirmatur; nam approbatio fundatur in illa idoneitate, quam habet Confessarius, quæ cùm non tollatur ablato beneficio, consequens est vt ipsa remaneat post testimonium tacitum datum à superiore conferente beneficium de sufficientia ipsius confessarij.

7. Respondeo, quod in iis, quæ dependent à iure positiuo, non est recedendum à verbis eiusdem iuris, nisi aliqua occurrat ratio, quæ nos cogat explicare ipsum ius, quæ quidem ratio in hoc casu non apparet: addo, rationabiliter fuisse ita dispositum vt approbatio ista, tantum maneat, dum manet vsus beneficij, nam sæpè contingit, vt beneficiatus quoad mores mutetur in peius, & committendo

aliqua

aliqua delicta iustè priuetur & beneficio, & approbatione; Interdum etiam occurrit vt in ipsomet habente beneficium agnoscatur insufficientia, quæ prius fuerit ignota, & ideò suspenditur ab officio, proindè iure optimo potuit disponi, vt relicto beneficio, vel Parocho impedito ab administratione Sacramentorum per suspensionem, deperdatur approbatio data in ordine eiusdem beneficij, & hæc omnia docet Bardi *vbi supra.*

7. Nota vero in fauorem Patris Hurtadi, quod præter Villalob. & Rodriq. suam sententiam nouissimè sequitur ex Societate Iesu Pater Andreas Mendo *in Bullam Cruciatæ disp.* 12. *c.* 2. *&* 7.

8. Nota etiam, Pellizarium *in man. regul. tom.* 2. *pag.* 8. *cap.* 3. *num.* 41. docere me citato, Parochum resignato beneficio parochiali ingredientem religionem posse eligi in confessarium virtute Iubilæi, ac Bullæ Cruciatæ, eo quod non desinat esse approbatus per resignationem beneficij, sed solum amittat iurisdictionem, quæ ei confertur à Papa vi Iubilæi, &c. probat item illum posse à Prælato regulari exponi ad audiendas confessiones sæcularium, stante quòd Confessarij regulares iurisdictionem recipiunt immediatè à Papa per suum Prælatum.

9. Immò Cespedes *de exempt. d.* 119. *num.* 3. dicit cum Peyrino *tom.* 3. *de priuileg. c.* 4. *num.* 22. Parochum regularem amotum à Parochia posse adhuc audire confessiones in ea diœcesi, & probat, quia hîc Regularis non est minus approbatus ad confessiones, quam ij, qui simpliciter approbantur, cùm verè dicatur Confessarius approbatus, & vt talis vi Iubilæi possit eligi à quocumque, vt apud Cardinalem de Lugo *disputat.* 21. *de pœn. sect.* 1. plures docent; sicut ergo simpliciter approbati ad confessiones, possunt semper excipere confessiones, si discedant à Diœcesi, & redeant; sic & poterit regularis Parochus amotus à Parochia; Idem docet de Parocho sæculari Villalobos *tract.* 9. *difficult.* 55. *num.* 5. & Rodriquez putans ex resignatione Parochiæ non desinere approbationem, quod benè negant Bordonus *resolut.* 7. *numero* 47. Bossius *sect.* 3. *de Iubilæo casu* 2. §. 2. *numero* 56. aliique, nixi eo fundamento: quod approbatio Parochi importat actualem habitationem beneficij parochialis, vt constat ex Concilio Tridentino *Sess.* 23. *cap.* 15.

10. Non desinam tamen hîc apponere pulchrum dubium, An sit per Bullam Cruciatæ eligibilis Confessarius, cui Episcopus licentiam confitendi abstulit? & affirmatiuè respondet Leander *de Sacrament. tom.* 1. *tract.* 5. *disputat.* 11. *quæst.* 65. vbi sic ait, Qui Parochiale beneficium habuit, sed iam non habet, quia illud reliquit, vel cum alio simplici commutauit, non indiget noua approbatione Episcopi, vt per Bullam in Confessarium eligatur, quia nisi aliàs Episcopus expresse auferat ab illo approbationem, vel suspendat, donec iterum examinetur (in quo casu consentio auctoribus affirmantibus) noua indigere approbatione, si sua approbatione perseuerat; ac proinde capacitatem habet vt per Bullam eligatur, vt optimè DD. prime sententiæ.

11. Nec enim quòd careat actuali iurisdictione aliquid obstat, cum Bulla non exposcat iurisdictionem audiendi confessiones, in eo, qui eligitur, sed tantum approbationem, nam iurisdictio delegata supposita approbatione per ipsam Bullam conceditur; Immò idem dicendum censeo de aliis confessoribus, à quibus licentiam audiendi confessiones auferre solent Episcopi, quod scilicet nisi simul cum reuocatione licentiarum, approbationem auferant; semper remanent eligibiles virtute Bullæ huiusmodi Confessores, etiamsi laculares sint. Ita ille.

RESOL. XX.

An Prælati Regulares sint eligibiles in Confessarios virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi?

Et cursim docetur, ex Decreto Clem. VIII. §. 2. de reseruat. Cas. pro Regularibus, *quod Prælati Regulares prohibentur audire confessiones suorum subditorum, nisi sponte accedant.*

Et a fortiori infertur extra tempus Iubilæi, vèl sine Bulla Cruciatæ, Prælatos Regulares non posse audire confessiones sæcularium absque Episcopi approbatione. Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Res. 52.

§. 1. NOminatim contra me affirmatiua sententia placet nouissimè Magistro Gallego *in Bull. Cruc. c.* 9. *dub.* 84. vbi sic ait: [Pero no puedo dexar de confessar que me agrada mucho la resolucion del Padre Maëstro Fray Diego Nuño *in addit. ad p. quæst.* 8. *art.* 5. *dub.* 8. en la solucion del noueno argumento, el qual dize, que tiene para si por euidente, que si se concede que el que es Parrocho solo por serlo sin otra aprouacion del Ordinario es elegibile por virtud de la Bula (lo qual no admitte el Maestro Nuño, como diximos en la duda antecedente) se ha de conceder tambien necessariamente, que los prelados de las Religiones, solo por serlo sin otra aprouacion del Ordinario, pueden ser escogidos por la Bula porque (dize Nuño) aunque los Prelados de las Religiones no son Ordinarios de derecho diuino; pero son Parochos de derecho diuino en sus conuentos; y muchas vezes accontece tener mas subditos que tiene vn Parroco de vna aldea pequeña, ò de vna Parroquia, ò Feligresia de pocos feligreses como acontece en muchos lugares donde ay multitud de Parroquias, y pocos vezinos. Luego si vn Sacerdote solo por ser Parrocho, sin otra aprouacion alguna, es elegibile por la Bula, lo qual admite, y concede el Maestro Ledesma, como vimos en la duda antecedente: Luego tambien se ha de dezir lo mismo de los Prelados de las religiones que son verdaderos Parrochos, aunque no absolumente Ordinarios, y pues en la dicha duda, diximos con el Maestro Ledesma, y otros muchos Autores, que era muy prouable que el tiene Beneficio Parroquial, sin otra aprouacion alguna del Ordinario, es elegibile por la Bula, parece que es mas consinguiente à esta sentencia el dezir, que los prelados de las Religiones, solo por serlo, sin otra aprouacion pueden ser escogidos por la Bula: y assi en esta parte, con mas illacion y consequencia, me parece que hablo el Maestro Fray Diego Nuno que el Maestro Fray Pedro de Ledesma: y pues este confiessa que hombres Doctos han dicho, que los tales Prelados, sol por serlo, pueden ser electos por la Bula, y no nombra Ledesma quien son estos hombres doctos, me ha parecido nombrarlos; Estos son los sapientissimos Maestros Fray Mancio de Corpore Christi, Fray Iuan Gallo, Fray Bartolome de Medina, Fray Domingo Bañez, todos quatro de nuestra Orden de Predicatores, y Cathedraticos de Prima de la Insigne Vniuersidad de Salamanca, los quales refiere, y sigue por esta resolucion de que son elegibiles por la Bula. El Padre Enriquez *libr. de Indulg. capit.* 12. *numero* 3. *in glossa littera R.* y Iuan Valero Monge Cayruxo lo tiene espressamente *in differentiis vtriusque fori, verb. Nullitas, difficultas.* 5. Huc vsque Gallego, pro cuius sententia ego alios adduxi in *part.* 5. *tr.* 12. *resolut.* 51. *

Sup. hoc in princ. Res. 1. annot. seq. in eius §. 1. & cursim in alio §. præd. dictæ not.

2. Sed non recedo à sententia negatiua, quam

* Quæ hic est inf. in tr. 4. Res. 6. & in tom. 7. tr. 1. Res. 343. §. vlt. in princ.

præter Suarez, & Rodriquez, quos adducit Gallego, tenet Fagundez *de præcept. Eccles. pr. 2. lib. 7. cap. 2. num. 39.* Tamburinus *de iure Abbatum tom. 2. disput. 6. quæst. 17.* Ludouicus à Cruz *in Bull. Cruc. disput. 1. cap. 2. dubitat. 11. numero 9.* Pasqualigus *de Iubileo quæst. 187. num. 2.* & me citato Georgius Gobat. *de Iubil. cap. 31. num. 331. in fine*, & me citato Andreas Mendo *in Bull. Cruciat. disput. 22. cap. 2. num. 30.* & me citato Pater Bardi *par. 2. tractat. 5. cap. 2. sectio. 1. num. 6.* idem docet Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disput 11. quæst. 65.* Filliucius *tom. 1. tract. 8. num. 175.* Quintanaduenas *de Iubileo duarum hebdomadarum cap. 20. numero 1.* Cardinalis Lugo de *Pœnit. disputatione 21. sect. 1. numero 19.* & alij penes ipsos.

3. Dicendum est itaque contra Magistrum Gallego Prælatos Regulares non posse eligi in Confessarios virtute Bullæ Cruciatæ, neque tempore Iubilæi, Probatur, quia, vt ait Pasqualigus, in tantùm possent eligi, in quantum possunt eligi habentes parochiale beneficium, quibus possunt æquiparari, Prælati Regulares. Sed non possunt æquiparari, ergo nec etiam poterunt eligi. Minor probatur, Tum quia habentes Parochiale Beneficium ideo habentur pro approbatis ad audiendas confessiones, quia per examen iudicati sunt idonei ad curam animarum præcipuè in ordine ad diminiſtrationem Sacramentorum, quod non habet locum in Prælatis Regularibus; Imò in decreto Clementis VIII. §. 2. *De reseruat. cas. pro Regular.* prohibentur audire confessiones suorum subditorum, nisi sponte accedant, tum quia habentes Parochiale beneficium sunt declarati idonei pro excipiendis confessionibus sæcularium: vnde electio quoad ipsos concessa est intra ordinem confessariorum, qui pro sæcularibus sunt deputati. At Prælati Regulares non sunt intra hunc ordinem, & ideò facultas eligendi de vno ordine non potest extendi ad eos, qui non sunt intra illum ordinem.

Sup. hoc inf. ad lin. 3. §. penult. huius Ref. & in t. 7. tr. 1. lege doctr. Ref. 122. signater §. 2. ad med. à vers. Clem. VIII. & §. Post hæc.

4. Confirmatur. Habentes Parochiale beneficium non habentur pro idoneis à Concilio ex eo quod habeant curam animarum sed ex eo quod non assumuntur ad ipsum, nisi iudicentur idonei, & approbentur; vnde dispositio Concilij innititur approbationi de ipsis factæ, quæ est approbatio Ordinarij, aut Prælati alicuius maioris, aut Summi Pontificis. Hæc autem approbatio non adest quoad Prælatos Regulares; & ideò cùm nec ratio dispositionis in ipsis habeat locum; imò nec etiam verba, quia non habent parochiale beneficium nec etiam habet locum dispositio *lege Quod Constitutum ff. de testam. militat. & l. 4. §. Toties, ff. de damn. infect.*

5. Assero igitur, quod Prælati Regulares neque sunt Parochi, neque habent beneficium, &c. Non sunt Parochi, quia nequeunt cogere subditos, vt ipsis confiteantur, sed tenentur iurisdictionem aliis delegare; neque habent beneficium; nam licet habeant iurisdictionem ordinariam, tamen cùm non habent ius percipiendi fructus, eosque in suam vtilitatem conuertendi, dicuntur potius habere officium Ecclesiasticum, quàm beneficium; & ideo vt Prælati non tenentur recitare horas Canonicas, nisi sint in Sacris, quapropter sine approbatione Episcopi non sunt per Bullas eligibiles. Ex quibus patet responsio ad ea, quæ pro sua firmanda sententia adduxit Gallego, *vbi suprà.*

Sup. hoc sup. ad med. §. Dicendum. huius Ref. vers. Imo. & lege etiam doctr. alterius §. eius annot.

Et pro hac recitatione in to. 3. tr. 6. Ref. 15. &c.

6. Et ex his etiam sequitur à fortiori contra aliquos, quos ego alibi reprobaui, extra tempus Iubilæi, vel sine Bulla non posse Prælatos Regulares audire confessiones sæcularium absque Episcopi approbatione, vt optimè obseruat Mendo, *vbi supra numero 31.* Pasqualigus *numero 6.* Cespedes de *exempt. Regular. cap. 6. dub. 107. num. 2.* & alij à me alibi adducti.

Alibi in p. 7. tr. 1. Ref. 343. §. 2. ante med. vers. Deinde. & in multis aliis annot. præcitati vers.

RESOL. XXI.

An approbatus ab Episcopo cum limitatione ex defectu ætatis, vt hic Panormi efficitur, ad confessionem virorum, & non mulierum, sit eligibilis per Bullam Cruciatæ non solùm à viris sed à fœminis?

Et quid, si aliquis fuisset approbatus cum limitatione, vt non audiat confessiones personarum habentium difficilia negotia? Ex p. 1. tract. 11. Ref. 9.

§. 1. NEgatiuè respondet Homobonus *de cas. reser. Sot. p. 1. c. 5.* Ioan de la Cruz *in direct. conse. p. 2. tr. Rel. de Pœn. q. 5. dub. 8. concl. 3.* Villalob. *in sum. tom. 1. tr. 27. claus. 9. §. 1. n. 3.* Rodriquez *in summ. tom. 1. cap. 60. num. 4.* & alij; hoc etiam tenere videtur Suarez *in 3. p. tom. 3. disp. 28. sect. 7. num. 3.*

2. Hæc opinio est probabilis: sed non minùs probabilem contrariam esse existimo, quam docet Fay *in addit. ad 3. quæst. 8. art. 5. disp. 3. concl. 5. ad 4. arg.* Henriquez *lib. 3. cap. 6. num. 8.* & Nugnus *in addit. ad 3. p. q. 8. art 5. dub. 9.* qui male tamen putat, supradictum Confessarium peccare contra obedientiam: quia, vt rectè notat Fagundez, hanc affirmatiuam sententiam etiam docens *de Præcept. Eccles. tract. 2. lib. 7. cap. 2. num. 45.* in nostro casu Episcopus interpretandus est rationabiliter, vt illa restrictio locum habeat, quantùm ad iurisdictionem ab eodem Episcopo ei commissam & delegatam; non verò quantùm ad delegatam per Bullam seu priuilegium Summi Pontificis. Et ideò nostram sententiam probabilem, & tutam in praxi vocant, Ledesma *in sum. tom. 1. tract. de Sacram. Pœnit. cap 13. dub. 8. in fin.* & Sanchez *de matr. tom. 2. lib. 8. disp. 36. n. 16.* cum aliis ratio est: quia supradictus Confessarius est ab Episcopo approbatus simpliciter; & illa limitatio approbationis, *ad viros tantùm*, non fuit apposita ex defectu scientiæ, sed ætatis, sicut è contra, si aliquis fuisset approbatus cum limitatione, vt non audiat Confessiones personarum habentium difficilia negotia; non est approbatus simpliciter ex defectu scientiæ, & ideò per Bullam non esset eligibilis. Ita Ledesma *vbi suprà, dub. 9. in fin.* & Nugnus *loc. citato.*

RESOL. XXII.

An Confessarius approbatus pro viris, sit eligibilis à fœminis virtute Bullæ Cruciatæ, & Iubilæi?

Et an Regularis olim approbatus, & postea reprobatus sine causa ab Ordinario sit eligibilis virtute Cruciatæ?

Et an Religiosus à suo Prælato non præsentatus, possit ab Ordinario approbari, & de eius licentia confessiones sæcularium audire, & virtute Bullæ eligi. Ex p. 3. tract. addit. Ref. 7.

§. 1. PRo sententia affirmatiua & negatiua adducuntur Doctores *in 1. part. tract. 11. * resolut. 9.* & vbi vtramque sententiam probabilem existimaui, quam ita esse nouissimè docet etiam Philip. de la Cruz *in direct. Eccles. tract. 1. §. 20. num. 1.* vbi sic ait. [Otra dificultad mayor es la que se sigue, y es, si, por virtud de la bileo, o bula, o priuilegio, pueden las mugeres elegir por confessor al que solo esta aprobado para confessar tan solo hombres? Algunos Doctores dizen que no, como tengo dicho, y aqui se pondra la opinion contraria, y cada vno elegira la que mas le

le pareciere. Pero lo contrario se puede tener tambien con Enriquez y refiere à Medina, y a Angelo, Coninch, Nuñez, Sanchez, Ledesma y otros y sea la razon, que este tal verdaderamente esta aprobado por el Ordinario. Lo otro que aqui se habla en materia fauoraBlejero lo que tiene de mas probable la contraria, es que ella esta puesta en vso, y esta segunda no. No obstante se puede tener vna y otra, por ser ambas de tan graues Dotores.] Ita ille.

2. Nota etiam quod *vbi suprà, in resolut.* 12. asserui Regularem olim approbatum, & postea sine causa reprobatum ab Ordinario, esse eligibilem virtute Bullæ Cruciatæ, & præter Acostam ibi citatum, tenet etiam hanc sententiam Trullench *in Bulla Cruciatæ, lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 17.

3. Sed incidenter ponam hîc pulchrum dubium, an Religiosus à prælato suo non præsentatus possit ab Ordinario approbari, & de eius licentia confessiones secularium audire, & virtute Bullæ eligi. Rodriq. 1. *tom. quæst.* 60. *art.* 3. existimat approbationem esse inualidam, & per consequens non posse eligi; quia Regulares ius commune medio Prælatorum consensu communicat sua priuilegia: quod colligit ex constitutione Iulij III. *dub. suprà citat.* Probabilis tamen mihi est pars affirmans, nam reperiuntur omnia requisita, scilicet approbatio, & iurisdictio; quæ duo à Trident. requiruntur. Ad constitutionem Iulij iam responsum est sup. solùm intelligi quoad iurisdictionem & facultates suo-rum priuilegiorum: hæc enim sine consensu Prælato-rum ipsis non communicantur. Et hæc omnia docet Trullench *vbi suprà, dub.* 6. *n.* 8.

RESOL. XXIII.

An Confessarium olim approbatum, sed postea ab Ordinario sine causa reprobatum, possit virtute Bullæ aliquis illum eligere ad eius confessionem audiendam? Et quid in prædicto casu de Regularibus semel tantum approbatis, & sine causa reprobatis? Ex p. 1. tract. 11. Res. 12.

§. 1. NEgatiuè respondet Ioan. de la Cruz *in direct. consc. p.* 2. *tract. de Pœn. q.* 5. *dub.* 8: *concl.* 4. Et ratio est: quia nunc iste non est approbatus: & hoc videtur insinuari in Bulla plumbea, dum dicitur, licere eligere per Bullam Confessorem sæcularem, aut regularem, ab Ordinario approbatum, & de Regularibus semel tantùm approbatum: ergo de aliis Sacerdotibus non est eligibilis, qui aliquando fuit approbatus; sed modò non est approbatus, cùm illud specialiter concedatur solis Religiosis.

2. At, his non obstantibus, contrariam sententiam docet Sebastianus Acosta *in explic. Bull. q.* 40. *per tot.* vbi ait: [Si non ex culpa propria, vel ex crimine incurrente infamiam, aut indecentiam ad audiendas Confessiones; sed ex maleuolentia Ordinarij, seu Officialis; aut in pœnam alicuius inobedientiæ prohibetur ab exercitio Confessionum aliquis Sacerdos; tunc credibile est absque dubio virtute Cruciatæ, si id constiterit, illum esse eligibilem. Dixi, si id constiterit: quoniam in dubio præsumendum erit pro iudicio Ordinarij.] Ita Acosta, cuius sententiam probabilem putat Ioan. de la Cruz *vbi suprà*, licèt ipse, vt visum est contrariam amplexus sit.

RESOL. XXIV.

An Sacerdos approbatus ab Ordinario pro vno oppido sit eligibilis per Bullam Cruciatæ? Et quid, si talis Sacerdos est approbatus in illo tantum oppido ex defectu scientiæ? Ex p. 1. tr. 11. Res. 10.

§. 1. PRima opinio negat; ita Leone *tract. de Iubil. p.* 2. *q.* 9. *n.* 20. Filliuc. *tom.* 1 *tr.* 7. *c.* 9 *n.* 262. & Nugnus *in addit. ad* 3. *p. tom.* 2. *q.* 8. *art.* 5. *dub.* 6. *in resp. ad* 9. cum aliis. Sup. hoc fi-nant. in Res. 2. nor. seq. à princ.

2. Secunda opinio affirmat; ita Acosta *q.* 39. & Henriq. & Medina apud Fagund. *de Præcept. Eccles. tract.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 18. & 22. Et ratio est; quia Summus Pontifex non exprimit, quòd Sacerdos eligibilis per Bullam sit approbatus illimitatè pro tota Diœcesi; sed tantùm petit, quòd sit approbatus ab Ordinario: ergo sufficit, quòd pro vno tantùm loco approbatus sit maximè cùm versemur in materia fauorabili, non restringenda, sed amplianda.

3. Tertia opinio distinguit. Vel talis Sacerdos est approbatus in illo tantùm oppido ex defectu scientiæ, vel non si primo modo, non est per Bullam eligibilis; si secundo, vtique. Ita Fay *in addit. ad* 3. *p. q.* 8. *art.* 5. *disp.* 3. *concl.* 4. *ad* 4 *arg.* Ledesma *in sum. tom.* 1. *tract. de Pœn. c.* 13. *dub.* 9. *in fin.* Rodriquez *in exp. Bull. Cruc. dub.* 5. & alij. Sup. hoc supra cursim in fine Res. 21. & inf. in §. vlt. huius Res. & inferius in tr. 4. Res. 4. §. Sed contraria.

4. Sed post hæc scripta inueni Fernandez *in exam. Theol. moral. p.* 3. *c.* 9. §. 8. *n.* 6. docere secundam opinionem, cuius verba hæc sunt: [Est quidam approbatus pro audiendis Confessionibus certi loci, & non aliorum; potestne virtute Cruciatæ eligi in Confessarium à quouis totius Episcopatus? Respondeo posse. Ratio est: quia talis est approbatus ab Ordinario; hoc autem solùm requiritur à Bulla: ergo, vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus. Addo prætereà, posse eligi à quouis, licet versetur, vt hospes, in illo Episcopatu.] Ita Fernandez.

5. Omnes istæ tres sententiæ sunt probabiles. Sed tertia videtur mihi probabilior: nam, vt benè notat Ioan. Valetus *in diff. vtriusque fori, verb. absol. diff.* 1. *num.* 15. quando ex defectu scientiæ quis approbatur pro aliquo oppido, non est simpliciter, & absolutè habilitatus; sed cum limitatione, & restrictione, propter eius insufficientiam: & ideò constat de mente exponentis, seu approbantis, quòd, scilicet, illum non aliter, nec aliàs approbarit, nisi pro illo paruo oppido: & ideò puto, Confessarium approbatum ad audiendas Confessiones puerorum, rusticorum, &c. non esse eligibilem ab aliis per Bullam: quia talis non fuit simpliciter approbatus, nec censetur idoneus in forma iuris absolutè, nisi respectu certi generis personarum propter ipsius insufficientiam: & ita docet Acosta *in expos. Bull. quæst.* 39. licèt antea dixisset, Confessarium approbatum pro vno loco tantùm, esse tamen per Bullam eligibilem ab aliis in illo loco non commorantibus. Sup. hoc supra in §. Tertia huius Res. & in aliis eius annot.

RESOL. XXV.

Vtrum Confessarius, qui pro determinato tempore fuit approbatus, & expositus, sit transacto illo tempore per Bullam Cruciatæ eligibilis? Ex p. 1. tr. 11. Res. 11.

§. 1. NEgatiuè respondet Ledesma *in summ. tom.* 1. *tract. de Confess. c.* 13. *dub.* 10. Et ratio est: quia licèt talis Confessarius fuerit olim ab Ordinario approbatus; non est tamen, quando eligitur per Bullam.

2. Sed contrariam sententiam docuit Acosta *in expl. Bull. quæst.* 39. *in fin.* quia expositus ad tempus est approbatus ab Ordinario simpliciter, nisi posteà ex causa reprobetur; & ideò reputatus fuit idoneus ad audiendas Confessiones: & Bulla non videtur requirere, vt Confessarius actu sit approbatus, quando eligitur; sed sufficit, vt olim habuerit approbationem: nam ita potest dici approbatus ab Ordinario. Et ita etiam docet Fay *in addit. ad* 3. *p. quæst.* 8. *art.* 5. *disp.* 3 *concl.* 4. *ad* 3. *arg.* si solo ductu voluntatis, & absque causa limitetur approbatio ab Ordinario, cum qua limitatione admitti potest opinio Acostæ.

RESOL. XXVI.

An Confessarius Regularis ab Episcopo approbatus, sed prohibitus a Prælato Regulari, sit hoc non obstante, per Bullam ad confessiones audiendas eligibilis, quod dependet ex illa quæstione, an Religiosus, qui obtinuit ab Episcopo licentiam audiendi confessiones, possit sine licentia sui Prælati confessiones audire?

Et in dicto casu Regularis Confessarius, qui sine licentia sui prælati confessiones accipit, an peccet mortaliter?

Et an supra dictus Confessarius possit absoluere pœnitentes ab illis casibus, à quibus absoluere possunt Regulares ex vi priuilegiorum Religionis? Ex part. 1. tract. 11. Res. 13.

Sup. hac quæst. & doctr. huius & duorũ §§. seqq. sup. in Res. 22. §. vlt. in princ. & inf. in tr. 4. Res. 5. per tot. & in to. 7. tr. 1. ex Res. 121. lege doctr. §. 1.

§. 1. Resolutio huius casus, vt benè notat Ledesma, *vbi infrà*, pendet ex illa quæstione, An Religiosus, qui obtinuit ab Episcopo licentiam audiendi Confessiones: possit sine licentia sui Prælati Confessiones audire?

2. Aliqui negatiuè respondent: ita Angelus, quem refert Adrian. *q. 1 de Confess. dub. 1.* & alij moderni. Et inter alias rationes, quas adducunt, præcipuè est ista: quia Episcopi conferunt talem potestatem dependenter à propriis Prælatis præsentantibus Religiosos ipsis Episcopis: ergo sine tali præsentatione nulla erit expositio.

3. Sed affirmatiuam sententiam semper ego consului. Dico igitur cum Pitigiano *in 4. sent. tom. 2. dist. 17. q. vnic. a. 4. dub. 1.* Nugno *in addit. ad 3 p. tom. 2. quæst. 8. art. 5. dub. 8.* Salas *de leg. disp. 16. sect. 10. n. 43.* Angles *in 4. de Confess. art. 8. diff. 1.* Ioan. de la Cruz *de stat. relig. lib. 2. cap. 6. dub. 2. concl. 2.* Homob. *de exam. Eccl. p. 1. tract. 5. cap. 2. q. 13.* Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 9. dub 50. num. 4.* Miranda *in Man. Prel. tom. 2. quæst. 45. art. 11. & 12.* & aliis, Regularem non institutum Confessarium à suo Prælato sola Episcopi authoritate posse audire Confessiones; & validum conficere Sacramentum quia talis Sacerdos habet potestatem Ordinis, & iurisdictionis: ergo valida erit absolutio.

Quoad hoc ex Res. 3. nor. præteritæ lege ad med. §. 1.

4. Restat modo videre, an peccet mortaliter, quia sine licentia sui Prælati Confessiones excipit? Aliqui ex supra citatis, quos nouissimè sequitur Peregrin. *in comm. ad nostras Constit. p. 1. cap. 5. §. 5.* affirmatiuè respondent. Sed rectiùs Molfes. *in sum tom. 1. tract. 7. c. 14. n. 87.* & Megala *in 1. p. lib. 1. c. 15. num 8.* cum aliis, putant hoc determinandum esse ex vi suarum Constitutionum, quæ, si ad mortale obligant, mortaliter talis Confessarius peccabit; si ad veniale, tantùm venialiter ideo in illa Religione, vt est Societas Iesu, & nostra, & aliæ, in quibus Constitutiones non obligant ad culpam, Sacerdos sic absoluens non committeret peccatum mortale.

Sup. hoc in Res. 1. not. primæ huius Res. & in eadem §. vlt. in fine.

5. Notandum est verò, dictos Confessarios non posse absoluere pœnitentes ab illis casibus, à quibus absoluere possunt ex vi priuilegiorum Religionis: quia non habent licentiam audiendi Confessiones à Prælatis dictæ Religionis. Superest modò respondere ad argumentum contrariæ sententiæ. Dico igitur, quòd, cùm Episcopus possit, simpliciter loquendo talem potestatem conferre non est intelligendus, quod conferat cum illa limitatione, nisi expresè illud significet: nam, si Episcopus conferat facultatem, secundùm dispositionem propriæ Religionis dicens, quod tantùm valet, sicut in Regulis Religionis sancitum est; & Religiosus excipiat Confessiones præter ordinem suæ Regulæ; nulla est absolutio. Sed Episcopi non solent in dimissoriis hanc limitationem ponere. Ergo, &c. Circa præsentem quæstionem vide Fagund. *tract. 2. lib. 7. c. 3. num. 32.*

6. His suppositis, respondeo ad quæstionem principalem Confessarium approbatum ab Episcopo, & non à suo Prælato, vel à suo Prælato suspensum, esse eligibilem per Bullam Cruciatæ, quando non habeat alios defectus: & ita docet Ledesma *in summ. tom. 1. tract. de Pœn. c. 13. dub. 12.* Acosta *in expos. Bull. q. 41. per tot.* & alij. Sup. dub. prim. nor. & ex gg. cum

RESOL. XXVII.

An Regulares possint virtute Bullæ Cruciatæ eligere Confessarium extra Religionem?

Et an Nouitij virtute Cruciatæ possint eligere Confessarium extra Religionem?

Et quid est dicendum de confessione, & Decreto Gregorij XIII. anno Domini 1575. die 23. Maij, ne persona Societatis Iesu absque expressa Superioris licentia vi possint facultate Iubilæi, aut Bullæ Cruciatæ in confessionalibus, &c? Ex p. 3. tract. 2. Res. 94.

§. 1. Circa resolutionem huius quæstionis remitto me ad ea, quæ dixi *in tract. de Bulla Cruciatæ* * *resol. 14.* tantùm hìc addam, duos Authores, præter ibi citatos, qui absolutè negatiuam sententiam docent & hi sunt Hieronymus Rodriquez *in compend. qq. Regul. resol 3. num. 24.* & Ascanius Tamburinus *de iure Abbat. tom. 2. disp. 6. q. 7. num. 1.* qui tamen malè asserit *in q. 6. n. 11.* Nouitios virtute Cruciatæ non posse eligere Confessarium extra religionem, nam hoc interdictum est solis professis. * Quos huius Sup. in Res.

2. Nota etiam hìc, quod Greg. XIII. anno Domini 1575. die 3. Maij, concessit ac decreuit; ne personæ Societatis Iesu, absque expressa Superiorum eorumdem licentia, vti possint facultatibus in Iubilæis, aut Bullis Cruciatæ confessionalibus, aut aliis quibuscumque Apostolicis indultis, quomodocumque hactenus concessis, & in posterum concedendis: & declarauit præterea posse Superiorem; dum huiusmodi licentiam concedit, limitare eam ad vsus vnius, aut alterius facultatis, & prohibere vsum reliquorum, etiam in eadem Bullâ, aut indulto, contentorum; & hæc omnia habentur *in compen. eiusdem Societ. tit gratiarum vsus, §. 2.* quo quidem priuilegio docet Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. disp. 16. quæst. 9. num. 1.* vti posse omnes Religiones per communicationem, vide etiam Bullam nouissimam Vrbani VIII.

RESOL. XXVIII.

An Regulares sine licentia suorum Prælatorum virtute Bullæ Cruciatæ possint eligere Confessarium, vt illos à peccatis, & censuris reseruatis absoluat?

Et an saltem per Bullam Cruciatæ Regulares possint absolui à peccatis mortalibus non reseruatis, & hoc toties, quoties?

Et an regulares possint etiam absolui à peccatis reseruatis per Confessarios deputatos, & approbatos ab eorum Prælatis ad eorum confessiones audiendas?

Et an licitum sit Religioso sine licentia Prælati procurare pecuniam pro Bulla sumenda, dummodo non transeat in eius potestatem, sed vt amicus, qui dat pecuniam, sumat illam suo nomine? Ex part. 1. tractatu 11. Res. 14.

§. 1. Negatiuè respondetur communiter. Ita Llamas *in summ. p. 1. c. 5. §. 8. & seq.* Vecch. *in praxi Nouitiorum, disp. 9. dub. 3. num. 7.* Coriol *de casib. ser. p. 1. sect. 3. art. 14.* Portel. *in dubiis regul. verb. Bull. huius Cruc.*

Cruc. num. 1. Acosta *in explic. Bull. q.*107. *per tot.* Miranda *in Man. Prælat. part.*2. *quæst.*34. *art.*15. *concl.*2. Reginaldum *in praxi, tom.*1. *lib.*8. *capite* 3. *sect.*3. *numero* 17. Suarez *de Relig. tom.*4. *tract.*9. *lib.*2. *cap.*16. *num.* 3. qui citat Garciam, Ledesmam, Cordubam, & Pallarellum, & maximè post Breue Clem. VIII. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die 23. Nouembris.

2. Sed his non obstantibus, tres inuenio sententias circa præsentem quæstionem. Prima est Emmanuelis Rodriq. *in summ. tom.*3. *cap.*7. *num.*2. *in fin.* vbi asserit, Regulares per Bullam Cruciatæ posse absolui à peccatis mortalibus non reseruatis: & ita sensisse multos DD. Salmanticenses testatur: sed, quia codex rarus est, ponam eius verba: [Ha se de aduertir, que en Salamanca se firmò por los muy doctos della, que la Bulla de Clem. VIII. solamente impide à los Religiosos elegir Confessor, por virtud de la Bula de la Cruzada, para que los absoluan de casos reseruados, emperò no los impide, que los clexan para peccados mortales no reseruados. lo qual se practua del dicho breue de Clem. VIII. conforme es segun derecho, se ha de limitar su determinacion.] Ita ille, & rectè quidem: nam ex proœmio colligitur animus, & intentio Legislatoris, & intellectus totius decreti, illúdque limitatur, vt docet Tiraquell. *tract. de cessante causa, limit.* 1. *num.*65. Neuo *cons.* 1. *num.*3. Riminaldus *volum.*1. *cons.*340. *num.*78. Paz *cons.*35. *num.*6. Molina *de primog. Hisp. lib.*1. *cap.*5. *num.*3. Gutierrez *pract. qq. lib.*1. *q.*1. *num.*90. & 91. Ceuallos *com. contra com.* 4038. *n.*114. & Salas *de legib. disp.*17. *sect.*9. *n.*13. cum aliis.

3. Ex quibus apparet, secundùm opinionem Rodriquez, & Doctorum Salmanticensium, posse Regulares, & Moniales, virtute Bullæ Cruciatæ, eligere Confessarium, & ab illo obtinere absolutionem à peccatis mortalibus non reseruatis; & hoc toties, quoties voluerint.

4. Secunda sententia est Henrici de Villalobos *in summ. tom.*1. *tract.*23. *claus.*9. §. 2. *num.*12. asserentis, Regulares posse, virtute Cruciatæ, absolui etiam à peccatis reseruatis; dummodo Confessarij, quos per Bullam eligunt, sint ex deputatis, & approbatis ab eorum Prælatis, ad eorum Confessiones audiendas. Et ita sensisse ait viros doctissimos, Alphonsum Curiel, Antolinez Augustinianum, Cornejo Carmelitanum, & Hernandez de Campo Franciscanum, omnes primarios Lectores S. Theologiæ in Academia Salmantina: & idem asserit sensisse Patres Collegij Societatis Iesu eiusdem Ciuitatis. Ea ratio, quam adducit, est: quia Bulla Clem. VIII. prohibet tantùm eligere Confessarios extra Religionem, vt Regulares à reseruatis absolutionem obtineant, vt constat ex petitione in proœmio facta his verbis: [Et illorum præterea eligunt Confessorem aliquando præter eos, qui à suis Prælatis eorum Confessionibus deputati sunt; quod aliquando in speciale eorum vergit detrimentum.]

5. Tertia sententia est Ioan. de la Cruz *de stat. Relig. lib.*1. *cap.*6. *dub.*12. vbi asserit, probabilem esse illam opinionem, quæ docet absolutè, posse Regulares eligere quoscumque Confessarios, etiam extra Religionem, propter absolutionem etiam casuum reseruatorum. Et hanc sententiam etiam tanquam probabilem, admittit Sancius *in Selectis, disput.*44. *num.*10. *circa finem, & num.*13. & insinuat Pontius *de matrim. lib.*5. *cap.*20. *num.*7. & magis clarè *in lib.*8. *cap.*19. §. 2. *num.*13. & 14. Et ratio est: quia Clemens VIII. in illa Bulla solùm declarauit suam intentionem, vt patet ex contextu, pro Bullis, scilicet, & indultis particularibus à se concessis, & concedendis; non tamen est absoluta, & generalis declaratio pro concedendis etiam à suis successoribus, quidquid alij dicant.

6. Adde, quod Ioan. Valerus *diff.*1. *concl.*5. *& verb. nullitas, diff.*5. *n.*2. *in fin.* testatur, se audiuisse, Religiosos indistincte vti Bulla Cruciatæ, sicque practicari, quamuis in foro externo possent per Prælatos puniri, si aliis, quàm à se expositis, confiteantur. Sed neque hoc audent facere Prælati: intellexi enim, quosdam Prælatos à Commissario Bullæ reprehensos fuisse super hoc. Ita Valerus, qui etiam asserit, neque dictam declarationem, seu Breue Clem. VIII, obligare, si non fuerit publicatum in Conuentibus ab ipsis Prælatis, cùm sit factum ad instantiam tantùm Procuratoris Generalis Ordinis Carmelitarum, & non motu proprio Papæ, & sic non publicatum, vt ipse probat *verb. Absolutio, diff.*1. *num.*20. Dum ergo non publicatur, possunt Religiosi vti Bulla Cruciatæ. Addit etiam idem Valerus, licitum esse Religioso, sine licentia sui Prælati procurare pecuniam pro Bulla sumenda, dummodo non transeat in eius potestatem; sed, vt amicus, qui dat pecuniam, sumat illam suo nomine, & faciat in ea ponere nomen Religiosi, & eam eidem det. Et ratio est: quia in tali casu nulla proprietas interuenit, cùm pecunia non transeat in potestatem Religiosi, & accipere Bullam dicto modo procuratam, vel sponte oblatam ab amico, non est quid temporale, in quo versatur proprietas; sed quid spirituale ad bonum animæ eius, extra esum ouorum. Ita ille, & adducit Cordubam, & Ioannes Salas Societatis Iesu, in quadam lectura Bullæ. Et dato, quòd dictus Regularis ita faciendo peccaret; valebit tamen sumptio Bullæ, & poterit ea frui: quia multa fieri prohibentur, quæ facta tenent.

Sup. hoc inf. ex Res. 30. lege doctr. §. Sed magis, &c.

Quauis non plenè sup. hoc lege tamen sup. ex Res. 5. §. 1. post med. vers. Inferò

7. Quid ego sentiam, dicam breuiter. Opinio negatiua ex supradictis est communis, & probabilior, & illam ego consulo, & teneo. Prima, & secunda sententia Rodriquez, & Villalobos est probabilis, & tuta in praxi. Tertia verò Ioan. de la Cruz, videant viri docti, an sit probabilis: nam ego illam non approbo; & si esset probabilis, corrueret disciplina regularis. Vide etiam Fernandez *in exam. Theol. mor. p.*3. *cap.*9. §.8. *num.*8. & Ledesmam *in sum. tom.*1. *tract. de Pœnit. cap.*13. *diff.*13. & alios.

RESOL. XXIX.

An Regulares virtute Bullæ Cruciatæ possint absolui extra Religionem à peccatis reseruatis, etiam a reseruatis suis Superioribus, & Papa? Ex part.3. tr. addit. Res.9.

§.1. NEgatiuam sententiam docui *in parte prima, tract. de Bulla Cruciatæ,* * *resolut.* 14. sed ibi pro affirmatiua adduxi Ioann. de la Cruz, cui nunc addo Ægidium Trullench *in exposit. Bull. Cruciat. lib* 1. §.7. *cap.*1. *dub.*9. *per totum*, quia Summus Pontifex in Bulla concedit facultatem Regularibus sumendi eam, & quando Bulla post suspensionem omnium indulgentiarum, gratiarum & facultatum excipit concessa superioribus mendicantibus, ista exceptio intelligitur respectu tantùm indulgentiarum, vt patet ex contextu, dum dicitur, *quod ad sibi subditos*; & confirmatur, quia Commissarius absolutè derogat priuilegiis huic expeditioni contrariis, & talia sunt supradicta priuilegia Regularium, nam multi Religiosi retardarentur ab acceptatione Bullæ. Ergo, &c. Deinde supradicta priuilegia Regularium post Bullæ promulgationem non sunt ad instantiam Prælatorum per Papam reualidata, & post reualidationem à superioribus subditis suis notificata, & per notificationem à subditis acce-

* Quæ hîc est Res. antecedens, & in aliis §§. eius primæ annot. & lege etiam doctr. Res. not. seq. & inf. Res. 31. à princ.

ſtata, quæ omnia ad horum obligationem requiruntur, ſecundùm opinionem probabilem Soti *lib.1.q.1. art.4.* & Medinæ, quos affert Rodriquez *in Bull. Cruciat.§.9. num.24.* quibus addè Becanum *in p.2. tract.4. cap.6. quæſt.6. n.7.* Ex quibus omnibus & multis aliis rationibus concludit Trullench *loco cit.num.16.* Regulares licitè & validè abſque licentia Prælatorum, vigore Bullæ Cruciatæ, poſſe eligere pro libito quemcumque Confeſſarium ab Ordinario approbatum, qui eos poſſit abſoluere etiam à reſeruatis ſuis ſuperioribus & Papæ, ſicut alij ſæculares; caſu tamen, quo non conſtaret eorum priuilegia poſt Bullæ promulgationem eſſe reualidata, notificata, & acceptata modo ſuprà explicato. Ita ille, qui reſpondet ad Breue Clem. VIII. aſſerendo ſolum Pontificem declarare ſuam intentionem pro Bullis ſcilicet, & indultis particularibus à ſe concedendis & conceſſis, non autem pro concedendis à ſuis ſucceſſoribus; proindéque ipſius ſucceſſores Bullam concedentes potuerunt Clementis intentioni & declarationi derogare, concedendo nimirum facultatem Regularibus Bullam accipiendi; & eius priuilegiis fruendi. Et hanc ſententiam probabilem putat P. Leone *de officio & poteſt.confeſſ.part.2. reſol.11. n.54.* licèt, me citato, dicat contrariam eſſe communem & probabiliorem.

2. At his non obſtantibus hanc ſententiam puto non eſſe probabilem, nec tutam in praxi, ſtante Bulla Vrbani VIII. innouantis conſtitutionem Clem. VIII. cuius tenorem ponam hìc per extenſum. *Innouatio conſtitutionis felicis recordationis Clementis Papæ VIII. ſuper Bulla Cruciatæ, & Regularibus quoad Sacramentum Pœnitentiæ.* Vrbanus Papa VIII. *Ad perpetuam rei memoriam.* [In ſpecula militantis Eccleſiæ, nullo licèt meritorum ſuffragio, diuina diſpoſitione conſtituti, & attentè conſiderantes, ſacros Regularium Ordines tantas Eccleſiæ Dei vtilitates omni tempore attuliſſe; vt ad eas conſeruandas, & inſtaurandas Romani Pontif. prædeceſſores noſtri magnam iure optimo diligentiam ſemper adhibuerint: dignum, quin potiùs debitum reputamus, vt eorumdem Pontificum veſtigiis inhærentes, ad eas paſtoralis vigilantiæ partes iugiter intendamus, vt in eiſdem Ordinibus diſciplinæ regularis obſeruantia ſarta tecta conſeruetur, & ſi quæ illi obeſſe dignoſcuntur opportunæ conſtitutionis miniſterio ſalubriter remoueantur. Aliàs ſiquidem felicis recordationis Clementi Papæ VIII. prædeceſſori noſtro per Procuratorem generalem Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo nuncupato expoſito quòd cùm in Bulla Cruciatæ ſanctæ, & aliis priuilegiis ab Apoſtolica Sede concedi ſolitis detur facultas eligendi Confeſſarium idoneum, ab Ordinario approbatum, qui poſſit Chriſti fideles abſoluere à caſibus Ordinario, & Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, Religioſi prædicti Ordinis, ſeu eorum nonnulli, etiam prædictis facultatibus vti præſumebant in detrimentum eorum regularis diſciplinæ. Quare idem Clemens prædeceſſor ſua perpetuò valitura conſtitutione declarauit facultatem & conceſſionem ſanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum prædictorum, quantùm ad prædictum articulum eligendi Confeſſarium, & abſoluendi à caſibus reſeruatis, non habere locum cum Fratribus & Sororibus Monialibus quorumcumque Ordinum & Congregationum cuiuſuis inſtituti, Mendicantium & non Mendicantium, tam in Prouincia Hiſpaniæ, quàm extra eam vbilibet conſtitutis, neque eis ſuffragari, ſed eiuſdem Clementis prædeceſſoris intentionis fuiſſe, quod iidem fratres, & Moniales quantùm ad Sacramentum Pœnitentiæ, ſeu confeſſionis adminiſtrationem, diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubiecti eſſent, provt in dicti Clementis prædeceſſoris in ſimili forma Breuis deſuper, ſub die 23. Nouembris 1599. Pontificatus ſui anno octauo expeditis litteris, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur. Nihilominùs, ſicut nobis, non ſine animi noſtri moleſtia, innotuit, nonnulli Ordinis fratrum Prædicatorum profeſſores prætextu Bullæ eiuſdem Sanctæ Cruciatæ, ac dictorum indultorum Confeſſarium huiuſmodi, qui eos, vt præfertur, abſoluat, eligere poſſe prætendant, & forſan eligant, etiam ad præſens poſtquam litteræ noſtræ ſub die 14. Iunij 1624. Pontificatus noſtri anno primo, ſuper facultate eiſdem Regularibus Confeſſarium ad effectum huiuſmodi eligendi, ad quinquennium tunc proximum conceſſa, emanatæ, pridem ab anno, & vltra expirauerunt, in maximum ſtatus, & obſeruantiæ regularis præiudicium. Nos præmiſſis quantum nobis ex alto conceditur, obuiare, ac felici tam eorumdem fratrum Prædicatorum, & Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Religioſorum, quam omnium, & quorumcunque aliorum cuiuſlibet Ordinis, Congregationis, Societatis, & inſtituti, etiam ſpeciali mentione, & nota digni vtriuſque ſexus tam Mendicantium, quàm non Mendicantium ſtatui, atque directioni, & aliorum Chriſti fidelium ſaluti conſulere volentes, præfatæque Clementis prædeceſſoris declarationi inhærentes, illámque tenore præſentium innouantes, ac quatenus opus ſit ampliantes. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſionem Sanctæ Cruciatæ, quæ reſpectu facultatis huiuſmodi, etiam laicis & Clericis ſæcularibus cuiuſcumque ſtatus, gradus, qualitatis, & conditionis, etiam ſpeciali notæ dignæ quoad caſus reſeruatos, etiam in Bulla Cœnæ Domini (hæreſi excepta) contentos, nonniſi in foro conſcientiæ, non autem in foro externo ſuffragatur, aliorúmque indultorum huiuſmodi, quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſarium, & abſoluendi à prædictis caſibus reſeruatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, dum fratribus & Monialibus prædictis Fratrum prædicatorum, ac aliorum quorumcumque Ordinum, & Congregationum, Societatiſque & inſtituti prædictorum Mendicantium, & non Mendicantium, tam Prouinciæ Hiſpaniæ, quàm extra eam vbilibet conſtitutorum locum minimè habuiſſe, neque habere, nec illis vllo modo ſuffragari potuiſſe, neque poſſe, excepto dumtaxat illo quinquennio, quo litteræ noſtræ huiuſmodi, vt præfertur, durauerunt; ſiquidem die 14. menſis Iunij 1629. proximè præteriti iam expirauerunt: ſed noſtræ intentionis fuiſſe, & eſſe, quòd iidem fratres, & Moniales quantùm ad Sacramenti Pœnitentiæ, ſeu confeſſionis adminiſtrationem ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, & Sedi Apoſtolicæ quoad ſibi reſeruata, ſubiecti ſint, earumdem tenore præſentium perpetuo declaramus. Decernentes præſentes noſtras litteras de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis intentionis vitio, ſeu noſtræ, aut alio quocunque defectu à quoquam impugnari non poſſe. Sícque & non aliter, in omnibus & ſingulis præmiſſis per quoſcunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, ac Sedis Apoſtolicæ Nuncios, ac Cruciatæ Commiſſarios, & quoſuis alios, quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate interpretari ac iudicari debere; irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis ac omnibus, & ſingulis illis, quæ in prædictis Clemen

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & curſim in princ. Reſ.1. poſt ſeq. & in to.7. tr.1. Reſ. 103. §. vlt. à lin.4.

Sup. in Reſ. Pecc. in alio num.

Clementis prædecessoris litteris concessa sunt non obstante cæterisque contrariis quibuscumque. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium, & singulorum tenoris præsentibus pro sufficienter expressis, habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæteris quibuscumque contrariis quibuscumque. Vt autem præsentium tenor omnibus innotescat, volumus eas in valuis Basilicæ Principis Apostolorum & in acie Campi Floræ de Vrbe, vt moris est, publicari, ipsásque sic publicatas, omnes, & singulos vbique existentes ita afficere, ac si omnibus personaliter intimatæ essent, quódque præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die 19. Iunij 1630. Pontificatus nostri anno septimo.]

3. Igitur ex supradicta Bulla apertè apparet, saltem dum viuit, viuat verò Nestoreos annos Sanctissimus Vrbanus VIII. non posse Regulares virtute Bullæ Cruciatæ eligere Confessarium extra Ordinem pro casibus reseruatis, vnde corruit opinio Trullench & aliorum.

RESOL. XXX.

An Regulares virtute Cruciatæ, non obstante Bulla Vrbani VIII. possint hodie sine licentia Superioris à casibus reseruatis absolui?

Et an Regularis eiusdem Religionis approbatus possit ex virtute Bullæ Cruciatæ à supradictis absoluere? Ex p.n.n.6. & Misc. 6. Ref. 7.

§.1. DIstante Bulla Vrbani VIII. nam antea non erat tanta difficultas; & ad quæstionem affirmatiuè respondet Remigius *in pract. confessar. tract. 1. cap. 1. §. 4. num. 8.* vbi sic ait: [Del priuilegio de la Bula gozan no solamente los seglares, sino tambien los Religiosos y Religiosas de qualquiera Orden que sean, y assi pueden por ella elegir Confessor, y ser absueltos del de los casos reseruados. Y los indultos de los sumos Pontifices, principalmente el de Vrbano VIII. ampliando el de Clem. VIII. concedidos à las Religiones Mendicantes, para que sus Religiosos no puedan en virtud de la Bula elegir confessor sin licencia de sus Prelados, està ya derogado con la misma Bula porque el Pontifice Clem. VIII. y sus successores, despues de auer despachado el Breue de la definicion en fauor de los Prelados Regulares à conocer, y confirmar de nueuo la Bula de la Cruzada, con sus mismas clausulas, y sin limitacion ninguna. Confirma este parecer Trullench, que juzga que aunque este indulto, ò motu proprio de Vrban. VIII. no estuuiere notificado por los superiores à los subditos, y estos no le ayan recibido, ni obseruado, no ha perdido la prouabilidad que tiene esta sentencia. Es tambien opinion probable, que ni los dichos indultos obligan à los que los recibieron sino los recibio la mayor parte de la comunidad; y assi no estan obligados à guardar los que los recibieron, viendo que otros de sus compañeros de la misma Religion no los reciben; porque es cosa assentada, que ninguna ley obliga en conciencia, sino es vniformemente recibida, por la mayor parte de los inferiores, como doctamente enseña Siluestro:] Vbi lex generalis recipitur in vsu à certo genere personarum, ab alio verò non, non recipientes non peccant. Hucvsque Remigius.

2. Hanc sententiam tenet etiam nouissimè doctus Pater Barnabas Gallego ex inclyto ordine Dominicano *in Bullam Cruciatæ cap. 12. claus. 12.* vbi postquam adduxit opinionem Ioannis de Sancto Thoma, asserentis, vigore Bullæ Vrbani Octaui, non esse licitum Regularibus absolui à casibus reseruatis virtute Cruciatæ, stantibus verbis Pontificis in dicta Bulla videlicet; Sed nostræ intentionis fuisse, & esse quod iidem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, seu confessionis administrationem, Ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum, & Sedi Apostolicæ quoad sibi reseruata subiecti sint, earum tenore præsentium perpetuò declaramus. Ita Pontifex, sed Gallego subdit: No obstante esto, en auiendo nueua concession de la Bula de otro Pontifice sino declarase que no es su intencion, que les valga à los Religiosos quanto à la absolucion de los casos reseruados à sus Prelados, parece que el Religioso que tuuiere la Bula, se podrà conformar, si quiere con la opinion de los que dizen que pueden los Religiosos ser absueltos de los casos reseruados à sus Prelados, teniendo la Bula de Santa Cruzada: y la razon que trae el M. Santo Toma de las palabras de la misma Bula con que intenta prouar, que en todas las concessiones de la Bula se excluyen los Religiosos de poder ser absueltos de los casos reseruados, porque (dize) no se suspenden las facultades, y gracias concedidas à los superiores de las Ordenes Mendicantes in quanto à sus Frayles, digo que no parece que conuence esto, porque en estas palabras, *Grazias y facultades*, &c. no se entiende necessariamente que en virtud dellas se le confirme à los Prelados la autoridad que tienen de reseruar pecados de sus subditos, lo vno, porque si se entendera necessariamente, no huuiera auido opinion de tantos Teologos que han afirmado poder los Religiosos ser absueltos de los casos reseruados à sus superiores por virtud de la Bula, pues en todas las Bulas han venido estas palabras. *Excepto las concedidas à los superiores de las ordenes Mendicantes in quanto à sus frayles*, y no obstante estas palabras algunos Autores, que hà escrito antes de la declaracio de Vrbano Otauo, han affirmado, que podian los Religiosos escoger por la Bula confessor que les absoluiesse de los casos à sus Prelados reseruados. Lo otro, porque las dichas palabras, se entienden muy bien de las gracias, y facultades que tienen los dichos Prelados de dispensar en las irregularidades con sus subditos, y exercitar en ellos otras gracias que en virtud de ser Prelados tienen, como dispensar en los votos de sus subditos y poderse los comutar, sino quieren vsar de la irritacion, y tambien se entienden las dichas palabras de las Indulgencias (de quien immediatamente hauia hablado la Bula) concedidas à los Religiosos, que las ganan sin tener Bula.] Ita ille.

3. Sed magis latè hanc difficultatem pertractat, & tenet nouissimè Pater Thomas Hurtadus *var. tom. 2. tract. 9.* vbi tamen *cap. 10.* docet, Regulares professi eius Religionis, in qua ex ordine Capituli Prouincialis ipsius, & Generalis, secundùm Regulas, & Constitutiones quas profitentur, non est publicata Bulla Vrbana, ex tacita eorumdem Superiorum licentia possunt vti Cruciata, quantum ad articulum eligendi Confessorem, quis ipsos absoluat ab omnibus reseruatis. Deinde *cap. 11.* firmat quod in Religionibus, in quibus Prælati admiserunt vsum priuilegij concessi in Bulla Vrbana, talisque admissio, & acceptatio notificata est subditis, non possunt vti Bulla Cruciatæ, quantum ad hunc articulum de eligendo Confessore extra Religionem, qui absoluat à reseruatis, sine expressa licentia ipsius Prælati. Postea verò, quod est valdè notandum, in *cap. 12.* me citato admittit non esse improbabile adhuc supposita Bulla Vrbani, quod

Sup. hoc in Ref. 1. nor. seq. §. Adde. ad lin. 8. & inf. propè fin. huius Ref. à vers. Verum.

Regu

Sup. hoc in Ref. præterita §. Secundo. & in Ref. seq. à lin. 7. & vers. Difficultas.

Regulares virtute Cruciatæ possint eligere Confessorem Regularem eiusdem Religionis approbatum, qui possit absoluere à reseruatis. Atque Clemens VIII. & Vrbanus solùm prohibent vti Cruciata ad eligendum Confessorem extra Religionem.

4. Et tandem absolutè noster Siculus Pater Iuniparus à Drepano *de cas. reseru. part. 3. disp. 7. q. 5. cap. 3. & seqq.* fusissimè tuetur non obstante Bullæ Vrbani VIII. posse hodie omnes Regulares, tam viros, quàm Moniales, inuitis superioribus sumere Bullam Cruciatæ, & absolui à peccatis, & casibus reseruatis: Et respondet ad argumenta Cardinalis de Lugo, Lezanæ, nostra, & aliorum: & in confirmationem suæ sententiæ adducit ex diuersis Religionibus subscriptionem quatuordecim Qualificatorum Sacri Tribunalis Inquisitionis Regni Siciliæ. Et ne deseras etiam videre Ioannem Henriquez *in Pract. Quæstionibus sect. 48. quæst. 5. numero 11.* & præsertim Quintanaduenas *tom. 1. tract. 3. singul. 18.* qui loquitur in terminis Decreti Vrbani VIII. & illud declarat.

Alibi in Resolutionibus not. primæ huius Ref.

5. Verùm his non obstantibus, negatiuam sententiam, præter Doctores à me alibi adductos, tenet nouissimè me citato Martinus de San Ioseph *in monita confess. tom. 1. lib 1. tract. 19. de Pœnit. num. 3. & in Regulam D. Francisci, cap. 16. num. 20.* vbi sic ait: [Otra razon; aun mas fuerte què la passada, que confirma lo dicho, es prouar claramente, que estan òy en su fuerza las declaraciones y decretos de Sixto Quarto, Innocentio Octauo, Alexandro Sexto, Leon Decimo, Clemente Octauo, en que prohiben à los Religiosos el vsar de la Bula, y de otros priuilegios, para la absolucion de casos reseruados. Porque aunque es verdad que la Bula de ogaño es posterior à los dichos decretos, y en ella se concede generalmente à todos los que la tomaren, la absolucion de los dichos casos. Esta concession, aunque posterior, es general, y se limita y corrige, segun derecho, por las constitutiones especiales, y particulares anteriores de los Sumos Pontifices dichos (que podran verse en el compendio y Bulario del Padre Fray Manuel) y era necessario para derogar las constituciones, y declaraciones de los dichos Sumos Pontifices, que la ley general posterior expressamente las reuocara. Dizelo assi la ley, *Sed & posteriores, ff. de legib. glos. sciendum verb. non compelli ff. qui satisdare cogantur*, & ibi Bartol. *in princip. n. 1.* Bald. *authent. offerantur n. 12. initio C. de lit. contest.* Abbas *cons. 24. n. 1 vers. principaliter, vol. 2.* y aunque los dichos decretos de Leon X. Clemente VIII. &c. estuuieran derogados (que no lo estan) se auia de explicar la Cruzada conforme à su tenor, pues determina el derecho, que las leyes nueuas se expliquen por las anteriores, aunque estan abrogadas. Ita *leg. non est nouum ff. de legib. & leg. sed & posteriores ff. eod. glos. fin. in auth. ex testamento, C. de collation.* & docent cum Bartol. Ludouic. Gomez, *reg. de triennali, q. 6. vers. tertius intellectus*, Burgos de Paz *leg. 1. Tauri num 570.* y no solamente se ha de explicar la ley nueua, por la ley especial anterior, sino que tambien se han de limitar las leyes posteriores por la razon de la ley anterior, vt docet Bartol. *leg. de pretio, ff. de publ. in rem actio.* Y confirmase, con que quando la ley antigua algun caso especial (como son los decretos dichos de Leon dezimo, y Sixto quarto, &c.) no es visto derogarla la ley nueua, que habla en general, vt optimè Anton. Gabriel *2. tom. commun. lib. 10. verb. lex, fol. 50. colum. 2.* vbi id colligit, ex Bartolo & ex aliis, idem Azeuedus *lib. 5. Recopilat. tit. 4. lib. 1. num 52.* y assi se entiende la *Regla 24. del lib. 6. de los decretales*, que dize; *Generi per speciem derogatur, leg. vxorem 41. §. felicissimo:* & ibi *glos. generali, de leg. 3.* De donde consta claramente que la Bula de la Cruzada, en ninguna manera, habla con los Religiosos de nuestra orden, quando concede la absolucion de los casos reseruados, aunque sea concession posterior general, pues per decreto especial anterior, les està vedado el vsar de ella:] Quia illud est speciale cuius contrarium est generale; *auth. de non alienando §. vt autem lex.* [Y no obsta dezir que los dichos Pontifices solamente prohibieron el vso de la Bula por su tiempo, pues Clemente Octauo en su Bula, que comienza, *Romani Pontificis*, dada el año de 1599. vedando à los Religiosos el vso de la Bula dize: *Authoritate Apostolica perpetuo declaramus*, &c. Donde se vee que comprehende el tiempo por venir perpetuamente. Y no solamente no deroga la Bula de la Cruzada el dicho decreto, antes parece que le confirma, pues abrogando otros muchos priuilegios, excepta los concedidos à los superiores de las ordenes Mendicantes, quanto à sus frayles.] Ita ille; cui adde me citato Leandrum *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 12. q. 58* & me citato Marc. Serium *in Bullam Cruciatæ, disput. 1. diffic. 10. §. 8. num 5.* Ioannem de Soria *in Epitome Summarum, part. 2. tom. 2. sect. 2. disput. 9 §. Circa Electionem*, & Leandrum è Murcia *in Reg. S. Francisci, q. 1. cap 7. num. 17.* & hæ sunt pugnantes sententiæ circa præsentem quæstionem. Ego huic posteriori negatiuæ adhæreo, quam olim docui. Verùm interrogatus per litteras ex Hispania à pluribus, an sententia affirmatiua sit probabilis, non ausus sum nota improbabilitatis inurere, ex rationibus, quibus tot viri docti superius adducti illam tuentur, præsertim si decretum Vrbani VIII. non fuisset à superioribus subditis notificatum, & ab illis acceptum, & præsertim hoc esset magis probabile, suppositâ supplicatione circa Decretum Vrban. VIII. facta à Rege nostro Philippo IV. vt testatur Leander *vbi supra*, nam supplicatio suspendit executionem Bullæ dum alia iussio superueniat, vt docet Castrus Palaus *tom. 3. tract. 17. disputat. 3. punct. 17. num. 8.* Sousa *super Constitut. Clementis VIII. de largit. Munerum §. 109. & 112.* Gonzalez *de lege Politic. lib. 2. cap. 1. numero 31.* Morla *in Emporio iuris, part. 1. tit. 2. quæst. 14. num. 8.* Cenedus *in qq. Can. quæst. 45. num. 36.* Hurtadus *tom. 2. tract. 12. cap. 1. resol. 29. num. 1814.* & alij: ergo, &c. Scio à Patre Bardi *in Bullam Cruc. tract. 2. cap. 5. sect. 2. num. 9.* affirmatiuam sententiam tanquam improbabilem, & falsam damnatam esse; sed ego pace viri amicissimi, non audeo illam tali nota damnare, donec aliter à S. Sede determinatum non fuerit, & erubescerem asserere viros tam doctos, vt supra visum est, falso, & improbabiliter loquutos fuisse. Non intelligo tamen ex his præiudicium afferre Religionibus, quæ praxim in contrarium haberent.

RESOL. XXXI.

An Regulares possint post Bullam Vrbani VIII. absolui cum Bulla Cruciatæ à reseruatis cum Confessario denos? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 43.

§. 1. NOn posse ampliùs Regulares confiteri virtute Bullæ Cruciatæ extra Religionem, satis docui in additionibus positis in fine quintæ editionis Lugdunensis meorum operum *resolut. 9.* ex clara Summ. Pontif. Domini nostri Vrbani edita *sub die 19. Iunij anno 1630.* vt post alios obseruat etiam Cauantus *in enchir. Episc. verb. Regularium iura sub Episcopis, numero 84.* Difficultas modò est an de peccatis mortalibus, & etiam de reseruatis possint nunc post dictam Bullam Vrbani Regulares confiteri cum Confessariis designatis à Superiore, sicut poterant antea secundum aliquos, vt notaui *in 1. part. tract. 11. de Bulla Cruciatæ, resol. 14.* in terminis constitut. Clem VIII. quam confirmat dictus Vrbanus VIII. Et quoad peccata mor-

mortalia affirmatiuè respondet Ludouicus de la Cruz *in expos. Bullæ Cruciatæ, disp. 1. cap. 1. dub. 12. num. 2.* non autem quoad reseruata, licet *ibi in fine*, *num. 1.* asserat nonnullos docere etiam reseruata, non obstante dicta Bulla Vrbani VIII. posse Regulares cum dictis Confessariis designatis à Superiore confiteri, & absolui fatendo Bullam Cruciatæ, & hanc sententiam probabilem putat dictus Ludouicus à Cruz, nam contrariam quam ipse tenet *ibi in Principio num. 2.* vocat tantùm veriorem.

2. Verùm ego negatiuam sententiam teneo ex verbis positis à dicto Pontifice in illa constitutione sic asserente. Sed nostræ intentionis fuisse & esse, quòd iidem Fratres & Moniales quantum ad sacramentum Pœnitentiæ, seu confessionis administrationem ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum, & Sedis Apostolicæ, quoad sibi reseruata subiecti sint, earumdem præsentium perpetuò declaramus. Ita Pontifex, in quibus verbis aperte patet, prohiberi Religiosis vim Cruciatæ quoad articulum eligendi Confessorem, etiam quoad reseruata; & nota quòd in constit. Clem. VIII. quam confirmat Vrbanus, non adsunt supradicta verba, *quoad sibi reseruata*, quæ quidem Summ. Pontifex Vrbanus VIII. vt credo, posuit ad tollendas quæstiones omnes & Doctorum opiniones.

RESOL. XXXII.

An saltem Regulares possint virtute Bullæ Cruciatæ absolui a peccatis mortalibus non reseruatis? Ex part. 11. 12. 6. & Misc. 6. Res. 38.

§. 1. NEgatiuè respondent Bardi, & Card. Lugo, & ex illis Marcus Serius *in Bul. Cruc. disput. 1. diffic. 10. §. 8. n. 8. num. 6.* quibus nunc adde Leandrum à Murcia *in quæst. 1. ad cap. 7. Reg. S. Franc. num. 2.* vbi sic ait: [Los Regulares, maxime los Frayles Menores, no pueden en virtud de la Bula elegir confessor à otro alguno, aunque sea aprouado por el ordinario fuera de los deputados por sus prelados, para oir sus confessiones; esta sentencia es la mas verdadera, y se prueua, porque Clem. VIII. no solamente declarò, que no podia los Religiosos de qualquiera Orden ser absueltos en virtud de la Bula, de los casos reseruados, sino tambien que en virtud della no pueden elegir confessor, como consta de las palabras de su Breue, despachado en Roma à 25. de Nouiembre de 1599. en otauo año de su Pontificado, que son la siguientes facultatem, & concessionem Sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absoluendi à casibus reseruatis, non habere locum cum fratribus, & sororibus Moniabus quorumcumque Ordinum, & Congregationum cuiusuis instituti: luego no solamente no pueden en virtud de la Bula ser absueltos de los casos reseruados; pero ni tampoco elegir confessor que los absuelua de los no reseruados: y se confirma, porque assi Clem. como Vrban. VIII. afirman en las dichas Bulas, que su intencion, y voluntades, que todos los Regulares esten sujetos à sus Prelados, y à su disposicion, en quanto al Sacramento de la penitencia; sed nostræ intentionis fuisse, & esse, quod iidem fratres, & Moniales quantùm ad Sacramenti pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum, & Sedi Apost. quoad sibi reseruata subiecti sint, earumdem tenore præsentium perpetuò declaramus; luego no solo prohiben los dichos Sumos Pontifices à los Regulares, que elijan confessor para ser absueltos de los casos reseruados, sino tambien para serlo de los no reseruados; porque en todo caso quieren, que en quanto al Sacramento de la penitencia, esten sujetos à la ordinaria disposicion de sus Prelados. Ita ille.

2. Sed his non obstantibus adhuc puto affirmatiuam sententiam non carere sua probabilitate, & islam contra P. Bardi, & Cardinalem Lugo nominatim tenet Gallegus *in Bull. Cruc. cap. 12. dub. 172.* vbi sic ait: [Mi parecer es ser opinion muy prouable, y que seguramente se puede seguir en pratica, que à todas las personas Regulares les aprouecha la Bula, para poder elegir confessor qualquiera Presbytero secular, ò Regular aprouado por el Ordinario, el qual les puede absoluer de todos los peccados mortales, no reseruados à sus Prelados;] qui postea suam sententiam rationibus confirmat. Idem, præter Doctores à me alibi adductos, docet alter Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 2. quæst. 62.* Martinus de San Ioseph *in Regul. S. Francisci capit. 16. num. 23. & in eius fine*, in declaratione Bullarum Clement. VIII. & Vrbani VIII. *num. 4. vbi fol. 493.* sic ait: [Lo primero que se ha de aduertir es, por los breues de Clemente, y Vrbano Octauo, no se prohibe à los Religiosos, y Religiosas, el vso de la Bula de la Cruzada, y de otros priuilegios semejantes, para las confessiones ordinarias, aunque sean de materia de peccado mortal, como no se confiessen en ellas pecados reseruados à la Sede Apostolica, ò à los Prouinciales, y como sea con confessores de dentro de la orden. Constarà con claridad desta resolucion, atendiendo à que Vrb. VIII. confirma el breue de Clemente VIII. y este siempre le han entendido todas las Religiones, que prohibe solamente la absolucion de los casos reseruados y no de los ordinarios: y la misma declaracion hizo el reuerendissimo Padre don Fray Antonio de Treyo, siendo Vicario General de la Orden, en vna patente que embio por toda ella, y dize lo communicò con hombres muy doctos, como se dixe arriba, en la declaracion de la Regla *cap. 16. numero 21.* Fr. Manuel *1. tom. summæ verbo absolucion cap. 8. in fine* dize que los muy doctos de Salamanca firmaron que el breue de Clemente VIII. no habla de pecados mortales ordinarios, sino solamente de pecados reseruandos, y que absoluer de esto prohibe solamente. Y en derecho la constitucion vltima, que declara otra primera constitucion se ha de explicar, y limitar por los terminos, y modos de la dicha constitucion primera, que se declara, y confirma, vt habetur *auten. constitutio quæ innouat. §. vnde versiculo in illis collat. 3.* & decretum innouans intelligendum est secundum tenorem decreti innouati *lege in testament. ff. de condit. & demonstrat.* Demas de lo qual se ve que lo dicho es verdad, porque si la Santidad de Vrbano Octauo quisiera quitar absolutamente el vso de la Bula, no dixera por dos vezes, que su intencion es, que no valga la Bula, ni otros priuilegios semejantes para la absolucion de los casos reseruados; antes absolutamente quitara el vso de la Bula, y pues limitò la prohibicion para los casos reseruados, por el mismo caso la dexò en su fuerza para los casos ordinarios, pues en derecho casus exceptus firmat regulam in contrarium *leg. nam quod liquido ff. de pen. legata cap. Dominus 32. quæst. 7. Clement exiui, de verbor. signific § proinde leg. Tribunus §. vltimo §. de milit. testament.* y quando (caso negado) estuuiera dudosa la decision del breue estanda clara la concesion de la Bula de la Cruzada, ha de valer esta, en todo lo que el breue de Vrbano VIII. claramente no la prohibiere, *gloss. 4. in l transire 18. C. de transactionibus, & l statuas C. de Relig. & gloss. 4. in l. final. C. de iur. fisci.* Quia concessum dicitur quicquid expresse prohibitum non reperitur, *l. nec non §. quod eius ff. ex quibus causis.* Y no obsta à lo dicho, que al fin del breue se dize, que

Alibi in Resolutionibus annot. præteritæ.

que los Religiosos esten sugetos, quanto al Sacramento de la Penitencia à los Prelados, porque esto se ha de entender, quanto à lo que dos vezes antes auia prohibido, que era la absolucion de los casos reseruados, quia clausula posita in vna parte dispositionis, siue ponatur in principio, siue in fine, censetur referri ad omnia contenta in eadem clausula *cap. secundo requiris, de appellationibus* (vbi id obseruant Doctores) *cap. causam de rescript. cap. Apostolus 32. quæst. 7. leg. item quia ff. de pactis §. vltimo leg. Titia §. 2. C. familiæ erciscundæ leg. quoties C. de pactis leg. petens ff. si certum petat leg. lecta est ff. de legat. 1. leg. auia ff. de condit. & demonstr. leg. talis scriptura §. vlt. ff. de legatis 1.* y las palabras vltimas generales del breue se han de entender secundùm subiectam materiam de los casos reseruados, que antes auia prohibido *cap. indulgentia, de verborum significat.* y estas vltimas palabras referidas, no comprehenden lo que el Pontifice no quiso comprehender, que fue la absolucion de los casos ordinarios, quia lex non includit illud, ad quod mens, & ratio legis non se extendit, *leg. non dubium C. de legibus 1. C. quæ sit longa consuetudo*, & ideo vbicumque habet locum ratio legis, habet etiam lex *l. 1. C. de interdicto*, & hoc etiam si verba legis contradicant *leg. scire oportet §. aliud in verbo ff. de excus. tutor. textus in l. 3. ff. de lib. præterit.* quia vbi (inquit) manifestissimus est sensus testatoris, interpretatio verborum nunquam tantum valet, vt melior sensu existat, & *cap. consuetudo dist. 1.* vbi dicitur quod lex est quicquid in ratione consistit, y la clausula general del fin, se ha de limitar por la particular, de que no puedan absoluer de casos reseruados, quia clausula præcedens est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium, quam sequens ad determinationem præcedentium, *glossa 1. in leg. quisquis 85. de legat. 3.* y lo que totalmente desuaneze la difficultad es que el derecho lo determina assi: Quia clausula generalis sequens determinatur per specialem clausulam præcedentem *l. quoties & ibi glossa 1. Cod. familiæ erciscundæ*; y assi la clausula general del breue, se determina por las dos speciales præcedentes, &c. clausula generalis non porrigitur ad specificata, nisi fuerit, apposita tantùm pro illis, quæ specificata sunt *leg. stipulationes commodissimum 53. & leg. doli clausf. 10.* & ibi *glossa final. ff. de verb. oblig.* Et hæc omnia docet Martinus *vbi supra.*

3. Hanc etiam sententiam confirmat multis rationibus Quintanaducñas *tom. 1. de Sacram. tract. 3. sing. 18. num. 19.* & ex Societate Pater Andreas Mendo *in Bull. Cruc. di p. 24. cap. 18.* & in Appendice contra Patrem Bardi *disp. 1. cap. 10.* & me citato P. Hurtadus *tom. 2. tract. 9 cap. 6. n. 78.*

RESOL. XXXIII.

An Nouity Regularium possint sumere Bullam, & virtute ipsius a casibus reseruatis absolui?

Et an supradicti Nouity etiam sine Bulla Cruciatæ possint absolui à quocumque Sacerdote approbato à casibus reseruatis in Religione?

Et an Nouitij sumendo Bullam possint edere lacticinia. sicut cæteri sæculares? Ex p. 1. tr. 11. Res. 15.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, quidquid in contrarium asserat Vecchius *in praxi Nouitiorum, disp. 9. dub. 5. num. 7.* & ita docet Suar. *de Relig. tom 4. tract. 9. lib. 2. cap. 16. num. 10.* Fernandez *in exam. Theol. mor. p. 3. cap. 9. §. 8. num. 9.* & Ledesma *in summ. tom. 1. tract. de Pœnit. cap. 13. dub. 14.* vbi etiam asserit: [Que quando los prelados de las Religiones huuiessen traido algun Breue, ò indulto, para que los Religiosos no pudiessen elegir Confessor por virtud de la Bula; esto no se ha de entender de los Nouicios, porque los Nouicios en las cosas odiosas, no entran debaxo de nombre de Religiosos. Por lo qual, quanto à esto, queda como seglar, y puede elegir Confessor por virtud de la Bula de la Cruzada.] Ita ille. Idem etiam docet Acosta *in explicat. Bullæ, q. 107.* Villalob. *in summ. tom 1. tract. 9. cap. 56. n. 6.* qui benè notat, dictos Nouitios, etiam sine Bulla Cruciatæ, à casibus reseruatis in Religione posse absolutionem obtinere à quocumque Sacerdote. Sed de hoc alibi.

2. Notandum est etiam, Nouitios, sumendo Bullam, posse edere lacticinia, sicut cæteri sæculares, propter rationem dictam? non enim censentur Religiosi quoad onera. Ita Fernandez *vbi supra, §. 5 num. 3.* & alij.

RESOL. XXXIV.

An qui peccat ob spem absolutionis Bullæ, gaudeat eius priuilegio?

Idem quæritur de Iubileo. Ex parte 1. tractatu 11. Resol. 16.

§. 1. NEgatiuè multi respondent, vt Couarruuias *lib. 1. var. cap. 2. n. 26.* & alij penes Acostam *in explic. Bul. q. 33.*

2. Sed ipse, & rectè contrarium docet; cui ego addo Leonem *tract. de Iubil. part. 2. quæst. 8. num. 14.* Molfes. *in summa tom. 1. tract. 7. cap. 16. numero 47.* Filliucius *tom. 1. tract. 8. cap. 10. num. 261.* Sanctarellum *de Iubil. cap. 8. dub. 10.* Sanchez *in summa tom. 1. lib. 4. capite 14. numero 18.* Ledesmam *in summa tom. 1. tract. de Pœnit. cap. 13. dub. 10.* vbi asserit: [Esta resolucion tienen todos los Dotores, y se prueua lo primero, porque el Papa en este priuilegio de la Bula no pone excepcion ninguna, ni restricion, de la qual se entienda, que el que peca con la tal confiança, no puede ser absuelto de los pecados. Luego por virtud de la Bula de la Cruzada puede ser absuelto dellos, porque este priuilegio es fauorable, y no es razon restringirlo.] Idem etiam docet Villalobos *in summa tom. 1. tract. 17. claus 9. §. 2. n. 19.* Bonacina *de leg. disp. 4. q. 1. punct 6. §. 3. n. 12.* & alij.

RESOL. XXXV.

An per Iubileum anni Sancti Bulla Cruciatæ suspendatur? Ex p. 1. tr. 11. Resol. 97.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Fabrinus *de Iubil. c. 21.* Nauar. *not. 33. num. 3.* Lopez *in instruct. tom. 1. cap. 10.* & alij.

2. Sed contrariam sententiam prorsus amplectendam esse puto. Et ita docet Portel *in dub. regul. verb. Bul. Cruc num. 2.* Salas *de legib. disp. 20. sect. 10. in fin.* Bonac. *de legib. disp. 1. q. 3. punct. 8. §. 3. num. 33.* Leone *tract. de Iubil p. 1. q. 6. n. 229.* Zerola *de ann. Iubil. lib. 1. cap. 19. q. 2.* Villalob. *in summa tom. 1 tract. 27. claus. 11. n 8.* Fernand. *in exam. Theol. mor. p. 1. cap. 9. §. 10. n. 6.* Henriq. *lib. 7. c. 21. n. 3.* Acosta *in Bul. q. 101.* Rodric. *in Bul. §. 12. dub. 6. num. 8.* qui asserit, ita declarasse Clem. VIII. in suo Iubileo anni sancti 1600. Et ita declarasse Commissario Cruciatæ Vrbanum VIII. pro hoc anno 1625. asseruit mihi vir doctissimus D. Franciscus de la Riba, Vicarius Generalis Illustriss. Cardinalis ab Auria. Et ratio est: quia, vt rectè notat Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 33. num 10.* priuilegia Bullæ conceduntur per modum contractus, vt patet ex lectura Bullæ: sed Pontifex in reuocatione non

nem facit mentionem facultatum per modum contractus concessarum : ergo, &c.

RESOL. XXXVI.

An per clausulam Bullæ Cœnæ suspendatur Bulla Cruciatæ? Ex p.1.tr.11. Resol.96.

Respondeo negatiuè. Et ita docet Fernandez *in exam. Theol. mor. part.3. cap. 9. sect. 11. cap.19. num 5.* Henriquez *lib.7. cap.21. num.2.* Et ratio est; quia aliter esset Pontifex sibi contrarius. Et ita etiam docuerunt Sanchez *in sum.tom.1.lib.2. cap.11. n.17.* & nostet Duardus *in Bull.Cœn.lib.3.§.2.quæst.11. num.41.*

RESOL. XXXVII.

An Bulla Cœnæ deroget facultatem Bullæ Cruciatæ quoad absoluendum à reseruatis in eadem Bulla Cœnæ? Ex p.4.tr.4.& Misc.Resol.18.

§.1. Affirmatiuam sententiam ex Hispanis Doctoribus docet Garsias *de beneficiis tom.2. p.11. cap.10. numero 130. & seq.* & ita asserit dixisse Clemen. VIII. in quodam examine ad Episcopatum Cuetanum; & Iacobus Bleda *in opusc.defensionis fidei in causa Moriscorum cap.31.* obseruat, quòd duo viri Hispani cùm examinarentur ad Episcopatum coram supradicto Pontifice, repulsam tulerunt, quia responderunt à casibus Bullæ Cœnæ posse absolui in Hispaniis virtute cuiusdam priuilegij, nempe Bullæ Cruciatæ; quod probatur ex clausulis in fine Bullæ Cœnæ appositis, in quibus reuocantur omnia, & quæcumque indulta, gratiæ, indulgentiæ, &c. sub quauis forma & tenore, & cum quibuscumque clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis à Sede Apostolica concessis quibuscumque personis, etiamsi regali præfulgeant dignitate, ex quauis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & cum clausula, *quorum tenore*, ergo, &c.

2. Verùm his non obstantibus hodie praxis in omnibus Regnis Hispaniarum est, vt virtute Bullæ Cruciatæ detur absolutio à reseruatis in Bulla Cœnæ, excepta hæresi, & hoc posse fieri tradunt omnes expositores Bullæ Cruciatæ, Acosta, Rodriquez, Sanchez, Fagundez, Henriquez, Villalobos, Fernandez, Sorbes, quos citat & sequitur nouissimè Ludouicus à Cruce *in expositione Bullæ Cruciatæ disp.1.cap.10. dub.4. num.8.* quibus ego addo Ægidium Trullench *in expositione eiusdem Bullæ lib.1. §.1. dub.13. num.2.* quia expressè in Bulla Cruciatæ conceditur absolutio à casibus Cœnæ, excepta hæresi; ne ergo Papa contrarius sibi videatur, dicendum est per Bullam Cœnæ Cruciatæ non derogari. Deinde post reuocationem in Bulla Cœnæ positam, qua prohibetur absolutio à casibus illius, & derogatur omni priuilegio, etiam speciali, Sixtus V. *anno* 1590. fecit hanc exceptionem, nisi eiusmodi casus reseruati in Bulla Cœnæ in eis præsentibus litteris expressè comprehendantur. At iidem casus in Bulla Cœnæ iam exprimuntur in Cruciata, excepta hæresi; ergo Bulla Cœnæ non reuocat Cruciatam, sed solùm derogat aliis priuilegiis, iis exceptis, quæ in Bulla Cruciatæ continentur. Et hanc esse mentem Pontificis, præter rationes citatas, apparet primò, quia dum Pontifex Cruciatam concedit ex certa scientia, agnoscit Bullam Cœnæ esse non semel, sed pluries promulgandam intra spatium ab ipso præfixum pro Cruciatæ duratione, & nihilominus expressè vult, quod per totum id spatium sit valida. Secundò, quia expressè in concessione Cruciatæ facultatem impendit vt absque noua licentia singulis annis publicetur, idque absque diei, seu temporis determinatione. Tertiò, quia cùm concessio Cruciatæ per viam contractus, onerosi facta sit, adhuc tamen post Bullæ Cœnæ promulgationem non iubet Pontifex vt Cruciatam suscipientibus contributa eleemosyna, vel quid æquiualens reddatur: ergo apparet per Bullam Cœnæ non velle Pontifices derogare Bullam Cruciatæ. Multas alias rationes videbis apud Ludouicum à Cruce *vbi suprà*, qui etiam respondet ad argumenta contraria; adi illum, & non pigebit.

RESOL. XXXVIII.

An Confessarius possit absoluere pœnitentem ex vi Bullæ Cruciatæ pluries à casibus Summo Pontifici reseruatis?

Et doctrina huius Resolutionis est valdè nota, quia si supra dicti casus sunt occulti, per Cruciatam possit Confessarius eos absoluere toties, quoties. Ex p.1.tr.11. Resol.28.

§.1. Negatiuè respondetur communiter: ita Fernandez *in exam. Theol. mor.p.3.cap 9. §.9.n.1.* Villalobos *in sum.tom.1.tract.27.claus.9.§.2.n.5.* Ledesma *in sum.tom.1.tract.de Pœnit.cap.13.concl.2.dub.1.* & alij.

2. Non reticebo tamen hic celebrem sententiam doctissimi Theologi Thomæ Sanchez *in sum. tom.1. lib.4. cap.54. num.2.* asserentis, casus Summo Pontifici reseruatos; occultos tamen, posse à Confessariis absolui, non semel tantùm, sed toties quoties. Et ratio est: quia Bulla casus Pontifici reseruatos excipit, ne liceat ab illis absoluere toties, quoties: sed quando hi casus sunt occulti, iam non sunt casus reseruati Summo Pontifici; sed iure ordinario, & non speciali competunt Episcopis, & annexi sunt dignitati Episcopali: cùm ergo Bulla concedat absolutionem à reseruatis Episcopo toties, quoties; largitur etiam absolutionem ab his reseruatis occultis; quia per Concilium Tridentinum iam ampliùs non sunt Papales, sed Episcopales: quia, licet casus Papales non desinant esse tales, eò quòd Pontifex illos aliquoties concedat Episcopo; imò etsi semper concedat eos Episcopo speciali; ac desinerent esse Papales per generalem Constitutionem, concedentem eos in perpetuum cuilibet Episcopo. Sed totum hoc accidit in casu nostro: Ergo, &c.

Sup. hoc in Resol. seq. & in aliis eius annot. & in tom.7.tr.1. Resol.246. in fin.& ex Resol.300.lege doctr. §. La segunda. & in to.9. tr.7. ex Resol.121. vide doctr. §. Arguitur tertio.

3. Hæc doctrina est valdè notanda, quia celebris, & non passim obuia. Itaque ex sententia Sanchez Confessarius per Bullam Cruciatæ potest absoluere quoscumque casus Summo Pontifici reseruatos, non semel, sed toties quoties, dummodo tamen sint occulti; quia, vt tales, desinunt esse Papales, & sunt Episcopales, licet contrarium asserat Henriquez *lib.6. cap.14.num.7.in fin.* Bañez *in 2.2. quæst.64. art. vlt. ad finem.*

RESOL. XXXIX.

An quis possit absolui ratione Bullæ Cruciatæ toties, quoties à casibus Summo Pontifici reseruatis, si occulti sunt Ex p.3.tr. addit.Resol.17.

§.1. Hæc quæstio erit multum plausibilis Confessariis. Ego pro opinione negatiua *in part.1. tract.1. resol.28.* adduxi Villalobos, Ledesmam, Fernandez, quibus nunc addo Henriquez *lib.6. cap.4.n.7.* & Bañez *in 2.2.q.64. art.vlt.*

Quæ hic est Resol. antecedens, & in

Ref. seq. & in to. 5. tr. 8. Ref. 31. §. Et hoc. & seq. & in t. 5. fr. 1. Ref. 246. in fine. & ex Ref. 300. lege doctr. §. La segunda. & in to. 9. tr. 7. ex Ref. 121. §. Arguitur. & seq.

2. Sed *ibi* pro affirmatiua sententia adduxi Sanchez, cui nunc addo Ægidium Trullench *in Bull. Cruciatæ lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 6. n. 3. Quia*, ait ille, *restrictio illa semel in vita, & in articulo mortis, posita est in Bulla quoad casus publicos, & non manifestos, Bulla enim solos casus Pontifici reseruatos excipit, ne liceat illos absoluere toties quoties, at casus occulti cum non sunt casus Papæ reseruati, sed competunt Episcopis, non ex aliqua delegatione speciali, vt existimat Henriquez; sed iure ordinario, tanquam perpetuo annexi dignitati Episcopali, neque exigitur industria personæ Episcopi, aliter enim ita essent personales, vt eos delegare non posset, quod est falsum. Ergo eis talis facultas competit iure ordinario, & eo iure casus Papales, si occulti sint, censentur casus Episcoporum reseruati. Et confirmatur, quia etsi casus Episcopales non desinant esse tales per concessionem peculiarem factam ab Episcopo, at desinerent esse si constitutione synodali concederetur Parochis, & solis illis reseruati essent. Ergo similiter & casus Papales non desinunt esse tales, eo quòd illos semel aut iterum Pontifex concedat Episcopo, imo etsi semper eos concedat Episcopo speciali, at desinunt esse tales per generalem constitutionem concedentem eos in perpetuum cuicunque Episcopo, vt factum fuit in Tridentino respectu casuum Papalium occultorum. Cùm ergo Bulla concedat absolutionem à reseruatis Episcopo toties quoties, concedendum est per Bullam posse dari absolutionem ab iis reseruatis occultis toties quoties, vtpotè, qui per decretum Tridentini iam non sunt Papales, sed Episcopales. Et tandem probatur, quia reseruatio vt odiosa est limitanda, quando verba talem limitationem patiuntur. Sed illa restrictio potest alligari soli absolutioni casuum publicorum, qui publici sunt: ergo solum respectu eorum negabitur per Bullam facultas repetendi in eodem anno absolutiones toties quoties oportuerit.* Hæc omnia Trullench *loco citato*, & hanc opinionem probabilissimam esse, & tutam in praxi, sentiunt multi viri docti Societatis Iesu, & nostræ Religionis, de hac re à me consulti.

RESOL. XL.

An quis possit absolui toties, quoties virtute Bullæ Cruciatæ a casibus Papæ reseruatis, si sint occulti? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Res. 4).

Olim in duabus Res. præcedentibus & in aliis earum annotationum.

§. 1. Affirmatiuè olim respondi, sed nominatim contra me, & alios negatiuam sententiam probabiliorem, & in praxi amplectendam esse putat Bardi *in Bull. Cruc. par. 2. tract. 10. cap. 1. sect. 10. num. 87.* Et ratio est, quia cum Summus Pontifex absolutè, & simpliciter sine vlla limitatione, aut qualitate superaddita casus illos sibi reseruet, idcircò hi casus ita reseruati aliquid plus habent, quam illi qui omninò non sunt reseruati; ergo esse occultum, cum suaptè natura non opponatur reseruationi, vt de se patet, neque aliunde nos habeamus declarationem per quam casus ex eo quòd sint occulti, cessent à reseruatione, quod tamen Aduersarij non probant, cùm id deberent sufficienter probare: igitur probabilius & congruentius dicimus non posse vi Bullæ casus istos toties quoties remitti, sicuti non reseruatos: hoc autem importat clausula illa, quæ in ipsamet Bulla habetur, dum sic dicitur: Aliorum verò Sedi Apostolicæ non reseruatorum, ac reseruatarum, toties quoties confitebuntur, absolutionem, mediante salutari pœnitentia secundùm culparum exigentiam, obtinere; & ideò ita est dicendum, facultatem illam Episcopis concessam esse tantùm in ordine ad casus, qui omninò & simpliciter eximuntur à reseruatione Papali, & hoc manifestè patet, quia in illo Decreto Concilij absolutio Casuum, & Censurarum summo Pontifici reseruatarum, etiam dum manent in occulto, non relinquitur in omnimoda libertate Episcopi, quia adhuc casus detinentur in reseruatione Papali; nequeunt enim Episcopi prædictorum casuum absolutionem ad libitum respectu quarumcunque personarum, & in quocunque loco exercere, nam Concilium eam limitat ad subditos Episcopi, & in Diœcesi Episcopi absoluentis, & quamuis hæc verba vario modo ab auctoribus intelligantur, vt videre est apud Suarez *de cens. tom. 5. disput. 41. sect. 2. num. 6. & sequentibus.* Sanchez *lib. 2. in Decalog. capit. 11. à numero 2.* certam tamen est, & omnes fatentur, Concilium per illa verba: *Quoscumque sibi subditos, & in Diœcesi per se ipsos, aut per Vicarium ad id specialiter deputatum*, Limitationem aliquam apponere in facultate absoluendi à casibus Pontificiis occultis; proinde hi casus etiam occulti non censentur omninò esse extra Papalem reseruationem, & per consequens dum in Bulla conceditur facultas absoluendi toties quoties à casibus Summo Pontifici non reseruatis, id explicari debet de casibus, qui omni Papali reseruatione carent.

2. Verum his non obstantibus, me citato affirmatiuam sententiam tenet Pater Andreas Mendo *in Bull. Cruc. disp. 23. cap. 3. numer. 72. cum seq.* qui postea *in Appendice disputat. 2. cap. 26. numero 141.* nominatim contra Patrem Bardi ad eius argumenta respondet. Etenim Pontifex dum committit in Tridentino Episcopis facultatem ordinariam absoluendi à casibus sibi aliundè reseruatis, dummodò sint occulti, tollit ab eis reseruationem Pontificiam, limitatque eam, quam apposuerat, ad eiusmodi casus non occultos qua reseruatione ablata, consequens est, vt virtute Bullæ possit toties quoties ab eis absolui. Nec signum appositum de perseuerantia reseruationis est efficax: nam ablata reseruatione Pontificia, adhuc potest remanere reseruatio Episcopalis, & designari cui Episcopo, & quorum pœnitentium absolutio reseruetur: quare Pontifex voluit, vt quisque Episcopus solùm in sua Diœcesi, & suos subditos absoluere valeat: Inde tamen non probatur, quod reseruatio sit Pontificia; sicut etiam Episcopus non potest absoluere in aliena Diœcesi saltem à reseruatis Episcopo illius Diœcesis: quod non suadet eos casus habere reseruationem maiorem, quam Episcopalem; sed solùm actus iurisdictionis suis terminis, locis, & personis esse circumscriptos. Id in præsenti contingit, Pontifice iurisdictionem congruenter limitante.

3. Et quidem ea limitatio non opponitur ablationi reseruationis Pontificiæ; nec rectè intelligitur, quo pacto duret reseruatio Pontificia, si inferiori Prælato non reseruantur illi casus: cùm reseruatio Pontificia id per se dicat, quòd nullus Prælatus inferior absoluere valeat. Itaque cum Tridentinum facultatem præstat Episcopis ad absoluendum à reseruatis occultis cum adhibita limitatione, perinde se habet ac si asseueret, peccata, quæ sunt Sedi Apostolicæ reseruata, si sint occulta, deinceps solùm Episcopis in sua Diœcesi, dum sint peccata subditorum, reseruata maneant. Sicut si in Religione, in qua peccatum verbi gratia, periurij est reseruatum Superiori, statueretur, vt deinceps Confessarius Domus Religiosæ posset ab illo absoluere commorantes in eadem Domo: quis dubitet, reseruationem Superioris auferri, quamuis limitarentur Confessarius, & personæ? Atque adeò Regularis, qui in id peccatum incidisset, si haberet priuilegium, vt per quemuis Confessarium absolueretur à non reseruatis, posset per quemlibet absolui à periurio: similis est omninò casus, quem agitamus, sua seruata proportione. Hucvsque Mendo.

4. Dico igitur posse quemlibet absolui toties quoties à casi

à casibus in Bulla Cœnæ contentis (excepta hæresi, de qua statim) si sint occulti, & ab omnibus aliis reservatis Pontifici in iure, vel qui in Decretis, aut Bullis specialibus sunt reseruati, & deinceps reseruabuntur, dummodo, vt supra monui, non apponatur clausula derogatoria Decreti Tridentini, & dum casus sint occulti.

5. Deinde aduertendum est, in opinione iudicante, irregularitatem esse censuram, & per Bullam Cruciatæ posse quem absolui ab irregularitate, quæ purè pœna est, & non simul inhabilitas, sanè posse absolui ab irregularitatibus, quæ purè pœnæ sunt, à quibus potest Episcopus absoluere vigore præfati Decreti Tridentini. Sed de hoc vltimo ego alibi. *

6. Ex his infertur, me olim Panormi interrogatum recte respondisse, posse absolutionem præstari virtute Bullæ toties quoties ab excommunicatione occulta contracta ob ingressum in Monasteria Monialium, & lata in Bulla Pij Quinti, & Gregorij XIII. quia ab ea potest absoluere Episcopus, cum in his Bullis Pontifex sibi reseruantium illam censuram, non contineatur clausula derogatoria Tridentini.

7. Item posse quem toties quoties per Bullam absolui ab excommunicatione contracta ob delictum occultum duelli, esto ea fuerit reseruata post Tridentinum in Bulla Clementis VIII. etenim etiam Episcopus potest ab ea excommunicatione absoluere, cum in præfata Bulla non fiat specialis mentio derogatoria Tridentini, quod requiritur vt derogetur eius Decretis.

8. Ratio omnium supradictorum est, quia virtute Bullæ potest quis toties quoties absolui à peccatis quæ non sunt Pontifici reseruata; sed eiusmodi peccata occulta (idem dico de censuris) non sunt Pontifici reseruata, sed Episcopis; ergo potest toties quoties ab illis absolui. Suadetur Minor, nam reseruatio ablata est per Tridentinum, dum Episcopis concessa est potestas absoluendi ab illis peccatis, sicut, si peccata essent aliqua Episcopis reseruata, & in aliquo Concilio, aut Synodo concederetur omnibus Parochis facultas ad absoluendum ab illis, posset sanè ab eis absoluere quisquis vellet absoluere à peccatis, à quibus Parochi absoluere possent. Vide Mendo *vbi supra disput.* 23. *cap.* 5. *numero* 62. qui respondet ad argumentum contrarium adductum ab Henriquez. Hæc opinio mente tenetur à Confessariis, nam in dies potest occurrere, & est satis consolatoria pœnitentibus. Quicquid cardinalis Bardi dicat, contrariam esse in Praxi sequendam, non nego tamen opinionem doctissimi viri esse satis probabilem, nostram tamen præter Mendo vbi supra docet nouissimè me citato doctus Pater Bertrandus Lothe *in Resolut. Theologicis tract.* 1. *quæst.* 1. *art.* 5. omnino videndus.

RESOL. XLI.

Quoniam Confessarij virtute Bullæ Cruciatæ possint absolvere à casibus Bullæ Cœnæ, hæresi excepta, semel in vita & semel in morte, quærendum est breuiter de aliquibus casibus inclusis in dicta Bulla; ideo quæritur, quid dicendum sit de aliquibus casibus positis in primo Canone Bullæ Cœnæ, an includantur sub nomine hæresis, ita vt per Bullam Cruciatæ minime possint absolui? Ex p. 1. tr. 11. Res. 29.

§. 1. NOn posse absolui docet Fernandez *in exam. Theolog. moral. p.* 2. *c.* 9. § 16. *sect.* 1. *num.* 1. Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 1. *disput* 56. *dub.* 2. Alterius *de cens. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 19. *quæst.* 1. Azorius *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 19. *quæst.* 2. & Ledesma *in summ. tom* 2. *tract.* 1. *cap.* 6. *in fin.* vbi sic asserit: [Hase de aduertir, que de baxo de nombre de heregia, se comprehenden los que fauorecen, ò encubren los hereges, y los que se apartan de la obediencia de los Pontifices Romanos, ò tienen libros prohibidos, ò los leen. Porque todos estos casos estan reseruados en España à los Inquisidores, y ningun Sacerdote los puede absoluer por la Bula, ò Iubileo.] Putant igitur supradicti Authores, omnes casus contentos in primo Canone Bullæ Cœnæ inclusos esse sub nomine hæresis: sed, cùm virtute Bullæ Cruciatæ hæresis non possit absolui; neque poterunt & illi.

2. Hæc opinio est probabilis; sed contraria non caret etiam probabilitate: illam docent Sanchez *in summa, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 12. Portel. *in addit. ad dubia regul verb. libri prohibiti, n.* 14. Riccius *in addit. ad Bullam Cruciatæ.* Rodriquez *part.* 1. §. 9. *sect.* 3. *numero* 95. Duardus *in Bulla Cœn. lib.* 3. §. 2. *quæstion.* 8. *numero* 8. *& seqq.* 11. *numero* 47. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 17. *numero* 2. *in Glossa, littera I.* Farinacius *de hæresi quæst.* 180. *num* 8. Suarez *tract. de fide disput.* 24. *sect.* . *numero* 11. & alij; hi omnes docent, si supradicti verè Hæretici non sint, posse per Bullam Cruciatæ absolui; nam solùm excipitur hæresis formalis. Ergo, &c.

qui docent. & in Res. 32. lege eius doctr. à principio vsque ad § 1. Vide exclusiuè, & hic infra in Res. seq. Vide §. Sed etiam.

RESOL. XLII.

Quænam paruitas materiæ excuset ab excommunicatione legendi libros hæreticos; & an eos legentes sint absoluendi per Bullam Cruciatæ?

Et an dicta paruitas materiæ non solum detur in legentibus, sed etiam in retinentibus libros Hæreticorum?

Et quid est sentiendum de libris magicis, & chiromanticis, an comprehendantur sub nomine hæreticorum, & in dicta excommunicatione? Ex p. . tr. 1. Res. 30.

§. 1. PAter Sanchez *in summa, tom.* 1. *lib* 2. *cap.* 10. *numero* 31. de hac materia loquens sic ait: [Ego credo, vnam solam paginam, quamuis liber sit ex voluminis maioribus, non sufficere: sed maior quantitas ea pagina voluminis maioris, vulgò, *de marca mayor*, sufficiens erit.] Hanc opinionem non potest probare Suarez *tract. de fide, disput.* 20. *sect.* 2. *numero* 20. Bonacina *de cens. disputat.* 2. *quæst.* 5. *punct.* 4. *num.* 13. cum Molfesio *in* 3. *p. lib.* 3. *cap.* 1. *numero* 49. quia in ea lectione multùm potest esse periculi. Oportet ergo, vt nimis breuis, nec multarum linearum sit lectio, vt excusationem paruitatis materiæ admittat. Sed supradicta Sanchez opinio approbatur à nostro Duardo *in explic. Bull. Cœn. lib.* 2. *can.* 1. *quæst.* 46. *num.* 4. Filliucio *tom.* 2. *tract.* 22. *cap.* 7. *numero* 204. & nouissimè à Laurentio Portel. *in addit. ad dub. regul. verb. libri prohibiti, num.* 7. *in fin.* & in hanc sententiam inclinat Layman *lib.* 2. *tractat.* 1. *cap.* 16. *num.* 5.

Sup. hoc in tom. §. tr. 1. Res. 142. §. Sed hæc. & lege etiam ibi §. 1. & 2. & ibi in tract. 10. Res. 145 §. Notandum. & late in Res. 146.

2. Sed, etiamsi talis incurreret in excommunicationem dictæ Bullæ Cœnæ, latam contra legentes libros Hæreticorum puto per Bullam Cruciatæ absolui posse; dummodo hæretico animo id non faciat; & ita in terminis præter DD. citatos *in superiori resol.* docet Acosta *in expl. Bullæ Cruciatæ quæst* 13. *concl.* 4. Portel *in addit. ad dub reg. verb libri prohibiti, num.* 14. Riccius *in addit. ad Bull. Cruc.* Rodriquez *p.* 1. §. 9. *sect.* 3. *num.* 100. quicquid in contrarium asserat Rodriquez, & alij.

Sup. contento in hoc §. lege doctr. Res. præteritæ, & Res. §. & vers. eius not.

3. Sed de libris magicis non est dubitandum, vt docet Delrius *in disquis. part.* 3. *lib.* 5. *sect* 17. & Raphaël de la Torre *in* 2. 2. *tom.* 2. *q* 96. *art.* 4. *diff.* 5. *in fin.* quia, sicut chiromantici, & magi non comprehenduntur

Sup. hoc eõtenro in hoc §. in tom. §. tr. 8. Res. 30. prope finem &c.

sub nomine Hæreticorum; sic eorum libri, hæretici iudicandi non sunt, vt notauit Sousa *in Bull. Cœn. c. 2. disput. 13. concl. 1.* Bonacina *de cens. disput. 2. punct. 3. num 4.* Alter. *de cens. tom. 1. lib. 5. disp. 2. c. 7. fol. 472. cas. 2.* & alij.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 10. Res. 140.

4. Notandum est etiam, quòd paruitas materiæ non solùm datur, vt diximus, in legentibus, sed etiam in retinentibus libros Hæreticorum. Et ita, si aliquis per duos dies non consignaret Inquisitoribus dictos libros, non incurreret in excommunicationem. Ita Sanchez *in summ. lib. 2 cap. 10. num 55.* & Duardus *in expl. Bull. Cœn. lib. 2. can. 1. quæst. 51. numero 33.* & alij.

RESOL. XLIII.

An qui legit librum Hæretici qui non tractat de Religione ex professo, neque continet multas hæreses, sed vnam tantum, incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, ita vt per Cruciatam sit absoluendus? Ex p. 1. tract. 11. Res. 31.

§. 1. NOn incidere in censuram Bullæ Cœnæ, putauit Sayrus *de censur. lib. 3. cap. 5. numero 12.* & Graffius *in decis. p. 1. lib. 4. cap. 18. numero 40. & 42.* quia, vt incurratur excommunicatio Bullæ, necesse est, vt liber ex professo de religione tractet, aut de hæresi, non autem si tractet de aliis rebus, & obiter dicat aliquam hæresim.

2. Hanc autem sententiam reprobat Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 34.* qui citat Suarez: & idem docet Bonacina *de cens. disput. 2. quæst. 5. punct. 4. n. 19.* cum Alterio *in Bullæ Cœn. tom 1. disput. 2. lib. 5. cap. 6. fol. 470. in fin.* & Portel. *in add. ad dub. regul. verb. libri prohibiti, num. 8.* quia Bulla solùm requirit, vt liber hæresim contineat: quod quidem verificatur, si vnicam tantùm contineat. Et ideò, stante hac opinione, taliter legentes non sunt per Bullam Cruciatæ absoluendi.

3. Non reticebo tamen Filliucium *tom. 2. tract. 22. cap. 7. num. 204.* & etiam Sousa ex Prædicatorum Familia, primam opinionem contra Suarez, & Sanchez docere, & ideò *in expos. Bull. Cœn. disp. 13. c. 2. concl. 2.* sic asserit: [Qui legit, licèt absque Sedis apostolicæ licentia, Hæreticorum libros, qui ex professo hæresim non continent, vel de religione non tractant; quamuis hæresim aliquam contineant; per hanc Bullam non excommunicatur.] Ita ille. Et probat hanc sententiam multis rationibus, quæ apud ipsum videri possunt. Hæc sententia videtur probabilis, licèt contraria sit probabilior.

RESOL. XLIV.

An qui non per se ipsum, sed per alios legit aliquem librum Hæretici hæresim continentem, seu ex professo de Religione tractantem, incurrat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, ita vt per Cruciatam sit absoluendus?

Et quid est dicendum, quando qui audit legere, induxit legentem, vt legeret?

Et an famulus ex mandato heri legens incurrat in censuram, nisi ignorantia excusetur?

Et si famulus, vel alius fuerit compulsus ad legendum librum hæreticum in contemptum Fidei, & hoc non obstante, faciat, an peccet mortaliter, & incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ? Ex part. 1. tract. 11. Res. 33.

§. 1. INcurrere in dictam excommunicationem putat Alterius *de cens. tom. 1. disput. 2. lib. 5. cap. 6. fol. mihi 430. col. 2.* quia in nostro casu putat specialiter per seipsum legere qui per alium legit. Idem docet Sayrus *de cens. lib. 3. cap. 5. num. 14.* & Graffius *in decis. p. 1. lib. 4. cap. 18. num. 34.* & Azorius *p. 1. lib. 88. cap. 6. quæst. 4.* & nouissimè Layman *lib. 2. tract. 1. cap. 15. n. 6.* Megala *in 3. p. lib. 3. cap. 1. num. 38.* Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib. 9. c. 14. n. 250. & 251.* & Suarez *tract. de fide, disp. 20 sect 2. n. 19.*

2. Sed contrariam sententiam docet Filliuc. *tom. 1. tract. 16 cap. 3. num. 45. & tom. 2 tract. 22. cap. 7. num. 207.* Sousa *in Bul Cœn. c. 2 disp. 14. num. 4.* Sanctarellus *tract. de hæresi, cap. 15. dub. vnico, num. 8.* Scorcia *in Bull. Pontif. epitome 166. theorem. 410.* Vgolinus *in Bull. Cœn. canon. 1. verb. ac eorundem libros §. 1. numero 4.* Duardus *in expos. Bull Cœn lib. 2. can. 1. quæst. 48. num. 4.* Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 48.* Bonacina *de cons. disputat. 2. quæst. 5. punct. 4. num. 11.* qui male pro hac sententia citat Reginaldum; nam contrariam docet.

3. Sed hanc sententiam tenet etiam Portell. *in addit. ad dubia reg. verb. libri prohibiti, num. 11.* vbi sic asserit: [Non incurrit censuram Bullæ, qui audit legere librum hæreticum audire enim non est legere; & verba legis pœnalis sunt accipienda in significatione propria & stricta. Et hoc verum censeo, etiamsi is, qui audit legere induxerit legentem, vt legeret: nam inducere, vt aliquis legat, non est legere. Et censura posita contra facientem, non ligat consulentem, nisi id exprimatur in ista Bulla, contra consulentem vt tales libri legantur. Incurret verò censuram famulus legens ex mandato heri, nisi ignorantia excusetur.] Ita Portel. At ego puto, his non obstantibus, non esse recedendum a prima sententia affirmatiua.

4. Nota verò, quòd si dictus famulus fuerit compulsus ad legendum librum hæreticum in contemptum fidei, & hoc faceret, secundùm Bonacinam, *vbi suprà*, & alios non solùm peccaret mortaliter, sed in excommunicationem Bullæ incideret. Sed quoad excommunicationem negat noster Duardus *loco citato num. 13.*

RESOL. XLV.

Vtrum, qui legerit epistolam seu literam missiuam alicuius Hæretici, in qua aliquam hæresim doceret hanc excommunicationem incurrat; vnde virtute Cruciatæ absoluendus sit?

Et quid de retinente, aut imprimente Epistolam, concionem, aut aliam papyrum Hæretici solutam, nec in tractatus formam redactam? Ex part. 1. tractat. 11. Res. 34.

§. 1. INcurrere talem epistolam legentem, excommunicationem Bullæ Cœnæ, mordicus defendit noster Megala *in 3. part. lib. 3. c. 1. n. 55.*

2. Sed contrariam docet Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 19.* vbi ait: [Credo non incurrere excommunicationem, legentem, aut retinentem, aut exprimentem Epistolam, concionem, aut aliam papyrum hæretici solutam, nec in tractatus formam redactam; quod hæc, in communi, & vsitato loquendi modo, minimè dicantur libri: nec militat eadem ratio quæ in libris: hi enim multò amplius extenduntur, atque diutius permanent.] Ita Sanchez, quem postea sequuti sunt Portel. *in addit. ad dub regul. verb lib prohibiti, num. 7.* & Sousa *in expl. Bullæ Cœn. c. 2. disp. 13. conc. 1. n. 5.* Duardus *in expl. Bullæ Cœn lib. 2. can. 1. q. 15. n. 11.* Layman *in Theol. mor. lib. 2 tract. 1 cap. 15. n. 1.* & alij. Sed censeo in priori sententia persistendum esse.

RESOL

RESOL. XLVI.

An qui legit librum Authoris Catholici, sed cum scholiis, & commentariis hæreticorum tam copiosis, vt liber potius ex iis, quam ex textu constare censeatur, incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & per Cruciatam sit absoluendus? Ex p.1.tr.11.Resol.12.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docuit P.Suarez *in 3. p. tom.5. disp.21. sect.2. numero* 10. Sed nimis scrupulose in hoc loquitur, & ideò non sequendus: vnde meritò illum reprobant Sousa *in expos. Bul. Cœn. cap.1. disp.13. concl.3. num.7.* & alij: nam reuerà liber Auctoris Catholici, licet commentarios copiosos aliquos hæretici habeat, semper nuncupatur liber Auctoris Catholici, a quo in lucem editus est; & non liber hæretici commentantis.

RESOL. XLVII.

Vtrum idiota legens librum hæreticum Latina linguæ compositum, quam ipse nullo modo intelligit, incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, itavt per Cruciatam sit absoluendus? Ex p.1.tr.11. Resol.30.

§.1. AFfirmatiuè respondet Megala *in 3.p lib.3.c.1. num.45.* quia Bulla non spectat finem, sed factum ipsum.

2. Sed negatiuam sententiam docet Sanch. *in sum. tom.1.lib.2.c.10. num.51.* quia hic casus a principio non fuit inclusus in leg. Laurentius verò Portel *in addit. ad dub. regul. verb. libri prohibiti, n.11.* non audet hoc consulere: sed addit, quòd quicquid fecerit, habebit Authorem Sanchez; in quibus verbis demonstrat, hanc sententiam esse probabilem, sicut reuera probabilissima est, & tuta in praxi; & illam, præter Sanchez, docet etiam Filliucius *tom 2. tract.22. cap.7. n.207.* & Suarez *tract. de fide, disp.20. sect.2. n.18.* vbi sic asserit: [In primis, circa qualitatem necessarium est, vt non tantum sit exterior lectio, sed cum intelligentia verborum; nam, si quis ignorans prorsus linguam Latinam, vel eam, in qua liber scriptus est, illum legat; non incurret censuram, nec per se loquendo, mortaliter peccabit; quia illa non est formalis, nec vera lectio; sed tantum materialis: & præterea ibi cessat ratio legis; quia neque periculum inde imminet, nec est communicatio cum hæretico in doctrina: & in hoc omnes conueniunt.] Ita Suarez. Vnde negandum est id, quod dicit Megala, nempe, Bullam non spectare finem, sed factum.

RESOL. XLVIII.

An qui legit librum hæreticum in Gallia, Anglia, & aliis Prouinciis, vbi Bulla Cœnæ non est recepta, incidat, hoc non obstante, in excommunicationem, & egeat Bulla Cruciatæ propter absolutionem? Ex p.1.tr.11.Resol.35.

§.1. AFfirmatiuè respondet Megala *in 3.p.lib.3.c.1. num.60.*

2. At contrarium docet Sanch. *in sum. tom.1. lib.2. cap.10 n.4.* qui citat Azorium: & contra rationem Megalæ vide Becanum *in sum. Theol. tract.3. cap.6.q.8.n.4. in fin.* vbi docet ex communi Doctorum sententia, in Germania excusari multos, & non incidere in excommunicationes Bullæ Cœnæ, quia in multis locis vsu recepta non est.

RESOL. XLIX.

An quis per Bullam Cruciatæ possit absolui à reseruatis & censuris, non solum antea, sed etiam post ipsius susceptionem incursis?

Idem quæritur de commutatione, vel dispensatione votorum.

Et an quis virtute Bullæ possit ex libito ab vno Confessario absolutionem à reseruatis obtinere, & ab alio postea votorum commutationem?

Et hæc omnia procedunt etiam tempore Iubilei. Ex p.1. tr.11. Resol.17.

§.1. REspondeo affirmatiuè, quidquid asserat Sotus *de iust. lib.8. q.4. art.3.* cum aliis. Et ita aduersùs illum docent decem Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *in sum. tom.1. lib.4. cap.53. num.26.* quibus ego addo Leonem *tract. de Iubil. p.2. q.8. n.11.* Fioron. *de cas. reseru. p.1. cap.4. §.3. n.22.* Sanctarellum *tract. de Iubil. cap.8. dub.9.* qui citat quatuordecim Doctores pro hac sententia. Fernand. *in exam. Theol. mor. p.3. c.9. §.17 sect.2. n.3.* Bonac. *de leg. disp.4. quæst.2 punct.6. §.3. n.12.* Villalob. *in sum. tom.1. tract.27. claus.9. §.1. n.6.* Ledesmam *in sum. tom.1. tract. de Pœn. c.13. concl.2. dub.6.* Bartholà S. Fausto *in thes. Relig. lib.4. q.50. n.2.* Molfes. *in sum. tom.1. tr.11. c.15. n.204.* & alios. Et ratio est: quia verba Bullæ sunt generalia: ergo non sunt restringenda ad peccata, seu vota emissa ante, & non post publicationem Bullæ, vt etiam in Iubileo asserunt DD. & verba indefinitè, & generaliter expressa in priuilegiis extenduntur ad futura, vt notat Glossa *in cap. quia circa de priuileg.* Cæteras rationes vide apud citatos Doctores.

Sup. hoc magis latè inf. in Resol. 73. & pro vtroque scil. Iubileo, & Cruciata in t.3.tr.2 Resol. 72. §. vlt.

2. Notandum est verò, supradictam doctrinam non solùm procedere quoad commutationem votorum: sed etiam quoad dispensationem, contra Lopez, Rodriq. & Sotum: quia vt bene notat Henriq. *in sum. lib.7. cap.30. n.5.* cum Suarez, & Sanch. *vbi sup. n.28.* eadem est ratio, quoad hoc, inter potestatem dispensandi, & commutandi. Notandum est etiam, quòd quis virtute Bullæ potest ex libito ab vno Confessario absolutionem à reseruatis, & censuris obtinere, & ab alio postea votorum commutationem. Ita Faustus *vbi supra, n.4.* Et hæc omnia procedunt etiam tempore Iubilei: nam eadem est ratio, vt de Bulla.

Sup. hoc notandum inf. in tr.4 Resol.23.

RESOL. L.

Qui per Bullam, seu virtute Iubilei elegit Confessarium, & facit cum illo confessionem inualidam, & irritam, vel ex defectu doloris, seu examinis, vel ex alio capite obtinendo absolutionem à reseruatis, quæritur, an dicta peccata non sint amplius reseruata, itavt postea possit à quocumque Confessario ab illis absolui?

Et docetur, quod si aliquis Prælatus tribuit facultatem in aliqua Festiuitate absoluendi a reseruatis si aliquis Religiosus efficeret confessionem irritam, & reseruata confiteatur, postea à quocumque Confessario possit absolutionem obtinere.

Etiamque infertur, quod qui virtute Bullæ Cruciatæ confitetur casus Episcopales fictè, & sine contritione, postea potest à quocumque Confessario etiam sine Bulla absolutionem obtinere? Ex part. 1. tract. 11. Resol.18.

§.1. NEgatiuè respondet Ledesma *in summ. tom.1. tract. de Pœnit. cap. 13. concl.2. dub.7.* Villalobos *in summ. tom.1. tract.27. claus.9. §.1. num.16.* qui citat Acostam *in explic. Bul. quæst.45.* quando, videlicet,

Sup. hoc in Resol. seq. & in to.1.tr.5. Resol. 29. & 30. à lin.5.

vel 6. & ibi in tr.3. Ref. 50. §. Notandum est tamen.

pœnitens scit, illam confessionem esse irritam: secùs, si talis nullitatem confessionis non aduerteret; nam in secundo casu putant manere liberum à reseruatione. Et ratio est: quia Summus Pontifex concedit facultatem absoluendi à reseruatis in ordine ad susceptionem Indulgentiarum: sed, qui scienter facit confessionem irritam, Indulgentias minimè consequi potest ergo, &c.

2. Non reticebo tamen, multos Doctores contrarium asserere probabiliter, quos adducit, & sequitur Comitolus *in responsmor. lib.1. quæst.30. num.2.* vbi sic ait: [Num, qui tempore Iubilei, &c. (adde tu per Bullam Cruciatæ) fictè confessus est de casu reseruato, nec quidquam eo profuit confessio ad salutem, post Iubilæum meliore mente quærere possit quemlibet Confessarium, qui tum ab aliis casibus; tum à reseruatis cum possit absoluere; Caietanus *in sum. verb. casus reseruatus in calce*: Armilla *eodem verb. num.4.* Syluest. *ver. Confessio, 1.q.19. in extremo, seu n.21.* à quo Paludanus, & D. Antoninus nominantur opinionis Authores; aiunt, eum, qui fictè Confessus est reseruatum casum, posse à quouis Confessario absolui: propterea quòd legi Ecclesiasticæ reseruationis iam satisfecit, quamuis legi diuinæ confessionis nulla ratione satisfecit. Quare iure diuino debebit iterum Sacerdoti illud ipsum peccatum, & reliqua omnia declarare.] Ita Comitolus.

Sup. hoc in Ref.2. not. præteritæ propè fin. §. 1.vers. quando quis.

3. Sed hanc Comitoli sententiam non admittunt aliqui Doctores in Confessione facta vigore Iubilei: quia talis absolutio confertur in ordine ad lucrandas Indulgentias, & verè pœnitentibus; secùs autem, si absolutio à reseruatis, vel à Superiore Ordinario, vel à delegato daretur sine vllo ordine ad Indulgentias lucrandas. Vnde patet, me olim rectè respondisse, quòd quando Prælatus tribuit facultatem in aliqua festiuitate absoluendi à reseruatis, si aliquis Religiosus tunc efficeret confessionem irritam, & reseruata confiteretur, posteà à quocumque Confessario posset absolutionem ab illis obtinere; quia talia peccata non remanserunt amplius reseruata. Et ita docet Nugnus *in addit. ad 3. part. tom.2. quæst.9. art.2. part.2. dub.4.* Horonus *de cas. reseru. part.1. cap.4. §.9. num.3.* Reginaldus *in praxi, tom.1. lib.8. cap.6. sect.2. num.1.* Homobonus *tract. de cas. reseru. part.1.* Coninch. *de Sacram. disput.8. dub.12. num.91.* Henriquez *lib.6. cap.16. §.5. in Glos. litt. B. & C*, Suarez *in 3. part. tom.4. disp.31. sect.4. numero 22.* Posseuinus *de offic. Cur. cap.27. numero 29.* cum aliis. Et ita ex hac doctrina infert Acosta, *vbi suprà*, quòd qui virtute Bullæ Cruciatæ confitetur casus Episcopales fictè, & sine contritione, posteà potest à quocumque Confessario de illis, etiam sine Bulla, absolutionem obtinere. Sed opinio Comitoli videtur etiam probabilis.

RESOL. LI.

Quis habet casus reseruatos, & confessus vigore Bullæ Cruciatæ fecit scienter confessionem inualidam, quæritur, an possit postea à quolibet Confessario absolui?
Et quid de peccatis reseruatis, & oblitis in prædicta confessione? Ex p.3.tr.addit.Ref.16.

Quæ hic est Ref. antecedens, & in to.1.tr.5. ex doctr. Ref. 29. & 30. à lin.5. vel 6. & ibi in tr.3. Ref. 50. §. Notandum est tamen.

§.1. PRo affirmatiua sententia, quam probabilem putaui *in part.1. tract.11. resol.8.* adduxi Comitolum, & alios. Sed hæc opinio displicuit cuidam viro docto, immeritò quidem, & ideo tanquam probabilem iterum illam admitto, quam absolutè tuetur nouissimè Ægidius Trullench *in Bull. Cruc. lib.1. §.7. cap.1. dub.3. num.9.* vbi sic ait: *Quæres, an qui fecit confessionem irritam & inualidam, in qua confessus est reseruatus, & à Confessario absolutus fuit ratione Bullæ, liber sit à reseruatis confessis, ita vt possit postea ea peccata cuilibet approbato confiteri? Respondeo affirmatiue, quia directè & animo gaudendi hoc priuilegio, vt suppono, si subiecit legitimo superiori, qui potuit & voluit tollere reseruationem. Secundò, quia à reseruata Papa censura petest absolui ratione Bullæ extra confessionem; ergo non requiritur ad effectum tollendi reseruationem virtute Bullæ, quòd confessio fuerit valida, vel non. Et hæc omnia etiam procedunt, quando pœnitens habet animum & intentionem expressam confitendi & subiiciendi absolutioni non solum ea reseruata, quorum recordatur, sed etiam ea omnia si recordaretur, & Confessarius absolutè absoluit expresè confessa, & sub conditione oblita, tunc enim ab omnibus censetur absolutus, & sufficit postea illa peccata, quando memoriæ occurrerint, cuilibet approbato confiteri.* Ita Trullench, cui adde insignem Theologum Salmanticensem Petrum Ochagauiam *de Sacram. tract.2. de confess. Sacram. quæst.22. concl.2. numero 8.* vbi sic asserit. *Si quis expresè confiteatur omnes casus reseruatos Sacerdoti habenti ad id iurisdictionem, vel concessam in gratiam sui, vel in gratiam pœnitentis, satisfacit omnino reseruationi, etiam si confessio ex aliquo capite nulla reddatur; vnde talia peccata potest postea cuilibet Confessario confiteri; quia reseruatio ad id ordinatur, vt pœnitens deferat peccata propria Sacerdoti, & eius sententiam audiat, & pœnitentiam impositam acceptet. Sed hoc totum contingit cùm confessio ex aliquo capite redditur nulla, vt supponimus? ergo tollitur omnino reseruatio. Et hæc conclusio etiam est vera, cùm absolutio datur ratione potestatis delegatæ, quia satisfit fini reseruationis.* Hæc Ochagauia, qui citat Sylueſtrum *ver. confessio 1.q.19.* & D. Antoninum *p.3. tit.14. c.19. §.17.* Vnde immeritò, vt dixi hanc opinionem quidam existimauit improbabilem, est enim probabilissima, cùm pro se magnos Authores habeat, & validis sit fulcita rationibus. Vnde probabiliter ego his diebus consului, quemdam absolutum à reseruatis virtute Cruciatæ, qui postea cognouit confessionem illam fuisse nullam, & tunc Bullam non habebat, potuisse postea de illis absolui à quocumque Sacerdote approbato, & ita mecum senserunt etiam multi viri docti de hac re ab illo consulti.

RESOL. LII.

An qui fuit Absolutus virtute Bullæ Cruciatæ sine vlla mentione, & intentione reseruatorum, tam ex parte sui, quam ex parte Confessarij, licet remaneat absolutus à peccatis reseruatis oblitis, an etiam remaneat liber ab obligatione postea confitendi illa peccata reseruata legitimo Superiori, si amplius non habeat Bullam Cruciatæ, vel an poterit absolui à quocumque Confessario?
Idem dicendum est, prout fit in Iubileis.
Et notatur, quod si aliquis excommunicatus excommunicatione exigente satisfactionem partis, oblitus est confiteri hanc censuram, per generalem absolutionem, qua datur ad cautelam, non manet absolutus à tali censura.
Ex p.1. tr.11. Ref.19.

§.1. REspondent aliqui negatiuè: putat enim reseruationem non tolli per quamcumque absolutionem collatam à legitimo Confessario, facultatem reseruatorũ habente; sed per absolutionem datã à Cõfessario qui cognitionem habuit peccati reseruati, vel qui habuit intentionẽ auferẽdi quamcunq; reseruationem. Et ratio est: quia quando Superior, qui habebat facultatem super reseruata, non habuit intentionẽ aliã quam communem, ministrandi Sacramentum, nihil aliud efficit, quàm alius Sacerdos, qui non intẽdit auferre reseruationem. Alias ex oppositа sententia sequeretur, quòd qui Pœnitẽtiariis, aut Religiosis mendicãtibus habẽtibus multa priuilegia, aut superiori in sua Religione, vel

Con

Confessario electo priuilegio nostræ Bullæ Cruciatæ, confiteretur peccata communia, & non confiteretur peccatum reseruatum quod habeat ex obliuione, iam meminerit liber ab obligatione illius, vt deinceps iam esset commune peccatum, sine obligatione confitendi legitimo Confessario habente potestatem super reseruata. Sed hoc videtur absurdum. Ergo, &c. Et ita docet Valq. in 3. p. *tom.* 4. *q.* 91. *art.* 3. *dub.* 5. Suarez etiam *in* 3. *p. tom.* 3. *disp.* 31. *sect.* 4. *n.* 18. Bonacina *de Sacram. disp.* 5. *q.* 7. *punct.* 5. §. 5 *n.* 5. & alij.

2. At, his minimè suffragantibus, puto contrariam sententiam esse probabilem, & tutam in praxi. Et ita docet Coninch *de Sacram. disp.* 8 *dub.* 11. *num.* 98. vbi sic asserit: [Licet talis pœnitens explicitè non petat absolutionem reseruatorum; censetur tamen interpretatiuè petere: quia venit ad Confessionem, vt quantùm fieri potest, à peccatis omnibus liberetur & si ei occurreret se habere aliqua peccata reseruata, omninò peteret reseruationem tolli: quare Confessarius censetur hic, & nunc velle eum absoluere à peccatis, quantùm licitè potest & consequenter tollere reseruationem.] Ita Coninch. Et idem docet Molfesius *in sum. mor. tract.* 7. *cap.* 21. *n.* 25. & specialiter contra Suarez idem affirmat Nugnus *in add. ad* 3. *p. tom.* 2 *quæst.* 9 *art.* 2. *p. dub.* 4. cum Reginaldo *in praxi, tom.* 1. *lib.* 8. *c.* 7. *n.* 99. vbi ait: [Quòd Suarez vult, peccata oblita non manere reseruata, non procedit in Confessionibus ordinatis, quæ in eis sine vlla cogitatione casuum reseruatorum, & inferior confiteatur, & superior det absolutionem: quod non puto necessariò tenendum in praxi, quæ ordinariè habet, vt pœnitentes, si non distinctè, saltem confusè de reseruatione cogitet, eo animo confitens, vt per Sacerdotis absolutionem, quantùm fieri potest, liberetur ab omni vinculo suorum peccatorum; eadémque intentione Confessarius cum illo procedat vt indicio est absolutio à censuris, quam solet sacramentali absolutioni præmittere.] Ita ille.

3. Et hanc sententiam ex parte docuit etiam Megala *in p. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 7. quando videlicet, pœnitens confessus est coram illo Confessario, qui habebat potestatem super reseruata ex priuilegio concesso in fauorem ipsius pœnitentis, vt provt fit in Iubileis, & Bulla Cruciatæ. Secùs autem, quando confessus est coram illo Confessario, qui delegatam supra ipsa reseruata iurisdictionem habebat, non ex priuilegio in fauorem ipsius principaliter concesso; sed in fauorem Confessarij; vel, quia Summus Pontifex, vel Episcopus pœnitentiarios destinarunt, qui à reseruatis absoluere possint.

4. Sed sine vlla distinctione dicendum est, suprascripta peccata oblita non remanere ampliùs reseruata. Et certè, vt benè obseruat Nugnus contra Suarez, ipse solus posuit illam distinctionem: nam veteres Theologi omnes absolutè, & simpliciter docent, à confitente peccata Confessario habenti potestatem ab omnibus absoluendi, tolli omnem reseruationem eorum, quæ bona fide omisit. Et ita docent Sylùester *verb. confess.* 1. *quæst.* 4. Adrianus *q.* 4. *de Confess.* §. *si petas circa dicta* Gabriel *in* 4. *dist.* 17. *q.* 1. *art.* 3. *dub.* 2. *sub fin.* Angelus *verb. Confessio*, 1. *numero* 11. Rosella *eod. verb.* 2. *num.* 9. Hoc etiam docuerunt Nauarrus *cap.* 16. *num.* 13. Sa *vera. confes. num.* 7. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 5. & alij.

5. Notandum est tamen quod aduertit Auila *de cens. p.* 2. *c.* 7. *disp.* 3. *dub.* 9. *concl.* 2. *in fin.* quòd si aliquis excommunicatus excommunicatione exigente satisfactionem partis, oblitus est confiteri hanc censuram; per generalem absolutionem, quæ datur ad cautelam, non manet absolutus à tali censura quia non est præsumendum, Confessorem velle absoluere hanc excommunicationem, quæ, si à pœnitente manifestaretur, & absolueret ab ea sine satisfactione, peccaret mortaliter. Sed ipse Auila contrariam sententiam putat etiam probabilem.

RESOL. LIII.

An habens Bullam Cruciatæ, si confiteatur nullam faciens mentionem reseruatorum, adhuc desinat reseruatio?

Et quid maxime de peccatis reseruatis oblitis? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Res. 39.

§. 1. CAsus est practicabilis: nam confitetur quis durante Bulla sua peccata, & obliuiscitur reseruatorum; expirat Bulla: an postea virtute illius iam transactæ possit à reseruatis absolui, itavt reseruatio fuerit ablata per illam examinamus. Posse, tradidi in superioribus *disput.* 23. *à numero* 25. vbi plures casus concernentes tractaui. Et huius sententiæ sunt Megalius 1. *part. Sum. lib.* 1. *cap.* 14. Molfesius, Nugnus, Reginaldus, & Ludouicus à Cruce. Quod non solùm intelligunt, quando pœnitens poscit à Confessario, vt ipsum absoluat à reseruatis, si fortè ea commisit, sed quando nullam facit mentionem reseruatorum, nam quando id poscit, clarior & communior est assertio, & eam sectatur cum Patre Suario, & Bonacina, P. Franciscus Bardi *in Bull. part.* 2. *tractat.* 6. *cap.* 1. *sect.* 12. *num.* 106.

Sup. hoc in Res. præcedit. & in aliis Res. §§. & vers. eius primæ not.

2. Cæterum, quando pœnitens nullam facit mentionem reseruatorum sequitur opinionem oppositam ipse Pater Bardi *ibidem num.* 103. Mouetur: quia absolutio eam efficaciam habet quam recipit ab intentione Confessarij, sed huius intentio neque explicitè, neque simpliciter tendit ad reseruata, quippè nulla præcessit neque confusa notitia de reseruatis, sed solum de non reseruatis, & intentio *absoluendi* mensuratur à præcedenti notitia: ergo reseruatio non tollitur à peccatis oblitis, & ignoratis.

3. Et nominatim contra me negatiuam sententiam docet Pater Bardi *in Bulla Cruciatæ part.* 2. *tract.* 6. *cap.* 1. *sect* 12. quia absolutio cum eam efficaciam habeat, quam recipit ab intentione confessarij absoluentis, nequit operari vltra intentionem à qua procedit, proinde si intentio Sacerdotis, neque explicitè, neque implicitè se extendat ad peccata reseruata reseruatio nequaquam desinere potest.

4. Sed dices, dum confessarius absolutionem confert virtute Bullæ, impossibile est vt saltem implicitè intentionem non habeat absoluendi quantum potest, atque adeo intentionem tollendi reseruationem; si fortè pœnitens innodatus peccatis reseruatis inueniatur.

Respondeo, id non esse impossibile: quia si pœnitens in confessione nullum proponit casum reseruatum, neque petit à confessario absolutionem generalem à reseruatis ad cautelam, si fortè in aliquod peccatum reseruatum sit lapsus, de quo notitiam non habeat, nullus in confessario, & pœnitente reperitur actus, in quo saltem implicitè inuoluatur illa virtualis, & interpretatiua intentio, de qua supra egimus, & quæ ad minus esset necessaria ad tollendam reseruationem ab oblitis, & ignoratis: quia voluntas absoluendi, vt sic, non includit voluntatem absoluendi à reseruatis; & patet: quia si nulla neque particularis, neque generalis, & confusa præcessit cognitio reseruatorum, sed solum notitia de illis peccatis non reseruatis, quæ hic, & nunc pœnitens in confessione manifestat, voluntas, seu intentio absoluendi, quæ sequitur ex tali notitia, & ab illa mensuratur nequit esse voluntas, & intentio absoluendi à reseruatis, atque adeo absolutio ista perinde se habet, ac illa quæ impenderetur à Confessario

fessario non habente iurisdictionem circa peccata reseruata.

5. Sed his non obstantibus non recedo à sententia quam * docui, & quam me citato docet nominatim, contra Patrem Bardi Andreas Mendo *in Bulla Cruciatæ in Appendice cap. 27. num. 147.* Quia nullus est confessarius, qui non intendat absoluere quantum potest; sed ille potest à reseruatis: ergo ab eis vt potest, absoluit & tollit reseruationem. Patet hoc; Nam inquiro à Patre Bardi; Ille pœnitens inculpabiliter oblitus reseruatorum, verum dolorem generalem habens, manetne absolutus? Datur illi gratia iustificans? Non negabit: alias, quotidie plures peccati alicuius obliti fructum Sacramenti pœnitentiæ non reciperent: ergo confessarius intendit absoluere quantum potest, seu conferre medio Sacramento gratiam, quæ omnia peccata deleat. Supponimus enim, non velle illum ex malitia non absoluere ab aliquo peccato, id namque etiam posset malitiosè intendere respectu peccatorum, quæ explicitè pœnitens confitetur. Attamen hac malitiosa intentione secluſa, non mensuratur eius intentio notitiæ, quam tunc recipit; sic enim fieret, vt dum pœnitentes frequentissimè peccatorum obliuiscantur, confessarius solum attendens ad audita peccata, non se extenderet quantum posset, ad alia peccata non audita, cum eorum, nec confusam notitiam habeat: Hæc enim non generatur ex auditione vnius respectu alterius.

* Docui in Resolutionibus nor. præteritæ.

6. Hinc dum confessarius excipit confessionem habentis Bullam, & eum absoluit, intendit sanè tollere reseruationem à peccatis, si fortè pœnitens peccata reseruata habeat, eorumque obliuiscatur. Nec est necesse confessarium id expresè intendere: nam in illa intentione generali absoluendi, quantum potest continetur. Roboratur hoc ex valde vsitata forma absoluendi, in qua apponitur. *In quantum possum, & tu indiges*, & licet hæc verba non exprimantur semper, datur intentio per illa significata.

7. Non nego tamen (opinionem amicissimi Patris Bardi esse probabilem, sicut ipse fatetur nostram non carere sua probabilitate, quam præter Mendo tuetur etiam nouissimè me citato Galleg. de Vera *in Bull. Cruciatæ cap. 9. claus. 9. dub....*

RESOL. LIV.

An virtute Cruciatæ possit quis absolui à casibus reseruatis commissis post annum publicationis elapsum, si antea incipiat, & non perficiat confessionem?

Et quid de commissis ante annum publicationis elapsum? Ex parte 11. tractatu 2. & Miscel. 2. Res. 55.

§. 1. POtest enim euenire vt aliquis incipiat confessionem in fine anni modo declarato; sed antequam illam perficiat labitur in casum reseruatum post elapsum annum prioris Bullæ. Quærimus an vi huius præcedentis Bullæ, sicuti potest absolui à peccatis patratis intra annum, quorum causa dicitur pendens, ita etiam valeat absolutionem obtinere à peccato illo reseruato, in quod post annum, durante tamen confessione, est lapsus?

2. Et affirmatiuam sententiam docuit Mendo *in Bulla Cruciatæ disputat. 23. capit. 3. numero 28.* exemplo Iubilei, vt in superiori Resolutione probabiliter diximus.

Quæ hîc est infr. in rr. 4. Res. 42. & in aliis eius annot.

3. Sed Pater Bardi *in Bulla Cruciatæ part. 1. tractat. 2. capit. 6. sectio. 3. §. 4. numero 52.* prorsus adhæret negatiuæ sententiæ, & opinionem affirmatiuam falsam putat, & assignat differentiam inter Iubileum, & Bullam Cruciatæ. Pro qua re supponendum est, hæc duo inter se differre videlicet, opera præscripta esse tempori determinato alligata, & ius consequendi fructum esse pariter affixum definito tempori. In Iubileo autem habetur primum, & non secundum, vt patet ex ipso diplomate; & quo ad primum est manifestum ex textu; quia opera, quæ iniunguntur, solent alligari vni, aut alteri sequenti hebdomadæ, & quo ad secundum aio, ius assequendi fructum Iubilei non esse alligatum: numquam enim restrictio, aut alligatio quoad priuilegium apponi consuetum, est in ipso diplomate Iubilei: & ideò licet aliquis non præstans opera iniuncta in illa hebdomada designata vtiliter, quoad consecutionem Iubilei, ea apponat hebdomada elapsa: tamen si intra eam hebdomadam apponat prædicta opera, ius ad effectum Iubilei semper remanebit in ipso pœnitente. Secus res se habet in Bulla Cruciatæ; quia tum opera, tum ius ad fructum Bullæ, est affixum tempori determinato, nempè anno promulgationis proindè eo transacto, & facta alterius Bullæ promulgatione, prior Bulla totam amittit efficaciam. Et hoc declaratur in ipsomet contextu, in quo Pontifex & Commissarius expresè in §. 29. sic habent, Item declarant, quod expirante anno, omnes prædictæ facultates, gratiæ, & indulta expirent, tantumque poterunt causæ pendentes ad finem perduci. Ex quibus patet discrimen inter Iubileum, & Bullam Cruciatæ in ordine ad acquirendum fructum transacto tempore præfixo, quo ambo diplomata durant; hoc autem discrimen non aduertens recentior ille, vtraque pro vno habuit, & eandem Iubilei & Cruciatæ rationem esse existimauit.

4. Sed si quis inquirat causam huius differentiæ: dicimus, immediatè esse voluntatem Pontificis: nam cùm vtrumque priuilegium ab ipso liberè, & gratuito emanet sub diuersa forma vtrumque concedere voluit; attamen non sine aliquo congruo fundamento: ideo enim statuit omnes gratias, & facultates Cruciatæ elapso anno promulgationis, expirare; quia singulis annis publicatur noua Bulla, & ideò si duraret ius vtendi veteri Bulla impediretur efficacia subsequentis Bullæ. Hæc autem ratio non militat in Iubileo, qui non conceditur singulis annis, sed raro, & gratiæ concessæ per ipsum Iubileum sunt tantum tres, nempè, absolutio à reseruatis; commutatio votorum, & indulgentia, quæ non habet tractum successiuum, sicuti habent facultates concessæ per Cruciatam quæ sunt plures, & non finiuntur vnico actu, vt sunt indulgentiæ acquirendæ quolibet die, cessatio ciborum prohibitorum, absolutio à casibus Episcopo reseruatis toties quoties, & quædam aliæ similes; proindè ne vna Bulla quoad vsum alteram impediret; valdè conueniens fuit, vt transacto anno promulgationis, & adueniente noua Bulla, expiraret antiqua quoad omnes facultates, & gratias, quæ per ipsam concedebantur. Et hæc omnia docet Bardi *loco citato.*

5. Verùm posteà idem Pater Mendo *in Appendice Bullæ Cruciatæ disp. 1. capit. 16. num. 60.* sententiam, quam olim docuerat, iterum docet, & nominatim contra Patrem Bardi respuit differentiam inter Iubileum, & Bullam, quia ait ipse, ius consequendi fructum ex Iubileo extraordinario, vt pote radicatum in ipso, acquiritur, durante Iubileo, etsi posteà fructus obtineatur: ergo eodem modo alligatum est ius in Iubileo ac in Bulla: sicut etiam virtute Bullæ fatetur Pater Bardi, posse fructum absolutionis obtineri ea transacta: quare ius in vtroque est alligatum tempori, secus consecutio ipsius fructus, quæ dari potest & post Iubileum,

Iubileum, & post Bullam. Et quidem si durante Iubileo non adquireret quis ius, vt postea fructum obtinere; quo iure illum posset postea consequi? Ergo nullam disparitatis vnbram inter Bullam, & Iubileum quoad hoc percipio.

6. Contra secundò: Iuxta doctrinam Patris Bardi, qui incepit confessionem virtute Bullæ, habet ius vt etiam expirante Bulla absoluatur: at si commisit noua peccata reseruata, non potest à peccatis antecedentibus absolui, quin etiam absoluatur ab his reseruatis; ergo valet cum illo eodem iure ab eis absolui. Probo consequentiam: Primò, quia illud ius non tollitur per hæc noua peccata, nec potest effectum sortiri, nisi à nouis peccatis etiam absolutio præstetur: Secundò, quia catenus virtute Iubilei elapsi, potest quis à peccatis denuò commissis absolui, quatenus acquisiuit ius virtute Iubilei vt absolueretur, & illud ius per noua peccata non extinguitur, nec potest ad effectum perduci, nisi etiam à nouis peccatis simul absoluatur; ergo pariter id ipsum in Bulla continget.

7. Dicit Pater Bardi, nouum peccatum esse nouam causam, & ex mente Pontificis Bullam præcedentem non extendendi, nisi ad causas pendentes. Contra, quia absolutio à peccatis antecedentibus erat causa pendens, quæ vt finiatur, opus est absolutio a peccatis nouis; atque adeò tota ea confessio sumenda est vt causa pendens, etsi aliquod peccatum sit nouum, cum pro formali causæ pendentis stet illud aggregatum, quod conficit Sacramentum, & in ordine ad rationem causæ pendentis quasi materialiter se habeant noua peccata. Id ipsum in Iubileo cernere est, quod admittit Pater Bardi: quare eius disparitas inter Iubileum, & Bullam minus firma est iudicanda. Huc vsque Pater Mendo.

8. Quid verò ego sentiam dicam breuiter, sententiæ Patris Bardi magis adhæreo, sed non existimo cum ipso sententiam Patris Mendo esse falsam, puto enim sua non carere probabilitate; sicut in superiori Resolutione quoad Iubileum, licet Cardinali Lugo adhæserim, contrariam autem sententiam tanquam improbabilem non damnaui.

9. Nota hic etiam quod si loquamur de casibus reseruatis ante finitum tempus Cruciatæ, putat Henriquez *lib.7.cap.11. num.3.* quod in casu quo Confessarius ex iusta causa non possit perficere Confessionem inchoatam; debet absoluere pœnitentem à reseruatis, postmodum opportuno tempore reliqua peccata audituras, quia iam Bullæ prolapsæ non viget indultum. Sed ego puto, quod si confessio incipiat tempore habili, intra terminum scilicet publicationis Bullæ, potuit Confessarius de cætero totam audire pœnitentis confessionem, illumque à reseruatis, & censuris absoluere. Quia causa illa habili fuit tempore cœpta. Vide Escobar *in Theol.moral.tom.1. lib.7.sect.2.cap.33. prob.64. n.655.* rectè existimat instante anni seu Bullæ termino, posse Confessarium pœnitenti maius tempus concedere ad vberiorem peccatorum reseruatorum, aut voti emissi recordationem: si huius speciem memoria non tenet, aut illorum numeri non satis recordatur: & post annum Bullæ exactum eum potest à peccatis reseruatis absoluere, & votum commutare. Hinc elicio iurisdictionem Commissarij, ac ministrorum Cruciatæ durare, quousque omnes causæ inceptæ spectantes ad commodum Cruciatæ, finiantur. Vide Magist. Galleg. *in Bul.c.9.dub.119.*

RESOL. LV.

Quid significent illa verba Satisfacta parte, *qua ponuntur in Bulla Cruciatæ, & in aliis rescriptis, & priuilegiis, quando datur facultas absoluendi à censuris?*

Et aliqua supponuntur pro intelligentia huius quæstionis. Ex p.3.tract.9. Res.1.

§. 1. SVppono contra Hurtadum *de Excommunic. disp.15. difficult.6. num.19. & disput.14. difficult.5. num.24.* per Bullam Cruciatæ & Regularium priuilegia posse absolui etiam nominatim excommunicatos, seu denunciatos, satisfacta tamen parte, & in foro conscientiæ, vt notat Ludouicus de la Cruz *in Bull. Cruc. disputat.1. cap.4. dub.1. num.5. & 7.* Sed nunc explanandum est; quid significent illa verba, *satisfacta parte*, & respondeo quòd Henriquez *lib.7. cap.13. num.1.* sic ait, Ablatiuus absolutus *satisfacta parte* requirit præmitti eam satisfactionem, quam pœnitens potest, & sanè si crimen occultum sit, (vt si excommunicatus sit ob furtum, aut libellum) posset per Bullam absolui exhibens eam, quam tunc potest cum sufficienti emendatione, & idonea pignoris cautione, aut fideiussoria quam si non habet, præstare debet cautionem saltem iuratoriam, si pars & iudex longè distent, apud Indos, & reus habet pecunias, quibus satisfaciat, satis esset in depositio apud fidelem virum ponere solutionem, vt per Bullam absolui possit, aut si obligatio satisfaciendi non est liquida, sed dubia, nomine *partis* non intelligitur ipse iudex, cui fortè ex lege, aut statuto reus in pœnam debet satisfactionem pecuniarum: vt pro culpa clandestini matrimonij debetur pondus argenti: nam eam pœnam reus non debet in conscientia, antequam per sententiam damnetur. Ita Henriquez, & post illum magis fusè & clarè Villalobos *in summ. tom.1. tract.16. difficult.20. num.8. & seq.* vbi ita asserit. [Sueleſe poner vna clausula, en que se dize que puedan, satisfecha la parte absoluer. Acerca de la qual se ha de aduertir, que si la descomunion es de tal manera, que no pide satisfacion de parte, no es necessaria; y assi puede absoluerse sin ella; y aun si fuesse la satisfacion dudosa tanpoco tendria obligacion de satisfazer antes la absolucion, como se colige del derecho, que en caso dudo mejor es la condicion del que possee, y por entonce no tiene obligacion de satisfazer, y assi le podran absoluer sin ella como dize Nauarro, como proponga de aueriguarlo, como dize Enrique. Mas si puede satisfazer, y està obligado à ello, no se puede absoluer, si no es que satisfaga primero à la parte, como consta de las palabras de la concession, y lo dizen Caietano, Armilla, y la comun. Mas pongamos por caso que tiene dineros con que satisfazer; y està la parte ausente, en tal caso digo que basta depositarlo en vn amigo, fiel como dize Enriquez. Mas si està obliga à satisfazer, y no puede en el fuero exterior, si lo probasse, estaria obligado el juezà absoluerle, como tienen Couar. Rota, Enriquez y otros, probandolo per el derecho; y si el juez fuesse tan rigido, que no lo quisiesse hazer, en tal caso no lo deue hazer el Confessor, porque no se peruierta el orden, como dize Enriquez con otros. Mas en el fuere interior audiendo comission con las palabras dichas, es los mas probable que le pueden absoluer, aunque no aya satisfecho a la parte, con que preste caucion, dando prendas, o fiados, y sino puede esso, que iure de pagar, que es lo que llaman caucion pignoraticia, fideiussoria, & juratoria, Assi lo tienen Medina, Ledesma Fr. Manuel Rodriquez, y Suarez. Y en caso semejante (que es en el articulo de la muerte) lo dize Nauarro, con vna glosa, y otros que refiere, y es la razon, porque como dize

Sup. hoc in fin. Res. seq. & inf. in hac ipsamet Res. post med. à vers. Mas en el fuero,

Et pro iudice contento in hoc textu in Res. seq. §. vltim. ad med. & propè fin. huius Res. à vers. Acerca.

Sup. hoc in duabus Res. seq. & in to. 6. tr 1. Res. 30. §. Confirmantur.

Sup. hoc foro inf. in Res. 58. & 59. & pro parte in fin. Res. hanc seq. & sup. paulò post init. huius Res. vers. & idonea pignoris.

Sup. hoc in Ref. 1. nu. præteritæ §. Ideò ex.

dize vna regle de derecho, *Ad impossibile nemo obligatur*. Y añade Navarro, quel el que puede satisfazer, mas es con incomodidad, vendiendo su hazienda notablemente en menos de lo que vale, no tiene obligacion à ello, si puede dilatarlo sin grande daño del acreedor. Acerca de la misma clausula se ha de aduertir, que quando dezimos que se ha de satisfazer a la parte, no se ha de entender por parte el juez, quando la ley manda que el reo se pague alguna pena pecuniaria. [Hæc Villalob. quæ sunt valdè notanda, quia casus quotidianus est. Vide etiam Præp. *in 3. part. q. 1. de cens. in comm. dub. 15. num. 114.* Rodriquez *in Bull. Cruc. §. 9. num 52. & seq.* Coninch *disput. 14. dub. 6.* Ioan. de la Cruz *in direct. confes. part. 2. de excommunic. dub. 5. conclus. 3.* & Turrian. *de cens. lib. 2. disputat. 39. dub. vlt.*

Sup. hoc supra ad lin. 23. huius Ref. vers. nomine partis, & in alio §. eius not. pro hac quæst.

RESOL. LVI.

An, qui vigore Bullæ Cruciatæ fuit absolutus ab excommunicatione sine satisfactione partis, teneatur iterum confiteri tanquam non legitimè, sed nulliter absolutus?

Et an stantibus verbis Bullæ Cruciatæ, prius satisfacta parte, *nomine satisfactionis intelligatur restitutio honoris, famæ, vel aliorum bonorum, &c?*

Et si talis satisfactio dari non potest, an nunc quis debeat dare cautionem sufficientem, scilicet pignoratitiam, vel fideiussoriam, aut iuratoriam? Ex part. 1. tr. 11. Resol. 22.

Sup. hoc in Ref. seq. & in aliis eius primæ ann.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docuit Coninch *de Sacr. disp. 14. dub. 16. num. 211.* Suarez *in 3. p. tom. 5. disp. 7. sect. 5. num. 41.* Filliuc. *tom. 1. tract. 11. c. 9. n. 295.* Sayrus *de cens. lib. 2. c. 18. n. 10.* Henriquez *in sum. lib. 7. de Indulg. c. 13. num. 2.* Syluester, Caietanus, Armilla, Corduba cum aliis. Et ratio est; quia Bulla per illam clausulam *prius satisfacta parte*; restringit potestatem Confessario, & illi præbet sub hac forma.

2. Sed mihi opinio contraria magis arridet, quàm tuentur Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 33. num. 3.* Barbosa *in collect. tom 2. tit. 40. c. 23. n. 3.* Valerus *in diff. vtriusque fori, verb. Absolutio, diff. 5. n. 5.* Auila *de censur. part. 2. c. 7. disp. 3. dub 9. concl. 2.* qui citat Magistros, Pegna, & Sanch. & Doctorem Acosta; quia, vt ex multis notat Sanchez, Summus Pontifex per illam clausulam non intelligit, vt malè supponunt aduersarij, inducere nouam formam, nec limitare potestatem; sed tantùm admonere Confessarium de sua obligatione; nempe vt non absoluat excommunicatum, nisi priùs satisfecerit realiter; vel, si non potest, dederit cautionem satisfaciendi, vt requirit ius commune. Vnde sequitur, supradictum excommunicatum iniustè, & cum peccato mortali absolutum, sed tamen validè, vt diximus, posse licitè absolui à peccatis ab alio Confessore, qui potest se gerere cum illo tanquam cum non excommunicato: & quantùm ad satisfactionem obseruet regulas generales circa debitores.

3. Notandum est verò pro praxi, stantibus verbis Bullæ *prius satisfacta parte*; quòd nomine partis intelligitur ille, cui facta est iniuria per illud delictum, per quod inflicta fuit excommunicatio, siue sit persona publica, siue priuata. Ita Henriquez *lib. 13. c. 28. num. 1.* Bonacina *de cens. disp. 1. q. 3. punct. 9.* Vnde sub nomine partis non intelligitur Iudex, cui ipso iure applicatur pœna pecuniaria, sed tertius inter partes; vnde per Bullam Cruciatæ potest absolui, antequam soluat iura Iudici, seu Tabellioni. Ita Sot. *in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. post 3. concl.* Nomine verò satisfactionis intelligitur restitutio honoris, vel famæ, vel aliorum bonorum, vt aduertit Suarez *in 3. p. tom. 5. disp. 7. sect 5. num. 47.* Quòd si talis satisfactio realiter dari non possit, tunc debet dare cautionem sufficientem, scilicet, pignoratitiam vel fideiussoriam: quòd si nec hanc potest præstare, det iuratoriam satisfaciendi, cùm potuerit. Ita Navarrus *cap. 26. num. 7.* & alij. Sed circa præsentem quæstionem in particulari discutienda sunt aliqua dubia.

Sup. hoc in Ref. præterita, à lin. 23. & Vers. nomine partis, & prope finem, à Vers. Acerca.

RESOL. LVII.

An si excommunicatus possit parti satisfacere, & non satisfacit, si à Confessario delegato à Bulla Cruciatæ, aut alio priuilegio absoluatur, valida sit absolutio?

Et an, qui absque dicta satisfactione, aut cautione absoluit excommunicatum, teneatur ad restitutionem damni inde sequuti parti læsæ? Ex part. 5. tr. 9. Resol. 12.

§. 1. NEgatiuè respondet Turrian. *de censuris lib. 2. disp. 24. dub. vlt.* vbi sic ait. Si Sacerdos absoluat, non præmissa satisfactione partis, non solum peccabit contra formam priuilegij, sed etiam absolutio est nulla, quia forma est obseruanda quoties fieri potest. Ita ille, qui citat Suarez, quibus adde Vasquez *de excommun. dub. 20.* & Coninck *de censuris disp. 14. dub. 16. num. 211.*

2. Verùm ego contrariæ sententiæ tanquam probabiliori adhæreo, quam tuetur Tannerus *tom. 4 disp. 6. quæst. 10. dub. 6. num. 127.* Faber *de cens. in 4 sent. distinct. 25. quæst. 1. disput. 4. cap. 8. num. 256.* Auila *de cens. part. 2. cap. 8 disput. 3. dub. 9.* & Hurtado *disput. 14. de excomm. diffic. 5. num. 22.* quia dicta additione, nempe satisfacta parte, non limitatur de Legato potestas sed admonetur vt seruet formam iuris communis, quam etiam delegans seruare debet, quia verba priuilegij accipienda sunt, sicut verba iuris communis, quando in priuilegio non adhibentur speciali cautela, vt non adhibentur in Bulla Cruciatæ, nec in similibus priuilegiis. In iure autem communi dicta verba non irritant absolutionem, etiamsi eam illicitam reddant; ergo nec in priuilegio, ac proinde in priuilegio addita tantùm admonent delegatum de obligatione iuris communis; vnde multo melius erit valida absolutio facta à delegato, quando in priuilegio conceditur facultas simpliciter, nullo addito, in quo contra Ledesmam conueniunt communiter DD. nec in eo delegans præiudicat parti læsæ, cum deleget sub obligatione seruandi formam iuris communis, sicut nec præiudicat, qui confert officium Ordinariorum, ex quo conuenit potestas adeò ampla, vt absolutio suprà dicto modo facta sit valida. Adde tamen cum, qui absque dicta satisfactione, aut cautione absoluit excommunicatum teneri ad restitutionem damni inde secuti parti læsæ, quia absoluens tenetur ad non absoluendum ante prædicta attendendo ad fauorem partis læsæ, vt deducitur ex dictis duobus *cap. 2. de sent. excomm. in 6.* & ex *28. de verborum significatione.*

RESOL. LVIII.

An Confessarius electus virtute Bullæ, possit absoluere pœnitentem, qui non potest parti satisfacere?

Et si pœnitens non possit in totum, an debeat satisfacere in partem?

Et quid est agendum si non potest satisfacere sine grauiactura, & detrimento famæ vel status aut suorum bonorum, an in dicto casu non sufficiat præstare cautionem iuratoriam, sed pignoratitiam aut fideiussoriam? Ex part. 1. tract. 11. Resol. 14.

§. 1. NEgatiuè respondet Corduba *tract. de Indulg. quæst. 43.* & Ledesma *in sum. tom. 3. tr. de excommun.*

Res. tom. cap.8.dub.3. Guttierrez qq.canon. lib.1.cap.5. n.29. Sotus in 4. dist. 22. q.2. post 2. concl. quem sequuntur nonnulli moderni: & si de facto absoluat, putat absolutionem esse nullam.

2. Sed contrariam sententiam probabiliorem esse iudico cum Barbos. *in collect tom.2 tit.40. cap.23. n.3.* Coninch *de Sacram. disput.14. dub.16 num.206.* Vasquez *in 3. part. tom.4 tract. de excomm. dub.20. num.2.* Villalob. *in summ. tom.1. tract 27 claus 9. §.1. num.22.* Vega *in summ. tom.1. cap. 6. cas.28.* Ioan. de la Cruz *in direct. consc.p.2.tract.de excomm. dub 5.concl.3.* Fernandez *in exam. Theol. p.3 cap.9. § 12. n.10.* Filliucio *tom.1. tract.1 .cap.9 num.295.* Auila *de cens.p.2. c.7. dis.3.dub.8.* & aliis. Et ratio est: quia non est credendum, Pontificem per illam clausulam, *satisfacta parte*, voluisse excludere à beneficio absolutionis eum, qui non potest satisfacere: non enim verisimile est, postulari conditionem impossibilem. Facit *Clem. multorum. & Clem. nolentes, de hæreticis*, in quibus similes conditiones ita intelliguntur,

*3. Quæ supradicta sunt adeò vera, vt docuerit Sanchez *in sum.3.lib.2.cap 20.num.19.* quòd etiamsi in priuilegio solus mortis articulus excipiatur, vt quis absoluatur, non satisfacta parte; attamen posita impotentia; putat etiam extra mortis articulum, talem esse absoluendum; licèt contrariam sententiam doceat Suarez *in 3.p.tom.3 disp.23 sect.5.n.17.*

4. Idcò ex supradictis dicendum est, quòd si pœnitens non possit satisfacere in totum, satisfaciat partem: & si non potest satisfacere sine graui iactura, & detrimento famæ, vel status, vel suorum bonorum, vendendo ea, scilicet notabiliter viliùs, licitè potest absolui, dummodo creditor non patiatur æquale detrimentum. Et in his, & similibus casibus, in quibus non potest satisfacere, non sufficit præstare cautionem iuratoriam: sed pignoratitiam, seu fideiussoriam det. Sufficeret tamen contra Caietanum, *verb. excom.c.77.* præstare fideiussoriam, quamuis possit dare pignoratitiam. Ita Henriquez *lib.15.cap.28. num.1.* & Auila *de cens. part.2.cap.7. disp.3. dub.5.concl.1.* quod est valdè notandum.

5. Sed circa præsentem materiam vide Sylvestrum *verb. absol. 3. num. 3.* Armillam *eodem verb. num. 48.* & 11. Caietanum *eodem verb. cap.4.* Villalobum *in sum. tom 1. tract.6. dub.20. num.8.* Nauarrum *in Man. cap.26.n.*. Reginaldum *in praxi, tom.1.lib.9.c.4.n.65.* Suarez *in 2. par. tom.5. disp.. sect.5.n.41.* Ioan. Valerum *in differ. vtriusque fori, verb.absol. diffic.5. num.4.* & alios.

RESOL. LIX.

An sit valida, & licita absolutio, si detur non satisfacta parte, quam Bulla Cruciatæ, vel Iubileum requirit, & excommunicatus satisfacere non potest?

Et aduertitur absolutum ante realem satisfactionem reincidere in excommunicationem, si post modum non satisfacit, quando commodè potest.

Et notatur, quod si pœnitens habet probabilem opinionem, quod nihil re vera debeat, non tenetur aliquid soluere, quia potest sequi opinionem probabilem.

Etiamque docetur, quod si sit parum dubium in materia iustitiæ melior est conditio possidentis, & ita donec liberetur à dubio nihil tenetur soluere; & in foro conscientiæ non erit obligatus ad satisfactionem, & hæc sunt à Confessariis valdè notanda. Ex part.5.tract.9. Resol.11.

§.1. ALiqui affirmant non fore validam absolutionem, nisi reipsa præcedat satisfactio. Ita Cordub. *tract. de Indulg. quæst.43.* & alij. Sotus *4. distinct. 22. quæst.2. art.3.* Guttier. *lib.1. canon. quæst.q.2. cap.5. n.29.* & probat, quia etsi absoluendus non possit soluere, tamen absoluens non potest absoluere, nisi seruata forma priuilegij. Aliorum sententia est validam fore absolutionem; quando absoluendus non potest re ipsa satisfactionem exhibere, hanc cum aliis sequitur P. Suarez *disput. 7. sect.5. à num. 4.* quia non est credendum formam priuilegij esse seruandam cum tanto detrimento eius, qui non potest satisfacere; & ita docet etiam Turrianus *de cens. lib.2. disputat. 24. dub.vlt.* Præpositus *in 3.par.quæst.1. de cens. in comm. dub 15. num.114.* Hurtado *disput.14. de excom. diffic.5. num.10.*

2. Notandum est etiam hic cum Turriano *loco citato*, quòd si pœnitens habet probabilem opinionem, quòd nihil reuera debeat, non tenetur aliquid soluere, quia potest amplecti opinionem probabilem. Secundum si sit purum dubium in materia iustitiæ, melior est conditio possidentis, & ita donec liberetur in dubio, nihil tenebitur soluere, & in tali euentu secundùm forum conscientiæ non erit obligandus ad satisfactionem, ad quam iure naturali non est obligatus. Et hæc sunt valdè à Confessariis notanda: vnde ego olim per Bullam Cruciatæ dedi absolutionem in foro conscientiæ cuidam viro nobilissimo nominatim denunciato, non satisfacta parte, quia eius Aduocati aiebant in fauorem excommunicati probabiles rationes adesse pro lite, de qua tunc agebatur, & reuera tunc illa excommunicatio fuit nulla, tanquam lata post legitimam appellationem.

Sup. hoc lege § posito in annot. vlt. huius Res.

Sup. hoc in tom.8. tr.4. Resol.29. in fine, &c.

Sup. hoc inf. lege doct. §. vlt. Res.66.

3. Aduerte etiam hîc obiter, absolutum ante realem satisfactionem reincidere in excommunicationem, si postmodum non satisfaciat, quando commodè potest, vt patet ex *cap. eos, qui, de sent. excomm. in 6.* sed vt obseruat Præpos. *loco citato*, multi contrarium sentiunt.

RESOL. LX.

An per Bullam Cruciatæ, vel per Iubileum possit Confessarius absoluere ad reincidentiam. Ex p.5. tract.9. Res.25.

§.1. SIc respondet ad hunc casum Moscoso *in summ. tract.16. cap.7. num.5. & 6.* [Atento que en las Bulas no se da facultad para absoluer ad reincidentiam, sino absolutamente satisfecha la parte de ninguna manera se puede absoluer ad reincidentiam con ella, aunque la parte lo consienta, pues no dando facultad para esto la Bula, tanpoco la puede dar la parte. Mas se nota, que el juez de comission ha de guardar puntualmente lo en ella contenido, y de ordinario se le da sin facultad de absoluer ad reincidentiam, Para ganar los jubileos tengo por opinion muy probable, y muy conforme al intento de su Santidad, que abre para ello los tesoros de la Iglesia, que puede el Confessor absoluer ad reincidentiam por el tiempo necessario para las diligencias necessarias; que se han de hazer para ganarle, confessar, y comulgar, y visitar Iglesias, obligando con caucion al descomulgado de prendas, o fianças, o juramento de satisfazer a la parte y passado el tiempo del jubileo bueluera a incurrir en el fuero exterior, mas no en el interior, hasta que aya nueua culpa en satisfazer à la parte, y para que esto se puede hazer sin escandalo, dize Cordoua que la absolucion no solamente es en el fuero interior, sino en el exterior.] Ita ille.

RESOL.

RESOL. XLI.

An Confessarius electus per Bullam Cruciatæ possit absoluere pœnitentem, qui solum satisfacit Clerico, vel Monacho percusso, vel teneatur etiam satisfacere Ecclesiæ, vel Monasterio, & Abbati? Ex part.1. tract.11. Resol.23.

§.1. REspondent negatiuè Riccius *in decision. Curiæ Archid. Neapol. part.1. decis.86. numero 4. & p.2. decis.34. num.3.* Bonacina *tract. de cens. disp.2. q.4 punct.3. num.5.* Et ita fuisse resolutum in Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur Riccius in casu cuiusdam, qui percussit Conuersum certi Monasterij, vbi fuit decisum, talem debuisse satisfacere Abbati, & Monasterio: quia iniuria facta Monacho censetur facta Abbati, & Monasterio *ex leg. in personam, ff. de pactis*, & ibi scribentes cum Gomesio *tom.2. variar. resolut. cap.6. num.5.* & aliis. Et idem asserit de Clerico Bonacina, *vbi supra*, qui addit modum satisfaciendi.

2. Hæc opinio est probabilis, sed etiam probabilem contrariam esse iudico, quam docet doctus Auila *tract. de cens. p.2. cap.7. disp.3. dub.11. concl.2.* vbi sic ait: [Notandum est, quòd licèt percutiens Clericum, vel Monachum faciat etiam iniuriam Ecclesiæ, vel Monasterio tamen satisfacto percusso, vel remittente iniuriam, censetur pars satisfacta, & consequenter potest absolui: quia quando damnum infamiæ, vt notat Nauarrus *cap. inter verba correl. vlt. num.376. & in Manual. cap.14. n.46.* tangit principaliter infamatum, & minùs principaliter bonum publicum, sufficit condonatio eius, ad quem principaliter pertinet *ex capite quamuis pactum*, iuxta Gloss. *de pactis, in 6.*] Ita Auila satis probabiliter.

RESOL. XLII.

Vtrum virtute Bullæ Cruciatæ liceat absoluere excommunicatos nominatim, vel publicos percussores Clericorum, vel alium, cuius excommunicatio deducta est ad forum contentiosum, & lis non est finita?

Idem procedit, si quis absolueretur virtute priuilegiorum Mendicantium.

Et in textu huius Resolutionis notantur aliqua alia, quæ in supra dicto casu facienda sunt. Sed adhuc superest difficultas, quando censura, est ab homine, & quando lata est à iure, quid faciendum est virtute Bullæ Cruciatæ, vt prosit absolutio in vtroque foro? Ex part.1. tract.11. Resol.26.

Sup. hoc in Resol. seq. & in aliis eius primæ not. & pro parte publicæ percussionis Clericorum in to.5. tr.2. Resol.80. & in to.3 tr.2. ex Resol 64. lege latam doctr. §. Restat, & seqq & pro virtute priuilegiorum Mendicantium in Resol.

§.1. NEgatiuam sententiam docuerunt Doctores, quos citat, & sequitur Auila *de cens. p.2. cap.7. disp.3. dub.10. concl.1.* Et ratio est: quia talis absolutio esset scandalosa, & perturbaret iurisdictionem Iudicis, coram quo lis penderet. Idem docuit Ægidius Coninch *de Sacr. disp.14 dub.16 n.207.* Vasquez *in 3. p. tom.4. tract. de excom. dub.20. n.8.* Vega *in sum. tom.1. cap.6. cas.* §.2. & alij.

2. Sed probabiliorem contrariam sententiam puto, quam docet Sanchez *in summ. tom.2. lib.3. c.17. n.49.* Acosta *q.50.* Sayrus *de cens lib.2. c.20. n.29.* & Henriq. *lib.8. cap.60. n.4.* vbi sic ait: [Nominatim denunciatus potest, satisfacta parte, absolui per Bullam Cruciatæ; quod pro occulto foro conscientiæ prodest: & si ita absolutus petat communionem in loco, vbi cessat omnino periculum scandali, licebit ministrare.] Ita ille, Et idem procedit, si quis absolueretur virtute priuilegiorum Mendicantium. Et ratio est: quia in Bulla Cruciatæ conceditur absolutè facultas absoluendi à censuris, sine vlla restrictione, aut limitatione; ergo non est à nobis restringenda, & limitanda.

3. Nec obstat ratio in contrarium adducta: nam, cùm talis absolutio valeat tantùm pro foro interiori, non perturbatur exterior iurisdictio: nam Iudex potest procedere contra talem, ac si nunquam esset absolutus; licèt aliqui asserant, supradictam absolutionem valere etiam in foro exteriori, & iudiciali. Et ita docet Medina *in sum. lib.1. cap.12.* Rodriquez *in Bullæ §.9. n.55. in fin.* & nouissimè Ioan. de la Cruz *in direct. consc. p.2. tract. de excomm. dub.5. concl.3.* cum aliis: & volunt, quòd in tali casu Confessor absoluens, per schedulam absolutionis, vt per eam reus se defendat in foro exteriori: vel, vt notauit Nauarrus apud Acostam, *vbi infrà*, postquam Confessarius absoluerit excommunicatum, tradat pœnitenti coram Notario, & testibus, schedulam absolutionis, in qua affirmet, illum esse virtute Bullæ, & satisfacta parte, à censuris absolutum: & quod Notarius in fine schedulæ testetur, à Confessore prædicto excommunicato tali tempore, die, & loco, illam absolutionis schedulam datam fuisse.

4. Sed, his minimè suffragantibus, communiter docent Doctores, absolutionem Bullæ non prodesse in foro exteriori; & ita absolutum debere se gerere in publico tanquam excommunicatum, ad euitandum scandalum; posse tamen secretò, & sine scandalo Missam audire, Sacramenta recipere, & cum aliis colloqui, manifestando, se esse per Bullam absolutum. Et ita hanc sententiam, contra Doctores citatos, docet Auila *de cens p.1. c.7. disp.3. dub.12.* Acosta *in expl. Bull. q.50. per tot.* Vlalob. *in sum tom.1. tract.27. claus 9. §.2. n.24.* qui citat Henriquez, Lopez, Guttierrez, Couarruuiam, & alios.

5. Aduertunt tamen, quòd Iudex contra ita absolutum per Bullam, non tenetur procedere: vnde, si velit esse benignus, potest acceptare hanc absolutionem, etiam pro foro exteriori, & repellere accusationem Fiscalis accusantis illud, quòd, verbi gratia, celebrauit, vel in ferenda sententia contra illum temperare rigorem, & pœnam. Et ita docent Auila, & Acosta, *vbi supra*, cum Henriquez *lib.13. cap.27. n.5. circa fin.*

6. Notandum est verò cum Acosta, omnia supradicta procedere, quoad absolutionem censurarum ab homine, non quoad absolutionem censurarum à iure. Vnde absolutio virtute Cruciatæ à censura lata à iure, valebit etiam in foro exteriori, & iudiciali: nam Summus Pontifex in Bulla asserit, super censuras ab homine latas non cadere absolutionem virtute Bullæ in foro exteriori: ergo cadet super censuras iure latas. Et ideò absolutus per Bullam à censuris iure latis debet postulare schedulam iuxta Consilium Nauarri, vt in foro exteriori, si opus fuerit, probet, se absolutionem obtinuisse ab illa censura: & si ita aliquis Presbyter percuteret alium Presbyterum, & posteà absolutus per Bullam in altari ministrauerit; si schedulam de tali absolutione demonstrauerit, puto, non posse illum Fiscalem Curiæ Archiepiscopalis, vel alium in foro exteriori accusare, & pœnas excommunicationis exigere: nam per illam absolutionem Bullæ liberatus etiam fuit à foro exteriori: nam, vt diximus, absolutio Bullæ quoad censuras à iure latas, non solùm prodest in foro animæ, sed etiam in foro iudiciali: quod est valdè notandum. Et hæc dicta sufficiant quoad præsentem quæstionem, circa quam etiam, si libet, vide Filliuc. *tom.1. tract.11. cap.9 n.291.*

RESOL.

RESOL. LXIII.

An absolutio excommunicationis facta virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilei, vel alterius priuilegij, valeat etiam in foro exteriori?

Et an virtute supradictorum possit Confessarius absoluere excommunicatum extra Sacramentum Pœnitentiæ? Ex p.5.tract.9.Resol.13.

DE hac quæstione ego tractaui *in* 1. *part. tract.* 11. *resol.*26. vbi pro negatiua sententia adduxi plures DD. quibus nunc addo Turrianum *de censur. lib.*2. *disp.*24. *dub.vlt.* & Hurtadum *disputat.*15. *de excommun. difficult.*4. *num.*16. quia id est contra rigorem iuris, & iurisdictionem Ordinariorum, quo Tribunal eorum non parum turbatur, quod non est credendum generali & absoluta concessione concedi, præsertim quando in priuilegio dicitur, pro foro tantùm conscientiæ.

2. Verùm præter Medinam & Rodriq. contrariam sententiam docet Suarez *disputat.*7. *sect.*5. *num.* 20. & Joannes de la Cruz *in direct. conse.* 1. *part.*2. *de excom. dub.*5. *concl.*3. vbi sic ait. Nota quod in Bulla Cruciatæ non petitur quòd absolutio excommunicationis fiat in sacramento Pœnitentiæ, sed quia confessio est præuia ad absolutionem peccatorum, concedunt ibi vt possit eligi Confessarius approbatus pro peccatis, qui etiam possit absoluere ab excommunicatione, & aliis censuris, & valet etiam pro foro externo, satisfacta parte, & cessante contumacia, absolutio censurarum facta virtute Bullæ, aut alterius similis indulti. Ita ille & ratio est, quia ex vna parte in dicto priuilegio facultas absoluendi absolutè & absque restrictione conceditur, & ex altera est gratiosa & liberalis. Ergo non est restringenda & limitanda. Imò addit Suarez quòd quando in priuilegio dicitur *in foro tantum conscientiæ*, ea restrictio non adducit ex vi illius absolutus non habeatur vt absolutus, & immunis ab excommunicatione in foro exteriori, & contentioso, sed vt iudex possit adhuc de delicto cognoscere, & pœnitentiam foro contentioso accommodatam imponere.

3. Notandum est tamen hìc stando etiam in prima opinione, posse iudicem eiusmodi absolutionem acceptare, quia in hoc nullum est incommodum, nisi forte cederet in graue partis detrimentum: cui reus nollet satisfacere, cùm facilè posset; tunc enim huic fieret iniuria. Ita Coninch *de Sacram. disput.*14. *dub.*16. *num.*127. cui adde Henriquez *lib.*8. *cap.*60. *num.*4. *in fine lit. I.* vbi sic ait. Si iudex est benignus, potest absoluere sic absolutum etiam in foro exteriori. Ita ille. Cui etiam adde Layman *tract.*5. *part.*1. *cap.*7 *num.*5. & Auilam *de censur. part.*2. *cap.*7. *disputat.*3. *dubitat.*12. *num.*6. *ex dictis sequitur.* Quod verò asserit Ioannes de la Cruz *vbi supra*, nempe virtute Bullæ Cruciatæ, & aliorum priuilegiorum, posse Confessarium absoluere excommunicatum extra sacramentum pœnitentiæ, late ego contra aliquos firmaui *in* 1. *part. tract.*11. *resol.*25. & firmat nouissimè Hurtado *de excommunic. disputat.*15. *difficult.*5. *num.*18. & Præpositus *in* 3. *part. quæst.*11. *de cens. in communi dubitat.*14. *numero* 105. qui optimè notat hanc sententiam esse veram, etiamsi in Bulla, seu priuilegiis dicatur absolutionem esse dandam in foro conscientiæ, vel in foro pœnitentiæ, aut dicatur, *eorum confessionibus diligenter auditis.*

RESOL. LXIV.

An absolutio ab excommunicatione tam à iure, quam ab homine lata, obtenta virtute Bullæ Cruciatæ valeat etiam in foro externo?

Et docetur, qualiter probabis te esse absolutum, vt iudex credere teneatur.

Et quid est dicendum pro prima difficultate post Constitutionem 105. *Vrbani VIII. edita anno* 1630. *die* 19. *Iunij?* Ex p.11.tr.2. & Misc.2.Res.62.

§.1. OLim de hoc casu satis dixi, nunc interrogatus de illo à quodam Equite Hierosolymitano, assero pro affirmatiua sententia, præter Doctores à me alibi citatos, stare Bobadillam *in Polit. tom.*1. *lib.*2. *cap.*19. *num.*46. & Garziam *de Benef. tom.*1. *part.*2. *cap.*5. *num.*55 Quibus ego addo nouissimè Antonium Escobar *in Theolog. moral. tom.*1. *lib.*7. *sect.*2. *cap.*3. *Probl.*41. *num.*586. & Andream Mendo *in Bulla Cruciatæ.* Sup. hoc in duabus præcedentibus Res. & pro parte in t.5. tr.2 Res.80. & in tom.7. tr.1. Res. 246. in fine; & lege § penult. & vlt. huius Res. & signanter in to.3.tr.2. ex Res.64. latè in §. Restat modo, & seq. Sed hìc inf. lege §. Pro ya, huius Res.

2. Probatur primò, quia in Bulla Cruciatæ conceditur potestas absoluendi absque vlla limitatione fori interni: ergo non est à nobis adhibenda, cùm beneficium Principis debeat latam habere interpretationem, *lege Beneficium ff. de constit. Princip. & lege* 28. *titul.* 34. *part.* 7. & in dubio debeamus interpretari actum vt pleno valeat quam debiliori, *leg. Quoties la* 2. *ff. de rebus dubiis.* Secundò, cùm Pontifex intendit, vt solùm pro conscientiæ foro absolutio, & dispensatio prosit, vt videre est in facultate concessa Episcopis à Tridentino *sess.*24. *capit.*6. *de reformat.* & in dispensationibus, quæ à Sacra Pœnitentiaria expediuntur. Cùm ergo in Bulla Cruciatæ id non expresserit, pro vtroque foro prodesse absolutio debet. Tertiò, absolutio pro solo conscientiæ foro est nimis limitata, & restricta, ita vt nequeat absolutio simpliciter dici: siquidem virtute illius non potest absolutus se publicè, & in exteriori foro diuinis immiscere, quin possit per Iudicem puniri. At in Bulla Cruciatæ conceditur absolutio à censura simpliciter, & absolutè: ergo de absolutione simpliciter, & absolutè intelligenda est.

3. Deinde, quia similis concessio facta fuit à Pio V. in quodam Iubileo anni 1568. die 17. Octobris in aliis Iubileis à Gregorio XIII. & XIV. concessis. Ij enim Pontifices postquam in præfatis Iubileis concesserunt facultatem absoluendi à censuris reseruatis, explicarunt huiusmodi absolutionem non prodesse in foro externo, seu contentioso, nisi parti satisfecerint pœnitentes, quæ proxima verba apertè innuit, talem absolutionem, satisfacta parte, etiam in externo foro valere; ergo similiter cum Cruciata absolutionem à censuris concedat, cùm partis læsæ satisfactione, & non limitet huiusmodi absolutionem ad forum internum: satis probabiliter asseri potest, etiam parte satisfactoria in exteriori foro valere.

4. At his non obstantibus negatiuam sententiam plures sustinent, quos citat & sequitur Castrus Palaus *tom.*4. *tractat.* 25. *punct.*9. *num* 9. qui tamen addit, quod estò absolutio data à Confessario pro foro externo non profit; sed illa non obstante, possit iudex aduersus absolutum procedere, ac si absolutus non fuisset; tamen si de absolutione fidem faciat, temperandus est rigor in punitione.

6. Quod si roges, qualiter probabis te esse absolutum, vt Iudex credere teneatur, affirmat Medina *instruct. Confessor. cap.*12. *in fine.* Rodriquez *in addit. ad supradictum* §.9. *num.*51. te sufficienter id probare si Sup. hoc in Res.1.not. præteritæ §. Nec obstat, ad med. à

verſ. & volũt & in §. vlt. à fin 8. & verſ. Et ideo.

ſchedulam à Confeſſario accipias, in qua ipſe Confeſſarius teſtetur, te virtute Cruciatæ abſoluiſſe parte ſatisfacta. Scio tamen Ledeſmæ 2. *part. quæſt.* 26. *art.* 1. *col. penult.* & Ioan. Gutierr. *qq Canon. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 17. non probari dictum teſtimonium, quia eſt teſtimonium Confeſſarij, qui in iudicio forenſi nõn admittitur vt teſtis, cùm ſit iudex pro ſolo conſcientiæ foro conſtitutus, ob quam cauſam Rodriquez addit, adducendos eſſe duos teſtes, qui abſolutioni interſint, & de illa teſtificari poſſunt. Nauarrus verò *lib.* 5. *conſil. tit. de ſentent. excommunicat. conſil.* 26. ſentiens nõn eſſe ſufficientem ſchedulam Confeſſoris ad faciendam fidem, nèque eſſe tutum adducere teſtes, qui abſolutioni, quæ frequenter datur in Sacramento Pœnitentiæ, interſint, aſſerit, prædictam ſchedulam à Confeſſario affirmante, ſatisfacta parte, abſoluiſſe, debere accipi coram Notario, & teſtibus & Notarium in fine ſchedulæ teſtari debere, te fuiſſe à Confeſſore prædicto abſolutum, tali die, & loco, &c. & ad illius abſolutionis fidem faciendam illam ſchedulam datam fuiſſe.

6. Cæterum Palaus, *vbi ſupra num.* 12. exiſtimat, ſolum teſtimonium Confeſſarij oſtenſa Bulla, ſufficere, vt Iudex teneatur credere, te fuiſſe abſolutum, vt rigorem pœnæ ordinariæ temperet. Nam tùm ſatisfacta parte, non agatur de præiudicio tertij, videtur Confeſſario credendum, qui ob officium Iudicis in foro conſcientiæ incapax non eſt teſtificandi ex licentia pœnitentis, & in illius fauorem in foro externo: Si enim contrahens ſecundas nuptias ob acceptum nuncium de morte vxoris, qui falſus fuit, excuſatur à pœna, quibus afficiendus erat ob contractum matrimonium, viuente coniuge: quia prudenter proceſſit fidem teſti alias idoneo adhibens, vt probat *text. in Cap. in præſentia, de ſponſalibus*; cur non poterit Iudex te excuſare à cenſuræ violatione ob dictum Confeſſarij teſtantis te abſoluiſſe? Certè poteſt. Ita Palaus.

7. Et hæc omnia hinc inde aſſerebant Doctores circa præſentem difficultatem ante quandam Conſtitutionem Vrbani VIII. ſed poſt illam abſolutè docent, abſolutionem obtentam ab excommunicatione virtute Bullæ Cruciatæ non valere pro foro externo, & ita tenet nouiſſimè Magiſter Gallego de Vera *in Bulla Cruciatæ, capit.* 9. *dub.* 114. vbi ſic ait; Preguntaſe, ſi a abſolucion de la deſcomunion que le puede hazer por la Bula, vale tambien para el foro exterior?

8. Encontrados eſtan los Dotores en eſta parte, anſi dentro de la Eſcuela de Santo Tomas, como entre los de à fuera; afirmando vnos, que vale para el foro extetior, y negando los otros. Y Antonino Diana refiere muchos Autores por entrambas partes, (y yo podia añadirle muchos, como lo hago en eſta obra; pero no es neceſſario, como ſe vera) en la 1. *p. tract.* 11. *de Bull. reſ.* 26. y en la 5. *p. reſ.* 13. y los refiere fielmente.

Quæ nunc præced. ſunt Reſ. & in aliis earũ primarum annotationum.

9. Pero ya no ay que canſarnos acerca deſto, porque ſu Santidad de Vrbano VIII. que es el que al preſente concediò la Bula de la Santa Cruzada, dirimiò eſta duda y controuerſia en vna Bula ſuya, y motu proprio, cuyo titolo es, *Innouatio Conſtitutionis felicis recordationis Clementis VIII.* ſu data en Roma à diez y nueue de iunio de mil y ſeiſcientos y treinta: digo, que dirimiò eſta controuerſia, explicando expreſſamente, que la Bula de la Cruzada, no aprouecha para el foro exterior, ſino ſolo para el foro de la conciencia: y aſſi yendo tratando en la ſobredicha Bula, y motu proprio de la Conceſſion que hazia en la Bula, de que el Confeſſor eleto por ella, podia abſoluer de todos los caſos reſeruados, aun de los contenidos en la Bulla de la Cœna, (excepto el crimen de heregia,) dize el Papa Vrbano VIII. que la tal facultad, *Non niſi in foro conſcientiæ, non autem in foro externo ſuffragatur.* Trae toda eſta Bula Antonino Diana, en las adiciones ſecundarias, que andan en las impreſſiones nueuas, al fin de la tercera parte de las obras de Diana. Hæc ille.

10. Qui quidem poterat in confirmatione ſuæ ſententiæ adducere noſtrum cariſſimum Conciuem Petrum Bardi; nam *in Bulla Cruciatæ, p.* 2. *ar. cap.* 5. *ſect.* 1. *num.* 11. ſententiam Magiſtri Gallego ante illum docuerat, ſic aſſerens; Denique concluſio iſta eſt iam definita ab Vrbano VIII. in Conſtitutione 10. edita anno Domini 1630. die 19. Iunij, quæ reperitur *in tom.* 4. *Bullarij*, & incipit: *In ſpecula militantis Eccleſiæ*, Declarauit enim Pontifex, abſolutionem datam etiam à reſeruatis in Cœna Domini, non ſuffragari niſi in foro conſcientiæ, non autem in foro externo; proinde omnis alia opinio contraria hodie nequit practicari. Ita Bardi.

11. Sed vide ne verba Vrbani VIII. poſſint intelligi vt Bulla non ſuffragetur pro foro externo directe, & immediatè, ſecus autem indirectè, & eo modo quo ſupra Doctores explicare laborant. Et quidem Pater Eſcobar ſcripſit poſt dictam Bullam: Pater Mendo illam nominatim ponderauit, & tamen nullam difficultatem habuerunt circa verba à Gallego, & Bardi adducta imò ſententiam affirmatiuam, vt ſupra tenuerunt; Ideò tu cogita. Ego interim non recedam à ſententia negatiua Patris Bardi, & Magiſtri Gallego.

RESOL. LXV.

Vtrum virtute Bullæ Cruciatæ poſſit quis extra confeſſionem abſolui à cenſuris?

Idem quæritur de Iubileo. Ex parte 1. tractatu 11. Reſol. 25.

§. 1. NEgatiuè reſpondet Filliucius *tom.* 1. *tract.* 11. *cap* 9. *num.* 294. Vaſquez *in* 3. *part. tom.* 4 *tractat. de excommunicat. dub.* 10. *num.* 9. Sanctarellus *tractat. de Iubileo*, 8. *dub* 8. Acoſta *in expoſit. Bull quæſt.* 50. *in fine.* Fernandez *in exam. Theolog. mor. par.* 3. *cap.* 9. § 12. *num* 4. qui citat Couarruuiam, Nauarrum, & Cordubam. Idem docet Suarez *in* 3. *part. tom.* 5 *diſput.* 7. *ſect.* 5. *num.* 35. Rodriquez *in Bulla*, § 9. *num.* 54. *dict.* 5. & alij. Primò, quia ita declarauit Pius V. in Bulla Iubilei, anno 1568. Secundò, quia in Bulla apponitur clauſula, *auditis Confeſsionibus*: & licèt non apponatur; habetur tamen alia æquiualens, videlicet, quòd poſſint eligere Confeſſarium, qui poſſit illos abſoluere à peccatis, & cenſuris,

2. Sed contrariam ſententiam, tanquàm probabiliorem, amplectendam eſſe exiſtimo, quam tuentur Auila *de cenſ. part.* 2. *cap.* 7. *diſp.* 3. *dub.* 13. Villalobos *in ſum. tom.* 1. *tract.* 27. *clauſ.* 9. § 2. *n.* 23. Sanchez *de matr. tom.* 3. *lib.* 8. *diſput* 34. *num.* 10. Vega *in ſum. tom.* 1. *cap.* 6. *caſ.* 3. Ledeſma *in ſum tom.* 1. *tract. de exam. cap.* 8. *dub.* 1. Coninch *de Sacram. diſp.* 14. *dub.* 16. *num.* 25. & Victoria, Pegna, Medina, Sancius, & Guerrera, Archiepiſcop. Granatenſis, Vir doctiſſimus, & alij Theologi Salmanticenſes apud Henriq. *in ſum. lib.* 8. *c.* 13. *num.* 2 *in Gloſſ. litt. O.* & tandem ex Dominicanorum Familia Vir doctus, Ioan. de la Cruz *in direct. conſc. p.* 2. *tract. de excom. dub.* 5. *concl.* 3. vbi ſic ait: [Nota, quòd in Bullis Cruciatæ non petitur, quòd abſolutio excommunicationis fiat in Sacramento Pœnitentiæ: ſed, quia confeſſio eſt prænia ad abſolutionem peccatorum, conceditur ibi, vt poſſit

possit eligi Confessor approbatus, qui etiam possit absoluere ab excommunicatione, & aliis censuris.] Ita ille. Et ita declarasse Commissarium Cruciatæ, testatur Auila, *vbi suprà*, maximè hodie, quia non adest in Bulla clausula illa, *audita Confessione* : & etiamsi adesset, puto sententiam nostram esse probabiliorem, & tutam in praxi, vt ego sæpiùs consului, & practicaui. Et ratio est : quia nulla necessaria est connexio inter absolutionem à peccatis & absolutionem à censuris. Secundò, quia sæpè expedit, vt ita fiat, vt si reus non sit paratus, quomodo frequenter solet accidere in praxi, vt statim confiteatur, & adsint causæ, ob quas expediat eum statim absolui.

3. Ad argumenta in contrarium adducta respondetur ; & ad primum dico cum Villalobos, *vbi suprà*, quòd illa declaratio Pontificis habuit locum pro illo Iubileo, in quo concessa fuit illa facultas tali pacto, & conditione. Ad secundum respondeo cum Auila, & aliis, quod illa verba, *audita Confessione*, referenda sunt ad absolutionem à peccatis, non autem ad absolutionem à censuris : referenda sunt enim singula singulis, & respectiuè intelligenda, respectu potestatis absoluendi ab omnibus peccatis, quæ simul cum alia facultate solet concedi. Ad illud verò, quod dicitur, in Bulla adesse illa verba, quòd quis possit eligere Confessarium, vt eum absoluat à peccatis, & censuris : ergo, &c. Respondetur ex istis verbis non sequi vtramque absolutionem simul, aut ab eodem debere dari.

RESOL. LXVI.

An per Bullam Cruciatæ possit quis absolui ab excommunicatione lata contra causantes, aut procurantes, vel consulentes abortum ?

Et an Gregorius XIV. in proprio motu concesserit, cuilibet Confessario approbato sæculari, vel Regulari, vt possit in foro conscientiæ absoluere à peccato abortus fœtus animati, & ab excommunicatione lata contra personas ibi expressas ?

Et notatur posse Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ absoluere aliquem ad cautelam : vt quando dubitat probabiliter, an quædam excommunicatio publicè lata comprehendat illum. Ex p.5.tract.9.Resol.40.

§.1. Videtur negatiuè respondendum ; quia Sixtus V. edidit Motum proprium *anno* 1588. qui incipit, *Effrænatam*, in quo reseruat Summus Pontifex absolutionem à censuris ibi latis contra prædictos cauentes, vel consulentes abortum, & addit quòd virtute Iubilei, aut Bullæ non possit impendi absolutio ab illis, quod ita planè esse intelligendum, & ad litteram, docet Rodriquez *in exposit. Bullæ*, §.9. *num.* 90. & sequentes quidam iuniores, dicentes esse probabilius & securius.

2. Verùm his non obstantibus affirmatiua sententia tenenda est. Primò, quia Gregorius XIV. in proprio Motu suprà relato concedit cuilibet Confessario approbato sæculari, vel regulari, vt possit in foro conscientiæ absoluere à peccato abortus, & excommunicatione lata contra personas ibi expressas, vbi planè loquitur de abortu fœtus animati, vt docet Henriquez *lib.10.cap.15.vbi suprà*. Secundò probatur, quia in Bulla Cruciatæ datur facultas absoluendi ab omnibus censuris, etiam Papæ reseruatis, exceptis his, quæ hæresi sunt annexæ. Ergo quantumcumque censuræ abortus reseruatæ sint Papæ, poterit quis virtute Bullæ absolui. Nec iuuat respondere non posse, quia in prædicto Motu proprio Sixti V. continetur prohibitio, qua cauetur absolutio ab illis virtute Bullæ ; hoc, inquam, non obstat, quia Commissarius ex facultate Apostolica potest suspendere, & suspendit omnia contraria Cruciatæ, licet habeant clausulam contrariam tali suspensioni, vt testati sunt viri doctissimi ab ipsomet Commissario consulti super hac sua facultate. Tum, quia Sixtus V. non potuit coarctare potestatem Pontificum, qui eidem successerunt : omnes autem absque vlla limitatione concesserunt, vt virtute Cruciatæ possent eam sumentes absolui ab omnibus peccatis & censuris Sedi Apostolicæ reseruatis, hæresi duntaxat excepta. Imò opinantur nonnulli, quòd adhuc Sixto V. viuente potuerit quispiam virtute Bullæ Cruciatæ per eumdem anno sequenti concessæ à censura ex abortu incursa absolui. Et ita docet Henriquez *lib.6. de pœnitent. cap.10. in glossa lit. F. & lib.10. cap.35. lit. F.* cum Ludouico de la Cruz *in Bulla Cruc. disput.1. cap.4. dub.6. num.7.*

3. Notandum est hîc obiter contra Nauarr. *cap.27. num.273.* Couarr. *in cap alma mater, part.1.§ 12. vers. secundò est inquirendum*, Felinum *in cap. causam, num.6. de rescript.* Decium *in cap. præterea, n.6. de offic. deleg.* & alios, posse Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ absoluere aliquem ad cautelam : vt quando dubitat probabiliter, an quædam excommunicatio publicè lata comprehendat illum. Ita Coninch. *de Sacram. disp.14. dub 16.n.200.* Suar. *de cens. disp.7. sect.8. a n.12.* Henriquez *lib.13.cap.29.n.5.* & alij. Sup. hoc sup. in Resol. 59. §. 2.

RESOL. LXVII.

An per Bullam Cruciatæ possit quis absolui ab excommunicatione incursa per duellum ? Ex part.5.tract.14.& Miscell.2. Resol.104.

§.1. Affirmatiuè respondet Sanchez *in summa, tom.1.lib.2.cap.39.num.27.* vbi sic ait : Poterit Confessarius electus per Bullam Cruciatæ absoluere semel in vita, & semel in mortis articulo, ab ista Excommunicatione duelli, quia cùm Bulla quotannis publicetur, & ab eodemmet Pontifice concedatur, non est verisimile eius intentionis esse priuilegium tollere Bullæ, concedens semel in vita, & semel in mortis articulo absolutionem ab omnibus casibus Papæ reseruatis. Ita Sanchez. Sed Hurtadus de Mendoza *in 2.2. disp.170. sect.21.* § 201. licèt sequatur opinionem Sanchez, eius tamen rationem non approbat, quam putat in aliis occasionibus nullo modo esse probandam ; sed affirmatiuam sententiam docet, nempe excommunicationem incursam ex duello esse per Bullam Cruciatæ absoluendam, quia Bulla Cruciatæ non reuocatur, nisi per expressam derogationem, quæ derogatio non continetur in Motu proprio Clementis VIII. ergo, &c. quæ doctrina est valde notanda pro auctoritate Bullæ Cruciatæ. Sup. hæc excommunicatione, si est occulta, supra ex lata doctrina Resol. 41. & aliarum eius primæ annot. signanter in §. Item posse.

RESOL. LXVIII.

An imponentes gabellas super rebus, quæ ad proprium vsum, vel familiæ emuntur, incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & per Cruciatam sint absoluendi ?

Et quæritur, an supradictæ gabellæ sint iniustæ? Ex p.1. tract.11. Resol.8.

§.1. Prima opinio affirmat : & ita docet Toletus *lib.5. cap.74.* quia dictæ gabellæ sunt iniustæ, vt notat Caietanus *in summa, verb. vectigal.* Tabiena *eod. verb. n.4.* Angelus *verb. pedagium, num.2.* Armilla *verb. gabella, n.m.1.* Ledesma *2.p. quæst.18. art.3.* Medina *in p.2. quæst.96. art.4.* Beja *p.1. cas.13.* Gabriel *in 4. dist.15. quæst.5. conclus.2. lit.Z.* cum aliis. Probatur *ex l.* Sup. doctrina contenta à lin.2. huius Resol. in tom. 2. tractat. 7. Resol.60.

vniuæ ſ.C.de vectigalib. vbi pœna capitis imponitur his qui de rebus ad proprium vſum neceſſariis vectigalia exigunt. Et *in l.omnium.C.de vectigalib.* determinatur, vt gabellæ tantùm imponantur, vel exigantur pro rebus, vel ex rebus mercimonij, & negotiationis cauſa aſportatis, vel delatis.

2. Deinde, ſupradictas gabellas iniuſtas eſſe patet: quia in illis pauperiores ita onerantur, ſicut diuites: quod eſt contra iuſtam formam tributi, quæ efficit, vt vnuſquiſque ſoluat iuxta proportionem ſuarum facultatum. Imò plus ſoluunt pauperes, quàm diuites: nam panem, vinum, oleum, &c. frequentiùs emunt pauperes: ergo plus perſoluunt, quàm diuites. Et tandem ex iſtis tributis æquè grauantur peregrini, ac incolæ: cùm tamen cauſa tributi ad peregrinos non pertineat.

3. At, his non obſtantibus, placet mihi ſententia Suar. *de legib.lib.5.c.16.* Turriani *in 2.2.tom.2. diſp.44. dub 3 n.4.* qui multos alios citat, & Ioan. de la Cruz *in direct.conſc.part 1. præcept.7.art.3.dub.1.concluſ 1.* & aliorum aſſertionem, dictam gabellam eſſe iuſtam: quia ſeruatur in illa, quantùm fieri poteſt, æqualitas: nam, licèt pauperes plures habeant aliquando filios; tamen communiter, quia pauperes ſunt, minùs emunt ex his rebus, quæ ad vitæ vſum ſunt neceſſaria, quàm diuites. Deinde, vt notat Malderus *in 2.2.tract.5 c.6.dub.6.* licèt pauperes in his gabellis æquè contribuant, ac diuites, aut etiam ampliùs, hoc ipſum tamen à ditioribus compenſatur: quò enim cariora ſunt, quæ ad communem victum pertinent, eò ſolent cariùs vendi operæ, quas pauperiores in Republica præſtant.

4. Adde, quòd, vt optimè notat Molina, & alij, vectigalia, quæ ex mercibus ſoluere coguntur mercatores, non tam redundant in grauamen, ac ſumptus ipſorum, quàm in grauamen eorum, qui illas ex ipſis ſunt empturi: mercatores quippe, quò cariùs emunt merces, quas aſportant, & quò plura tributa ex eis ſoluunt, eò cariùs eas vendunt. Quò fit, vt grauamen eiuſmodi magna ex parte redundet in populos, ſeu in emptores earum mercium, & non in mercatores, licèt emptores, & populus id non conſideret. Quò fit, vt quæ inæqualitas obiicitur ex eo, quòd tributum ſoluatur ex his rebus, quæ aſportantur, emuntur, aut venduntur ad ſubleuandam propriam neceſſitatem cernatur, & accidat ſimiliter in eo, quòd mercatores vectigalia ſoluant ex rebus, quas aſportant, emunt, aut vendunt negotiationis cauſa; quandoquidem hæc ipſa tributa tandem ſoluunt, qui eas res emunt ad ſubleuandam propriam neceſſitatem.

5. Et tandem ex impoſitione dictarum gabellarum minora ſunt murmura, quàm eſſent in cenſu patrimonij, aut capitis: in æſtimando enim cuiuſque patrimonio multùm odij, multùm etiam deprauati iudicij incurritur, deinde oportet multos eſſe Officiarios ad exigendum, quorum ſtipendia multùm augent tributum, & per huiuſmodi tributa ſuper poculenta, & eſculenta, ſeu ſimilia, cùm per minutim ſoluatur reipublicæ ſubſidium, inſenſibile quodammodo eſt detrimentum ſoluentium. Itaque, publicæ commoditatis gratia, meritò talia vectigalia debent tolerari, & licita ſunt.

6. Ex quibus omnibus apparet, ſecundùm hanc ſententiam, poſſe Principem, ſeu rempublicam, imponere vectigalia, non ſolùm in his, quæ negociationis cauſa venduntur, ſiue emuntur; ſed etiam in his quæ venduntur, aut emantur, vt neceſſaria ad vitæ vſum: verum eſt, quòd ſupradicta ſententia recipitur à multis, & probabiliter quidem cum aliquibus conditionibus, & non aliter, quas conditiones ponit Leſſius *lib.2.c.33.dub.7.num.5.* Reginaldus *in praxi,tom.1. lib.10. c.24. num 377.* Molfeſius *in ſum. tom.2. tract.12. c.22.n.96.* Fauſtus *in ſpec.Conf.diſp.33. q.22.n.4.* Laym. *in Theol.mor.lib.4.ſect.5.tract.3. n.3.c.3.* Tanner. *in 2.2. diſp.4.q.6.dub.12. n.345.* & alij.

7. Reſtat modò reſpondere ad argumenta contrariæ ſententiæ. Ad primum reſpondet Turrian. *l.c.n.5.* illam legem non eſſe diſpoſitionem iuris naturalis, ſed poſitiui; ideò mutari poteſt, ſolúmque obſeruatur, vbi leges iuris communis obſeruantur. Adde, quòd vt notat noſter Megala *in p.2.lib.2.c.17. q.5.n.71.* nullus poteſt imponere gabellas, niſi Princeps, ſeu Magiſtratus qui in regimine temporalium ſupremam authoritatem, & regalia, & merum, & mixtum imperium de iure habent, & ab alio nouas leges non recipiunt. Sed hi Principes poſſunt & imperiales leges tollere. Ergo, & contra dictam legem vniuerſi poſſunt nouas gabellas inſtituere; & conſequenter gabellas ſic inſtitutas exigentes, vel imponentes non eſſent excommunicati. Vel tandem reſpondendum eſt dictam legem, per contrariam conſuetudinem abrogatam fuiſſe, vt teſtatur Graffius *in deciſp. .lib.4.c.18.n.82.* & Duard. *in Bull.Cœn. lib 2. can.5.quæſt.5. num.6.* cum aliis DD. ſupra citatis.

8. Ad ſecundum argumentum patet reſponſio ex dictis, quibus adde, cùm pauperes paucis ſoleant eſſe contenti, & modico viuere, pauca vendunt, & emunt; & conſequenter modicum ſoluunt: attenta quantitate, quam ex tali emptione, & venditione diuites ſoluunt.

9. Ad tertium reſpondetur, quòd peregrini meritò tales gabellas ſoluunt: nam & in ſua patria viciſſim ex hac republica peregrinos ſimiliter ipſi tractant: & ita docuit Malderus *in 2.2. tract 8. cap.6. dub.6.* & alij.

10. Notandum eſt verò, quòd ſtando in contraria opinione, nempe, ſupradictas gabellas eſſe iniuſtas; tamen non deſunt Doctores, qui in tali caſu illas imponentes non incurrere in excommunicationem Bullæ aſſerant: & ſic notauit Sayrus *de cenſ.lib.5.cap.9. num.6.* & alij: quia putant; imponentes gabellas ſolùm incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ, ex defectu cauſæ efficientis, nempe, ſi non habeant poteſtatem imponendi; non autem ex defectu cauſæ materialis, vt eſſet in caſu noſtro; vel ex defectu cauſæ formalis, vt ſi imponeretur Clericis, vel aliis exemptis. Sed, vt diximus *ſupra*, non deſunt Doctores, qui contrarium ſentiant; videlicet, poſſe aliquem in dictam excommunicationem Bullæ incurrere; non ſolùm ex defectu cauſæ efficientis, ſed etiam materialis, formalis, & finalis. Et iſtæ opiniones ſunt omnes probabiles, non ſolùm ex principiis intrinſecis; ſed etiam ex principiis extrinſecis: nam vtraque opinio habet pro ſe optimos Authores.

Sed hæc ſatis dicta ſint de aliquibus caſibus Bullæ Cœnæ, ad cognoſcendum, vtrùm indigeant priuilegio Bullæ Cruciatæ: pergamus modò ad alia dubia circa ipſam Bullam Cruciatæ.

RESOL. LXIX.

An commutatio voti virtute Bullæ Cruciatæ debeat fieri in confeſſione ſacramentali?

Idem dicendum eſt, quando ſupra dicta commutatio efficeretur per priuilegia Regularium, vel per aliquod Iubileum. Ex p.1.tract.11.Reſol.45.

§.1. AFfirmatiuè reſpondet Fernandez *in exam. Theol mor.p.3.c.9.ſect.1.§ 17.num.* Rodriquez *in Bulla Cruciatæ,§.9.n.113,regul 9.* & Vega *in ſumma, tom.2 cap 129 caſ.34* & alij.

2. Sed contrariam ſententiam probabiliorem eſſe iudico cum Sanchez *in ſumma,tom.1.lib.4 c.54.num.15.* Henriquez *lib. 7. cap.30. num.6.* & aliis penes ipſos, quibus

quibus ego addo Homobonum *de exam. Eccl. p. 1. tr. 5. cap. 6. q. 40.* Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 26. claus. 9. §. 3. n. 1.* & Suar. *de relig. tom. 2. lib. 6. c. 16. n. 4.* quia in textu Bullæ Cruciatæ non dicitur: *Vt auditis Confessionibus, commutatio votorum efficiatur.* Ergo &c.

3. Et hæc doctrina procedit etiam, quando dicta commutatio efficeretur per priuilegia regularium, vel aliquod Iubileum. Ita Naldus *in summa, verb. Indulg. num. 8.* Henriquez & Sanchez, *vbi suprà*, quidquid in contrarium asserat Sayrus *in claui lib. 6. c. 11. n. 105.* Bejа *part. 2. cas. 1.* Peregrinus *in compend nostrorum priuil. part. 1. tit. commut. §. 3.* Sanctarellus *tract. de Iubil. cap. 8. dub. 8.* & alij penes ipsos.

RESOL. LXX.

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare omnia vota, quæ Episcopus commutare potest?

Idem dicendum est de Iubileo.

Et an doctrina huius Resolutionis procedat, quando Episcopus dispensat, vt Episcopus tantum, non autem quando dispensat vt Sedis Apostolicæ delegatus: quia in tali casu Confessarius virtute Cruciatæ non possit tale votum commutare vt quando dispensaret in his, votis ratione solius necessitatis? Ex part. 1. tract. 11. Reso. 56.

§. 1. HÆc quæstio multùm conducit ad resolutionem multorum casuum quos *suprà*, determinauimus, & *infrà* examinandi sunt: ideò respondeo affirmatiuè cum Bonacina *de legib. disp. 4. q. 2. punct. 7. §. 4. n. 6.* Sanch *in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 54. num 19 & de matr. tom. 3. lib. 8. disp. 15. num. 5.* quem nouissimè sequitur Sanctarell. *de Iubil. cap 9. dub. 1.* & alij; & ita dicendum est de Iubileo: ex quibus patebit resolutio multorum casuum.

2. Notandum est tamen, supradictam sententiam procedere, quando Episcopus dispensat, vt Episcopus; non autem quando dispensat, vt Sedis Apostolicæ delegatus; vt ex multis notauit noster P. Leone *in tract. de Iubil. part. 2 quæst. 13 sect. 2. num. 17.* & Barbosa *de potest. Episcop. part. 2. alleg. 17. num. 14.* qui citat Rodriquez, & Suarez: nam in tali casu Confessarius non posset tale votum commutare per Cruciatam, sicut quando Episcopus dispensaret in his votis ratione solius necessitatis, vt obseruat Sanchez *de matrim. lib. 2. disp. 40. num. 9.*

RESOL. LXXI.

Quæ vota possit Confessarius, virtute Bullæ Cruciatæ commutare? Ex part. 1. tract. 11. Resl. 68.

§. 1. REspondeo omnia præter votum castitatis, Religionis, & vota transmarina: & ideò potest commutare votum eundi Romam, aut Compostellam, peregrinandi gratia, quod votum vulgò dicitur, *di S. Giacomo de Galicia.* Et ratio est: quia in Bulla illa vota excepta ntur: ergo &c. Et ita notat Fernandez *in exam Theol. mor. p. 1. c. 9. sect. 2. §. 17. n. 7.* Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 5. n. 43.* qui citat Rodriquez.

RESOL. LXII.

An Confessarius peccet, vt si sine causa nolit virtute Cruciatæ commutare vota pœnitentis?

Et an etiam Regulares peccent, si nollent virtute suorum priuilegiorum vota pœnitentis commutare? Ex part. 1. tract. 11. Resol. 44.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, cum Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 54. num. 12.* qui citat multos alios quibus ego addo Bartolom. à S. Fausto *in thes. reg. lib. 4. q. 53.* & Homobonum *de exam Eccl. part. 1. tract. 5. cap. 6. quæst. 40.* Et ratio est: quia cùm Confessarius per Bullam Cruciatæ sit Iudex delegatus in pœnitentis fauorem, tenetur ius ex priuilegio illo sibi concessum tribuere, sicut Episcopus dicitur infidelis *in cap. quanto, 2. quæst. 5.* si deneget dispensationem subdito petenti ex iusta causa. Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Resl. 16. per tot.

2. Notandum est verò, quòd regulares non peccarent, si nollent virtute suorum priuilegiorum vota pœnitentis commutare. Et ratio est: quia non astringuntur vti suo priuilegio. Ita Sanchez *vbi suprà*, cum aliis; licet non minus probabiliter contrarium asserat Henriq. *lib. 7. cap. 8. n. 2.* cum aliis quos sequitur Faustus, *vbi supra quæst. 54. addens, in fine quæstionis,* Confessarios in vtroque casu peccare ad minus venialiter. Sup. hoc in Resol. not. præteritæ.

RESOL. LXXIII.

An Confessarius possit commutare vota post Bullam susceptam emissa? Ex part. 1. tr. 11. Resl. 50.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, quidquid dicat Sotus cum Fernandez *in exam Theol. mor. p. 1. cap. 9. sect. 2. §. 17 num. 4* & Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 3. n 40.* qui citat Nauarrum, Cordubam, & Azorium. Sed mecum sentit Ledesma *in summ. tom. 2. tract. 11. c 4. dub 5.* & Acosta *in Bull. q. 7.* Et ratio est: quia fauores sunt ampliandi: & quando Summus Pontifex in Bulla concedit priuilegium commutandi vota, non illud restringit, aut limitat: ergo neque nos restringere: aut limitare debemus Et Henriq. *in sum. lib 6. cap. 16. num. 3 in Gloss litt. N.* asserit ita etiam sensisse omnes Doctores Salmanticenses, & opinionem Soti falsam etiam ibi vocat. Vide etiam Malderum *in 2. tract. 10. cap. 5. dub. 11.* Sup. hoc sup. in Resol. 49. §. 1. in fin & seq. & in tom. 3. tr. 2. Resolut. 72. §. vlt.

RESOL. LXXIV.

An Confessarius in fine anni possit differre commutationem voti, etiamsi annus Cruciatæ transeat, si velit maturius considerare super voti commutationem dicendo pœnitenti, commuto tibi votum in id, quod ego, vel alius postea existimabit commutandum?

Et in tali casu, an pœnitens peccet, si illud votum violauerit antequam Confessarius materiam subrogandam præscribat? Ex p. 1. tract. 11. Resl. 52.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Suarez *de relig. tom 2. lib. 6. cap. 11. n. 15.* Sanch *in sum. tom. 4. lib 4. c. 54. n. 31. 32. & 39.* qui rationem adducit; quia iam accepit potestatem, & inchoauit causam, & vt dicam, concessit commutationem tempore habili: quod satis est, vt possit postea illud commutare. Sup. hoc quamuis pro Iubilæo tantum inf. in tr. 4. ex Resol. 60. lege doctr. §. vlt. ad med. vers. Ex nunc.

2. Notandum est vero in gratiam Confessariorum, quod in tali casu, nec peccat pœnitens, si, antequam Confessarius, vel alius vir materiam subrogandam præscribat; votum illud violauerit. Et ita docet Sanchez *vbi suprà*, cui ego addo Lessium *lib. 2. cap. 40. dub. 26. num. 109.* quidquid in contrarium asserat Rodriq *in expos nostræ Bullæ § 9. num. 15.* Et ratio est: quia obligatio illius voti iam est extincta, & translata in aliam materiam in genere, quam pœnitens acceptauit; & ideò implicitè voluit id, quod Confessarius, vel alius vir præscripturus est, ac ideò ante talem præscriptionem votum non obligabit.

RESOL. LXXV.

An commutatio votorum facta per Bullam Cruciatæ indigeat aliqua iusta causa?
Idem dicendum est de Iubileo? Ex part. 1. tract. 11. Resol. 39.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 4. Resol. 77. §. Nota vero.

§. 1. REspondeo negatiuè cum Portel. *in addit. ad dub. reg. voti commut.* 91. Suarez *de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 19. num. 10.* Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 4. c. 50. num. 19.* Bartol. à S. Fausto *in thes. relig. lib. 4. q. 20. n. 7.* & aliis. Et ratio est: quia, licet ad commutationem voti in æquale bonum, iusta, & debita causa requiratur, vt probant Doctores ex D. Thoma *in 2. 2. quæst. 88. art. 12. in corp.* tamen quando aliquod Priuilegium ad commutanda vota non confertur simpliciter, sed cum aliquo onere ob bonum publicum, vt fit per Bullam Cruciatæ, vel Iubileum, tunc nulla alia est opus causa, quàm conferre eleemosynam in belli subsidium præscriptam in Bulla, & exequi opera in Iubileo definita: quia ob talem causam Pontifex in priuilegium concedit.

RESOL. LXXVI.

An quando commutantur vota per Bullam Cruciatæ non solum vota diuitum, sed etiam vota pauperum commutanda sunt in aliquod temporale belli subsidium, per eleemosynam? Ex part. 1. tract. 11. Res. 21.

§. 1. MVlti asserunt, totam commutationem debere fieri in belli subsidium. Ita Ledesma *in summ. tom. 2. tract. 10. cap. 8. fol. mihi 585.* vbi absolutè asserit: [Quando la comutacion se haze en virtud de la Bula, ha se de hazer en cosa, que ayuda à la guerra contra los infideles, que es la causa de la expedicion de la Bula, y no en otras obras de virtud.] Sic etiam alij.

2. Sed mihi magis placet opinio Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 54. num. 58.* & aliorum. Puto igitur, non esse necessarium, istam commutationem fieri totaliter in subsidium temporale; sed sufficere, si secundùm partem fiat in illud; & secundùm aliam partem in alia virtutum opera. Quare prudentis Confessarij arbitrio hoc relinquendum est, qui considerabit voti qualitatem.

3 An verò hæc doctrina procedat in pauperibus, non parua difficultas est: nam multi asserunt, pauperem, voti commutationem petentem debere eleemosynam exiguam in id subsidium contribuere quæ suæ paupertati æqualis sit. Ita Sanchez, *vbi suprà*, & præter Doctores, quos ipse citat tenet etiam hanc sententiam Rodriguez, non tantum in locis ab ipso citatis, sed nouissimè *in summ. tom. 4. cap. 188. n. 1.* & Raphaël. de la Torre *in 2. 2. tom. 1. quæst. 88. art. 12. dub. 6. num. 3.* vbi ait. [De intentione Bullæ dubitari non potest, esse intelligendam de subsidio temporali. Et cùm ex alia parte constet, nullum esse ita indigentem, etiam ex ostiatim mendicantibus, qui aliud temporale non possideat, non existimo tutam commutationem factam in subsidium solum spirituale.] Sic ille satis probabiliter.

4. Non recitabo tamen, contrariam sententiam esse etiam probabilem, quam docet Lessius *de iust. lib. 2. cap. 40. dub. 11. num. 95.* & Suarez *de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 19. num. 18* vbi sic ait: [Viual. *in candel. p. 3. cap. 14. num. 39.* citans Alphonsum Deza (qui fuit Vir doctissimus Societatis IESV) in publicis Lectionibus Compluti dicit, sufficere subsidium spirituale: quia Bulla solùm dicit subsidium: sed reuerà Bullæ intentio est de subsidio temporali. Tamen in pauperibus haberet illa interpretatio locum,] Ita Suarez, quem postea sequutus est ex Prædicatorum Familia Ioan. de la Cruz *in director. confes. part. 1. præcept. 2. art. 2. dub. 11. concl. 5.* cuius hæc sunt verba: [Nota, quòd commutatio virtute Bullæ sub excommunicatione lata à Commissario, fiet in eleemosynam pro subsidio belli contra infideles, saltem secundùm partem, vt ait Suarez. Imò pro pauperibus erit vera Viualdi intelligentia: quòd sat erit, si commutatio sit in subsidium spirituale.] Ita ille, & ego. Vnde, si aliquis Confessarius virtute Cruciatæ commutaret vota pauperum, non in tenue subsidium temporale ipsius Bullæ; sed in aliquas orationes, scrupulos illi non iniicerem: nam hæc opinio est probabilis; magnos enim habet patronos: & ipsemet Sanchez, qui contrariam tenet, etiam illam *vbi suprà num. 56.* tanquam probabilem admittit.

RESOL. LXXVII.

An commutatio voti facta per Bullam possit fieri in minus bonum? Ex part. 1. tract. 11. Res. 40.

§. 1. NEgatiuè respondet Portel *in add. ad dubiare* Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 4. cap. 54. num. 4.* Suarez *de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 7. & 19.* Reginaldus *tom. 2. lib. 8. cap. 22. num. 351.* & Ioan. de la Cruz *in direct. part. 1. tract. 2. art. 2. dub. 10. concl. 5.* Raphaël de la Torre *in 2. 2. tom. 2. quæst. 78. art. 12. disput. 4. num. 1.* Azorius *part. 1. lib. 11. cap. 18. quæst. 6.* Bela *part. 1. cas. 49.* Sayrus *lib. 6. cap. 12. num. 6. & cap. 19. num. 7. & 8.* Sotus *lib. 7. de iust. quæst. 4. art. 3.* & alij; quia, licèt priuilegium Bullæ sit fauorabile; non est tamen extendendum vltra verborum proprietatem: sed commutatio propriè dicit, & significat æqualitatem: ergo, &c.

2. Sed contrariam sententiam probabiliorem esse puto, quam docet Lessius *lib. 2. cap. 40. dub. 16. n. 109.* Henriquez *lib. 7. cap. 30. num. 5.* Arag. *in 2. 2. quæst. 88. art. 12.* Medina *in instruct. lib. 1. cap. 14. §. 7* Leone *tract. de Iubil. part. 2. quæst. 12. num. 64.* cum Homobono *de exam. Eccl. part. 1. tract. 5. cap. 6. quæst 40.* & alij. Et ratio est: quia aliter Bulla nihil operaretur, cùm absque tali priuilegio possit Confessarius absque iusta causa in melius, authoritate propria; & in æquè bonum cum causa iusta, authoritate Prælati. Aliqui verò Doctores hanc secundam sententiam affirmatiuam sequuntur in casu, quo Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ commutaret vota in bonum quasi æquale; sed non in longè minus. Et ita docent Villalobos *in summ. part. 1. tractatu 27. clauſ. 9. §. 3. num. 39.* & alij.

RESOL. LXXVIII.

An Confessarius ex iurisdictione ordinaria possit commutare votum in bonum æquale, vel ad hoc faciendum indigeat Bulla Cruciatæ?
Et an hoc etiam possit fieri authoritate propria pœnitentis, dummodo votum in æquale commutetur? Ex p. 1. tr. 11. Res. 48.

§. 1. NOn posse hoc facere, nisi per potestatem delegatam, vt per Bullam, v. g. docuit Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 3. cap. 49. n. 13.* cum Suarez *de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 19. n. 6.* Et ratio est: quia potestas ordinaria Confessoris extenditur tantùm ad forum pœnitentiæ, ad quod commutandi potestas non pertinet: sed Ecclesiæ gubernationem in foro externo.

2. Non

2. Non reticebo tamen, contrariam sententiam docere Lessium *lib.2. cap.40. dub.16. n.105.* qui citat Vinaldum *in Candelabro aureo.* Addo, quod Medina *in instruct. Confes. lib.1.cap.14.§.17.* Henriquez *in summ. lib.7.cap.5.num.5.* & alij putant, hoc fieri posse etiam auctoritate propria pœnitentis, dummodo votum in aqualem commutetur: quam sententiam probabilem vocat Aragon. *de iust. q.88.art.12.dub.1 dist.3.* & Suarez *vbi sup. de Relig. tom.2. lib.6.cap.10.n.4.* & alij, vocantes tutiorem contrariam probabiliorem, & tutiorem, quam tenet, præter Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez, *vbi supra*, Bartholomæus à S. Fausto *in thes. Relig. lib.4. q.10. num 3.*

RESOL. LXXIX.

An Confessarius virtute Cruciatæ commutans aliquod votum absque debita æqualitatis inuestigatione, peccet mortaliter.

Et notatur, quod commutatio fieri potest in materiam, de cuius æqualitate dubitatur, quod est valdè notandum. Ex p.1.tract.11. Ref.49.

§.1. Respondeo affirmatiuè cum Sanchez *in sum. tom.1.lib.4.cap.50.n.8.* quia deficit in re graui, & ex causa diuini cultus minuendi: ergo, &c. Et licèt hanc æqualitatem inuenire difficillimum sit; & impossibile reputet Emmanuel Rodriq. *in Bull. Cruc. q.9. num.106.* Vnde, & benè consulunt Doctores, vt semper commutatio efficiatur in paulò plus; tamen ad consolationem Confessariorum qui non oscitanter tamen hanc commutationem efficiunt, ponam hîc verba doctissimi Patris Portel. *in dub regul. verb. commutatio.n.4.* vbi sic asserit: [Non oportet scrupulis agitari, an opus, in quod votum commutatur, sit omninò æquale, hæc enim æqualitas non debet esse mathematica: & moraliter loquendo, omnimoda æqualitas non est cognoscibilis; sufficit æqualitas ad arbitrium boni viri, seclusa fraude, & graui ignorantia; maximè si commutatio fiat virtute priuilegij.] Ita Portel.

2. Notandum est etiam cum Suarez *tom.2 de Relig. cap.19. n.94.* quòd commutatio fieri potest in materiam, de cuius æqualitate dubitatur: quod est valdè notandum pro scrupulosis.

RESOL. LXXX.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare qualitatem adiunctam voti vltramarini, & Religionis strictioris, vt laxiorem ingrediatur?

Et docetur Episcopum posse in talibus votis dispensare, & per consequens Confessarium Bullæ Cruciatæ. Ex p.1. tr.11. Ref.83.

§.1. Fingamus casum. Petrus, v.g. vouit mendicando adire sanctum Sepulchrum; quæritur, an Confessarius possit, virtute Cruciatæ, commutare talè votum, vt portaris necessarias itineris expensas votum illud adimpleat? Respondeo affirmatiuè ex doctrina Lessij *lib.2. cap.40.dub.13. n.105.* Molfesij *in summ. tom.1. tract.11. cap.15. n.145.* vbi docent, Episcopum posse in talì voto dispensare: & per consequens potest Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ. Et ratio est: quia in hoc casu Confessarius non commutat votum; sed circumstantiam per accidens ipsi voto adiunctam. Et ideò *supra* diximus, Confessarium posse commutare qualitatem adiunctam substantiæ voti Religionis; vt, cum promittente ingredi in Religionem strictiorem, vt laxiorem ingrediatur: quia id non est commutare votum reseruatum; sed quandam eius circumstantiam.

Et ita docent Doctores communiter, vt Zanard. *in direct. Theol.p.2.cap.12.* Sylvest. *verb votum, 4.q.3.dub.6.* Palud. *in 4.dist.36.q.4.art.4.num.43.* D. Antoninus *p.2. tit.11. cap.2 §.9.notab.4.vers. hoc autem videtur.* Lopez *in instr.* vbi agit de clauibus, *cap.9. in fin.* Menoch. *de arbitr. Lib.2.cent.5.cas.421.n.16.* Rodriq. *in summa, tom.2. cap.96. n.5.* & alij.

RESOL. LXXXI.

An per Bullam Cruciatæ possit Confessarius commutare votum factum de non petenda commutatione? Ex p.1. tr.11.Ref.51.

§.1. Respondendum est affirmatiuè: & ita docet Villalobos *in summa tom.1. tract.27. claus.9. §.2. num.35.* Fernandez *in exam. Theol.mor. p.3 cap.9. sect.2. §.17. num.4.* Sanchez *in sum tom.1. lib.4.cap.54. num.23.* Rodriquez *in Bull cap.9.§ 112.* Acosta *in Bull. q.73. in fin.*

RESOL. LXXXII.

An per Bullam Cruciatæ possit quis commutare votum emissum cum intentione efficiendi illud reseruatum, vt scilicet a nullo possit inferri nisi petita commutatione à Summo Pontifice?

Idem est dicendum de Episcopo. Ex part.1. tract 11. Ref.75.

§.1. Respondeo, hoc non obstante, posse tale votum Confessarium per Bullam Cruciatæ commutare, quia vouentis intentio priuata non potest tollere potestatem superioti: vel, melius dicendum est, tale votum non esse ex tribus exceptis in Bullâ Cruciatæ, quæ sola reseruari diximus: Et ita loquens de Episcopo, docet Sanchez *in sum tom.1. lib.4. cap.40.n 79.* qui citat Azorium, & Sayrum, quibus ego addo Reginaldum *tom.2. lib. 8.cap.22.n.333.* Suarez *de Relig.tom 2. lib.6. cap.21.num.13.* Barthol. à S. Fausto *in thes. relig. lib.3. q.105.*

Sup. hoc in tom.6. tr.4. Ref.69.

RESOL. LXXXIII.

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit quemadmodum vota, ita etiam iuramenta facta circa eandem materiam votorum commutare?

Idem est dicendum de Iubileo.

Et an sententia, & doctrina huius quæstionis procedant in casu, quod iuramenta adiecta sint contractui, in quo est turpitudo in creditore, vt de soluendis vsuris, aut metu extorta? Ex p.1. tr.11.Ref.41.

§.1. Negatiuè respondet Azorius *tom.1. lib.11.c.10. q.2.* Lessius *lib.2. c.42. dub.12. num.60.& 62.* Bartholomæus à S. Fausto *in thes. relig. lib.4. q.41.n.1.* & alij. Et ratio est: quia iuramenti vinculum est specie distinctum à voto: ergo priuilegium Bullæ Cruciatæ concessum ad commutanda vota, non extenditur ad commutanda.

2. Contrariam sententiam probabiliorem esse iudico, quam docet Portel. *in addit. ad dub. Reg. verb. voti. commut. num. 8.* Fernandez *in exam. Theol. part. cap.9. sect.1.§.17.num.1.* Filliucius *tom.1. tract.16. cap.9 n.154* Suarez *de relig. tom.2. lib.6. cap.14.num 6.* Sanchez *in sum. tom.1. lib.4. cap.53. num.8.* & alij penes ipsos. Dico igitur,

Sup. hoc in tom.3. tr.2. Ref.75. signatèr à §.2. & in tom.8. tr.4. Ref.78. §. Secundo, in princ. & inf. lege doctr. Ref.91.

igitur, quod quando in Cruciata, seu Iubileo, conceditur commutatio ad vota, non exprimendo iuramenta potest etiam commutari iuramentum, quod soli Deo factum est. Et ita etiam nouissimè docuit Leone *tract. de Iubil. p. 1. q. 12. num. 68. & seq.* Molfesius *in sum. tom. 1. tract. 11. cap. 15. num. 203.* & Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 3. num 29* vbi sic asserit: [Puede por la Bula el Confessor comutar los juramentos: porque quando se concede facultad de comutar el voto, se concede el comutar la obligacion, que se adquiere à solo Dios, como à creer por la virtud de Religion; y la misma obligacion se adquiere à Dios por el juramento, que à el se haze immediatamente, que por el voto: y ansi la facultad de dispensar en el voto, se estiende à la del juramento; porque conforme al derecho, lo que se dispone en vna de dos cosas, que se equiparan es justo dispone rse en la otra.] Ita ille. Ex quibus patet responsio ad argumentum contrariæ sententiæ: quia, cùm tam voti, quàm iuramenti præstiti obligatio soli Deo acquiratur, sequitur, quòd facultas circa vota extenditur etiam ad huiusmodi iuramenta.

Sup. hoc in Resol. seq. & inf. in tr. 4. Resol. 20. & in tom. 3. tr. 2. Resol. 72. §. Aliis, in fin. & in Resol. 73. §. Notandum.

3. Notandum est verò, quòd hæc sententia non procedit in casu, quo iuramenta adiecta sint contractui, in quo est turpitudo, & iniustitia in creditore, vt ad iuramentum factum homini de soluendis vsuris, aut metu extortum, &c. Ita Sanchez *vbi suprà, n. 13.* Suarez *eod. num.* quibus adde Bartholomæum à S. Fausto *in thes. relig. lib. 4 q. 51.* Sanctarellum, & Molfesium, *vbi suprà*, licet contrarium asserat Barth. Ledesm *de Sacram tract. de matr. dub. 13.* & Rodriquez *in sum. p. 1. cap. 23. num 4. & cap. 244. n. 4.*

RESOL. LXXXIV.

An potestas delegata ad vota extendatur ad iuramenta adiecta contractui, in quo est turpitudo, cuiusmodi sunt iuramenta soluendi vsuras, aut metu iniusto extorta, &c?

Et docetur Episcopum posse dispensare in his iuramentis, ergo & Confessarius virtute Cruciatæ.

Et aduertitur, quod quando carcer est iniustus, & quis iurauit se redditurum, tenetur redire, etiam si timeret morte iniusta damnandum.

Idem dicendum est de eo, qui latroni mille aureos promisit cum iuramento, ne occideretur.

Sed quæritur, an in his casibus possit petere quis relaxationem iuramenti ab Episcopo, vel ab alio Confessario vigore Bullæ Cruciatæ, vel Iubilei huiusmodi iuramenti commutationem petere? Ex p. 4. tract. 3. & Misc. Resol. 19.

In Resol. quæ hic est antecedens, in §. vlt. & in aliis eius not.

§. 1. HIc casus quotidianus est, & ad illum negatiuè *part. 1. tract. de Bulla Cruciatæ*, respondi cum Suarez, & Sanchez, quibus nunc addo Ludouicum à Cruz *in expos. Bullæ Cruciatæ, disp. 1. cap. 6. dub. 5. num. 13.* quia esto per dicta iuramenta nullum ius acquiratur homini, cui fiunt; nihilominus cùm nec intuitu pietatis, sed humani contractus fiant, proinde nec vllam voti, sed merè promissionis humanæ rationem induunt.

2. Verùm licet hæc opinio sit satis probabilis, contrariam probabilem etiam esse puto, pro qua *loco citato* adduxi Bartholomæum Ledesmam & Rodriquez, quibus nunc addo Ægidium de Trullench *in expos. Bullæ Cruciatæ lib. 1. §. 7. cap 3. dub. 1. num. 7.* quia tota ratio propter quam iuramenta votiua, & vota æquiparantur in commutando, est, quia per iuramenta votiua, seu in Dei honorem facta, nullum ius homini acquiritur; sed per prædicta iuramenta, nullum ius homini paratur: ergo quamuis hæc iuramenta non sint præcipuè in Dei honorem facta, sed intuitu hominis, cùm per ea nullum ius homini sit quæsitum, in commutando cum votis æquiparari debent. In tali enim iuramento duplex potest obligatio considerari, altera expressa facta homini, & ex hac parte iuramentum turpiter extortum non obligat, homo enim per iniustitiam nullum ius acquirit; altera Deo, qui in testem inuocatur, atque ita tenetur iurans Deo seruare quod per nomen suum promisit, si licitum sit; quare cùm per tale iuramentum iurans aliquo modo sit Deo obligatus, & non homini, potius inducit tale iuramentum naturam voti, & iuramenti in fauorem Dei facti, quàm in hominis vtilitatem, ac per consequens in commutatione æquiparatur iuramento votiuo, & hæc omnia docet Trullench *vbi suprà*, vnde probabiliter quis potest facultatem Bullæ Cruciatæ ad vota commutanda, extendere ad iuramenta adiuncta contractui, in quo est turpitudo & iniustitia in creditore, quare est iuramentum vi, vel metu extortum, vel soluendi vsuras, quidquid in contrarium afferat Ludouicus à Cruz *vbi supra, num 14.* quod confirmatur, nam Episcopus potest dispensare in his iuramentis metu extortis, vt omnes concedunt, sed ratione Bullæ Cruciatæ possumus commutare omnia vota, vel iuramenta, quæ potest Episcopus dispensare: ergo, &c. quæ omnia sunt valdè notanda à Confessariis, & casuum conscientiæ responsoribus.

3. Ex his sequitur quod probabiliter dici potest, quod quando carcer est iniustus, & quis iurauit se redditurum, tenetur redire eriamsi timeret morte iniusta damnandum, & idem dicendum est de eo, qui latroni mille aureos promisit iuramento ne occideretur. Ita Becanus *in 2. 2. de iustit. quæst. 89. & de iuram. quæst. n. 2.* Sotus *lib. 8. quæst. 1. art. 7. ad 3.* Mercato *de contract. quæst. 89. art. 7. ad 4.* & alij, & hæc opinio est communis.

4. Sed ego contrariam sententiam, quod iuramentum redeundi ad carceres, probabilem etiam esse puto cum Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 4. dub. 16. num. 4.* quam absolutè tenet Guttierrez *de iuram. p. 1. cap. 57. n. 26.* Nota tamen quod omnes supradicti asserunt posse, v. g. qui iurauit latroni dare pecuniam, posse, inquam, petere relaxationem iuramenti ab Episcopo; sed ego etiam probabiliter puto, vt supradictum est, vigore Bullæ Cruciatæ posse, Confessarium huiusmodi iuramentum commutare.

RESOL. LXXXV.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare Vota iuramento firmata? Ex parte 1. tractatu 11. Resol. 43.

§. 1. NEgatiuè respondet Henriquez *lib. 7. cap. 30. num. 5.* Sayrus *in claui regia lib. 5. cap. 8. n. 9.* Filliucius *tom. 2. tract. 26. cap. 9. num. 255.* Azor. *tom. 1. lib. 11. cap. 10. quæst. 2.* & Lessius *lib. 2. cap. 40. dub. 11. num. 94.* Et ratio est: quia concurrunt duo vincula expressa, quæ certum est esse maiora vno vinculo expresso.

2. Sanchez verò *in summa tom. 1. lib. 4. capite 41. num. 18.* putat, hanc sententiam non esse veram, si iuramentum emittatur tantùm ad voti emissi confirmationem: secus autem, si præsetur independenter ab illo, & tantùm concomitanter: nam in isto casu priuilegium Bullæ non extenditur ad votum, & iuramentum, simul concurrentia. Et ita hanc sententiam post Sanchez docuit Villalobos *in summa tom. 1. tract.*

tract.17.clauſ.9.§.3.n.30. qui citat Rodriquez *in addit. ad Bull.q.9.n.111.* Et ratio eſt, quia cùm ſint duo vincula ſpecie diuerſa, nec vnum ab alio dependeat, forcula ſpecie diuerſa, nec vnum ab alio dependeat, fortiora ſunt vno ſolo, quod priuilegium Bullæ concedit: ergo, &c.

3. Sed licèt hæc ſententia ſit probabilis, non minùs probabilis videtur ſententia Suarez *de relig.tom.2.lib.6. c.14. n.19.* qui ſuſtinet, in vtroque euentu poſſe Confeſſarium per virtutem Bullæ commutare vota, & iuramenta; quia licèt ſint duo vincula diuerſa ſpecie, at in ordine ad commutationem reputantur quaſi vnum, & idem, & eiuſdem rationis: nec vnum addit alteri gratitatem intenſiuam; ſed ſolùm extenſiuam, id eſt, plura vincula. Vnde patet reſponſio ad rationes in contrarium, quia, vt diximus, etſi votum, & iuramentum ſpectentur ſint duo vincula ſpecie diuerſa; tamen moraliter in ordine ad Deum, & ad virtutem religionis æquiparantur: ergo, &c.

RESOL. LXXXVI.

An Confeſſarius per Bullam Cruciatæ poſſit commutare votum pœnale quoad pœnam pecuniariam ex eius fractione incurſam? Ex p.1.tr.11. Reſ.46.

§.1. NEgatiuam ſententiam docuit Azorius *part.1. lib.11. cap.18.q.11. in fine*, & magis expreſsè Sayrus *in claui regia, lib.6. cap.12. num.20.* cum aliis: quia illud eſt commutare pœnam ex illius fractione debitam; ſed Bulla Cruciatæ ſolius voti commutationem indulgeret: ergo, &c.

2. Hæc opinio eſt probabilis: ſed contrariam probabiliorem eſſe exiſtimo cum Raphaële de la Torre *in 2.2.tom.2.quæſt.88.art.12.diſp.vlt.num.4.* Sanchez *in ſum.tom.1.lib.4.c.51.n.9.* qui citat Suarez *de relig.tom.2. lib.6.cap.1.num.19.* cui ego addo Leonem *de Iubil.p.2. q.12.n.74.* Homobonum *de exam.Eccl. p.1.tract....c.6. q.16.* Malderum *in 2.2. tract.10.c.5. dub.11.* Filliucium *tom.2.tract.16.cap.10. num.295.* Ioan.de la Cruz *in direct.conſc.p.1.Præcept.2.art.2.dub.10 conc.3.* Villalobos *in ſumm. tom.1.tract.27. clauſ.9.§.3.num.32.* vbi ſic ait: [Tambien ſe puede por la Bula de la Cruzada comutar la pena en que ſe incurre, por quebrar el voto penal, como ſi vno jurò de no jugar, y ſi jugaſſe de dar tal limoſna, ò diziendo ſo pena de dar tal limoſna, porque à quella pena ſe deue por via del voto, y como el Pontifice concede facultad à cerca de los votos, tambien la concede en eſtas penas.] Vnde patet reſponſio ad argumentum contrariæ opinionis: nam dicimus, quòd illa pœna non debetur, niſi ex vi voti, quod à principio obligauit ad illam: ergo facultas per Bullam Cruciatæ conceſſa ad commutandum illud votum, extenditur etiam ad pœnam incurſam ob violationem ipſius. Et hæc ſententia procedit, etiamſi Pontifex commutauerit votum, ſubcendo partem pœnæ ſolui: nam poteſt etiam dicta pars commutari.

RESOL. LXXXVII.

An Confeſſarius per Bullam Cruciatæ poſſit commutare votum emiſſum in fauorem tertij, vt v. g. vouit Petrus dare Calicem pro Sacello B. Andreæ, aut certo pauperi eleemoſynam, &c?

Et quid, ſi huiuſmodi votum fuerit à Præpoſito Eccleſiæ, vel paupere acceptatum? Ex p.1.tract.11. Reſ.47.

§.1. REſpondeo affirmatiuè cum Suarez *tom.2. de relig.lib.6.cap 15.num.11.* & Sanchez *in ſumma, tom.1. lib.4.c.41.num.9* Leone *de Iubil. part.2. q.12. n.71.* Filliucius *tom.2. tract.26.c.9.num.257.* Ioan.de la Cruz *in direct.conſc.p.1.Præcept.2.art.2.dub.10 conc.2.* Et ratio eſt: quia tale votum non tribuit vllum ius illi Eccleſiæ, ſeu pauperi: ergo poterit illud Confeſſarius commutare.

2. Secùs autem, ſi huiuſmodi votum fuerit à Præpoſito Eccleſiæ, vel paupere acceptatum; nam ita acquiſiuiſſent ius per acceptionem. Vel ſecundùm aliquos, ſi votum dirigatur in Sanctum, cui dicatur Eccleſia: vt Promitto B. Andreæ, me daturum eius Eccleſiæ vnum calicem.

Sed hanc limitationem rectè impugnat Sanchez *vbi ſupra, n.12* Suarez *n.10.* cum Leſſio *lib.2.c.40.dub.11. n.90.* & Bartholomæus à S. Fauſto *in theſ. relig. lib.4. q.52.* cum aliis.

RESOL. LXXXVIII.

An Confeſſarius, qui per Bullam Cruciatæ habet poteſtatem commutandi vota, poſſit illa diſpenſare? Ex p.1. tr.11. Reſ.42.

§.1. MInimè, reſpondet Fernandez *in exam. Theol. mor.p.3.c.9.ſect.2.§.17.n.6.* Et ratio eſt: quia maior poteſtas requiritur ad diſpenſandum, quàm ad commutandum. Et ita etiam docet Portel *in addit. ad dub.regul verb.voti commutatio, n.46.* Villalob. *in ſumm. tom.1 tract.27. clauſ.9. §.5.n.28.* Homobonus *de exam. p.1.tract.5.c.6.q.40.* & alij.

Quamvis non plene ſup. hoc à contrario ſenſu in to. 3. tr.2. lege doctr. Reſ. 70. & in to. 8. tr.4. Reſ. 78. §.2. ad medium.

RESOL. LXXXIX.

An votum pœnale Religionis, ſeu Caſtitatis ſit per Bullam diſpenſabile, & non ſolum ante, ſed poſt completam conditionem?

Et an Epiſcopi talia vota poſſint etiam commutare, & diſpenſare. Ex part.1. tract.11. Reſ.53.

§.1. QVidquid in contrarium aſſerat Acoſta *in Bul. q.73.* & alij, affirmatiuè reſpondet Sanchez *de matr.tom.3.lib.8. diſp.15.n.8.* qui citat plures Doctores, quibus ego addo Nugnum *in 3.p. tom.2. tract.de Bull.§.11.* Ioan.de la Cruz *in direct.conſc.p.2. præcept.2. art.2. dub.10. concl.4. in fin.* Fernandez *in exam. Theol. mor.p.3.c.9.ſect.2.§.17. num.9.* Villalobos *in ſum. tom.1. tract.27 clauſ.9. §.3.num.42.*

Sup. hoc leg. doctr. vers. nor. ſeq. & in tom.7. tr.1. Reſ.267. ex eius lata doctrina §. Sed ego, ad medium, vers. Vnde, & lege inf. §.1. Reſ. ſeq.

2. Dico igitur, per Bullam Cruciatæ poſſe Confeſſarium cõmutare vota pœnalia, non ſolùm ante, ſed etiam poſt impletam conditionem. Et ratio eſt, quia votum pœnale, etiam poſt impletam conditionem, deficit valdè à perfecta voti Religionis, & Caſtitatis natura, ratione cuius perfectionis reſeruetur tale votum: vouens enim in tali caſu non eligit votum; vt tale eſt, ſed potius eius timore, & odio voluit deterreri, ne delictum admitteret, quod vitare propoſuit. Et ideò Epiſcopi talia vota etiam commutare, & diſpenſare poſſunt, vt docet Leſſ. *lib. .c 40.dub.18.n.130* Malder. *in 2.2 tr.10.c.5. dub.10* Gomez *in Bull. Cruc. cauſ.10 n.99.* & Henriq. *lib.7.c.30.n.6. in Gloſſa lit.A:* vbi citat multos Doctores, & præſertim aliquos Magiſtros Salmanticenſes.

Sup. hoc in tom.3. tr.2. Reſ.78. curſim prope finem, à verſ. Vnde, & in aliis eius annot. & hic infr. lege §. vlt. Reſ. ſeq.

Idem etiam docet Sanchez *vbi ſupra, diſp.10. n.8.* quidquid in contrarium aſſerat Azorius *part.1. lib.11. n.19.q.3. & c.19. q.13.* cum Gutierrez *qq. canon. lib.2. c.22. n.50. & 51.* Vide etiam Filliucium *tom.2.tract.26. cap.10. num.271.* & Zanardum *in direct. Theol. part.2. cap.52.*

RESOL. XC.

An ſupra dicta doctrina procedat etiam in votis conditionalibus

ntibus, & non solùm ante, sed post impletam conditionem?

Et an Episcopus dicta vota commutare possit? Ex p.1. tract.11. Resol.54.

Sup.hoc lege doctr. Resolutionum not. seq.

§.1. REspondeo affirmatiuè, & ita Confessarius per Bullam Cruciatæ potest commutare vota conditionalia, quando sunt verè conditionalia; non solùm ante, sed etiam post impletam conditionem. Dixi, *quando sunt verè conditionalia:* quia hæc vota conditionalia ferè semper non procedunt ex religionis, aut castitatis affectione: sed ex amore rei positæ sub conditione, quam vouens obtinere desiderat; & vt faciliùs illam consequatur, offert Deo ea vota. Et in hóc casu potest quidem Confessarius supradicta vota, vt diximus commutare. Et ita docet Sanchez *de matr. tom.3.lib.8.disp.11.n.8.in fin* & alij.

Sup. hoc in tom.3. tr.2. Resol.77.& in aliis vers. eius primæ not.& in to. 8. tr.4. Resol. 78. §.vlt. & lege ad med. §.2. Resol. præteritæ.

2. Et ita etiam Episcopi dicta vota commutare possunt, vt ita idem Sanchez *disputat.10. num.3.* qui citat Ledesmam *in sum. tom.1. tract.10.cap.8.* quidquid in contrarium asserat Lessius *lib.2.cap.40.dub.18. num.131.* Filliucius *tom.2 tract.6.cap.9. n.169.* Suarez *de relig. tom.2. lib.6 cap.22.num.11.* Valentia *in 2.2. disp.6.q.6. punct.7.* Azorius *part.1. lib.11.cap.19.q.13.* & alij.

RESOL. XCI.

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare iuramenta pœnalia, vel conditionalia Castitatis, seu Religionis? Ex p.1.tr.11. Resol.69.

Sup.hoc sup. lege doctr. Resol. 83. & aliarum eius primæ ann.

§.1. REspondet affirmatiuè cum Sanchez *in summ. tom.1.cap.54.lib.4. num.21.* Et ratio est: quia qui potest commutare vota facta soli Deo; potest etiam commutare iuramenta: sed Confessarius potest vota pœnalia, & conditionalia Castitatis & Religionis commutare: ergo poterit & iuramenta. Maiorem propositionem docuit Aragon. *in 2.2.quæst.86. art.9.* Henriquez *lib.7. cap.10. num 5* Azorius *tom.1. lib.11. cap.10.* Sà *verb. iuramentum, num.32. & verb. votum*, vbi de irritatione, *num.16.* cum aliis. Minor propositio patet ex infra dicendis *in Resolut. seqq.* Ergo, &c.

RESOL. XCII.

An iuramentum ingrediendi Religionem, vel obseruandi castitatem si per Episcopum, vel per Bullam Cruciatæ dispensabile?

Et notatur quod quando Pontifex in aliquo Iubileo, vel Indulto concedit facultatem relaxandi, seu commutandi omnia iuramenta possunt sine scrupulo à Confessariis illa quinque relaxari, quia in iure nullum iuramentum reperitur reseruatum, & non sequitur, quod illa quinque vota sint Pontifici reseruata, ergo etiam iuramenta de illa materia; nam obligatio voti maior est iuramenti obligatione. Ex part.4. tract.4. & Misc. Resol.69.

Sup. hoc in tom.8. tr.4. Resol.79. & hic inf.in tr. 4.Resol.18.

§.1. PRima sententia affirmat; ita tenet Tabiena *ver. iurare, quæst.20. num 27. ad finem*, & insinuat Nauarrus *lib.2. consil. de iureiuran. in priori edit. consil.3. num.4. & 5. & in posteriori edit. consil.1. num.4.*

2. Secunda sententia negat, ita Caietanus *in 2.2. q.89 art.9.* Sotus *de iust. lib.8.q.1. art 9.* Valent. *tom.3. disp.6.q.7.punct.4.* Azorius *tom.1.lib.11. cap.10. quæst.3.* Layman *in Theol.mor.lib.4.tract.3.cap.11.num.4.* Arag. *in 2.2.q.88. art.12.* Basilius Pontius *de matr.lib.8.c.11. n.3.* & alij.

3. Tertia distinguit, putat enim hanc secundam sententiam esse veram, quando iuramentum continet promissionem factam Deo; secus autem quando non includit promissionem, sed meram assertionem & affirmationem. Ita Sanchez *de matrim tom.3 lib.8.disp.19. n.4.* Verùm aduersùs hanc distinctionem Sancij insurgit nouissimè Ægidius Trullench *in exposit. Bullæ Cruc. lib.1. §.7.cap.3.dub.3.n.5.*

4. Vnde quid ego sentio dicam breuiter. Puto igitur cum Doctoribus secundæ sententiæ, omne iuramentum Deo factum includere votum, iuramentum namque, quo aliquid Deo promittitur, nihil aliud est, quàm votum iureiurando firmatum: ergo si votum est Papæ reseruatum, similiter erit iuramentum, cæteras rationes videbis apud citatos Auctores; non nego tamen primam sententiam esse probabilem, quam præter DD. *vbi suprà* tenet etiam Petrus Ledesma *in summ. tom.2 tract.11. cap.4. dub.2.* quia in iure nullum reperitur iuramentum Pontifici reseruatum, & non sequitur, illa quinque vota sunt Pontifici reseruata: ergo etiam iuramenta de illa materia. Nam obligatio voti maior est iuramenti obligatione, vt docet D.Thom. 2.2. *quæst.89. art.8.* & ex alia parte cùm reseruatio sit odiosa, restringenda est, & non amplianda. Deinde cùm Pontifices per aliquod indultum concedunt facultatem relaxandi, seu commutandi omnia iuramenta, sine partis tamen præiudicio non solent excipere aliqua iuramenta sicut excipiunt aliqua vota; ergo signum est non esse vsu receptum, aliqua iuramenta, etiam illa quinque, esse Pontifici reseruata, & ideo quando Pontifex in aliquo Indulto concedit facultatem relaxandi iuramenta, possunt, sine scrupulo à Confessariis illa quinque relaxari; est igitur, vt dixi, hæc sententia satis probabilis; quicquid in contrarium asserat Turrianus *in disp.selectis, cent.2. censur. Theol. dub.92.* & ideò Ægidius Trullench *vbi suprà, num.4.* contrariam sententiam, quam ego teneo, vocat tantùm probabiliorem & probabilem etiam vocat hanc sententiam Leone *de potest. confess. p.1. recollect.20.n.181.*

RESOL. XCIII.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum Castitatis, seu Religionis emissum cum expressa protestatione, ne ad illorum executionem vouens sit obligatus sub onere peccati mortalis, sed venialis tantùm.

Idem est dicendum de Episcopo quoad dispensationem. Ex p.1.tr.11.Resol.72.

§.1. REspondeo affirmatiuè cum Bonacina *de legib. disp.4. q.2. punct.7. §.4.n.20.* quia tale votum non est votum perfectum castitatis, & Religionis. Ergo per Bullam erit commutabile.

Et ita Episcopus potest illud dispensare, vt tradit Sanchez *in summa, tom.1. lib.4. cap.40. numero 47.* & alij.

RESOL. XCIV.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum castitatis, seu Religionis emissum propter leuem metum?

Et an dictum votum sit ab Episcopo dispensabile?

Imo, an tale votum sit irritum?

Et quid, si tale votum fuerit emissum ex aliquo magno metu? Ex p.1.tr.11. Resol.73.

§.1. Ne

NEgativè videtur respondendum ex auctoritate Suar. *de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 4.* qui docet tale votum non esse dispensabile ab Episcopo; quia inuoluntarium, & coactum est per accidens, & secundùm quid: quòd si sufficeret, vt cessaret reseruatio, cessaret etiam in votis emissis in periculo mortis, & naufragij; hoc verò dicere est absurdum: ergo, &c.

2. Sed ego puto, contrariam sententiam esse probabiliorem, quam docet Lessius *lib. 2. c. 40. dub. 18. n. 127.* qui citat Angelum, Glossam, Nauarrum, & Fumum. Et ratio est: quia reseruatio huius voti est intelligenda de libero, ne ita reseruetur coactum, sicut spontaneum.

3. Reginaldus verò *in praxi, tom. 2. lib. 18. cap 22. num. 316.* loquitur in terminis, quod tale votum fuerit emissum ex aliquo magno metu: sed Lessius loquitur in casu metus non omninò grauis: & magis amplè Leonc *tract. de Iubil p. 2. q. 10 sect. 1. n. 97. in fin.* & Bonacina *de legib. disp 4. q. 2. punct 7 § 4. n. 17.* hanc doctrinam esse veram admittunt, etiam quando votum castitatis, seu Religionis, per metum, quamuis leuem, fuerit emissum. Itaque in tali casu dicendum est, posse Confessarium supradictum votum commutare: quia emissū cum tali metu non est reseruatum. Imò probabilem puto cum Nauarro illam sententiam, quæ asserit, votum emissum ex leui metu esse irritum. Et ita Sanchez *in sum tom. 1. lib. 4. num. 4.* contrariam, quam ipse tenet, vocat tantùm probabiliorem, & *cap 40. num. 31. in fin.* sententiam Nauarri probabiliorem vocat.

RESOL. XCV.

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare votum vouendi Castitatem, seu Religionem?

Ex quo infertur, quod ita vouens, si fornicatur ante emissam Castitatem, non delinqueret contra votum. Ex part. 1. tract. 11. Resol. 76.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Molfesio *in summ. tom. 1. tract. 11. cap. 15. num 148.* & Suarez *de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 21. num. 7.* Et ratio est: quia velle facere non est facere: & ideo velle vouere castitatem, non est castitatem vouere: vnde optimè notat Sanch. *in summ. tom. 1. lib 4 cap. 40. num. 70.* quòd si ita vouens fornicaretur ante promissam castitatem, non delinqueret contra votum.

RESOL. XCVI.

An votum ingrediendi Religionem artiorem possit Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ commutare in laxiorem Religionem?

Et an supradictum votum possit Episcopus dispensare? Ex part. 1. tract. 11. Resol. 55.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, quia Confessarius in tali casu non commutat votum Religionis absolutè, sed quandam Religionis qualitatem. Et ita docet, contra Lopez, Pater Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 15. n 5* erogata tamen aliqua eleemosyna in bellisubsidium, quæ suppleat eum Religionis strictioris excessum; additis etiam cum hac eleemosyna aliis operibus piis.

2. Et ideò supradictum votum potest etiam Episcopus dispensare, vt docet Reginaldus *tom. 2. lib. 18. cap. 13. num. 331. & 335.* Lessius *lib. 2 cap. 40. dub. 18. num. 124.* & Malderus *in 2. 2. tract. 10 cap. 5 dub. 19.* Henriquez *lib. 7. cap. 22. num. 7.* Azorius *part. 1. cap. 18. quæst. 8.* Sayrus *in claui, lib. 6. cap. 11. num. 63.* quidquid in contrarium asserat Nauarrus *comm. 4. de regul. num. 10.*

RESOL. XCVII.

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare votum Religionis, vt iusta de causa non adimpleatur tempore præscripto?

Et an etiam in tali casu possit Episcopus dispensare? Ex part. 1. tract. 11. Resol. 80.

§ 1. NEgativè videtur respondendum ex auctoritate P. Suarez *de Relig tom. 2. lib. 6. cap. 26. num. 11. & 12.* qui docet Episcopum non posse in tali casu dispensare, nisi ea causa superueniente non esset aditus ad Summum Pontificem. Et rationem adducit: quia talis circumstantia multum attingit substantiam; differt enim totam voti obseruationem pro aliquo tempore. Sup. hoc in to. 8. tr. 4. Res. 33. cas. fim in fin. sed lege eam per totam.

2. Sed contraria sententia non est minùs probabilis, quam docet Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 8 disp. 9. n. 19. & in summa, tom. 1. lib 4. cap. 40. num. 76.* & post illum noster Molfesius *in summ. tom. 1. tract. 11. cap. 15. n. 147.* & Malderus *in 2. 2. tract. 10. cap. 5. dub. 10. n. 9.* vbi asserunt, posse Episcopum ordinaria potestate dispensare in hac voti dilatione; dummodo votum non adeò differatur, vt sit periculum in eum statum incidendi, vt ita vouens reddatur impotens ad votum implendum. Et ratio est: quia hoc non est dispensare in substantia voti, sed in eius qualitate.

3. Et ita docet de Confessario, virtute Bullæ Cruciatæ, idem Sanchez *de matrimon. tom. 2. lib. 8. distinct. 15. num. 4.* quoad dicti voti commutationem. Et hanc sententiam puto probabilem, & tutam in praxi.

RESOL. XCVIII.

An Confessarius virtute Cruciatæ possit commutare votum Religionis Melitensis?

Idem dicendum est de Episcopo.

Et an professionem huius Religionis dirimatur matrimonium ratum?

Et discutitur, an dicti milites sint propriè, vel largo modo Religiosi? Ex part. 1. tract. 11. Resol. 77.

§. 1. ALiquis posset affirmatiuè respondere ex doctrina Iacobi de Graffeis *tom. 1. lib. 3. conf. 11. num. 14. de regul.* Gonzalez *in reg. 8. Cancel. Gossa 8. num. 57. & 65.* Mandosij etiam *in regul. 3. Cancell. q. 11. n. 3* Sarmiento *de reddit Eccles. lib. 4. q. 1. n. 13.* Cabedo *de Patron. Regiæ Coronæ, cap. 15. n. 16. & 18.* Tallada *de visit. car. c. 17. §. 4. n. 13.* & fauet Syluester *verb. religio 1. q. 1 vers. tertium Hospitalarij.* Panormit. *in rubr. de regul. n. 4* & Soti *de iust. lib. 7. quæst. 5. art. 3.* qui omnes asserunt, supradictos Milites non esse propriè, sed largo modo Religiosos. Ergo per Bullam votum talis Religionis erit commutabile. Sup. hoc quod hic asseritur in Res. not. præteritæ à principio. & in multis aliis eius primæ annot.

2. Sed hæc sententia prorsus non est tenenda, vt docet Fernandez *in exam Theol mor. p. 3. c. 9. sect. 11. §. 17. n. 19.* & Acosta *in Bull. q 73.* quia dicti Milites sunt verè Religiosi: & ita docent communiter Doctores, quos refert, & sequitur Zanardus *in direct. Theol p. 2. præcep 4. cap 32.* Bobadilla *in polit. tom 1. lib 1. c. 19. num. 11.* Henriquez *lib 11 cap 8. num. 6.* Corduba *in summ. q. 178. in fin.* Ledesma *de matr. q. 61. art. 2. ad. 4* Rodriquez *in Bull. Cruciatæ §. 9. num. 123.* Natta *lib. 3. conf. 495. n. 12.* Riminald. *lib. 5. conf 527. num. 22. & 23.* Decianus

cianus *in tract. crim p.1. lib.4. cap.9. n.36.* Vasquez *contr. Illustr. lib.1. cap.105 num.51.* Aponte *lib.1. conf.14. num.3. & seq.* Molina *de primog. Hisp. lib.1. cap.13. num.89.* & alij.

Sup. hoc in Res. annot. primæ huius Res. & in eod. §. Hinc, & in 7. tr.1. Res 99. §. Quinto post med. à vers. vide dictum, & cursim in alio §. eius not.

3. Et ideò per professionem huius Religionis asserunt dirimi matrimonium ratum; & ita fecisse D. Gaston. Ducem Mediñæ, testatur Sanchez *de matr. tom. 1. lib.2. disp.18 n.8.* habito consilio sapientum; & in statutis dictæ Religionis, per Pontificem approbatis, habetur posse ad eam Religionem admitti obligatos matrimonio rato. Idem etiam docent Regius *cas 53. n.5.* Rebellius *par 2. lib.3. quæst.4.* Legionensis *de imped. matr. caus. 27. quæst.2.§.4.* Azorius *part.1. lib.13. cap.6. quæst.4.*

4. Vnde, vt suprà dixi nullo pacto per Bullam Cruciatæ votum huius Religionis Confessarius commutare potest, sicut neque Episcopus, vt notauit Barthol. à S. Fausto *in thes. relig. lib.3. q.97. n.1.* Sanchez *de matr. tom. lib.8. disput 9. num.16.* Rodriquez *in Bull. §. n.123* Lopez, *in instr. p.2.* vbi de clausibus, *cap.9. in fin.* & alij

RESOL. XCIX.

Sup. hac prima diffic. huius tituli in 2. 8 tr.1. Res.11. §. Hinc Ioann.

An per Bullam Cruciatæ possit Confessarius commutare votum Religionis D. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, &c?

Et an Episcopus possit commutare supradictum votum.

Et an hi Ordines non sint proprie, & simpliciter Religiones?

Et docetur, vt Episcopus, vel Confessarius virtute Cruciatæ, vel alicuius Iubilei possit commutare aliquod votum, satis est, quod sit sub opinione, an sit reseruatum, necne. Ex p.1. tract.11. Res 78.

Sup. hoc in Res. not. seq.

§.1. Affirmatiuè respondet Sotus *lib.7. q.5. art.3.* Arag. *in 2.2. q.88. art.11.* quia hi Ordines militares non sunt propriè simpliciter Religiones: & idem etiam docet Guttierrez *pract. qq. lib.2. quæst.11. num.2.* Lassarte *de decim. vendit. cap.19. n.92.* Azorius *tom.1. lib.13. cap.3. q.2.* Valentia *tom.3. disp.10. quæst.4. punct.2.* Molina *de primog. Hispan. lib.1. cap.13. num.98.* Molina Theologus *de inst. tom.3. disp.623. num.5.* Gironda *de Gabell. p.7. num.46.* Garsias *de benef. tom.1. p.1. cap.4. num.19.* Parisius *de resign. benef. lib.6. q.2. num.1.* & alij pènes ipsos.

2. Sed aliqui contrariam sententiam probabiliorem esse iudicant. Et ita in terminis docet Lopez *in instr. p.2.* vbi agit de clausibus *cap.9. ad fin.* quia dicti Milites sunt verè Religiosi, vt asserunt Vegha *in sum. tom.1. cap.85. cas.147.* Bobadilla *in polit. tom.1. lib.2. cap.19. num.11.* Auendaño *in cap. prator. lib.2. cap.26. num.11.* Medina *de sacr. hom. contin. lib.4. contr.7. c.39.* Bellugha *in specul. Princ. c.1. rubr.7. n.76.* Menchaca *contr. illustr. lib.3. c.105. num.48.* Cenedo *de paupert. relig. dub.50. num.9.* & nouissimè doctissimus Basilius Poncius *de impedim. matrim. caus. 27. q.2. §.4.*

Sup. hoc in t.8. tr.1. Res. 11. §. Nota vers. & in t.7. tr.1. Res. 99. §. Hoc autè, signâter ad med. & vers. Vere Religiosos. & in aliis multis eius annot. pro parte huius quæst. & lege etiam à lin.2 §.1. huius Res. Et pro vltr. huius §. in §. primo huius anno t.

3. Quid ego sentiam dicam breuiter. Hanc secundam opinionem semper tenui: sed, quia alia est probabilis, puto, Confessarium posse per Bullam Cruciatæ commutare votum Religionis D. Iacobi; Alcantaræ, & Calatrauæ: & ita loquens de Episcopo docet Sanchez *de matr. tom 3. lib.9. disput 9. num.16. & in summa, tom.1. lib.4. cap.40. num.73.* Et ratio est quia, vt Episcopus vel confessarius virtute Bullæ Cruciatæ vel alicuius Iubilei possit commutare aliquod votum, satis est, quòd sit sub opinione an sit reseruatum, necne: sed totum hoc accidit in casu nostro: ergo, &c.

RESOL. C.

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare votum perseuerandi in Religione vt tempore Nouitiatus possit ex iusta causa egredi? Sum. disc. 1. n. 4.

Et in tali casu, an vouens possit egredi, nec aliqua voti commutatione indigere? in 4.

Et notatur votum perseuerandi in Religione non obligare, si bona fide in probatione putet quis sibi eam non esse commodam? Ex part.1. tract.11. Res.79.

§.1. Ego puto sine Bulla Cruciatæ, posse in tali casu vouentem egredi è Religione, nec aliqua voti illius commutatione indigere quia probabilis est illa sententia, vt docet Les. *lib.2. c.41. dub.5. n.46.* quæ asserit, votum perseuerandi in Religione non obligare, si bona fide in probatione putet quis sibi eam non esse accommodam. Ita docuit Sotus *de inst lib.7. quæst.2. art.1. ad 3. verb ex hac autem definitione.* Aragon *in 2.2. q.88. art.5.* Ledesma *in sum. tom.2. tract.10. cap.3. dub.7. c.4.* & alij. 5.1.

2. Et licèt contraria sententia sit probabilior, quam tenet Azorius *p.1 lib.11. cap.22. q.8.* Valentia *tom.3. disp.6. q.6 punct 4 q.4.* Rodriquez *in sum. tom.2. cap.91. n.7.* Roscella *verb. relig.3. num.5.* Angelus *verb Nouit. n.12.* Armil. *eod. verb. num.10.* Sylvester *verb. relig.2. q.19.* & alij. Attamen his, non obstantibus, puto posse Confessarium, virtute Bullæ Cruciatæ commutare votum perseuerandi in Religione. Et ratio est: quia votum perseuerandi in Religione est diuersum à voto Religionis; & Confessarius votum commutans, non commutat votum Religionis, sed qualitatem adiunctam voto, quæ quidem non est Pontifici reseruata. Et ita in terminis loquens de Confessario virtute Bullæ Cruciatæ docet Sanchez *de matr. tom.3. lib.8. disp.15. n.4.* & loquens de Episcopo *in sum. tom.1. lib.4. c.40. n.75.* cum Molfesio *in sum. tom. tract.11. cap.15. n.147.* & Maldero *in 2.2. tract.10. c.5. dub.10. n.8.* & loquens de Iubileo Sanctarellus *in tract. de Iubil. c.10. dub.4.* & Leone etiam *de Iubil. p.2. q.13. sect.3. n.114.*

RESOL. CI.

An votum perseuerandi in Religione sit dispensabile per Bullam Cruciatæ, & Iubileum? Ex part.11. tr.8. & Misc.8. Res.18.

§.1. Negatiuè nominatim contra me respondet Magister Gallego *in Bull. Cruc. c.9. clauſ.9. Rub. part.3. §.2. dub.123.* vbi sic ait; [Supongo lo que enseña el Angelico Dotor en la 2. 2. *quæst.88. artic.4.* adonde pregunta: *Vtrum qui vouit Religionem ingredi, teneatur perpetuo in Religione manere?* Si el que hizo voto de entrar en Religion, tenga obligacion de perseverar en ella: y dize, que como la obligacion del voto depende de la voluntad, è intencion del que la haze, si hizo voto nomas de entrar en Religion no tiene obligacion por fuerza deste voto de perseuerar en ella; pero si hizo voto de perseuerar en ella, le obliga el voto à perseuerar. Las palabras del Santo son: *Si verò vouens intendit se obligare non solum ad ingressum Religionis, sed etiam ad perpetuo remanendum, tenetur perpetuo remanere.*

2. Respondo pues, que el voto de perseverar en Religion, es reseruado al Summo Pontifice, como le es el voto de entrar en Religion, pues ambos son votos absolutos de Religion, y assi como quando vno hizo voto de Religion, es reseruado como consta, assi tambien

tambien quando haze voto de perseuerar en la Religion; porque el objeto de esta promessa y voto, es la Religion, como lo es quando hizo voto de entrar en ella, y tan lexos està de que el perseuerar en la Religion, sea calidad adiuncta, que antes es mas substancial al voto de Religion hazer voto de perseuerar en ella, que hazer voto de entrar: y assi volontariamente, y sin fundamento (como lo verà quien attentamente lo considerare) hablaron los Autores referidos.

3. Y assi como en el voto de entrar en Religion no puede cosa alguna el Obispo, ni el Confessor por la Bula, por ser voto de Religion, que es reseruado; tampoco pueden acerca del voto de perseuerar en la Religion, pues antes este modo de voto perficiona intrinseca, y substancialmente el voto de Religion, en que vn hombre promete entregarse, y darse à Dios en ella. Ita ille.

4. Hanc sententiam puto esse probabilem, sed improbabilem puto censuram quam Magister Gallego præbet sententiæ affirmatiuæ, nempe esse sententiam voluntariam, & sine fundamento, cùm illam doceant tot viri doctissimi ab ipso adducti, quibus ego addo me citato Martinum de San Ioseph *in Mon Confess t. 1. lib. 2. tract. 14. de Indulgent. num* 11. & me citato Leandrum *de Sacram. tom. 1 tract. 5. d. 14. quæst. 147.* & me citato Pasqualigum *de Iub. dec. 320.* Andream Mendo *in Bull. Cruc. disput. 26. cap. 12. num. 135.* Escobar *in Theol. mor. tom. 1. lib. 7. sect. 2. c. 34. probl. 93. num. 742.* Moronum *resp. 47. num. 403.* & doctum, ac amicissimum Patrem Georgium Gobat *de Iubil. c. 41. q. 112. num. 319.* & alios penes ipsos.

5. Probatur hæc opinio, quia votum perseuerandi in Religione est diuersum à voto Religionis; nam votum Religionis habet pro obiecto, seu materia assumptionem status Religiosi: votum autem perseuerandi in Religione supponit assumptionem talis status, & habet pro materia durationem, & permanentiam ipsius, quæ est qualitas quædam talis status. Vnde ex eo, quod votum Religionis sit reseruatum, non sit, quod sit reseruatum etiam votum perseuerandi, nam reseruatio, vt toties dictum est, tanquam odiosa strictè est accipienda. Confirmatur. Status gratiæ supernaturalis, in quo quis iustificatur, & constituitur filius Dei, est diuersus à perseuerantia in eodem statu. Vnde Concilium Tridentinum *sess 6. cap. 13. & Canon. 13.* definit esse magnum donum Dei, quod iam iustificatis conceditur. Ergo status quoque Religionis, & perseuerantia in ipso erunt diuersa: & consequenter etiam vota, cùm sint de materia diuersa.

6. Confirmatur secundò, Votum Religionis non obligat absolutè ad perseuerandum, sed tantùm ad assumendum habitum, & relinquit locum, vt possit nouitius tempore deponi, si adsit rationabilis causa, vt cum Diuo Thoma 2. 2. *quæst.* 189. *art.* 4. docent communiter. Ergo, cùm votum perseuerandi induceat diuersam obligationem, erit etiam diuersum à voto Religionis, & proinde non erit etiam reseruatum ex eo quod sit reseruatum votum Religionis. Vnde ex his omnibus patet responsio ad rationes, quas pro sua opinione adduxit Magister Gallego *vbi suprà*, & ideò nostram sententiam existimo probabiliorem, & communiorem.

RESOL. CII.

An virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi possit commutari votum virginitatis seruandæ? si non constet de intentione vouentis, an intellexerit de virginitate perpetua?

Ex parte 11. tractatu 8. & Miscellanea 8. Resolutione 15.

§. 1. EGo ex Sanchez olim negatiuè respondi, & Leand. *de Sacrament. tomo 1. tractatu 5. disputatione 14. quæstione 113.* me citato iudicat non posse commutari hoc votum per Bullam, quia opus erat ad hanc commutationem, vt vouens expressè noluisset se obligare ad integram castitatem seruandam. Et verba Leandri sunt hæc, An virtute Bullæ, aut Iubilei possit commutari votum virginitatis seruandæ? Respondeo. Non posse: nisi casu quo expressè noluerit vouens se ad castitatem obligare, sed ad solam corporis integritatem seruandam, consistentem in abstinentia à primo actu luxuriæ, per quem virginitas deperditur; quia quando hæc expressa intentio non reperitur, est votum absolutum castitatis; ac proinde incommutabile vi Bullæ, aut Iubilei. Sup. hoc inf. Res. seq. & in alio vers. eius primo annot.

2. Verum non desinam hic adnotare, supradicta ingerere difficultatem docto Patri Andreæ Mendo *in Bulla Cruciatæ, disputat. 26. cap. 10. num. 107.* nam communi modo vouendi, & loquendi in hac materia, standum est, dum de contraria intentione non constat. Communis autem videtur esse, vt sola abstinentia à primo actu venereo, quo virginitas amittitur, promittatur. Etsi enim vt aiebat Sanctus Isidorus Hispalensis *lib. sentent. capit. 40.* virgo carne, non mente, nullum præmium habet in repromissione; hoc est, non habet virginitatis laureolam, attamen res est Deo placens ea abstinentia à primo actu venereo, & separabilis ab integritate castitas, vnde promitti Deo potest. Aliunde autem ea abstinentia est, quæ nuncupatur communiter virginitas, ideoque fœmina iudicatur virgo, quæ clausturm virginitatis seruat illæsum, quamuis aliis actibus contra castitatem consenserit, id ergo, quod communiter vocatur virginitas, videtur promitti in voto virginitatis nudè sumpto. Confirmatur, quia promittens virginitatem, quam adhuc non amisit, quid diuersum à castitate censetur promittere, aliàs promitteret tunc castitatem perfectam, siquidem in voto castitatis emisso à virgine, etiam includitur votum virginitatis, ergo in eo voto non promittit absolute castitatem. Hæc omnia Mendo.

RESOL. CIII.

An Confessarius virtute Cruciatæ possit commutare votum virginitatis, quando constat non esse votum Castitatis, sed integritatis corporis seruandæ?

Et an in tali casu possit Episcopus dispensare?

Et quid est dicendum, quando quis emisit votum virginitatis, & dubius est de intentione, an scilicet fuisset ad solam à primo actu venereo abstinentiam, an in tali casu nec Confessarius per Bullam, nec Episcopus possit dispensare? Ex p. 1, tr. 11. Res. 60.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Sanchez *de matrimon. tom. 3. lib. 8. disputat. 15. num. 4.* quia emittens tale votum non vult expressè ad castitatem se obligare; sed tantùm ad corporis integritatem seruandam, consistentem in abstinentia à primo luxuriæ actu, per quem virginitas deperditur. Sup. hoc in Res. præterita, & in t. 7, tr. 1. ex lata doctrina Res. 267. §. Sed ego ad medium, ver. Vnde.

2. Et ita in tali voto potest Episcopus dispensare, vt notauit Azorius *part. 1. lib. 11. cap. 19. quæst. 14.* Barbosa *de potest. Episcop part. 2. alleg. 37. num. 16.* Sayrus *in claui regia, lib. 6. cap. 11. num. 55.* Graffius *in decis. part. 1. lib. 2. c. 31. n. 31.* Portel. *in add. ad dub. regul. verb. voti dispensatio, n. 78.* Güttierr. *de matrim. c. 123. num 8.* & alij.

3. Notandum est verò, quòd quando aliquis emisit votum virginitatis, & dubius est de intentione; an, scilicet, vouerit ad solam à primo actu venereo abstinentiam, vt *suprà* diximus; in tali casu nec Confessarius Sup. hoc in tom. 8. tr. 4. Res. 25.

fessarius per Bullam, neque Episcopus poterit dispensare, aut commutare; quia tunc tale votum censetur votum continentiæ absolutum, vt notauit Sanchez *in sum. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 21. *n.* 42.

RESOL. CIV.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum Castitatis, quando fuit emissum pro tempore limitato?

Et an in tali voto possit Episcopus dispensare? Ex p. 1. tract. 11. Resol. 57.

Sup. hoc in t. 7. tr. 1. ex lata doctrina Resol. 267. §. Sed ego, ad medium vers. Vide.

§. 1. Affirmatiuè Respondeo, & ita docet Sanchez *de matr. tom.* 3. *lib.* 8. *disput.* 15. *num.* 4. Henriq. *lib.* 7. *cap.* 30. *num.* 6. Vega *tom.* 2. *cap.* 129 *cas.* 34. Villalobos *in summa, tom.* 1. *tract.* 27. *claus.* 9. §. 3. *num.* 42. Nugnus *in* 3. *part. tom.* 2. *tract. de Bulla Cruc.* §. 11. Fernandez *in exam. Theol. part.* 3. *cap.* 9 *sect.* 2. §. 17. *num.* 8. Guttierrez *de matrim. cap.* 123. *num.* 6. Acosta *in Bull. q.* 73. & alij: quia non est votum perfectum, & absolutum castitatis.

2. Et ideò in tali voto potest Episcopus dispensare, vt notauit Azorius *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 19. *quæst.* 6. Gomez *in exposit. Bullæ Cruciatæ, claus.* 10. *num.* 109. Graffius *in decis. part.* 1. *lib.* 2 *cap.* 31. *num.* 29. Ioan. de la Cruz *in direct. conf. p.* 1. *præcep.* 2. *art.* 2. *dub.* 10. *concl.* 3. Zanardus *in direct. Theolog. part.* 2. *cap.* 52. Guttierrez *qq. canon. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 48. Toletus *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 11. Valentia *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 6. *punct.* 7. Paludanus *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 4. *art.* 4. *n.* 43. Lessius *lib.* 2. *c.* 40. *dub.* 18. *num.* 123. Malderus *in* 2. 2. *tract.* 10. *c.* 5. *dub.* 10. & alij.

RESOL. CV.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum Castitatis, quando diuersis votis varia ad Castitatem pertinentia sunt promissa, itavt ex omnibus illis iunctis consurgat obligatio ad perfectam Castitatem?

Et an in dicto casu Episcopus dispensare possit? Ex part. 1. tract. 11. Resol. 67.

§. 1. Respondet affirmatiuè Sanchez *in sum. tom.* 1. *lib* 4. *cap.* 40. *num.* 68. vt, si quispiam semel (ait ille) promisit, se non initurum matrimonium; & iterum, se nullum peccatum venereum admissurum: quia in quolibet horum potest Episcopus dispensare, vtpote, quod perfectè votum castitatis non est, ergo potest in omnibus simul, nam vota posteriora se habent per accidens ad prius. Ita Sanchez, loquitur de Episcopo, & nos per consequens de Confessario, qui virtute Bullæ Cruciatæ commutat.

2. Notandum est verò, quòd supradictam sententiam limitat Sanchez, nisi vltimum votum, quo castitas perfecta completur, consultò vouens fecerit, vt tali perfecta castitate ligatus maneat, quippe tunc censetur priora cum hoc posteriori coniungere: & ideò perfecto castitatis voto obstrictus remanet: vnde nec Episcopus dispensare, nec Confessarius virtute Cruciatæ commutare potest.

RESOL. CVI.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum Castitatis, seu Religionis emissum à persona alterius potestatis subiecta, vt à coniugata seruo, vel filio, sine licentia viri, domini, vel patris?

Et an in tali casu, & cum supradictis personis possit Episcopus dispensare?

Et docetur, quod pater, vir, & dominus possunt talia vota irritare. Ex parte 1. tractatu 11. Resolutione 84.

§. 1. Affirmatiuè respondet Guttierrez *qq. can. lib.* 2. *c.* 22. *n.* 49. loquens de Episcopo: & per consequens idem posset Confessarius virtute Bullæ. Et ratio est: quia pater vir, dominus, possunt talia vota irritare: ergo poterit & Episcopus dispensare, & Confessarius per Bullam commutare.

2. Sed contrariam sententiam tuetur Sanchez *de matrim. tom.* 3. *lib* 8. *disp.* 9. *n.* 4. & post illum Suarez *de relig. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 26. *n.* 3. & Malderus *in* 2. 2. *tr.* 10. *c.* 5. *dub.* 10. *num.* 11. quia cùm hæc potestas sit diuersa, & diuersa principia habeat, non sequitur, quòd ex vna ad alteram argumentum deduci debeat. Et Pontifex reseruando talia vota, intendit derogare potestati dominatiuæ, quam habet pater, vir, & dominus super filium, vxorem, & seruum, secùs autem dicendum est de potestate dispensandi.

RESOL. CVII.

Si quis adstrictus voto Castitatis ad nuptias transeat, an possit Confessarius virtute Bullæ commutare tale votum, vt possit petere debitum?

Et an in tali casu de iure communi, vel vigore consuetudinis competat Episcopo in tali voto dispensare?

Et mortua coniuge, an tota voti obligatio remittatur? Ex p. 1. tract. 11. Resol. 66.

§. 1. Affirmatiuè respondet Viualdus *in candel p.* 3. *cap.* 14. *numero* 41. negatiuam verò sententiam docet Sanchez *in summa, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 54. *num.* 20.

2. Sed dices: Episcopus potest dispensare in tali voto ad petendum debitum: ergo & Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ. Antecedens probatur ex Angelo *verb. matrimonium*, 3. *impediment.* 5. *numero* 3. Tabiena *verb imped. impedim.* 2 *quæstione* 5. Valentia *tom.* 2. *disput.* 10. *quæst.* 5. *punct.* 5. Henriquez *lib.* 12. *cap.* 2. *num.* 9. Sà *verb. debitum coniugale, num* 4. Graffio *in decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 82. *num.* 5. Toleto *lib.* 7. *c.* 14. *num.* 4. Rodriquez *in Bulla Cruciatæ*, §. 9. *numero* 119. & aliis. Consequentia patet ex dictis infrà *in Resp.* Ergo, &c.

3. Sed ad hoc argumentum respondeo, quòd licèt Confessarius possit commutare vota, quæ potest Episcopus; id intelligendum est de votis, quæ Episcopus commutat iure ordinario, & ex natura reseruationis; non autem si talia vota commutaret iure speciali, aut per consuetudinem, vt est in casu nostro: ergo, &c. Et ita docent Doctores, quando Episcopus dispensat ad petendum debitum cum illo, qui contraxit matrimonium cum voto castitatis; id non facere, quia de iure communi hoc sibi competit, vt notat Azorius *tom.* 1. *lib.* 11. *cap.* 19. *quæst.* 8. Toletus *lib.* 4. *c.* 18. *num.* 1. *diffic.* 2. Graffius *in decis. par.* 1. *lib.* 1. *c.* 13. *num.* 80. Guttierrez *qq. can. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 17. & alij, sed id facit vigore consuetudinis, quæ hanc iurisdictionem ei concessit, vt notauit Sanchez *vbi suprà, in sum. lib.* 4. *cap.* 54. *num.* 20.

4. Notandum est verò, in tali casu Episcopum non relaxare simpliciter votum, sed solùm ex parte, & secundum quid; nempe ad solum petendum debitum: & ideò mortua coniuge tota voti obligatio remansit, vt notat Faust. *in thes. relig. lib.* 3. *q.* 91. *n.* 3. & alij.

RESOL.

RESOL. CVIII.

An per Bullam sit commutabile votum Castitatis coniugalis?

Et an ita vouens possit inire matrimonium?

Et an in tali voto possit etiam Episcopus dispensare? Ex p.1.tract.11.Resol.82.

Et ad literam in Resol.81. eiusdem tract. Sed quia in prima Resol. hic assignata sunt duo authores plus quam in secunda, ideo prima hic transcribitur.

§.1. REspondeo affirmatiuè cum Henriquez *in sum. lib.7. cap.30. n.7.* quia hoc votum non est votum castitatis absolutum, sed partis: nam ita vouens, potest inire matrimonium.

2. Et in tali voto dispensat Episcopus, vt notauit Sanch. *in summ. tom.1. lib.4. cap.40. num.10. & de matr. tom.1. lib.8. disp.9. n.7.* Sanctarellus *de Iubil. c.9. dub.3.* Leone etiam *de Iubil. p.2. quæst.13. sect.2. numero 103.* & alij.

RESOL. CIX.

An Confessarius virtute Cruciatæ possit commutare votum Castitatis vxoris, vel viri tempore matrimonij consummati emissum?

Et an in tali voto possit Episcopus dispensare?

Et an tale votum non obliget ad non reddendum debitum?

Et notatur dictam commutationem virtute Cruciatæ ad petendum debitum durare durante matrimonio; nam illo soluto, ita vouens tenetur seruare votum simplicis Castitatis, nisi à Summo Pontifice obtineat dispensationem? Ex p.1.tract.11.Resol.70.

§.1. REspondeo affirmatiuè, dummodo tale votum fuerit factum ab vxore, vel à marito, sine consensu reciproco. Et ratio est: quia, vt notat Guttierez *pp. canon. lib 1. c.22. num.19.* Aragon. *in 2.2. quæst.88. art.8. dub.vlt.* Stunica *de voto, quæst.3. num.64.* Rodriquez *in sum. tom.1. cap.90. n.6. in fin.* & alij potest Episcopus in tali voto dispensare: ergo poterit Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ.

2. Notandum est etiam pro Confessariis, quòd, cùm tale votum non sit omnimodæ castitatis non obligat ad non reddendum, etiam quando redditio est voluntaria propter alterius coniugis adulterium, aut diuortium, vt probat Sanchez *de matr. tom.3. l.9. disp.35. n.16.* & alij.

3. Igitur tale votum commutet Confessarius per Cruciatam, cùm non sit votum omnimodæ continentiæ, cum ad non reddendum debitum obligare nequeat: & ideò per Bullam est commutabile. Vide sequentia §. vltimo Resol.107.

RESOL. CX.

An per Bullam Cruciatæ Confessarius possit commutare votum Castitatis emissum cum licentia alterius coniugis?

Et an ita vouens, siue ante, siue post consummationem matrimonij teneatur reddere debitum?

Et an tale votum possit ab Episcopo dispensari?

Et quid est dicendum, quando vterque coniux continentiam vouit absque alterius licentia, vel quando vterque seorsum continentiam vouit, habita tamen ab altero licentia?

Et quid, si vterque communi consensu continentiam vouerit per modum contractus, & reciprocæ conuentionis?

Et an Episcopus in supradictis casibus non possit eam istis coniugatis dispensare, & per consequens neque Confessarius per Bullam Cruciatæ?

Et notatur, quod si prædicti coniuges, qui ita vouerent, remitterent sibi ad inuicem renunciationem illam iuris petendi, & reddendi debitum, quam vouendo fecerunt, licet remissio fuerit sacrilega contra votum, esset tamen valida, & teneretur vterque reddere debitum alteri petenti, & poterit tunc Episcopus dispensare ad petendum debitum, & per consequens etiam Confessarius vigore Cruciatæ? Ex p.1.tr.11. Resol.82.

§.1. REspondetur affirmatiuè: & ita, loquens. de Episcopo, docet Rodriquez *in sum.to.1.c.243. n.14.* & Vegha *in sum tom.2. c.129. cas.77.*

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. Resol. 219. à lin. 5. pro Episcopo.

2. Sed Sanchez *in sum. tom.1. lib.4. cap.40.* limitat hanc sententiam, quando ita vouens non haberet animum ingrediendi Religionem: nam, si tale votum absque animo ingressus Religionis factum sit, siue ante, siue post consummationem matrimonij putat, posse Episcopum in eo voto dispensare: quia non est votum omnimodæ castitatis: sed partis: & eo non obstante, tenetur ita vouens reddere debitum & potest reddere, licèt alter in adulterium incidat. Et per consequens potest Confessarius, virtute Bullæ Cruciatæ: tale votum commutare, vt docet idem Sanchez *de matrim. tom.3. lib.8. disputat.15. num.7.*

Sup. hoc in Resol. præscripta §. 2. & in alio eius not.

3. Et hæc doctrina procedit etiam, quando vterque coniux continentiam vouit absque alterius licentia; vel quando vterque seorsum continentiam vouit, habita tamen ab altero licentia: secus autem, si vterque communi consensu continentiam voueret per modum contractus, ac reciprocæ conuentionis: Facio vt facias, quia ita vouentes obligant se ad votum absolutæ & integræ Castitatis: vnde non possunt, nec reddere, nec petere debitum.

Sup. hoc in tom.2. tr.6. Resol.219.§.1. & hic inf. in Resol. seq. ad lin.4. vers. Imo.

4. Ideò dicendum est, non posse Episcopum dispensare cum istis coniugatis, & per consequens neque Confessarios per Bullam. Et ita notauit Sanchez, *vbi suprà, tom.3. lib.8. disp.11. num.7. & seq.* Molfesius *in summa tom.1. tract.11. cap.15. num.123. & seq.* Quòd si coniuges prædicti, qui ita vouerunt, remitterent sibi ad inuicem renunciationem illam iuris petendi, & reddendi debitum, quam vouendo fecerunt, & sibi conferrent iterum potestatem suorum corporum, licèt remissio esset sacrilega contra votum, esset tamen valida; & teneretur vterque reddere debitum alteri petenti; & poterit tunc Episcopus dispensare ad petendum debitum absque peccato. Ita Sanchez *in summ. tom.1. lib.4. cap.40. numero 61.* qui etiam *tom.3. de matr. lib.8. disputat.5. numero 7.* docuit, quod est valdè notandum à Confessariis, posse illos, virtute Bullæ Cruciatæ, commutare vota castitatis emissa à coniugatis in his omnibus casibus, in quibus, eò quòd deficiant à ratione voti castitatis perfecta Episcopi possunt illa dispensare; quia in his casibus non sunt vota absoluta castitatis; & ideò per Cruciatam sunt commutabilia. Ex quo principio deduces resolutionem multorum casuum.

Sup. hoc quod hic docetur in §.1. not. præteritæ, propè fin. vers. Cõmutationem huius voti, & in vers. dictæ annot. præteritæ.

RESOL. CXI.

An per Bullam possit Confessarius commutare votum non petenti debitum, etiam si tale votum fuerit emissum ex alterius coniugis licentia?

Et quid si vterque coniux communi consensu vouerit, nec petere, nec reddere debitum?
Et an Episcopus possit tale votum commutare? Ex p.1. tr.11.Resol.58.

§.1. POsse arbitratur Rodriquez *in sum. tom.2.c.90. n.3.*& Sanchez *de matrim tom.3. lib.8. disp.15. n.4.*etiamsi tale votum fuisset emissum ex alterius coniugis licentia. Imò, si vterque coniux communi consensu vouerit, nec petere, nec reddere: quæ omnia sunt valdè notanda, & in praxi occurrentia. Et ratio est: quia supradicta vota non sunt vota integræ castitatis, sed partis: ergo per Bullam sunt commutabilia. Nec refert, si communi consensu nec petere, nec reddere debitum vouissent, quia adhuc non est votum integræ castitatis: relinquitur enim libertas transeundi ad secundas nuptias.

Sup. hoc in Resol. præterita §. Et hęc, id med. vers. Secus autem, & in tom. 2. tr.6. Resol. 29.§1.

2. Et ideò etiam Episcopus potest illa commutare, vt docet Azorius *par.1. lib.11. c.19. q.6.* Palatius *in 4. dist.38. disp.2.* Sà *verb.votum*, vbi de irritatione, *n 11. in fin.* Malderus *in 2. 2. tract.10. cap.5. dub.10.* Lessius *lib.2. cap.40. dub.18. num. 121.* & alij, quos inuenies apud Sanctarellum *de Iubil. cap.6. dub.6.* & nouissimè idem docet Ioan. de la Cruz *in direct. cons. p.1. præc.2. art.2.dub.10. concl 3.*

RESOL. CXII.

An votum non nubendi sit per Bullam dispensabile?
Et an tale votum possit Episcopus commutare?
Et quid, si tale votum fuisset emissum in fauorem alterius coniugis id petentis propter filiorum bonum & vt eius amor, nomen, honor, & amicitia cum eius consanguineis conseruaretur? Ex p.1. tr.11. Resol.59.

§.1. REspondeo affirmatiuè: ita Henriquez *lib.7. c.30.n.*. Fernandez *in exam. Theol mor. par.3. c.9 sect.2. §.17 n.8.* Nugnus *in 3.p. tom.2 tract.de Bulla Cruc.§.11.* Acosta *in Bull.q.71.* Sanchez *de matr.tom.3. lib.8. disp.15.n.4.* quia non est votum absolutum castitatis.

2. Limitat tamen hoc, idem *disp.9. n.12.* nisi tale votum fuisset emissum in fauorem alterius coniugis id petentis, propter filiorum bonum, & vt eius amor, nomen, honos, amicitia cum eius consanguineis conseruetur: nam in hoc, cùm tale votum sit factum in fauorem tertij, Confessarius per Bullam non posset illud commutare, nisi coniux remittat ius sibi acquisitum, & ab illo acceptatum.

3. Extra verò hunc casum poterit Confessarius commutare, sicuti & Episcopus, vt docent Barbosa *de potestat. Episc. part.2. allegat.37. n.m.17.* Portel. *in addit ad dub regul. verb. voti dispensatio*, 78. Vgolinus *de potest.Episc. c.58 §.8. n.3.* Ioan de la Cruz *in direct. cons.part.1.præcept.2. art.2.dub.10.concl.*. Guttierrez *de matr. c 123. n 9.* Sanchez *in sum.tom.1 lib.4 c.4. n.66.* Graffius *par.1 lib.2.c.31.n.29.&* 21.Sà *verb.votum*, vbi de irritatione *n.11.* Azor.*tom.1.lib.11.c.18.q.5.* Sylvester *verb vot 4 q.4.* Rosella *verb imped.4. n.3.* Armilla *verb. dispensare, n.18* Guttierrez *can.qq lib.2.c.12.n.49* quidquid in contrarium asserat Caietanus *tom.1. Opusc. tract 11.de voto nubendi, q.1.* Valentia *tom 4 disp.10.q.5. punct.4.concl.4.* Nauarrus, & Angelus apud Guttierrez *vbi supra*, aduersùs quos Henriq. *vbi supra, lib.7. c.30. n.6.in Glossa, litt.D* sic asserit: [Caietanus de voto non nubendi, putat reseruatum esse Papæ; quia est perpetuum, & reducitur ad votum castitatis: sed falsò; quia fornicans contra tale votum non peccat contra votum castitatis.] Hæc ille: & vere quidem; sed cum limitatione, de qua *supra* loquendo de commutatione per Bullam diximus; vt rectè notauit Malderus *in 2. 2. tractat.10.c.1.dub.10.* & Lessius *lib.2. cap.40. dub.18. num.124.*

RESOL. CXIII.

An Confessarius per Bullam possit commutare vota non fornicandi, non tenendæ certæ mulieris, non committendi actum mollitiei, aut abstinendi ab alio, actu venereo?
Et an in talibus votis possit Episcopus dispensare? Ex p.1. tr.11.Resol.61.

§.1. REspondeo affirmatiuè cum Fernand. *in exam. Theol.moral.p.3.c.9.sect.2. §.17.n.8.* & ideo in his votis potest Episcopus dispensare, vt notauit Barbosa *de potest. Episc p.2. alleg.37. num.15.* Molfesius *in sum. tom.1 tr.11. c.15.n.50.* Lessius *lib.1. cap.40. dub.18. n.105.* Graffius *in decis.p.1.lib.2.c.31. num.30.* Portel *in add.ad dub.regul.verb. voti dispensatio, n.78.* Vgolinus *de potest.Episc. cap 58.num.3.* Reginaldus *tom.2.lib.18. cap.22.n.33.*& alij. Et ratio est quia talia vota non sunt vota perfectæ castitatis; & ideò per Bullam sunt commutabilia.

RESOL. CXIV.

An per Bullam Cruciatæ possit Confessarius commutare votum disiunctiuum, cuius altera pars est reseruata, vt si aliquis diceret, vouco Castitatem & Ordinem sacrum?
Et an Episcopus possit dispensare supradicta vota disiunctiua? Ex p.1.tr.11.Resol.63.

§.1. REspondeo affirmatiuè cum Sanchez *de matr. tom.3.lib.8. disp.15. n 4.* quia ita vouenti integrum est, illam partem eligere quam potest Confessarius per Bullam Cruciatæ commutare: nam in alternatiuis sufficit alterum impleri: ergo tale votum non potest appellari simpliciter votum Castitatis, seu Religionis. Et ita docet Lessius *lib.2. cap.40. dub.13. num.106.* Suar.*de Relig. tom 2. lib.6. cap.14. num.1.&* 2. Reginaldus *in praxi, tom.2. lib.18. num.338.* Molfes.*in sum. tom 1 tract.11. cap.15.n.143.* Filliuc. *tom.2.tract.26. c.9 n.272.*

2. Et ideò potest Episcopus dispensare super dicta vota disiunctiua, vt docet Azorius *p.1. lib.11. cap.10. quæst.10.* Sanchez *de matrim.tom.3.lib.8.disp.9.num.14.* & alij.

RESOL. CXV.

An in casu posito supra, quando emittitur votum disiunctiuum, nempe vouco Castitatem, vel suscipere Ordines sacros? an si vouens statuerit postea non ordinari, ex vi voti determinate obligetur ad Castitatem, ita vt Confessarius non possit amplius votum illud virtute Cruciatæ commutare?
Et an in tali casu possit Episcopus dispensare? Ex part.1. tr.11. Resol.65.

§.1. NOn posse tale votum commutari censuit Sanctarell. *de Iubil c.9. dub.3.* Leone *tr. de Iubil. p.2 q.1 sect.1.n.92.* Filliuc. *tom.2. tract.26. c.9.num.272.* Suarez *de relig.tom.2. lib.6.c.24. n.3.* Sanchez *de matr. tom.3. lib.8. disp.9. n.14.* vbi putant quòd si ita vouens statuat ad Ordines non promoueri eligens reliquam voti partem, ad quam se astrinxerat, non posse Episcopum, & per consequens neque Confessarium, per Bullam Cruciatæ tale votum ampliùs commutare: quia ex

ex vi voti iam tenetur ad castitatem, quæ reseruata est; sicut in humanis debitor alternatiuus non potest resilire, si creditori declaret quam partem eligat *ex reg. iur. in 6.* Sed eo ipso, quod in corde statuit ita vouens illam partem voti eligere, illud propositum satis Deo indicatum fuit, qui corda hominum videt. Ergo, &c.

2. Non reticebo tamen, multùm probabiliter contrariam sententiam docuisse Malderum *in 2.2. tract. 10. c. 15. dub. 10.* quia, vt ipse asserit, etiam homini facta talis insinuatio, modò non efficiatur per modum promissionis, vel pacti ex natura rei, & ex iure naturæ, non videtur obligare, vt re adhuc integra à tali electione debitor non possit resilire, quidquid sit de iure positiuo. Deinde, etiamsi nudum propositum Deus videat, non tamen proponendo censemur Deo loqui, aut ei indicare nostrum propositum. Quare probabile videtur, tale propositum, & electionis decretum, quando noua non accedit promissio, ita adhuc posse arbitrio vouentis mutari, vt reus facti voti non sit futurus, si variet, & alteram partem postmodum eligat siue ea præstantior, siue minùs præstans fuerit, adeóque semper poterit in talibus Episcopus dispensare. Ita Malderus, quod etiam de Confessario virtute Bullæ Cruciatæ dicendum est; si hanc sententiam sequi velit Confessarius.

RESOL. CXVI.

An qui emisit votum disiunctiuum, v. g. Castitatis, aut ieiunij, si elegit votum reseruatum Castitatis, possit adhuc commutari per Bullam Cruciatæ, vel per Iubileum?

Et notatur votum Castitatis metu leui emissum posse commutari virtute Cruciatæ, aut Iubilei? Ex p. 11. tract. 8. & Misc. 8. Res. 17.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet nouissimè Magister Gallego *in Bull. Cruc. cap. 9. clauſ. 9. par. 3. dub. 156.* vbi sic ait. [Aduiertase, que el que hizo semejante voto disiunctiuo, si huuiesse eligido ya vna parte reseruada, no se podrà comutar, porque ya por fuerza del voto està obligado à guardar castidad que es reseruada,

2. Esto enseña tambien Tomas Sanchez *lib. 8. de matrimonio, disp. 9. 3 en la suma lib. 4. cap. 40. 3* Bonacina *sobre el segundo precepto del Decalogo, disp. 14. quæst. 2. punct. 7. 4.* Fagundez *sobre el mismo precepto lib. 2. c. 43.* Azor *tom. 1. lib. 11. cap. 20. quæst. 10.* Santarello *de Iubileo, quæst. 8. sect. 1.* Sayro *in Clani Regia lib. 6. cap. 11.* Egidio Trullench *sobre el Decalogo lib. 2. cap. 2. dub. 39.* Y no vale lo que dize Maldero en la 2. 2. *tractat. 10. cap. 15. dub. 10.* que este tal despues de auer excogido la materia reseruada, se puede arrepentir, y elegir la otra. Digo que no vale porque el poderse arrepentir, no quita que no aya excogido por voto la materia reseruada, y vna vez escogida, no està en su mano (aunque si el arrepentirse) que no sea materia reseruada ya votada, y assi no se le podrà comutar vna vez escogida la reseruada, con lo qual queda respondido à lo que dize Andreas Mendo *de la Bula dispuet. 26. capit. 10.* el qual sigue la sentencia de Maldero, y tambien la sigue Bardi en el lugar alegado.] Ita ille.

3. Sed affirmatiuæ sententiæ adhæreo, & præter Bardi & Mendo illam docet me citato Leander *de sacramen tom. 1. tract. 5. disp. 14. quæst. 43.* & me citato Quintanaduenas *de Iubil. diuis. hebdomadar. cap. 12. num. 15.* & me citato Pater Escobar *in theol. moral. tom. 1. lib. 7. sect. 2. cap. 34. probl. 81. numero 705.* asserens in casu proposito; Vouens etiamsi elegerit votum reseruatum commutari posse Indulto Cruciatæ, modo de nouo non promittat illud quod eligit. Quia si ex vi primæ promissionis potest eligere non reseruatum, dum de nouo quòd eligit, non promittit, adhuc poterit variare. Fateor huiusmodi electionis varietatem ex leuitate animi ortum habere, assero tamen non impedire, dum non additur nouæ promissionis confirmatio, quominus votum disiunctiuum valeat commutari, ex iure quod vouens habet eligendi, quod reseruatum minimè existit.

4. Hanc etiam sententiam tenent Suarez *tom. 2. de relig. lib. 6. de voto c. 24. num. 3.* Layman *lib. 4. theolog. moral. tract 4. cap. 8. num. 12.* Filliucius *tract. 26. cap. 10. num. 272.* Palaus *par. 3. oper. mor. disp. 2. punct. 11. num. 6.* Bossius *sect. 2. de Iubil. cas. 11. num. 7* Moronus *respons. 98. num. 376. & 377.* & ita ego iterum sentio casu quo eligens eam partem non promiserit illam de nouo, itaut votum sit iam materiæ reseruatæ absolutum, ac determinatum. Etenim hoc votum in emissione sui non fuit reseruatum, ergò dum non renouatur, non potest fieri ab eligente partem reseruatam, esse reseruatum. Quod enim in radice imperfectum est, ideoque non reseruatum, semper secum fert eam imperfectionem; nec potest quis efficere, vt illudmet votum in reseruatum, & perfectum transeat. Sicut votum pœnale, & merè conditionale, quamuis maneat absolutum, & determinatum apposita conditione, non esse reseruatum diximus ob similem rationem

5. Nec obstat in humanis debitorem in alternatiuis non posse resilire, si vnam partem elegerit. Nam hoc dumtaxat probat, sicut in humanis tenetur quis ad eam partem à se electam præstandam, ita in voto teneri eligentem ad præstandam materiam à se electam quod non inficiamur, sed asserimus hanc obligationem posse commutari, sicut in humanis ea obligatio posset à creditore commutari, & relaxari. Instaturque, nam in humanis debitor sub conditione tenetur præstare debitum, conditione impleta, sicut in voto conditionato tenetur vouens exequi rem promissam, impleta conditione, & tamen non exinde probatur hoc votum conditionatum non posse commutari. Ratio à priori est, quia in humanis attenditur ad obligationem, ex qua vtilitas oritur creditori, at in votis attenditur ad eorum perfectionem in prima emissione, vt inde dignoscatur, an sint reseruata, necne.

6. Nota verò quod post hæc scripta inueni Patrem Pasqualigum nostram sententiam docere *de Iubileo decis. 299. num. 4.* quia ait ipse, electio materiæ facta per propositum quantumuis efficax, non immutat rationem voti præcedentis. Ergo si prius erat commutabile, & dispensabile, erit etiam facta electione, quia non potest transire de non reseruato ad esse reseruatum, nisi mutetur in ratione voti. Antecedens probatur. Propositum aduenies, quo eligitur materia reseruata non est aliqua promissio, quæ fiat Deo, neque ponit aliquam obligationem nouam, quia obligatio voti est ad alterum, nam debet transferre ad ipsum voluntatem se obligandi, Propositum autem non est ad alterum, sed est sola deliberatio, qua proponens apud se deliberat de eo, quod facere vult.

7. Confirmatur. Eo ipso, quod propositum non inducit aliquam nouam promissionem, & obligationem votum remanet imperfectum in ratione voti, sicuti erat antea, nam licet sit determinatum ratione propositi, non est tamen determinatum in ratione voti, & promissionis, atque adeo nec in ratione obligationis. Rursus materia vori non est pura Castitas, aut Religio, sed mixta cum materia alterius partis alternatiuæ, quia vt terminat promissionem dicit vtramque partem, & solum vnicam partem alternatiuæ, vt terminat

propositum. Ergo, cùm votum in ratione voti remaneat cum eadem imperfectione, quam habebat ante electionem, & cum eadem mixtione materiæ, erit dispensabile, & commutabile, sicut erat ante electionem. Hæc omnia Pasqualigus, ex quibus patet responsio ad argumentum Magistri Gallego.

Sup. hoc sup. in Res. 94. & infr. in Res. 119. §. vlt. & inferius in tr. 4. Res. 17.

8. Nota hic obiter votum castitatis metu leui emissum posse commutari virtute Cruciatæ, & Iubilæi. Ita me citato Pasqualigus *decis.* 302. *num.* 4. & me citato Quintanaduenas *num.* 14. & me citato Escobar *probl.* 89. *num.* 730. & me citato Mendo *num.* 113. & me citato Leander *de Sacrament. tom.* 1. *tractat.* 5. *disputat.* 14. *quæst.* 107.

RESOL. CXVII.

An votum disiunctiuum Religionis, vel perfectæ Castitatis sit per Bullam Cruciatæ, vel Iubilæum dispensabile? Ex p. 1. tract. 7. & Misc. 7. Res. 17.

Dixit in Resolutionibus quę hîc sunt supra 114. 115. & 116. late, & inf. in Resp. seq. eius not. 2.

§. 1. DE votis disiunctiuis, quando vna pars est reseruata, & alia non, ego plura dixi *in tract. de Bulla Cruciatæ*, & nouissimè me citato dixit Leander *de Sacrament. tom.* 1. *tract.* 5. *disput* 14. *quæst.* 112. *cum sequenti.* Sed difficultas est in casu proposito, nam vtraque pars voti reseruata est, & hoc non obstante affirmatiuè respondet Pater Pasqualigus *in praxi de Iubilæo quæst.* 301. *num.* 3. vbi sic ait, Votum alternatiuum antequam fiat electio vnius partis, non est perfectum, & completum, quia nondum est de materia determinata, sed determinanda: vnde est sufficiens: vt inferre possit executionem; ergo nondum est votum complete emissum, sed est veluti adhuc in fieri, quia debet determinari ad alteram partem, vt possit executioni mandari, & proinde non venit nomine voti strictè saltem accepti, quia vt notat Menochius *consil.* 133. *num.* 12. Actus, qui perfectionem non habet, & est adhuc in fieri, non meretur nomen actus. Et ideo non continebitur sub reseruatione; quia cùm reseruatio sit strictè accipienda, se extendit solùm ad vota strictè accepta, & cum proprietate.

2. Confirmatur secundò: votum alternatiuum habet tacitam conditionem respectu vtriusque partis, si vouens illam eligat, & proinde ante electionem neque ad vnam, neque ad aliam partem obligat, sed solum de præsenti obligat ad eligendam vnam, aut alteram partem. Ergo non est votum reseruatum, quia neque est determinatè votum obligandi se mediante electione, aut ad religionem, aut ad castitatem. Reseruatio autem cadit solùm supra vota, quæ sunt determinatè de castitate, aut de Religione. Ita Pasqualigus.

3. Sed vt verum fatear, dum hanc opinionem legi, mihi non placuit, & postea de illa interrogatus negatiuè respondi, fretus auctoritate Sanchez, Suarez, & Ludouici de la Cruz, nunc verò inuenio illam reprobare Patrem Bardi *in selectis lib.* 5. *quæstione* 12. *numero* 36. vbi sic ait; Dicendum est cum hac secunda sententia, quam puto certam: nam prior illam quam tuetur Pasqualigus non videtur solido fundamento inniti, vt mox ex solutione eius argumenti patebit, probari potest nostra conclusio, eam rationem (qua vtuntur Authores citati) aliquando fusius ampliando, tali pacto: quoties tota materia voti est reseruata toties votum ipsum est reseruatum: Sed votum disiunctiuum, de quo agimus, ex suppositione habet totam materiam reseruatam, ergo votum disiunctiuum, de quo agimus, est reseruatum: per consequens commutari non poterit virtute Iubilei, probatur maior; nam votum recepit reseruationem, aut negotiationem eiusdem à materia circa quam versatur, vnde si materia erit reseruata, ipsum quoque reseruatum erit.

4. Ad argumentum ex Pasqualigo deductum, respondetur negando antecedens, in quo dicebatur votum disiunctiuum habens vtramque partem suæ materiæ reseruatam, non esse reseruatum: ad eius probationem cum distinctione est procedendum, vt omnis æquiuocatio tollatur: cùm enim dicitur tale votum disiunctiuum esse imperfectum; si per imperfectionem intelligatur indeterminatio quoad talem materiam particularem, & in specie, concedo quod sit imperfectum: si verò intelligatur imperfectio, seu indeterminatio quoad materiam reseruatam vt sic & in genere negatur. Votum igitur istud quoad materiam reseruatam, est omnino perfectum, & determinatum, quia procedit à voluntate omnino determinata, nam voluntas nullam habet indifferentiam in ordine ad materiam reseruatam, quamuis indeterminata sit in ordine ad electionem huius, vel alterius partis materiæ reseruatæ, porrò non apparet cur votum ad hoc vt sit determinatum & reseruatum, debeat esse de materia reseruata in specie, & non in genere, & debeat procedere à voluntate determinata ad materiam specificam, & non genericam, nam & ipsa quoque materia generica suam habet determinationem, & per consequens sufficiens erit ad inducendam reseruationem in votum.

5. Ad confirmationem concedo in voto alternatiuo implicitè contineri conditionem respectu vtriusque partis, quatenus vouens manet sua in libertate ad eligendam potiùs vnam, quàm alteram partem; ex hoc verò non sequitur tale votum non esse reseruatum si tota materia est reseruata, & vouens eligendo necessitatur materiam reseruatam eligere, neque ex tali libertate vouentis sequitur quòd votum sit imperfectum & indeterminatum. Hæc Bardi; vnde puto non esse recedendum ab hac negatiua sententia, nec posse Confessarium virtute Bullæ aut Iubilei in voto sic emisso dispensare, & ita senserunt aliqui ministri huius Curiæ Romanæ, & de hac difficultate à me interrogati.

RESOL. CXVIII.

An Confessarius possit commutare per Bullam Cruciatæ votum disiunctiuum, modo quo supra diximus, quando [illegible] *materia non reseruata effecta est impossibilis, ita vt vouens nequeat partem non reseruatam adimplere, sed tantum partem reseruatam?* Ex p. 1. tract. 11. Res. 74.

§. 1. ET ita erit casus. Emisit, v. g. aliquis votum castitatis, seu peregrinandi ad aliquam Ecclesiam B. Virginis, vel dandi centum aureos alicui Hospitali: postea ex morbo non potest peregrinari, vel amittit matrimonium; & ideo materia voti non reseruata effecta est impossibilis, & remanet possibilis materia voti reseruata petitur in tali casu possitne Confessarius virtute Bullæ hoc votum commutare. Negatiuam sententiam docuit Bonac *tract. de legib. disp.* 4. *q.* 1. *punct.* 7. *n.* 4. *n.* 18. quia materia illa verè est reseruata, & est adimpleta ex vi voti.

2. Sed contrariam sententiam affirmandam esse puto, quam docet Suar. *de relig. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 14. *n.* 4. & Sanch. *in sum. lib.* 4. *c.* 40. *n.* 44. Et ratio est: quia tale votum per se, & ex natura sua nunquam obligauit vouentem ad partem reseruatam: sed postmodum obligatio ad illam oritur per accidens ex solo facto, & impossibilitate alterius materiæ non reseruatæ: vnde patet responsio ad argumentum Bonacinæ; dicimus enim materiam illam esse reseruatam per accidens ob impossibilitatem materiæ, non autem ex vi voti.

RESOL.

RESOL. CXIX.

An quando Episcopus ex vrgentissima necessitate possit dispensare in votis Castitatis, & Religionis, possint etiam commutari virtute Cruciatæ vel Iubilei?

Et observatur Confessarios Regulares non posse virtute suorum priuilegiorum commutare, vel dispensare supradicta vota Castitatis, &c. quæ potest Episcopus ex vrgenti necessitate.

Et docetur quod quinque sunt vota reseruata, videlicet votum Religionis, Castitatis perpetuæ, peregrinationis Ierosolymitanæ, peregrinationis ad limina Apostolorum, & peregrinationis ad Compostellam.

In his tamen nec Legatus à latere potest dispensare.

Sed si eorum valor est dubius, potest Episcopus dispensare.

Non potest tamen in his votis, si ab impuberibus emittuntur dispensare.

Potest tamen in his votis ex metu leui factis, & in graui periculo transgressionis, aut in vrgenti necessitate dispensare, quando ex iusta causa quis nequit Pontificem adire. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Res. 6.

PRo negatiua sententia Pasqualigus *de Iubileo* q. 306. adducit 13. Doctores ipse nixus auctoritate solus Crouser's affirmatiuam sententiam sustinet; Nam facultas commutandi vota concessa in Iubileo, se extendit ad omnia vota non reseruata. Vota autem castitatis, Religionis, quando subsunt talibus circumstantiis vt possit in ipsis Episcopus dispensare, non sunt reseruata. Ergo poterunt virtute Iubilei commutari. Min. prob. Reseruatio est tantum in ædificationem, non autem in destructionem, vt habet Concil. Trident. *sess. 14. c. 7. de pœnit.* & proinde ex sui natura non se extendit ad casus ad quos si se extenderet, esset in destructionem: esset autem in destructionem si se extenderet ad vota in casu, in quo Episcopi possunt dispensare, nam tunc si non possent dispensare, pateret grauissimum damnum etiam spirituale esse, non autem vtilitatem. Cùm ergo reseruatio, ne sit in destructionem se extendat ad talem casum, vota in talibus circumstantiis non erunt reseruata; non quia subtrahatur à reseruatione ex præsumpta voluntate Pontificis; sed quia reseruatio ipsa non comprehendit.

2. Ad primum respondeo: Episcopum non solum posse dispensare in his votis ex tacita voluntate Pontificis, sed etiam quia reseruatio non se extendit ad ipsa, quando vestiuntur talibus circumstantiis, vt constat ex dictis. Tacita enim voluntas Pontificis non est, quod concedat facultatem pro tali casu, sed quod non auferat; nam dum ponit reseruationem, solum illam extendit quantum potest extendi; non potest autem extendi ex natura sua ad hos casus, alioquin esset in destructionem. Ad secundum, nego, consequentiam. Quia cum facultas concessa in iubileo se extendat ad omnia vota non reseruata, se extendit etiam ad ista vestita talibus circumstantiis, nam reseruatio ad ipsa non se extendit, vt iam dictum est. Hucvsque Pasqualigus.

3. Sed eius sententia, cum sit singularis, & contra communem, videtur omninò respuenda: Vnde præter Doctores ab ipso citatos, negatiuam sententiam docet me citato Quintanaduenas *de Iubileo duarum hebdomadarum c. 12. n. 21.* vbi sic ait: [Aunque en caso de vrgentissima necessidad podia alguna, ò rarissima vez dispensar el Obispo en algun voto de castidad, ò Religion; como quando sino se hiziesse paraque vno se casara, se siguira grauissimo daño, ò escandalo, ò no era facil recurso al Papa, ò auia graue peligro de incontinencia segun prueua Tomas Sanchez *sup. à n. 32.* con muchos Autores; no se podia en el mismo caso comutar por Iubileo, ni Bula; que el Obispo no haze esto por su ordinaria jurisdicion, sino por benigna interpretacion, tacito consentimiento, y ratificacion del Papa; para lo qual no da el Iubileo facultad, ni la tiene el Parocho.] Ita ille cui etiam adde ex Dominicanorum familia Magistrum Gallego *in Bull. Cruc. c. 9. p. 3. §. 1. dub. 159.* vbi ita asserit; [Preguntase, si el confessor por la Bula puede comutar el impedimento con que alguno de los casados se hallare para pedir el debito?

4. Respondo, que no se puede esto comutar por la Bula, porque aunque es assi que el Obispo puede dispensar para pedir el debito quando ay impedimento para poder le pedir; pero no haze esto el Obispo por jurisdicion ordinaria, sino por costumbre legitimamente præscripta, que le ha introduzido esta facultad: y la comun opinion de quel confessor electo por la Bula, puede esta razon comutar todo lo que el Obispo dispensar, se ha de entender todo lo que puede el Obispo por derecho ordinario mas no por costumbre, ò necessidad, porque cosa es muy recibida entre los Dotores, que en caso de necessidad, y con tales condiciones, puede el Obispo dispensar en los votos reseruados, y impedimentos dirimentes del matrimonio, como lo enseñan en la materia de voto, y matrimonio, y con todo esse nadie se atreuera à dezir, que en caso de necessidad puede el confessor por la Bula comutar alguno destos votos reseruados, para los quales no le dan potestad, antes la que le dan para que puede comutar quales quera votos, se la limitan, y exceptuan, que no sea para los de castidad, Religion, y vltramarino, desuerte que todos aquellos votos reseruados, que el Obispo puede dispensar, ò comutar por razon sola de vrgente, y apretada necessidad, no se podran comutar por la Bula, y la razon es, porque de la misma manera que el pecado de la heregia no pierde su rigurosa reseruacion, porque en caso de necessidad de muerte le puede absoluer qualquier simple Sacerdote, assi tampoco el voto no pierde la reseruacion, por que el Obispo pueda en caso de vrgente necessidad dispensarle, ò comutarle: pero por la Bula se pueden comutar todos aquellos votos que el Obispo tiene facultad de dispensar, ò comutar por jurisdicion ordinaria, ò quando en ellos falta la causa de verdadera y perfetta reseruacion. Y la razon de esto vltimo, se funda, en que la intencion expressa del Pontifice, es de negar solamente la comutacion de aquellos votos que tienen reseruados à si mismo, de manera que en los que no tiene reseruados, se entiende que claramente los comprehende la potestad general delegada por la Bula.] Hæc omnia Gallego; cui adde Andream Mendo etiam *in Bull. Cruc. disp. 20. c. 4. num. 59. & c. 11. num. 131.*

5. Quæ omnia procedere etiam in Iubileo dicendum est, vnde me citato Leander *de Sacr. tom. 1. tr. 5. disp. 14. quæst. 117.* asserit, quod quamuis confessarius possit vi Iubilei commutare vota, quæ potest Episcopus id intelligendum est de votis, quæ potest Episcopus commutare iure ordinario, & ex natura reseruationis, non autem de votis, quæ iure speciali, aut per consuetudinem dispensare, aut commutare potest. Vnde ex his patet, quod non debebat Pater Pasqualigus recedere à communi sententia Doctorum, nec eius fundamentum est firmum, vt ipse putat, nam respondeo ad eius argumentum quod ex præsumpta voluntate Pontificis censetur ablata per accidens reseruatio in ordine ad Episcopum, & hoc vt subueniatur necessitati fidelium: at non censetur ablata in ordine ad alios Prælatos inferiores, aut in ordine ad priuilegia per quæ conceditur facultas commutandi omnia vota, quibusdam exceptis.

6. Si verò contra vrgeas, per Bullam dari potestatem

& in Res. 75. §. 1. ad 1. in. 5. & in Res. 135. §. Probatur. paulo post initium, à vers. secundo vosum.

Et sup. responsione contenta in hoc §. Respondeo in Resolutionibus, & §§. annot. primæ huius Res.

Sup. hoc leg. doctr. Resolutionum & §§. not. primæ huius Res.

rem commutandi omnia vota exceptis illis tribus, dum manent sub reseruatione Pontificia; at in casu posito ex benigna interpretatione voluntatis Pontificis non manent sub reseruatione, & in Bulla excipiuntur pro eo statu, pro quo stant sub reseruatione Pontificis, & non pro alio statu: ergo, &c.

7. Respondeo, per Bullam dari potestatem commutandi omnia vota, quæ absolute, & per se non sunt reseruata Pontifici: non autem illa, quæ per accidens; & quantum sufficit ad subueniendum necessitati fidelium, non sunt Episcopo reseruata.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 4. Res. 38. §. vlt. prope finem, & in tom. 7. tr. 1. late in Res. 277. à §. Hoc supposito, & in tom. 3. tr. 3. Res. 4. §. Vnde. & seqq. & hîc inf. prope finem huius Res. à vers. Hæc nota. & in to. 7. tr. 1. Res. 267. signanter §. Sed ego.

8. Obseruandum est etiam confessarios Regulares non posse virtute suorum priuilegiorum commutare, vel dispensare supradicta vota castitatis, &c. quæ potest Episcopus ex vrgenti necessitate, vt diximus, & ita docet Portel. *verb. voti commutatio, num.* 64. Magister Lezana *in summa tom.* 4. *verb. Votum, num.* 21. qui citat Layman, Suarez, Sanchez, Henriquez, Rodriquez, & Mirandam, quibus adde eruditum Patrem Georgium Gobat *de Iubilæo cap.* 41. *quæst.* 114. *num.* 325. & Martinum de San Ioseph *post Regulam Sancti Francisci in compend. de la facultad de los confessores ver. comutar. num.* 6. *fol.* 571. vbi sic ait; [Tampoco podemos comutar los votos reseruados al Papa; que comuta el Obispo por derecho especial. Los votos que no podemos dispensar, ni comutar, son los absolutamente reseruados à la Sede Apostolica, en que algunas vezes pueden dispensar los Obispos, porque interuiene imporencia moral, por la qual, no se puede acudir al sumo Pontifice por la dispensacion, y ay necessidad vrgente de dispensar, v. g. podrà el Obispo dispensar en los votos absolutos de castidad, y Religion, quando ay grande peligro de incontinencia, y no es facil el recurso al Pontifice, ò por pobreza, ò otra causa, porque se puede creer muy bien que no es su intencion que en tales casos le esten reseruados los votos con tan grande peligro de las almas. Y lo mismo es quando aunque sea facil el recurso al Pontifice; pero por la tardanza del recurso ay graue peligro de incontinencia. Y lo mismo es, si aunque no aya grande peligro de incontinencia por la tardanza, se sigue algun peligro de escandalo, ò graue daño de tercera persona, lo mismo se ha de dezir de los demas votos reseruados al Pontifice, que si el que votò tiene iusta causa para la dispensacion, y ni puede yr, ni embiar à Roma, ò carece de los gastos necessarios para la dispensacion, podrà el Obispo dispensar, vt Sanchez, cum multis *num.* 23. y en ninguno destos casos podran dispensar nuestros confessores por las razones dichas.] Ita ille.

9. Et tandem non desinam hic apponere verba docti Patris Andreæ Mendo *in Bull. Cruc. disp.* 26. *cap.* 2. *n.* 22. sic asserentis; Quinque sunt vota Pontifici reseruata: Votum Religionis, Castitatis perpetuæ, peregrinationis Hierosolymitanæ, Peregrinationis ad limina Apostolorum, Peregrinationis ad Compostellam. In his nec Legatus à latere valet dispensare. Si eorum valor est dubius, potest Episcopus dispensare, quia reseruatio, vt odiosa, restringenda est ad casus certos. Ita P. Thomas Sanchez *lib.* 1. *Decal. cap.* 10 *n.* 74. Non potest tamen in his votis, si ab impuberibus emittantur, dispensare, vt docet Pater Suarez *supra cap* 26. *num.* 3. Valdè probabile, & tutum est, posse dispensare in his votis ex metu leui factis, quia non sunt perfectè voluntaria, & reseruatio est restringenda. Sic Pater Henriquez *lib.* 11. *de matrim. cap.* 15. *n.* 8. Et item posse dispensare in graui periculo transgressionis, aut in vrgenti necessitate, quando ex iusta causa nequit Pontifex adiri, quia in casibus similibus valet Episcopus in lege Pontificia dispensare. Ita Pater Valentia 2. 2. *disp.* 6. *q.* 6. *punct.* 7. *cum pluribus.* Nec opus tunc est Nuntium adiri, vt docet Couarruu. *in* 4. *Decretor.* 3. *p. c.* 6. §. 10. *n.* 11. Hic nota cum Patre Henriq. *lib.* 6. *de pœnit. c.* 14. *n.* 7. Regulares, qui ex priuilegio possunt dispensare in votis, in quibus possunt Episcopi, adhuc non valere dispensare in votis reseruatis in casu supradicti periculi, aut necessitatis, nam illa vota verè sunt Papalia, & ex iuris benignitate conceduntur Episcopis, in quibus videtur electa industria personæ. Hucvsque Mendo.

Sup. hoc in tom 8. tr. 4. Res. 40 in fine, & in aliis eius vlt. annot. pro hac quæst. Et pro seq. in hoc §. à Vers. Valde probabile, supra in Res. 94. & 116. §. vlt. & inf. in tr. 4 Res. 17.

RESOL. CXX.

An per Bullam Cruciatæ Confessarius possit commutare votum assumendi Ordines sacros?

Et si ita vouens frangeret votum, an esset sacrilegus fornicando?

Et si matrimonium contraheret (quamuis peccaret contra votum,) an possit petere debitum?

Et an in tali voto possit Episcopus dispensare? Ex part. 1. tract. 11. Res. 64.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Henriquez *lib.* 7. *cap.* 30. *n.* 6. Acosta *in Bull Cruc. q.* 73. & Sanchez *de matrim. tom.* 3. *lib* 8. *disp.* 15. *n.* 4. Fernandez *in exam. Theol. mor. p.* 3. *cap.* 9 *sect.* 2. §. 17. *num.* 8. Et ratio est; quia tale votum non est votum Castitatis; sed votum assumendi statum, cui castitas annexa est. Vnde si ita vouens frangeret votum, non esset sacrilegus fornicando: & si matrimonium contraheret, peccaret quidem contra votum, sed posset petere.

2. Et ita in tali voto potest Episcopus dispensare, vt notat Portel. *in addit. ad dubia reg. verb. voti dispensatio, n.* 78. Vgolinus *de potest. Episc. cap.* 18. §. 3. *n.* 5. Reginald. *tom.* 2. *lib.* 18 *cap.* 22. *n.* 331. Lessius *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 18. *n.* 124. Valentia *tom.* 3. *disp* 6. *q.* 6 *punct.* 7. Vega *in sum. tom* 2. *cap.* 129. *cas.* 34. Rodriquez *in Bull.* §. 5. *n.* 122. Azorius *p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 19. *q.* 9. Suarez *de relig. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 21. *n.* 7. Aragon. *in* 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 11. & alij.

RESOL. CXXI.

An qui obtinuit commutationem alicuius voti per Bullam Cruciatæ, possit redire ad votum prius, omisso eo, in quo facta est commutatio?

Et an doctrina huius Resolutionis procedat, non solum quando commutatio facta fuit in rem æqualem, sed etiam in melius? Ex p. 1. tr. 11. Res. 85.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Lessio *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 16. *num.* 111. & Azorio *p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 18. *q.* 12. etiam sæpius facta sit commutatio: vt, si votum peregrinationis annuæ commutatum sit in menstruam confessionem, menstrua confessio in ieiunium alicuius diei, ieiunium in certas preces; potest vouens satisfacere voto, vel recitando illas preces, vel ieiunando illa die, vel confitendo singulis mensibus, vel annuam peregrinationem, quod erat primum votum, suscipiendo.

2. Et hæc doctrina procedit contra Suarez *de relig. tom.* 2. *lib.* 6 *cap.* 20. *n.* 1. & Filliucium *tom.* 2 *tract.* 26. *c.* 10. *num.* 288. non solùm quando commutatio facta fuit in rem æqualem, sed etiam in melius, vt docet Maldenus *in* 2. 2. *tract.* 10. *cap.* 5. *dub.* 11. *quæst.* 9. Sanchez *de matr. tom* 3. *lib.* 9. *disp.* 4. *n.* 11. Et ratio est: quia talis commutatio facta fuit in vouentis fauorem: vnde potest ei renunciare, alioquin non tam esset fauor, quàm onus. Adde etiam, quod talis commutatio facta videtur sub conditione, si vouens nolit prius votum implere. Ergo, &c.

RESOL.

RESOL. CXXII.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare materiam subrogatam, in quam fuit commutatum Votum reseruatum Castitatis, seu Religionis, vel vltramarinæ peregrinationis? Ex p.1.tr.11. Resol.71.

§.1. ALiqui negatiuè respondent: quia subrogatum sapere debet naturam eius, pro quo subrogatur: vnde asserunt, materiam, in quam commutatur votum reseruatum, etiam reseruatam manere. Et in hanc sententiam videtur inclinare Azorius *p.1. lib.11.cap.18.q.11.* dicens, dubiam sibi esse contrariam sententiam: & illam docet ex modernis Zanardus *in direct.Theol.p.2.c.33.*

2. Sed contrariam sententiam, affirmandam esse puto: quia per commutationem extinguitur prius votum reseruatum ratione materiæ: ergo illud votum, quod est de alia materia non erit reseruatum. Et ita docet Filliuc. *tom.2.tr.26.c.10. num.293.* Suar. *de relig. tom.1.lib.6 cap.10.num.15.* Lessius *lib.2. cap.40. dub.18. n.14.* Sanch. *de matr. tom.3. lib.8. disp.9. n.20.* Henriquez *lib.7.c.30.n.5.* Sà *verb.votum, num. vlt.* Aragon. *in 2.2.88. art.12.* & alij. Ad argumentum in contrarium respondeo, subrogatum sapere naturam eius, cui subrogatur; procedit ex sola fauorabili, & lata interpretatione, quæ in odiosis non habet locum, qualis est reseruatio.

RESOL. CXXIII.

An per Bullam Cruciatæ detur facultas recipiendi Eucharistiam, præterquam in die Paschatis de manu simplicis Sacerdotis sine licentia Parochi, siue Episcopi? Idem quæritur de Sacramento Extremæ Vnctionis. Ex p.1. tract.11.Resol.20.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Suarez *in 3.p. tom.3. disp.72. sect.4.* quia, ait ille, ex clausula Bullæ Cruciatæ, in qua conceditur facultas ad eligendum Confessorem, non intelligitur esse concessa facultas ad recipiendam Eucharistiam à tali Confessore, vel ab alio simplici Sacerdote electo ad hoc munus per ipsummet pœnitentem: quod idem dicendum est de Sacramento Extremæ Vnctionis. Et licèt Nugnus semper Suarez aduersetur; tamen ita amplexus est hanc opinionem, vt contrariam prorsus improbabilem vocet, vt videre est apud ipsum *in 3.p.to.1. q.1.art.3.fol.mihi 477.*

2. Sed, pace tantorum Virorum, probabilissima, & tuta in praxi est contraria sententia, quam docet Valquez *in 3.part.tom.3. disp.219. cap.5. num.47.* vbi asserit, per Bullam Cruciatæ concedi facultatem, vt quis possit à quocunque Sacerdote Eucharistiam recipere; non, quia in ea concedatur, vt possit eligere sibi Confessarium, nam in tali facultate nòn intelligitur licentia ad recipiendum hoc Sacramentum, vt post Suarez notauit etiam Filliucius *tom.1.tr.4.c.9. num.263.* aduersus Caietanum *verb.excommunicatio,c 63.* sed quia expresè licentia ad Eucharistiam accipiendam in ipsa Bulla conceditur, vt patet ex verbis ipsius Bullæ, quæ ipse adducit. Et idem, quod de Eucharistia docet, etiam de Extrema Vnctione admittit.

3. Ex his Patet responsio ad argumentum Suarez. Accipiens igitur Bullam Cruciatæ habet facultatem à Summo Pontifice eligendi Sacerdotem, vt possit ab ipso sine licentia Parochi accipere hæc tria Sacramenta, Pœnitentiam, Eucharistiam, & Extremam Vnctionem. Notentur hæc; quia passim non sunt obuia.

RESOL. CXXIV.

An tempore interdicti, si quis habeat Bullam, teneatur audire Sacrum?

Et qui audit Sacrum tempore interdicti virtute Bullæ, an teneatur sub mortali, vel tantum sub veniali aliquas preces Deo pro vnione Principum Christianorum contra Infideles emittere? Ex p.1.tract.11.Resol.2.

§.1. AFfirmatiuè respondet Villalob. *in sum. tom.1. tr.19. dub.5. n.14.* Tannerus *in 2.2. disp.5. q.6. dub.2. n.25.* Sanctius *in Selectis, disp.15.n.2.* Barbosa *in collect.tom.2. lib.5. tit.33. cap.15. n.7.* Bonacina *de cens. disp.5.punct.4.n.2.* Acosta *in explic.Bull quæst.28.* Cenedo *in suis qq. Canonicis,q 44.per tot.* Fernandez *in exam. Theol.mor.part.3.cap.9. §.3. n.1.* Nugnus *in 3.p. tom.2. q.83.art.6.* & alij.

Sup.hoc sup. in tr.2. Resol. 35. §.1. ad medium, sed lege eam per totam, & in Resol.36. §. Sed his, ad mediũ, vers. Tum,ex doctrina §. 1. dictæ Resol.& in t.3.tr.1. Resol.102. §. Dices,quando.

2. Sed mihi contraria sententia probabilis etiam videtur, quam docet Auila *de cens. part.5. disp.4. sect.2. dub.6.* vbi asserit, Victoriam, & Canum idem docuisse; & idem tenuisse multos Doctores Salmanticenses testatur Henriq. *in sum.l.3.c.48. n.5. in Glossa, litt. D. & lib.7. de Indulg.cap.13.n.3.* & hoc etiam docet Llamas *in sum. p.3.c.5. §.12.* Alterius *de cens. tom.2. disp.2. de interd.c.3. in fin.fol.319.* Coninch *de Sacram.disput.17. num.28.* & Ledesma *in sum. p.1. tract. de Euchar.cap.27.* cum aliis. Et ratio est: quia nemo tenetur vti priuilegio sibi concesso: nam, si priuilegium obligationem induceret, gratia non esset, sed onus. Deinde, si quis habeat priuilegium audiendi Missam in Oratorio domus, quacunque ratione cogitur domi manere, non tenetur sub pœna peccati vti suo priuilegio in diebus festiuis; ergo, &c. Et ita docet Suarez *in 3.p tom.3.disp.88.sect.6.* Cæteras rationes vide apud citatos Doctores.

3. Hoc vnum addam, quòd, stando in prima opinione; qui audiunt Sacrum tempore interdicti virtute Bullæ, tenentur aliquas preces Deo pro vnione Principum Christianorum contra infideles, eorúmque contra eosdem victoria emittere: quod præceptum ad mortale non obligat, sed tantùm ad veniale, vt aduertit Villalobos *in sum.tom.1. tract.27. claus.4.numero 13.* qui citat Henriquez, & multos Iuristas, & Theologos Salmanticenses, cum quodam Commissario Cruciatæ.

Sup. hoc sup.in tr.2. Resol. 48. § 1. prope finẽ, vers. Eis tamen, & signanter in Resol. 59. à principio vsque ad medium §.1.

RESOL. CXXV.

An Bulla Cruciatæ suspendat priuilegia concessa in iure communi, eaque, quæ vsu toleratæ consuetudinis approbantur?

Et an Bulla suspendat priuilegia, quæ habent Regulares celebrandi tempore interdicti in aliquibus Festiuitatibus, in quibus omnes admittunt ad Officia Diuina, & ad recipiendam Sacramenta? Ex p.1.tract.11. Resol.87.

§.1. REspondeo negatiuè: quia Bulla non facit mentionem de istis priuilegiis, neque nominat consuetudines. Vnde, tempore interdicti, non obstante Bulla, potest initiatus minoribus Ordinibus audire Missam; & Prælati Religionum possunt conferre literas fraternitatis.

2. Et ita docet Fernandez *in exam.Theol.mor.part.3, cap.9 sect.11. §.18. n.3.* & Villalobos *in summa, tom.1. tr.27.claus.12.n.7.* qui etiam notat, Bullam non suspendere priuilegia, quæ habent regulares, celebrandi tempore interdicti in aliquibus Festiuitatibus, in quibus omnes admittuntur ad Officia diuina & ad recipienda Sacramenta.

RESOL.

RESOL. CXXVI.

An Bulla Cruciatæ suspendat priuilegia Regularium commutandi Vota & in eis dispensandi, & absoluendi à reseruatis?

Et an per Iubilæum anni Sancti dicta priuilegia non suspendantur? Ex p.1 tract.11.Resol.100.

Sup. hoc in Res. seq.

§.1. AFfirmatiuam sententiam aliqui docent, & fundantur in verbis Bullæ, ibi: *Exceptis tamen concessis Ordinum Mendicantium Superioribus, quoad eorum Fratres tantum.* Et ita docent Nauar. *lib.5. conf.16.n.1 de priuil.* Lopez *p.2.*vbi de clauibus,*c.2.*Rodriquez *super Bull.*§.12.& nouissimè Acosta etiam *super Bull.q.105.*

2. Sed contrariam sententiam, quæ in praxi hodie obseruatur, prorsus amplectendam esse puto: & illam docet Ledesma *in sum.tom.1 tract. de Sacr.Pœn.cap.15. fol.mihi 99.* Ioan. de la Cruz, *de stat. relig. lib.2.c.3. dub.7.concl.3.* Graff. *in Appen. ad decis. lib.1.c.7.§.9. n.65.* Henriq. *l.6.c.16. n.7.& l.7.c.18.num.7.* & Sanch. *in sum. tom.1.l.4.c.54.n.62.*qui citat Rodriq.mutantem sententiam. Et ratio est: quia, cùm hæc omnia sint fauorabilia, non speciali Monasterio concessa, sed toti Religioni, & ordinentur in bonum commune fidelium, non suspenduntur per verba generalia, si de illis specifica mentio non efficiatur. Et hoc videtur aperte docere Lessius *l.2.c.12. dub 12.n.60.*

3. Quod ita verum est; neque per Iubileum anni Sancti dicta priuilegia suspendi existimo. Et ita docet Sanchez *vbi supra*, cum Henriquez, *l.7 c.28.numero 7.& c.31.n.3.in Gloss. lit. S.* quem posteà citat, & sequitur Villalobos *in sum. tom 1. tract.27. claus.12.n.21.* vbi sic ait: [El Padre Henriquez dize, que no se derogan los priuilegios de los Regulares en el anno del Iubileo, aunque sea certissimo, y que ansi lo declara la costumbre. Esta sentencia me parece muy probable, y que se puede seguir en practica.] Ita ille, & post illum Bartholomæus à Sancto Fausto *in thesaur.relig.l....quæst.... num....* quidquid in contrarium asserat Emmanuël Rodriquez *in Bull.*§.12.*in addit.dub.6.* vbi mordicus contrarium docet: sed tu tene primam sententiam.

RESOL. CXXVII.

An Bulla Cruciatæ suspendat priuilegia Mendicantium, vt non possint commutare, & dispensare Vota, & absoluere a reseruatis? Ex p.3.tr.addit.Resol.23.

* Quæ hic est Res. antecedens.

§.1. NEgatiuam sententiam cum multis Doctoribus sequutus sum *in 1. part. tr.11. *resol.100.* Sed aduersus hanc opinionem insurgit Ægidius Trullench. *in Bull.Cruc. l.1. q.9.c.3.dub.4.num.8.* vbi sic ait, *Tenenda est sententia affirmans, nimirum talia priuilegia quoad seculares esse per Bullam suspensa, quod tanquam certum supponit Lopez c.10 de Bulla, pag.185.col.2. Probatur & simul destruitur fundamentum contrariæ sententiæ, quia Bulla Cruciatæ expresse suspendit priuilegia, facultates, &c. concessas, non solum singularibus personis, sed etiam Ecclesiis quibuscunque & Monasteriis ac locis piis. Patet ex facultate suspendendi, quam Pontifex in Bulla Latina concedit Commissario illis verbis. Item prædicto Commissario datur facultas, vt suspendere possit similes, aut dissimiles indulgentias, & facultates, &c. quibuscis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, piis locis, Vniuersitatibus, Confraternitatibus & singularibus personis in Regnis, Insulis, terris, locis & dominiis prædictis concessas. Et in Bulla Hispana* [Y nos el dicho Commissario suspendemos todos y qualesquier indulgencias concedidas a todos y qualesquier yglesias y monasterios, &c. y seglares personas.] *Qua suffultus authoritate Commissarius generalis suspendit omnes indulgentias & facultates quibuscis Ecclesiis Hospitalibus, & locis piis, Vniuersitatibus, Confraternitatibus, & singularibus personis concessas. Ergo constat euidenter non solum suspendi per Bullam priuilegia personalia particularibus, sed etiam priuilegia realia Ecclesiis, Monasteriis, & aliis piis locis concessa. Sed ex iis priuilegiis quæ per Bullam concedentur, tantum excipiuntur concessa Superioribus Mendicantium, quoad eorum fratres, ergo quoad seculares omnino suspensa remanebunt, nam particula* tantùm *expresse limitat illam exceptionem solum extendi ad fratres, & minimè ad seculares. Nec valet si dicas in Bulla suspendi quidem priuilegia concessa Monasteriis, non quidem Religiosis. Non, inquam, valet, primò, quia vt docet Sylues. Religio 8.n.1. Monasterium significat ipsos Religiosos, Vnde suspensis priuilegiis concessis Monasteriis, suspenduntur priuilegia concessa singularibus personis eorum. Secundò, quia Bulla expresse suspendit priuilegia etiam particularibus personis concessa, ergo etiamsi Regularium priuilegia ipsis Monasteriis, vel potius ipsis particularibus personis sint concessa per Bullam suspenduntur; quare sententiam Rodriquez non auderem admittere in praxi: alias enim quasi actum esset de Bulla, & nihil prodessent illa verba addita à Papa,* quoad eorum fratres tantùm. Sic ille. Verùm his non obstantibus non est recedendum à negatiua sententia quam in dictis resol.docuimus & præter DD.quos *ibi* citaui, tenet hanc opinionem Villalobos *in summ.tom.1.tract.27.claus.12.n.6.& 7.*vbi sic asserit.[No suspendé la Bula si no es priuilegios personales que se conceden a las personas,alas quales se da facultad immediatamente, paraque gozen de las gaçias concedidas à Confradias, Monasterios, Hospitales,y otros piadosos lugares,que no los gozan sinotienen la Bula,y con ella los pueden gozar, y no ha menester tomarla el Hospital, sino las personas que han de gozar del priuilegio. Mas no suspende la Bula los priuilegios reales concedidos à las Religiones, que para esso era necessario declararlo, expressamente como dize Henriquez, el qual dize que fueron deste parecer muchos doctores consultados en Salamanca el año de 76. Gallo, Medina Bannez,el Padr. F.Gaspar de Vzeda,y el P. Alcocer, y Nauarro.] Sic ille.

RESOL. CXXVIII.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit absoluere à suspensione incursa propter ordinationem ante legitimam ætatem?

Et an hoc possit fieri siue in Sacramento, siue extra illud; siue suspensio sit à iure, siue ab homine, siue præuiis, siue nominatim, siue ex delicto publico, siue ex occulto?

Idem dicendum est de habentibus priuilegium.

Et notatur inuitum, vel absentem posse absolui à suspensione.

Et an suspensio lata à Pio II. extendatur ad Episcopos ordinatos ante ætatem? Ex part.5.tr.1.c.Resol.55.

§.1. SVppono quòd potest Confessarius virtute Bullæ electus absoluere ab omni suspensione, siue à iure, siue ab homine, & ab omni alia in supradicta diuisione posita, toties quoties, si non est reseruata; si autem est reseruata, semel in vita, & iterum in articulo mortis, excepta tamen ea suspensione, quæ incurritur ob receptionem Ordinum ante legitimam ætatem, de qua statim. Ratio est; quia, vt manifestè constat, Bulla concedit facultatem absoluendi ab omni censura: at suspensiones supradictæ sunt censuræ, vt tenet communis Doctorum, ergo possunt absolui virtute Bullæ, quod procedit etiamsi suspensio prouenat ex

ex delicto publico, vt bene Henriq. *lib.7. de indulg. cap.13. n.3.* quia Bulla non limitat ad delictum occultum, in quo Bullæ facultas, tùm etiam & Commissarium excedit eam quam habet Episcopus per Trid. *sess.14. cap.6. de reform.* quia ibi limitatur facultas Episcopis ad suspensiones, quæ ex delicto occulto proueniunt. Hoc supposito dico, quòd circa propositum dubium negatiuè respondet Rodriquez *in addit. ad Bull. Cruc.* quia id non potest commissarius, cuius potestas maior est ea, quam habet Confessarius per Bullam; ergo.

2. Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam tuetur Medina *in instruct. lib.1. cap.11. §. 8.* Henriquez *lib.7. cap.13. numero 3. in gloss. lit. V.* Auila *de cens. part.3. cap.6. dub.2.* & Trullench. *in Bulla Cruc. lib.1. §. 7. cap.2. dub.16. numero 3.* & ratio est, quia Bulla absolutè & simpliciter concedit facultatem absoluendi ab omni censura, & ex alia parte nec explicitè, nec implicitè excipit dictam suspensionem, ergo cùm illa suspensio sit censura, comprehenditur in generali illa facultate absoluendi ab omni censura. Vnde suspensus ob malam promotionem ad Ordinem ante legitimam ætatem, poterit virtute Bullæ absolui, non tamen in Ordine ministrare ante ætatis complementum, quia absolutio suspensionis, non verò ætatis impedimentum tollere potest. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Cornejo *in 3. part. tract.3. de suspens. disput.4. cas.3.* Dicendum est igitur virtute Cruciatæ posse Confessarium absoluere ab omni suspensione, siue in sacramento Pœnitentiæ, siue extra illud, siue suspensio sit à iure, siue ab homine, siue pœnalis, siue nominatim, dummodo pars læsa modo possibili sit satisfacta. Ita Trullenck *loco cit.* qui etiam refpondet ad argumentum de Commissario, & hanc etiam opinionem tenet præter citatos DD. Auila *de cens. part.3. disp.6. dub.2.* vbi etiam notat, quòd per priuilegia concessa Societati Iesv potest quis absolui ab omni suspensione, & per consequens etiam à Confessariis nostræ Religionis. Notat etiam Auila *ibid.* & rectè, inuitum, vel absentem posse absolui à suspensione.

3. Notandum est tamen hîc obiter, suspensionem latam à Pio II. non extendi ad Episcopos ante ætatem ordinatos, vt patet ex ipsa Bulla præter generalem regulam, qua excluduntur ab his pœnis Episcopi, nisi specialis eorum mentio fiat, ex *c. quia periculosum, quæst.15 c.12. §.3. n.15.*

RESOL. CXXIX.

An Confessarius habens facultatem generalem absoluendi a censuris, verbi gratia per Bullam Cruciatæ, possit absoluere a suspensione contracta ob defectum tituli secundum opinionem aliquorum, vel ob malam Ordinum susceptionem?

Et an hoc possit fieri siue in Sacramento Pœnitentiæ, siue extra illud; siue suspensio sit à iure, siue ab homine; siue generalis, siue nominatim; &c?

Et an Confessarij hoc facere possint non solum virtute Bullæ, sed etiam priuilegiorum?

Et an, si supradicti cum dicta suspensione, celebrant, possint obtinere dispensationem ab irregularitate incursa virtute Bullæ Cruciatæ? Ex part.4. tract.4. & Misc. Resl.115.

§.1. HIc casus frequenter solet accidere, & negatiuam sententiam docet Henriquez *lib.7. cap.13. numero 3.* Rodriquez *in summ. tom.1. cap.164. numero 3. & in addit. ad Bull. Cruciat. §.9. numero 59.* Vegha *in summ. tom.2. cap.15. cas.8. & in specul. tom.2. cap.14. numero 41.* & alij. Ratio est, quia Pontifex magna cum difficultate huiusmodi absolutionem confert. Secundò hæc facultas non conceditur Commissario; ergo sequitur non concedi Confessario.

2. Verùm, vt ego alibi etiam ostendi, sententiam affirmatiuam probabilissimam & tutam in praxi esse existimo, quam præter Doctores, quos citat Henriquez *libr.7. capite 13. numero 3. in glossa lit. Y & Z.*, tenet etiam Ledesma *in summ. tom.1. de sacram. Ordin. capite 7. dub.* . Garsias *de benefic. tom.1. part.2. capite 5. numero 49.* Bonacina *de sacram. Ordin. disp.8. quæstio vnica, punct. 5. numero 49.* & nouissimè Hurtado *tractatu de suspensione difficul. 12. numero 33.* & Ægidius de Trullench *in exposit. Bullæ Cruciatæ libr. 1. §.7. capite 2. dubio 15. numero 3.* vbi cum Auila absolutè tenet virtute Bullæ posse ab omni suspensione absolui, quia Bulla absolutè & simpliciter concedit facultatem absoluendi ab omni censura, nec implicitè excipit dictas suspensiones. Ergo cùm tales suspensiones sint censuræ, comprehenduntur in illa generali facultate absoluendi ab omni censura. Ad argumenta verò contraria respondetur; & ad primum dico, Summum Pontificem magna cum difficultate dispensare in vtroque foro, Confessarium verò in casu nostro absoluere tantùm in foro conscientiæ. Ad secundum dico quòd ex eo quòd facultas hæc non conceditur Commissario, non sequitur non concedi Confessario, nam hæ duæ facultates distinctæ sunt, & à diuersis non fit illatio. Dicendum est igitur virtute Bullæ Cruciatæ posse Confessarium absoluere ab omni suspensione, siue in Sacramento Pœnitentiæ, siue extra illud, siue suspensio sit à iure, siue ab homine, siue generalis, siue nominatim, dummodo pars læsa sit modo possibili satisfacta, quæ omnia valde notanda sunt à Confessariis, nam ex hac opinione ex multis laboribus liberabunt pœnitentes, & omnia supradicta Confessarij Societatis Iesv, nostræque Religionis possunt facere, non solùm virtute Bullæ, sed etiam priuilegiorum, vt notat Hurtado & Layman *tractatu 5. part. 5. capite 4. numero 3. in fine.* Sed an supradicti cum dicta suspensione si celebrent possint obtinere dispensationem ab irregularitate incursa virtute Bullæ Cruciatæ, affirmatiuè respondet Petrus de Cornejo *in 3. part. D. Thomæ tractatu 5. de censur. disputatio. 6. quæstio. vltim.* & DD. quos citaui *in tractatu de Bulla Cruciatæ, resolutio. 27.* licèt contraria opinio sit communior & probabilior.

Ref. 38. §. 1. post medium à vers. Et tandem, & cursim in aliis §§. eius not.

Sup. hoc in Resl. præterita §. Sed ego ad medium, vers. Dicendum, & sup. lege doctrin. Resl. 65. & aliarum eius not.

Sup. hoc in §. not. præteritæ prope finem, & in tom. 4. tr. 3. Resl. 38. §. 1. paulo post initium, à vers. Dico Secundo, &c. Quæ nunc hanc sequetur. Et in aliis eius primæ not.

RESOL. CXXX.

An per Bullam Cruciatæ sit dispensabilis omnia irregularitas, quæ est pœna?

Et doctrina huius quæstionis est valde notanda, & menti tenenda. Ex parte 1. tractatu 11. Resolutio. 27.

§.1. PRima sententia negat: ita Fabrus *de Sacr. Ordin. dist 25. quæst.1. disp.3. num.55.* Honobon. *de exam. Eccl. part.1. tract.5. cap. 6. quæst.36.* qui citat Caietanum; Nauarrum, Maiolum, Sotum, Viualdum, & Sayrum. Idem docet Auila *de cens. part.7. disput.10. dub.4. concl.2.* qui citat Villadiego, Lopez, & Martinum Ledesma. Hoc etiam docuit Villalob. *in sum. tom.1. tract.16. dub.2. numero 2. & tract.21. dub.9. numero 23.* Acosta *in Bull. quæst.48.*

Sup. hoc cursim in fine præcedentis Resl. & signanter in duabus Resl. seqq. & vide infrà Resl. 139. & in to. 5. tr. 3. Resl. 38. §. 2.

Antonuc.

Antonuc. *in Catechis. Neap. l. 1. capite 25. numero 15.* Sanchez *in sum. tom. 2 l. 6. capite 17. numero 43.* Miranda *in Man. Prel. tom. 2. quæst. 33. art. 11. concl 3.* Parisius *de resign. benef. lib. 8. quæst. 7 numero 213.* Zerola *in praxi Episc. part. 1. verb irreg. numero 13. & part. 2. eod. verb. numero 7.* Llamas *in sum. part. 1. capite 12. §. 55.* Beja *part. 1. cas. 17.* Zecchius *de cas. reser. cas. 1. de irreg. numero 40.* Graffius *de cas. reser. l. 2. cap. 17. numero 35.* Sanctarellus *de Iubil. cap. 7. dub. 5.* Chapeauilla *de cas. reser. part. 1. cap. 4. dub. 5.* Toletus *l. 1. cap. 85. numero 7.* Suarez *in 3. part. tom. 5. disput 40. sect. 3. numero 3.* Filliucius *tom. 1 tract. 11. capite 1. numero 9.* Reginaldus *tom. 2. l. 30. tract. 2. cap. 3. sect. 3. numero 24.* Molina *de iust. tom. 4. tract. 3. disp. 80.* Henriquez *l. 14. c. 17. n. 4. in Gloss. litt. L.*

Iam post initium, late à vers. Imo aliqui, & in Res. 58. §. penult. & vlt. & vbi in tres. ex Res. 22. lege §. vlt. & in t. 7. tr. 1. Res. 300 §. 24 ante medium, à vers. Idem dico, & in fine §. obsta.

2. Et ratio est primò : quia irregularitas non est censura, vt patet *ex cap. quærenti, de verb. significe.* Ergo non includitur sub nomine censuræ in nostra Bulla. Secundò, quia Bulla vtitur his verbis : *Vt possint absolvere à censuris*, &c. sed irregularitas non absoluitur, sed dispensatur : ergo, &c. Tertiò, quia ita habet stylus Curiæ, qui nunquam sub nomine censurarum includit irregularitatem. Cæteras rationes vide apud citatos DD.

3. Secunda opinio affirmat, & docet, Confessarium per Bullam Cruciatæ posse dispensare in omnibus irregularitatibus prouenientibus ex delicto. Hæc sententia, vt obseruat Ioann. de la Cruz, *vbi infrà*, est communis in schola Diui Thomæ : & illam docuit in Academia Salmantina, Canus, & Orellana, Viri eminentissimi, vt obseruat Vegha, *vbi infrà*, & posteà illam etiam docuerunt Salonius, Aragon. & Bañes *in 2. 2. quæst. 64 art. 8.* Medina *in part. 2. quæst. 98. art. 4* Ledesma *in sum. tom. 1 tract. de cens. cap. 1. concl. 3.* Corduba *de Indulg. lib. 5. quæst. 43. dub. 4.* Fernandez *in exam. Theol. mor. part. 3. cap. 9. §. 14. numero 1.* Vegha *in spec. Curator. tom. 2. cap. 12. numero 32; & in sum. tom. 1. cap. 15. cas. 8.* Conradus *in resp. cas. cons. part. 1. quæst. 355.* Ludouicus Carbo *de legib. l. 8. disput. 5.* Carrillo *in itin. ordinan. fol. 4 cap. 4. numero 8.* Guttierrez *in qq. canon. l. 1. cap. 37. numero 6.* Naldus *in sum. verb. irregularis, numero 25.* & ex Societate Iesv Ioan. Salas *de leg. tract. 15. sect. 1. concl. 2. numero 16.* cum Soto *in 4. dist. 22. q. 3. art. 1.* Nugno *in 3. p. tom. 2 tr. de Bulla, §. vlt.*

4. Et ratio est : quia aliquæ irregularitates prouenientes ex delicto, dicuntur verè pœnæ, & censuræ: velut illa, quam contrahit celebrans, vel suscipiens Ordines in excommunicatione maiori, & similes. Patet hoc ex verbis, quæ habentur in multis Bullis, vt videre est in Bulla Pij IV. anno 1561. in qua conceditur Confessario facultas absoluendi ab excommunicatione, suspensione, & interdicto ; & subditur ; [Y de todas las censuras, y penas ecclesiasticas.] Distinguunt igitur supradicti Doctores inter irregularitates: nam vel irregularitas, vt dictum est, imponitur pro delicto, vel imponitur propter significationem, & indecentiam, qualis est illa, quæ ex bigamia, vel ex sanguinis effusione incurritur. Primam irregularitatem per Bullam putant esse dispensabilem : secundam minimè.

5. Quid ego sentiam, dicam breuiter. Prima opinio negatiua est probabilior. Secunda affirmatiua est probabilis: & ita illam vocauit nouissimè Vir doctissimus, Ioann. de la Cruz, *in direct. conf. p. 2. tr. de irreg. dub. 15. conclus. 2.* & Rodriquez *in Bulla, §. 9. num. 29.* asserit, quòd sine scrupulo [puede ser consejada. y seguida.] Vnde, si aliquis illam tenere vellet, posset ad argumenta contraria sic respondere.

6. Ad primum, distinguendo : nam, si loquitur de irregularitatibus propter indecentiam incursis, verum est, quòd non includuntur sub nomine censurarum: secùs autem, si loquitur de irregularitatibus ex delicto prouenientibus ; iam sunt veræ censuræ, vt dictum est.

7. Ad secundum respondet Vegha *in speculo, vbi suprà*, sic asserens : [A cerca de la irregularidad, que in propriamente es pena pro culpa, bien puede el Confessor vsar deste verbo, *Absoluo*, y de suerte que diga: *Ego te absoluo ab omni censura irregularitatis*, imò quedaria neciamente: *Dispenso tecum super irregularitate*, si no es que à caso por especial comission del Prelado, le aya sido cometida dispensacion, como lo dizen Bañez, y Orellana.] Aliam solutionem huius argumenti inuenies apud Salonium. §. vlt.

8. Ad tertium respondet idem Salonius, non repugnare nostræ sententiæ stylum Curiæ Romanæ ; quia Bullæ valent, quod sonant: alioquin deciperentur fideles à Papa, quod nefas est suspicari, & irregularitates, de quibus loquimur, sunt censuræ, & pœnæ Ecclesiasticæ. Vel melius respondendum est, vt in simili casu respondet Fagundez Societatis Iesv Theologus *de Præc. Eccl. tr. 2. l. 8. c. 8. n. 38.* quòd stylus Curiæ Romanæ fundatur in probabilitate contrariæ sententiæ; non autem tollit probabilitatem alterius.

9. Notandum est verò cum Salonio, *vbi suprà concl. vlt. ad arg. 6.* quòd talis sententia procedit etiam quoad alias Bullas, in quibus solùm dicitur, vt possit Confessarius absoluere à censuris; & non additur vox illa : *A pœnis Ecclesiasticis.* Nam, vt constat, huiusmodi irregularitates reuerà sunt censuræ, cùm Pius IV. vt *suprà* diximus, in sua Bulla asseruerit, posse Confessarium absoluere à censuris, suspensionibus, & interdicto, [y de otras qualesquier censuras, y penas,] nec possit reperiri, præter excommunicationem, suspensionem, & interdictū, aliqua alia censura, quàm irregularitas, nullo modo negari potest irregularitates aliquas esse censuras.

RESOL. CXXXI.

An aliqua species irregularitatis sit dispensabilis per Bullam Cruciatæ?

Et nota doctrinam huius Resolutionis & prompte eam in mente tene. Ex p. 4. tract. 2. Resol. 81.

§. 1. NEgatiuam sententiam docent Doctores, quos citaui *in 1. p. tr. de Bulla Cruciatæ*, * *resol. 27.* quibus nunc addo Ægidium Trullench *in exposit. Bull. de Cruciatæ l. 1. §. 7. c. 2. dub. 17. n. 5. & seq.* & hæc opinio est probabilior.

2. Sed ego ibi affirmatiuam sententiam probabilem esse dixi, & præter Doctores quos adduxi, tenet etiam hanc sententiam nouissimè Petrus Cornejo *in 3. part. D. Thom. tr. 5. de censur. in genere, disp. 1. dub. 2. sect. 2.* Dicendum est igitur per Bullam tolli non posse eam irregularitatem, quæ est pura inhabilitas, & quæ ob defectum leuitatis & repræsentationis contrahitur, qualis est bigamia, homicidium iustum, & illegitimitas. Neque tolli posse eam irregularitatem, quæ simul est pœna & inhabilitas, qualis est illa, quæ contrahitur ex homicidio iniusto voluntario, vel mutilatione; solùm ergo per Bullam tolli potest irregularitas, quæ est pura pœna peccati, & ideo Cornejo *loco citato tr. 5. de irregular. disput. 5. dub. 1. quæst. 12.* docet irregularitatem ex iteratione Baptismi posse tolli per Bullam Cruciatæ in foro conscientiæ, & quando delictum est occultum, quia cùm imposita sit, propter culpam, & non propter significationem, habet rationem censuræ & pœnæ Ecclesiasticæ à quibus absolui potest per Bullam Cruciatæ. Item *disp. 6. quæst. vlt.* docet per Bullam tolli etiam posse irregularitatem incursam ex violatione censurarum, vt si aliquis sit suspensus, excommunicatus, &c. vnde *disput. 16.* asserit, quòd si quis ante ætatem ordinatus est, & celebrauit virtute

Bullæ

Bullæ Cruciatæ, potest obtinere dispensationem ab irregularitate incursa, eo quòd irregularitas hæc censura sit, & pœna Ecclesiastica; & tandem *disp.7.dub.2. quæst.2.* docet posse tolli per Bullam Cruciatæ irregularitatem, quam quis incurrit ministrando in Ordine quem non habet, quia talis irregularitas habet rationem censuræ, & pro confirmatione supradictorum ne prætermittas videre me ipsum *vbi supra.* Vnde ex dictis in dicta resolutione apparet, non bene Turrianum *in selectis disputationibus centur.2. cens.Theolog.dub.29.* asserere hanc sententiam esse improbabilem, quam communiter esse receptam in schola Diui Thomæ asserit Ioannes de la Cruz citatus *in dicta resolutione.*

RESOL. CXXXII.

Enumerantur plures casus in quibus secundum opinionem Doctorum Confessarius virtute Cruciatæ potest tollere irregularitatem.

Primo quæritur, an virtute Cruciatæ aliqua irregularitas sit dispensabilis?

Secundo, quis possit dispensare in hac irregularitate iterandi Baptismum?

Tertiò, quomodo tollatur irregularitas ex violatione censurarum?

Et an Prælatus regularis possit cunctis in hac irregularitate dispensare ex vi suorum priuilegiorum, si delictum sit occultum?

Quarto, quis potest in hac irregularitate dispensare ex illegitima Ordinum receptione, & vsu?

Quinto cursim deducitur, & quæritur, quis possit dispensare in irregularitate contracta ex Apostasia, & hæresi?

Et tandem obiicitur, quod in facultate absoluendi contenta in Bulla Cruciatæ non comprehenditur facultas dispensandi, nam aliud est absoluere, & aliud dispensare. Exp.10.tract.11. & Miscell.1.Res.22.

§. 1. A Libi à nobis actum est, An virtute Bullæ Cruciatæ aliqua irregularitas sit dispensabilis: Et affirmatiuam sententiam saltem ex principio extrinseco, videlicet, propter auctoritatem plurimorum Doctorum probabilem esse, putat nouissimè doctus, & amicissimus Pater Bardi, *in Bull. Cruc. part.2. tract.6.cap.7.sect.4.num.35.* & Castrus Palaus, *tom.4. tract.15.punct.8.§.4. num.5.* ibi: Oppositum probabilius est.

2. Vnde in gratiam Curiosorum apponam hîc aliquas irregularitates, quas virtute Cruciatæ docet Confessarium posse dispensare, inclytæ Academiæ Salmanticensis ornamentum, Magister Cornejo Carmelitanus *in 2.part. Diui Thomæ, tract.5.de irregul.disp.5. dub.1. quæst.12.* vbi loquens de irregularitate ex iteratione Baptismi, sic asserit: Quæres, quis possit dispensare in hac irregularitate iterandi Baptismum? Dico primò, solum Papam, si delictum sit publicum; si verò sit occultum, posse etiam Episcopum dispensare. Hæc est communis doctrina, quæ colligitur ex Concilio Tridentino *sess.24.cap.6.de reformatione.* Vbi notat, quòd licet secundus Baptismus fiat publicè; erit nihilominus delictum occultum, si primus Baptismus occultus sit. Dico secundò: sat probabile esse, hanc irregularitatem posse etiam tolli per Bullam Cruciatæ in foro conscientiæ, & quando delictum est occultum: quia, cùm imposita sit propter culpam, & non propter significationem; habet rationem censuræ, & pœnæ Ecclesiasticæ, à quibus absolui potest per Bullam Cruciatæ.

3. Idem, loquens de irregularitate ex violatione Censurarum, sic ait, *disp.6 quæst.vlt.* Quæres, quomodo tollatur hæc irregularitas? Respondeo tolli, posse dispensatione Summi Pontificis: quamuis, si delictum sit occultum; dispensatione Episcopi, ex Concilio Tridentino *sess.24.c.6.de reform.* & etiam in foro conscientiæ, ex priuilegio concesso in Bulla Cruciatæ, eò quòd irregularitas hæc Censura sit, & pœna Ecclesiastica: quò ad Regulares verò, potest Prælatus cunctis in hac irregularitate dispensare ex vi suorum Priuilegiorum; vt probat Sayrus *lib.7. cap 9.num.31.*

Sup. hoc in tom. 3. tr. 2. Res. 301. &c.

4. Idem *disp.7.dub.2.q.2.* loquens de irregularitate ex illegitima Ordinum receptione, & vsu; hæc scribit: Quæres, quis possit in hac irregularitate dispensare? Respondeo, quòd, vt ascendat ad vlteriores Ordines, solus Papa dispensare valet: vt verò in susceptis ministret, proprius Episcopus dispensare potest ex concessione ei facta in *c.2.de Clerico Excommunicato ministrante:* quòd si delictum occultum sit potest Episcopus etiam quoad vlteriores Ordines dispensare, ex Concilio Tridentino *sess. 24. cap.6. de Reformatione.* Per Bullam autem Cruciatæ potest hæc irregularitas, quoad vtrumque effectum, tolli, quia habet rationem censuræ.

Sup. hoc præter doctrinam Resolutionum annot. primæ huius Res. in tr. 3 tract. 3. lege §. vlt. Resolut 58. & ibi in tr. 5. ex Resolut.26. §. Etiam vlt. Et pro contento à lin.3. ante fin. huius §. Item disput.7. in Resolutionibus, & §§. not. primæ huius Res.

5. Et ideò omnes hos casus, & opinionem Cornejo, videtur tanquam probabilem admittere Magister Lezana *in summa tom.3.verb. Bulla Cruciatæ, n.30.* vbi hæc ait: Confessarius, virtute Bullæ Cruciatæ, non potest dispensare in aliqua irregularitate, etiam illa, quæ est purè pœna, quia Bulla sola solùm concedit auctoritatem absoluendi à Censuris; & iuxta stylum Curiæ nomine censuræ non venit irregularitas, nec ipsa est Censura. Nihilominus oppositum probabiliter docent Cornejo, & plures graues Doctores apud Dianam, *in part.1. tom.11. Resol.27.* Quibus fauet, quòd in forma absolutionis tribuendæ semel in vita, & semel in articulo mortis accipientibus Bullam, quæ posita est in Summario ipsius per Commissarium Generalem edito, dicitur: *Absoluo te & ab omnibus censuris, & pœnis:* verbum enim *pœnis*, dictas irregularitates denotare videtur: Ita ille.

Quæ hic est sup. Resolut.130.

6. Vnde ad confirmationem supradictorum non deseram hîc apponere verba Magistri Texeda *in Theol. moral. tom.2. lib.3. tractatu 3. numero 178.fol.mihi 355.* Vbi sic ait: Infero, quòd quando in Bulla, seu Priuilegio datur facultas Confessariis absoluendi ab omni censura, & pœna, & vi talis clausulæ, possunt absoluere pœnitentes etiam ab irregularitate, quæ in pœnam præcedentis culpæ statuta est, seu in illa dispensare; quia vt bene Sotus *in 4. distinctione 12. quæstione 3. articulo 1. Syluester verb. Absolutio 2.dicto...* Guttierrez *QQ. Canon. cap.3.* talis irregularitas verè est censura; & propriè pœna ob culpam incursam: ergo eo ipso, quòd in Bulla, Iubileo, aut Indulto conceditur facultas absoluendi ab omnibus censuris, & pœnis Ecclesiasticis, si non adiiciatur aliqua restrictio, per quam excludantur tales irregularitates, licitum erit ab illis absoluere, seu in illis dispensare. Confirmari potest hoc, quia Pius V. in Bulla edita anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo concedit facultatem Confessoribus absoluendi ab excommunicatione, Suspensione, & Interdicto, & posteà subdit: ab omni alia censura, ac pœna Ecclesiastica; ergo præter illa tria datur alia Censura, & pœna, à qua virtute Bullæ potest Confessarius absoluere; alias enim superflue adderentur illa alia verba. Quibus addo, quòd in multis Bullis, & indultis Pontificiis datur Confessoribus facultas, vt absoluere possint ab omni censura, & pœna; & statim subditur: excepta irregularitate homicidij voluntarij, & bigamiæ: Vnde, cùm exceptio firmet regulam; excepta Irregularitate homicidij, & bigamiæ, aliæ irregularitates, & pœnæ comprehenduntur nomine censuræ.

Sup. hoc sup. in Resol. 130. §. At secundum.

7. Obiiciunt moderni, quòd in facultate absoluendi non comprehendatur facultas dispensandi: nam aliud est absoluere, aliud dispensare; absoluere enim est remittere, quod quidem præsupponit culpam; dispensare verò est reddere personam habilem, tollendo ab illa inhabilitatem, & impedimentum, ob quod inhabilis erat ad aliquid agendum, vel recipiendum. Sed respondetur, quòd absoluere significat vtrumque, & absoluere, & liberare ab impedimento, quo quis impeditus erat, ne aliquid faceret. Secundò huiusmodi irregularitatem, quæ propter culpam incurritur, dico, esse verè pœnam, circa quam locum habet Absolutio, sicut impedimenti ablatio. Hucvsque Texeda; cuius opinio si esset vera, non solùm procederet in irregularitatibus superiùs dictis à Cornejo, sed etiam in irregularitate contracta ex Apostasia, vel Hæresi: vt obseruat Palaus *vbi suprà numero quinto in fine, & numero quarto.* Sed ego, his non obstantibus, negatiuæ sententiæ adhærendum esse puto, ex rationibus, quas neruosè adducunt Palaus, & Bardi, *locis citatis.* Puto itaque nullam irregularitatem virtute Cruciatæ tolli posse. Affirmatiuam tamen sententiam non audeo tanquam improbabilem damnare, vt parùm modestè his diebus fecit quidam purus Canonista, contrà quem superiùs dicta adnotare volui.

RESOL. CXXXIII.

An absentes vigore Cruciatæ possint absolui ab irregularitatibus, quæ includuntur sub nomine censuræ?

Et ex doctrina huius Resolutionis infertur, an Confessores Regulares possint dispensare cum sæcularibus ad petendum debitum, extra Sacramentum Confessionis?

Et an possint cum illis dispensare in absentia, & per scriptum? Ex p.4. tract.2.Resol.103.

Quæ hic est sup. Resol. 130. & in aliis eius primæ annot.

§.1. DIximus *suprà, & in tractatu de Bulla Cruciatæ, resolutione* 27. probabilem esse illam sententiam quam asserunt esse communem in schola Diui Thomæ, nempe sub nomine censuræ in Bulla Cruciatæ includi irregularitates procedentes ex delicto & quæ sunt pura pœna peccati; sed modò quæritur an absens possit absolui, seu rectiùs dispensari per Bullam à dicta irregularitate: Et negatiuam sententiam docebunt illi, qui tenent virtute Bullæ, non posse extra sacramentum Pœnitentiæ absolui à censuris, & ideo consequenter & à fortiori dicendum est non posse absolui absentem à censuris, & per consequens ab irregularitate, quia Decreto Clementis VIII. *sub die* 20. *Iunij* 1602. asseritur esse temerarium dicere quòd absolutio sacramentalis possit absentibus conferri: cùm ergo absolutio excommunicationis & irregularitatis conferri debeat intra Sacramentum, & hoc non possit exerceri inter absentes, sequitur necessariò quòd nec absolutio censurarum & dictarum irregularitatum possit absentibus conferri.

Quæ hic est sup. Resol. 65. & in aliis eius not.

2. Verùm illi quos ego citaui *in parte* 1. *tractu de Bulla Cruciatæ resolutione* 25. tenentes posse aliquem absolui à censuris extra Sacramentum virtute Bullæ Cruciatæ, sententiam affirmatiuam docebunt, nempe absolutionem censurarum & irregularitatum posse in absentes conferri; & ratio erit, quia absolutio censuræ quæ independenter est ab absolutione à peccatis, ex natura sua potest conferri absenti, vt tenent communiter Doctores, nisi expresè à concedente priuilegium limitetur ad sacramentum Pœnitentiæ. Sed in Bulla Cruciatæ absolutio ab excommunicatione non limitatur ad sacramentum Pœnitentiæ, nec limitatur vt in præsentia conferatur. Ergo virtute Bullæ potest absolui absens à censuris, & per consequens dispensari in irregularitatibus, quæ sub nomine censuræ in dicta Bulla includuntur. Et ita hanc sententiam loquens de censuris tenet in terminis, vt dici solet, terminantibus, Ægidius Trullench *in expositione Bullæ Cruciatæ, lib.*1. §.7.*cap.*2.*dub.* 8. *num.*12. verùm *num.*13. subdit hoc non expedire communiter fieri ob reuerentiam censuræ, & ad vitanda scandala, nisi in casu aliquo rato, vt si valde expediret excommunicato absolutio, & non facilè, aut sine scandalo adire posset Confessarium, nam in tali casu licitum erit absolui per literas, aut per nuntium, quo in casu tunc tenebitur absolutus quando recipit literas, aut notificatur ei absolutio per nuntium, nisi alter de mente absoluentis constiterit, nam si intendat vt nunc pro tunc sit absolutus, statim ac eum absoluit absentem, manet absolutus; interim tamen dum absens absolutionem ignorat, tenetur se gerere pro excommunicato. Hæc Trullench, quæ si vera sunt procedunt etiam in irregularitatibus, sub nomine censuræ contentis; & facit etiam pro hac sententia opinio Laurentij Portel *in dubijs regular. vers. Confessor. dispensans, num.*13. asserentis posse contra Sayrum & Capucinum Confessores Regulares dispensare cum sæcularibus ad petendum debitum extra sacramentum Confessionis; sed *num.*14. quærit an possint cum illis dispensare in absentia per scriptum, accepta informatione rei per scriptum? dari enim potest casus in quo vrgeat necessitas talis dispensationis, & sit magna difficultas adeundi talem Confessarium Regularem, vnde dictus Portel sic ait: Ego apud nullum inuenio hoc dubitatum, & in primis dico talem Confessorem Regularem sic dispensantem in absentia non violare mandatum D. Papæ Clement. VIII. quo prohibetur audire confessiones per scriptum in absentia; hæc enim dispensatio cum his absentibus ob votum castitatis, vel incestum, non est absolutio sacramentalis, vt patet. Secundò de ratione dispensationis non est, quòd fiat in præsentia, multi enim dispensantur in absentia à Papa, videlicet, Episcopis, & cæteris Prælatis. Tertiò, quia in ista dispensatione facta à tali Confessore Regulari in absentia non incurrunt, nec timentur illa pericula, quæ timentur in absolutione sacramentali facta in absentia. Hæc omnia Portel, quæ confirmant opinionem Trullench, & quòd absenti possit dari absolutio super irregularitate quæ includitur sub nomine censuræ per Bullam Cruciatæ. Verùm his non obstantibus, an omnia supradicta probabilia sint, remitto iudicio aliorum.

RESOL. CXXXIV.

An Commissarius Cruciatæ possit dispensare in aliquibus irregularitatibus?

Et in textu huius Religionis excipiuntur aliquæ irregularitates, in quibus supradictus Commissarius non potest dispensare. Ex p.1.tr.11. Resol.110.

§.1. REspondeo affirmatiuè, Ita Auila *de cens. p.*1. *disp.*10. *dub.*5. Fernandez, Villalobos, Rodriquez, & alij. Et hæc sunt verba, in quibus ei talis facultas impertitur: [Item similiter conceditur facultas dicto Commissario dispensandi, & componendi super irregularitate cum his, qui quibuscunque Ecclesiasticis censuris ligati, Missas & diuina officia (non tamen in contemptum clauium) celebrauerunt, seu alias se immiscuerunt: & super alia qualiber irregularitate, præterquàm ratione homicidij voluntarij, aut simoniæ, vel apostasiæ à fide, aut de hæresi, vel propter malam Ordinum susceptionem contractam, cum retentione beneficiorum, & fructuum ex eis perceptorum, & infamiæ, ac inhabilitatis exinde prouenientis abolitione, &

& executione Ordinum non malè susceptorum.] In quibus verbis videtur, quàm sit ampla facultas Commissarij in dispensatione super irregularitatibus prouenientibus ex delicto.

RESOL. CXXXV.

An Commissarius Cruciatæ possit dispensare super irregularitate publica contracta tamen ex delicto? Ex p.1. tract.11.Resol.111.

§.1. REspondeo affirmatiuè, vt patet ex verbis supradictis, & notauit Fernand. *in exam. Theol. mor.p.3.c.9.§.20.n.1.* Henriq. *lib.7.cap.13.n.5.* Villalob. *in sum.tom.1.tract.27. claus.13. n.6.* vbi sic ait: [Se aduierte, que no solo se concede al Commissario, que puede dispensar en la irregularidad, que prouiene de delito occulto, si no tambien en la que prouiene de publico. El fundamento es, porque el Pontifice no lo restringio, y ansi es visto, que le concedio generalmente, que quando solo quiere concederlo en el delito occulto, expressamente lo declara, como hizo en el Concilio Tridentino, en la facultad que acerca desto se concede à los Obispos, y ansi à qui concede el Papa la facultad para esto, no solo en el fuero interior, sino tambien en el esterior.

RESOL. CXXXVI.

An commissarius Cruciatæ possit dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio casuali, licet publica & ex iniusta mutilatione membrorum?

Et an Episcopus ad maiores Ordines vigore Concilij Tridentini dispensare possit etiam in tali irregularitate, dummodo sit occulta, quia ad minores Ordines etiam si sit publica, dispensare potest? Ex p.1.tr.11. Resol.112.

§.1. REspondeo affirmatiuè: nam in verbis Bullæ, seu facultatis, denegatur tantùm dispensatio super homicidium voluntarium: sed mutilatio non est proprie homicidium: ergo, &c. Et ita Episcopus, cùm non possit dispensare in homicidio voluntario; potest tamen propter dictam rationem dispensare in irregularitate occulta contracta ex iniusta membrorum mutilatione, vt notant Molin. *tom.4.disp.79. n.8.* Suar. *de cens.disp.44.sect.4.n.35.* Fill. *tom.1.tr.20.c.1.n.9.* & alij.

2. Et ita loquens in casu nostro asserit Rodriquez *in add.§.13.n.2.fol.mihi 215.* vbi ait: [Es de notar, que no puede el Commissario general dispensar en la irregularidad de homicidio voluntario, y por el consiguiente podrà dispensar en la irregularidad, que procede de mutilacion voluntaria de algun miembro, pues aqui solamente excepta el homicidio voluntario.] Et ita etiam docet Villalob. *in sum. tom.1.tract.27.claus.13. num.7.* & alij.

3. Notandum est etiam hìc cum Rodriq. dictum Commissarium posse dispensare in irregularitate orta ex homicidio casuali, licèt publica: sub nomine verò homicidij voluntarij non includitur homicidium casuale: & ita Episcopus potest ad maiores Ordines, vigore Concilij Tridentini, dispensare, etiam in tali irregularitate, dummodo sit occulta, vt ex multis tradit Auila *de cens. part.7.disput.6. sect.5.dub.2.* Coninch *de Sacr. disp.18 dub.14. n.111.* Reginald. *tom.2. lib.30. n.c.4. n.28.* Bonac. *de cens.disp.7.q.4 punct.vlt.n.13* & alij. Dixi, ad maiores Ordines: nam ad minores, etiamsi talis irregularitas sit publica, potest Episcopus dispensare, vt notauit Nauarr. *cap.26. n.240.* Henriq. *lib.14. cap.19.n.2. in Gloss. litt. M.* & Doctores citati.

RESOL. CXXXVII.

An Commissarius Bullæ possit dispensare in irregularitate contracta per simoniam?

Et notatur tantùm simoniam notoriam in Ordine inducere irregularitatem. Ex p.1.tr.1.Resol.113.

§.1. REspondent negatiuè Fernand. *in exam. Theol. mor.p.3.c.9.§.20.n.1.* Rodriquez & alij.

2. Sed ego puto, propter simoniam in ordine, vel beneficio, aliquem non incurrere irregularitatem, & ita nulla egere dispensatione; quia talem irregularitatem non inuenio in iure expressam: sed nulla irregularitas incurritur, nisi sit in iure expressa, vt notant communiter: ergo, &c. Et ita docet Suarez *de cens. disp.43.sect.4.n.5.* Filliucius *tom.1.tr.20.cap.8. num.247.* Reginaldus *tom.2. lib.3. tract. 2. cap.16. numero 100.* Henriquez *lib.13. cap.35. num.5.* Villalobos *in summa, tom.1.tr.21.difficult.17. num.1.* quidquid in contrarium asserat Comitol. *in resposn. moral. lib.6. quæst.64.n.3. & sequent.* qui multos textus adducit, sed non ad rem: loquuntur enim, & sunt interpretandi de suspensione, & non de irregularitate, vt Suarez probat.

3. Notandum est verò, quod Auila *de cens. part.7. disp.4. dub.7. concl.7.* putat, tantùm simoniam notoriam in ordine inducere irregularitatem. Et Megala *in 1.part. lib.4.c.5.q 4.num.70.* docet simoniacum, cùm per sententiam fuerit damnatus, tunc tantùm incurrere irregularitatem: quia tali pœna afficiuntur omnes infames.

RESOL. CXXXVIII.

An irregularitas propter hæresim occultam incursa sit dispensabilis per facultatem concessam Commissario Bullæ Cruciatæ?

Et docetur, an Hæreticus occultus incurrat irregularitatem, nec ne? Ex p.1.tr.11.Resol.114.

§.1. REspondeo negatiuè, vt patet ex verbis Bullæ. Sed ego existimo, talem probabiliter Hæreticum occultum non incurrere irregularitatem: & ita docet Auila *de cens.part.7 disp.4.dub.2. concl.2.* qui citat Henriquez, & probatur *ex cap.ad abolendam de Hæret.* vbi textus loquitur de Hæretico publico, in illis verbis: *Quicunque manifestè fuerit in hæresi deprehensus.*

Idem etiam docet Henriquez *lib.14. cap.4. num.6. & cap.5 num.2.* Reginaldus *in praxi, tom.2. lib.30.tract.2. cap.15. num.193.* Sà *verb irreg.* vbi de irreg. ex defectu animæ, *num.2.* Sayrus *de cens. lib.7. cap.12. numero 16.* & alij.

2. Quidquid asserat Filliucius *tom.1.tract.20. cap.9. n.228.* Suarez *tom.5. disp.43. sect.1. n.4.* Azorius *part.1. lib.8. cap.11. quæst.13. & cap.21. quæst.8.* Coninch *de Sacram. disp.18. dub.7. num.50.* Sanchez *in sum. tom.1. lib.2.cap.25.numero 2.* Bonacina *de cens. disp.7.punct.7. num.6.* & alij: putantes etiam Hæreticum occultum incurrere irregularitatem in cuius probationem adducunt *cap. saluberrimum*, & §. *Hæretici.* Sed hi textus nihil probant; imo pro nostra sententia faciunt; nam *cap. saluberrimum*, agit de abiuratione solemni quæ in scriptis fit: & *in §. Hæretici*, apertè, & clarè supponitur notitia criminis, sine qua nequit impleri, quod præscribit. Ex quibus apparet, supracitatos Canones loquutos fuisse de Hæreticis notoriis, & non occultis, qui, vt diximus, nullam incurrunt irregularitatem.

ad lin. 2. & in Resol.2. in eisdem §§. & melius in t. 3.tr.3.Resol. 46.§.vlt.&c.

Sup. hoc in tom.7.tr.1. lata doctrina Resol.298. prope finem, vers. His præhabitis, sed lege eam per totam. Et sup. doctrina contenta in §.2. huius Resol. lege §§. not. seq.

Sup. hoc in tom.5. tr.5. Resol.39. §. Hinc. in fine & ibi in tr.7. Resol.3.§.Notandum, & seq.& in Resol. not.præteritæ §. vlt. ante medium.

Sup. hæc doctrina in tom.5.tr.5. Resol. 49. & in aliis eius primæ not.

RESOL. CXXXIX.

An irregularitas contracta per malam susceptionem Ordinum, quia suscipiens erat excommunicatus, vel suspensus, sit per Commissarium Cruciatæ dispensabilis?

Sed remanet ista difficultas; in qua irregularitate contracta ex bigamia potest Commissarius Cruciatæ dispensare?

Et notatur, quod si aliquis contraxit cum corrupta, existente aliquo impedimento dirimente, si non consummauit matrimonium; imo quamuis consummasset, non incurrit irregularitatem. Ex part. 1. tract. 11. Resol. 115.

Quoad hoc vide supra doctr. Resol. 130. & aliatum Resol. & §§. eius primæ annot. & signanter in tom. 7. tr. 1. Ref. 300. à §. 2.

§. 1. REspondeo negatiuè, vt patet ex verbis Bullæ, & facultatis, vt optimè notat Fagundez *in exam. Theol. mor. part. 3. cap. 9. §. 20. num. 2.*

2. Sed ego puto probabiliter, excommunicatum, vel suspensum, Ordines sacros suscipiendo non incurrere irregularitatem. Et ita nobiscum sentit, quoad excommunicatum, Suarez *tom. 5. disp. 42. sect. 3. num. 2.* & Filliucius *tom. 1. tract. 20. cap. 7. num. 192.* cum aliis: quidquid probabiliter in contrarium asserat Valentia *tom. 4. disp. 7. quæst. 19. punct. 3.* Sayrus *lib. 7. cap. 10. n. 12.* Reginaldus *in praxi, tom. 2. lib. 30. tract. 2. cap. 14. num. 181.* de suspenso verò idem docent Filliacius, *vbi supra*, Suarez, & Sayrus; licèt probabiliter contrariam sententiam doceant aliqui ex præcedentibus Doctoribus. Et ratio est: quia non datur textus, in quo imponatur talis irregularitas: sed irregularitas non incurritur, nisi in casibus à iure expressis, ergo, &c.

3. Igitur ex his omnibus apparet, non posse Commissarium dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio voluntario, ex simonia, ex hæresi, & apostasia à fide & ex mala Ordinum susceptione; posse tamen in aliis irregularitatibus prouenientibus in delicto, licèt sint publicæ; in quo casu non potest Episcopus, vnde circa hoc remanet solum ista difficultas; in qua irregularitate contracta ex bigamia potest Commissarius Cruciatæ dispensare?

4. Ita respondet Villalob. *in summ. tom. 1. tract. 27. clauſ. 13. num. 8.* [No puede dispensar el Commissario en la bigamia interpretatiua, que no nace de delito, qual es del que se casò non corrupta: mas si en la que nace de delito, qual es del que se casò validamente con vna, & inualidamente con otra, y en la similitudinaria, que incurre el que se casò estando ordenado de Orden sacro, ò siendo professo en la Religion aprouada.] Ita ille, qui citat etiam Rodriquez.

5. Notandum est tamen, quod si aliquis contraxit cum corrupta existente aliquo impedimento dirimente, si non consummauit matrimonium, non incurrit in irregularitatem: quia existente matrimonio inualido, nulla est significatio, seu defectus significationis. Ita Bonac. *de cens. disp. 7. q. 2. punct. 5. n. 8.* aduersùs Suarez, Sayr. & alios.

6. Imò ego puto aduersùs Bonacin. quòd si etiam in tali casu aliquis matrimonium consummaret, non incurreret in irregularitatem. Et ita docet Auila *de cens. part. 7. disput. 7. dub. 2.* qui citat Nauar. asserentem sic fuisse decisum in sacra pœnitentiaria.

RESOL. CXL.

An Commissarius Cruciatæ possit dispensare in aliquo impedimento matrimonij? Ex p. 1. tr. 11. Res. 116.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Ioan. de la Cruz *in direct. conf. part. 2. tr. de matrim. art. 6. dub. 12. concl...* Fernandez *in exam. Theol. mor. part. 3. cap. 9. §. 20. num. 3.* Henriquez *lib. 7. cap. 13. num. 5. & lib. 12. cap. 3. num 3.* Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 27. clauſ. 13. num. 11.* & Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 8. num. 23.* vbi sic asserit: [Commissarius Bullæ Cruciatæ potest dispensare pro solo conscientiæ foro in affinitate consurgenti ex copula fornicaria in primo, & secundo gradu; atque prolem susceptam, & suscipiendam, legitimam decernere, concurrentibus quatuor conditionibus. Prima est, vt matrimonium cum illo impedimento sit iam contractum, seruatáque sit forma Trident. *sess. 24. de matrim. cap. 1.* Secunda est, vt impedimentum sit occultum. Tertia est, vt adfuerit bona fides, saltem ex parte alterius contrahentis, qui tempore contractus matrimonij id impedimentum ignorabat. Vltima est, vt comux, qui ignorauit Sui impedimentum, certior fiat de prioris consensus nullitate; quamuis ei non declaretur causa nullitatis, vt cuitentur scandala.

RESOL. CXLI.

An ille primus gradus, in quo potest Commissarius Cruciatæ dispensare, intelligendus sit in vtraque linea transuersali, & recta?

Et notatur, quod si denunciationes culpabiliter essent omissæ, etiamsi matrimonium contractum sit ante Parochum & testes, non possit tali casu Commissarius dispensare. Ex part. 1. tract. 11. Res. 117.

§. 1. REspondeo affirmatiuè: quia concessio facta dicto Commissario est absoluta, & sine vlla distinctione: & vterque gradus est iure pontificio inductus. Et ita docet Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 7. disp. 3. num. 2.* & alij. Vnde Rodriq. *in Bull. Cruc. §. 13. fol. mihi 210.* ita asseruit: [Puede el Commissario general dispensar para que vno se puede casar con vna muger, que conocio su padre carnalmente, auiendose casado publicamente, ignorando vno dellos el impedimento.]

2. Notandum est tamen, quòd si denunciationes culpabiliter essent omissæ, etiamsi matrimonium contractum sit ante Parochum, & testes; non posset in tali casu Commissarius dispensare: & ita notat ex Sanchez Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 27. clauſ. 13. n. 14.*

RESOL. CXLII.

Quando dicatur impedimentum occultum, vt possit Commissarius Bullæ dispensare? Ex p. 1. tr. 11. Res. 118.

§. 1. REspondeo, occultum in hoc loco accipiendum esse eo modo, quo accipitur in Concil. Trident. *sess. 24. cap. 6.* vbi conceditur facultas Episcopis, vt possint dispensare super irregularitatibus, &c. prouenientibus ex delicto occulto. Igitur hic, sicut & in Concil. Trident. occultum non accipitur secundùm terminos iuris, id est, quod non potest probari, vt non bene censerunt Graffius *tom. 2. consil. 2. n. 20. de homicid.* Garcias *de benef. tom. 2. part. 7. cap. 11. num. 4.* Almandariz *in addit. ad recopil. l. Nauarræ, lib. 1. tit. 18. lib. 7. num. 25.* & alij.

2. Sed accipitur pro eo, quod non est publicum, etiamsi ab aliquibus sciatur. Et ita docet Azor *part. 1. lib. 8. cap. 10. quæst. 9.* Auila *de cens. part. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 12. concl. 2.* Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 30. sect. 2. num. 2. & tom. 5. disput. 41. sect. 2. num. 6.* Molina *de iustit. tom. 3. tract. 3. disp. 79. num. 8.* Comitol. *in respons. moral. lib. 6. cap. 44. num. 2.* Sanch. *in sum. tom. 1. lib. 2. c. 11. n. 19.* Reginaldus *tom. 2. lib. 30. tract. 2. cap. 3 num. 30.* Filliuc. *tom. 1. tract. 20. cap. 10. num. 269.* Homobon. *de exam. Eccles.*

Eccles. part. 1. tract. 4. c. 7. quæst. 57. Floron. *tract. de cas. reserv. part. 1. cap.* 4. § 21. *n.* 2. Solerus *de potest. Confess.* cap. 3. Ioan. de la Cruz *in director. Confess. part.* 2. vbi de irregul. *dub.* 15. *concl.* 1. Megala *in* 1. *p. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 3.

3. Et ita in terminis casus nostri, notat Sanchez *de matrim. tom.* 3. *lib.* 7. *disp.* 3. *n.* 26. & Villalob. *in sum. tom.* 1. *tract.* 27. *clauss.* 13. *n.* 15. vbi sic ait [: Por oculto se entiendo aquello, que no es publico, y ansi aunque algunos supiessen el impedimiento, y se pudiesse probar, se diria para este efeto oculto, y no publico, lo que se llarma publico, e lo que se sabe en la mayor parte de la ciudad, vezindad, Colegio, Monasterio, ò Parrochia, como tenga por lo menos diez personas.

RESOL. CXLIII.

An quando commissarius dispensat in impedimento opus est, vt qui ignorauit impedimentum, certior de illo efficiatur?

Sed difficultas est, vtrum ad matrimonium inualidum ob impedimentum occultum ratificandum, cessante impedimento, oporteat alterum coniugem certiorem facere de nullitate prioris matrimonij? Ex p. 1. tr. 11. Res. 119.

§. 1. REspondeo, quòd magna difficultas est, vtrùm ad matrimonium inualidum ob impedimentum occultum ratificandum, cessante impedimento, oporteat alterum coniugem certiorem facere de nullitate prioris matrimonij.

2. Prima opinio negat. Ita Caiet. *Opusc. tom.* 1. *tr.* 12. *de matrim. q.* 2. Sot. *in* 4 *dist.* 28. *q.* 1. *art.* 2. *concl.* 3. *cas.* 1. Veracr. *in spec. p.* 1. *art.* 44. *concl.* 3. Graffius *decis. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 30. *n.* 15.

3. Secunda verò sententia affirmat: ita Villalob. *in sum. tom. tract.* 14. *dub.* 32. *n.* 6. Nauarr. *in Man. cap.* 22. *n.* 47. Philiarchus *de off. Sacerd. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 2. *c.* 13. Cucchus *inst. maior. lib.* 5. *tit.* 12. *n.* 82. & alij.

4. Sed quidquid sit de hoc, certum est, in casu nostro non valere dispensationem, vt patet ex verbis Bullæ, si coniux ignarus non efficiatur saltem in genere certior de impedimento. Et ita docet Rodriquez *in Bull.* § 15. Sanchez *de matr. tom* 3. *lib.* 7. *disp.* 3. *num.* 23. & Villalob. *in sum. tom.* 1. *tr.* 27. *claus.* 13. *n.* 18.

RESOL. CXLIV.

An Bulla Cruciatæ suspendat Indulgentias Regularium? Et an sub illis verbis Bullæ, excepti tamen quod eorum fratres tantum, *sub nomine* fratrum *in Bulla intelligantur etiam Nouitij, & Moniales?* Ex p. 1. tract. 11. Res. 88.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docuit Acosta *in expos. Bull. quæst.* 108. vbi docet per publicationem Bullæ Cruciatæ suspendi omnes Indulgentias Mendicantium non solùm respectu sæcularium; sed etiam respectu ipsorum Fratrum: quia, licèt in clausula reuocatoria Bullæ excipiantur facultates Mendicantium, certum est, quòd sub nomine facultatum, non intelliguntur Indulgentiæ, vt patet *ex cap. Extr. Greti IV. de pœn. & remiss.*

2. Sed contrariam sententiam tenendam esse iudico, quam præter Rodriq. tuetur nouissimè Nugnus, vbi *infra*, Villalobos *in sum. tom.* 1 *tract.* 27. *claus.* 12. *n.* 9. Et ad argumentum Acostæ respondetur, quòd illa verba Bullæ *Exceptis tamen concessis Ordinum Mendicantium Superioribus, quoad eorum Fratres*, tantùm extendenda sunt ad omnia superiùs posita, sine limitatione ad facultates tantùm, vt putat Acosta.

3. Notandum est verò cum Nugno *in* 3. *part. tom.* 2. *tract. de Bulla*, § 14. quod sub nomine Fratrum in Bulla intelliguntur etiam Nouitij, & Moniales. Sup. hoc. in Res. non præterita §. vlt. ad medium, vers. Nouitios.

RESOL. CXLV.

An sub nomine Mendicantium in Bulla Cruciatæ includantur etiam alij Religiosi, qui Mendicantes non sunt, sed ex beneficio Sedis Apostolicæ eorum fruuntur priuilegiis?

Et an sub nomine Mendicantium intelligantur non solum Religiosi professi, sed etiam Nouitij? Ex p. 1. tract. 11. Res. 89.

§. 1. ALiqui negatiuè respondent ex authoritate Patris Henriquez *in sum. lib.* 7. *c.* 22. *n.* 4 *in Gloss. lit. Y.* & Ioan. Valer *in differ. vtriusque fori, verb. absolut. n.* 35. vbi asserunt exceptionem Bullæ Cruciatæ circa priuilegia Ordinum Mendicantium non prodesse aliis Religionibus non Mendicantibus, nec ea gaudere posse, etiam per communicationem priuilegiorum. Et ita tenet Rodriquez *in Bull.* § 12. *in addit. dub.* 1.

2. Vnde ex hac opinione sequeretur, quòd Prælatus istarum Religionum non Mendicantium non possit absoluere quemcunque subditum Religiosum a quibuscunque casibus Sedi Apostolicæ reseruatis; & vti similibus priuilegiis: sequeretur etiam ex ista opinione, non manere in suo robore quoad istos Religiosos non Mendicantes priuilegium illud, quod non possint eligere Confessores virtute Bullæ Cruciatæ, vt absolutionem à reseruatis obtineant.

3. Sed his non obstantibus, contrarium docet Acosta *in Bull. Cruc. q.* 105. *in fin.* & Villalobos *in sum. tom.* 1. *tract.* 27. *claus.* 12. *num.* 11. vbi sic ait: [Las Ordenes no Mendicantes, parece que no gozan deste priuilegio, por la comunicacion, que tienen de los priuilegios, porque la Bula suspende los de todos los Monasterios, y ansi de otra manera parece, que seria frustratoria la clausula. Mas à mi paraceme probable lo contrario, que à las, que tienen comunicacion de los priuilegios, no veo por donde los ayamos de quitar este. Y no obsta el dezir, que seria frustratoria la clausula, porque se entiende en caso, que no tengan priuilegios.] Hæc ille. Vbi etiam, sub nomine Mendicantium intelligit non solùm Religiosos professos, sed etiam Nouitios, si habeant animum perseuerandi in Religione. Et ideò stante hac opinione, omnes Superiores Mendicantes, & non Mendicantes, non obstante Bulla Cruciatæ, vigore eius clausulæ licitè frui possunt omnibus facultatibus, & priuilegiis à Sede Apostolica obtentis, etiam per communicationem in ordine ad suos Fratres, vt potestas dispensandi in aliquibus votis, in ieiuniis, in cibis prohibitis, & in aliis multis, quæ videri possunt in compendiis eorum priuilegiorum. Sup. his Nouitiis in Res. præter. cursim in §. vlt.

RESOL. CXLVI.

An ad lucrandas Indulgentias Bullæ teneatur quis confiteri, si non habet mortalia sed tantùm venialia peccata?

Et docetur, quod Ecclesia non consuenit præcipere confessionem nisi de mortalibus. Ex part. 1. tractat. 11. Res. 107.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Acosta *in Bul. q.* 14. *dub* 2. quia putat Bullam exigere Confessionem, tanquam iunctum opus.

2. Sed ego contrariam sententiam non minùs probabilem esse existimo: quia, quando in Bulla exprimitur confessio, sermo est de Confessione illius, qui

conscientiam habet peccati mortalis, nisi aliud exprimatur: * Ecclesia enim non consueuit præcipere Confessionem, nisi de mortalibus; & Confessio absolutè accepta non sumitur nisi pro Confessione illorum: & ita hanc opinionem tenet Suarez *in 3.p. tom.4. disp.52. sect.3.* Zanardus *in direct. Theol. p.1. de Sacram. Pœn. c.21.q.24.* Lorichius *in thes. Theol. ver. Iub.n.21.* Comitolus *in resp. mor lib.1.q.39.* Regin. *tom.1.lib.7.c.vlt.n.173.* Bellarmin. *de Indulg.lib.1.c.13.q.3.* Graffius *par.1.lib.4. c.15.n.19.* Coninch *de Sacr. tom.2. disp.12. dub 7. n.38.* Filliuc. *tom.1.tr.8.c.6.q 8. n.145.* Henriq. *lib.7.c.12.n.2.* Bonacina *de Sacr.disp.6. q.1. punct.5. num.7.* Molfesius *in sum. tom.1. tract.7. cap.26.num.79.* & alij penes ipsos quidquid in contrarium ex neotericis asserat contra Suarez, Didacus Nugnus *in addit. ad 3.p. tom.2.q.27. art.3.dub.2.* Sanchez *de matr tom.3. lib.8. disp 15. n.19.* Floronus *de cas reseruat. part.1.cap.6.§.6.n.3.* qui etiam nostram sententiam probabilem vocant, & alij.

* Sup. hoc inf. in tr.4. Ref.47. §. penult. ad medium, & seq. & in tom.1. tr.3. Ref.60. & in aliis eius annot.

3. Illud verò, quod dicit Acosta, Bullam exigere Confessionem, tanquam opus iniunctum, negatur: quia hoc esset, si diceretur in Bulla: *Præmissa, aut facta Confessione*, vel quid simile. Imo Coninch, *vbi supra, de Sacr.disp.12 dub.7.numero 38.* & Leone *tract de Iubil. p.1.quæst.1. n.76.* tenet nostram sententiam, etiamsi in Bulla apponantur hæc verba: *Præmissa Confessione communicauerit*, quia adhuc intelligi debent de mortalibus.

RESOL. CXLVII.

An pro lucranda Indulgentia supradicta sufficiat suscipientem Bullam confessum fuisse in quadragesima præterita, & habere propositum confitendi in Quadragesima futura? Ex p.1.tract.11.Ref.105.

§.1. NEgatiuè in terminis nostræ Bullæ respondet Acost. *in Bull.q.14.* quia in proprietate verborum, quæ in Indulgentiis strictè seruanda est, non dicuntur verè confessi, qui propositum confitendi habent, neque qui post præteritam Confessionem peccata mortalia commiserunt.

Sup. hoc inf. in tr.4. Ref. 48. §. Nota, & hoc sup. in Ref.2.ex §.1. lege doctr. à Verf. Difficultas & eq.

2. Hæc opinio est probabilis: sed contrariam non minus probabilem existimo: & ita, quando Indulgentia conceditur omnibus verè pœnitentibus & confessis, sacráque Eucharistia refectis, vt sub hac forma conceditur in nostra Cruciata; puto, satis esse suscipientem Bullam confessum fuisse in Quadragesima præterita, & habere propositum confitendi in Quadragesima futura: quoniam talis dicitur confessus secundùm ius.

3. Et ideò docet nouissimè hanc sententiam Filliuc. *tom.1.tract.8.cap.6.q.8.n.148.* vbi ait: [Quando in forma Indulgentiæ dicitur: *Verè pœnitentibus, & confessis.* Etsi probabilis sit, & tutior opinio requirens actualem Confessionem attamen probabilior est, tutáque contraria, quòd, scilicet, satis sit vera contritio cum Confessione in voto; re ipsa autem tunc tantùm quando contritio illa non reputatur vera. Sed indulgentia Bullæ Cruciatæ, vt *supra* diximus, conceditur sub hac forma. Ergo, &c.

4. Et ita præter Filliucium docet hanc sententiam Suarez *tom.4. in 3.p disp.52.sect.3. numero 12.* Toletus *lib.6.c.27 num.2.* Gabriel *in 4.dist.45.q 2.num.12.* Paludanus *in 4.dist.2.q.4.art 3.concl.1.* Rosella *verb.Indulg. n.22.* Tabiena *eod.verb.n.18.* Armilla *eod.verb.18.* Angelus *eodem verb.n.17.* & Comitolus *in reser.mor.lib.1. quæst.39.* & alij: quidquid in contrarium asserat Coninch *de Sacram.disp 12.dub.7.n.38.* & Bellarminus *de Indulgent.lib.1.cap.13.quæst.3.* Sà *verb.Indulgent.num.3.* Sotus *in 4.dist.21.q.2. art.3.* Benzonius *de Iubil. lib.5. c.15.dub.4.* Reginald. *tom.1. lib.7.c.vlt.q.1 n.171.* & alij.

RESOL. CXLVIII.

An Oratio facienda in Ecclesiis, vel altaribus pro lucranda Indulgentia Bullæ Cruciatæ sufficiat, vt sit mentalis?

Ex quo infertur, an etiam sufficiat Oratio mentalis ad persoluendam pœnitentiam a Confessario impositam, Officium Diuinum, & Missam dicendam? Ex p.5.tr.11. Ref.44.

§.1. NEgatiuè respondet Rodriquez *in Bulla Cruciatæ, §.7. numero 2.* vbi sic ait. [Dudase si esta oracion basta que sea mental, respondo que no basta que sea mental: mas ha de ser externa, y visible, assi como la Iglesia es visible, no porque la oracion mental no sea de mucha eficacia, y importancia, sino porque la oracion que aqui se manda es como obra satisfatoria, mandada por el Papa Principe de la Iglesia, el qual en su nombre quando manda hazer las dichas obras satisfatorias, entiende de las exteriores, y visibles, y no de las mentales, que son invisibles: y assi dize communmente en la materia de la satisfacion, que no basta la oracion mental para cumplir la penitencia que impone el Confessor, quando manda rezar algunas oraciones, por lo qual quando la Iglesia nos obliga a rezar el Oficio diuino, y dezir Missa, no se contenta conque recitamos, y digamos la Missa mentalmente, ni se contenta con que a leamos en el libro, mas quiere con la voz, la exprimamos.] Ita ille, & nouissimè hanc sententiam docet Ludouicus de la Cruz *in Bulla Cruc. disp.1. c.8. dub.13. num.6.*

Sup. hoc inf. in tr.4. Ref. 48. §. Nota, & hoc sup. in Ref.2. ex §.1. lege doctr. à Verf. Difficultas & eq.

2. Sed mihi contraria sententia non minùs probabilis videtur quam tenet doctus Ægidius Trullenck *in Bulla Cruc. lib.1. §.6. dub.2. num.7.* quia solùm præcipitur in Bulla, vt effundant ibi orationes: at nomen *orationis* propriissimè conuenit mentali, imò & præcipuè, nam oratio interna præferenda est, cæteris paribus, vocali, quando hæc est voluntaria, seu non est in præcepto, quia, per se loquendo, & ordinariè, mentalis est magis fructuosa: nam multum illuminat animos in iis, quæ ad Deum & ad salutem pertinent, & præparat illos ad vincendas tentationes & pericula peccatorum vitanda. Secundò probatur, quia ad talem indulgentiam comparandam non præscribitur oratio publica, sed priuata: ergo poterit hæc ad libitum esse vocalis, vel mentalis. In hoc enim valde distinguitur oratio publica à priuata, quia hæc potest esse vocalis, & mentalis; publica verò, quæ talis ideo dicitur, quia fit ab Ecclesia per ministros suos, vt tales sunt, debet esse semper vocalis. Nec obstat fidelium vsus ad constitutionem Indulgentiæ huius preces vocales fundentium, quia ex hoc solùm infertur has preces esse sufficientes ad prædictam Indulgentiam lucrandam, quod est certum, non tamen necessarium. Ad argumenta verò Rodriquez satis respondet Trullench *loco citato, n.8.*

RESOL. CXLIX.

An sufficiat ad lucrandas Indulgentias Bullæ Cruciatæ visitare ex vno loco quinque Altaria, sine motu corporali?

Et si sint in eodem populo quinque Ecclesiæ, an sufficiat visitare quinque Altaria in eadem Ecclesia, vel in diuersis?

Sed adhuc dubium supereſt, quando in aliquo populo tantum est vna Ecclesia, habens tria, vel quatuor tantum Altaria, vtrum debeat quis visitare omnia illa, & iterum

iterum bis, vel ter vnum Altare, vel an vero debeat viſitare vnum Altare quinquies? Ex part.1. tract.11. Reſ.102.

§.1. CONtra Rodriquez, olim negantem ſententiam ſuſtinentem, affirmatiuè reſpondet Vegha *in ſumma, tom.2.cap.7. caſ.26.* vbi ſic ait: [Es neceſſario ſegun Rodriquez, que viſitando eſtos cinco altares, aya mouimiento corporal, porque ſi ſe viſitan eſtando quedo ſin mouerſe, no ſe ganara. Aunque tambien es opinion muy verdadera, y eſta ſe ſigue agora, que ſin que aya mouimiento corporal, viſitandolos ſolamente en el coraçon, baſta.] Ita ille, & poſteà ſententiam mutans Rodriquez.

2. Idem etiam docet Villalobos *in ſumma, tom.1. tract.27. clauſ.3. num.6.* & Bonacina *de Sacr. diſput.6. qu.1. punct.5. num.25.* qui citat Graffium, Sà, & Azorium, Henriquez *lib.7. cap.10. num.1.* & Sà *verb. Indulg. n.6.* cum aliis.

3. Sed notandum eſt, vt ex ipſa litera Bullæ conſtat, quod, etiamſi ſint in eodem pago quinque Eccleſiæ, ſufficit viſitare quinque altaria in eadem Eccleſia, vel in diuerſis. Sed poteſt eſſe dubium, quando in aliquo pago tantùm eſt vnica Eccleſia, habens tria, vel quatuor altaria; vtrùm debeat quis viſitare omnia illa, & iterum bis, vel ter vnum altare? an verò debeat viſitare vnum altare quinquies? Reſpondetur, quòd quomodocunque fiat, ſufficiet ad obtinendam Indulgentiam: ſed melius eſt hoc vltimum; quia eſt magis ſecundum literam. Et hoc quod dicitur, ſi non fuerint quinque altaria, intelligitur in pago pro ſæcularibus, & in propria domo pro Religioſis. Ita Nugnus *in 3. p.tom.2.tract. de Bulla*, §.10.

RESOL. CL.

An ſufficiat ad lucrandas Indulgentias viſitare ex vno loco quinque Altaria ſine motu corporali?

Et an quando quis idem Altare quinquies viſitat, non teneatur loco dimoueri, ſed eodem loco fixus poſſit illud quinquies viſitare, dummodo qualibet viſitatione finita ſaltem corpus, & caput inclinet in ſignum diſtinctæ viſitationis? Ex p.3.tr.addit.Reſ.25.

§.1. HIc caſus frequenter poteſt accidere in praxi, & de illo ego egi *in 1 part.tract.11.reſol.102.* & pro parte negatiua adduxi Rodriquez, cui nunc addo Ægidium Trullench *in Bull.Crvc. lib.1 §.6. dub.2. num.4.* vbi ſic ait *Henriquez ait, etiam ſi expediens ſit vt altarium viſitatio fiat cum aliquali corporis, & ſitus motu commodè fieri poſſit, id tamen non requiritur neceſſario, ſed ſatis eſt vt vno loco fixus preces fundas verſus quinque altaria. Quod etſi probabile ſit, tutius & verius eſt omnino requiri aliqualem corporis motum quando commodè fieri poteſt, aliter enim in rigore non videtur quintuplex, ſed vnica viſitatio. Quando verò quis idem altare quinquies viſitat, exiſtimo non teneri loco dimoueri, ſed eodem loco fixum poſſe illud quinquies viſitare, dummodo qualibet viſitatione finita, ſaltem corpus & caput inclinet in ſignum diſtinctæ viſitationis.* Ita ille. Sed ego in dicta reſol. contrariam ſententiam docui cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Philippum de la Cruz *Theſ. Eccl.tract.1.q.19.n.5.*

RESOL. CLI.

An, ſi quis non poteſt ingredi Eccleſiam, quia eſt plena hominibus, conſequeretur Indulgentiam Bullæ viſitando tamen talem Eccleſiam a foris, vt poſſibile eſt?

Idem dicendum eſt de Iubileo. Ex part. 1. tractat. 11. Reſol.103.

§.1. NEgatiuè reſpondet Gloſſa *in Clem. de reliq. & ven.Sanct.* & Zanardus *in direct. Theol.part.1. tract.de Sacr.Pœn. cap 20.quæſt.40.*

2. Sed contrarium communiter docetur. Ita Villalob. *in ſum.tom.1.tract.27. clauſ.8. n.7.* Fernandez *de exam. Theol.mor.p.3.c.9 §.9. n.5.* qui citat Roſellam, Cordubam, & Rodriquez.

3. At puto in caſu noſtræ Bullæ, vt optimè notat Nugnus *in 3. p. tom.2. tract.de Bulla. §.10.* reſpondendum cum diſtinctione; quòd, ſcilicet, talis viſitatio ſit ſufficiens pro viſitatione vnius altaris, non tamen pro quinque altaribus: quia moraliter loquendo, non poteſt dici, quòd talis homo viſitet quinque altaria in illa Eccleſia, ſicuti verè dicitur, quòd viſitat talem Eccleſiam. Vnde ſequitur, quòd ad obtinendam præſentem Indulgentiam debet viſitare quinque Eccleſias, qui iſto modo viſitat. Quando verò in aliquo Iubileo tantùm exigitur vnica oratio in Eccleſia, ſufficit iſto modo illam viſitare. Ita ille: quod vltimum eſt valde notandum pro Iubileis. Et idem etiam docuerat Bonacina *de Sacr. diſp.6. q.1. punct.5. num.26.* qui citat Suarez, Rodriquez, Cordubam, & Graſſium, quibus ego addo Leone *tr.de Iubil.p.1. q.2. num.162.* Villalob *in ſum. tom.1. tract.26. dub.24. num.7.* Sanctarellum *de Iubil. cap.4. dub.3.* Fernandez *in exam. Theol. mor. p.3. cap.8. §.8. num.3.* & Filliucium *tom.1. tract.8. cap.6.q.3. num.133.* & alios.

Sup. hoc inf. in tract. 5. Reſ.17.

RESOL. CLII.

An ſupra dicta Indulgentia Bullæ obtineri poſſit multoties eodem die?

Et an ſupradictæ Indulgentiæ poſſint ſumi pro defunctis, ita vt pro illis poſſint etiam ſimul ſumi vno die multoties?

Et vtrum aliquis poſſit ſæpius eodem die conſequi Indulgentiam conceſſam viſitantibus talem Eccleſiam tali die? Ex p.1.tr.11. Reſ.104.

§.1. REſpondeo affirmatiuè. Et ita docet in propriis terminis noſtræ Bullæ Villalob. *in ſum. tom.1. tract.27.clauſ.8. n.8.* vbi ſic ait: [Tengo por mas probable, que eſtas Indulgencias ſe pueden ganar muchas vezes en vn dia, viſitando muchas vezes las Yglesias.] Idem docuit Rodriquez *in Bull.§.8.num.15.* & Nugnus *in 3.p.to.2 tract.de Bulla*, §.10. & alij.

Sup. hoc in Reſ.ſeq. §. vlt. & inf. in tr.5, Reſ.33.

2. Et nota, quòd ſupradictæ Indulgentiæ poſſunt ſumi pro defunctis, vt habetur in Bulla Latina, & notat Villalobos, *vbi ſupra*: & ideò pro illis poſſunt etiam ſumi in vno die multoties: & ita idem Villalobos docet; quod eſt valdè notandum. Et ex his patet reſponſio ad illam quæſt. vtrùm aliquis poſſit ſæpiùs eodem die conſequi indulgentiam conceſſam viſitantibus Eccleſiam talem, tali die; de qua quæſtione videndus eſt Bonacina *de Sacr.diſp.6.q.1.punct.5. n.32.* & alij penes ipſum.

RESOL. CLIII.

An per Bullam Cruciatæ quis lucretur in diebus ſignatis, qui vocantur Stationes, *omnes Indulgentias plenarias Vrbis Romæ?*

Et notatur poſſe ſæpius eodem die lucrari ſupradictas Indulgentias, ſi quis multoties viſitauerit Eccleſiam in ſupra dicta die.

Et quod poſſint Indulgentiæ ſumi vno die multoties pro defunctis. Ex p.3. tr.12.Reſ.2.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Corduba *lib.5. de Indulgent. quæst.41.* Henriquez *lib.7. de Indulgent. cap.10. num.2.* Ludouicus de la Cruz, *in Bulla Cruc. disp.1.cap.8.dub.2. num.3.* Nauarr *in Leuit. notab.9. num.15.* Leo *de Iubileo, part.1. q.6.n.229.* & Iacobus Granadus *in 3. part de Sacram.contr.12. tr.6. disp.2.n.4.* & 7. & ratio est, quia stilus Curiæ Romanæ & Regulæ Cancellariæ habet, quòd nisi in concessione exprimantur Indulgentiæ plenariæ, solùm intelligantur comprehendi non plenariæ; sed in Bulla Cruciatæ non exprimuntur Indulgentiæ plenariæ, ergo comprehenduntur tantùm non plenariæ. Vnde ex hac sequeretur per Bullam Cruciatæ non lucrari aliquam Indulgentiam plenariam, nisi semel in vita & in morte.

Sup. hoc in Resl. seq.

2 Verùm hanc sententiam Villalobos *in summ. tr.27. clauſ.8.n.3.* & Trullenck *in Bulla Cruciatæ, lib.1.§ 6. dub.1. num.5.* existimant esse falsam. Probatur primò ex summario Indulgentiarum in Bulla Hispana iussu Commissarij Generalis composito, vbi sic dicitur. [Sumario de las estaciones, y Indulgencias de Roma las quales concede su Santidad, à todas las personas que tomaren esta Bula, y hizieren, y cunplieren cerca desto lo en ella contenido.]& statim sequitur. [El primer oia de Quaresma en Santa Sabina Indulgencia plenaria.]& hoc modo percurrit alias stationes commemorando plures dies, in quibus Romæ conceduntur, Indulgentiæ plenariæ, nefas ergo est credere Bullæ Cruciatæ Commissarium in re adeò graui velle fideles omnes decipere, neque credibile est huius summarij formam ignorari à Summo Pontifice. Imò persuasum mihi habeo illius scientiam habere. Secundò probatur, quia quando quis Romæ visitat Ecclesiam vbi statio est, non solùm lucratur Indulgentiam illius Ecclesiæ, sed etiam omnes alias Indulgentias septem Ecclesiarum præcipuarum Romæ. At in aliqua ex illis singulis diebus est Indulgentia plenaria; ergo in Indulgentia quæ ratione stationum conceditur, est plenaria. Quare ad argumentum oppositum dicendum est in Bulla plumbea expresè dici, habentem Bullam posse lucrari Indulgentias stationum, cúmque in eis expresè contineantur Indulgentiæ plenariæ, illa generalis locutio æquipollet speciali, seu specificæ locutioni. Adde quòd in Bulla dicitur *omnes & singulas.* Et hæc omnia docet Trullenck & Villalob. *vbi suprà*, qui pro hac sententia adducuntur etiam Rodriq. *in Bulla §.8.num.6.* & Lopez *in Instr pr.2.* vbi de Bulla *cap.1.* quibus ego addo Garnicam *in expositione Bullæ Cruc.§. Item se concede.* vbi ita ait [La indulgencia el dia, que ay estacion es plenaria.]

Sup. contento in hoc §. in Resl. præterita per totam, & pro parte alia Resl. eius primæ not.

3. Notat etiam Villalobos *vbi suprà*, [Ser mas probable que estas Indulgencias se pueden ganar muchas vezes en vn dia, visitando muchas vezes la Iglesias, que assi se ganan tanbien en las de Roma, segun dize Nauarro, si la Indulgencia es plenaria, podra ganarla la secunda vez, y otras por los difuntos que para si no la ganarà, porque auiendosele perdonado la pena de los pecados la primera vez, no queda que perdonar la segunda vez.]

RESOL. CLIV.

Quoties per Bullam Cruciatæ lucretur quis Indulgentiam plenariam?

Et qui ad bellum pergit, an possit lucrari dictam Indulgentiam toties, quoties peccauerit, & confessus fuerit? Ex p.1.tract.11.Resl.109.

Sup. hoc lege doctrinâ præcedentis Resl.

§. 1. REspondeo, quòd semel in vita, & semel in morte. Ita notauit Leone *tr. de Inbil. p.1. q.6. n.229.* & alij.

2. Sed notandum est cum Villalob. *in sum tom.1. tract.27.clauſ.1.n.3.* quòd ille, qui ad bellum pergit, potest lucrari dictam Indulgentiam, toties, quoties peccauerit, & confessus fuerit. Et ante illum hoc etiam notauerat Rodriquez *in Bull.§.2.dub.6.n.15.*

RESOL. CLV.

An possit Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ applicare Indulgentiam moribundo sensibus destituto, qui petijt antea confessionem?

Et supponitur quod tali moribundo absolutionem Sacramentalem sub conditione impertiendam esse, & à fortiori, quando præsente Sacerdote dat generalia signa, in quibus se peccasse, & de peccatis dolere ostendit.

Et quid est dicendum, si moribundus nec Confessarium petierit, nec indicia exhibuerit, an, hoc non obstante, Indulgentia Bullæ sit illi impertienda? Ex p.1. tr.11. Resl.108.

§.1 REspondeo tali moribundo absolutionem Sacramentalem, saltem sub conditione, impertiendam esse; & à fortiori, quando præsente Sacerdote dat generalia signa, quibus ostendit, se peccasse, & de eo dolere, si, eò quòd subitò priuetur sensibus non possit aliquid in particulari confiteri. Et ita docent Diuus Antoninus *p.3.tit.10.c.2. circa med.* Sylvester *verb. Confessor.3.n.16.* & Paludanus *in 4. dist.21.q.2. art 2. concl.2.* Angelus *verb.confessio,4.n.8.* Medina *de Pœnit. tr.2.q.39. in fin.* Regius *in suis resol. cas.39.n.4.* Corduba *q.30.de Indulg.dub.3. opin 2.* Suarez *in 3 p.tom.4 disp. put.23.sect.1.n.5.* Henriq. *lib.6.c.10.num.7.* Coninch *de Sacram.disp.7.dub.10.n.97.* & 99. Vasquez *in 3.p.tom 4. q.91.art..dub.1.* Sà *verb. Confess.* Tolet. *l.1.c 8.num.1.* Sylvius *in add. ad 3.p.q.8. art.3.* Nugnus *ibid.* Quidquid in contrarium asserat nouissimè Choquetius *in tr.de Confess.per lit.c.7.per tot.* Abulens. *Matth.16 q.49.* & 79. Major *in 4 dist.14.* Sotus *in 4. dist 18.q.2. art 5.* Ledesma *2.p.4. q.8. art.4.* Cano *relect.de Pœnit.p.6.§. at inhærendo.* Nauarr. *in Man.c.26.n.27.* Lopez *in instr. p.1.c.18.* Conradus *in suis respons p.1.q.10.* Angles *in 4. p.1 art.2.dissic.6.*

2. Ita Homobonus *in exam Eccl p.1.tract.7.cap 18. q.84.* & Molfesius *in sum.tom.1.tract. 7.c.5.n.48.* tenetur hanc opinionem, etiamsi moribundus, nec Confessarium petierit, nec indicia exhibuerit, ex quibus actus contritionis, vel attritionis argui possit; modò talis in mortis articulo constitutus Christiano more viuere soleret, & bonus, ac fidelis homo existimaretur. Quam quidem opinionem amplexum fuisse Clementem VIII. testantur: cùm enim quisdam ex fabrica D. Petri præceps fuisset, & illum cadentem vidisset, absolutionem ei dedit, dicens: Si es capax, absoluo te à peccatis tuis.

Et hanc opinionem approbauit etiam Summus Pontifex Gregorius X V. quando erat Archiepiscopus Bononiensis *in suo Man. Confess. cap.1. de forma Sacr. Pœn.n.16.*

3. Sed stando etiam in contraria sententia, quòd dictus moribundus non sit absoluendus, vt rectè probat Malderus *de sigillo Confess.cap.15.* & alij communiter, cum quibus ego sentio; hoc non obstante, Indulgentia Bullæ est illi impertienda: quia non stetit per illam, vt hoc Confessionem minimè faceret. Et ita in similibus notauit Acosta *in Bull. q.14.* Et ita habetur in Bulla, vt obseruat etiam Villalob. *in sum. tom.1. tract.27. clauſ.1. n.1.* vbi ait: [Hase de aduertir, que como consta de las palabras desta clausula, que dize lo desearan, no es necessario, que aya Confession para ganar la Indulgencia, quando no pudiera hauerla.] Quod anteà docuerat Rodriquez *in Bull.§.2.dub.5.n.9.*

RESOL.

RESOL. CLVI.

Quomodo sit applicanda morituris Indulgentia Bullæ Cruciatæ?

Et multa circa hoc in textu huius Resolutionis explanantur, à Confessariis valdè notanda, & pro praxi menti tenenda. Ex p.5. tract.3. Res.133.

NOn est necessarium vt habens Bullam hanc, consequatur Indulgentiam, quòd expressè & formaliter petat sibi eam à Confessario applicari, sed sufficit quòd reuera applicetur à Confessario, & ex parte pœnitentis virtualis petitio, seu interpretatiua voluntas petendi hanc Indulgentiæ applicationem, id est, quòd si aduertisset, aut potuisset, eam postulasset. Ita Nauar. *not.30.n.12.* Suarez *infra num.8.* Imò nec est necessarium vt is, cui talis Indulgentia conceditur, percipiat & intelligat sibi concedi, vt docet Suarez 4. *tom.in 3.p.disp.56.sect.1.n.7.* Quare si quis repentè omnem sensum & rationem amittat, constituatúrque in mortis articulo, nullúmque signum confessionis, vel contritionis in ordine ad confessionem dederit, quamuis non possit sacramentaliter absolui, si tamen habeat indultum Indulgentiæ, & aliquibus coniecturis constet illum esse in statu gratiæ, poterit ei à Ministro designato Indulgentia applicari. Ita tenet Suarez *vbi supra num.7.* Corduba *de indulg. q.36.punct.2.* & Henriq. *l.14.cap.6.n.4. lit.Q.* Vnde non oportet vt infirmus pro Indulgentiæ consecutione priùs petierit & designauerit Sacerdotem Confessarium in particulari, sed sufficit illa interpretatiua voluntas, sic enim Eucharistia & Extrema-Vnctio datur infirmo, quia eo ipso quòd Christianè vixit, censetur in eo articulo interpretatiuè petere hæc Sacramenta & Indulgentias, quæ sunt remedia salutis, vt dictum est, & tenet Henriquez *lib.3. de pœnit. cap.9. n.4.* vbi dicit: Nec oportet vt infirmus pro eius Indulgentiæ consequutione designauerit Sacerdotem in particulari, & hæc omnia docet etiam Trullenck *in expos. Bullæ Cruc. l.1.§.7.c.2.dub.19. num.5.* qui *n.13.* optimè obseruat, quòd si infirmus iam moritur, estque periculum in mora, his duobus verbis, *Absoluo te*, potest absolui à peccatis, & applicari Indulgentia, & à censuris absolui, si id absoluens intendat, quod semper intendere præsumendum est, dum non habet contrariam intentionem, quia semper intendet efficere quidquid potest, nam verbum, *Absoluo*, ex se indifferens est ad absolutionem à peccatis, censuris, & Indulgentia: ergo potest ad omnia hæc ex intentione absoluentis determinari, & omnia illa comprehendere, præsertim cùm non oporteat vt absoluens suis verbis exprimat totum effectum, & modum Indulgentiæ, nam satis est vt pœnitens practicè & humano modo intelligat voluntatem & actionem absoluentis. Vnde & his idem Trullenck ex Suarez infert posse Confessarium huiusmodi Indulgentiam concedere per verba absolutionis sacramentalis, etiamsi nihil sciat de indulto pœnitentis, neque ipse pœnitens ex obliuione, vel inaduertentia Indulgentiam petat, dummodo Confessarius intendat absoluere non solùm à culpa, sed etiam a pœna, quantum potest quocumque titulo, quia, vt dictum est, absolutionis verba ad vtrumque determinari possunt. Et ex parte recipientis sufficit virtualis, imò interpretatiua voluntas consequendi quantam remissionem potest, sicut ad Extremam Vnctionem recipiendam sufficit voluntas interpretatiua, quam quidem interpretatiuam voluntatem aliquis infallibiter haberet, si animaduerteret, aut interrogaretur de huius Indulgentiæ consecutione. Ego autem dictas Indulgentias post sumptum Sacramentum Extremæ-Vnctionis applicare soleo.

RESOL. CLVII.

Quomodo Confessarius tempore mortis debeat impertiri Indulgentiam Bullæ Cruciatæ moribundo?

Et an Indulgentia Bullæ solum concedatur pro articulo, & non pro articulo mortis?

Et si Confessarius non velit vti forma tradita à Commissario, an satis sit dicere, concedo tibi omnes gratias, quas concedere possum virtute huius Bullæ, *etiam si hoc ore tenus non explicet, sed solum in mente habeat?*

Et si aliquis confiteatur vt Indulgentias huius Bullæ obtineat, & Confessarius ex malitia etiam non absoluat, an lucretur Bullæ Indulgentias?

Et an in articulo mortis, quando Clericus haberi non potest, an laicus possit concedere Indulgentiam Bullæ? Ex p.1.tr.11.Res.106.

§.1. REspondeo, impertiendo illam sub conditione, v. g. Si verè mortem obieris, impertio tibi Indulgentiam Bullæ; alioqui seruet tibi Deus hanc Indulgentiam ad instans mortis. Et ita fieri iubet Bullæ Commissarius, vt notauit Fernandez *in exam. Theolog. moral part.3. cap.9. §.9.num.4.* qui citat Nauarrum, & Cordubam. Et hanc praxim etiam docuerunt Villalobos *in sum. tom.1. tract.27. claus.11. numero 3* & Vegha *in sum. tom.2.c.7.cas.13.* Et ratio huius praxis est: quia, si sub tali conditione Indulgentia detur, si ex illa infirmitate æger conualuerit, & postea incideret in alium articulum mortis, non indigeret noua Bulla ad Indulgentiam consequendam: quòd mente teneant Confessarij. Notandum est verò, quòd Indulgentia Bullæ solùm conceditur pro articulo, & non pro periculo mortis.

2. Notandum est etiam, quòd si Confessarius non velit vti forma tradita à Commissario, satis est dicere: Concedo tibi omnes gratias, quas concedere possum virtute huius Bullæ, etiamsi hoc ore tenus non explicet, sed solùm in mente, & cogitatione habeat. Ita Rodriquez *in Bull. §.9. num.40.* & Fernandez *vbi supra §.10. n.1.* qui *n 3.* addit, quòd si aliquis confiteatur, vt Indulgentias huius Bullæ obtineat, & Confessarius ex malitia non illum absoluat; hoc non obstante, lucrabitur Bullæ Indulgentias. Sup. hoc ore tenus in t.3. tract.2. lege doctrinam Res.156. & aliarum eius primæ annot.

3. Notandum est etiam, quòd in articulo mortis, quando Clericus haberi non potest, laicus potest concedere Indulgentiam Bullæ, vt tradit ex Nauarro, Ioan. Valerus *in different. vtriusque fori, verb. absolut. diff.13.n.3.* Sup. contento in hoc §. vlt. in Res. seq. & in aliis Res. & §§. eius primæ annot.

RESOL. CLVIII.

An in articulo mortis possit virtute Bullæ Cruciatæ applicari Indulgentia ab alio, quam à Sacerdote?

Et an aliquando hæc Indulgentia in articulo mortis in casu licet raro possit applicari absenti, videlicet, si Parochus postquam Extremam-Vnctionem contulit pœnitenti ægrotanti oblitus est huius applicationem & infirmus iam moritur, nec potest Parochus eum adire, poterit è domo sua infirmo tali absenti applicare Indulgentiam? Ex p.5.tr.12.Res.46.

Et ad literam in tr.3.Res.134. Sed hic vna tantum Res. transcribitur.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Ludouicus de la Cruz *in Bulla Cruc. disp.1. cap.8. dub.14.n.2.* quia in Bulla habetur quòd semel in articulo mortis possit Confessarius Indulgentiam plenariam impendere, ergo qui non fuerit Sacerdos, non poterit id præstare. Sup. hoc in Res. præterita §. vlt. & infra in tr.5. Res.38. & in tom.5. tr.1.

Ref. 11. in fine, & in Ref. 212. etiam in fine.

præstare. Patet consequentia, quia cùm Indulgentiæ sint stricti iuris, in propria sua significatione sunt verba eius accipienda, & secundum ius; sed nomine Confessarij propriè intelligitur Sacerdos habens facultatem confitendi à iure, vel ab homine; ergo cùm huic duntaxat concedat Pontifex in Bulla facultatem impendendi Indulgentiam, nullus alius præter Sacerdotem id poterit præstare.

2. Verùm his non obstantibus affirmatiuam sententiam, me consulente & impellente, ne timeant in praxim deducere non solùm Clerici tonsurati, sed etiam laïci, si Sacerdos tamen non adsit, & ita hanc opinionem præter Ioannem Valerum, quem citaui *in 1. p. tract. 11. resol. 106.* tenent DD. quos citat & sequitur Trullenk *in Bull. Cruc lib. 1. §. 7. cap. 7. dub. 19. numero 6.* vbi sic ait. In absentia Sacerdotis hanc Indulgentiam in mortis articulo probabile est applicare posse etiam simplicem tonsuratum. Ratio est, quia absolutio & remissio pœnæ, quæ fit per Indulgentiam, non est absolutio à peccatis, nec ab ea dependens, neque requiritur quòd concedens Indulgentiam aut eam executioni mandans, sit Sacerdos, vt communiter DD. Quare sicut in tali articulo potest primò tonsuratus à censuris absoluere, ita & applicare hanc Indulgentiam, qui quoad hunc effectum latè dicitur Confessarius, quòd si in tali articulo nec Clericus haberi possit, existimat Nauar. posse laïcum Indulgentiam hanc applicare. Pia quidem sententia, & propter tanti Doctoris auctoritatem probabilis, & quæ si non potest prodesse, saltem obesse non poterit. Ita Trullenck. Et hanc sententiam ex Theologis Societ. docet etiam Reginald. *tom. 1. lib. 6. cap. 13. num. 157.* Vnde hæc opinio satis remanet probabilis aduersùs Ludou. de la Cruz *vbi suprà*.

Quæ hic est Ref. antecedens.

Ante hoc alibi nihil dixit, sed postea in Ref. quæ hic est inf. in tr. 5. Ref. 38. cursim in fine.

3. Notandum est tamen hic obiter vnum notabile, quod nescio an alibi à me adnotatum sit, nempe quòd aliquando hæc Indulgentia in articulo mortis in casu licèt raro, videtur posse applicari absenti, videlicet si Parochus postquam Vnctionem Extremam contulit pœnitenti ægrotanti, oblitus est hanc applicationem, & infirmus iamiam moritur, nec potest Parochus eum adire, poterit è domo sua infirmo tali absenti applicare Indulgentiam, quia si hæc potest applicari extra confessionem infirmo, qui nullum signum dederit contritionis, nec huius applicatio dependet ab absolutione sacramentali & ex alio cap. hic est capax Indulgentiæ, eo quòd supponimus esse in statu gratiæ constitutum per Confessionem, quod mirum si in tali casu possit applicari in absentia, sicut etiam absens à censuris absolui, præsertim cùm nulla scientia, nec formalis petitio, requiratur ex parte eius, cui est hæc Indulgentia applicanda, ergo, &c. Et ita hanc sententiam docet Trullenck *vbi suprà in Bulla Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 2. disp. 19. n. 7.*

RESOL. CLIX.

An Hispani, Siculi, &c. existentes extra Regna Hispaniarum & Siciliæ, possint sumere per alios Bullam Cruciatæ, & eius priuilegijs frui, secluso priuilegio edendi lacticinia?

Et docetur Regulares virtute Cruciatæ posse absolui à peccatis mortalibus, & censuris non reseruatis à quocumque Confessario seculari, vel Regulari approbato ab Ordinario, vel à deputato à Prælato suæ Religionis. Ex p. 9. tract. 6. & Misc. 1. Ref. 10.

Pro contẽto in hac Ref. vsque ad §. vlt. in Ref. seq. & in to.

§. 1. NOn desunt aliqui, qui sententiam affirmatiuam probabilem existiment: & ita nouissimè docet doctus Pater Quintanaduenas *in Theolog. moral. tom. 1. tract. 8. singul. 4. num. 8.* vbi sic asserit: [Dicendum est, probabile esse, quemlibet Sacerdotem, seu vel adstrictum Horis Canonicis, subditum Regis Hispaniæ, vti posse prædicta compositione, & gaudere Bullæ priuilegiis, excepto lacticiniorum, & ouorum esu, etiamsi existat extra Hispaniæ Regna, & extra illa commoretur, dummodo alius pro prædicto Bullam in Hispania accipiat. Primò, quia in ipsa Bulla lacticinia solùm excipiuntur; seu arcentur à priuilegiis vescendi ouis, & lacticiniis, atque etiam carnibus de vtriusque Medici consensu, ij, qui extra Regna hæc commorantur. Item, inquit Pius V. *in Bulla relata*, vt dicto biennio durante intra ipsa Hispaniarum Regna, & non extra, carnibus de consilio vtriusque Medici, temporibus ieiuniorum totius anni, etiam quadragesimalium vesci, ac pro eorum libito ouis, & lacticiniis, &c. ergo reliqua priuilegia poterunt illis prodesse, cùm exceptio, seu casus exceptus firmet regulam in contrarium, *l. Nam, quod liquidè, §. fin. primo responso, ff. de penn. leg. l. Quæsitum, §. Idem respondit, & ibi* Glos. *verbo, Non potest, ff. de fund. instructor. c. 2. de coniugio leprosor.* Menochius *de arbitr. l. 1. q. 30. num. 4.* Surdus *cons. 303. n. 11.* Cardinalis Seraphinus *Rotæ Rom. decis. num. 7.* Farinac. *prax. p. 4. cons. 65. num. 74.* & apud eum *decis. 51. n. 10.* Rota, Romana.

2. Confirmatur: quia, vt Vegha *suprà*, & alij Doctores docent, ideò prohibetur hoc extra Hispaniam, quia scandalum oriretur, cùm publicè fiat apud exteros: sed nullum oritur ex hac compositione, cùm secretò fiat, & in conscientiæ foro tantùm: ergo fieri potest.

3. Probatur secundò: quia ad indagandam vim legum, & priuilegiorum, causa finalis diligenter inspicienda est, iuxta vtriusque iuris Doctores, *in l. Verum, de furtis.* Vnde communis Iurisperitorum, & Theologorum statuit, quòd cessante causa finali legis in totum, cessat ipsa lex. Sic Alphonsus à Castro, Syluester, Suarius, Azorius, Couarruuias, Aragonius, Gutierrez, Salas, & alij apud Bonacinam *de leg. disp. 1. q. 1. part. 10. §. 1. num. 1. & 2.* & de priuilegiis docet ipse cum aliis *d. 1. de priuil. quæst. 3. part. 8. §. 2. num. 4.* Sed causa finalis, seu finis præcipuus concessionis Cruciatæ, & compositionis, est subsidium Regi Catholico pro belli expensis impensum; vel a suis subditis, vel ab aliis; qui tamen ad eiusdem Regis Regna declinent: ergo, licet extra Hispaniarum Regna commorentur, dummodo sint vassalli, seu subditi Regis Catholici, non est, cur Cruciata priuentur: æquè enim finis concessionis persistit, siue ij existentes in Hispania, siue extra illam, pecunias in subsidium belli contribuant.] Ita Quintanaduenas, & ante illum aliqui viri docti ex Societate, teste Castro Palao *t. 4. tr. 25. disp. vnica, punct. 2. num. 4.* sic aiente: [Non desunt graues Doctores, Pater Bonauentura, Ioan. Chacon. Ioan. de Salas *in Manuscriptis*, qui improbabile non reputant, Bullam prodesse Hispanis extra Hispaniam existentibus, si alius pro ipsis Bullam suscipiat; quia finis principalis Bullæ est subsidium pecuniarium factum nostro Regi pro expensis belli contrà infideles. Quòd verò fiat personaliter, & præsentialiter in illis Regnis, vel interposita persona, parum videtur referre.]

4. Sed ipse meritò ibi prorsus refellit hanc opinionem, tanquam aduersam priuilegij verbis, quæ solùm exprimunt, habitantes in Regnis Philippo subiectis, vel ad ea declinantes; aliàs non solùm Hispani, sed cæteri omnes frui Bulla possent, si aliquis in Hispania Bullam pro ipsis susciperet, quod credendum non est. Non enim est intentio Pontificis, vt noster Rex pecuniam ab illis accipiat, qui nec ratione domicilij, nec transeuntis habitationis illi subiiciuntur. Hanc etiam sententiam, præter Palaum, sustinet cõciuis meus peritissimus, & amicissimus Pater Bardi *in Bullam Cruc. p. tr. 2. §. 2. n. 16.* qui citat Ludouic. à Crux, & Riccium.

§. 2.

5. Ad præcipuum verò argumentum Patris Quintanaduenas, respondeo, quòd quamuis finis huius Diplomatis sit subsidium Regis Catholici; tamen non est quocunque modo accipiendus, sed determinato modo, nempe, pro eleemosynis erogandis ab iis, qui in illis locis Bullam accipiunt: & de hac re nulla assignari poterit ratio, præter intentionem Pontificis volentis cum hac conditione Bullam concedere.

6. Notandum est hîc obiter, cùm sermo inciderit de Bulla Cruciatæ, Patrem Quintanaduenas *tract.3. disputat.8.* docere ex pluribus rationibus, contra Eminentissimum Dominum meum de Lugo, Regulares posse absolui virtute Cruciatæ à peccatis mortalibus non reseruatis: vnde *numer.14.* sic ait: [Sed si obiicis, ex relata sententia sequi, posse quemlibet Regularem absolui virtute Cruciatæ ab omnibus iis peccatis, & censuris à quocunque Confessore sæculari, vel Regulari approbato ab Ordinario loci, vel à Prælato Regulari ipsius pœnitentis, à quibus potest absolui à suo Confessario deputato pro audiendis aliis Regularibus suæ domus; admitto, id sequi, & teneri à vitis dicis.] Ita ille. Sed opinionem Eminentissimi de Lugo defendit mordicus Pater Bardi *vbi suprà, c.5 sect.2 §.4. n.50. & seq.* Ego autem vtramque sententiam probabilem esse puto.

RESOL. CLX.

An gratiis & Indulgentiis Bullæ Cruciatæ possit quis frui extra Regna, vbi Bulla non publicatur?

Et an doctrina huius Resolutionis extendatur ad esum carnis, & lacticiniorum; vel hoc Indultum concedatur tantum commorantibus in Regnis Hispaniarum, & non extra? Ex parte 1. tract. 11. Resolutione 1.

§.1. REspondeo affirmatiuè: & ita, accipiens Bullam in Sicilia, si posteà Romam se transferat, potest ibi eligere Confessarium ad obtinendam absolutionem à reseruatis, & aliis censuris concessis in dicta Bulla, & frui aliis indultis. Ita ex Rodriquez docuit Fernandez *in exam. Theol. mor p.3 c.9.§.2.num.3.* & Vegha *in sum.tom.1.c.43.cas.8. & tom.2.c.7.cas.17. in fin & tom.1.c.14.cas.15.*

2. Notandum est tamen, hanc doctrinam non extendi ad esum carnium, & lacticiniorum: nam hoc Indultum, vt apparet ex verbis Bullæ, conceditur tantùm commorantibus in Regnis Hispaniarum, & non extra. Ita Villalob. *in sum.tom.1.tract.17.in tit.num.3. & class.6.4.* Henriquez *lib.1.c.14.n.1. in Glossa, lit.D.* & alij communiter.

RESOL. CLXI.

An qui proficiscitur extra Regna Hispaniarum, vel Siciliæ, breui tamen reuersurus, possit vti priuilegio Bullæ Cruciatæ circa esum onorum, & lacticiniorum?

Et difficultas est in hoc dubio, quinam dicatur statim reuersurus vt illo medio tempore possit extra Regna Hispaniarum edere virtute Bullæ Cruciatæ oua, & lacticinia?

Et pro firmanda doctrina supradictæ quæstionis quæritur, an Mediolanensis in oppido, vbi viget ius commune, possit vesci carnibus quatuor primis diebus Quadragesimæ ex eo, quod Mediolani licet ex consuetudine vesci carnibus his diebus?

Et docetur Castellanum per Lusitaniam transeuntem posse more suæ patriæ intestinis vesci diebus Sabbathi, quæ in Lusitania non permittuntur. Ex p.5.tr.14.& Misc.2. Ref.20.

§.1. NEgatiuè videtur respondendum ex his; quæ ego adduxi *in part.1. tract.de Bulla Cruciatæ, resol.1.* vbi firmaui ex textu ipsius Bullæ, priuilegium Bullæ circa esum lacticiniorum esse locale; cùm clarè dicatur in dicta Bulla illam sumentes non posse edere oua, & lacticinia extra Regna Hispaniarum, vt nouissimè etiam docet Trullenchus *in expositione Bullæ lib.1. §.1. dubium 5. numero 4* vide etiam Molfesium *in summa, tom.1. tract. 19. cap.4. num.59.*

Quæ hic est Ref. antecedens, & quasi per transitum in alia eius prima not.

2. Sed his non obstantibus affirmatiuam sententiam docuit olim publicè in Collegio Panormitano Pater Bernardinus Piccinus, Societatis IESV, vir quidem doctissimus, de cuius tamen probabilitate ego dubitaui *in 4.part. tract.4. resolut.190.* Nunc verò re maturiùs considerata, ad instantiam Illustrissimi viri, puto hanc sententiam probabilem esse, & , seclusò scandalo, tutam in praxi. Nam in iure statim reuersurus dicitur præsens, & abesse non dicitur, qui breui est reuersurus, vt patet *in l.postliminij, §. captiuus, & l.nihil ff.de captiuis, & postlimin. reuers.* ex *l.3.ff. de diuort.* ex *cap. diuortium, de pœnit. distinct.1.* cum aggregatis per Rebuffum, *de priuil. Schol. priuil.23. per totum,* & per Gonzalez *in regul.8.Cancell. gloss.43. num.5.* quod etiam clarè probatur ex Concil. Trident. *sess.23. cap.1. de reform.* vbi hæc verba habentur. Quoniam autem qui aliquantisper tantùm absunt, ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, quia statim reuersuri sunt, sacrosancta Synodus, &c. Cùm igitur in nostro casu, qui profiscitur extra Regna Hispaniarum, breui sit reuersurus, non dicitur absens, sed moraliter præsens in dictis Regnis, ideo potest priuilegio Bullæ vti, oua edendo & lacticinia, seclusò scandalo. Facit etiam ad roborationem supradictorum id, quod colligitur ex *l.quæsitum, §.fin. ff.de leg.3. & l.sita, ff. eod. tit.* quòd qui breui tempore residet in loco, non dicitur moraliter in eo esse; quod etiam docet Baldellus *tom.1.l.5.disp.32.n.23.*

Quæ nunc hanc sequentur, & in t.9. tract.7. Ref. 105.§.1. propè fin. à vers. Vnde ego.

3. Confirmatur etiam supradicta sententia ex auctoritate Doctorum *vbi infrà*, & Thomæ Sanchez *de matr. tom.1.l.3. disp.18. num.7.* vbi ponit hunc casum. Mediolani licet ex consuetudine vesci carnibus quatuor diebus Quadragesimæ. Quæritur an Mediolanensis in oppido, vbi viget ius commune, possit his diebus iuxta sui domicilij vsum carnes edere, & non ieiunare? Et respondet affirmatiuè, quia, ait ille, licet hoc priuilegium videatur locale, solóque cohærens, est vtique tale in hoc sensu, vt eo gaudeant, non tantùm ibi quoque modo existentes; sed etiam qui iure habentur pro præsentibus, ibíque existentibus, quales sunt, qui breui tempore absunt citò reuersuri, eo quòd illic domicilium habeant. Ita Sanchez, qui ex supradicta ratione à fortiori nostram sententiam doceret, quæ etiam confirmatur ex opinione Michaëlis de Palatio *in 4.sent. dist.15. disput.8. post.6. conclus. fol.126. ver. At verò.* Fagundez *pr.4. lib.1. cap.7. num.11.* Medinæ *in 1.2. quæst.96 art.5. ad fin.* vbi docent, Castellanum per Lusitaniam transeuntem posse more suæ patriæ intestinis vesci diebus Sabbathi, quæ in Lusitania non permittuntur. Et hanc opinionem probabilem putat Layman. *l.1.tr.4.cap.12.n.3.* & notissimè Bossius *de Iubilæo sect.4.cas.18.n.64.*

Sup. hoc inf. in tr.6 Ref. 47. in princ. & in Ref. 48 §. 1. in princ. & §. vlt.

Sup. hoc in Ref.1. not. præteritæ in fin. & in 2. in eisdem §. & in tom.6. tr.2.Ref.21. in fine.

4. Sed adhuc manet difficultas in hoc dubio, quinam dicatur statim, & breui reuersurus, vt illo medio tempore possit extra Regna Hispaniarum edere virtute Cruciatæ oua, & lacticinia? Pater Piccinus *vbi suprà* in lectura manuscripta Bullæ Cruciatæ §.5. *num.77.* putat in tali casu licere vesci lacticiniis, qui intra semestre sit in Hispaniam, vel Siciliam rediturus.

Sed

Sed hæc sententia videtur aliquibus nimis laxa. Vnde aliqui putant hoc remittendum esse arbitrio boni viri, nam quandoque breue temporis spatium est intra tres dies, ex *l.fin.§.illico, C.de iudic.& l.fin.C.de error.Aduoc.* vel intra decem dies, ex *l.quod dicimus, ff.de solut.* iuncta glossa super ver. *intellig. est gloss. in §. fin. Inst. de inutil.ver fieri possit, l. promissorum, §. si sine, de const pec.* Interdum significat intra mensem vnum, vt docet Alexand. *in l.diuortium, num.10. ff. solut. matrim.* & Surdus *cons.*50 *n.6.* & interdum intra duos menses, ex *l.aufertur §.1.ff.de iure fisci*, glossa *in l.compensationis, ver. indaginem, C. de compens.*

5. Restat modò respondere ad argumentum adductum pro contraria sententia. Dico igitur Bullam loqui de commorantibus per multum tempus extra Regna Hispaniarum, & non breui reuersuris, vt est in casu nostro, qui, vt probatum est, in iure dicuntur præesse, & non abesse.

RESOL. CLXII.

An si quis in mari, dum nauigat, possit virtute Bullæ Cruciatæ edere lacticinia, non obstante, quod Bullæ dicat extra Regna, vbi illa sumitur, non esse comedenda? Ex p.4 tr.4.& Misc. Res.190.

Sup. doctrina huius Res. lege à §.2. vsque in fin. præcedentis Res. & Res. & §§. eius primæ, & secundæ annot.

§.1 HVnc casum apud neminem inueni pertractatum, & tamen potest in praxi sæpius accidere; ideò respondent aliqui. Primò, quòd seruetur consuetudo, si qua est, & si stricta fuerit ne laxetur, neque si laxa coarctetur. Secundò, vt in terra, sic & in mari termini seruari possunt quos certè ciuitates, & regna singula habent atque hi duo modi tutissimi sunt. Tertiò, cùm quis nauigat breui rediturus in regnum, vbi per Bullam edere poterat lacticinia, quo quo eat vesci lacticiniis potest, quia mare passim omnibus patet, atque vsus eius perinde ac aeris communis est omnibus, saltem in hoc; & in iure etiam qui breui tempore adsunt breui reuersuri, pro præsentibus habentur *l.postliminij, §.captiuus, l. nihil, ff. de capt. & postlim. reuers.* Quartò, si quis in Hispaniam proficiscatur, idem potest per intermedias regiones, saltem occultè ad minus, si non publicè: vnde infertur, etiam si quis, v.g. in portu Neapolitano Quadragesimam agat, ouis vesci potest, & lacticiniis; imò si quis Neapoli Quadragesimam agat breui rediturus, idem facere potest, licèt contrarium sit probabilius, quæ quidem procedunt cessante scandalo, idque sit mouendo de facultate, & priuilegio Bullæ; vel occultè comedendo. Et ita hæc omnia publicè docuit in Collegio Panormitano P. Bernardinus Piccinus Societatis IESV, vir sanctissimus, & huius literaturæ consultissimus, vt omnes sciunt, in lectura super Bullam Cruciatæ *numero* 63. vsque ad *n.*77. vbi etiam quærit, an extra Siciliam, Romæ, v.g. per Bullam possit quis frui priuilegio edendi lacticinia, & ait, verba illa Bullæ, *non extra illa*, interpretari posse de Consilio ratione scandali, quod vitari potest. Accedit præterea, quòd in Bulla Italica hæc verba non habentur, vnde dicendum videtur à Commissario generali ita interpretatum; sed re vera tutior est opinio, extra territoria Siciliæ nulli licere edere lacticinia, & probabilis alia opinio licere ei, qui breui intra semestre est rediturus. Hæc omnia dictus Pater Piccinus *vbi suprà*, sed an probabiliter, vt ipse putat aliis iudicandum relinquo: nam quòd lacticinia possint edi extra regna Hispaniarum, ego reprobaui *in 1.part. tract. de Bulla Cruciatæ, resolut.1.*

Quæ hic est sup. Res.160. §. vlt. & in aliis eius notationum.

RESOL. CLXIII.

An exterus, si veniat in Regno, vbi viget Bulla Cruciatæ animo solo illam sumendi, & statim redeundi, possit pro illo anno vti illius priuilegiis?

Et pro firmanda doctrina huius quæstionis, alia cursim in exemplum adducuntur.

Et docetur, quod priuilegia Bullæ Cruciatæ non stricte, sed ample interpretanda sunt. Ex p.11.tract.2. & Misc.2. Res. 37.

§. 1. VT si v. gr. è Regno Calabræ Messanam proficiscatur; Et negatiuè Respondet Magister Gallego de Vera *in Bullam Cruciatæ cap.1. Claus. 1. dub.4.* Vbi sic ait; [Preguntase si vale la Bula à los estrangeros? Respondo que si, como habiten en nuestros Reynos, y sean moradores dellos. Porque la Bula es concedir à los vezinos, y moradores estantes, y habitantes en los Reynos, y Señorios en esta clausula contenidos, y nombrados, pues dize desta manera y à los que à ellos vinieren, y en ellos se hallaren.] Ita ille, cui adde Trullench *in Bulla Cruciatæ l. 1. §. 1. dub.5. numero 2.* & Ludouicum à Cruz *disput.1 cap.1. dub.3.*

2. Sed oppositam sententiam indicat veram, & in praxi securam Pater Andreas Mendo *in Bullam Cruciatæ disp.2. c.3. n.14.* Nam qui accipiendæ Bullæ causa ad locum Hispaniæ accedit, verè ad Hispanam ditionem declinat: at Bulla conceditur etiam ad eam declinantibus, vt verba ipsius iam relata demonstrant, nec additur, declinari debere alicuius negotij causa, ergo ibi Bulla conceditur, ne nos distinguamus, vbi ipsa non distinguit, alioquin non esset, cur posset Bulla vti, qui solum obiter, vel fortè in Hispania esset. Nec ille quid agit in Bullæ fraudem, iure enim suo vtitur, quo vti, non est facere malo dolo, *l. nullus videtur 55. ff. de regulis Iuris, l.cum creditor 55 ff. de Furtis, l.3. §.item ff. de liber. homin. exhib.* dum pluribus aliis ibidem in glossa citatis. Ille igitur dolo malo non facit, cùm in accessu ad Hispaniam, qui ei non est prohibitus sed liber, nulla illicita fraus, nullus dolus malus reperiatur.

3. Confirmatur exemplis. Validum est in Gallia matrimonium clandestinum, possuntque vir, & fœmina illuc commeare; vt clandestinè valdè nubant, quia nempè nulla lege prohibentur, iureque suo vtuntur, vt tenet cum aliis Basil. Legionens. *l.5. de matrimonio cap.9. num.4.* Potest præterea quis, vt obligationem effugiat præcepti, transire ad alium locum propinquum, vt ibi non iciunet, si ieiunetur in suo, quia in hoc non datur propriè & formaliter fraus quæ tunc reperitur dumtaxat, vbi adest obligatio legis, qua quis per fraudem conatur euadere; in loco autem eo propinquo non datur obligatio, quare non est dolus, sed obligationis fuga, quæ ex se mala non est, atque adeò eam sequendo iure suo vtitur; sic docet Pater Fagundez *Præcep.1.leg.1. cap.7. num.7.* Imò Diana *tom.1.tract.9 resol.40.* cum Medina & Ledesma asserit deobligatū esse à ieiunio, qui etiam recreationis causa, labore graui est fatigatus, nec teneri ad laborem v.g. ludum pilæ relinquendum, ne ità defatigetur, cum suo iure vtatur in ludendo. Demum, vt alia omittam, Salmanticæ, & Compluti, vbi nemo intra ipsa oppida natus potest nobilem ferè omnium Collegiorum togam nanciscì, licitum est fœminis ab eis locis exire, vt proles in lucem edant, sicque deinceps ea valeant filij collegia obtinere: quippe in eiusmodi exitu sibi non prohibito doloſe non agunt, sed iure suo fungun-tur: ergo idem in casu nostro contingit, cum par sit vtrobique ratio. Ex his, quæ pro nostro adduximus Asserto, Argumenta aduersantia remanent enerua, cum iam ostenderimus in proposito casu fraudem non reperiri, eumque hominem iuxta Bullæ verba ad Hispaniæ loca declinare. Et hæc omnia docet Mendo vbi supra, satis quidem probabiliter.

4. Cau-

4. Confirmatur hæc opinio : Nam priuilegia Bullæ Cruciatæ non strictè, sed ample interpretanda sunt, quicquid dicat doctus & amicissimus Pater Bardi *in Bullam Cruciatæ, part.1. tractat.1. cap.5. numero 3.* contra quem insurgit Andreas Mendo *vbi supra in Appendice cap.1. num.2.* sed vt verum fatear, licet patris Mendo sententiam non audeam tanquam improbabilem damnare, tamen video communem sententiam expositorum contrariam esse, & ideò nouissimè Pater Antonius Escobar, & Mendoza *in Theologia moral. lib.7. section. 1. cap.2. numero 23.* sic ait.

5. Si quis v. g. Gallus, aut Italus in Hispaniam tendat solo animo accipiendi Bullam, & ea acceptata statim suam reuertatur ad Patriam, non fruitur Bullæ priuilegiis. Quia hic non commoratur in Hispania, nec in ea fortè aut obiter alicuius negotij causa reperitur, quod Bulla requirit; Vnde huiusmodi Bullæ acceptio, ficta videtur in fraudem. Ita ille. Vnde magis accedo huic sententiæ.

RESOL. CLXIV.

An Cardinales, si sint Sacerdotes, vel Regulares, possint in Regnis Hispaniarum virtute Bullæ Cruciatæ comedere ouа, & lacticinia? Ex part.11.tr.2.& Misc.2. Resol.38.

§.1. NEgatiuè Respondet Pater Bardi *in Bulla Cruciatæ, part.2. tract.3. sect.1. quæst.3. num.11.* vbi sic ait; Dicendum est Cardinales, si vt sic spectentur, gaudere, posse hoc indulto quoad cibos vetitos, vt inquit Rodriquez *in addit. ad §.6. numero 9.* Ludouicus à Cruce, & Trullench vt supra : Et ratio est, quia de illis nulla fit mentio in exceptione : dixi, Vt sic, quoniam alio titulo possunt esse excluſi; Nam si essent Sacerdotes Episcopi, Prælati Regulares, &c. tunc non possent frui priuilegio quoad hunc effectum. Ita ille; qui citat Trullench, & Ludouicum à Cruz, quibus addo. Ego Gallegum *in Bull. Cruciatæ, dub.54.* & Doctissimum, atque amicissimum Patrem Anton. Escobar, & Mendoza *in Theolog. moral. lib.7. sect.1. cap.27. num.445.* Vbi sic ait, Cardinales qui à priuilegio edendi lacticinia excluduntur (vt diximus) gaudent hoc indulto, si sint Patriarchæ, Archiepiscopi, seu Episcopi. Quia illis personis sæcularibus hoc indultum conceditur, quibus erat in Bulla magna prohibitum, atqui solis Cardinalibus, Sacerdotibus, Regularibus, aut aliquam habentibus prælaturam erant prohibita lacticinia : Ergo, &c. At si Cardinales sint Presbyteri Regulares; non autem sint aliqua ex præfatis dignitate decorati, non gaudent indulto. Quia hoc non conceditur Presbyteris Regularibus, sed sæcularibus, nisi Presbyter Regularis sit Patriarcha, Primas Archiepiscopus, Episcopus, vel alius inferior Prælatus, & Abbas. Hæc Mendoza.

2. Sed his non obstantibus affirmatiuam sententiam tenet Andreas Mendo *in Bullam Cruciatæ, disp.18.c.2. n.7.* vbi sic asserit; Censeo Cardinales, etiamsi Regulares, aut Presbyteri sint, non excipi in præsenti, sed posse gaudere hoc Bullæ priuilegio.

3. Primò, quia in odiosis non comprehenduntur Cardinales, nisi exprimantur, hîc autem non exprimuntur.

4. Secundò, quia ipsa non expressio indicat non comprehendi; alioquin non debuisset taceri, cùm exprimantur alij Prælati in dignitate inferiores.

5. Tertiò, quia in Bulla lacticiniorum pro Ecclesiasticis, cùm simile priuilegium vescendi ouis concedatur Archiepiscopis, &c. quibus in præsenti negatur, non asseritur concedi Cardinalibus quod signum est in præsenti illis non negari; alias cum ea Bulla concedatur aliis Prælatis, non est cur deberet negari Cardinalibus illud priuilegium. Ita Mendo; qui *disputat.31. num.5.* idem confirmat, sic enim ait; Cardinales S.R.E. iuxta dicta à nobis *disp.18 num.7.* non indigent hac Bulla, vt vescantur ouis, & lacticiniis in Regnis, quibus Bulla concessa est, cùm ad hoc eis sufficiat Bulla communis, in qua asseruimus, non excipi eos à priuilegio edendi oua, & lacticinia, etiamsi Regulares, & Presbyteri sint, videantur ibi dicta. Hæc ille.

6. Vnde licet prima opinio sit communis, secundam Patris Mendo existimo probabilem esse. Vnde sequitur ex his, quod Eminentissimi Domini mei Cardinales Pimentel, Macullani, & Lugo si essent in Regnis, vbi viget Bulla Cruciatæ, sumendo Bullam communem possent vesci ouis, & lacticiniis.

RESOL. CLXV.

An Regulares Militarium Ordinum etiamsi sint Sacerdotes, possint frui priuilegio Bullæ Cruciatæ vescendi ouis & lacticiniis?

Et an in iciuniis ex voto, pœnitentia, aut Iubilæo extra Quadragesimam, possint sæculares ouis vesci?

Idem asseritur de Sacerdotibus, & Religiosis.

Sed si incidunt in Quadragesima possunt sæculares cum Bulla Cruciata ouis vesci, non tamen Presbyteri, aut Regulares. Ex parte 11. tractatu 2. & Misc.2. Res.53.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Pater Bardi *in Bulla Cruciatæ, part.2. tract.4.c.2. sect.2. §.4. num.28.* vbi sic ait, Quæres, an hi Equites gaudeant priuilegio isto, etiamsi sint in statu Sacerdotali; videtur affirmatiuè respondendum, quia in Bulla Latina, sine vlla limitatione declaratur ipsos comprehendi sub hoc indulto, sic enim asseritur (& sub hoc indulto vescendi carnibus, ouis, &c. comprehenduntur omnes cuiusuis militiæ Regulares) & ideò nonnulli, quos citato nomine refert Villalobos *num.9.* partem affirmatiuam amplexi fuerunt, sed eos reiicit ipse Villalobos, & meritò, quia non est verisimile plus concessum fuisse, in ordine ad hunc effectum Presbyteris Religiosis, quam Sæcularibus, cùm illi maiori teneantur obligatione vitæ perfectionem acquirendam, quam isti. Ita Bardi.

2. Sed eius, & Villalobos sententia mihi non placet, & adeò assero Regulares ordinum militarium etiamsi sint Sacerdotes, posse diebus Quadragesimalibus edere oua, & lacticinia. Et ita hanc sententiam tradit & probat Andreas Mendo *in Bull.Cruc. disp.18. cap.3. num.20.* & postea nominatim contra Patrem Bardi *in Append.disput.2.cap.10. numero 47.* vbi verisimilitudinem quam ipse adducit, asserit non vrgere; Si enim Pontifex voluit concedere illis, & non istis prædictum priuilegium, non debemus examinare, an congruentius fuisset, negare : imò supponere fuisse congruentias, quibus ductus moueretur ad concessionem : easque attigi loco relato, faciléque excogitari possunt causæ mouentes ad indultum concedendum. Itaque respondeo, esse verisimile, plus concessum fuisse Presbyteris militarium equestrium quàm aliis, quia ex ipsis Bullæ verbis explicatis in proprio sensu, quin adhibeatur impropria restrictio, id constat. Ita Mendo.

3. Et hanc sententiam nominatim etiam contra Patrem Bardi tenet Magister Gallego *in Bull.Cruciatæ, dub.58.* vbi sic ait; [No obstante esto se ha de dezir que los

los tales Religiosos aunque sean Sacerdotes puedẽ comer hueuos, y lacticinios en la Quaresma con la Bula: porque la misma Bula Pumblea ò Latina se lo concede con estas palabras; *Et sub hoc indulto vescendi carnibus, ouis, & lacticiniis comprehenduntur omnes cuiuslibet militiæ Regulares.* Pues si la misma Bula Latina habla vniuersalmente con todos los Regulares de las ordenes militares, siendo los tales Freyles verdaderamente Religiosos de las dichas Ordenes militares, parece claro, que la misma Bula les concede à ellos tambien este indulto: y aunque la tradicion Castellana dizẽ, Caualleros de los Ordenes militares, no obsta porque la traducion atendio à que semejantes Religiones militares, es su principal instituto de Caualleros Militares, à quien ayudan los Freyles, que todos iuntos componen vna Religion militar: y assi tomo la traducion, la denominacion de los mas principal, llamandolos Caualleros de las Ordenes militares. Empero la Bula Pumblea ò Latina hablo vniuersalmente, como hemos dicho. Esta doctrina se platica en el insigne Conuento de S. Maria del Monte de Orden Militar de S. Iuan, en la Diocesis de Toledo, segun me certifico D. Frei Miguel de la Solana Sacerdote del dicho Orden, natural de la muy honrada villa Carrascosa del Campo, en la Diocesis de Cuenca: y lo mismo deuen platicar los Conuentos de las otras Ordenes Militares. Ita ille; qui testatur ex Mendo hanc sententiam docuisse etiam Basilium Pontium de hoc interrogatum.

4. Verum in fauorem amicissimi viri Patris Bardi obseruo, eius sententiam nouissimè docere Antonium Escobar & Mendoza *in Theolog. Moral. tomo 1. libr. 7. section. 1. cap. 11. numero 116.* vbi sic ait; Laicis sæcularibus, & Equitibus Militarium Ordinum (dummodo hi Presbyteri non sint) conceditur, sine vlla temporis distinctione posse ouis ac lacticiniis vesci. Ita ille & paulò infra *numero 130.* sic ait; Equites Ordinis militaris, qui verè Religiosi sunt, & matrimonium contrahere nequeunt, verbi gratia, Diui Ioannis, tempore Quadragesimæ ouis, ac lacticiniis vesci possunt. Quia instituti sunt ad seruiendum Ecclesiæ fortiter dimicando aduersus hæreticos, & infideles. Non autem nomine militarium comprehenduntur Religiosi militares Clerici, quamvis non sint Sacerdotes, quos Freyles vocitant, & Choro inseruiunt: hi enim tenentur ab ouis, ac lacticiniis abstinere. Rodriquez §. 6. *n.* 11. Sic Escobar.

5. At mihi magis placet sententia contraria, quam supra adduximus; nam in Bulla Latina postquam absolutè conceditur sumentibus Bullam Cruciatæ indultum vescendi ouis, & lacticiniis in diebus Quadragesimalibus, adiungitur; Et sub hoc indulto vescendi carnibus, ouis, & lacticiniis comprehenduntur omnes cuiusuis militiæ Regulares. Et immediatè post auditur; Patriarchis verò Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque inferioribus Prælatis, nec non aliis personis Regularibus, & qui in ordine Presbyteratus fuerint, secularibus, id minimè conceditur, nisi sexagenarij fuerint. Ex quibus verbis colligitur, Religiosos Militares etiam Sacerdotes, posse frui priuilegio edendi oua, & lacticinia; cum solum sæcularibus sacerdotibus id denegatur.

Sup. contentis in hoc §. inf. in Resol. 167. §. 1. & 2. & in aliis eius primæ, & secundæ annot.

6. Nota hic etiam obiter, quod in iciuniis ex voto pœnitentia, ac Iubileo extra Quadragesimam possunt sæculares ouis vesci. Idem de Sacerdotibus, ac Regularibus assero. Sed si incidant in Quadragesima, possunt sæculares ouis vesci, non Presbyteri, ac Regulares. Ita Escobar, & alij.

RESOL. CLXVI.

An in hoc Siciliæ Regno diebus Quadragesimalibus, & aliis iciuniis vsus sagiminis, & lardi sit licitus habentibus Bullam Cruciatæ?

Et an hoc sit licitum aduenis, & peregrinis?

Et multa alia adducuntur pro confirmanda consuetudine circa hoc in dicto Regno Siciliæ. Ex part. 1. tract. 9. Resol. 21.

§. 1. LIcitum esse, ex consuetudine, & authoritate Doctorum manifestè apparet. Posse verò consuetudinem mitigare, & abrogare leges, & iura humana, communis refert Doctorum opinio. Id asserunt Theologi cum D. Thoma *in part. 2. q. 97. art. 3.* Canonistæ *in cap. vlt. de consuetud.* Legistæ *l. de quibus, ff. de legib.* & ita in terminis de iciunio asserunt Lessius *lib. 4. cap. 2. dub. 2. n. 8.* Bonacina *tract. de legib. disp. vlt. quæst. 1. punct. 2. n. 2.* Reginaldus *tom. 1. lib. 3. cap. 1. sect. 1. n. 147.* cum aliis: & ita in Belgio, exceptis paucis diebus, consuetudo permittit lacticinia, etiam in Quadragesima, & apud Castellanos in Hispania, vt notat Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 18. n. 19.* licitum est edere in Sabbatho intestina animalium.

2. Sed dices: in Belgio, & in Castella talem consuetudinem esse licitam: quia licitis, & bonis actibus rationabiliter fuerit introducta propter aliquam necessitatem: nam, vt dicitur *in cap. fin. de consuet.* longæua consuetudo non prævalet legi, nisi sit rationalis: quod quidem non constat de nostra consuetudine vtendi sagimine.

3. Respondetur primò, negando assumptum, nam vt probat Salas *de legib. tract. 14. disp. 19. sect 5. n. 45.* ex D. Thom. Cajet. Medin. Conrad. Gerson. Sot. Valent. Tab. & aliis, communis, & vera sententia est, etiamsi consuetudo cœperit, seu constet ex malis actibus, legem abrogare, vbi legitimè præscripta fuerit; alias nunquam consuetudo eam vim obtinere posset, cùm semper necessarium sit, actus illos contra legem gestos, initio illicitos esse, donec consuetudo illos excusans iam inoleuerit, præscriptáque sit lege abrogata.

4. *Ad caput. vlt. fin. de consuet.* dico consuetudinem non dici rationabilem, eò quòd licitis, & honestis actibus cœpta, aut continuata sit; sed alia ratione, in qua quidem assignanda variant doctores, vt videre licet apud Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur. 1. toto casu* 82. & apud Salas *vbi suprà, n. 47.* At, si fides habenda sit Gersoni *part. 3. tract. de vita spirituali, lect. 4. coll. 13. alphab. 62. littera P,* Gabr. *in 4. dist. 42. q. 1. art. 3. dub. 6.* Nauarro *lib. 3. conf. de censuris in priori edit. conf. 5. num. 3. in posteriori autem conf. 3. num. 3.* nunquam consuetudo rationi dissonans, nisi iuri diuino, aut naturali refragetur: at nostra consuetudo in hoc euentu illis iuribus non opponitur, sed soli pontificio: ergo non potest dici irrationabilis. Sed quidquid sit de hac doctrina.

5. Respondetur secundò ad argumentum principale ex Caietano *in part. 2. quæst. 97. artic. 3.* Sanchez *lib. 7. disp. 4. n. 14 de matrim.* Suarez *de legib. lib. 5. cap. 18. n. 24.* Valent. *tom. 2. disp. 7. q. 5. punct. 8.* & aliis, fieri posse, vt consuetudo contra legem humanam habuerit quidem ortum ab actibus malis, atque adeò non fuerit initio rationabilis, & nihilominùs tamen, succedente tempore, excuset posteros, & vim habeant abrogandi legem: nam (vt rectè inquit Caietan.) non tenentur posteri sollicitè esse in inuestiganda causa, ob quam sui maiores cœperunt facere contra legem; quinimò verè possunt præsumere eos habuisse causam iustam. Ex his omnibus apparet, quomodo sine scrupulo licitum

licitum sit apud nos in diebus ieiuniorum larido, & sagimine, ratione inueteratæ consuetudinis: & hoc etiam licitum erit aduenis, & peregrinis. Vnde Nauar. *in sum. c. 23 n. 110.* Couar. *l. 4. var. cap. 10. n. 8.* & Henriquez *l. 9. de Missa, cap. 15. num. 2.* docent, Lusitanum transeuntem per Castellam posse edere Sabbatho intestina animalium, quamvis in Lusitania id sibi non licent.

6. Quòd verò vsus sagiminis sit licitus in hoc Regno, non solùm ratione consuetudinis, vt probatum est; sed etiam ex authoritate multorum DD. patet: nam non ignobiles Authores probabiliter docent, quòd in illis diebus, quibus ex aliquo priuilegio licet comedere oua, caseum, & cætera lacticinia, liceat etiam comedere laridum, & sagimen. Ita affirmat Gloss. *in Præsbyt. dist. 82. in verb. sagim.* Abbas *in cap. consului. de iudic.* Hostiens. *in summ. rubr. de obseruat. ieiunior.* Syluest. *verb. ieiun. q. 5. num. 16.* Angelus *eodem verb.* §. *fin.* Tabiena *eodem verb.* §. 7. Bertachinus, Auiles, & alij, apud Henriquez *in sum. l. 7. cap. 13. num. 11. in glossa, littera H.* vbi etiam asserit ita respondisse aliquos Archiepiscopos Hispaniæ, qui de hac re consulti fuerunt; & ex neotericis Societatis Iesv docet hanc sententiam nouissimè Fagundez *de Præcept. Eccl. tr. 4. l. 1. c. 1. n. 20.* & ante illum Graffius *in dec. part. 1. l. 2. c. 37. n. 11.* Azorius *p. 1. l. 7. c. 10. q. 18.* Vide etiam Layman. *in Theol. mor. l. 4. tr. 8. c. 1. num. 5.* Et ratio est: quia pinguedo non est caro, vt probat Aristot. *1. de generat.* imò enim naturali augmento augetur pinguedo. Scio, contrariam sententiam probabilem docere Villalobos *in summa, part. 1. tract. 23. dub. 8. n. 16.* Filliucium *tom. 2. tract. 27. part. 2. c. 3. n. 61.* & alios. Sed pro nostra sententia, vt visum est, non desunt patroni: & ideò, vt probatum est, satis constat, vsum sagiminis in hoc Regno iustificari ex consuetudine, vt dicebamus, & ex DD. authoritate.

RESOL. CLXVII.

An Bulla Cruciatæ det priuilegium illam sumentibus, vt in ieiuniis alicuius Iubilæi possint edere lacticinia?

Et an vbi non adest consuetudo non abstinendi à lacticiniis extra Quadragesimam, possint fieri ieiunia Iubilæi edendo lacticinia etiam absque Bulla Cruciatæ?

Idem est dicendum de ieiuniis ex voto, vel ex pœnitentia à Confessario iniuncta prouenientibus.

Et docetur non solum de iure, sed neque de consuetudine inerdici in die ieiuny lacticinia extra Quadragesimam. Ex p. 1. tract. 11. Resol. 3.

§. 1. NEgatiuè respondet Nauarrus *l. 3. de obseruat. ieiun. conf. 4. vel 5. in 2. editione,* cum Iacobo de Graffis *in dec. tom. 1. part. 1. l. 2. c. 37. n. 60.* Et idem asserunt in ieiuniis ex voto, vel ex pœnitentia à Confessario iniuncta prouenientibus.

2. Sed affirmatiuam sententiam sustinendam esse Puto: & præter Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *in summa, tom. 1. l. 4. c. 11. num 49.* docet hanc sententiam Nugnus *in 3. p. tom. 2. tract. de Bull. Cruc. §. 8. dub. 3.* Fernandez *in examine Theol. moral. part. 3. cap. 9. §. 5. num. 2.* Leone *de Iubil.* Vegha *in summa, tom. 1. c. 14. cas. 41. p. 2. quæst. 13. sect. 3. num. 151.* Portel: *in addit. ad dubia reg. verb. ieiun. num. 7.* Villalobos *in summa, tom. 1. tr. 27. claus. 6. n. 5.* & Filliucius *tom. 2. tr. 27. c. 3. num. 59.* qui benè addit, supradicta ieiunia Iubilei, vbi non adest consuetudo abstinendi à lacticiniis, extra Quadragesimam, posse fieri edendo illa, etiam absque Bulla Cruciatæ: quod etiam docuerat Villalobos, *vbi suprà, & tract. 23. dub. 8. num. 12.* & Henriquez *lib. 7. cap. 11. in numero 4. & in Glossa, littera K, & capite 13. num. 13.* quia iure communi non prohibentur oua per annum, nisi esset consuetudo quadraginta annorum præscripta.

3. Sed Sancius *in Selectis, disp. 4. num 19.* Sanchez *in summa, vbi supra, tom. 1. l. 4 cap. 11. num. 52.* quem postea sequutus est Portel. *in addit. ad dubia regul. verb. ieiunium, n. 7.* putant, non solùm de iure, sed neque de consuetudine interdici in die ieiunij, lacticinia extra Quadragesimam? Sed, quicquid sit de hoc, certum est, quòd ex priuilegio Bullæ impleri possunt ieiunia Iubilæi ex esu lacticiniorum. Et ratio est: quia Iubilæus non requirit strictius ieiunium, quàm est ieiunium Quadragesimæ: sed ieiunium Quadragesimæ impletur in nostro casu cum esu lacticiniorum: ergo, &c.

Sup. hoc in Resol. not. præteritæ, §. 1. ad medium, & inf. in tr. 6. Res. 50. §. vlt. & in Resol. 51. §. 2. & in Res. 55. cùrsim ad lin. 5. & in Resol. 56. §. Sed & in Res. 58.

RESOL. CLXVIII.

An licitum sit in ieiuniis Iubilæi, voti, & impositis pro pœnitentia, comedere oua, & lacticinia cum Bulla Cruciatæ? Ex p. 1. tr. 9. Res. 17.

§. 1. QVidquid aliqui contradicant, (vt adnotaui *in tract. de Bulla Cruciatæ,*) respondeo affirmatiuè: & præter DD. quos ibi citaui, docet hanc sententiam Molfesius *in sum. tom. 1 tract. 10. c. 4. n. 28.* Alphons. de Leone *tr. de Iubil. q. 14. sect. 1. n. 142.* Et ratio est: quia, dum contrarium non constat de mente Summi Pontificis, vouentes in voto, & Confessarij in pœnitentia iniuncta, semper præsumuntur se conformare, vt in aliis ieiuniis Ecclesiasticis efficitur; sed in aliis ieiuniis ab Ecclesia indictis licitum est cum Bulla comedere lacticinia: ergo licitum erit & in ieiunio Iubilæi, voti, & pœnitentiæ: quidquid, vt dixi, in contrarium sentiant Nauarrus, & Graffius.

Sup. omnibus cõtentis in hac Res. in Res. præterita, & pro parte in aliis eius primæ & secundæ annor. & sup. in §. vlt. Res. 165.

RESOL. CLXIX.

An Regulares, & Presbyteri sæculares sumendo Bullam possint diebus Dominicis Quadragesimæ vti lacticiniis? Ex p. 1. tr. 11. Res. 5.

§. 1. NEgatiuè respondendum videtur, cum Henriquez *l. 7. c. 13. num. 10.* Vegha *in summa, tom. 1. c. 14. cas. 29.* qui citat Angles, & Lopez. Idem etiam docet Ortiz *in summa, c. 19. n. 8.* Et ita respondisse Summum Pontificem interrogatum de hoc à quodam Commissario Cruciatæ testatur Rodriquez. Et ratio est: quia per Bullam prohibetur, ne supradicti possint vti lacticiniis in diebus quadragesimalibus: sed dies Dominici sunt dies quadragesimales: ergo, &c.

2. Hæc opinio est probabilis: sed contrariam etiam probabilem esse iudico, & in praxi tutam, vt notauit Nugnus *in 3. part. tom. 2. tract. de Bulla Cruciatæ, §. 8. dub. 5.* Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 27. claus. 5. num. 11.* Fernandez *in examine Theolog. moral. part. 3. cap. 9. §. 5. numero 5.* Llamas *in summa, part. 3. cap. 5. §. 26.* cum aliis. Et ratio est: quia secundùm ius commune dies Dominici non appellantur dies quadragesimales. Vide Cordubam *in sum. cas. 168.* & Palatium *in 4. dist. 15. disput. 8.* Ad responsionem verò Summi Pontificis respondetur, de illa authenticè non constare.

Sup. hoc inf. in tr. 6. Res. 58. & vlt. & sup. in Res. 7. §. Quod autem, & absque Bulla in dicto casu ibid. §. Notandum, ad lin.

RESOL. CLXX.

An per priuilegium Bullæ dispensatus in esu carnium, censeatur dispensatus ad ieiunandum?

Et notatur, quod quando per Bullam quis dispensatus est, vt comedat carnes, & lacticinia, possit simul comedere pisces.

§. 1. PRima opinio negat Ita Iacobus de Graffeis *in decis. part. 1. lib. 2. c. 37. n. 38.* cum Medina, Pedraza, & aliis. Et ratio est: quia necessitas, & iusta causa, quæ excusant ab integro ieiunio, non excusant ab omni parte illius: Præceptum enim Ecclesiæ, licèt in totum seruari non possit, in parte, quæ seruari potest, seruandum est *ex cap. cum dilecti*, & ibi glossa, & DD. *de dolo, & contum.*

2. Secunda opinio affirmat: & illam docet Caietanus *in 2. 2. q. 147. art. 8.* Llamas *in sum. p. 3. c. 5. §. 26.* Henriquez *lib. 7. c. 13. n. 12.* Filliucius *tom. 2. tract. 27. part. 2. c. 3. num. 52.* Azorius *part. 1. lib. 7. c. 10. quæst. 3.* Toletus *lib. 6. cap. 3. num. 4.* cum aliis. Et ratio est: quia abstinentia ab esu carnium est de substantia ieiunij, ergo, qui ex priuilegio Bullæ dispensatus est quoad comestionem carnis, eo ipso dispensatus videtur in præcepto ieiunij.

3. Tertia opinio distinguit: vel enim dispensatus ad esum carnis, edit carnes, quia pisces nocere saluti solent; vel vt vires amissas recuperet, priori modo dispensatus tenetur ad ieiunandum, altero verò minimè, & ideò pluries edere potest: & ita docet Cenedo *in suis qq. canonicis q. 40. n. 6.* Fernandez *in exam. Theol. mor. p. 3. c. 9. §. 5. n. 3.* Bonacina *de legib. disp. 10. quæst. 1. punct. 2. num. 3.* Reginaldus *in praxi tom. 1. lib. 4. cap. 14. num. 168.* Lessius *de iustit. lib. 4. cap. 2. dub. 6. num. 45.* & alij.

4. Omnes istæ tres opiniones sunt probabiles: sed secunda videtur mihi probabilior. Notandum est etiam, quòd quando per Bullam quis dispensatus est, vt comedat carnes, & lacticinia, potest simul comedere pisces. Ita Reginaldus, Filliucius, Fernandez, *vbi suprà*, Nugnus *in 3. p. tom. 2. tract. de Bulla, §. 8. dub. 4. sect. 6.* Acosta *in explic. Bull. q. 80.* quidquid in contrarium asserat Nauarrus, quia hoc sine peccato fieri aliquando potest; vt si vnà cum carnibus non noceant; parum piscibus comedendo facultas appetitiua excitetur; vel dato, quòd contra temperantiam peccetur, non tamen ieiunium frangitur, à quo ex iusta causa dispensatio largita fuit. Et ita etiam docet Villalobos *in summa, tom. 1. tractat. 13. dubitat. 8. numero 10.* qui citat Azorium, & respondet ad argumentum Nauarri.

RESOL. CLXXI.

De priuilegio Bullæ Cruciata edendi carnes ex licentia vtriusque Medici.

Et an hoc priuilegium deseruiat, quando causa est dubia?

Et qui habet experientiam antiquam sibi esse nociuum, carnibus non vti in Quadragesima, an teneatur in futuris Quadragesimis abstinere se a carnibus ad experiendum, an nocumentum exoriatur?

Et qui ex iusta causa in Quadragesima comedunt carnes, an peccent contra temperantiam naturalem, si ad excitandum appetitum parum piscati sumant?

Et an in tali casu incurrant in excommunicationem, latam in aliquibus Diœcesibus contra comedentes piscatum, & carnes in Quadragesima? Ex part. 3. tr. 5. & Mis. 1. Res. 70.

§. 1. ALiqui putant hoc priuilegium deseruire, quando causa est dubia; & se fundant in doctrina Lessij *lib. 4. cap. 4. cap. 2. dub. 6. n. 45.* Vegæ *in sum. part. 1. cap. 14. cas. 36.* Armillæ *ver. ieiunium, n. 6.* Syluestri *eodem verb. num. 20.* Filliucij *tom. 2 tr. 27 c. 6. n. 128.* & aliorum.

2. Sed contrariam asserit Sancius *in selectis, cap. 51. num. 9.* nam cum dicti Auctores fateantur existente causa manifesta non egere ieiunantem dispensatione; eodem modo dubia causa existente, opus non erit dispensatione, cùm idem ius habeat aliquis ad fugiendum damnum certò venturum, atque illud de quo rationabiliter dubitatur exoriturum; sicut qui probabiliter dubitat, quod in extremam necessitatem deueniet, si extremè indigenti subueniat, non tenebitur subuenire. Dices, in hoc casu ius dubium vincit ius certum, sed hoc est absurdum; ergo, &c. Respondet Sancius, quòd quamvis præceptum abstinendi à carnibus sit certum, & in possessione obligandi. Attamen etiam ius ad conseruandam vitam in homine certum est, & antiquius, & antiquior etiam est possessio in illo ad conseruandam suam vitam, & à strictiore iure orta. Nam in homine non solùm est ius certum ad certò conseruandam vitam, sed etiam est illi ius certum ad non exponendam vitam periculo dubio eam amittendi, & quamvis dubium sit homini, an ex abstinentia à carnibus sit detrimentum passurus in salute, non est tamen illi dubium, quòd ius habeat certum non se committendi tali dubio. Quando igitur virtute Bullæ Cruciatæ conceditur facultas edendi carnes ex licentia vtriusque medici; non intelligitur quando causa est manifesta, quòd noceat saluti abstinentia; nec quando dubitatur prudenter quòd nocebit, sed quando causa est solùm sufficiens ad petendam dispensationem, non tamen ad comedendum carnes absque illa. Vnde fit, Doctores dicentes tunc recurrendum esse ad superiorem ad poscendam dispensationem in ieiunio, vel in esu carnium, quando causa est dubia, non intelligendos esse id asserere, quando fuerit dubium, magnum nocumentum exoriturum ex obseruatione ieiunij: nam tunc necessaria non videtur dispensatio, vt probatum est, sed quando dubitaretur aliquale nocumentum promanaturum, quòd quamvis actu existeret, obligatio ieiunij vel abstinentia à carnibus non cessaret; cùm leges positiuæ cum aliquali labore obligent, & detrimento; illa tamen causa dubia obiecta Pontifici sufficiens esset ad impetrandam dispensationem. Hæc omnia Sancius, quæ apud alios non inuenies.

3. Notandum est tamen hîc obiter, quòd qui habet experientiam antiquam, sibi esse nociuum, carnibus non vti in Quadragesima, non tenetur in futuris Quadragesimis abstinere à carnibus ad experiendum, an nocumentum exoriatur; quia aliàs nunquam licitum esset carnibus vti ob præseruationem; nisi maximè dubitetur causam nocumenti cessasse. Ita Ioannes de la Crux *in director. conscientiæ, p. 1. pr. 3. art. 4. dub. 9. concl. 5.* Sancius *vbi suprà, n. 23.* & alij.

4. Nota etiam, quòd ex iusta causa in quadragesima comedentes carnes, nec peccant etiam contra temperantiam naturalem, si ad excitandum appetitum parum piscati sumant. Nec in tali casu incurrunt in excommunicationem latam in aliquibus diœcesibus contra comedentes piscatum, & carnes in Quadragesima. Et pisces suauis (hispanè *Turcha*) potest sumi in magna quantitate cum carne, quia ex esu illius non læditur salus. Ita Sanchius *loco citato num. 21.*

RESOL. CLXXII.

Senator Ciuitatis emebat salmam frumenti ad tarenos v. g. 30. sed asserebat illam emisse ad tarenos 36. quæsiuit, an possit vti Bulla Compositionis, cum illud frumentum illo cariori pretio emissent ciues in pane cocto, qui modo ignorantur, quinam sint?

Et pro praxi huius difficultatis aliæ similes etiam explanantur circa hoc passim contingentes, & tota doctrina est valde notanda, & menti tenenda à Confessariis pro pistoribus, dulciatoribus, cauponibus, tabernariis, & similibus.

Et

Et latè discutitur in prædictis casibus, cui facienda est restitutio; vel an possint supradicti Bulla compositionis uti? Ex part. 4 tr. 4. & Misc. Ref. 46.

§. 1. VIdetur prima facie in tali casu supradictum posse sumere Bullam Compositionis, quia, vt obseruat Ægidius Trullench *in expos. Bullæ Cruciatæ lib. 2. dub. 4. n. 4.* ex Rodriquez in omnibus casibus, in quibus obligat restitutio, & non inuenitur creditor certus, cui fieri possit, habet locum Bulla Compositionis. Sed hoc accidit in casu nostro, quia damnum ex supradicta fraude passi sunt aliqui, qui modò nesciuntur, videlicet ementes panem coctum, ergo, &c. Vnde casus iste similis est casui pistorum, dulciariorum, cauponum, cerearіorum, laniorum & similium, qui quidem omnes cùm in vendendo fraudauerint ementes, illósque nesciant, possunt beneficio Bullæ Compositionis gaudere, vt tenet expressè nouissimè Ludouicus à Cruz *in expos. Bullæ Cruciatæ disput. 3. dub. 1. num. 3.* & Perez de Lara *in compend. trium Gratianum lib. 1. fol. 45. num. 18.* vbi sic ait. [Item si alguno ha vendido vino aguado por puro, o medido con falsa medida, o huuiere vendido otra cosa alguna con menores pesos, o medidas, o vendido vna cosa por otra, o mezclado o pesado, o mal medido no sabiendo à quien lo huuiere vendido se puede dello componer.] Sic ille. Et ita dictum Senatorem posse sumere Bullam Compositionis, tenuit quidam doctus Magister ex Dominicanorum familia.

2. Sed resolutio huius casus pendet ex illa quæstione, an quando damnum illatum est multis de ciuitate, quos tamen in particulari ignoras, siue quia in prædam data est, siue quia vsuris, aut fraudibus vendendo vsus es, tenearis eidem ciuitati restituere, an satis sit pauperibus? Et quidem communis opinio docet, quòd in illis, quæ communitati, aut maiori eius parti debentur, non erunt bona iudicanda incerta, etiamsi in particulari ignores quòd cuique debeatur; & ita docet Malderus *in 2. 2. D. Thom. tract. 3. cap 4. dub. 2.* Becanus *in 2. 2. tom. 2. de iust. quæst. 44. de restitut. num. 2.* Gordonus *in Theol. moral tom. 1. lib. 5. quæst. 5. cap. 9. num. 22.* & alij. Vnde in tali casu pecunia non est restituenda pauperibus; sed modum restituendi ponit Filliucius *tom. 2. tract. 32. cap. 4. num. 97.* Nauarra *de restit. lib. 4. cap. 2. num. 66.* Molina *de iust. tom. 3. tract. 2. disp. 745. num. 2.* vbi sic ait: Quando aliquid esset incertum, ad quem, aut ad quos in singulari attineret, quia aliquis vendendo in aliqua ciuitate, aut oppido multos defraudauit in pondere, aut mensura, aut admiscendo aquam vino, quod est in vini mensura defraudare, aut alio simili modo, ignorétque ementes in particulari, & quantum vnumquemque per minima defraudauerit, tunc si coniectura sit plus minus perseuerare eosdem ementes, aut ementium hæredes, optimus restituendi modus erit, vt tantum det qui ita defraudauit in pondere, aut mensura accrescat, vel decrescat in pretio, itavt ad æqualitatem eidem Reipublicæ restituat quoad eosdem emptores quàm maximè fieri posset. Ita Molina *locis citatis*, quibus adde Syluium *in 2. 2. D. Thom. quæst. 62. art. 3. quæritur 1. concl. 2.*

3. Quod autem in casu nostro restitutio possit fieri modo quo suprà asserit Molina, clarum est, nam Senator supradictus potest per tertiam personam mittere summam defraudatam in emptione frumentorum ad Magistratus ciuitatis cum hoc onere, vt per aliquod tempus faciant panem coctum populo minori pretio vendere, vel eius mensuram accrescere vsquequò perueniatur ad summam restitutam vnciarum 800. & ita hunc casum in terminis terminantibus, vt dici solet, ita resolutum esse inuenio à doctissimo Petro Nauarra *de restit. lib. 4. cap. 2. num. 69.* vbi sic ait: Secundò colligo, cuius casus, qui sæpiùs est à nobis requisitus, resolutio. Quidam vendidit ciuitati Para el Posito, o Aloy triticum tempore necessitatis plus iusto pretio per legem taxato, modò dubitatur cui potissimum restituet? numquid communitati, id est, Posito, vel Aloy, aut pauperibus? Audiui nonnullos doctissimos homines respondere solitos pauperibus, & non communitati, seu Posito restitutionem faciendam esse. Probant ea ratione, quoniam communitas non fuit læsa, sed ciues: ex hoc autem prædictæ sententiæ fautores colligunt, quòd qui ita acriùs vendiderunt communitati, possunt pauperibus restitutionem facere, vel se componere, cùm sit debitum incertum, vtpote particularibus de Republica tam ciuibus, quàm alienigenis. Hæc igitur resolutio, etsi doctissimorum, & à me suspiciendorum virorum sit, non omnino mihi probatur, non enim vel pauperibus tribuendo, vel se componendo liberantur à restitutione nam cùm extant damnum passi, & aliquo modo cogniti, iis quantum fieri potest, restitutio fit facienda: si autem ille restituat ipsi Posito, vel Aloy, proculdubio in distributione per ciuitatem facienda panis pretium minuetur, ac proinde idem illi, vel certè plures ex illis, qui damnum passi sunt cariùs emendo, viliùs emendo recompensabuntur; quare non iustum videtur, vt vel pauperibus tribuat, vel se componat. Hæc Petrus Nauarra *vbi suprà*, satis, vt dixi, conducentia ad casum nostrum, quæ omnia confirmat Layman *in Theol. mor. lib. 3. sect. 5. tract. 2. cap. 9. num. 2.* & Reginaldus *in praxi tom. 1. lib. 10. cap. 14. sect. 2. num. 205.* vbi sic asserit. Id quod per iniuriam singularibus ciuibus factam minutatim acquisitum est, vt per minutas venditiones olei, vini, tritici, aut similium, restituendum est ipsis singularibus ciuibus, non autem pauperibus si quis modus sit quoad ipsos, vel ad maiorem ipsorum partem debitum peruenturum esse verisimiliter existimetur. Ratio est, quia tunc dominus in rem restituendam ius suum retinet, nec in pauperes, cùm ille non sit omnino ignotus, transiatum est. Ita Reginaldus.

4. Ex quibus patet responsio ad argumenta superiùs adducta. Et ad primum dico, quòd bona restituenda in nostro casu non dicuntur simpliciter incerta, vt docet Layman, Malderus, Gordonus, & alij *vbi suprà*, ergo non sunt pauperibus restituenda, & ideo non est locus Bullæ Compositionis. Ad secundum quod asserebat Ludouicus à Cruz *vbi suprà*, caupones, tabernarios, &c. qui in aliqua ciuitate defraudauerunt in pondere & mensura, &c. nescientes ementes in particulari posse sumere Bullam Compositionis, ergo, &c. respondeo contrarium docere Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 29. num. 36.* vbi sic asserit: [La duda es si sabiendo el lugar donde se vendio, aunque no se sepan determinadamente las personas ha lugar la composicion, como si vn tauernero vendio en vn lugar con falsa medida, o en otra manera mal quatro meses vino, en lo qual sabe que tiene mal lleuado tanto dinero, aunque no sabe en particular quanto à este ò aquel, en tal caso es mi parecer, que no ha lugar la composicion, como no lo ha quando se duda entre dos à quien se deue, que se ha de repartir pro qualitate dubij, ij assi este tauernero ha de restituyr, o dandolo para gastos communes del Consejo, o dando el vino mas barato por otro tanto tiempo.] Ita ille.

5. Verùm si aliquis instabit percontando, an ego supradictam sententiam, quam improbaui, improbabilem iudicem? respondeo quòd hoc non audeo dicere ex reuerentia quam debeo D. Thomæ omnium Magistro, qui *in 4. sentent. distinctione 15. quæstione 1. articulo 5.* docuit prædantem ciuitatem posse restituere

pauperibus illius villæ, aut in alios vsus ciuitatis expendere, secundùm arbitrium Episcopi, vel eorum ad quos cura illius ciuitatis spectat, in qua disiunctiua propositione, vt rectè aduertit Petrus Nauarra *de restit. lib.4. cap.2. num.65.* vtramque opinionem probasse videtur; igitur cum ex D. Thom. in tali casu, cuius ratio militat etiam in nostro, restitutio possit fieri pauperibus, erit locus Bullæ compositionis, nam vt obseruat Ægidius Trullench *in exposit. Bullæ Cruciatæ, lib.2. dub.4. num.4.* & alij quotiescunque aliqua ex obligatione restitutionis cedunt pauperibus, potest fieri compositio; & ita hanc sententiam in terminis casus, de quo loquimur, tenet Vasquez *in opusc. de restitut. cap.5. §.4. num.47.* & Lopez *in instruct. part.1. cap.137.* Sed ego, vt dixi, in praxi non recederem à negatiua sententia, quam supra satis firmaui, & in specie contra opinionem D. Thom. adest Caietanus *in 2.2. quæstion.62. artic.5. ad 3.* vbi mordicus tenet restitutionem ex prædata ciuitate non esse dandam, nec pauperibus, nec ædificanda Monasteria cùm extent damnum passi, & contra Vasquez adsunt omnes Doctores Societatis IESV, & alij; vel dici potest quòd ipse loquitur in casu, quo restitutio esset facienda simpliciter ciuitati, quæ damnum minimè passa est, & non quando restitutio præbetur ciuitati, vt ipsa modo, quo supra dictum est ad ipsos ciues restitutam pecuniam peruenire faciat qui damnum passi sunt, vel loquitur quando, vt obseruat Malderus *de iust. tract.4. cap.4. dub.2.* pecunia restituenda esset tam exigua, vt parum admodum ex ea ad singulos dominos partita veniret, quod non accidit in casu nostro, in quo summa restituenda ascendit ad vncias 800.

RESOL. CLXXIII.

An qui scit vendidisse vinum v.g. in tali loco vel mistum aqua vel cum falsa mensura, ignorat tamen damnificatos, possit sumere Bullam compositionis?

Idem dicendum est de Macellariis, Cauponibus, Pistoribus, &c. Ex parte 4. tractatu 4. & Miscellan. Resol.113.

Pro contentis in hac Resol. latè in Resol. præterita.

§.1. NEgatiuam sententiam tenet Villalobos *in summa, tom.1. tractatu 29. num.30.* vbi sic ait: [La duda es si sabiendo el lugar donde se vendio aunque no se sepan determinadamente las personas ha lugar la composicion, como se vn tauernero vendio en vn lugar con falsa media o en otra manera mas quarto meses vino en lo qual sabe que tiene mal lleuado tanto dinero aunque no sabe en particular quanto à este o a quel, en tal caso es mi parecer que no ha lugar la composicion, como no lo ha quando se duda entre dos a quien se deue que se ha de repartir pro qualitate dubij, y assi este tauernero ha de restituyr o dandolo para gastos communes del consejo, o dando el vino mas barato por otro tanto tiempo.] Ita ille.

2. Sed contrariam sententiam docet nouissimè Ægidius de Trullench *in exposit. Bullæ Cruciatæ, lib.3. cas.18. num.12.* quia in tali casu potest fieri restitutio pauperibus; ergo compositio habet locum. Igitur tabernarij, macellarij, caupones, pistores, &c. qui falsis ponderibus, vel mensuris ab emptoribus aliquid plus iusto acceperunt, & ignorant à quibus acceperint, poterunt per Bullam, aut Commissarium componi, quod intelligendum est, vt supradictas fraudes praua positiua confidentia huius Bullæ non commiserint. Sed de hac quæstione alibi fusiùs dictum est, ad quem locum me refero.

Alibi fusiùs in Resol. quæ hic est antecedens.

RESOL. CLXXIV.

An facta compositione bonorum incertorum per Bullam, comparente vero Domino teneatur, qui se composuit, ad restitutionem?

Et an Episcopus possit concedere supradictam Bullam compositionis pro sua tantum Diœcesi? Ex p.4 tr.4.& Misc. Resol.112.

§.1. AFfirmatiuè respondet Villalobos *in summa, tom.1. tract.19. num.9.* vbi docet adesse in tali casu obligationem restituendi [antes de la sentencia las cosas que estan alteradas, y se ya se consumieron, se ha de restituyr a quello en que factus est locupletior bona fide despues de hecha la composicion, la razon es porque ni el Papa intendio, ni deua consentir que perçiendo el verdadero señor no viuiesse obligacion à boluerceloni quedo priuado el señor del dominio de la cosa de suerte que pareciendo no se le deua boluer en si misma, o su equiualente.] Ita ille, qui citat Caietanum, Sotum & Lopez, quibus adde Rodriquez *in Bulla compos. dub 6.*

2. Sed mihi negatiua sententia magis placet, quam tuetur Bannez *in 2.2. quæstione 26. articul.1. dub.8.* Henriquez *lib.7. cap.34. num.6.* Acosta *in Bullæ Cruciatæ, quæst.93.* & Trullench *in exposit. Bullæ lib.3. dub.4. num.8.* quia hæc compositio æquiualet præscriptioni, sed qui legitimè præscripsit; postea domino comparente non tenetur restituere, vt ipsemet Villalobos concedit. Ergo neque qui legitimè se composuit; sicut enim Respublica habet facultatem dominia transferendi media præscriptione, & ita Papa media compositione, quia ipse est administrator bonorum temporalium in quantum concernunt bonum spirituale. Vide etiam alias rationes penes dictum Trul. *vbi suprà.*

3. Notandum est etiam hîc obiter contra Sylueſtrum, Cordubam & Rodriquez posse Episcopum concedere Bullam compositionis pro sua tantùm diœcesi. Ita Villalobos *loco citato, num.11.* Trullench *dubit.1. num.3.* Henriquez *lib.7. cap.33. num.4.* quia nec iure naturali, nec humano probatur id esse reseruatum Papæ, iustè enim credi potest voluntatem creditorum esse vt Episcopus consulat conscientiis subditorum incerta debentium, nec valet dicere non esse id positum in consuetudine, quia fortè id ex eo prouenit, nam Pontifex concedit Bullam Compositionis, qua sufficienter prouidetur in hac re conscientiis fidelium.

RESOL. CLXXV.

An infirmus possit mandare in testamento, vt post mortem hæres, seu executor sumat pro illo Bullam Compositionis?

Et notatur primo Bullam Compositionis non prodesse his, qui parua eius confidentia bona aliena illicitè acquisierunt.

Secundo quæritur, quod si creditor ita absens est, vt nequeas illi debitum persoluere, neque speras breui tempore posse, ob cuius causa excusaris a restitutione faciendæ, in isto casu an locus Compositionis sit?

Tertio docetur magnam controuersiam esse an si bona, quæ tibi in hac Compositione remissa sunt, extent in specie, vel æquiualenter, quatenus eorum occasione ditior factus es, cum creditor comparet, neque præscriptione tueri potes, tenearis ea creditori reddere? Ex part.1, tract.8. & Misc.8. Resol.11.

§.1. Casum

§.1. CAsum video sæpius practicari, & ad illum negatiuè respondet Andreas Mendo *in Bull. Cruc. disp. 33. cap. 5. numero* 50. vbi sic ait; Defunctus, posse ante mortem suo hæredi, aut testamentario mandare, vt Bullas compositionis sumat pro sua exonerandæ conscientia circa aliquam quantitatem, quam dominis debet incertis, tuentur Patres Henriquez, & Trullench *vbi supra*, sentio in ordine ad effectum realiter rem se habere, ac si id præstaret is, qui obiit; nam declarare valet, se hanc, aut illam quantitatem debere, mandareque hæredi, ad quem sua bona sunt peruentura, vt eam restituat operibus piis, aut componat nomine proprio per Bullas, aut cum commissario: sic enim suæ conscientiæ satisfaciet moribundus, cui non vacat locus, aut facultas id immediatè per se præstandi, sicut in sententia prædictorum satisfacit, mandans, Bullas compositionis accipi: & hæres aliunde magis grauatur, si suo nomine, ac si nomine defuncti Bullas accipiat: nec magis timeri, aut sperari de eo potest, quod id suo nomine, quàm nomine alterius præstet, cùm iidem sint vtrobique sumptus, & ad vtrumque possit per testamentarium compelli. At formaliter loquendo, iudico, non posse defunctum, antequam obeat, mandare, vt post suum obitum, nomine ipsius, Bullæ compositionis accipiantur. Moueor eadem ratione, qua *disput. 4. cap. 5.* asseruit, Bullam communem viuorum, defuncto qui ea carebat, non prodesse, si pro eo sumatur, ad vllum effectum, nempè vt absoluatur ab excommunicatione, aut tempore interdicti in loco Sacro sepeliatur: inidem recolatur, nam in præsenti pari militat efficacia, vt cuique perpendenti erit planum. Ita Mendo.

2. Sed ego magis adhæreo sententiæ affirmatiuæ, quam præter Henriquez, & alios, tenet notissimè Anton. Escobar *in Theolog. moral. tom. 1. lib. 7. sect. 1. cap. 25. num.* 395. qui ex Rodriquez firmat, quod Bulla compositionis prodest defuncto, si ipse antequam obiret, iussit suo hæredi, aut alteri, vt sibi tot compositionis Bullas, pro exoneratione suæ conscientiæ sumeret, cum sapientum consultatione.

3. Notandum est hic obiter primò, Bullam compositionis non prodesse his, qui praua eius confidentia bona aliena illicitè acquisierunt. Quia id expressè in Bulla vulgari commissarius apposuit, quod tanquam conditionem omninò necessariam requirit, quam ponere licitè apponere, etiam si clarè in Latina non habetur, facultate generali sibi in eadem Bulla à Pontifice concessa. Per confidentiam autem intelligo positionem tantùm, id est, quando Bulla compositionis est immediatum motiuum, & finis principalis iniustæ acceptionis. Vnde non prohibetur compositio, si fiducia tantùm est negatiua, nempè si iam decreuerat furta facere, aut ea diutius retinere, & tamen negligenter se habet ad restitutionem ob Bullæ confidentiam, & aufert scrupulum, aut timorem, vt facilius id præstet. Ita Escobar supra, & alij penes ipsum.

4. Nota secundò, quod si creditor, ita absens est vt nequeas debitum illi persoluere, neque speras breui tempore posse, ob cuius causam excusaris à restitutione facienda, ait Sotus *in 4. dist. 21. quæst. 2. art. 4. & lib. 4. de iustit. quæst. 7. art 1.* existimet compositioni locum non esse: quia absolutè, & simpliciter, non est debitum incertum, sed certum, & Bulla solum remissionem debitorum incertorum concedit. At rectius alij oppositum censent, quia eo casu illud debitum humano & morali modo reputatur incertum, eo quod domino reddi non potest; domino enim perinde est carere debito, quia absens, vel quia debitori est ignotus, si æquè ex absentia, ac ignorantia excusatur debitor à restitutione illi facienda. Ita Castrus Palaus *tom. 4. tract. 25. punct. vlt. §. 1. numero 2.* & alij penes ipsum.

5. Nota tertiò, esse magnam controuersiam, an si bona, quæ tibi in hac compositione remissa sunt, extent in specie, vel æquiualenter, quatenùs eorum occasione ditior factus es, cùm creditor comparet, neque præscriptione te tueri potes, tenearis ea creditori reddere: Affirmant Caietanus, Corduba, Rodriquez, & Villalobos: Quia non videtur rationi consonum, dominio suorum bonorum creditorem ignotum absolutè spoliare. Præterquàm quod hæc remissio fit ex præsumpta creditoris voluntate, quæ præsumi non potest absoluta, sed conditionata, & limitata, dum ipse non comparuerit: id enim est ei vtilius. Secundò creditor poterit debita illa vbicumque inuenerit, vendicare, eaque postulare in iudicio, & iudex obligatus est reddere. Quæ omnia cum non nitantur falsæ præsumptioni, obligationem in foro conscientiæ probant. Sup. hoc in Ref. præterita.

6. Verùm mihi consularia sententia magis placet: Dico itaque, quod licet in tali casu hæc compositio pro foro externo non prodest. Sicut enim absolutio Bullæ regulariter loquendo à peccatis, & censuris in foro exteriori non liberat, ita nec compositio. Vnde si forte verus dominus inueniatur, & conueniat hominem illum qui se composuit Bullæ, vel Commissarij (ex Bulla) beneficio: Iudex eum ad soluendum compellet? Ante condemnationem autem tutus est in conscientia, nec se ad solutionem tenetur offerre, sed sufficit ad obediendum iustæ sententiæ esse paratum. Ita ex Henriquez docet P. Escobar *vbi sup. cap. 25. n. 404.* & Pater Mendo *disp. 33. cap. 3. num. 27. & 33.* qui respondet ad argumenta superius adducta.

7. Idem etiam docet Bannez *in 2. 2. D Thom. q. 60. art. 5. dub 8.* Cardin. Lugo *de iustitia tom 1. disp. 21. sect. 7.* & Castrus Palaus *tom. 5. tr. 25 punct. vlt. §. 1. n. 7.* plures rationes adducens pro hac sententia, qui postea quærit an Bullæ compositio possit etiam pro foro externo valere? Et contra Cordubam, Rodriquez, & Villalobos putat cum Acosta, quod Commissarij potestas ad hanc remissionem, & compositionem faciendam restricta non sit pro foro conscientiæ, sicuti fuit restricta potestas dispensandi in impedimento affinitatis. Qua ratione diximus, potestatem dispensandi in irregularitatibus, in interdicto, &c. pro vtroque foro prodesse; quia non fuit sub limitatione fori interni concessa. Verùm, vt hæc compositio in foro externo tibi prosit, & creditorem exigentem debitum possis exceptione compositionis repellere; debes cùm compositionem, & remissionem obtines præmittere authoritate Commissarij informationem, te non posse creditori debitum reddere: vel quia non comparet; vel quia ita est absens, vt moraliter sit impossibile. Aliàs si hæc informatio compositioni non præcessit; non poteris in foro exteriori aduersus creditorem te tueri: quia non constat de compositionis iustitia. Ita Palaus.

RESOL. CLXXVI.

An Bulla Cruciatæ viuorum prosit in aliquo casu iam mortuis? verbi gratia ad effectum nempè, vt in loco sacro sepeliatur, & absolutio excommunicationis præfletur; & consequenter suffragia Ecclesia pro ipso offerantur?

Et quid, si quis relinquat stipem præscriptam in hunc finem, vt post ipsius mortem Bulla pro anima sua sumatur? ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 13.

§.1. AFfirmatiuè respondet Henriquez *lib. 7. de Indulg. cap. 20. num. 8. in Glossa littera I, & Z,* docet Sup. hoc in Ref. præterita §. 1. pro-

pè finem, vers. Mouear. & in tom. 3. tr. 1. Ref. 209. in fine, à vers. Y aunque.

docet, enim posse accipi Bullam pro defuncto ad effectum vtrumque, nempe vt in loco Sacro sepeliatur, & ab excommunicatione absolutio illi præstetur, & consequenter suffragia Ecclesiæ offerantur pro ipso, Trullench *in Bul. leg. 1. §. 1. dub. 2. num. 6.* non audet affirmare, id posse fieri, inconsulto Prælato; & *lib. 1. §. 3. dub. 10. num. 1.* ait, hoc non improbabile videri; & quamuis ibi solum agere videatur de sepultura tempore interdicti præstanda, tamen ratio, cui innititur, & verba quæ pro se ex P. Henriquez transcribit; idem probant de absolutione ab excommunicationis vinculo defuncto impertienda.

2. Verùm huic sententiæ non acquiescam, & illam nunquam existimasse probabilem asseruit Antonius Escobar *in Theol. moral. tom. 1. lib. 7. sect. 2. cap. 19. prob. 7. num. 472.* stantibus verbis Bullæ *Item conceditur omnibus supradictis, qui nec ibunt, nec mittent si de bonis suis, &c.* Et Bullæ Hispanæ illam particulam; *Por quanto vos dictes dos reales, &c.* Quæ quidem ad viuos, non ad defunctos manifestè diriguntur. At etsi mortuus possit ab excommunicatione absolui, non tamen per Bullam, sed ab eo, qui poterat dum viueret, vt docent Nauar. *c. 26. n. 32. & c. 27. n. 171.* Sayr. *in thesaur l. 1. c. 8. n. 10.* Illam Bullæ clausulam *perpende:* Vt possit eligere confessarium, qui eum etiam à reseruatis Papæ absoluere possit, mortuus quidem nec valet confessarium eligere, nec confiteri; ergo nec à censuris per Bullam absolui.

3. Et ita hanc sententiam præter Escobar tenet etiam Andreas Mendo *in Bull. Cruc. disput. 4. cap. 5. numero 24.* Nec, ait, est ad oppositum sufficiens congruentia quòd ille, si viueret, vellet equidem vt Bulla sumeretur. Etenim si ipse non sumpsit, voluntas, quam haberet, nihil prodest, etiamsi animum eam accipiendi concepisset, quia realiter ipse postea non accipit, aut ab alio sumptam acceptat. A priori ratio est, quia in mortuo non manet voluntas virtualis, vel interpretatiua, quippè eo expirante, omnis voluntas circa hæc quæ quoad nos sunt, expirat. Quare Pater Thomas Sanchez *disp. 28 de matrim. à n. 64.* quem sequuntur Pater Layman aliique recentes, docet casu quo Episcopus facultatem præbeat alicui vt munus confessarij exerceat limitatione, donec voluero, expirante Episcopo, expirare licentiam, eo quod nec virtualiter maneat iam ea voluntas, à cuius perseuerantia licentia dependebat. Secus erit, si limitet sic, donec reuocauero; quia ad reuocationem requiritur actus positiuus, qui dum non habetur facultas perseuerat. Nec potest fieri ad nostrum casum paritas ex eo quod etiam defunctus ab excommunicatione absoluatur ad fruendum sepultura Sacra: Nam ad hanc absolutionem non requiritur acceptio seu acceptatio, (qualem adhuc requisiuimus) sed satisfactio partis hæredumque cautio. Et certo mihi in comperto est, si tempore interdicti quis obeat, vel excommunicatione reseruata innodatus, inquiri illico, an Bullam iam habeat, longéque abesse à mente, & persuasione fidelium tunc ad eam accipiendam recurrere. Hæc Mendo; cui adhæreo.

4. Et ita hanc sententiam veram existimo, vt teneam etiam procedere si quis relinquat stipem præscriptam in hunc finem, vt post ipsius mortem Bulla pro anima sua sumatur, nam in tali casu, vt dixi, puto Bullam ei non prodesse etiam in ordine ad sepulturam: Quia nunquam Bulla incipit esse vtilis, nisi realiter, & cum effectu sumatur, ex alia verò parte intentio capiendi illam, & destinatio eleemosynæ; non est formaliter acceptio Bullæ, sed solum quædam veluti applicatio mediorum ad illam capiendam: ergo nequit defuncto prodesse, quamuis dum erat viuens stipem legauerit, & per consequens aliquem influxum habuerit in sumptionem ipsam, quæ fit post mortem: probatur ista consequentia, quia eo momento, quo Bulla sumitur non inuenitur subiectum habile, seu capax, inde est vt inutiliter pro ipso defuncto sumatur. Et ita hanc sententiam tenet Pater Bardi *in Bull. Cruc. part. 1. tract. 2. cap. 4. sect. 6. num. 98.*

RESOL. CLXXVII.

An quis possit sumere Bullam defunctorum pro duobus, aut pluribus?

Et an animam, quæ à corpore soluta in Purgatorio est destinata, possit Pontifex ita liberare, vt nemo quam in Purgatorium ingrediatur? Ex p. 11. tract. 2. & Misc. 2. Ref. 43.

§. 1. EGo interrogatus de hoc casu negatiuæ sententiæ amicissimi Patris Bardi olim adhæsi, qui *in Bulla Cruciatæ part. 4. tractat. 4. cap. 4. sect. 2. num. 9.* sic ait: Dico quarto, Bulla ista pro vno tantum defuncto applicari potest, & non pro duobus, aut pluribus. Probatur ex ipso textu, vbi de vna tantùm persona singulari est sermo: est etiam alia efficax ratio, quia si vna eademque Bulla pro pluribus defunctis posset applicari, impediretur subsidium pro bello contra infideles, si enim quis intentionem haberet indulgentiam huius Bullæ applicandi, verbi gratia pro tribus defunctis, vnam pro illis sumendo Bullam, diminueretur subsidium illud, quod reportaret Cruciata, si pro vno quoque distinctam sumeret Bullam plures soluendo stipes. Ita ille.

2. Sed modo inuenio contrariam sententiam docere Andream Mendo *in Bull. Cruc. disput. 36. cap. 1. n. 2.* sic asserens; Aduertendum est sumentem hanc Bullam defunctorum posse determinare animam à Purgatorio liberandam; posse item eam à Deo determinandam relinquere; posse demum pro pluribus, vel pro omnibus Bullam hanc accipere, vt inter eas diuidatur fructus indulgentiæ, qui sufficeret vnam liberare.

3. Nec obest, quod in Bulla Hispana defunctorum asseratur: *en fauor de la anima de &c.* quasi designando restringendum esse accipientem ad animam determinandam: etenim id asseritur, quia semper, aut ferè semper, qui Bullam hanc accipit, in id intendit, vt aliquam animam determinatà à pœnis Purgatorij eruat; & vt intelligat accipiens se posse illam determinare; non tamen tollitur per hoc, quòd non determinet illam, & quod pro pluribus applicet hoc suffragium.

4. Postea in *Appen. disp. 4. capit. 10. numero 68.* respondens ad argumenta Patris Bardi asserit, nullam vim ingerere, nam accipiens vnam Bullam pro pluribus, agnoscit aut agnoscere debet, omnes illas non liberandas fore à Purgatorio per eam solam Bullam (hanc enim cognitionem vel rusticus habebit, cum videat plures Bullas pro pluribus defunctis accipi, quòd si per vnam Bullam plures animæ liberarentur à Purgatorio, vna pro omnibus sufficeret) sed quia non habet vnde plures Bullas accipiat, vel non vult accipere, & ex alio capite optat pluribus defunctis benefacere, hinc sumit vnam Bullam pro illis, vt singuli aliquod leuamen pœnarum participent. Quare non minuitur subsidium Cruciatæ: nam vt singuli defuncti à Purgatorio liberarentur, plures Bullas ille acciperet: & statuto apud se, vnam dumtaxat accipere, quod subsidium minuitur in eo, quod illam pluribus applicet? Minuitur quidem respectu singulorum, pro quibus Bulla applicatur, eius effectus; sed hoc ab intentione applicantis dependet, qui, vt libere potest nullam Bullam defunctorum, & plures accipere, sic valet suffragium inter plures distribuere. Quare laudauerim pauperes, qui non possunt emere, Quare laudauerim pauperes, qui non possunt emere, & pluribus simul gare pro pluribus Bullis eleemosynam, & pluribus simul defunctis coniuncti nexibus consanguinitatis, gratitudinis, aut amicitiæ, si eis applicent Bullam, quam accipiant.

cipiunt. Et fortassis crescet subsidium Cruciatæ, si huius doctrinæ sint conscij, cum possit sæpè contingere, plures nullam Bullam defunctorum accipere, cum possent aliquam ex eo quòd non valeant plures sumere, & plures sint defuncti, ad quorum leuamen conantur, & æquè tenentur atque adeò, ne vnum alteri præferant, nullam Bullam accipiunt. Hæc omnia Mendo, quæ licèt ingeniosè, & probabiliter excogitata sint; tamen ego non recedo à sententia Patris Bardi, cum sit magis conformis citatæ Bullæ, & modo loquendi omnium expositorum.

5. Obseruandum est tamen hìc contra Camillum *in exposit. Bull. Defunctorum part. 2. cap. 9.* quòd accepta Bulla defunctorum pro Anima Antonij, mox è flammis eripitur; quia indulgentia est totalis, & anima est in gratia, & effectus indulgentiæ est infallibilis (modo explicato suprà) consequenter sequitur, animam eius, cui indulgentia applicatur, è pœnis illico liberari. Ita et Trullench P. Escobar *in Theol. mor lib. 8. sect. 1. c. 38. n. 815.* & alij. Et quidem ex parte animæ præter statum gratiæ nulla alia dispositio necessario requisita deliberatur: ex parte verò indulgentiæ, cum totalis sit, totius pœnæ pluribus criminibus expiandis addictæ æquat grauitatem.

6. Sed non deseram hic pro curiosis casum curiosum apponere, quem excogitauit Pater Mendo *vbi supra dissut. 36. capite 3. num. 23.* An animam, quæ à corpore soluta in Purgatorium est destinata, possit Pontifex ita liberare, vt neutiquam in Purgatorium ingrediatur? Et affirmatiuè respondet. Non enim, ait, reperio, cur nequeat Pontifex ante obitum asserere, (si iusta causa adsit) concedo indulgentiam plenariam per modum suffragij huic animæ, cum primum à corpore soluatur, illico ei applicandam, aut immediatè, aut medio opere, quod, vt conditionem exigo, ab alio viuenti, ad hoc apponendam, antequam ille moriatur, vt statim soluatur è thesauro Ecclesiæ quidquid debeat. Quæ enim repugnantia est, vt indulgentia concedatur pro tempore sequenti, sicut & alia priuilegia sic concedi possunt? Quod si sic indulgentia concederetur, iusta interueniente causa; certius esset quòd absque pœnarum experimento anima beatetur, quam si in articulo mortis indulgentia plenaria ei fuisset concessa, & ab ipsa anima adhuc viuente obtenta: nam per eam indulgentiam omnis pœna remittitur; sed pœna correspondens culpis remissis: potest autem contingere, moribundum non soluisse de aliquo, aut de aliquibus peccatis venialibus, eaque non fuisse remissa vsque ad instans post obitum: pœnaque pro eis debita non fuit per eam Indulgentiam relaxata; sed est in Purgatorio soluenda: quod non contingit in casu posito, in quo indulgentia per modum suffragij applicetur pro primo instanti post mortem, in quo omnis culpa, si aliqua restabat, remittitur, medio actu doloris, quem tunc elicere animam defuncti, affirmant plures, vel per Dei condonationem. Huc vsque Mendo.

In indice primo huius Tom. 4. lege Apendicem ad hunc Tract. 3. vbi inuenies alias multas diffic. miscas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. quæ simul pertinent ad tunc Tract. 3. de Bulla Cruciatæ, &c.

TRACTATVS QVARTVS
DE IVBILÆO.

RESOLVTIO PRIMA.

A quo Episcopo debeat esse approbatus Confessarius per Iubilæum eligibilis?

Item est dicendum, si ex vi Bullæ Cruciatæ Confessarius sit eligendus. Ex part. 5. tract. 12. Res. 53. aliàs 52.

PRIMA opinio asserit quòd sufficit approbatio Episcopi loci, in quo auditurus est Confessarius confessiones licèt pœnitens vi Iubilæi ipsum eligens sit alterius Episcopatus. Ita Layman *lib. 5. tract. 6. c. 11. n. 9.* Lezana *in qq. reg. c. 19. n. 4. & 19.* Floron *de cas. reser. p. 1. c. 4. §. 12. n. 6.* Guttierr. *in qq. can. lib. 1. c. 27. num. 6.* Campan. *in diuer. iur. canon. vulr. 12. c. 13. n. 77.* Homobon. *de exam. Eccl. part. 1. tr. 5. c. 3. q. 14. & 15.* Barbosa *de potest. Episcopi p. 2. alleg. 25. n. 15.* & alij.

2. Secunda opinio docet, quòd satis erit si Confessarius fuerit approbatus ab Episcopo, seu Ordinario pœnitentis habentis per Iubilæum facultatem eligendi quemlibet approbatum ab Ordinario, licèt non adsit approbatio Episcopi loci. Ita Sotus *in 4 dist. 18. q. 4. art. 5.* & alij, quos citat Bossius *de Iubilæo sect. 3. cas. 2. §. 6. n. 201. inscto §. 7. n. 211.*

3. Tertia opinio tenet sufficere approbationem Episcopi eiusdem Confessarij, ita vt Sacerdos à suo Episcopo absolutè simpliciter approbatus ad audiendas confessiones possit vbique terrarum eligi ab habente facultatem eligendi quemlibet Confessarium ab Ordinario approbatum vi Iubilæi, licèt non sit approbatus ab Episcopo pœnitentis, vel loci. Ita Suarez *in 3. part. disp. 28. sect. 6. n. 10. & sect. 7. n. 1. &* 8. Filliuc. *part. 1. tract. 7. c. 9. n. 260.* Fagund. *præc. 2. lib. 7. c. 2. n. 92.* & alij. Omnes istæ tres sententiæ sunt probabiles.

4. Vnde ego absolutè puto quòd concedente Bulla, vel Iubilæo, aut priuilegio Pontificis facultatem eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario, Sacerdos siue sæcularis, siue Regularis semel absolutè approbatus à suo Ordinario Episcopo, siue ille Episcopus sit originis, siue beneficij, siue domicilij, & siue sit Episcopus pœnitentis, siue Confessarij, siue loci, vbi audiuntur confessiones, & consequenter à quocumque Episcopo, seu Ordinario simpliciter approbatus, vi talis Bullæ & Iubilæi, vel priuilegij potest vbique terrarum licitè & validè eligi saltem quoad forum conscientiæ. Et ita ego docui loquens de Bulla Cruc. *in 1. part. tract. 11. resolut. 7.* cum multis Doctoribus quibus nunc addo Medinam *in 1. 2. quæst. 19. art. 6. circa fin.* & Bossium *de Iubil. sect. 3. cas. 2. §. 7. num. 215.* vbi *num. 225.* respondet ad quasdam declarationes sacræ Congregationis, & docet quòd vt prædictæ declarationes ad modum legis obligent in vtroque foro, non sufficit vt sint signatæ sigillo ipsius Congregationis, sed insuper requiritur, vel quòd Papa det Breue, quo iubeat illas seruari, vel quòd Auditor Cameræ det

Quæ hic est sup. in tr. 3. Res. 17. & in tom. 8 tr. 1. Res. 4. §. Hanc. Sed lege alias Res. eius primæ not. pro firmanda doctr. huius

Res. & in tom. 6. tr. 1. Res. 24. §. contra doctr. & in aliis eius annot.

det monitorium in earum executionem, seu sub censura mandet seruari. Ita ille, quod mihi non placet. Nam ex decreto SS.D.N.Vrbani VIII. dictæ declarationes sacræ Congregationis faciunt fidem in iudicio & extrà, si in authentica forma, solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti ac Secretarij eiusdem Congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint, aliter minime. Verba autem decreti sunt hæc. Cùm ad notitiam huius sacræ Congregationis peruenerit quàmplures declarationes, decreta, seu decisiones sub nomine eiusdem sacræ Congregationis absque illius authoritate impressas in libris, seu aliis operibus circumferri & allegari, multásque ex declarationibus, decretis, seu decisionibus iuxta contingentiam casuum, illorumque qualitates, & circumstantias, à se diuersis temporibus factas, secundùm ea, quæ proponebantur, fuisse alteratas, immutatas, diminutas, ac forsan aliàs mentio S. Congregationis nomine confectas, nullóque propterea authentico sigillo munitas, illásque per Tribunalia tam in Vrbe, quàm per orbem circumferri & allegari, considerans eadem sacra Congregatio Rituum, quantum detrimenti recipi possit si aliqua fides illis adhibeatur ex speciali SS.D.N.Vrbani VIII. iussu mandat, & præcipit huiusmodi declarationibus, decretis, seu decisionibus, tam impressis, quàm imprimendis, ac etiam manuscriptis nullam fidem in iudicio, vel extrà esse adhibendam, sed tantùm illis, quæ in authentica forma, solito sigillo & subscriptione Eminen. Cardinalis Præfecti ac Secretarij eiusdem Congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint. In quorum fidem hæc propria manu subscripsimus, & sigilli proprij S. Rituum Congregationis impressione communiri ac typis mandari iussimus. Dat. Romæ die 11. Augusti 1632. C. Episc. Port. Card. Pius locus † sigilli. Iul. Riſpigloſſ. Secr.

RESOL. II.

An per Iubilæum sit eligibilis in Confessarium Parochus, qui renunciauit beneficium, vel ab ipso fuit priuatus?

Idem est, si per Bullam Cruciatæ dictus Parochus eligatur.

Et infertur, quod si Parochus beneficium amittit, vel illud relinquit per ingressum Religionis; poterit eligi virtute Iubilæi, quo pœnitenti conceditur facultas eligendi in Confessorem Sacerdotem approbatum.

Etiamque deducitur, quod Parochus poterit ei, qui antea erat Parochus dare facultatem audiendi confessiones in sua Parochia.

Et docetur Parochum adhuc habentem beneficium Curati, non solum esse eligibilem per Iubilæum intra eandem Diœcesim, sed extra & vbique terrarum. Ex p. 5. tr. 12. Res. 47.

Quæ hic est sup. in tr. 3. Res. 18. §. pen. & melius, & magis latè in alia Res. eius annot.

§. 1. NEgatiuè respondeo cum DD. quos ego ipse citaui *in* 1. *part. tract.* 11. *resol.* 8. loquens de Bulla Cruciatæ, quibus nunc addo Fagundez *præc.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 38. Floronum *de casibus reseru. part.* 1. *cap.* 4. §. 12. *num.* 7. & Barbosam *de potest. Episcop par.* 2. *allegat.* 25. *num.* 18. quia Concilium ad hoc vt Parochus reputetur idoneus ad confessiones, expressè requirit vt beneficium actu habeat, vt patet ex illis verbis, *nisi aut parochiale beneficium habeat*, & non addit *aut habuerit*, ergo, &c. Et hanc opinionem ego teneo tanquam probabiliorem, & ita hanc sententiam tenet etiam Ludouicus de la Cruz *in Bulla Cruc. disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 10. qui tamen *num.* 4. meritò contrariam sententiam probabilem vocat cum Villalobos, Ioanne de la Cruz, & Rodriquez, quibus adde Trullench *vbi infrà*, *num.* 4. quia talis Parochus habebat approbationem ab Ordinario, imò & ab ipso iure, sed per ablationem, vel amissionem etiam per litem beneficij parochialis solùm tollitur ei iurisdictio, non verò approbatio: ergo manet eligibilis per Bullam. Consequentia cum maiori & minori probatur, approbatio enim non habet necessariam dependentiam & connexionem cum parochiali illo beneficio: ergo non eo ipso quòd aufertur beneficium, aufertur approbatio. Hinc autem inferunt primò quòd si Parochus beneficium amittit, vel illud relinquit per ingressum Religionis, poterit eligi virtute Iubilæi, quo pœnitenti conceditur facultas eligendi in Confessorem Sacerdotem approbatum, quia non amisit simplicem approbationem, ea tamen posita Papa per speciale Iubilæi priuilegium ei confert iurisdictionem. Inferunt secundò quòd Parochus poterit ei, qui antea erat Parochus, dare facultatem audiendi confessiones in sua Parochia, quia hoc poterat ante Trident. concedere & simplici Sacerdoti, Tridentinum verò solùm addidit approbationem, quam adhuc ille retinet: ergo, &c.

2. Sed quicquid sit de hoc, certum est Parochum adhuc habentem beneficium Curati, non solùm esse eligibilem per Iubilæum intra eandem Diœcesim, sed extra, & vbique terrarum, & ita contra Layman *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 11. *num.* 7. Floronum *de cas. reseru. part.* 1. *cap.* 4. §. 12. *num.* 2. Homobonum *in exam. Eccles. part.* 1. *tract.* 5. *cap.* 3. *quæst.* 15. & Guttierrez *lib.* 1. *qq. Canon. cap.* 27. *num.* 21. docet Trullench *in Bulla Cruciatæ, lib.* 1. §. 7. *dub.* 4. *num.* 3. Ioannes Valerius *in differ. vtr fori, ver. absolutio, differ.* 1. *numero* 16. Molfesius *in summa, tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 15. *numero* 89. Fagundez *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *numero* 36. Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part. disp.* 28. *sect.* 4. *num.* 18. Henriquez *lib.* 3. *de pœnit. cap.* 6. *num.* 8. *in fine, & num.* 7. *initio.* Toletus *in summa, lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 6. & alij. Et ratio est, quia huiusmodi beneficiatus ex Concilio Tridentino nullam aliam approbationem requirit, præterquam quòd Parochiale beneficium habet, vt possit confessiones sæcularium audire. Quo ergo fundamento addemus vltra beneficium parochiale requiri etiam approbationem sui Episcopi. Secundò probatur, quia, vt Suarez notat, Concilium quoad hanc partem non tam condit ius nouum, quàm retinet antiquum, nam de iure antiquo quilibet Parochus poterat eligi in Confessarium per quancumque facultatem, & per delegationem & commissionem propriarum ouium factam ab aliis Parochis: ergo & modò poterit, cùm idem ius omnino perseueret, nunquam enim recedendum est à iure antiquo propter nouum, nisi quatenus id in eo exprimitur. Tertiò probatur, quia si extra diœcesim non posset eligi, nec etiam extra suam Parochiam intra eandem posset, cùm ex vi beneficij solùm videatur approbatus pro sua Parochia, & nihilominus ex vi Concilij reputatur illa approbatio sufficiens pro aliis Parochiis suæ Diœcesis, quia Minister publicus debet simpliciter reputari sufficiens, vt ibi eligatur, ergo, &c.

RESOL. III.

An in aliquo casu sit eligibilis per Iubilæum Sacerdos non approbatus ab Episcopo sed à Parocho?

Et an Parochus possit suis subditis licentiam præbere, vt confiteantur cum Sacerdote approbato ab Episcopo alterius Diœcesis, seclusa prohibitione proprij Ordinarij? Ex p. 5. tr. 12. Res. 48.

§. 1. QVamuis verum sit Parochi approbationem sufficientem non esse alicuius Sacerdotis quantumuis electus sanctæ vitæ & doctrinæ sit, vt inter multos probat Suarez *in* 3. *part. tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 4. *num.* 3. Tamen Ludouicus de la Cruz *in Bulla Cruc. disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 10. *num.* 11. censet satis probabile posse

posse Parochum in nonnullis casibus, vt si nimium sit fatigatus in Hebdomada sancta, vel tempore Iubilæi, in quo concurrunt plures confessiones, approbare Sacerdotem doctum, si non sit facilis recursus ad Episcopum longè distantem. Et ita hanc sententiam docuerunt olim duo lumina inclytæ Salmanticensis Academiæ, Mancius, & Gallus, quos citat & sequitur Henriquez *libro 6. capite 6. numero 2. in glossa F, & G*, rationes autem pro hac firmanda sententia recognoscendæ sunt penes de la Cruz *vbi supra*.

2. Notandum est vnum hîc obiter, & perpetuò tenendum, posse parochum suis subditis licentiam præbere vt confiteantur cum Sacerdote approbato ab Episcopo alterius diœcesis, secluſa prohibitione proprij Ordinarij, & ideo hac secluſa, quæ tamen adest in nostra Synodo, potest Parochus Panormitanus exponere ad confessiones audiendas in sua Parochia Sacerdotem Messanensem, v. g. approbatum ab Archiepiscopo Messanensi, vel ab alio Antistite. Ita Ægidius Trullench *in Bulla Cruc. lib. 1. §. 7. dub. 3. num. 15.* & alij, quos ego alibi citaui, quia talis Sacerdos ab aliquo Ordinario approbatus est capax iurisdictionis delegatæ, & ex alia parte Parochi, habet integrum ius suum, quia ex parte ipsius Parochi per Tridentinum non est limitatum: sicut ergo ante Tridentinum poterat Parochus vices suas cuicunque Sacerdoti idoneo, cuiuscunque diœcesis esset, committere, ita & nunc poterit cuicumque Sacerdoti cuiuscumque Diœcesis, approbato tamen ab Ordinario, committere, vel suo Parocho licentiam concedere, vt cum tali approbato confiteri possit. Vnde cùm facultas hæc à Parochis à iure illæsa maneat, solúmque ex parte personæ cui conceditur à Tridentino, sit modificata, nimirum quòd sit ab Ordinario approbata, & Concilium absolutè & simpliciter sine restrictione aliqua loquatur, poterit Parochus cuilibet approbato cuiuscumque Diœcesis sit facultatem concedere vt suorum subditorum confessiones excipiat, ergo, &c.

RESOL. IV.

An per Iubilæum sit vbique eligibilis in Confessarium sæcularis, vel Regularis approbatus tantum limitate ad parvum oppidum vel quoad personas?

Et quid, si ex defectu scientiæ sit approbatus pro supradicto loco, & personis?

Idem est dicendum, si eligatur per Cruciatam. Ex part. 5. tract. 12. Ref. 49 alias 48.

§. 1. DE hac quæstione ego egi loquens de Bulla Cruc. *in 1. p. tract. 11. *resol. 10.* cum multis DD. quibus nunc addo Ægidium Trullench *in Bulla Cruc. lib. 1. §. 7. dub. 2.* Ludouicum de la Cruz *in Bulla Cruc. disput. 1. cap. 2. dub. 9.* & Angelum Bossium *de Iubilæo sect. 3. cas. 2. §. 10* vbi *num. 245. innêto num. 238.* admittit absolutè tanquam probabilem affirmatiuam sententiam circa præsentem quæstionem, quia verum est dicere talem Sacerdotem esse approbatum ab Ordinario, iuxta formam Concilij *in d. cap. 15. sess. 23.* vbi non exprimit necessarium esse, quòd Sacerdos vt sit idoneus & eligibilis, sit approbatus absolutè absque vlla limitatione, sed tantùm requirit, quòd sit approbatus ab eodem Episcopo, seu Ordinario, ergo vt prædicto modo possit eligi, sufficit etiam quòd sit approbatus pro tali, vel talibus personis, versamur enim in materia fauorabili, ac proinde facienda est latior interpretatio seruata verborum proprietate.

2. Sed contraria sententia est probabilior. Dico igitur * quòd qui ex defectu scientiæ sunt approbati in suo oppido, vel pro vno genere personarum, an illis dumtaxat, & non ab aliis possint eligi virtute Iubilæi, & ratio est, quia nequit virtute Iubilæi quis in Confessarium eligi, nisi sit ab Ordinario simpliciter approbatus; sed qui ad vnum genus personarum, id est, rusticorum, seu ad vnum oppidum, in quo nec contractus nec casus difficiles euenire solent, est tantùm approbatus ex defectu scientiæ, non est simpliciter approbatus, imò potiùs reprobatus ad omnem alium locum, & ad omnes alias personas; igitur ab illis tantùm est eligibilis virtute Bullæ. Secundò, approbatio non plus valet, quam pro illo, pro quo data est, ergo approbatus ad vnum tantùm locum, & ad vnum dumtaxat genus personarum, maximè ex defectu scientiæ, non valet in Confessorem eligi, nisi ab illis personis, pro quibus data est illi talis approbatio. Ita Trullench, & Ludou. à Cruz *vbi supra*.

in Ref. not. præteritæ §. Terria. & cursim id alia Ref. eius annot.

RESOL. V.

An Religiosus ab Episcopo approbatus sit eligibilis per Iubilæum, etiamsi à suo Superiore & Prælato per sententiam priuatus sit, ne confessiones sæcularium audiat?

Et an sit probabile, etiam sine Bulla, valide posse prædictum Religiosum sæcularium confessiones audire, virtute approbationis, & iurisdictionis ab Ordinario concessæ; etiamsi legitimè non fuerit Ordinario præsentatus, & per suum Superiorem per sententiam prohibitus? Ex p. 5. tr. 12. Ref. 50. alias 49.

§. 1. NEgatiuè respondet Io. de la Cruz *de statu Relig. lib. 2. cap. 6. dub. 2.* Rodriquez *in addit. ad Bull. Cruc. §. 9 num. 7. & 8. & in qq. regular. tom. 1. q. 60. art. 2.* cum aliis. Verùm nouissimè loquens de Bulla, quod idem est de Iubilæo, contrariam sententiam docet Trullench *in Bulla Cruc. lib. 1. §. 7. dub. 6. num. 7.* vbi sic ait: Existimo Confessores regulares ab Ordinario approbatos quoad sæculares, siue per sententiam, siue per simplex mandatum à suis Superioribus prohibeantur, ne sæcularium confessiones audiant, posse per Bullam validè eligi. Imò teneo probabile esse, etiam sine Bulla validè posse sæcularium confessiones audire virtute approbationis & iurisdictionis ab Ordinario concessæ, etiamsi legitimè non fuerit Ordinario præsentatus, & per suum Superiorem per sententiam prohibitus. Ducor, quia sunt verè approbati, vt supponimus, & retinent adhuc iurisdictionem in sæculares, quod probatur primò, quia iurisdictio non promanat à Prælato, sed ab Episcopo, & consensus Prælati non est conditio necessaria, vt confessio validè, sed tantùm vt licitè fiat. Secundò, quia Sylvester & Sotus supracitati tantùm dicunt sic prohibitos peccare, & non posse audire confessiones sæcularium, non autem affirmant confessiones esse inualidas. Tertiò probatur, cùm habeant hanc approbationem secundùm iuris communis dispositionem à Tridentino *sess. 23. cap. 15.* non est dicendum Regularium Prælatos habere circa illam potestatem, nisi à iure, vel ex priuilegio eam habeant: at non constat eam habere ex iure, neque ex priuilegio, aut motu proprio. Nam Constitutio Iulij III. data Romæ *die 17. Ianuarij, anno 1555.* quam citat Rodriquez, & Constitutio Gregor. XIII. *die 3. Maij, anno 1575.* solùm volunt ne iurisdictio, quam Prælati Regularium habent, & possunt conferre in suos subditos, in eos deriuetur absque ipsorum Prælatorum licentia, non tamen dat facultatem vt possint approbatos ab Ordinario reprobare, & ab eis iurisdictionem, quam erga sæculares habent, auferre, & quamuis hoc sit declaratum à Greg. XIII.

Sup. contrà in hac Ref. sup. in tr. 3. Ref. 22. §. 2. & vlt. in princ. & in to. 7. tr. 1. ex Ref. 121. lege doctr. §. 2.

Greg. XIII. viuæ vocis oraculo pro Societate Iesv, vt refert Henriquez *lib.3. de pœn. cap.6. num.6.* ex P. Claudio *in compen. ver.gratia.§.2.* dici potest hoc non constare; & dato quòd constet esse speciale Indultum in fauorem Societatis Iesv. Ita Trullench *vbi suprà*, adde quòd modò omnia viuæ vocis oracula per Bullam SS. Vrbani VIII. iam sublata sunt. Vide me ipsum *in 1.p.tr.11. res.13.*

Quæ hic est sup. in tr.3. Res.22.

RESOL. VI.

An per Iubilæum sit eligibilis in Confessarium Prælatus Regularium non approbatus ab Ordinario loci.
Et quid extra Iubilæum, & Bullam Cruciatæ?
Et an Canonicus Pœnitentiarius sine speciali Episcopi approbatione sit eligibilis per Bullam, aut Iubilæum?
Ex p 5.tr.12.Res.52.alias 51.

Sup.hoc latè sup.in tr.3. Res.10 & in tom.7.tr.1. Res.343.§. vlt.in princ.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Suarez *in 3.p. tom.4.disput.28.sect.8. num.2.* Tamburinus *de iure Abbat tom.2.disp.6. quæst.17.* Fagundez *pr.2. lib.7. cap.2. num.39.* Et ratio est, quia Concilium Tridentinum loquitur de sæcularibus, qui habent beneficium parochiale, & non de Religiosis. Secundò, quia loquens de omnibus Religiosis, expressè ait illos debere esse ab Episcopo approbatos, vt possint confessiones sæcularium etiam Sacerdotum audire, idoneique Confessarij sæcularium reputari, vnde cùm huiusmodi Prælatus Religiosus sit, & non sit ab Episcopo approbatus, sequitur euidenter non esse eligibilem ad confessiones sæcularium licitè & validè audiendas, vt parum refert quòd in aliis iure æquiparetur Parochis, cùm constet de mente & sensu Concilij. Vnde si contraria opinio esset vera, sequeretur Prælatos Regularium posse absque vlla approbatione audire confessiones sæcularium etiam extra tempus Iubilæi. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Rodriquez *in Bull. Cruciatæ, §.9. num.4.* vbi sic ait. [En la palabra de beneficio curado parece se incluyen todos aquellos aquienes se les ha encomendado cargo de animas, como son los Guardianes, Prouinciales, y los otros Prælados de las Religiones, pues es cosa cierta, que el Concilio da por aprouados à los que tienen beneficio Paroquial, porque en ellos se les encomienda el cargo de las animas, ora se dè el beneficio por el Obispo, o por otro qualquiera que le pueda dar; y pues à los Prælados de las Religiones se les da cargo de animas mas estendido que à los Curas, parece que se ayan de tener por aprouados; empero aunque hombres doctos han tenido esta opinion, à mi me parece que no se deue tener, porque della se seguiria que vn Cura de vn Obispado seria Confessor en todos los Obispados, pues ya tiene beneficio paroquial, y lo contrario se vsa, y la costunbre es muy buen interprete de la ley, y mas que los tales Prelados son Curas de Frayles, los quales no tienen necessitad de Curas tan letrados, como los seglares, y assi el Concilio Tridentino no los obliga à confessarse con los approuados por el Obispo, como obliga à los seglares.] Ita ille.

Sup.hoc in tom.7.tr.1. Res.69.§. Tertium, & §. vlt & in Res.87. & 343.§.2. & signanter 3. & in tom.1. tr.3. Res.24. §.1. & 2. & in tom.3. tr 1. Res.39. §. Quintus casus, & hic sup. in tr.3. Res.20.§. vlt.

Sup. hoc Cura,& Parocho,in t.1. tr.3.Res.11. & 13. recitanter in §. vlt.à princ. & in Res.23. §. Concedo, & hic sup.in Res.2.ex doctr.§.1.propè fin. vers. Inferunt secundo.

2. Non desinam tamen hîc adnotare affirmatiuam sententiam docuisse olim præclara illa inclytæ Academiæ Salmanticensis lumina, Mantium, Gallum, Bañes, Medinam, quos citat & sequitur doctissimus Henriquez *lib.6.cap.6. numero 2. in glossa lit. E, & F.* Cui adde Ioannem Valerum *in differ. vtr.fori, ver. nullitas, differ.5. numero 5.* Salas in quadam lectura quoad habentes Bullam Cruciatæ. Et hanc sententiam licèt loquatur cum formidine, speculatiuè probabilem esse putat Ludouicus de la Cruz in expositione Bullæ Cruc. *disputat.1. cap.2. dub.11. numero 8.* Sed sine metu non solùm speculatiuè, sed etiam practicè probabilem esse putat nouissimè Angelus Bossius *in tract.de Iubilæo sect.3.cas.1.§.2.num.53.in fine*, vbi sic ait: Dixi *probabilius*, quia etiam prior sententia est probabilis, ob rationem & auctoritates tot Doctorum, ac proinde in foro interiori quis possit illam in praxi seruare, etsi in foro exteriori Episcopi non permitterent. Ita Bossius, & ratio est, quia nomine habentis beneficium parochiale, seu Curatum, videntur comprehendi omnes, quibus ratione dignitatis, vel proprij officij demandata est cura animarum, quales sunt Generales, Prouinciales Religionum & Guardiani, seu Præpositi Monasteriorum, atque adeò hi, sicuti Parochi, iuxta Concilium erunt sufficienter idonei, vt possint proximè eligi vi Bullæ, vel priuilegij in Confessarios. Confirmatur, quia non alia de causa Concilium Tridentinum admittit tanquam idoneos, & sufficienter approbatos illos, qui habent parochiale beneficium, nisi quia ipsis est commissa animarum cura, siue cura fuerit commissa ab Episcopo, siue à quolibet alio valente curatum beneficium conferre. Nam, vt dictum est, eo ipso quòd alicui animarum cura demandatur, sufficienter declaratur idoneus ad confessiones audiendas: ergo cùm Prælati Religionum ex vi sui officij sit demandata cura, & etiam cum ampliori iurisdictione, quàm Parochis, censendi sunt iuxta Concilium sufficienter idonei & approbati ad confessiones sæcularium audiendas, & præsertim quia dicti Prælati regulares sunt communiter probiores & digniores tam literis, quàm moribus, quàm plerique ex sæcularibus habentibus curata beneficia. Adde etiam quòd Canonicus pœnitentiarius sine speciali Episcopi approbatione est eligibilis per Bullam, nam eo ipso quo eligitur in Canonicum Pœnitentiarium, ipso iure impenditur ei approbatio ad audiendas confessiones, nam ad hoc munus specialiter eligitur, ergo sicut iste sine speciali approbatione Episcopi est eligibilis per Bullam, ita & Prælatus Monasterij. Imò maior ratio est de illo, quàm de Pœnitentiario, quia Pœnitentiarius non est propriè Parochus, nec Ordinarius, Prælatus verò sic. Nec obstat dicere, vt aiunt quidam recentiores, Pœnitentiarium recipere approbationem ab Episcopo eo ipso, quo eum in Pœnitentiarium eligit. Neque, inquam obstat, quia Pœnitentiarius & maximè in Ecclesiis Cathedralibus, non eligitur ab Episcopo, sed à Capitulo, vbi plerumque eligitur contra Episcopi voluntatem.

RESOL. VII.

An Confessarius eligendus virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi, debeat esse approbatus ab Episcopo, etiam quoad Regulares, ita vt non sufficiat esse approbatum à Prælato Regulari suæ Religionis, vel alterius? Ex p.3.tract.2.Res.21.

§.1. AFfirmatiuè respondent Nald. *in sum. cap. Indulgentia,n.9.* Molfesius *in sum.tom.1.tract.7. c.16.n.27.* cum Suar.*in 3.part.tom.4.disp.28 sect.6.n.11.* Henriq.*lib.3.de pœnit.c.6.n.4.in Gloss.lit. K.* Homobonus *tr.de cas.reseru.part.1.c.6.* Lopez *par.1.c.26.* Ledesma *in sum.tom.1.de sacram.Pœnit.cap.13.dub.6.* & hanc sententiam amplexi sunt Patres Societatis Iesv, & eam obseruant in praxi, eo quod vbi eorum Prælatus concedit licentiam alicui subdito fruendi facultate eligendi Confessarium per Bullam aut Iubilæum, pro reseruatis eligendus est approbatus ab Episcopo, teste Henriq.*de indulg.c.22.n.5.in fine*, vnde non sufficit esse approbatum à Prælato regulari.

2. Non

2. Non reticeam tamen contrariam sententiam præter Rodriquez *in explicat. Bullæ Cruciatæ*, §.9. *dub.*6. n.9 docere etiam nouissimè doctum Ioannem Valentum *in differ. vtriusque fori, ver. absolutio, differ.*1. *n.*33. & *seq.* vbi latè tractat hanc quæstionem, & tandem in fine sic asserit Supradictis tamen non obstantibus teneo negatiuam opinionem. Vnde dicendum est, quod per facultatem Bullæ Cruciatæ, & Iubilæum, nulla alia exigitur approbatio, quam illa Prælati Regularis, maxime stante dicta declaratione Clem. VIII. per quam tollitur omne dubium illorum verborum appositorum in plumbea Cruciatæ, & Iubilæi, scilicet approbati ab Ordinario. Si enim in omnibus, spectantibus ad confessionem Regularium standum est statutis, & constitutionibus Ordinum, & Prælatorum dispositionibus, ad quid quærimus, si vltra id requiratur approbatio Episcopi, cum satis constet non requiri; nam si voluisset, dixisset *cap. ad audientiam, de decimis.* Ita Valentus. Et hanc sententiam docent etiam ex aliis rationibus Fernandez *in exam. resol. moral. p.*2. *c.*9. §.8. *n.*7. Zanardus *in direct. p. de sacram. Pœnit. cap.*21. *q.*32. Coriolanus *de cas. reseru. part. sect.*3. *art.*16. & alij, non solùm si regularis confiteatur approbato sui Superiori, sed etiam alterius Religionis.

RESOL. VIII.

Vtrum tempore Iubilæi Regulares teneantur eligere Confessarium non a suo Prælato, sed ab Episcopo loci approbatum? Ex part. 2. tract. 17. & Misc. 3. Resol. 47.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Molfesius *in sum. tom.*1. *tr.*7. *c.*16. *n.*18. & 27. Suarez *tom.*4. *in* 3. *part. disp.*28. *sect.*6. *n.*11. Reginald. *in praxi tom.*1. *l.*1. *cap.*15. *sect.*2. *n.*175. Vega *in summa, tom.*2. *c.*27. *cas.*12. Homobonus *de casibus reseruatis, p.*1. *c.*5. & nouissime Naldus *in summa, ver. indulgentia, n.*9. & consequenter asserunt, non lucrari Iubilæum, nisi peccatorum suorum confessionem faciant Sacerdoti, ab Episcopo loci approbato.

2. At Martino Bonacinæ *de Sacr. disp.*5. *q.*7. *punct.*4. §.1. *n.*3. contraria opinio probabilis etiam videtur; nam verba in Iubilæo apposita, quod Regulares possint eligere confessarium ab Ordinario approbatum, non intelligenda sunt priuatiuè, quasi Summus Pontifex velit priuare pœnitentem iure suo, quo potest confiteri Sacerdoti approbato à suo Prælato, sed potiùs intelligenda sunt cumulatiuè, & ampliatiuè in fauorem ipsius pœnitentis; ita vt non solùm possit confiteri suo Parocho, aut alteri Sacerdoti, sicut poterat ante Iubilæum, verùm etiam possit alium quemlibet Sacerdotem approbatum ab Ordinario eligere, quamvis ante Iubilæum non posset illi confiteri. Adde, quòd si contraria opinio esset sequenda, sequeretur multos defraudari fructu Iubilæi, cùm multa extent Religiosorum monasteria, in quibus nullus confessarius ab Episcopo loci approbatus reperitur aut saltem sequeretur cogi Religiosum è clausstris exire ad emendicandum sibi confessarium, quod non videtur iuxta benignam Summi Pontificis intentionem. Hæc Bonacina, & alij.

RESOL. IX.

An Religiosi tempore Iubilæi possint eligere Confessarium non approbatum ab Episcopo, sed approbatum à Prælato Regularium?

Et an sententia huius quæstionis procedat quoad Nouitios?

Et an tempore Iubilæi Religiosi possint sine Superioris licentia cum extraneis confiteri?

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Fagundez *pr.*2. *lib.*7. *c.*2. *n.*12. Henriquez *l.*6. *c.*6. *n.*4. *in glossa lit. K. & l.*7. *cap.*22. *n.*5. ait. Quoad Regulares autem, qui Iubilæum consequi volunt, non possunt eligere Confessarium ab ipsorum Superiore tantummodo approbatum, sed necesse est, si volunt illud quærere, vt confiteantur vni ex approbatis ab Ordinario loci; modo quo dictum est supra, hæc enim est conditio expressa Iubilæo, quæ omnino seruanda est, & facit ratio optima, quia Summus Pontifex potuit animaduertere Confessarios strictiori calculo examinari, atque approbari consueuisse ab Ordinarijs locorum, quam à Superioribus Regularium, & ideò de ipsorum sufficientia confidens, cius munus in quo vices Pontificiæ subeundæ sunt, illi potissimùm iure merito demandari voluit. Sic etiam literæ sacræ Pœnitentiariæ solis Theologis, vel Decretorum Doctoribus, approbatis tamen ab Ordinariis locorum dirigi consueuerunt; & tandem Superioribus Regularium non conueniunt verba illa in Iubilæo posita Ordinariis locorum, vt palam est, ergo neque dispositio eiusdem Iubilæi competere potest. Ita Naldus, & aute omnes Suarez *in* 3. *part. tom.*4. *disp.*28. *sect.*6. *num.*11. & nouissimè Faustus *de Iubilæo, lib.*4. *q.*88.

Supra hoc in duabus præcedentibus Resol. & in aliis earum annotat. & legè §. not. seq.

2. Sed ego contrariam sententiam non minùs probabilem esse puto, quam tuetur Homobonus, Coriolanus Zerola, Sorbus, Bonacina, Zanardus, Sanctarellus, quos citat & sequitur Alphonsus de Leone *tract. de Iubilæo, part.*2. *num.*112. Et hanc opinionem probabilem & tutam esse docet etiam Angelus Bossius *de Iubilæo, sect.*3. *cas.*3. *n.*10. Igitur quando Bulla Iubilæi dicit, quòd Sacerdos sit ab Ordinario approbatus verba illa *ab Ordinario*, intelligenda sunt secundùm expositionem accommodam, ita vt nomine *Ordinarij* intelligatur Episcopus, si agatur de approbatione Confessarij pro audiendis confessionibus secularium; si verò agatur de Confessario pro audiendis confessionibus Regularium, intelligatur Prælatus ipsorum, & hanc opinionem procedere etiam quoad Nouitios tradit Ioannes de la Cruz, *de statu Relig. lib.*1. *cap.*6. *concl.*2. *in fine*, & alij, satis quidem probabiliter.

3. Non desinam tamen hìc adnotare Filliuc. *tom.*1. *tr.*8. *cap.*10. *n.*275. Polacchum *de Iubilæo, sect.*42. *n.*63. & Lezanam *in qq. regular. cap.*19. *num.*19. docere negatiuam sententiam esse sequendam, quando in Bulla Iubilæi dicitur confitendum esse cum Confessario approbato ab Ordinario loci; affirmatiuam verò sententiam veram esse, quando in Bulla tantùm dicitur approbatum ab Ordinario, sed omnes istæ tres sententiæ sunt probabiles.

Sup. contenta to in hoc §. in to. 7. tr. 1. Resol. 343. §. vlt. ad medium, à vers. Vn Religioso.

4. Notandum est etiam hìc contra aliquos quòd etiamsi in Bulla Iubilæi non contineatur clausula derogatoria priuilegiorum, potest etiam Regularis eligere extra suum Ordinem Confessarium approbatum, modo quo suprà dictum est, dummodò in Iubilæo adsit generalis facultas eligendi Confessarium, specificè comprehendens etiam Religiosos. Ita contra Filliucium, Polacchum & alios docet probabiliter Angelus Bossius *de Iubilæo, vbi supra, sect.*3. *cas.*4. *n.*17. qui contra Molfesium notat etiam cum Leone *loco citato*, *n.*209. non posse Superiorem tempore Iubilæi prohibere suis subditis ne confiteantur Sacerdotibus sæcularibus, vel Regularibus alterius Ordinis, vnde possunt sine Superioris licentia cum extraneis confiteri.

RESOL. X.

An quicumque Confessarius ab Ordinario approbatus possit tempore Iubilæi absoluere Moniales a peccatis, vel à casibus, & censuris reseruatis? Ex part.3. tract.2. Resol.29.

Et ad literam ibi in tract.4. Resol.153.aliàs 154. Sed hic vna tantum Resol. transcribitur.

Sup. hoc in Resol. seq. & in to.7.tr.1. Resol.348.§. sed difficultas.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Bonacina *de Sacram.disp.5.q.7.punct.4.§.1.n.22. in fine.*

2.Sed aduersùs illum insurgit Faustus *de Iubilæo,l.4. q.78.* & Alphonsus de Leo, *etiam de Iubilæo, part.2. q.9.n.25.* Quia Confessariis prohibitus est accessus ad Monasteria Monialium, & ideo Roman. Pontifex non intendit dare iurisdictionem illi Sacerdoti, qui habet aliquod impedimentum. Hinc in praxi rationabiliter obseruatur pro bono regimine Monialium, quod dum virtute Iubilæi habent Moniales facultatem eligendi sibi Confessarium, tenentur designare Confessarium Ordinario ipsarum, & solent Abbatissæ congregare Moniales, & ab eis habere votum quosnam Confessarios gratos habeant: & sic nominant tres, quatuor, vel plures, quorum nomina mittunt ad eorum Ordinarium, vt ab eo omnes, vel provt ei libuerit, approbentur, & impertiatur eis licentiam accedendi ad Monasteria; sic enim Ordinarij sciunt personas,accedere volentes ad Monasteria,ne sub prætextu earundem licentiarum, accederent ad vana colloquia facienda, & non ad audiendas confessiones Monialium; cum omnis concessio intelligatur facta in ædificationem, non autem in destructionem Regularis obseruantiæ. Et hæc omnia notat, & docet noster Molfesius *in sum. tom.1. tract.7. cap.16. num.31.* & post illum Ioannes Suarez *in Enchiridio, cas. conse.lib.5. ver.Indulgentia, § tempore Iubilæi.*

RESOL. XI.

An Moniales tempore Iubilæi possint eligere quoscunque Confessarios ab Ordinario approbatos, etiamsi in particulari non sint ad earundem Monialium Confessiones deputati ab Ordinario? Ex part.5.tract.12. Resol.12.

Quæ hic est Resol. antecedens, & in alio §. eius annot.

§.1. PRo negatiua sententia ego ipse *in 3.p. tract.4. resol.154.* adduxi Molfesium, Leonem, Faustum,& Ioannem Franciscum Suarez,quibus nunc addo Georgium Pollacchum *in Bull. Iubil. Vrbani VIII. sect.4.n.6.* vbi sic ait. Aduertendum hîc confessiones Sanctimonialium nec hoc tempore amplissimi Iubilæi nullum Confessarium etiam Regularem audire posse, licèt quoad alios fideles sit approbatus,sine expressa & peculiari licentia Ordinarij ipsarum Sanctimonialium. Ita ille, asserens hoc esse determinatum à sacra Cardinalium Congregatione.

2.Sed ego maxima quærens diligentia supradictam sacræ Congregationis declarationem adhuc illam minimè potui inuenire, ideo non desinam hîc adnotare affirmatiuam sententiam circa præsens dubium,præter Bonacinam à me *vbi suprà* citatum, docere nouissimè Angelum Bossium *in suo erudito tract. de Triplici Iubilæo, sect.3.cas.5 n.2.* & Laurent. de Peyrinis *in priuileg. Minim. tom.3 c.4. super constit.Leon.X.n.4.* vbi sic ait. Ego puto posse Moniales tempore Iubilæi generalem facultatem concedentis omnibus vtriusque sexus Chistianis, etiam Regularibus eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum,eligere sibi Confessarium à solo Prælato Regulari approbatum,si electus sit Regularis, vel ab Episcopo, si sit secularis, & hoc sine Moniales sint subiectæ Episcopis,sine Prælatis Regularibus nec est necesse quòd Moniales Regularibus subiectæ Confessarium eligant ex sua Religione, sed possunt eligere ex quacunque. Moueor quòd Iubilæum est gratia amplissima totum mundum exhilarans, quam facit Papa, thesaurum Ecclesiæ aperiens omnibus Christi fidelibus pro consolatione animarum suarum. Cùm enim inter Christi fideles connumerari debeant Moniales, & Papa eas non excludat, non est cur nos excludere eas debeamus, cùm maximè priuilegium Principis ampliandum sit, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, & gratiæ potius sint ampliandæ, quàm restringendæ, & masculinum fœmininum includat,præsertim si est fauorabile. Nec obstat constitutio Greg XV. & Declaratio Congreg.Cardin.Nam non loquuntur in hoc casu Iubilæi, sed solùm in casibus ordinariis; imò ex dictis magis confirmo meam sententiam, nam cùm minutatim disponat ibi Congregatio circa Confessarium Monialium, de hoc tamen casu Iubilæi ordinario & notissimo nihil dicit. Vnde coniectandum est quòd de Iubilæo noluit intelligi quæ ibi disponuntur, & saltem Confessarij ab Ordinario approbati non videntur excludi, quia Iubilæum quoad hoc punctum eligendi Confessorem, nihil Monialibus prodesset,& post Bullam Vrbani VIII. *Pontificia sollicitudo*, quæ habetur *tom.4. Bullar. in eius constitut.16.§.5. fol.249.* hic punctus non habet amplius difficultatem, cùm Pontifex concedat expressè Monialibus, vt tempore Iubilæi possint sibi assumere Confessarium approbatum ab Ordinario loci. Hæc Peyrinus *loco cit.*

RESOL. XII.

An Superiores Regularium possint pro suis subditis promulgare Iubilæum,non expectata promulgatione Episcopi Diœcesani, seu Parochi?

Et quid, si Episcopus,aut Parochus non mittit copiam,seu Breuiarium Bullæ Iubilæi?

Et an dici possit Papam Religiosos volentes acquirere Iubilæum subijcere Ordinario loci,non coactione,& lesione exemptionis?

Et an Prælatus Regularis duabus postquam authenticam habuit Iubilæi notitiam hebdomadibus,possit eum indici, esto Episcopus serius aut citius indicat Iubilæum? Ex p.10.tr.14. & Misc.4.Resol.35.aliàs 33.

§.1. AFfirmatiuè respondet Bossius *de Iubilæo,sect.4. cas.3. n.7.* vbi sic ait: Imò quoad Regulares exemptos quidquid dixerint Graffius,& Leo locis citatis, non existimo probabile, quod ipsi teneantur expectare publicationem Ordinarij loci, seu Parochi; nam Prælatus Monasterij, vt ait Henriquez *loco citato* in Textu, & Glossa, censetur Ordinarius, vt promulget suis exemptis ab Episcopo. Ita ille.

2. Sed ego omninò existimo non esse recedendum ab opinione negatiua Graffij, & Leonis; & ideò opinionem Bossii tutam non esse docet Bordonus *in Miscellaneis, decis.23.* Dicendum est itaque sub nomine Prælatorum Ecclesiarum, & Ordinariorum locorum, non venire Superiores Regulares, nisi quando ea nomina simpliciter exprimuntur, & materia est illis applicabilis; si enim sic dicunt; Prælati Ecclesiarum, id intelligitur de sæcularibus, *ex cap. Si quando, 8. de Offic. deleg. cap. Cum ab Ecclesiarum 3. de Offic. ord.* Cùm enim iura volunt comprehendere Prælatos, vel Ecclesias Regulares exprimunt, vt videre est *cap. Nullus 28. capit. Si postquam 33. capite*

Quia

Quia sæpè 40. de Elect. in 6. cap. Ordinarij 3. c. Quamuis 8. cap. fin. de Offic. Ordin. in 6. sub eo nomine iguntur Ecclesiarum Prælatis, veniunt tantùm Abbates, Præpositi, & alij Prælati sæculares nullius habentes propria territoria, & subditos etiam Laicos. Nomine verò: Quibuscumque Ordinariis locorum in eadem Bulla Iubilæi, veniunt tantùm Ordinarij Ecclesiarum sæcularium: nam illud verbum *Locorum*, restringit nomen Ordinarij, tantùm ad sæculares, cum exclusione Regularium, vt docent plures cum Glossa verb. *Ordinario. extra. Vn. de prabend. Ioan. XXII.* quos pro se citat Floron. *capite* 5. *de Casib. reseruatis*, §. 4. §. *In contrarium.* Ad secundam, ex eo quod Bulla Iubilæi transmittitur à Procuratore Ordinis, non infertur, Superiorem acquirere ius illud publicandi, quia id in Bulla non exprimitur. Ad tertium, propter hoc, quod Regulares accipiunt Iubilæum ab Ordinario publicatum, non dicuntur subiici Episcopo, à quo sunt exempti, sed tantùm dicuntur lucrari Iubilæum ab eo publicatum; subiectio enim dicit coactionem, & quid odiosum; Regulares autem recipientes Iubilæum ab Episcopo publicatum non dicuntur cogi, neque facere aliquid sibi odiosum, ideò lucrantur illud sine læsione suæ exemptionis. Præterquam quod dici potest, Papam Religiosos volentes acquirere Iubilæum subiicere Ordinario, cùm Summus Pontifex Prælatis tantùm sæcularibus præcipiat publicationem Iubilæi; vnde in fine Bullæ derogatur Apostolicis Constitutionibus, & priuilegiis Regularium, in quantùm possunt obstare tenori Bullæ Iubilæi.

3. Vnde ex his omnibus, præter Doctores citatos, hinc sententiam tenet etiam doctus, & amicissimus Pater Gregorius Gobat, *de Iubilæo duplici, c. 21. n. 67.* vbi sic ait: Rursus quæres, an Prælati Regulares possint suis subditis promulgare Iubilæum? Respondeo id quidem censere Sà, *numero* 12. vnde consequenter dicet, posse à Prælato Regulari duabus, postquam authenticam habuit Iubilæi notitiam, hebdomadis cum indici, esto Episcopus seriùs, aut citiùs indicas. Ego tamen huic doctrinæ, si quidem extendatur etiam ad illos Prælatos Regulares, qui non habent propriam Diœcesim, seu Iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos sæculares, ab Episcopi Iurisdictione exemptos, non subscribo: idcircò quod Bulla tertia lata, aliæque passim publicandi potestatem absolutè faciunt, non quibusuis Prælatis, sed Ecclesiarum Prælatis, quo nomine non solent venire Prælati Regulares in communi. Vnde etiam habet Praxis, vt Episcopi Prælatis Ordinum etiam Exemptorum mittant copiam, vel breuiarium Bullæ Iubilæi. Quod si Episcopus non fungeretur hac in re suo Officio, potiore iure liceret Prælato Regulari, præsertim exempto, quod paulo ante licitum esse dixi Parocho. Ita ille, & ego.

RESOL. XIII.

An quando in Iubilæo conceditur facultas absoluendi ab omnibus casibus, & censuris reseruatis Papæ, possit confessarius à casibus Bullæ Cœnæ absoluere?

Et vt quis possit absoluere à casibus Bullæ Cœnæ, an sufficiat, vt in Iubilæo dicatur, quod conceditur facultas absoluendi à casibus Bullæ Cœnæ, sine expressa derogatione ipsius Bullæ? Ex parte 5. tractatu 12. Ref. 34.

§. 1. NEgatiuè respondent communiter. Ita Lauorius *de Iubil. p. 2. c. 28. n. 24.* Leo *de Iubilæo, p. 2. n. 40. & 41.* Suarez *de cens. disp. 7. sect. 5. num. 11. & disp. 21. sect. 3. num. 3.* Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 2. c. 12. num. 13.* Alterius *de cens. tom. 1. lib. 4. disp. 4. c. 2.* Bossius *vbi infrà, n. 3.* & alij penes ipsos. Nam in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus, *c. in generale, de reg. iur. in 6.* & casus contenti in Bulla Cœnæ habent specialem quamdam grauitatem, propter quam non est verisimile Pontificem velle illos concedere, nisi exprimat.

2. Non desinam tamen hîc adnotare quod nouissimè Angelus Bossius *de Iubil. sect. 1. cas. 7. n. 2.* docet non esse improbabilem affirmatiuam sententiam, quia, ait ille, facultas illa generalis absoluendi à quibuslibet casibus Papæ reseruatis, quantum est ex se, videtur se extendere etiam ad casus contentos in Bulla Cœnæ, etiamsi non sint expressi, dictio enim illa vniuersalis *ab omnibus*, nullum excludit, sed omnes comprehendit, præsertim in hac materia ita fauorabili respiciente bonum vniuersale animarum, & lætitiam omnium Christi fidelium, in qua materia sic fauorabili priuilegium est latissimè interpretandum; id quod etiam potest suaderi ex fine concessionis, qui est adeptio plenariæ Indulgentiæ, quam non possent omnes Christi fideles consequi, si ad prædictos casus non se extenderet illa facultas generalis absoluendi à reseruatis Papæ; clausula autem illa reseruationis absolutionis à dictis casibus Bullæ Cœnæ derogans omnibus priuilegiis, & indultis concessis, & concedendis, non videtur loqui de Indultis vniuersalibus, nempe omnium fidelium, cuiusmodi est Iubilæum omnibus Christi fidelibus concessum, sed de priuilegiis & indultis respicientibus vel singulares personas, vel particulares vniuersitates, vt sunt Ordines Regularium, Monasteria, Confraternitates, &c. Ita Bossius. Sed penes me negatiua sententia est certa, quia cum Summus Pontifex in Iubilæis Generalibus vult concedere casus Bullæ Cœnæ, illos in particulari explicat, vt patet, ergo dum in aliquibus Iubilæis de illis mentionem non facit, euidenter apparet quòd talem facultatem nolit concedere, pendet enim hoc ex sua voluntate.

Quamvis non plenè sup. hoc lege tamen in to. 5. tract. 8. ex Ref. 29. doctrinam §. Respondent. & aliarum eius not.

2. Notandum est tamen hîc obiter contra Duard. *in Bulla Cœnæ, l. 3. §. 1. q. 1. n. 13. 35. & 36.* Sigismundum à Bononia *in tract. de electione dub. 69 num. 12.* vt quis possit absoluere à casibus Bullæ Cœnæ, sufficit vt in Iubilæo dicatur, quòd conceditur facultas absoluendi etiam à casibus Bullæ Cœnæ, sine expressa derogatione ipsius Bullæ, vel specialis mentio dictorum casuum in individuo. Ita ex Soto, Graffio, Suarez, & Alterio docet Bossius *vbi sup. n. 9.* quia per illa verba satis explicatur intentio Pontificis, & specialiter dicti casus conceduntur, ergo.

RESOL. XIV.

An in Iubilæo possit Confessarius commutare vota peregrinationis Ierusalem, ad limina Apostolorum, & D. Iacobum Compostellanum, si non exprimantur?

Et notatur discrimen inter votum Castitatis perpetuæ, vel Religionis, & reliqua Pontifici reseruata, quia illa duo priora relaxandi potestas non censetur concessa generali concessione, nisi exprimantur, hac autem relaxandi potestas satis in generali censetur expressa. Ex part. 5. tr. 12. Ref. 59. aliàs 58.

§. 1. VIdetur prima facie negatiuè respondendum ex Suarez *de Relig. tom. 2. l. 6. de voto, c. 25. n. 4.* Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 4. c. 40. num. 16.* Filliucius *tom. 2. tract. 26. c. 9. n. 274.* Layman. *l. 4 tr. 4. c. 8. n. 7.* & Lauorius *de Iubil. p. 2 c. 27. n. 6.* vbi docent in generali concessione dispensandi in votis non contineri supradicta vota, quia quæ speciatim sunt reseruata, ea specialem & expressam concessionem postulant, vt

habetur *cap si Episcopus, de pœn. & remiss. in 6.* & *in Extravag. & si dominici* 1. & 2. ibi, *ex speciali licentia, & certa scientia nostra, de pœn. & remiss.*

2. Verùm probabiliter alij asserunt, dicta vota comprehendi in illa generali concessione, nisi expressè excipiantur. Ita Sotus *de Iust. lib.7. quæst. 4. art.3.* Sanchez *de matr.lib.8. disput.9.num.2.* & ex neotericis Ioan. Malderus, *in 1. 2. tract.10. cap.5. dub.10.* vbi sic ait. Nota tertiò discrimen inter votum castitatis perpetuæ, vel Religionis, & reliqua Pontifici reseruata, quòd illa duo priora relaxandi potestas non censeatur concessa generali concessione, nisi exprimatur; hæc autem relaxandi potestas satis in generali censetur expressa. Ita ille. Et ratio est, quia horum votorum reseruatio non est ita antiqua, sicut reseruatio votorum castitatis & Religionis, neque est tanti momenti: ergo non est accipienda tam stricte, & cum tanto rigore, & ideo dicendum comprehendi in generali concessione commutandi omnia vota.

3. Quid ego sentiam, dicam breuiter. Prima opinio est probabilior, secunda verè non caret sua probabilitate; & certa esset primò etiam quo ad vota castitatis & Religionis, si Papa concederet absolutè generalem facultatem commutandi vota reseruata, vel in votis reseruatis dispensandi, quia satis exprimuntur explicata reseruatione. Ita Suarez *vbi suprà num.5.* & Sanchez *num.* 17. Secundò certa etiam esset si Papa in facultate dispensandi in omnibus votis exciperet votum castitatis & Religionis, vt stylus est faciendi in omnibus Iubilæis: nam in tali casu vota illa tria peregrinationis intelligerentur concessa, quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. Ita Doctores citati.

RESOL. XV.

An vigore Iubilæi, Bullæ Cruciatæ, aut cuiusuis alterius priuilegij sit dispensabile votum Religionis strictioris in Religionem minus strictam; Ex p.10.tr.14.& Misc. 4.Resol.29.aliàs 27.

Sup.hoc sup. in tr.3. Resol. 96. & recitanter in alia Resol.eius annot.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Suarez, contra quam inuehitur Texeda *in Theolog. Moral. tom.2.lib.3.§.4. contr.* 10. *num.* 103. vbi sic asserit. Si roges, an Confessarius, qui vigore Iubilæi, aut Bullæ, aut cuiusuis alterius priuilegij potest dispensare in omnibus Votis, & illa commutare, possit etiam dispensare, vel commutare Votum Religionis strictioris in Religionem minus strictam causis contingentibus vrgentissimis? Circà quam difficultatem fui consultus, quamuis Alij multi contrariam partem sequuti sint, quia esto Votum Religionis, & ob id reseruatum, quod non venit sub generali illa concessione, tamen resolui posse Confessarium Votum illud commutare, quod etiam modò affirmo, quia tunc existente causa non commutat, nec dispensat in Voto Religionis, sed dumtaxat in aliquo accidenti eius: & ideò si pœnitens fecit Votum ingrediendi Religionem Discalceatorum, & habet Infirmitatem, cum qua modus ille viuendi non compatitur, immò est maximè nociuus ad salutem, potest cum tali dispensare Confessor vigore talis priuilegij, vt aliam Religionem ingrediatur suauiorem, infirmitatique eius magis consonam; quia constitutiuum essentiale Religionis, quod consistit necessariò in tribus Votis essentialibus, idem est in omnibus. Ita ille, & ego.

RESOL. XVI.

An Confessarius vi Iubilæi possit dispensare vel commutare votum Religionis, vel perpetuæ Castitatis, quando non est tota materia voti?

Idem dicendum est de Episcopo.

Et postquam votum Religionis, vel Castitatis perpetuæ fuit à Summo Pontifice commutatum in materiam non reseruatam, v. g. in eleemosynas, in Confessiones mensruas, &c. an possit Confessarius vi Iubilæi, & Episcopus hanc materiam commutationis non reseruatam commutare in aliam materiam?

Idem dicendum est de quouis alio habente priuilegium ad dispensandum in votis. Ex p.5.tr.12.Resol.61. alias 60.

§.1. VT e. g. quis vouet Religionem, aut eleemosynam mille aureorum, quæritur an possit Confessarius hoc votum alternatiuum, cuius pars aliqua non est reseruata, commutare; & difficultas maxima est, quando sic vouens postea apud se statuit non velle erogare eleemosynam, sed ingredi Religionem, & in hoc casu tunc esse votum Papæ reseruatum, nec posse relaxari, aut commutari ab Episcopo, vel à Confessario vigore Iubilæi, tradunt Doctores, quos ego citaui *in 1 p tr.11.resol.65.* quibus nunc addo Laymann *l.4. tr.4.c.8.n.12.*

2. Non desinam tamen hic adnotare Angelum Bossium, virum quidem doctum, *in suo tractatu de triplici Iubilæo*, contrariam sententiam, tanquam probabilem docere, sic enim ait *sect.2. cas.11. num.7.* Non videtur carere probabilitate, quòd etiam post dictum propositum, seu efficacem electionem dummodo noua promissio materiæ reseruatæ non fuerit facta Deo simul, vel post electionem, possit adhuc vouens mutato eo proposito prioris electionis absque peccato & violatione voti eligere alteram partem non reseruatam, & consequenter semper, ante, & post electionem materiæ reseruatæ absque noua promissione eiusdem materiæ reseruatæ posse Confessarium electum vi Iubilæi, & Episcopum tale votum alternatiuum commutare, & huius rei ratio est, tum quia etiam homini facta declaratio eiusmodi propositi electiui, seu statutæ electionis, modò non fiat per modum promissi, & facti ex natura rei, & ex iure naturæ, non videtur eam obligationem parere, vt re adhuc integra debitor à tali electione non possit resistere, quidquid sit de iure positiuo; tum quia etiamsi nudum propositum, seu decretum electionis Deus videat, non tamen proponendo censemur Deo loqui; aut ei indicere nostrum propositum: sed promittendo. Quare si propositum illud licèt efficax, & cum animo se obligandi elicitum sit absque promissione noua superaddita voto priori, poterit adhuc absque peccato & violatione voti arbitrio vouentis mutare, & vouens eligere alteram partem non reseruatam. Nec enim etiam respectu Dei solum propositum efficax præstandi aliquid in eius obsequium, tametsi cum intentione animóque se obligandi, si sit nudum & absque promissione, ita obligat, vt non possit is, qui proponit, citra culpam mortalem emittere propositi executionem. Neque etiam verum est nudum illud propositum, quo is, qui firmiter statuit exequi partem reseruatam voti alternatiui, esse nouam voti reseruati emissionem, licèt tali proposito possit noua promissio addi. In dubio autem an proposito efficaci fuerit addita noua promissio, seu voti materiæ reseruatæ emissio, censeo præsumendum fuisse nudum propositum. Hæc omnia Bossius *loco citato*; satis quidem probabiliter, & ante illum hanc sententiam docuerat etiam Malderus, quem ego ipse citaui *in dicta resol. 65.* vbi *suprà.*

3. Notandum est, tamen hîc obiter contra Azorium, glossam, & Archidiaconum, id, quod alibi [illegible] puto à me etiam notatum fuisse, postquam votum [illegible] Religionis, aut Castitatis perpetuæ fuit à Summo [illegible] Pontifice

Pontifice commutatum ad materiam non reseruatum, v.g. in eleemosynas, in confessiones menstruas, &c. posse Confessarium vi Iubilæi, & Episcopum hanc materiam commutationis non reseruatam commutare in aliam materiam. Ita Lauorius *de Iubilæo, p.2.c.27. n.302.* Tambur. *de iure Abb. tom.2. disp.18.q.8. num.11.* Aragon *in 2.2.q.88. art.12.* Malderus *in 2.2.tr.10.c.5. dub.11.* Sayrus *in Claui Regia, lib.6. cap.12. n.24.* Lessius *lib.2.c.40. dub.13.n.105.* Sanchez *de matrim. l.8. disp.9.n.20.* & Pontius *de matr. lib.8.c.8.§.2.n.24.* vbi sic ait. Sextò colligitur Episcopum etiam dispensare posse in materia in quam à Pontifice commutata sunt prædicta vota reseruata, & idem dicendum est de quouis alio habente priuilegium ad dispensandum in votis, quia post commutationem prioris voti materia non est reseruata Pontifici. Ita ille, & ego. Nec valet dicere, Primò quòd subrogatum sapit naturam eius cuius loco subrogatur, *l.1. Cod. de rei vxoriæ actione.* Cùm ergo sit votum castitatis, aut Religionis, cuius loco subrogatur materia illa, in quam facta est commutatio, reseruata erit, sicut votum castitatis, aut Religionis. Secundò, quia onus illud, in quod facta est commutatio, videtur impositum ex præscripto Pontificis, in præcepto autem Superioris non potest inferior dispensare, *l.minor magistratus, ff. de arbitris.* Nam respondeo ad primum, illud axioma esse verum in fauorabilibus, non autem in odiosis, qualis est reseruatio. Ad secundum respondeo non esse ibi peculiare præceptum Pontificis, sed ex causa concessa est in gratiam vouentis facultas dispensandi, aut commutandi viro alicui docto, ea tamen lege, aut conditione, vt vouenti imponat pia aliqua opera, non tamen præcepit Pontifex illa pia opera ita manere sub obligatione, vt non possit Episcopus ex causa in illis dispensare.

RESOL. XVII.

An Confessarius vi Iubilæi, vel Episcopus possit commutare votum perpetuæ Castitatis, vel Religionis metu leui extortum?

Idem est dicendum de votis emissis in periculo mortis, & naufragij.

Et an votum etiam solemne ex leui metu iniustè incusso editum in foro conscientia sit irritum? Ex part.5.tr.12. Resol.62. alias 61.

§.1. NEgatiuam sententiam docet ex Syluestro Iulius Lauorius *de Iubil. part.2.cap.27 num.187.* & Suarez *de Relig. tom 2. lib.6.de voto, cap.26. num.4. & 5.* quia inuoluntarium, quod in tali voto inuenitur, est tantùm secundùm quid, quod non sufficit ad tollendam reseruationem, vt est clarum in votis emissis in periculo mortis & naufragij, in quibus inuoluntarium secundùm quid non tollit reseruationem.

2. Verùm his non obstantibus contrariam sententiam tenendam esse puto cum Lessio *lib.2. capite 40. num.31.* Henriquez *lib.11.cap.15. num.8. in glossa litt. A,* Layman. *lib.4. tract.4. cap.8. num.11.* & Leo *de Iubilæo, part.2. quæst.17. sect.1. num.97.* vbi sic ait. Quæritur an possint dispensare Episcopi, & per consequens etiam Confessarius virtute Iubilæi quando Religionis votum & castitatis fuerit metu leui emissum, loquimur enim hîc de metu incusso ab extrinseco, non autem de incusso ab intrinseco, puta emisso ratione infirmitatis, naufragij, &c. quia hic metus non tribuit, secundùm communem Doctorum sententiam, facultatem Episcopis, vt in nostro tractatu, cùm de obligatione voti diximus, & respondetur affirmatiuè. Ita ille, & ratio est, quia talia vota facilis dispensationis esse debent, tum ob imperfectionem consensus, quippe aliquo modo extorti, tum etiam ob odium iniustè extorquentis, præsumendum non est Papam sibi reseruare velle. Adde, vt obseruat Layman. *loco cit.* ex Nauarrò & Rodriq. votum etiam solemne ex leui metu iniustè incusso editum in foro conscientiæ esse irritum.

3. Sed circa casus occurrentes in Iubilæo quoad commutationem votorum remitto me ad ea, quæ dixi *in p.1. tract 11. à resol.39. vsque ad resol.85.* loquens de Bulla Cruciatæ.

Quæ omnes hic sunt appositæ in præterito tr. 3. de Bulla Cruciatæ à Ref.69. vsque ad 122.

RESOL. XVIII.

An Confessarius virtute Iubilæi, in quo datur facultas commutandi vota, exceptis votis Castitatis, & Religionis, possit commutare iuramenta pia Religionis, & perpetuæ Castitatis?

Et an dicta, iuramenta sint reseruata Summo Pontifici, vel tantum Episcopis? Ex parte 5. tract.12. Ref.60. alias 59.

§.1. NEgatiuam sententiam docet in terminis Sanchez *de matr. l.8. disp.13.n.7. & in summ. tom.1. l.4.c.54 n.21.* Layman. *l.4 tr.3.c.11. num.4.* & alij, quos ego ipse citaui & sequutus sum *in 4.p. tract.4. resol.69.* ex ratione ibi adducta.

Quæ hîc est sup. in tr 3. Ref.92. & in tom.8. tr.4. Ref.79.

2. Verùm contrariam sententiam non carere sua probabilitate, ibi etiam probauimus, quam apertè docere videtur in terminis Iubilæi Alphonsus de Leon. *art.2. q.13. sect.1.n.83.* vbi sic ait. Quæritur primò an possit Confessarius commutare iuramenta Castitatis & Religionis; & Sanchez *p.1. summ.c.54.n.24.* videtur negare ex eo quòd dicta iuramenta respiciant aliquam promissionem Deo factam, induunt rationem votorum, & sic pari passu cum illis ambulant, tamen concedit ipse Sanchez contra aliquos, quòd dicta iuramenta non sint reseruata Summo Pontifici, sed tantùm Episcopis, vnde videtur omnino affirmandum, quòd dicta iuramenta possit Confessarius commutare vi Iubilæi, omnia vota quæ potest Episcopus commutare auctoritate ordinaria. Vnde Sanchez, si hoc negaret, deberet probare etiam quòd possint commutare dicta vota vt Delegati Summi Pontificis, quod neque probat, neque probare potest.

Sup. hoc in Ref. annot. præteritæ.

RESOL. XIX.

An Confessarius virtute Iubilæi habens facultatem dispensandi, & commutandi vota extendatur hæc facultas ad iuramenta promissionis Deo facta, vel ad vota iurata?

Et an verò, si facultas delegata dispensandi, aut commutandi esset limitata ad vnicum votum, tunc possit auferri iuramentum de eadem materia illi concomitanter adiunctum? Ex p.5.tract.12. Ref.58. alias 57.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Valentia *tom.3. disp.6. q.6. punct.4.* Azor. *tom.1.l.11.c.10.q.2.* Lessius *l.2. c.42. dub.12.n.60.* Sanchez *in summ. tom.1. lib.4. cas.53. num.20.* & alij. Probatur hæc opinio, quia cùm conceditur priuilegium gratis, non est laxè interpretandum, sed strictè. Si ergo conceditur facultas ad dispensandum in voto, non est extendenda ad vinculum iuramenti, iuxta regulam textus *in c.porrò: de priuileg.* Secundò, quia ista sunt vincula diuersæ rationis, cùm autem conceditur maius, concessum intelligitur minus, si sint eiusdem rationis, vnde in dispensationibus matrimonij quoties impedimenta sunt diuersæ rationis, non censetur sublatum vnum impedimentum minus ex ablatione maioris, & *in c.cui de non*

Sup. hoc sup. in tr.3. Ref. 85. & in to. 3. tr.2. lege doctrinam Ref.72.

Sacerdotali, de præb. in 6. dicitur potestatem ex priuilegio datam ad prouidendum de maiori præbenda non esse extendendam ad minorem præbendam. Tertiò, quia quando conceditur priuilegium ad dispensandum in votis, solet in nonnullis concedi etiam ad dispensandum in iuramentis. Signum ergo est, necessarium esse tale priuilegium expressum. Hæc opinio est satis probabilis.

2. Sed ego contrariæ tanquam probabiliori adhæreo, quam tuetur Basilius Pontius *de matrim. l.8. c.11. num.5.* Suarez *de Religione, tom.2. lib.6. cap.14. n.19.* Dico igitur delegatam potestatem in votis dispensandi, illâque commutandi, extendi tum ad iuramenta pia absolutè facta, tum ad vota iuramento ex proposito confirmata, tum etiam ad vota iurata, tametsi iuramentum & votum eiusdem materiæ concomitanter se habeat; & ratio est, quia si solùm esset votum, dispensabile esset, etiamsi solum esset iuramentum, ex eo autem quòd sint concomitantia illa duo vincula, vnum non mutat suam naturam ex consortio alterius; vt si quis teneatur irregularitate ex homicidio casuali, & ex voluntario, hæc coniunctio non tollit, quominus possit in casuali Episcopus dispensare iuxta formam Tridentini, & hanc sententiam probabilem vocat Filliucius *tom.2. tract.26.c.9.n.256.* & Sanchez *vbi suprà, & c.34. n.21.*

3. An verò si facultas delegata dispensandi, aut commutandi, esset limitata ad vnicum votum, tunc posset auferri iuramentum de eadem materia illi concomitanter adiunctum. Respondet Suarez *lib.6. de voto, c.14. n.vlt.* non posse tolli nisi adiunctum accessoriè: at verò Sanchez *l.8. de matr. disp.2. c.53. n.21.* tenet posse vtrumque tolli, & suadet ratio adducta *n.21.* quia scilicet sublato voto, seu remissa promissione, tollitur etiam indirectè iuramenti vinculum.

RESOL. XX.

An virtute Iubilæi possit Confessarius commutare iuramentum soluendi vsuras, aut metu iniusto extortum?

Et an possit Confessarius virtute Iubilæi commutare vota in fauorem tertij facta nondum tamen acceptata, vt v.g. si quis vouerit se daturum Calicem certæ Ecclesiæ, vel eleemosynam certæ personæ, aut construendam Ecclesiam, &c. sine consensu illius, in cuius fauorem sunt facta? Ex part.5.tr.12. Res.57. aliàs 56.

Quæ hic est sup. in tr.3. Res.84. & in aliis §. eius primæ not.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Ludouic. de la Cruz, Sanchez, & Suarez, quos citaui *in 4. p.tr.4. resol.19.* quibus nunc addo Layman. *lib.4. tr.3. c.11.n.8.* vbi docet quòd facultas dispensandi in votis, aut illa commutandi, non attenditur ad relaxationem & commutationem iuramentorum, per quæ nullum ius parti, cui iuramenta præstantur, acquiritur, qualia sunt iuramenta adiecta contractui, in quo est turpitudo, vel iniustitia in creditore, vt est iuramentum factum homini soluendi vsuras, aut metu extorta.

2. Sed licèt hæc opinio sit probabilis, non minus probabilem contrariam existimo, quam præter Trullenck, Ledesmam, & Rodriguez, quos in dicta resolutione citaui, tenet etiam nouissimè Bossius *in Iubil. 20 sect.2. cas.6.n.4.* vbi sic ait. His tamen non obstantibus non caret magna probabilitate affirmatiua sententia, quòd si facultas delegata circa vota extendatur ad talia iuramenta, cum iniuria, vel iniustitia extorta, quia cùm per talia iuramenta nullum ius, nullâque obligatio acquiratur homini, cui præstantur, neque etiam secundariò; sed tota obligatio oritur, seu acquiritur Deo, qui in testem inuocatur, ac proinde solus Deus sit creditor, tenetúrque iurans seruare iuramentum solùm propter Dei honorem, & intuitu Religionis, iuramenta videntur verè induere rationem voti, votísque æquiparari, & licèt iuramenta non sint facta Deo, sed homini, quoad obligationem tamen censentur tanquam iuramenta facta Deo, cùm obligent intuitu solius honoris Dei, ergo cui conceditur facultas relaxandi, vel commutandi vota, quibus promissio soli Deo acquiritur, censentur etiam concedi hæc omnia iuramenta, per quæ soli Deo obligatio acquiritur.

3. Notandum est tamen hîc obiter posse Confessarium virtute Iubilæi commutare vota in fauorem tertij facta, nondum tamen acceptata, vt, v.g. si quis vouerit se daturum Calicem certæ Ecclesiæ, vel eleemosynam certæ personæ, aut constructurum Ecclesiam in honorem talis Sancti, &c. In his casibus potest Confessarius dicta vota in alia commutare, sine consensu illius, in cuius fauorem sunt facta. Ita Pontius *de matr. lib.8.c.8.§.1.n.8.* Filliucius *tom.2.tr.26. cap.9.num.257.* Barbos. *de potestate Episcopi, p.1. alleg.36. num.2.* Moneta *de commutatione vltimæ volunt. cap.6. num.64.* & alij.

RESOL. XXI.

An Confessarius virtute Iubilæi possit absoluere à casibus Episcopo reseruatis?

Et an hoc etiam extendatur ad casus, & censuras reseruatas ab Episcopo etiam post Iubilæi publicationem? Ex p.3.tr.4.Res.148. alias 149.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Bonac. *de cens. disp.1.q.3.art.15. n.10.* Coriolanus *de cas. reseru. p.1. sent.3. art.15. num.7.* & alij. Ratio est, quia Clemens VIII. in Bulla quadam decreuit, ne vllus prætextu cuiuscunque priuilegij absoluat à casibus reseruatis Episcopo.

2. Sed hæc opinio refellenda est, & ideò meritò contrariam amplectuntur Zanardus *in direct. part.1. de sacram. Pœnit. c.21.q.34.* Floronus *de cas. reseru. part.1. c.4. §.8. n.7.* Henriquez *lib.13.c.14. n.9.* Vgolinus *de casibus, tab.1. cap.10.§.4.* Vasquez *in 3.part. tom.4. q.92. dub.10.n.6.* Reginald. *tom.1.l.8 c.5.sect.1.n.57.* Graffius *p.1.l.4.c.15.n.28.* Suarez *de cens. disp.7. sect.5. num.3.* & alij; quia cùm in Iubilæis conferatur expressè absolutio à casibus reseruatis Pontifici, à fortiori censetur concessa facultas absoluendi à censuris, & casibus Episcopalibus. Et hanc opinionem aliqui, & optimè quidem, extendunt ad casus, & censuras reseruatas ab Episcopo, etiam post Iubilæi publicationem.

RESOL. XXII.

An Confessarius virtute Iubilæi, Bullæ Cruciatæ, aut alterius priuilegij possit commutare vota extra Sacramentalem confessionem?

Et ita faciendo, an Confessarius peccet mortaliter, per doctrinam, quæ in §.2. huius Resolutionis traditur?

Ex quo etiam infertur, an Regulares teneantur per se secluso scandalo, obseruare præcepta Synodalia, & an censuræ Synodales per Episcopum promulgatæ ligent Regulares?

Et deducitur, an verba imperatiua contineant præceptum?

Et quid dicendum est in Conciliis, & Decretis Pontificum, an verba imperatiua semper accipienda sint præceptiua? Ex p.5.tr.12.Res.36.

§.1. AFfirmatiuam sententiam esse probabilissimam & tutam in praxi, satis docui *in 3.part. tract.2. ref.9.* & iterum *in 4.p.tr.4. resol.8.* cum multis Doctoribus, quibus nunc addo illos, quos citaui *in* Quæ

&

& sequuntur Faustus *in Thes. Rel. l. 4. q. 55. num. 2. & 3.* Laurius *de Iubilæo, part. 1. c. 27. n. 56.* Sanctarellus *de Iubilæo, c. 8. dub. 8.* Polacchus *de Iubilæo, sect. 42. num. 66.* Homobonus *de exam. Eccl. p. 2. tr. 8. c. 7. q. 22.* & nouissimè Angel. Bossius *de Iubilæo, sect. 2. cas. 8. n. 3.* & Philippus de la Cruz *in Thes. Eccl. tr. 1. §. 11. n. 10.*

1. Sed difficultas est an in hac Diœcesi Panormitana vbi in Synodo Eminentiss. Cardinalis ab Auria *p. 2. c. 4. num. 12.* sic habetur. Caueant Confessores ne votorum commutationem extra sacramentalem confessionem faciant; nam illud verbum, *caueant*, videtur inducere obligationem peccati mortalis, vt patet ex Decreto Clem. VIII. de casuum reseruatione, vbi dicitur. Caueant diligentissimè, ne ea notione, quam de aliorum peccatis in confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem vtantur. In quibus verbis esse præceptum docet Castrus Palaus *tom. 1. tr. 3. disp. 1. punct. 9 n. 3.* & in dicta Synodo *vbi sup. n. 14.* ita etiam habetur. Caueant Sacerdotes Confessarij ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodant peccatorem, vnde confessionis sigillum violetur, in quibus verbis certum est præceptum adesse. Ergo dicendum est etiam verba supracitata, *caueant Sacerdotes ne votorum commutationem extra sacramentalem confessionem faciant*, importare obligationem culpæ lethalis: vnde si Confessarius aliquis commutaret aliqua vota virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi extra Sacramentum, peccaret mortaliter.

3. Verùm non peccare mortaliter ego puto Confessarium non obstante dicta prohibitione commutantem vota extra Sacramentum, cùm hæc opinio, vt dictum est, probabilissima sit, neque puto in illis verbis hoc prohiberi sub obligatione culpæ lethalis, nam, vt alibi probatum est, cum Caietano *in 2. 2. q. 166. art. 9. circa solu. ad 2.* & aliis, verba imperatiua non continent præceptum, vel meliùs dicendum est, tunc continere præceptum, quando ex materiæ grauitate & necessitate id appareret, quæ si magna sit, & grauiter à Legislatore fuerit ponderata, censenda sunt verba præceptiua esse. Vnde *in Clem. exiui, de verborum signific. § item quia, ver. Nos itaque ex materiæ grauitate*, ait Pontifex colligendum esse præceptum ex huiusmodi verbis, quod etiam docuit Abbas, Felinus & Imola *in c. nam cum præsentiam, in fin. de constit.* Ad auctoritatem verò desumptam ex Decreto Clem. VIII. dico quòd verba imperatiua in Conciliis, & Decreti Pontificum ferè semper accipienda sunt vt præceptiua, vt tradit Vasquez *in p. 1. disp. 158 cap. 2. n. 24.* & ex materiæ grauitate verbum, *caueant*, importare præceptum in d. Decreto Clement. VIII. clarè apparere dicendum est, quod non euenit in casu prohibitionis, de quo loquimur. Et hæc omnia à fortiori procedunt quoad Regulares, qui, vt alibi probatum est, non tenentur per se, secluso scandalo, obseruare præcepta Synodalia, vt, me citato, tenet etiam nouissimè Merolla *in disp. Theol. tom. 2. d. 4. a. dub. 21. n. 306.* Vnde rectè Bariola *cons. 32. per totum*, firmat quòd censuræ in Conciliis Synodalibus per Episcopos promulgatæ non ligant Regulares.

RESOL. XXIII.

An tempore Iubilæi possit quis petere commutationem votorum, vel operum iniunctorum ab vno Confessario, & postea cum altero confiteri? Ex part. 5. tract. 12. Res. 51. alias 50.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Henriquez *lib. 7. c. 10. num. 8.* Vegha *in summa, p. 2. c. 7. num. 19.* Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 4. c. 54. n. 17.* & Lauorio *de Iubil. p. 1. c. 25. n. 37.* vbi sic ait. Quando in Bulla iungitur vt opera possint commutari per Confessarium electum, si quis iam elegit, & ab eo est facta commutatio, non tamen illi confessus est sua peccata, sed alteri, commutatio valet. Sic ille, & rectè quidem, nam in Bulla Iubilæi requiritur solùm vt commutans sit Confessarius approbatus ab Ordinario, quod accidit in casu nostro, ergo, & ita declarasse Greg. XIII. testatur Henriq. *vbi suprà.*

RESOL. XXIV.

An si quis in Vigilia Natiuitatis ieiunaret, pro lucrando Iubilæo, satisfaceret sumendo illam maiorem quantitatem, quæ sumi solet in dicta Vigilia, cum ieiunatur extra tempus Iubilæi?

Et supponitur in dicta Vigilia posse sumi vncias sexdecim in collatione serotina.

Et docetur, quod si aliquis ieiunasset, nesciens Iubilæum promulgatum, quod hoc non obstante illud lucraretur.

Et aliqua alia pro ieiuniis Iubilæi adducuntur. Ex p. 11. tr. 7. & Mis. 7. Res. 12.

§. 1. SVppono, in dicta vigilia (vt alibi probaui) posse sumi vncias sexdecim, & ita docet nouissimè Ioannes Henriquez *in pract. qq. sect. 16. q. 5. n. 17.* vbi sic ait. [Algunos Dotores afirman que esto no es licito. Otros tienen que donde ay costumbre se puede hazer colacion en la Vigilia de Nauidad con todo, quanto vna persona puede comer de todas frutas: Pero la opinion mas recebida es la de Azor, Fagundez, y Diana, los quales afirman, que casi en todas partes ay costumbre de hazer colacion la vigilia de Nauidad con cantidad doblada, que en los demas dias de ayuno: de modo que si en los demas ayunos se puede comer ocho onzas à colacion, en este dia se podran comer diez y seis.

Alibi inf. in tr. 6. Resol. 111. à lin. 2. & in Resol. 112. à lin. 2. & in Resol. 113. & 114. §. 2. in fine, & in Resol. 115. Notandū, in princ. & pro quantū libuerit in Res. 3. huius not. in §. 3. &c.

2. Però ay dificultad en aueriguar si esta cantidad se ha de entender tambien con los Religiosos, porque los mas afirman que esta costumbre la ay en las Religiones, però Villalobos niega esto, y Diana dize, *In nostra Religione certum est non stare.* Pero verdad sea, que vnos Dotores puede ser que hablen de lo que se vsa en vna Prouincia, y otros del vso de otra: y hablando del vso de nuestra Religion digo, que se vsa en esta Prouincia del Andaluzia hazer colacion con las diez y seis onzas que dize Azor.) Imò plus addit nouissimè Remigius *pract. Confess. t. 3. c. 4. §. 5. n. 1.* vbi sic ait, Para que la colacion sea licita, y se pueda tomar sin pecado, ha da ser moderada en cantidad, y calidad: y para euitar prolixidades permiten communemente los Dotores como §. 2. *n 7.* diximos ocho onzas poco mas, o menos, aunque sea de diuersos manjares: y no pecaria mortalmente el que hiziesse colacion algo mas larga con buena fé, y por tener mucha hambre. Es licito en vispera de Nauidad hazer colacion dobada, que en los demas de ayuno; y a un quanto cada vno quisiere, como sea de cosas permitidas en colacion.] Ita ille.

Sup. in hoc Res. 1. not. præteritæ, §. 1. à lin. 9. vers. Sed me citato, & in Res. 3 §. Sed, & in Res. 5: §. Notādum, ad lin. vlt.

Sup. hoc inf. in tr. 6. Resol. 120. §. vlt. &c. & sup. hoc aliquod plus contra in hoc textu; ibi in Resol. 123. §. vlt. &c.

3. Hoc supposito, ad quæsitum adductum negatiuè respondet Bossius *de Iubilæo, sect. 4. cas. 18. n. 163.* sic asserens; Consequenter tali pacto in dicta Vigilia Natalis Domini, aut Paschatis tam immoderatam sumens collationem iuxta præfatam consuetudinem, licet non violare præceptum de Ecclesiastico ieiunio, non tamen satisfaceret oneri ieiunandi ratione Iubilæi, sicut non satisfaceret oneri ieiunandi ratione vel pœnitentiæ, aut voti, quia non verè ieiunaret. Hæc Bossius.

Sup. hoc inf. in tr. 6. Resol. 111. §. At vt paulò post initiū, vers. Talis vespertina.

4. Sed ego contra illum puto cum Patre Bardi *in selectis, l. 5. quæst. 4. num. 2.* hunc talem etiamsi ea nocte sumeret refectiunculam illam maiorem, satisfacere ieiunio ex voto, aut pœnitentia, quia dum non constat de opposita intentione vouentis, aut Confessarij imponentis

ponentis pœnitentiam, censendum est votum fuisse emissum,& pœnam pro eo die à Confessario fuisse impositam eo modo quo seruari solent ad satisfaciendum Ecclesiastico præcepto; ex qua doctrina videtur inferendum hoc ipsum de ieiunio Iubilæi, cùm eadem sit ratio in hoc de ieiunio ex voto; aut pœnitentia, ac de ieiunio Iubilæi. Et hanc opinionem ante Bardi docuerat doctissimus & amicissimus Pater Gobat *in suo erudito tr. de Iubilæo c. 28. q. 75. n. 101.*

Sup. hoc inf. in Res. 34.

5. Non desinam hic obiter admotare quod docet Quintanaduenas *de Iubilæo duarum hebdomadarum c. 8. n. 13.* [Si vno vuiera hecho voto de ayunar, ò el miercoles, ò Viernes, ò Sabado, ò todos los tres dias de la semana que gana el Iubileo, ò se los vuieran dado en penitencia, ò por otro qualquier camino estuuiera obligado à ellos debaxo de pecado mortal, cumplia con estos para el Iubileo. A que añado que si vno tenia obligacion à ayunar estos dias en la primera semana, y no en la segunda, ò al reues, puede dexar el ganar el Iubileo para la semana en que stà obligado à los ayunos, aunque lo haga con fin de cumplir con vnos mesmos ayunos con ambas obligaciones, y euitar el trabajo de los otros, porque entonces vsa de su derecho segun la sentencia, que con Fagundez, y otros Dotores sigue Diana *part. 1. tract. 9. resol. 8. & 19.* Que vno puede por euitar el ayuno dexar el lugar donde obliga, y ir donde no obliga, y reseruar para el dia de ayuno la obra trabajosa, que le escusa del aunque la pueda anteponer, y posponer.] Hæc Quintanaduenas. Qui etiam *num. 14.* me citato admittit tanquam probabile, quòd si aliquis ieiunasset nesciens Iubilæum promulgatum, quòd hoc non obstante illud lucraretur, præsertim ait ille, [si vno tuuiera vna intencion, ò proposito, ò concierto general hecho con Dios N. Sig (que fuera bueno hizicssen todos) de que su animo, y voluntad es hazer todas sus buenas obras con intencion de ganar todas las Indulgencias, y Iubileos, que à ellas applicaron los Pontifices, y de que el, y ellas son capaces.]

Quæ hic sunt inf. in tr. 5. Res. 44. & 45.

Quintanad. cit. Dian. in p. 4. tract. 4. Res. 24. quæ hic est inf. in tract. 5. Res. 19.

6. Sed magis genera iter nostram sententiam docet Ioannes Pontius *in cur. Theol. disp. 46. quæst. 15. concl. 4. num. 189.* vbi sic ait: Non est necessarium, vt quis sciat Indulgentiam concessam propter opera bona, sed sufficit, quòd ponat illa opera; Ita tenet noster Portel, & post eum Cardinalis de Lugo. Ratio est, quòd nihil impedit quominus Ecclesia dispensset thesaurum Ecclesiæ facientibus talia opera, siue sciant Ecclesiam id fecisse, siue non. Ita ille.

RESOL. XXV.

An ad lucrandum Iubilæum sufficiat, quod commutatio ieiuniorum ex iusta causa fiat, v. g. Feria quinta?

Et an potestas commutandi opera Iubilæi ita se extendat ad præterita, vt possit Confessarius electus commutare omnia, & singula opera omissa? Ex part. 5. tract. 12. Res. 25.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Iulius Lauorius *tr. de Iubilæo p. 1. cap. 21. num. 35.* vbi sic ait. Hæc commutatio à Confessore debet fieri feria quarta non autem aliis diebus sequentibus, ne dicatur commutari præteritum, quod amplius fieri non potest. Quod si quis in prima hebdomada non ieiunauit ob impotentiam, si venerit die Dominico ad confitendum, vt dicat tale impedimentum, & impotentiam, videtur per supradicta quòd Confessor non possit commutare in alia opera pia. Ita ille, & ante illum Rodriquez *in summa tom. 1. cap. 165.* vbi ita asserit. [Se ha de notar que la commutacion del ayuno, y de las demas cosas se ha de hazer por el Confessor, no en el Viernes, ni en el Sabado, sino en el Miercoles, porque la commutacion es de cosa, que vna persona deue hazer, y està obligado à ello paro efeto de ganar el Iubileo; y porque no puede hazer la commutacion que pueda hazer y por esto no se dize commutar lo ya passado, y que no se puede ya hazer por tanto dizen hombres doctos que si el penitente tuuiere casos reseruados à la Sede Apostolica, y fuera la postrera semana del Iubileo, que no es cierto que le puede absoluer no le auiendo hecho la dicha commutacion; empero no teniendo casos reseruados bien le pueden commutar, pues en este caso no ay peligro, y no basta vn inconueniente que algunos ponen, conuiene à saber que puede el Confessor commutarle el ayuno en el Miercole, y despues no le puede confessar, porque à esto respondo, que basta auerse eligido para este efeto, y si despues no pudo o no quiso confessarle, esto fue cosa accidental.] Hæc Rodriquez.

2. Sed ipse meritò ibi contrariam sententiam probabilem vocat, quam ego absolutè teneo cum Pollacho *de Iubilæo sect. 42. n. 6.* Leone *de Iubilæo p. 2. n. 15.* Angelo Bossio *de Iubilæo sect. 1. cas. 38. n. 8.* Henriquez *lib. 7. cap. 10. n. 6.* & Filliucio *tom. 1. tract. 8. c. 10. n. 271.* vbi quærit an potestas commutandi opera Iubilæi ita se extendat ad præterita, vt possit Confessarius electus commutare omnia & singula opera omissa, & respondet affirmatiuè, quod magis clarè apparebit ex sequenti resolutione.

RESOL. XXVI.

An qui omisit ex malitia opera præscripta in Iubilæo, possit vltimo die illud lucrari, & dicta opera à Confessario commutari?

Et an Confessarius pœnitenti, qui visitauit Ecclesias statutis diebus, & die Sabbatho confitetur, si adsint iusta causa, possit differre absolutionem, & communionem vltra tempus in Bulla statutum, per aliquot hebdomadas, & adnuntur duo casus in textu huius Resolutionis pro praxi huius quæstionis? Ex p. 3. tr. 12. Res. 16.

§. 1. NEgatiuè respondet Io. Præpositus, insignis Theologus Societatis Iesu, *in 3. p. D. Th. q. 14. de Indulg. dub. 10. n. 88.* vbi sic ait. Aduerte quòd quando dicitur præscripta opera posse mutari in alia, respectu eius, qui detinetur impedimento, non possint mutari respectu illius, qui carens iusto impedimento neglexit præstare opera præscripta, qui enim negligit voluntariè implere conditiones requisitas, moraliter loquendo non potest dici detentus impedimento, neque Pontifex per talem particulam censetur velle per Confessarium tali posse succurri. Confirmatur, in Bullis communiter exprimuntur aliqua, quæ sunt necessaria impedimenta, vt carcer, clausura, & similia, ergo posse modum sub clausula generali intelliguntur similia iusta impedimenta. Ex quo sequitur quòd talis differens confessionem vsque ad vltimum diem, &c. non sit capax promerendæ Indulgentiæ, & quòd Confessarius in tali circumstantia non possit illum absoluere à casibus reseruatis, vel mutare eius vota ex potestate sibi concessa in Iubilæo. Ita Præpositus, satis quidem rigidè.

2. Vnde sententiam affirmatiuam ego olim tenui, & [illegible] nunc iterum teneo. Dico igitur quòd facultas commutandi opera Iubilæi se extendit ad præterita opera, non solùm ob legitimam causam ægritudinis, impotentiæ, &c. sed etiam ex malitia omissa. Vnde hanc commutationem fieri posse die Dominico secundæ hebdomadæ, tradit Filliucius *tom. 1. tr. 8. c. 10. n. 268. & 273.* Pollach. *de Iubilæo, sect. 42. n. 65. & 66.* Alphonsus Leo *de Iubilæo, p. 2. n. 186.* Sanctarellus *de Iubilæo, c. 7. dub. 1.* & alij asserentes posse Confessarium cum tali pœnitente dispensare, sicut infirmo, nam quamuis ex sua malitia

præditta

prædicta opera non peregerit tempore constituto, tamen quando ad pœnitentiam accedit, verè dicitur impotens. Neque obstat quòd voluntariè omittens non dicitur impeditus, *c. fin de elect & c. commissa, eod. in 6.* quia licèt sit impedimentum in causa, tamen tunc non est voluntarium. Quare si quis peteret commutationem operum, vel dilationem consecutionis Iubilæi, ob id solum, quia non vult illo tempore lucrari, cùm tamen commodè posset, talis non esset capax illius dispensationis, quia non diceretur impeditus. Verùm si iam omisisset opus tempori addictum, nec esset tempus illud agendi, & pœniteret, non diceretur impedimentum amplius voluntarium, sed necessarium ex suppositione. Neque etiam obstat quòd sit elapsum tempus, cui addicta erant ieiunia, quia datur regularitèr Confessario facultas differendi singula, & omnia opera, & hæc facultas, vt supponimus nondum expirauit.

3. Hinc rectè & doctè, vt semper solet, Angelus Bossius *in tract. de Iubilæo, sect. 1. cas. 38. & 39.* duo firmauit. Primò quòd Confessarius pœnitenti, qui visitauit Ecclesias statutis diebus, & die Sabbatho confitetur, si dubitat probabiliter eum permansurum in occasione peccati, si tunc illum absoluat, potest differre absolutionem, & communionem vltra tempus in Bulla statutum per aliquot hebdomadas, vt eruat illum ab occasione peccatorum, & reddatur moraliter certus, quòd ad illa non redibit, & postea eum à reseruatis absoluere validè potest. Secundò, quando quis ad finem Iubilæi vult confiteri, sed ob longam confessionem, puta quia habet casus valde difficiles & intricatos, Confessarius pro temporis angustia nequit illum integrè audire, possit idem Confessarius illum absoluere intra tempus Iubilæi à censuris, & à casuum reseruatione, & differre absolutionem peccatorum in aliud tempus, & finito tempore Iubilæi illum absoluere, ita quòd vigore talis absolutionis remaneat absolutus, & consequi valeat fructum Indulgentiæ Iubilæi. Sed ex his oritur pulchrum dubium?

RESOL. XXVII.

An in Iubileo extra tempus quadragesimæ possit quis comedere lacticinia sine Bulla Cruciatæ?

Et an possit adduci consuetudo in contrarium?

Et an in dubio de tali consuetudine, an fuerit introducta animo se obligandi, vel causa deuotionis, & honestatis, præsumendum sit non obligare? Ex part. 3. tract. addit. R. 10.

§. 1. PRo affirmatiua sententia, quæ nimis laxa immeritò aliquibus visa est *in part. 1. tract. 9. res. 6.* adduxi aliquos Doctores, quibus nunc adeo Philippum de la Cruz, *in Thes. Eccl. tr. 1. §. 20. n. 9.* vbi sic ait.] Si los Iubileos vienen en quaresma se puede ayunar y cumplir cumiendo huevos, y cosas de leche teniendo bula: no porque lo pida el Iubileo, sino por ser quaresma, y entra año viuiendo aunque no la tengan comiendo los dichos manjares, cumplen con los tales ayunos.] Sic ille. Nec potest consuetudo in cõtrarium adduci, quia talis consuetudo nescio an sit scienter & sponte inducta, sed ob frequentes Bullas, quas ferè omnes capiunt, putant viros simpliciores per errorem se obligare: & in Sicilia & in Hispania talis consuetudo nescio quo pacto possit probari, eo quòd abhinc quinquaginta annis maior pars populorum, quæ sola posset & deberet consuetudinem introducere ex priuilegio Bullæ comedit ouа & lacticinia. Ergo circa hoc nullus vsus allegari potest, qui introduxerit consuetudinem per modum præcepti, cum nullus fuerit vsus huius abstinentiæ.

2. Adde quòd in tali casu non sufficeret vsus & consuetudo, nisi hæc facta fuissent animo se obligandi, sunt enim hæc duo valde diuersa, nam potest intendi per se vsus & consuetudo, & non intendi animo se obligandi, sed tantùm ex deuotione.

3. Et cùm hæc res sit valdè dubia, an videlicet in tali consuetudine si extaret, fuerit animus & intentio totius populi se obligandi ad talem abstinentiam lacticiniorum, sequitur inclinandum esse in eam partem, vt consuetudo potius sit deuotionis & honestatis, quàm obligationis, quia in dubio nemo præsumitur velle se obligare, & melior est conditio possidentis. Et ita hæc omnia præter Vasquez, Sancium, Suarez, à me alibi citatos, tenet & docet nouissimè Ægidius Trullench, *in Bull. Cruciata, lib. §. 4. dub. 3. n. 4.*

Sup. hoc inf. in tr. 6. ex Res. 51. §. vlt. & in aliis §§. eius not.

Alibi in Resolutionibus not. præteritæ.

RESOL. XXVIII.

An si in Bulla præcipiatur tribus diebus ieiuniorum fieri orationem, eleemosynam &c. an iisdem diebus facienda sit?

Et an, quando expressè Bulla non dicit, vt oratio, visitatio, & eleemosyna fiat tribus diebus, sed tantum indeterminatè mandatur Ecclesiarum visitatio, oratio, eleemosyna, an sufficiat semel visitare, orare, & eleemosynam facere, etiam die Dominico, non solum ante, sed post Communionem? Ex part. 5. tract. 12. Res. 22.

§. 1. REspondent affirmatiuè communiter Doctores. Nam opera in Bulla præscripta non possunt anticipari, vel postponi, quia ad lucrandas Indulgentias seruanda est forma præscripta; vnde in hoc casu non valet regula illa quòd plus soluit qui ante tempus soluit, neque alia quòd nihil refert quod de æquipollentibus fiat. Ita Sanctarellus *de Iubil. c. 7. dub. 1.* Leo *de Iubilæo, p. 2 n. 146.* Lauorius *de Iubilæo, p. 1 c. 21. n. 8. & seq.* Reginald. *tom. 1. l. 7. c. vlt. num. 184.* Filliuc. *tom. 1. tr. 8. c. 10. n. 255.* & alij.

2. Verùm his non obstantibus Angelus Bossius *de Iubilæo, sect. 4. cas. 8. num 9.* cum aliis docet probabile esse eum, qui ob probabilem ignorantiam, obliuionem, vel incogitantiam, siue inaduertentiam, vel imprudentiam absque alia culpa & negligentia omittit orare, ac eleemosynam facere vsque ad Sabbathum, & tunc faceret eleemosynas ac orationes notabiliter maiores, quàm tribus diebus facere tenebatur, ex quadam æquitate & tacita indulgentia, seu Papæ intentione lucrari Indulgentiam. Et verisimile est Papam si de hoc casu esset interrogatus ita pro sua pietate responsurum. Vnde ex his infert ex Nauarro idem Bossius, eum qui feria 4. facit eleemosynam æquiualentem tribus diebus faciendam, lucrari Indulgentiam, ex eadem æquitate, & tacita concedentis mente. Adde, quia in his casibus videtur impleri voluntas Papæ ordinantis eleemosynam ad subleuamen pauperum.

3. Notandum est tamen quòd quando Bulla expressè non dicit vt oratio, visitatio & eleemosyna fiat tribus diebus, sed tantùm indeterminatè mandatur Ecclesiarum visitatio, oratio, & eleemosyna, sufficit semel visitare, orare, & eleemosynam facere etiam die Dominico non solùm ante, sed post communionem. Ita Henriquez *l. 7. c. 10. n. 6.* & alij, quos citat & sequitur Bossius *vbi suprà, num. 14.*

Sup. hoc inf. in Res. 32. §. Dico quarto, & in alio §. eius not.

RESOL. XXIX.

An quando in Bulla Iubilæi, vel Indulgentiarum præscribitur simpliciter, & indeterminatè eleemosyna, hæc facienda sit secundum qualitatem personæ?

Et

Et quid est dicendum, quando in Bulla præcipitur eleemosyna facienda iuxta facultates cuiusque? Ex part. 5. tract. 12. Resol. 14.

Sup. hoc in Resol. seq. in §. Notandum, & inf. in Resol. 32. cursim in §. Dico igitur, & cum eodem Lavorio tãtum hic cit. & in Resol. 33. §. vlt. & sup. in Resol. 59. tract. 2. §. De quantitate, cuisim ad medium.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Nauarr. *in comment. de Iubil. not. ab. 31. n. 34.* Corduba *de Indulgent. lib. 5. quæst. 22.* Lauorius *de Iubilæo, part. 1. cap. 21. n. 46.* & Reginald *in praxi tom. 1. lib. 7. cap. vlt. §. 4. num. 187.* vbi sic ait. Septimum documentum est Indulgentiam, quæ conceditur danti, vel facienti aliquid indeterminatum, vt auxilium præbenti, vel oranti, acquiri ab eo, qui dat, vel facit, provt suæ personæ congruit, nempè à paupere parum dante, à diuite verò dante multum. Ita ille.

2. Sed prorsus contrariam sententiam tenendam esse puto, ideo ad propositum dubium negatiuè respondeo cum Fausto *tr. de Iubil. lib. 4. q. 49.* Sanctarello *de Iubil. c. 7. dub. 1.* Leone *de Iubil. p. 2. n. 132.* Suarez *in 3. part. tom. 4 disput. 52. sect. 8 num. 3. & seq.* Filliucio *tom. 1 tr. 8. cap. 6. numero 166.* Rodriquez *in Bulla Cruc. §. 7. num. 4.* & aliis. Dico igitur quamlibet paruam eleemosynam etiam vnius oboli sufficere ad lucrandum Iubilæum, dum non est determinata quantitas, & ratio est, quia illa conditio eleemosynæ indefinitè proposita per quamlibet eleemosynam etiam minimam adimpletur, nam, vt Aristoteles *l. Periherm.* testatur, ad veritatem propositionis indefinitæ quælibet singularis sufficit.

3. Sed quid dicendum quando in Bulla præcipitur eleemosynam faciendam esse iuxta facultates cuiusque? Aliqui apud Cæsarem Bottonum *in obseruat. sup. Bull. Sixti V. fol. 196.* asserunt in tali casu sufficere ad lucrandam Indulgentiam, etiamsi diuites non solùm pauperes darent eleemosynam minimam. Probatur hæc opinio, quia si non sufficeret quælibet eleemosyna, sed esset facienda proportionatè iuxta qualitatem personarum & facultatum, fideles numquam possent scire se lucratos Indulgentiam, sed ferè semper remanerent dubij de consecutione, cùm difficillimum esset scire quantitatem eleemosynæ qualitatibus personarum, & earum facultatibus proportionatam. Secundò, quia si eleemosyna necessariò esset facienda secundùm qualitatem personæ, oporteret vt Reges & Principes darent pro eleemosyna centum & millia scutorum, & sic nimis difficilis redderetur consecutio Indulgentiæ. Tertiò cum Summi Pontifices concedunt Indulgentiam plenariam porrigentibus manus auxiliatrices ad fabricam alicuius Ecclesiæ, si verba deberent intelligi de eleemosyna proportionata facultatibus cuiusque & qualitati personæ, colligeretur tanta pecuniæ summa, quæ non pro vnius tantùm, sed plurium Ecclesiarum fabrica sufficeret, quod non est verisimile id intendi à Papa, ergo, &c. Et hanc sententiam probabilem esse putat Angelus Bossius *de triplici Iubilæo sect. 4 cas. 21. n. 29.* iuncto *n. 35.* qui *n. 32.* exponit hanc sententiam, vt minima quantitas eleemosynæ respectu cuiusque non sit mensuranda mathematicè, mensurando, vt aiunt, omnes cuiusque facultates calamo & atramento, sed moraliter & prudentis viri arbitrio, & in vniuersum sufficiet, vt detur eleemosyna competens statui iuxta eleemosynam, quam homines talis status communiter solent facere extra Iubilæum, v. g. vir nobilis consueuit dare in eleemosynam Iulium vnum, talis etiam eleemosyna sufficeret ad lucrandam Indulgentiam, concessam sub onere eleemosynæ iuxta facultatem, & si iniunctæ fuerint tres eleemosynæ, sat erit, si det tres Iulios. Artifex consueuit dare vnum solidum pro eleemosyna, eleemosyna vnius solidi sufficiet pro lucro Indulgentiæ. Baro consueuit dare tres Iulios, Princeps scutum, Rex duos aureos, satisfacient & lucrabuntur Indulgentiam, si talem eleemosynam erogent. Ita Bossius.

RESOL. XXX.

An quando in Iubilæo Superior non vult aliquid dare pro eleemosyna, possit illam subditus clam à Monasterio accipere?

Idem est in prædicto casu de Monialibus, vxoribus, filiis seruis, & mancipiis respectu Abbatissæ, Mariti, Patris, & Domini.

Et an, quando in Iubilæo eleemosyna danda relinquitur vniuscuiusque arbitrio, sufficiat minima?

Et an sufficiat dando eleemosynam illi, quem puto esse pauperem, cum re vera sit diues, & fingat se pauperem?

Et an pauperes ficti obligentur restituere, quæ per eleemosynas minimas acceperunt? Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 5. Resol. 22.

§. 1. NEgatiuè nominatim contra me respondet Leandrus *de Sacram. tom 1. tract. 5 disput. 14. quæst. 54.* Quia in tali casu vel dicendum est Religiosos etiam nouitios, qui non habent proprium, & non possunt aliquid dare, absque eleemosyna lucrari Indulgentias concessas sub onere eleemosynæ, vt nuper diximus de paupere, & tenet Graffius *lib. 2. append. capite 5. numero 58.* vel quod faciliori, & tutiori via possint Indulgentias, & Iubilæum lucrari commutationem eleemosynæ in aliud opus petendo. Ita ille. Sup. in Resol. 29. Dicendum.

2. Sed licet hæc omnia non reprobem, sententiam tamen, quam docui iterum admitto, & illam me citato nouissimè docet Pasqualigus *in Praxi de Iubilæo decis. 129. numero 6.* Quia cùm superior iniustè, & irrationabiliter procedat, poterit subditus aliquid de Monasterio accipere, vt det pro eleemosyna. Tunc enim illa voluntas non est voluntas Superioris, quia non est talis, qualis deberet esse, imo contraria voluntati rationabili, quam deberet habere, & ideò potest subditus operari ex præsumpta voluntate Superioris rationabiliter procedentis, & ex licentia ipsi debita. Rursus cùm res, & bona Conuentus sint destinata in vsum Religiosorum, & sint in ipsorum commodum conuertenda secundum mensuram Regulæ, habet quisque ius ad talem vsum; Vnde si ei denegetur, fit ipsi injuria, quia Monasterium se illi obligauit ad ipsum alendum, & ipsi prouidendum de necessariis. Vnde si ipsi iniustè subtrahantur necessaria, qualis est materia eleemosynæ, pro Iubilæo, poterit propria auctoritate sumere. Oppositum tenet Gobat. *de Iubil. cap. 29. num. 217.* quia aut Religiosus non tenetur si non habeat, aut potest aliquid dare ex iis, quæ sibi permittuntur à Superioribus, vt icunculam, &c. Verum non excusari ab eleemosyna constat ex dictis *quæstio. 127.* quia habet apud Monasterium vnde largiatur eleemosynam, & quamuis possit largiri icunculam, aut quid simile, adhuc potest capere de bonis monasterij, quia habet ius ad vsum ipsorum quo rationabiliter priuari non potest. Adde quod dare icunculam, aut quid simile, non est actus misericordiæ, cùm non subleuet miseriam corporalem, atque adeò nec eleemosyna, sed liberalitas. Hucvsque Pasqualigus, cui adde me citato Lezanam *in Summa tom. 4. ver. Iubilæum, numero 14.* Quintanaduenam *in casibus de Iubil. duarum hebdom. cap. 9. numero 8.* sic asserentem [Si el Prelado no quiere dar esta limosna puede el Religioso darla de los bienes de su vso, ò del Conuento, ò de lo que otro le dè como sea sin escandalo. Lo mesmo se entiende de las Monias, de las casadas, hijos, y esclauos respecto de su Superiores, Maridos, padres, y Señores.] Ita ille, & iterum ego.

3. Nec

3. Nec in tali casu capere aliquid de Monasterio in eleemosynam pro Iubileo existimo contra regulam obseruantiam, vt probat Pasqualigus, *vbi supra*.

4. Notandum est hic obiter Pasqualigum, *vbi suprà dub.*33. docere eleemosynam dandam pro lucrando Iubilæo quando relinquitur vniuscuiusque arbitrio non sufficere minimam, sed ego olim contrarium dominum communi Doctorum sententia, quam me eisdem cum communi Doctorum sententia, quam me eisdem nouissimè notat Gobat. *de Iubilæo, cap.*29. *q.*79. *num.*219. & me citato Leandrus *de Sacram. tom.*1. *tract.*5. *disputat.*14. *quæst.*50. Lezana, *vbi supra*, Carmalis Lugo *de pœnit. disput.*27. *sect.*7. *numero* 114. vbi sic ait. Dubitari potest nonò vtrum satisfiat dando illi, quem puto esse pauperem, cùm re vera sit diues, & fingat se pauperem. Videtur enim non satisfieri, cùm re vera nihil detur pauperi, sed sicut est pauper existimatus, erit eleemosyna existimata, quæ non sufficit. Credo tamen satisfieri Iubilæo, alioquin cogeretur ad examinandum nimis necessitatem petentis, quod non satis consonat Sanctorum Patrum consiliis. Ratio autem est, quia non videtur de substantia eleemosynæ, quod detur vero pauperi, sed quod detur ad subleuandam miseriam inopis, tunc autem datur verè ex tali fine: Ergo est verè eleemosyna. Bulla autem moderna non dicit quod eleemosynæ dentur pauperibus, sed solum quod fiant eleemosynæ.

5. Dices, non fit eleemosyna nisi transferatur dominium vt diximus. In hoc autem casu non transferatur, cùm non sit animus donandi nisi vero pauperi. Respondetur regulariter in his eleemosynis minutis esse animum transferendi dominium, licet propter dolum possit reuocari donatio, vt cum aliis obseruat Lessius *lib.*2. *de iust. cap.*18. *dub.*17. Quare eiusmodi pauperes ficti rato obligantur ad restituenda quæ ita acceperunt per eleemosynas minutas præsertim cum aliæ causæ fuerint petendi, vel retinendi de quo videri potest Molina, *tom.*1. *de iust. disput.*210. §. *Dubitatur decimo*, &c. Ita ille, cui adde Quintanaduenam *vbi suprà, num.*3.

RESOL. XXXI.

An pauperes, qui non possunt ad lucrandas Indulgentias largiri eleemosynam, egeant commutatione in aliquod opus pium, sicut qui non potest ieiunare, vel Ecclesias visitare, vel in tali casu, an sufficiat, si pauper curet, vt eleemosyna ab alio detur pro se? Ex part.5.tr.12. Res.15.

Affirmatiuè respondet Sanctarellus *de Iubilæo, cap.*7. *dub.*1. Leo *de Iubilæo, part.*2. *num.*72. Laurius *de Iubilæo, cap.*19. *num.*6. & alij, quia ferunda est forma Bullæ pro lucranda Indulgentia; sed bulla pro opere iniuncto præscribit eleemosynam, ergo si non potest fieri est commutanda in aliud opus pium, sicut qui non potest ieiunare, vel Ecclesias visitare; & si contraria opinio esset concedenda, sequeretur idem esse concedendum de eo, qui non potest ieiunare, vel ob tussim non potest communicare, nam in his casibus non egeret commutatione.

2. Verùm his non obstantibus negatiuam sententiam docet Faustus *de Iubilæo, l.*4. *q.*55. Nauarr. *in Miscellan.*94. *num.*2. Graffius *in Append. l.*2. *c.*5. *n.*58. Henriquez *l.*7. *c.*10. *num.*6. in glossa *lit. N.* & Fernandez *in Medulla part.*3. *cap.*7. §. 8. *numero* 3. vbi sic ait. Cùm imponitur eleemosyna danda, & lucrans est pauper, tunc non indiget commutatione eleemosynæ in aliud opus pium. Ita ille, & ratio est, quia mens Summi Pontificis in hoc casu talis esse videtur, vnde puto vtrámque sententiam probabilem esse, & certum est eiusmodi pauperibus absque vlla commutatione sufficere, si faciant eleemosynam minimam, etiam vnius oboli, quia sic adimplent formam Bullæ, faciendo opus præscriptum. Ita Bossius *de triplici Iubilæo, sect.*4. *cas.*21. *num.*4. qui etiam *num.*5. & 6. obseruat sufficere in tali casu, si pauper curet vt eleemosyna ab illo detur pro se, vel si ratificet eleemosynam datam nomine suo ab aliquo ipso inscio, dummodo ratificatio sit intra tempus concessum ad lucrandam Indulgentiam.

RESOL. XXXI.

An si quis in Iubilæo præberet eleemosynam per seruum, qui illam tamen non daret, lucretur Iubilæum?
Vbi plura de eleemosyna largienda tempore Iubilæi pro omnibus personis tam sæcularibus, quam Regularibus adducuntur? Ex p.5.tr.12.Res.31.

§.1. Affirmatiuè respondet Emanuël Sà, etiam post correctionem Romanam *ver. Indulgentia, num.*4. vbi sic ait. Cùm dicitur absolutè vt fiat eleemosyna, quidam requirunt summam quandam cuiusque statui conuenientem; ego potiùs dicerem cuiusque deuotioni relinqui quantum det, & qui pro se datam ab alio ratam habet, dare censetur. Quòd si quis iussit famulum dare, & non dedit, quidam negant consequi Indulgentiam, ego id non dixerim. Ita ille. Sup. hoc inf. in Res.54.§. Notandum est, & in t.8. tr.4. Res.71. §. Probatur, ad medium, vers. Et pro, & hic inf. in Res. seq. §.1.

2. Sed aduersùs illum négatiuam sententiam tenet Homobonus *de Iubil. lib.*4. *q.*53. Leo *de Iubil. p.*2. *q.*14. *sect.*6. *num.*175. Bonac. *de Sacr. disp.*6. *q. puncti* 5. *n.*22. & Philippus de la Cruz, *in thes. Eccl. tract.*1. §.11. *n.*3. vbi sic ait [Quando se manda dar limosna, y el amo dio à su criado dineros, para que los distribuiesse à los pobres, no lo hizo, no obstante que los entregò para que se diessen, no consigue la Indulgencia.] Sic ille, & alij assentes hoc etiam dicendum esse de eo, qui daret eleemosynam per famulum, qui post transactam hebdomadam dedit, qui non potest retrahi, & ratio est, quia non præstat opus præscriptum in tempore ad lucrandum Iubilæum. Verùm quia solent occurrere quoad largitionem eleemosynæ tempore Iubilæi aliquæ difficultates, breuiter illas hîc explanabo. Sup. hoc inf. in Res.54. §. Notandũ est tamen hic, propter finem.

3. Dico igitur primò contra Lauorium *de Iubilæo, p.*1. *c.*21. *num.*46. & alios, quòd quando in Iubilæo ad lucrandam Indulgentiam indeterminatè & absolutè præcipitur eleemosyna, sufficere quamcumque eleemosynam minimam & paruam, etiam in ordine ad diuites: secus autem si præscribitur eleemosyna expressè secundum facultatem, seu pro facultate vniuscuiusque; sed de hac quæstione satis suprà dictum est. Pro contrario in hoc §. sup. late in Res. 29. & in aliis eius not.

4. Dico secundò contra Zanardum *in Direct. Theol. part.*1. *de pœn. cap.*21. *q.*26. *in fine*, non sufficere ad lucrandum Iubilæum eleemosynam spiritualem, sed debere esse realem & temporalem, dummodo non sit pauper, qui viuat de quotidiano labore, vel ostiatim mendicet, nam sine vlla commutatione tales lucrantur Iubilæum, non largiendo eleemosynam. Ita Fernandez *in Medull. cas. p.*3. *c.*7. §. 8. *num.*3. Henriquez *lib.*7. *cap.*10. *num.*6. *in glossa litt. N.* Graffius *in append. l.*2. *cap.*5. *num.*58. & alij; licèt securior erit in tali casu pauperes petere commutationem in aliud opus pium, vel facere sibi ipsis à Confessario applicari eleemosynam, quam pro lucranda Indulgentia tenerentur, quod est valdè notandum. Sup. hoc ita Res. prætexita.

5. Dico tertiò contra Homobonum *de Iubilæo, lib.*4. *q.*57. Superiore nolente pro Religiosis eleemosynam largiri, posse illos secluso scandalo aliquid è bonis Monasterij Sup. hoc supra in Res.30.

nasterij pro eleemosyna dare ad lucrandum Iubilæum, inscio Superiore, qui est irrationabiliter inuitus; & ideo in tali casu Religiosus subditus operatur ex licentia Superioris debita. Idem dicendum est de vxoribus, sœuis, filiis familiæ, Monialibus, &c vide Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 7. cap. 19. num. 54. & 55.* licèt tutiùs foret in tali casu supradictas personas commutationem petere in aliud opus pium.

Sup. hoc sup. in fine Res. 28. §. vlt. & infr. ex Res. 38. lege §. 1.

6. Dico quartò quòd eleemosyna potest fieri ante, vel post communionem, etiamsi communio fiat die Dominico. Ita Graffius *in Appen. lib. 1. cap. 5. num. 58.* Henriquez *lib. 7. cap. 10. num. 6.* Leo *de Iubil. part. 2. quæst. 14. sect. 6. numero 174.* qui asserit hoc fuisse decisum à Gregorio XIII. Vide etiam Filliuc. *tom. 1. tr. 8. cap. 6. n. 273.*

Sup. hoc inf. lege doct. Res. 34. signanter ad medium.

7. Et tandem dico quintò, quòd ad lucrandum Iubilæum sufficit dare eleemosynam ei, cui aliàs debetur ex obligatione præcepti naturalis, vel voti. Ita DD. quos citat & sequitur Bossius *tract. de Iubilæo, sect. 4. cas. 9. num. 3.* vbi sic ait. Communis opinio est sufficienter satisfieri operum impendorum in Iubilæo per opera aliàs debita ex obligatione præcepti naturalis, vel Ecclesiastici, vel voti, & constat ex praxi. Ita ille.

RESOL. XXXIII.

An innotescente, non elapso tempore Iubilæi famulum non dedisse eleemosynam à Domino acceptam, vt pauperibus elargiretur, teneatur Dominus adhuc alteram eleemosynam erogare?

Et supponitur, quod Dominus, si dat famulo stipem pro pauperibus ad lucrandum Iubilæum, & ipse sibi retineat, Dominum bona fide lucrari Iubilæum.

Et docetur eleemosynam dandam pauperibus pro consequutione Iubilæi non esse mensurandam iuxta vnius cuiusque sumentis mensurationem. Ex p. 11. tract. 7. & Misc. 7. Res. 18.

Sup. hoc quòd hic supponitur in Res. præcedenti, & in aliis eius primæ adnot.

§. 1. SVppono tamen probabile quod si dominus det famulo stipem pro pauperibus ad lucrandum Iubilæum, & ipse sibi retineat, dominum lucrari Iubilæum. Ita doctus Pater Gobat *de Iubilæo cap. 30. quæst. 80. num. 221.* Quintanaduenas *de Iubilæo duarum hebdomadarum cap. 9. num. 12.* Si la persona (ait ille) à quien se entrego la limosna para que la diesse, se oluido de darla, ò se la perdio, ò de malicia non la quiso dar; es muy probable gana el Iubileo el que la mando dar, que este, quanto es de su parte, y a la dio; y Dios la recibio como si con efeto la diera el criado: lo contrario sienten otros, y juzgan tampoco lo ganara si la dio despues de las dos semanas. Lo cierto es, no lo ganara solo señalando en su entendimiento la que auia de dar, guardandola en especie y numero para vn pobre, sino se la entregaua dentro de la semana, que entonces no se verifica auersela dado: Pero se le dixo, que alli la tenia que fuesse por ella, ò que se la embiaria, y el la acepto, y dixo se la guardasse ò no dixo nada; aunque no la entegasse en tiempo del Iubileo le gana.

2. Sed difficultas in casu nostro est, num scilicet innotescente fraude famuli antequam terminus Iubilæi sit elapsus, & ante eius consecutionem adstringendus sit dominus aliam eleemosynam erogare: Et in rigore putat Pater Bardi *in selectis lib. 5. qu. 3. num. 15.* non esse dominum obligandum ad secundam eleemosynam, & illum ad hoc adstringere, non esse ita cohærens opinioni quam tuemur, quia posito quòd sustineamus per abdicationem dominij ex voluntate subueniendi pauperibus, satisfactum esse intentioni Pontifici hoc primariò & formaliter intercedentis, iam censetur posita conditio, & adimpletum opus iniunctum, & ideo non supererit alia obligatio. Neque ad huius argumenti vim eneruandam, dicas talem esse præsumendam mentem Pontificis, videlicet quòd in tali casu sit excusandus dominus durante, tantùm bona fide, non autem quando scit cum effectu exhibitam minimè fuisse, ne dicas hoc, quia in iis, quæ se habent in forma, non prodest bona fides ad valorem actus; alter iis, qui v. g. non ieiunet vel omittat visitare aliquam ex Ecclesiis designatis, aut non oret vt præscribitur in diplomate, & omissio procedat ex bona fide inuincibiliter ignorantis obligationem, sequeretur omittentem lucrari Iubilæum, quia dici posset talem esse præsumendam mentem Pontificis, quod tamen communiter non asseritur à Doctoribus, ideoque signum est in his rebus non sufficere bonam fidem, sed requiri vt cum effectu opera iniuncta ponantur; Igitur efficax ratio ad sustinendam opinionem affirmatiuam, ea est quam adduximus, nempe id quod formaliter iniungitur, esse actionem illam pietatis, procedentis ex voluntate subueniendi pauperibus; ideoque ea posita, iudicandum erit ex parte dantis, conditionem hanc appositam fuisse, quod tamen non habetur in exemplis allatis de aliis operibus iniunctis; & patet quia Pontifex per ieiunij impositionem primario intendit honestatem illam, quæ reperitur in sobrietate & abstinentia à cibis, quæ tamen deest si ieiunium in re non ponitur. Similiter iniungendo visitationem Ecclesiarum & orationem primariò & formaliter intendit talem actum externum religionis, & preces ad Deum pro gratiis obtinendis, quæ non habentur nisi per externam, & actualem visitationem, & veram realemque orationem in eum finem effusam, at in erogatione eleemosynæ facienda per famulum, iam habemus actionem externam intentam à Pontifice, quæ consistit in abdicatione pecuniæ, aut alterius rei erogandæ ex intentione subueniendi pauperibus, quæ est honestas pertinens ad virtutem misericordiæ, quam primariò Pontifex intendit, & sic non valet paritas. Hæc omnia Bardi *vbi suprà*, quæ licet subtiliter & doctè excogitata sint, ego tamen in facti contingentia non recederem ab affirmatiua sententia, & quidem communiter Doctores quos * alibi citaui, firmant in casu, quo dominus præbeat eleemosynam famulo ad dandam pauperibus pro consequendo Iubilæo & famulus non det, dominum non lucraturum Iubilæum, etiam si bona fide maneat.

3. Nota etiam hîc obiter, rectè Patrem Bardi *vbi suprà n. 5.* docere contra Patrem Pasqualigum, eleemosinam dandam pauperibus pro consequutione Iubilæi non esse mensurandam iuxta vniuscuiusque sumentis mensurationem, quod etiam ego * alibi docui. Vide Bardi, qui respondet ad argumenta Pasqualigi. Rectè itaque dixit Quintanaduenas *vbi suprà n. 3.* La limosna en qualquiera cantidad se puede hazer, y no es necessario el rico de como rico, y el pobre como pobre, sino cada uno lo que quisiere.

RESOL. XXXIV.

An quis possit lucrari Iubilæum præstando opera, quæ ex alio capite facere tenetur? Vt, v. g. ex obligatione præcepti Diuini, aut Ecclesiastici, vel Confessarij, aut voti, vt si in Quadragesima publicetur Iubilæum, vel tempore Quatuor temporum, &c? Ex p. 5. tr. 12. Res. 55. aliàs 54.

Sup. Not.

§. 1. REspondeo ad lucrandum Iubilæum sufficere præstare opera, quæ aliàs quis tenetur facere obligatione præcepti Diuini, aut Ecclesiastici, aut Confessarij

Confessarij, vel voti. Ita Polacchus *in Iubilæo*, *part.*1. *num.*151. *& part.*2. *num.*147. Sanctarellus *de Iubilæo*, *c.*4. *dub.*10. *& cap.*7. *dub.*1. Fernandez *in Medulla*, *part.*3. *cap.*7. §.10. *num.*2. Comitolus *in respons. moral. lib.*1. *quæst.*38. & Layman *in Theolog. moral. lib.*5. *tract.*7. *cap.*8. *num.*13. & alij quod patet ex praxi. Vnde in Quadragesima publicatur Iubilæum. Item tempore quatuor temporum, aut vigiliæ; & ratio est, quia non repugnat quominus vno actu pluribus obligationibus quis satisfaciat, dummodo natura talium obligationum id patiatur, vt est in casu nostro, & ideo in Iubilæo sufficit dare eleemosynam extremè indigenti, & preces fundere, quas aliàs ex voto tenetur dicere, & ideo Layman *vbi suprà*, ait quòd si Monachij Iubilæum promulgetur in Dominica oculi, illius participes fieri possint, qui præmissis operibus in Bulla præscriptis in Dominica passionis confitentur, & communicant, sicuti constat ex supradictis, consequenter tales communicantes liberi tum erunt à præcepto Ecclesiastico de Communione Paschali, quandoquidem tempus Paschale, in hac ciuitate quatuor septimanas continet. Ita ille.

RESOL. XXXV.

An si quis v. g. hic Panormi post publicatum Iubilæum visitauit Ecclesias, compulsus postea ex aliquo negotio à Panormo discedere, possit in alio loco reliqua opera prescripta facere, & Iubilæum lucrari? Ex p.5. tr.12. Resol 53.

§.1. CAsus est practicabilis, & affirmatiuè respondeo, quia fauor Iubilæi est personalis, ac proinde postquam quis visitauit Ecclesias designatas, nihil refert, vbi ieiunet, & ita vbique potest eligere Confessarium eo modo quo supra dictum est. Et ita docet Layman *lib.*5. *tract.*7. *cap.*8. *num.*11. vbi sic ait. Si ciuis in patria sua promulgato Iubilæo designatas ibidem Ecclesias visitet, sed eadem hebdomada causa peregrinationis aliò migraturus sit, vtrùm ieiunium, confessionem, communionémque in alia Diœcesi peragere possit ad lucrandum Iubilæum? Resp. licèt lucrius sit in patria, vel saltem in loco vbi Iubilæum promulgatum fuit opera omnia perficere, valde tamen credibile illum etiam in dicto casu indulgentiam Iubilæi consecuturum esse. Quia si processionis interfit, vel in Ecclesia designata oret, nihil interesse videtur vbi ieiunet, imo etiam vbi de peccatis suis confiteatur, & communicet, cùm hoc tempore cuiuis ab Ordinario cuiusque loci exposito Sacerdoti confiteri licitum sit, sicuti ex verbis Bullæ colligitur. Ita ille.

RESOL. XXXVI.

Qui ieiunauit, & visitauit Ecclesias in prima hebdomada Iubilæi, & postea in secunda die dominico vult confiteri, & Communionem sumere; quæritur, an ita lucretur Iubilæum, & Confessarius possit illum à peccatis, & censuris reseruatis absoluere?

Et an qui complet intra hebdomadam opera omnia in Iubilæo iniuncta, ita vt vltimum opus sit ieiunium Sabbathi, si iterum mane die dominico incidat in casum reseruatum, possit ab illo virtute Iubilæi absolutionē obtinere?

Et quid, si post communionem Dominicæ in reseruata incurreret? Ex part.3. tract.4. Resol.152. aliàs 153.

§.1. REspondi affirmatiuam sententiam probabilem esse & ita illam vocat Molfesius *in sum. tom.*1. *tract.*7. *c.*16. *num.*49. & 50. Bonacina *de Sacram. disp.*6. *q.*1. *punct.*5. *n.*34. & Naldus *in summa*, *verb. Indulgentia*, *n.*14. asserit ita respondisse Patres Sacræ Pœnitentiariæ Romanæ in Iubilæo anno 1620. licèt contrariam sententiam doceat Lauorius *de Iubilæo*, *p.*1. *c.*21. *n.*52. Henriquez *lib.*7. *cap.*11. *n.*2. Nugnus *in* 3. *p. tom.*2. *q.*27. *art.*3. *dub.*5. Vgolinus *de potest. Episcop. c.*41. §.4. *num.*5. Fernandez *in exam. Theol. mor. part.*3. *c.*7. §.8. *n.*5. & alij, asserentes omnia opera iniuncta in Iubilæo esse explenda physicè infra hebdomadam vnam. Verùm, vt dixi, affirmatiua opinio est probabilis, quam præter DD. citatos docuisse nonnullos patres Societ. IESV testatur Bonacina *vbi suprà*, qui pro confirmatione talis sententiæ multas adducit rationes, lege illum, & non pigebit.

2. Certum tamen est, quòd si opinio negatiua esset vera licèt præfatus non lucraretur Indulgentias, attamen eius confessio peccatorum reseruatorum esset valida, quia probabilis opinio (vt alibi dictum est) confert iurisdictionem, & hoc valde notandum est; nam plures opiniones inuenientur, quæ negant consequi Iubilæum, & tamen si aliquis affirmatiuam sententiam probabilem sequi vellet, si à parte rei non esset vera, licèt indulgentiam non consequeretur validè (hoc non obstante) à censuris & casibus reseruatis absolueretur, & idem dicendum est de votorum commutatione.

Alibi in to. 8. tr. 1. Res. 4. & in aliis eius not.

3. Quæro tamen hîc obiter, an qui compleuit intra hebdomadam omnia opera in Iubilæo iniuncta, ita vt vltimum opus sit ieiunium Sabbathi, si iterum manè in die Dominica incidat in casum reseruatum possit ab illo virtute Iubilæi absolutionem obtinere? Ratio dubitandi est, quia finis talis gratiæ est obtinendi Iubilæum, quod cùm iam sit obtentum, non potest quis ampliùs frui dicta gratia. At hoc non obstante Pater Alphonsus de Leone *in tract. de Iubilæo*, *part.*2. *sect.*5. *n.*170. affirmatiuam sententiam docet, quia cùm sit infra eandem hebdomadam, potest variare, & tutiùs procedendo iterum confiteri, & communicare, postea facere eleemosynam, aut visitare Ecclesias, sua destinatione id faciendo pro vltimo opere Iubilæi; quam cautelam vidi consultam à viris doctis, etiam eis qui post communionem Dominicæ incurrerunt in reseruata, nemini enim prohibetur pluries idem opus repetere pro eodem fine intra terminum concessum. Hæc omnia Leo, licèt contrariam sententiam doceat Sanctarellus *de Iubilæo*, *c.*8. *dub.*6.

Quoad hoc inf. lege doctr. Res. 39.

RESOL. XXXVII.

An qui adimplet opera iniuncta intra duas hebdomadas lucretur Iubilæum? Ex part.5. tract.12. Res.24.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Leo *de Iubilæo*, *p.*2. *n.*8. & 169. Sanctarellus *de Iubilæo*, *cap.*7. *dub.*1. Zerola *de Iubilæo*, *lib.*1. *c.*16. *q.*9. Lauorius *de Iubilæo*, *p.*1. *c.*21. *n.*6. & 52. & alij, quia Bulla Iubilæi significat omnia esse præstanda intra eandem hebdomadam; sed concessio liberalis non subsistit, nisi impleatur conditio, sub quo fit, ergo &c. & ita in praxi obseruatur.

2. Sed ego alibi probabilem contrariam sententiam tenui, & nunc iterum doceo, cum Ioanne Præposito *in* 3. *p. D. Thom. q.*14. *de Ind dub.*10. *n.*87. vbi sic ait. Quando in Iubilæis præscribuntur duæ septimanæ, videtur aliquod opus poni posse priori aliud, posteriori septimana; ieiunia tamen quæ præscribuntur, videntur debere impleri intra eandem septimanam, quia id facit ad scopum Pontificis, videlicet ad maiorem carnis macerationem. Ita ille, & ex eadem Societate Layman *lib.*5. *tract.*7. *cap.*8. *num.*10. *dub.*4. quibus adde

Alibi in Res. quæ hic est antecedens.

amicissimum P.Naldum *in summ.ver.Indulgentia,n.*14. vbi sic ait: Indulgentiam Iubilæi consecuturus possitne partem tantùm operum implere in prima hebdomada, & partem in secunda, solet plerumque ambigi, quod & tunc contingit occasione præsentis Iubilæi, in quo dicitur (opera quædam esse præstanda in 4. & 6. feria, & Sabbato eiusdem, vel sequentis hebdomadæ) & cùm contrariæ de hoc essent opiniones Doctorum, nouissimè consulti Patres sacræ Pœnitentiariæ Romanæ responderunt pro parte affirmatiua nempe posse partem operum impleri in prima hebdomada, & partem in secunda, & hoc procedit ex sola pœnitentis libera voluntate, & absque vlla Confessarij legitima concessione obtenta, id est, absque alia speciali causa prorogationis per Confessarium approbata, ita enim innuunt verba superiùs posita in hoc Iubilæo anno 1620. sic etiam declaratum fuit in prorogatione eiusdem Iubilæi Romæ facta pro 3. hebdomada lingua Italica, & hæc mihi testatus est Illustr. & Reuer. D Gypsius. Episcop. Arimin. modernus Vrbis Gubernator vigilantissimus, suis ad me literis sub dat. Romæ die 7. Martij anni prædicti, qui sanè dignissimus Præsul paucis pòst annis interiectis Cardinalatus honore decoratus fuit. Ita Naldus *vbi suprà.*

RESOL. XXXVIII.

Quis noluit lucrari Iubilæum, & in secunda hebdomada die sabbatho à Deo inspiratus mutat propositum; quæritur, an possit absolui à reseruatis, & lucrari Iubilæum?

Et an si aliquis omnia opera iniuncta pro consequendo Iubilæo fecisset, & mane die Dominico vellet confiteri, & sacram Eucharistiam sumere, sed inaduertenter, & incuria aliquid cibi deglutiuit, vel bibit, an, hoc non obstante, possit lucrari Iubilæum, & absolui à reseruatis; vel in dicto casu quid est faciendum? Ex part.3.tr.4. Res.151. alias 152.

Sup. contentis in hoc §. sup. in Res. 25. & 26. & in Res.32. §. Dico quarto, &c. & inf. in Res. seq. eius doctr. &c.

§.1. Respondeo affirmatiuè dummodo commutentur ieiunia in communionem, nam eleemosynam, visitationem, & orationem, potest facere die Dominico. Ratio est, quia iam tempore debito confitetur, non enim obligatus erat confiteri ante Sabbatum, nam poterat manè die Dominico, & in tali casu cum ipso proceditur, ac si fuisset impotens ad ieiunium. Et ita docent Lauorius *de Iubilæo, part.1. capit.21. num.53.* & Sanctarellus *de Iubilæo, cap.7. dubitat.1.* licèt penes ipsum Pinellus, & Sanchez contrarium teneant.

Pro contento hoc §. vlt. inf. in tribus vltimis lin. Res. 52.

2. Sed quæret quis hìc obiter, an si aliquis omnia opera iniuncta pro consequendo Iubilæo fecisset, & manè die Dominico vellet confiteri, & sacram Eucharistiam sumere, sed inaduertenter, & incuria aliquid cibi deglutiuit, vel bibit, an hoc non obstante, possit lucrari Iubilæum, & à reseruatis absolui? Respondeo affirmatiuè, nam in tali casu Confessarius potest communionem, quam tenebatur facere in aliud opus pium commutare; & ita docet Sanctarellus *de Iubilæo, cap.7. dub.1.* Graffius *in append.lib.2.c.5.n.*50. & Henriquez *lib.7.cap.*10.*n.*8. *in fine.*

RESOL. XXXIX.

In vltimo Iubilæo Pauli V. Pontificis Maximi fuit orta magna dissensio inter Theologos, an qui die Dominico confitetur, satisfaceret Iubilæo? Ex part.2.tract.15. & Misc.1. Res.28.

Quoad hoc supr. ex Res.

§.1. Reuerendissimus simul & doctissimus Dominus D. Franciscus de la Riba Vicarius Generalis Illustrissimi Cardinalis ab Auria Archiepiscopi, subtiliter & solidè, vt in omnibus semper solet, negatiuam sententiam sustinebat, & licet tunc pro illius opinione, rationes inuenierbam, non autem authores; tandem inueni illam sententiam docere Filliuc. *in quæst. moral.tom.1. tract.*8.*cap.*10.*n.*272. vbi respondens ad nostrum quæsitum, ait: Fertur Clem.VIII. de hoc interrogatum respondisse non satisfacere, & vigore sui Iubilæi non posse pœnitentem absolui à reseruatis in die Dominico vnde expirabit quoad hanc facultatem, media nocte Sabbathi. Concessit tamen Pœnitentiariis S.Petri, vt absoluerent etiam die Dominico, quod etiam fertur præstitisse Innocent.I X. cuidam Episcopo idem petenti. Itaque de rigore textus, confessio debet fieri ante diem Dominicum, dicitur enim intra hoc tempus primæ, scilicet, vel secundæ hebdomadæ confiteantur, & Dominica prima, vel secunda sumant Eucharistiam. In die Dominico tamen quo solet promulgari, non videtur dubium, confessionem in illo factam valere à tempore post publicationem. Hæc Filliuc. & hanc sententiam docet etiam Portel *in dubiis, Regularium, tom.1. ver.indulgentia 2. num.6.* & inclinat noster Alphonsus de Leone *tract. de Iubilæo,p.2.sect.4. n.*161.

2. Attamen tunc sustinui, & nunc etiam teneo contrariam sententiam esse probabilem, quam docet, & tenet multis citatis, Sebastianus Acosta *in expos. Bull. Cruc. q.*14. *dub.*3. vbi asserit. Dubitatur tertiò, vtrùm in aliquibus Iubilæis, quæ confessionem intra hebdomadam requirunt, satis sit die Dominica confiteri? Cui dubitationi affirmatiuè respondendum existimo cum Soto *dist.*21. *quæst.*2. *art.*3. Nauar. *notab.*19. *num.*19. Henriquez *c.*10. §.8. Rodriquez §.2. *dub.*5. asserente ita viuæ vocis oraculo declaratum fuisse ad instantiam PP.Societatis Iesv, à Pio V. Sed cùm ego rem inuestigarem, accepi ab eisdem Societ. P. P. non à Pio V. sed à Greg XIII. hanc declarationem emanasse Anno Domini 1578. mensis Maij die 10. hanc rationem reddente. Quoniam dies Dominica habetur pro complemento hebdomadæ transactæ, in quo ieiunatum est. Ita Acosta, & post illum docet etiam hanc sententiam Reginald. *in praxi, tom.1. lib.3.cap.vlt.n.*173. Villalobos *in sum.tom.1.tr.*26.*dub.*11.*n.*17. Sanctarell. *de Iubilæo,cap.*6. *dub.*1. Bonacina *de Sacram. disp.*6.*q.*1. *punct.*5.*n.*34. Sà *ver. Indulgentia, n.*13. Vega *in summ. tom.*2.*cap.*7.*cas.*5. & noster P.Molfes. *in sum.tom.*1.*c.*16. *tr.*7. *n.*43. & ita etiam multi viri docti nostræ Religionis, & Societatis Iesv, à me de hac re consulti.

RESOL. XL.

Qui in die Sabbathi accessit ad confitendum, sed ob angustiam temporis Confessarius distulit confessionem post transactum Iubilæum; quæritur, an possit absolui à casibus reseruatis post tempus elapsi Iubilæi commissis? Ex part.3. tract.4. Res.146. alias 147.

§.1. In tali casu Confessarius pœnitentem à censuris absoluat, & reseruationem casuum, & vorum tollat; absolutionem verò à peccatis differat, & postea elapso illo Iubilæi spatio, confessionem peccatorum audiat, & pœnitentem absoluat, & vota commutet; cùm illa peccata, & vota præterita ampliùs non sint reseruata. Ita Henriquez *lib.7.cap.*11.*n.*3. Sanchez *de matrim.lib.*8.*disp.*15.*num.*17. Emanuel Sà *ver.Indulgentia,n.*14. & alij.

2. Difficultas est, si talis post elapsum tempus Iubilæi in nouos casus reseruatos incideret, an posset absolui? hunc casum non apud multos inuenies; amicissimus Sanctarellus *de Iubil.c.*8. *dub.*7. & Alphon. Leone *de Iubilæo,part.2.q.*16. *num.*189. negatiuam sententiam docent;

docent; sed contrariam etiam probabilem esse puto, quam nouissimè tuetur noster Siculus Bartholomæus à Sancto Fausto, vir quidem doctus *tract. de Iubilæo lib.4.q.133.* quia per illam dilationem intendit Pontifex inducere pœnitentes ad lucrandum Iubilæum. Sed qui de consensu Confessarij confessionem distulit de in casus, & censuras reseruatas incidit, Iubilæum non potest lucrari, quin priùs ab illis absoluatur, ergo donec Iubilæum consequatur, Confessarius electus habet potestatem illum à casibus, & censuris reseruatis absoluendi, ac si tempus Iubilæi non esset elapsum; alioquin dicendum esset illum, qui Confessario obtemperauit, deterioris esse conditionis, quàm alios. Et cùm Iubilæum sit Principis beneficium nulli præiudiciale, sine aliquo textu, & valida ratione non est restringendum; hæc Faustus probabiliter quidem, vt ipse Sanctarellus, & Leo *vbi suprà* fatentur.

RESOL. XLI.

An pœnitens, cui ex iusta causa fuit dilata absolutio post tempus à Iubilæi bulla definitum, si incidat in nouos casus reseruatos, & noua vota emittat, an possit Confessarius illa absoluere, & hæc commutare? Ex par.5.tr.12. Resol.27.

1. Negatiuam sententiam docet Sanctarellus *de Iubilæo, c.8.dub.7.* vbi sic ait. Maior difficultas est in casu in principio proposito, cui posset aliquis respondere quòd cum præuia Confessarij facultate confessio in aliud tempus finito Iubilæo, & duabus hebdomadis elapsis, in quibus Iubilæum durat resecta fuerit, pœnitentem non modò à votis & casibus reseruatis ad vltimũ Iubilæi terminum vsque commissis, sed etiam ad tempus vsque, in quo confessio peracta fuerit, absolui posse. Ratio est, quia in ea facultate concedenda Summus Pontifex intendit fideles ad Iubilæum consequendum inducere, & talis facultas est vta ad illius consecutionem; sed qui cum Confessarij venia confessionem distulit, & ex fragilitate in peccata & excommunicationes reseruatas incurrit, Iubilæum non potest percipere, quin primò ab iis absoluatur: donec igitur Iubilæum consecutus fuerit Confessarius quam elegerit, potestatem habet illum à peccatis & votis absoluendi, ac si nondum Iubilæi tempus esset expletum, alioquin dicendum esset illius, qui Confessario morem gessit, deteriorem esse conditionem, quam aliorum, & cùm Iubilæum sit Principis beneficium animæ proficuum, sine aliquo canone & valida ratione non est restringendum id, quod in eius posito non habet locum, verùm alia sententia vt verior, & tutior, est tenenda. Ita Sanctarellus, & post illum Alphonsus de Leone *de Iubilæo, par.3. num.89.*

2. Sed mihi affirmatiua sententia magis placet, quam tuetur nouissimè Angelus Bossius *de Iubil. sect.1. cap.39.n.6.* vbi tenet præfatum pœnitentem posse absolui ab omnibus reseruatis commissis ante confessionem & absolutionem, & similiter impetrare commutationem votorum, quæ postea emisit; supponimus enim illum nondum obtinuisse Iubilæum, & ex iusta causa eidem à Confessario prorogatam Confessionem & Iubilæi consecutionem: at pœnitens potest vi Iubilæi absolui ab omnibus reseruatis commissis ante Iubilæi consecutionem, & similiter obtinere commutationem votorum, quæ emisit ante eiusdem Iubilæi consecutionem, quando facultas absoluendi & commutandi in ordine ad dictam consecutionem, & ad alliciendos fideles ad præstanda opera pro lucro Iubilæi necessaria concedantur. Quare dum Bulla Iubilæi concedit Confessario electo auctoritatem differendi absolutionem & consecutionem Iubilæi vltra tempus in Bulla præscriptum, concedit etiam prorogationem absoluendi à reseruatis omnibus commissis ante consecutionem alioqui pœnitens, qui obediendo Confessario distulisset consecutionem Iubilæi vltra tempus in Bulla definitum, & ex fragilitate in noua reseruata incidisset, non posset ampliùs consequi Iubilæum, quod absque præuia absolutione obtinere, non posset, & sic ex sua obedientia reportaret damnum, fierétque deterioris conditionis. Confirmatur hæc responsio, nam fauor Iubilæi cùm sit beneficium Principis, & animæ fauorabilis, est ampliandus, & nullo modo restringendus absque euidenti ratione, ergo, &c.

RESOL. XLII.

An aliquando possit quis absolui à peccatis reseruatis commissis post finitum tempus Iubilæi?

Et quid de votis, & peccatis commissis intra tempus Iubilæi, quamuis confessio finiatur post tempus elapsum? Ex p.11. tr.2. & Missa 2. Resol.54.

§.1. Adhæret negatiuæ sententiæ, Eminentissimus Dominus Cardinalis Lugo *de Sacrament. pœnitent. disput.20. sect.8. num.134. cum sequent.* Quia ait ipse, licèt propter causam iam inceptam prorogetur iurisdictio; non tamen prorogatur alia iurisdictio; sed illa sola, quæ prius concessa fuerat, & ad eadem facienda: prior autem iurisdictio fuerat, ad absoluendum à peccatis, & censuris contractis intra tale tempus, & non ad aliud: ergo si manet eadem iurisdictio manet, ad idem obiectum, nempè ad eadem peccata, & censuras nam si esset ad alia, esset alia iurisdictio de nouo acquisita, non eadem prorogata. Sup. hoc in Resol. præterita, & in alio §. eius not.

2. Confirmatur, & explicatur: quia causam esse inceptam, non facit quod propter connexionem, & vnionem confessionis possit confessarius absoluere ab aliis peccatis diuersis, eo quod non possit absoluere ab illis prioribus sine istis nouis; sed solum dat ius ad perficiendam eandem solùm causam, quæ cœpta fuerat, & circa idem. Confessio autem cepta fuerat circa peccata iam commissa, nec potuit incipere confessio, aut iudicium circa nondum commissa, ergo ab illis solùm prioribus potest absoluere, ratione causæ inceptæ. Pone enim postea commisisse peccatum hæresis, ad cuius absolutionem non dabatur facultas in Iubilæo; poteritne absolui postea ab hoc peccato, quia confessio circa alia cœpta fuerat? Nemo id concedet: ergo, neque ab aliis reseruatis commissis post tempus Iubilæi absolui poterit: tam enim reseruata sunt hæc peccata, sicut hæresis, cùm Pontifex solùm abstulerit reseruationem eorum, quæ committerentur intra tale tempus: ergo, sicut non abstulit etiam concomitanter reseruationem hæresis propter connexionem cum aliis, aut propter confessionem inceptam; sic nec abstulit reseruationem eorum, quæ tempore sequenti committerentur.

3. Concedo tamen, si post cœptam confessionem pœnitens commisit alia reseruata intra tempus Iubilæi: ab illis postea posse absolui, quia licet confessio circa illa non fuerit cœpta: per Iubilæum tamen acquisiuit priuilegium: & ius, vt absolueretur ab omnibus commissis intra illud tempus: sicut postea possent commutari vota, quæ de nouo fecit intra illud tempus post commutata alia, & post factam, ac definitam confessionem. Admitto etiam id posse confessarium cœptam confessionem, quam tunc perficere non potest, relinquere perficiendam ad hebdomadam sequentem: per hoc tamen non poterit acquirere iurisdictionem nouam, aut eam extendere ad id, ad

quod prius non exterebatur. Et hæc omnia asserit Lugo, *vbi suprà*, qui postea respondet ad aliqua argumenta, quæ ex aduerso adduci poterant.

4. Et huic sententiæ ego libenter adhæreo, non nego tamen & affirmatiuam sententiam esse probabilem vt docet Andreas Mendo *in Bull. Cruc. d.22. c.3 n.28.* Pasqualigus *de Iubil. q.25 2.n.8.* & me citato Quintanadueñas *de Iubil.duarum hebdomad.cap.22.n.3.* vbi sic ait; [Si à vno por causa iusta le prorogo la confession el Confessor para despues de las dos semanas, puede ser absuelto de los casos reseruados, y censuras, en que cayere despues dellas, como sea antes de la Confession del Iubileo; porque sino se hazia incapaz de ganarlo, y dando el Pontifice al Confessor potestad para prorogar la confession, y absolucion, y Iubileo, tambien la da para lo necessario, para la execucion destos actos, que es la absolucion de reseruados. Ita ille, qui adducit etiam Faustum & Bossium, quibus etiam adde Patrem Bardi *in Bulla Cruciatæ. part.1.tr.2.cap.6. sect.3.§.4.num.53.*

RESOL. XLIII.

An confessio informis sufficiat pro lucrando Iubilæo, vel Indulgentiis?

Sed hæc difficultas procedit ex suppositione, quod possit dari confessio informis.

Et doctè & breuiter explanatur, quando confessio dicatur informis, & quando inualida, & quomodo in vtraque Confessarius se gerere debeat. Ex p.11. tr.6.& Misc.6. Resol.10.

Sup. hæc diffic. & suppositione in to. 1. tr. 3. Resol. 112. & 113. & ibi in tr. 4. Resol. 17. §. Sed quia, & si vacas otio lege alias duas Resolut. positas in not. Resol. 2. huius annot. & alias earum annotationum.

§.1. NEgatiuè respondet Pasqualigus *de Iubilæo, quæst.71. num.2.* vbi sic ait: Difficultas procedit ex suppositione: quod possit dari confessio, informis: nam non posse dari dixi *in Theol. moral.disput.79. de Pœn.sect.5.& 6.* Et communiter affirmatiuè respondent, dummodò tamen antequam impleatur vltimum opus iniunctum, recedat fictio, & aduenial status gratiæ, qui est necessarius quando est obtinendus fructus Iubilæi, seu Indulgentiæ. Ita specialiter Leon *part. de Iubilæo num.83.* Bossius *sect.4. de Iubilæo, casu 19.§.1 num.9.* Faustus *lib.4.de Indulg. quæst.39.* Hoc tamen apud me non caret difficultate, quia siue confessio sit præscripta in ordine ad dispositionem, siue vt opus iniunctum, semper intenditur vt disponens ad effectum indulgentiæ obtinendum, & proindè finis dispositionis cadit sub intentione præscribentis: ergo confessio quæ præscribitur, cum tali qualitate præscribitur, vt conducat ad finem intentum: Confessio autem informis non conducit; & ideò caret qualitate cum qua præscribitur, atque adeò non est illa confessio quæ præscribitur. Ita Pasqualigus

2. Sed ego puto non esse recedendum à sententia affirmatiua, quam præter Doctores à me * alibi adductos, tenet nouissimè nominatim contra Pasqualigum Pater Bardi *in Selectis, lege 5. quæstion.5. numero 11.* & ad eius argumentum respondet, quòd quamuis confessio dum manet informis, & absque suo effectu, nequeat disponere adfinem intentum, quatenus sine gratia iustificante, homo non consequitur indulgentiam, nihilominus, si posteà ille qui talem fecit confessionem, se conterat absque alia confessione; recipiet gratiam, & non tantum illam, quæ respondet contritioni, verùm etiam aliam vi Sacramenti, quæ certò datur, vt dicunt Theologi, remoto obice; confessio autem illa valida, sed informis ratione valoris quem habet, satisfecit oneri iniuncto, & licèt actu non habeat effectum, est postea illum habitura, quatenus homo remouens impedimentum recipit maiorem gratiam intuitu Sacramenti, quod prius erat informe postea verò formatum. Et si homo non se disponat per actum contritionis, non obtinebit Iubilæum, quia non est in statu gratiæ: sufficit igitur Confessio quæ vel actu habet effectum gratiæ Sacramentalis, vel quæ sit talis, vt remoto obice possit illum habere; sed hoc est intelligendum si adhuc duret tempus in Iubilæo signatum, & homo præstet reliqua iniuncta; nam tali tempore transacto non poterit amplius acquirere indulgentiam, etiam ablato impedimento. Hæc Bardi & nimis æstimenda est Sapientissimi Viri opinio, dari videlicet Sacramentum Pœnitentiæ informe, sed validum; nam hoc ita facilè concederint Theologi ex Societate, & satis probabiliter. Sed contra illos, & Pasqualigum in solamen Pœnitentium & Confessariorum non deseram hic apponere verba Remigij *in pract. Confess. tract.5. c.5. §.9. n.2.* [Pero parar euitar prolixidade, aduierta aqui el Confessor, que no sea facil en hazer repetir confesiones, conformandose con la opinion que admite confessiones informes; y assi haga solamente reiterar las que conoce auer sido inualidas. La differencia que ay entre la confesion inualida, e informe consiste en que la inualida es, que se haze callandole algun pecado mortal de proposito, ò verguenza, ò sin dolor alguno, ò sin intencion, ò proposito de la enmienda, ò sin ningun examen. Tambien, quando constasse que confesiones fueron hechas con ignorancia affectada destas requisitos, por no auer querido frequentar los sermones, v.g. para no tener notitia de su mal estado, &c. La confesion informe es à quella, que haze el penitente con algun defecto en el dolor v.g. por llegar à confessar se con atricion imperfecta, y dolor ineficaz, y con vna beleidad que ni bien tenia determinacion de apartase del pecado, ni bien de dexaua de tenerla: mas el pensaua que llegaua al Sacramento con verdadero dolor, ò porno hazer suficiente examen de la consciencia por ignorancia, ò negligencia, aunque culpable, y por esto se oluido de confessar algunos pecados; si bien será el defecto pecaminoso mas, ò menos, conforme lo aya sido la culpa, y bastarà acusar se despues dello, y de los pecados oluidados tambien. Dixe, y por esso se oluidò de confessar algunos pecados, &c. porque si despues de auerse confessado el penitente: hallasse que los pecados oluidados fueron mas que lo confessados, seria necessario boluer à repetir la confesion, porque se arguye auer sido hecha sin examen. Pero al contrario si fueron los confessados mas que los oluidados, es señal que el examen fue suficiente, y la confesion solamente informe. Ita ille: Vide etiam infra.

* Alibi præter Retolutiones not. præteritæ lege inf. doctr. Resol.53.& 54. §.2. ante med vers. Dubitabis an. & inferiùs in tr.5. Resolut.12. §.vlt. & cursim, & recitatiuè hic inf. in Resol. seq. §. Nota hic.

RESOL. XLIV.

An si quis confitetur pro lucrando Iubilæo, & postea recordatur alicuius peccati obliti si non habeat copiam Confessarij, possit Eucharistiam sumere, & lucrari Iubilæum, & Indulgentiam?

Et quid est dicendum, si quis rite sit confessus, & Communionem sacram receperit, si antequam lucretur Iubilæum, labatur in nouum peccatum, vtrùm teneatur iterum confiteri?

Et notatur, quod per confessionem sacrilegam non lucratur Iubilæum.

Et quid per sumptionem indignam Eucharistiæ? Ex p.11. tr.7.& Misc.7.Resol.13.

§.1. AFfirmatiuè respondet Pasqualigus *in præxi de Iubilæo quæst.64. num.3.* vbi sic ait: Si confessio præscribitur solùm in ordine ad dispositionem necessariam pro Iubilæo, aut Indulgentia, probabile est, quòd ille, qui non potest confiteri, absque tamen pro

propria culpa, lucretur Iubilæum, si cætera opera iuncta perficiat, & conteratur. Probatur; in tali casu confessionis præscriptio se habet ad modum præcepti. Ergo non obligat in casu, in quo fiat impossibilis, sicut nec obligat præceptum.

2. Dices necessariam esse confessionem ob communionem, sine qua quantumuis contritus non potest ad illam accedere, cùm hic casus non sit ex illis, qui excusant à præmittenda confessione, quando pro lucranda Indulgentia requiritur communio. Deinde neque in hoc casu locum habet, quia sicut damnum notabile tam spirituale, quàm temporale excusat, vt possit quis accedere ad Eucharistiam absque præmissa confessione, quando non potest præmittere; ita etiam amissio lucri notabilis præsertim spiritualis, quale obtinetur per Indulgentiam; nam damnum, & amissio lucri æquiparantur. Ita ille.

3. Sed negatiuam sententiam sustinet Bartholomæus à Sancto Fausto *leg.* 4. *de Iubil. extraor. q.* 41. & Pater Bardi *in select. lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 17. quia licèt variæ assignentur causæ, ob quas cum sola contritione posset quis communicare absque eò quod sacramentaliter absoluatur, inter causas tamen non apponunt Authores hanc quæ est consequi Indulgentiam, neque tradunt regulam vniuersalem, sub qua continetur acquisitio Indulgentiæ; admitto tamen cum prædictis Authoribus id fieri posse ad scandalum vitandum; in tali enim casu erit omninò licitum Eucharistiam sumere sine præuia confessione non solùm ad Indulgentiam obtinendam, verum etiam absolutè nulla posita Indulgentia, sed hoc est per accidens ex iure naturali dictante scandalum esse videndum. Addo etiam non posse mentem Pontificis eam esse, quam sibi persuadent Authores primæ sententiæ, quia præceptum de præmittenda confessione mortalium ante sumptionem Eucharistiæ, iuxta communem ferè sententiam est de iure Diuino, & non Ecclesiastico; atque adèò in illo non habet locum humana dispensatio, & omissio confessionis interdum præmittitur non vi alicuius dispensationis, sed interpretationis iuris Diuini non obligantis in quibusdam circumstantiis, quas Doctores enumerant in tractatu de Eucharistia; proinde nunquam audiuimus aut legimus in hoc præcepto aliquem dispensatum fuisse à Pontifice. Ex hac doctrina patet, qua ratione sit reiicienda responsio, quam ad hoc argumentum tradit Pasqualigus *numero* 4. ait enim amissionem lucri spiritualis notabilis, quale obtinetur per Indulgentiam, excusare, sicuti excusat damnum notabile tam spirituale, quàm temporale; nam in iure ista duo æquiparantur, pater, inquam, qua ratione sit reiicienda; primò, quia, vt dixi, inter causas excusantes à confessione; Doctores nullam faciunt mentionem de vtilitate Indulgentiæ, secundò, quia lucrum hoc spirituale, quamuis sit magnum, cum facili negotio haberi possit aliis mediis, idcircò illud amittere per tale determinatum medium; nempe per Iubilæum, non videtur res magni momenti; passim enim se offerunt media lucrandi Indulgentias plenarias, videlicet mediis granis benedictis, visitatione Ecclesiarum, quibus concessæ sunt similes Indulgentiæ, &c. Hæc omnia Bardi.

4. Et quidem contra doctum, & amicissimum Patrem Pasqualigum suæ sententiæ adhærere non possum stante auctoritate Concilij Tridentini *sess.* 13. *c.* 7. vbi seuerè prohibetur, ne vllus peccati conscius absque præmissa confessione sacramentali ad Eucharistiam accedere debeat, quod, vt ego alibi probaui, intelligitur etiam de aliquo peccato oblito, quod in mentem venerit post factam confessionem in ordine ad communicandum.

5. Sed quid dicendum, si quis ritè sit confessus, & communionem sacram receperit, si antequam lucretur Iubilæum, labatur in nouum peccatum mortale, vtrum teneatur iterum confiteri? Affirmatiuam sententiam tuetur Amicus *in Curs. Theolog. tom.* 8. *disputat.* 20. *section.* 8. *numero* 241. vbi sic ait: Dubitari potest, an cùm in Iubilæo exigitur confessio, si post confessionem homo mortaliter peccet, ad Indulgentiam lucrandam sufficiat contritio absque noua confessione? Negat Suarez, mouetur, quia talis confessio debet esse de omnibus mortalibus vsque ad tempus Indulgentiæ commissis: nam illa refertur ad tempus ipsum Indulgentiæ: ergo comprehendit omnia mortalia vsque ad tempus Indulgentiæ commissa. Ex quo infert, quòd si quis post confessionem, antequam Indulgentiam lucretur, recordetur aliquod peccatum obitum teneri ad illud confitendum, alioquin Indulgentiam non lucrabitur, secus si non recordetur; quia tunc tale peccatum non impedit effectum Indulgentiæ, etiamsi Pontifex expressè requirat confessionem omnium peccatorum: quia intelligitur requirere confessionem omnium peccatorum humano modo integram. Quæ sententia non solum est tutior, & in praxi adhibenda, sed etiam probabilior, præsertim cùm exigitur confessio omnium peccatorum. Ita Amicus.

Et pro contento in hoc 5. Sed quid, in Ref. seq. & inf. in Ref. 54. §. Notandum, est etiam.

6. Sed mihi magis placet opinio negatiua, quam docet Castrus Palaus *tom.* 4. *disp.* 24. *punct.* 9. *num.* 25. eo quod peccatum oblitum in confessione legitimè facta remissum sit virtute gratiæ per Sacramentum communicatæ; ac proinde securitatem Indulgentiæ nullatenus impedire potest: confessio autem expostulatur omnium peccatorum quæ fuerint ante indulgentiam commissa, quæque virtute sacramenti saltem virtualiter remissa non fuerint, secus de remissis directè vel indirectè.

Sup. hoc in Ref. & §. nor. præteritæ.

7. Nota hic obiter, quod quis per confessionem sacrilegam non sequitur Iubilæum quicquid en mente aliorum alibi dixerim, quia Pontifex requirit confessionem, vt tollatur impedimentum, ad hoc vt acquiratur indulgentia: at per confessionem inualidam non tollitur impedimentum, nempe peccatum mortale, proinde non obtinetur Iubilæum.

Alibi inf. in Ref. 54. §. 2. ad med. à vers. Dubitabis, &c.

8. Secus autem per sumptionem Eucharistiæ indignam, nam si quis sacrilegè communicauit, non tenetur. Et ducor à pari: sicut enim adimplens alia opera iuncta, quamvis sit in peccato mortali, nihilominus satisfacit oneri iuncto, ita etiam & communicans, dum manet in peccato satisfaciet impositioni huius operis; Verùm si communio sit vltimum opus ex iunctis non poterit ita communicans in eo momento lucrari indulgentiam: non ex eo quòd opus non sit factum in gratia, sed quia ad acquirendam Indulgentiam requiritur in acquirente status gratiæ, & amicitiæ Dei.

Sup. hoc in Resol. nor. præteritæ. Et sup. contento, à lin. 3. huius §. sup. in tr. 3. Ref. 2. propè fin. vers. Vnde.

9. Et ita ego olim docui contra Pasqualigum, quem etiam nouissimè refellit Bardi *vbi supra, quæst.* 3. *num.* 3. respondens ad omnia eius argumenta; non nego tamen eius sententiam esse probabilem quam etiam tuetur Amicus *in cur. theol. tom.* 8. *d.* 21. *sect.* 6. *num* 123. id quod constanter assero est, ipsum non benè, & parum modestè dixisse (quod etiam obseruat Bardi) opinionem contrariam auctoritate Doctorum, & efficaci ratione munitam esse improbabilem.

Docuit in Ref. quæ hìc est inf. 54. & in aliis eius primæ not.

RESOL. XLV.

An si quis intra tempus à Iubilæo præscriptum, confiteatur & ante consequutionem Indulgentiæ incidat in aliud peccatum teneatur iterum confiteri?

Et quid, si oblitus fuerit alicuius peccati, an requiratur, vt illud confiteatur intra tempus Indulgentiarum?

Idem dicendum est, si ex causa inculpatè peccatum aliquod omisit in confessione. Ex p.5.tr.12.Resol.1.

Sup. contento in hac Resol. inf. in Resol.54. cursim in §. Notandum est etiam, & sup. in Resol. præterita, §. Sed quid.

§.1. CAsus potest in praxi sæpiùs, accidere, v. g. præscribitur confessio intra hebdomadam, cõfessus est quis die Veneris, sed ante absolutum Sabbathum, in quo obtinetur indulgentia, peccat lethaliter, tenebitur iterum confiteri? & affirmatiuam sententiam tenet Suarez *in 3.part. tom.4. disp.54.sect.3. num 7.* Villalobos *in sum.tom.1. tract.26.diff.11.num.2.* Filliucius *tom.1.tr.8.cap.6.n.187.* & Sanctarellus *de Iubilæo,cap.14.dub.4.*

2. Sed illam non approbat Iacobus Granadus *in 3. part.de Sacrament.contr 12.tract.5.disp.4.n.8.* quia tenor indulgentiæ solùm præscribit confessionem, cum autem ea non sit necessariò facienda in vltimo tempore Iubilæi, sed posset fieri ante dies aliquot, non est cur nouum onus alterius confessionis imponatur, quia sine illo impletur sufficienter conditio requisita in tenore Indulgentiæ; & aliunde per contritionem liberari potest à peccato lethali denuò commisso, vt ita recuperet statum gratiæ, sine quo Indulgentiæ effectus non percipitur. Imò licèt tempore primæ confessionis oblitus fuerit aliquod lethale peccatum, non videtur obligandus ad illius confessionem intra tempus Iubilæi, nisi fortè Eucharistiam nondum suscepisset quia ipse nullo præcepto tenetur intra illud tempus confiteri, aliunde verò iam confessus est, & consecutus gratiam, quæ ad consequutionem Indulgentiæ requiritur. Ita Granadus, & nouissimè Ioan. Præpositus *in 3. part. D.Thom. quæst.14. de indulgent. dub.10. num 84.* vbi sic ait. Videtur dicendum eum qui ad effectum Indulgentiarum legitimè est confessus, si postea peccet, posse per contritionem disponi ad Indulgentias promerendas. Item non requiri vt oblitus alicuius peccati illud confiteatur intra tempus Indulgentiarum. Idem dicendum si quis ex causa inculpatè peccatum aliquod omittat in confessione, etiamsi in forma dicatur, Confiteatur omnia peccata, quia illo modo loquendi solùm designatur quòd ad effectum Indulgentiæ consequendum, confessio legitima requiratur. Hæc Ioannes Præpositus, cui etiam adde Nugnum, *in addit. ad 3. partem quæstio. 23. articul.3. dubit.4.* & huic sententiæ ego adhæreo.

Sup. hoc in §§.not. præteritæ.

Sup. hoc in Resol. præterita leg. doctr. §. Et quidem, & Resolutionum eius annot.

RESOL. XLVI.

Quis consequutus est Iubilæum, non tamen est confessus quia peccati mortalis sibi conscius non erat, quæritur, an transacto Iubilæo à peccatis reseruatis ante illud commissis, & oblitis absolui possit, & vota commutari?

Et in supra dicto casu, an Confessarius possit vota commutare, tametsi pœnitens Iubilæi tempore votum fecerit, & nolnerit dispensationem petere, an transacto tempore Iubilæi possit Confessarius hoc votum commutare?

Et si aliquis tempore Iubilæi non habuit copiam Confessarij, & contritus sacram Eucharistiam sumpsit & omnia pro lucrando Iubilæo perfecit, an possit absolui à reseruatis transacto tempore Iubilæi?

Et quid dicendum, v.g. ne manifestet complicem, vel ex alia iusta causa in confessione Iubilæi non manifestauit peccatum reseruatum, an postea, transacto Iubilæo, possit de tali peccato à quocumque confessario absolutionem obtinere? Ex part.3. tractat.4. Resol.149. aliàs 150.

Sup.hoc inf. in Resol.62.§. vlt. cursim admed.vers.

§.1. NEgatiuè respondeo, quia non fuit vllo modo ablata reseruatio, cùm nulla absolutio peccatorum data fuerit; non enim Iubilæum tollit ipso facto reseruationem, sed tantùm confert facultatem Confessario electo illam auferendi media absolutione, quæ in casu nostro non est data. Ergo, &c. & ita docet Sanchez *de matr.tom.3. lib.8.disp.15.n.21.* Henriquez *lib.6. cap.16. num.6.* Suarez *tom.4. disp.31. sect.4.n.9. & 24.* Floronus *de cas. reseru. p.1. cap.6. §.6. n.3.* Portel. *in addit.ad dubia Reg.ver.Iubilæum,num.19.* & alij.

2. Verùm opinionem contrariam tenet amicissimus, & doctus Sanctarellus *de Iubilæo cap.13. dub.2.* quia in rigore loquendo, cùm ad Iubilæum obtinendum confessio præcipitur, is qui nullius peccati mortalis conscius est, ad confitenda peccata venialia non tenetur licet vnicuique operæpretium esset præsertim, tunc temporis, de peccatis venialibus confiteri. Verùm cùm præfatus, quidquid ad Iubilæum erat necessarium perfecerit, iam Iubilæum lucratus est, & priuilegium, vt ab omnibus casibus reseruatis absoluatur, atque in votis reseruatis dispensetur, sibi vindicauit, quia confessio à tali homine non requiritur, & cùm priuilegium à prædictis casibus, & votis absoluendi ad tempus Iubilæi non restringatur, pœnitens etiam elapso Iubilæo, priuilegio sibi parto gaudere potest.

3. Ex his patet responsio ad argumentum contrariæ sententiæ. Nam dicendum est illa peccata esse adhuc reseruata, quia neque directè neque indirectè absoluta fuerunt, sed, quia talis fecit omnia opera necessaria ad lucrandum Iubilæum, & de facto illud lucratus est, ideo obtinuit priuilegium, vt à casibus reseruatis absoluatur, quod priuilegium ad tempus Iubilæi restringendum esse negamus, & ideo illo transacto potest à quocunque Confessario virtute illius priuilegij, & consequutione Iubilæi obtenti absolutionem à peccatis reseruatis obtinere, sicuti ex opinione ipsius Sanchez *in summa tom.1. lib.4. cap.54. num.40.* & aliorum. Confessarius potest vota commutare, tametsi pœnitens Iubilæi tempore votum fecerit, & noluerit petere dispensationem: quia cùm præfatus omnia ad Iubilæum consequendum requisita præstiterit, iam priuilegium vt sibi vota ante Iubilæum emissa secum dispensari possit, acquisiuit, quod priuilegium ad Iubilæi tempus non est limitatum; quapropter transacto prædicto tempore, parto priuilegio vti posse omnino dicendum est. Sed hoc accidit in casu nostro. Ergo, &c.

4. Itaque opinio Sanctarelli est probabilis; licèt contrariam nouissimè teneat Faustus *de Iubilæo lib.4. q.134.* sed cum Sanctarello consentit Alphonsus de Leone *tract.de Iubilæo p.1.q.17.num.197.* vbi etiam notat cum Zanardo *in direct.confess.p.1. de Sacram.Paris. cap.2.q.20.* quod si aliquis tempore Iubilæi non habuit copiam Confessarij, & contritus sacram Eucharistiam sumpsit, & omnia pro lucrando Iubilæo perfecit, potest absolui à reseruatis transacto tempore Iubilæi quia cùm Iubilæum adeptus sit, obtinuit iam priuilegium, vt absolui possit à reseruatis.

5. Notandum est etiam hîc à fortiori, quòd quando quis in confessione Iubilæi non manifestauit peccatum reseruatum, ne v. g. manifestaret complicem vel ex alia iusta causa, postea transacto Iubilæo potest de tali peccato à quocunque Confessario absolutionem obtinere, quia in tali casu peccatum illud habetur, vnde indirectè fuit illius reseruatio ablata, & ita docet Homobonus *in exam. Eccl. part.1. tract.5. cap.6. q.38.* & alij.

RESOL. XLVII.

An peccata venialia sint confitenda, quando requiritur confessio ad Iubilæum lucrandum?

Ex quo infertur, an qui caret mortalibus, & venialia tam-

tum

rum habet, teneatur illa sub mortali in Quadragesima confiteri pro præcepto Ecclesiæ? Ex p.3.tr.4.Ref.125. aliàs 126.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docent Fagundez *prac.2. lib.2.cap.2. num.20.* Sotus *in 4.dist.21. quæst.2.art.3.* Sanchez *de matrim. lib.8 disp.15.num.19.* & alij, quia hæc est vna, & potissima conditio, quam requirit Papa, vt quis Iubilæum consequatur, confessione scilicet peccatorum. Ergo.

2. Sed negatiuam sententiam probabiliorem esse existimo, & ita docent Beia *part.3.cas.37.* Suarez *in 3. part.tom.4. disp.52.sect.3. num.5.* Coninch. *de Sacram. disp.12. dub.7.num.3.* Filliucius *tom.1. tract.8. cap.6. num.145.* Henriquez *lib.7. cap.10. num.8. & cap.12. num.3.* Zanardus *in direct. Confess. part.1. de Sacrament. Pœnit. cap.21. quæs.24* Graffius *decis.... part.1. lib.4. cap.15.num.19.* Reginaldus *tom.1.lib.7. cap. vlt. quæs.2. num.173.* Comitolus *in resp. mor. lib.1. quæst.39. &* Benzonius *de Iubilæo, lib.5. cap.15. dub.6.* vbi sic ait. An qui non habet conscientiam peccati mortalis, teneatur confiteri pro Iubilæo consequendo? Respondetur breuiter nequaquam teneri, cùm enim sit in statu gratiæ, nec materiam necessariam habeat ad confessionem, non obligabitur pro Iubilæo consequendo ad illam. Vnde cùm neque diuino, neque positiuo præcepto obligetur quis ad confessionem, quando peccatum mortale non habet, neque tempore Iubilæi obligabitur. Sic Benzonius.

4. Dices cum Scoto, Bonauentura, Ales, Siluestro apud Benzonium *vbi suprà*, & Caietano *tom.1.opusc. de confess. tract.1.* & aliis, qui caret mortalibus, & venialia tantùm habet, tenetur sub mortali illa in Quadragesima confiteri. Ergo etiam tenebitur tempore Iubilæi. Respondeo hanc sententiam non esse veram, vt docent DD. quos citat, & sequitur Fagundez *pr.2. lib.2.cap.2.n.8.* & rationes inuenies apud illos.

RESOL. XLVIII.

An ad lucrandum dictum Iubilæum, si quis non habet mortalia, teneatur adhuc confiteri?

Ex quando in Bulla Iubilæi, vel Indulgentiæ dicitur omnibus verè pœnitentibus, & confessis, vel omnibus contritis, & confessis, &c. ad lucrandam Indulgentiam, an sufficiat vera, & perfecta contritio cum confessione in voto, seu cum proposito confitendi tempore debito secundum Ecclesiæ præceptum, etiam si lucraturus Indulgentiam commiserit peccata post vltimam confessionem?

Et an confessio sit præmittenda, quando in Bulla Iubilæi, vel Indulgentiæ exigitur, vel satis sit, vt postponatur, dummodo sit intra tempus Iubilæi?

Et quid est dicendum circa hoc vltimum in Iubilæo anni Sancti? Ex p.5.tr.12. Ref.30.

§.1. REspondeo contra Pollachum *de Iubilæo, sect.41. num.20.* Lauorium *de Iubilæo, part.2. cap.14.num.85.* Fernandez *in medulla cas. part.3.cap.7. §.8.num.8.* Homobonum *de casib.reseru. cap.5. obseru.5.* Flotonum *de cas.reseruat par 1.cap.6.§ 6.num.3.* Nugn. *3.part.quæst.27.art.3.dub.2.* Sanchez *de matrim.lib.8. disp.15.num.19. & in summ.tom.1. lib.4.cap.54.n.41.* Vegam *in summ. tom.1. cap.54. num.41.* & alios penes ipsos, confessionem sacramentalem non esse necessariam ad lucrandum Iubilæum, si quis peccata mortalia non habeat, quia Ecclesia non est solita præcipere confessionem, nisi de mortalibus, & ideo confessio absolutè accepta sumenda est pro confessione mortalium. Pontifex igitur præcipiendo in Iubilæis confessionem, loquitur suppositiuè, v. g. si ligeratus indiget confessione, & ita hanc sententiam docet Ludouicus à Cruz *in Bulla Cruc. disp.1. cap 8. dub.7.n.12.* Reginaldus *tom.1. lib.7.cap.vlt num 147.* Comitolus *in respons. moral. lib.1. quæst.39.* Coninck *de Sacrament. disput.12. dub.7.num.38.* Zanardus *in Director. Confess. part.1 de Sacrament Pœnitent.cap.21.quæst.24.* Benzon. *de Iubilæo, lib.5. cap.1.* Leo *de Iubilæo, part.1. num.75.* Fabrinus *de Iubilæo, cap.35.dub.6.* Sanctarellus *de Iubil. cap.14.dub.2. & 4.* Layman *lib.5. tract.7.cap.6. num.7. & cap.8.num.6.* Filliucius *tom.1.tract.8.cap.6. num.145.* Bottonus *de Iubilæo Sixti V. ver.conscientia fol.182. & 183.* Suarez *tom.4. disp.52.sect.3. num.5.* Henriquez *lib.7.cap.12.num.2.* Portel *in dub. regular. ver. Iubilæum, num.6.* Zerola *de Iubilæo, lib.1. cap.5. dub.6.* Faustus *de Iubilæo, lib.1.quæst.36.* Villalobos *in summ. tom.1.tract.26. diffic.24.num.11.* & alij.

2. Nota etiam contra Villalobos *in summ. tom.1. tract. 26. diffic.11. num.4.* Acostam *in Bulla Cruc.q.14.* Bellarminum *tom.1. lib.1. de Indulgent. cap. 13. quæst.3.* Sanctarellum *de Iubilæo, cap.14.dub.3.* Lauorium *de Iubilæo, part.2.cap.10.num.51.* Leonem *de Iubilæo, part.1. num.65.* Zerolam *de Iubilæo, lib.1.cap.15.dub.3.num.51. & 55.* Layman *lib.5. tract.7. cap. 6. num.7.* Bonacinam *de Sacram. disp.6.quæst.1.punct.5.num.5.* & alios, quòd quando in Bulla Iubilæi, vel Indulgentiæ dicitur, *Omnibus verè pœnitentibus & confessis, vel omnibus contritis & confessis, qui visitauerint Ecclesiam* &c. *concedimus plenariam Indulgentiam*; ad lucrandam eam sufficere veram & perfectam contritionem cum confessione in voto, seu cum proposito confitendi tempore debito secundum Ecclesiæ præceptum, etiamsi lucraturus Indulgentiam commiserit peccata post vltimam confessionem. Ita Coninck *de Sacram. disp.12. dub.7.n.38.* Sà *ver. Indulgentia, num.3.* Comitolus *in resp. mor. lib.1. q.39.* Ludouicus à Cruz *in Bulla Cruc. disp.1.c.8. dub.7. num.5.* Suarez *tom.4. disp.52.sect.3. num. 15.* Filliucius *tom.1.tract.8. cap.6.n.148.* Henriquez *lib.7. cap.12.n.1.* & alij, quia in tali casu confessio exigitur non vt opus, sicut solet exigi ieiunium, eleemosyna, &c. sed vt dispositio. Sup. hoc. sup. in tr.3. Ref. 147. & lege etiam doctr. alterius vers. eius annot.

3. Et tandem nota, quòd confessio non est præmittenda, quando in Bulla Iubilæi, vel Indulgentiæ exigitur, sed satis est si postponatur, dummodo sit intra tempus Iubilæi. Ita DD. citati, quicquid in contrarium doceat Nauarr. *de Indulg. notab. 32. num.39.* Benzonius *de Iubilæo, lib.5. cap.15. dub 4.* Pollachus *de Iubilæo, cap. 33.* loquentes tamen de Iubilæo Anni sancti. Quoad hoc sup. lege doctr. Ref. 39. & §§. eius not.

RESOL. XLIX.

An qui tempore Iubilæi per aliquam impotentiam physicam, vel moralem non potest confiteri, sed contritus post alia opera præscripta Communionem sumit, lucretur Iubilæum; Ex p.5.tr.12.Ref.29.

§.1. NEgatiuè respondet Bartholomæus à S. Fausto *tract. de Iubilæo, lib.4. quæst. 41.* quia hic non adimpleuit quæ in Iubilæo præscribuntur. Nec recurrendum est ad præsumptam mentem Pontificis, quia sumus in claris, & in claris non egemus coniecturis. Et ita hanc sententiam docet etiam Suarez *tom.4. disp. 52 sect.3.num.6.* Sanctarellus *de Iubilæo, cap.14.dub.13.* Filliucius *tom.1. tract.8. cap.6. num 146.* Lauorius *de Iubilæo, part.2.cap.14.num 80.* Homobonus *in examine Eccles.2. tract.8. cap.7. quæst.22.* & vterque Leo, Alphonsus, & Franciscus, hic *in thesaur. fori Eccles.p.1. cap.7. num.26.* ille *in tract. de Iubilæo, p.1. num. 69. & p.2.num.168.* Sup. hoc in Ref. & §. not. seq. & quoad hoc leg. sup. doctr. Ref. 44. & inf. Ref. seq.

2. Non desunt tamen contrariam sententiam docentes, vt Henriquez *lib.7.cap.10.§.6. in glossa lit. N. & cap. 12. §. 12. in glossa lit. H.* Reginaldus, *in praxi, tom. 1.lib.7.cap.vlt.quæst.2.num.172. & num.185.* Layman *lib.5.tract.7.cap.6.num.7. vers.Dico tertiò, in fine.* Fernandez *in Medulla cas. part.3. cap. 7. § 8. num.3.* Zanardus *in direct.Theol.part.1.de pœnit. cap.21.q.20.* Vega *in summa part.2. cap. 7. cas.31.* Zerola *de Iubil. lib.1.cap.15. dub.13. & 60.* & alij penes ipsos; & ratio est, quia in casu Iubilæi confessio non præcipitur tamquam actus, propter quem conceditur Iubilæum, sed vt securus sit dispositio ad Indulgentiam lucrandam, & dum confessio sacramentalis est impossibilis, est omninò præsumendum piam mentem Pontificis esse, vt in tali casu sufficiat contritio, dummodo omnia alia opera iniuncta in Iubilæo adimpleantur.

3. Quid ego sentiam dicam breuiter, hanc secundam sententiam tanquam probabilem sequutus sum *in 3.part. tract.4. resol.150.* Verùm habeo contra illam validissimum argumentum; vnde primæ sententiæ modò adhæreo, quia hic non est casus, vt quis habens peccatum mortale valeat communicare absque præuia confessione, nisi scandali periculum immineat: ergo, &c.

Quæ hic est sup. Resl.46. §. penult. ad med.

RESOL. L.

An excommunicatus contritus, si non potest obtinere absolutionem, lucretur Indulgentiam, aut Iubilæum si adimpleat alia opera iniuncta?

Et præsertim quoad eos, qui in aliquam hæresim inciderunt; & idem dicendum est de illis, qui sunt excommunicati ob pensiones, & debita, & sunt impotentes ad soluendum? Ex p.5.tr.12.Resl.13.

Quoad hoc lege doctr. præcedentis Resl. & alterius eius primæ annot.

§.1. CAsus potest sæpiùs accidere, & præsertim quoad eos, qui in aliquam hæresim inciderint & negatiuam sententiam docet Faustus *de Iubilæo, lib.3. quæst.55.* qui citat Suarez, Vgolinum, Siluestrum, Nugnum, & Sotum, quibus ego addo Filliucium *tom.2. tract.8. cap.6. num.136.* Layman *lib.1. tract.5. part.2. cap.2. num.2.* Pollachum *de Iubilæo, sect.4.num.22.* Lauorium *de Iubilæo, par.2.cap.14. num.51.* Sanctarellum *de Iubilæo; cap.15.dub.14.* Nugnum *in addit. ad.3.part. quæst.17. art.1.* & Fernandez *in exam. Theol. moral. part.3. cap.7. §.4. num.2.* & alios, quia excommunicatus etiam contritus, est membrum ab Ecclesia præcisum, atque adeò participare non potest influxum spiritualium bonorum ab ipsa Ecclesia prouenientium.

2. His tamen non obstantibus affirmatiuam sententiam docet Henriquez *lib.7 cap.18. num.2.* Emanuel Sà *ver. Indulgentia, num.2.* Alphonsus de Leone *de Iubilæo, part.1. num.197.* & nouissimè Bossius *de triplici Iubilæo, sect.4.cas.22.§.1.num.12.* Quia non videtur esse intentio piæ matris Ecclesiæ velle priuare huiusmodi suffragiis filios obedientes, & quantum est ex se omninò à contumacia recedentes, & ita dicendum est etiam ex intentione eiusdem Ecclesiæ illis prodesse Indulgentiam, illiúsque fructum lucrari posse. Confirmatúrque magis, quia excommunicatus potest præstare opera, pro quibus datur Indulgentia, potest enim orare in Ecclesia, priuatim ieiunare, facere eleemosynam, & licet ante absolutionem ab excommunicatione non possit recipere sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ, nihilominus quoad confessionem valde probabile est non esse necessarium quando quis vellet confiteri, & non potest, vt latiùs suprà ostendimus. Quoad communionem autem poterit excommunicatus pœnitens obtinere à Confessario electo commutationem in aliud opus pium, si Bulla Iubilæi, vel Indulgentiæ eiusmodi facultatem concedat, imò etiam confessio poterit tunc in aliud opus commutari huic excommunicato, vt dictum est suprà *num.6.* de suspenso à perceptione Sacramentorum. Ita Bossius.

3. Verùm ego primæ sententiæ tanquam probabiliori adhæreo quia vt rectè præter DD. citatos obseruat Hurtadus *de excommunic. disput. 3. difficult. 5.* Coninck *de Sacrament. disp.14.num.49.* & Sotus *in.4. dist. 22. quæst.1. art.1.* excommunicati quamuis contriti, ac proinde iusti, verè manent excommunicati, quia excommunicatio non tollitur pœnitentia & iustificatione, sed tantùm absolutione: ergo excluſi sunt à participatione Indulgentiarum. Non nego tamen sententiam affirmatiuam Bossij & aliorum esse satis piam & probabilem, vnde secundùm illam hæreticus si verè pœnituit, & absolutionem obtinere minimè potuit, obtinebit tamen Indulgentiam & Iubilæum si adimpleat alia opera iniuncta. Ita Bossius *loco citato.* Et idem dicendum videtur de illis qui sunt excommunicati ob pensiones, vel debita, & sunt impotentes ad soluendum. Ita Leo *vbi suprà*, & sic de similibus.

RESOL. LI.

An quando duobus diebus immediatis occurrunt duo Iubilæa, quorum quodlibet requirit confessionem, & communionem, teneatur, qui vult illa lucrari bis confiteri, & bis Eucharistiam sumere?

Et quid est dicendum de aliis operibus iniunctis in quolibet Iubilæo? Ex p.4.tr.4.& Misc. Resl.166.

§.1. HIc casus frequens est, & illum ponit Aloys. Sa Turrianus *in disp. select. par.2. disp.31. dub.* 64. & sic respondit. Non deficit, qui affirmaret id, quia quælibet Indulgentia requirit peculiaria opera; & sed longè probabilius est non esse necessarium bis confiteri, aut sumere Eucharistiam si pœnitens perseueret in gratia tempore vtriusque indulgentiæ, quia confessio & communio requiruntur in ordine ad dispositionem animæ, vt existens in gratia possit lucrari indulgentiam; secus de aliis operibus, sicut si quælibet indulgentia requirat dare eleemosynam, tunc enim necessaria esset dare duas eleemosynas, istæ enim non habent pro effectu primario emundare animam à peccato, neque videtur contraria intentio requirentis confessionem, & requirentis eleemosynam, quando expressè non constat de voluntate requirentis duas confessiones distinctas. Ita ille.

RESOL. LII.

An si in Iubilæo dicatur tantum, quod efficiatur Communio die Dominica, quis satisfaceret communicando in alia die hebdomadæ?

Et docetur Communionem factam in peccato mortali sufficere ad satisfaciendum oneri Communionis iniunctæ ad lucrandum Iubilæum?

Et pueri ex defectu ætatis Eucharistiam suscipere non valentes, an satisfaciant communicando spiritualiter, adimplendo cætera opera in Iubilæo præscripta; vel in tali casu an sit commutanda Communio in aliud opus pium?

Idem dicendum est de infirmis, & patientibus tussim, vomitum, vel quid simile; aut de eo, qui ex oblitione & incuria, seu inaduertentia die designato communionis, nempe die Dominico bibit, & ita de similibus. Ex p.5. tr.12.Resl.17.

§.1. Vi

§. 1. VIdetur respondendum negatiuè, quia constat de mente Pontificis. Verùm non desinam hîc admonere contrarium docere Angelum Bossium *de Iubilæo, sect. 4. cas. 20. num. 17.* vbi sic ait: etiamsi in Bulla expressè diceretur vt fieret die Dominica, quæ ieiunia proximè sequitur, & non adderetur, seu in alio die dictarum hebdomadarum, adhuc mihi videtur probabile quòd satis sit sumere Eucharistiam in alio die dictarum hebdomadarum antequam ieiunia sint completa, nam tunc dies Dominica non assignaretur communioni præceptiuè, sed consultiuè tanquam tempus magis congruum perfectissimo operi ob sui excellentiam requirentis maiorem operantis dispositionem, ad quam dispositionem conferunt ieiunia & eleemosynæ, ac proinde congruentiùs communio fit vltimo loco, præmissis cæteris operibus tanquam præuiis dispositionibus. Confirmatur primò ex iis, quæ infrà dicemus. Si enim satis est communicare Feria 2. post Dominicam, multo magis sufficiet communicare ante dictam diem Dominicam. Confirmatur secundò ex dictis *supra* de Confessione. Et licèt Sixtus V. in sua Bulla Iubilæi *anni* 1585. ponat communionem vltimo loco, assignans illi diem Dominicam his verbis. Die verò Dominica, quæ dictas eleemosynas atque orationes proximè sequetur, sacrosanctam Eucharistiam deuotè accipiant. Propter quæ verba Bottonus *in dictam Bullam, pag. 224. propos. 4.* tenuit communionem de necessitate pro lucro dicti Iubilæi fuisse faciendam vltimo loco post reliqua omnia opera, & in die Dominica proximè sequente ieiunia. Nihilominus reliqui Summi Pontifices dum in suis Bullis Iubilæorum addiderunt illa alia verba, *aut in alio die dictarum hebdomadarum*, declararunt Papæ intentionem esse, quòd licèt conuenientius sit præmittere ieiunia, & postea die Dominica communicare. Vnde semper in Bullis prius præscribuntur ieiunia, & deinde communio; tamen hic ordo non est omninò necessarius. Quare dicta verba, *aut altero die*, &c. à posterioribus Pontificibus addita potius sunt, vt sæpè fit, ad tollendam omnem dubietatem, & scrupulos, quàm ad faciendam nouam dispositionem. Ita Bossius qui etiam cum DD. à me citatis *in 3. part. tract. 4. resolut. 150.* probabiliter docet communionem factam in peccato mortali sufficere ad satisfaciendum oneri communionis iniuncto ad lucrandum Iubilæum, si eadem communio non sit vltimum opus in Iubilæo præscriptum. Et respondet ad argumentum pro contraria sententia dum in Iubilæo dicitur Eucharistiam sumendam esse reuerenter & deuotè, quod non potest dici de illo, qui illam sumit cum peccato mortali, respondet, inquam Bossius, quod illæ particulæ possunt sumi adhortatiuè, & non præceptiuè, ita vt Papa solùm inuitet & adhortetur fideles ad reuerenter & deuotè suscipiendum Eucharistiæ Sacramentum, consulendo id, quod perfectius est, & securius, quo pacto explicet particulam, *deuotè*, Bottonus *pag. 271.* Si enim Papa præciperet modum Indulgentiæ & deuotionis, tanquam necessarium ad lucrandam Indulgentiam, is, qui cum peccato veniali actuali, v. g. cum voluntaria distractione animi ad res vanas, & inutiles, vel ostentationis, & vanæ gloriæ causa, vel cum quocumque actuali affectu, aut proposito peccati venialis sumeret Eucharistiam ad satisfaciendum oneri communionis, non lucraretur Indulgentiam Iubilæam, quia non accederet deuotè, aut reuerenter, ergo, &c. Secundò illa particula, *reuerenter*, potest commodè intelligi de reuerentia quæ consistit, tum in externa compositione & modestia, qua fideles debent ad Eucharistiam accedere, tum in actibus internis qui non excludunt culpam mortalem habitualem, vt sunt sumere Eucharistiam animo exercendi actum latriæ, & cultus Christianæ Religionis, aut actum fidei externum, aut obediendi Ecclesiæ, vel Papæ, aut præbendi bonum exemplum cæteris fidelibus, iuxta quam acceptionem ille non reuerenter sumeret Eucharistiam, qui existens in peccato mortali illam sumeret solùm animo peccandi, seu inferendi iniuriam Christo, & nullo modo neque virtualiter, neque formaliter ad aliquem finem honestum dictam communionem ordinaret; particula quoque, *deuotè*, non importat idem quod dignè, seu absque conscientia peccati mortalis ad Eucharistiam accedere, sed idem sonat quod attentè, seu mente non omnino ad aliud voluntarie distracta. Quare qui sumit Eucharistiam intentione actuali, vel saltem virtuali colendi Christum, vel lucrandi Iubilæum, seu obediendi Ecclesiæ, aut Papæ, etiamsi sit in statu peccati mortalis cogniti, dici potest sumere Eucharistiam deuotè, licèt non sumat dignè.

2. Notandum est etiam hîc obiter contra Fernandez *in Medulla p. 3. cap. 8. §. 8. num. 3.* & Zanardum *in direct. Confess. p. 1. cap. 21. quæst. 28.* pueros ex defectu ætatis Eucharistiam susipere non valentes, minimè satisfacere communicando spiritualiter adimplendo cætera opera in Iubilæo præscripta, nam in tali casu commutanda est communio in aliud opus pium, vt rectè obseruat Faustus *de Iubilæo, lib. 4. quæst. 45.* sicut etiam infirmis & patientibus tussim, vomitum, vel quid simile, aut ei qui ex obliuione, & incuria, seu inaduertentia die designato communionis, nempe die Dominico, bibit, & ita in similibus casibus.

Sup. hoc magis latè inf. in Resol. 54. §. pen. & vlt.

Sup. hoc magis latè sup. in Resol. 38. §. vlt.

RESOL. LIII.

An si quis suscipiat Eucharistiam in peccato mortali, vel faciat confessionem sacrilegam, lucretur postea Iubilæum, si in vltima Iubilæi periodo per actum contritionis sit in gratia? Ex p. 3. tr. 4. Resol. 147. alias 148.

§. 1. NEgatiuam sententiam docent Sanctarellus *tr. de Iubilæo cap. 7. dub. 2.* & Petrus Prost *in spicilegio Theol. de Iubilæo c. 7. dub. 2.* Zanardus *in direct. confess part. 1. de sacram. Pœnit. cap. 21. quæs. 28.* Alphonsus Leone *tract. de Iubilæo part. 2. sect. 5. n. 108.* & alij, quia Summus Pontifex confessionem validam, & communionem ritè factam exigit.

Sup. hoc in Resol. præterita, §. 1. ad med. à vers. Ita Bossius qui, & in Resol. seq. § 1. & 2. & Superius in tr. 1. Resol. 5. §. vlt. cursim ad med. & inf. in tr. 5. Resol. 12. §. vlt. & c. Et pro confessione sacrilega in Resol. 2. huius not. in eius §. 2. ante med. à vers. Dubitabis an. & in aliis eius annot. & superius in tr. 3. ex Resol. 2. in §. vlt. ad med. vide eius doctr.

2. At ego opinionem contrariam non minus probabilem esse puto, quam tuentur Fernandez *in exam. Theol. mor. p. 3. cap. 7. §. num. 1.* Henriquez *lib. 7. cap. 9. num. 5.* & nouissimè Bartholomæus à Sancto Fausto *de iubilæo, lib. 4. quæst. 46.* quia non est necessarium (ait ille) vt quis sit in statu gratiæ toto tempore, quo singula opera facit, sed sufficit, vt in vltimo instanti, in quo vltimum opus perficitur, sit in gratia. Dicendum est igitur, quòd si in die Dominica in ipso Iubilæi termino in gratiam cum Deo talis rediret, obtineret quidem Iubilæum, non obstante, quòd confessio fuerit inualida, & communio in peccato mortali facta. Igitur vtraque opinio est probabilis.

RESOL. LIV.

An ad lucrandum Iubilæum sufficiat indigna Communio, seu facta in peccato mortali?

Ex quo infertur, an si quis fecit intra hebdomadam Iubilæi confessionem sacrilegam, sufficiat ad effectum Indulgentiæ habere contritionem ante finem hebdomadæ, an vero debeat iterum valide confiteri?

Et an, si quis det alteri tempore Iubilæi eleemosynam distribuendam, si iste talis non distribuat, Indulgentiam non lucretur?

Et

Et quid, si tamen præcipiat Oeconomo, vt in tali casu det eleemosynam?

Et quid est dicendum, si emitteretur eleemosyna tempore Iubilæi ad pauperem distantem, ad quem non posset peruenire intra illam hebdomadam; an tunc eleemosyna non daretur intra tempus legitimum?

Et an in prædicto casu Iubilæi si eleemosyna daretur ficto pauperi, lucraretur Iubilæum?

Et an si quis lucraturus Iubilæum confiteatur, & antequam adimpleat opera iniuncta, incidat in mortale, teneatur iterum confiteri?

Et quid dicendum est de eo, qui in confessione facta de aliquo peccato obliuiscatur; aut ex causa inculpatè peccatum aliquod in confessione omittitur?

Et an sufficiat Communio, quæ præcedat tempus Iubilæi?

Et quid, quando plures Indulgentiæ eadem die diuersis Ecclesiis concessæ sunt iis, qui post confessionem, & communionem eas visitauerint & ibi orauerint; an tunc vnica confessio, & communio sufficiat ad lucrandam vtramque Indulgentiam?

Idem dicendum est, si Indulgentia non eadem die, sed sequenti, vel intra debitam distantiam occurrerit.

Et tandem quæritur, an coniunctio Communionis pro Iubilæo non afficiat pueros, & proinde non sit opus commutatione? Ex p. 10. tract. 13. & Misc. 3. Ref. 55.

Sup. hoc sup. in Ref. 52. §. 1. ad med. vers. Ita Bossius, & in Ref. 53. & superiùs in tr. 1 Ref. 5. §. vlt. cursim ad med. & inf. in tr. 5. Ref. 12. §. vlt. & hic sup. in Ref. 44 §. penult. & vlt.

§. 1. SEntentiam negatiuam tenent Doctores, quos citat & sequitur Pasqualigus *in Praxi de Iubilæo, decis. 76. num. 3.* qui affirmatiuam sententiam omninò improbabilem putat.

2. Sed immeritò, nec debebat tot Doctorum virorum sententiam, nota improbabilitatis inurere: nam ita tenent Suarez, Filliucius, Henriquez Bonacina, Corduba, Faustus, & Fernandez, quibus addo Quintanaduenam *de Iubilæo duarum hebdomadarum, cap. 26. num. 3.* vbi sic ait. [El que hiziera comunion sacrilega si despues hiziera la vltima diligencia en gracia, ganaria el Iubileo sin ser necessaria otra Communion, que basta sea en si buena està obra, y con ella se cumpliera, como cumple con el precepto de la Missa el dia de Fiesta el Sacerdote, que celebra en mortal. El que con confession informe, en que no recibiesse gracia, comulgasse con buena fe, sin otra Confession, ni Communion le gauana. Ita ille; & ante illum Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo, *de Sacram. Pœnit. disput. 27. sect. 3. num. 103.* vbi ita asserit: Dubitabis an si fecit aliquis intrà hebdomadam Confessionem sacrilegam, sufficiat ad effectum Indulgentiæ habere contritionem ante finem hebdomadæ; an verò debeat iterùm validè confiteri? Prima opinio dicit, non requiri secundam Confessionem. Contraria tamen sententia vera est: Probari potest ex his quæ diximus præceptum Ecclesiæ obligare ad confessionem validam, nec ei satisfieri per sacrilegam, & inualidam confessionem. Similiter ergo, quando eadem Ecclesia confessionem exigit, de valida confessione intelligit: nam illa alia non est confessio, sed irrisio. Circà Communionem tamen, illam primam sententiam admitterem, vt licet sacrilega fuerit, non requiratur alia, cùm re vera fuerit vera, & valida Communio, licèt sine fructu propter obicem peccati. Hæc Lugo. Vnde contra id quod asserit Pasqualigus, hanc sententiam tanquam probabilem admittit doctus, & amicissimus Pater Gobat *de inbilæo, cap. 26. quæst. 69. numero 177.* sic asserens: Etiam qui sacrilegè communicat, ordinationi Pontificis Communionem requirentis satisfacit, eò quod Sacrilega quoque Communio sit propriè dicta Communio. Et censet Diana *resol. 17.* post Bossium, hanc doctrinam esse veram etiam tunc, cùm Pontifex dicit: Qui reuerenter, & deuotè communicauerint, &c. eò quod per ly reuerenter, intelligi possit reuerentia, & modestia exterior: per ly deuotè, attentio interior, quam sufficienter habet is, qui sumit Eucharistiam intentione actuali, vel virtuali colendi Christum, vel lucrandi Iubilæum, seu obediendi Ecclesiæ, vel Papæ. Hæc vtraque doctrina est, ob auctoritatem, & ob rationes à Bossio allatas, probabilis. Sic ille, & iterum Ego: puto tamen sententiam negatiuam esse probabiliorem.

Sup. hoc in Ref. 2. nor. præteritæ, & in Ref. 4. §. vlt. & sup. ex Ref. 44. quâ is recitaret lege eius §. Nota hic, & melius & magis latè in Ref. 43. vide eam per tot. & signanter à §. Sed ego.

Quæ hic est sup. Ref. 52.

3. Notandum est tamen hîc, me olim docuisse quod si quis det alteri tempore Iubilæi eleemosynam distribuendam, si iste talis non distribuat, Indulgentiam non lucrabitur: Sed hanc sententiam impugnat Pasqualigus *vbi suprà, quæstione 136. numero 3.* qui noterat in sui fauorem etiam adducere Gobat *de Iubilæo, capite 30. quæstione 80. numero 221.* & Lezanam *in Summa, tomo 3. verb. Iubilæum, numero 14.* Sed ego sententiæ negatiuæ, cui adhæsi, nunc etiam adhæreo, & me citato illam tenet Leandrus *vbi suprà, quæstione 49.* Quintanaduenas, *numero 12.* & amantissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, *num. 112.* vbi sic asserit: Dubitatur circa eleemosynam, an sufficiat dare famulo, vt ipse det pauperi; si tamen ipse famulus postea non det. Affirmant aliqui; quia iam Dominus dedit ex parte sua. Secus esse, si solum præcipiat Oeconomo, vt det: nam præcipere non est dare? Quare Oeconomo non dante, non dedit Dominus eleemosynam. Verùs tamen credo, in neutro casu satisfieri; quia dare est transferre dominium: famulo autem non dante eleemosynam, nondum est translatum illius dominium in pauperem, imo semper poterit Dominus reuocare mandatum, quandiu non est data eleemosyna; ergo nondum est translatum dominium, nisi forte aliquis iam pro ipso paupere acceptasset, tunc enim iam esset irreuocabilis donatio. Et ita videtur hanc partem tenere Corduba *de Indulgentiis, quæstione 26. dubio 2.* Vnde idem dicerem, si mitteretur eleemosyna tempore Iubilæi ad pauperem distantem, ad quem non posset peruenire intra illam hebdomadam: tunc enim eleemosyna non daretur intra tempus legitimum, cùm posset reuocari mandatum toto illo tempore, nisi aliquis, vt prædixi, pro paupere acceptasset. Ita ille: *qui num. 113.* optimè docet, quod dans eleemosynam ficto pauperi, lucraretur Iubilæum. Idem etiam tenet Quintanaduenas, *numero 15.* Gobat *numero 222.* Leandrus *quæst. 69.* cum aliis.

4. Notandùm est etiam, Pasqualigum, *decisione 65.* docere, quod si quis lucraturus Iubilæum, confiteatur, & antequam impleat opera iniuncta incidat in mortale, tenetur iterum confiteri. Sed ego contrarium docui, & nunc doceo; & me citato docet Leandrus *tom. 1. tract. 5. disp. 14. quæst. 79.* qui idem dicendum affirmat de eo, qui in confessione facta de aliquo peccato obliuiscatur, aut ex causa inculpate peccatum aliquod in confessione omittitur. Et hæc omnia etiam docet Quintanaduenas *vbi suprà, cap. 18. num. 7.*

5. Nota etiam hîc Pasqualigum, *quæst. 77. num. 4.* docere, non sufficere communionem, quæ præcedat tempus Indulgentiæ. Sed debere esse communionem eiusdem diei, in quo statuta est Indulgentia. Quod ita accipi debet, vt si Indulgentia duret per plures dies, sufficiat in aliquo ipsorum sumpsisse Eucharistiam. Si verò per vnicum diem, sufficiat sumere Eucharistiam illo die, vel die præcedenti, si Indulgentia incipiat à primis Vesperis. Sed contrariam sententiam tenet Cardinalis Lugo *vbi suprà, num. 93.* sic asserens: Aduerte tamen, hoc non procedere, quando

do plures Indulgentiæ eadem die diuersis Ecclesiis concessæ sunt iis, qui post confessionem, & communionem eas visitauerint, & ibi orauerint: tunc enim vtraque confessio, & communio sufficit ad lucrandam vtramque Indulgentiam, vt notauit Turrianus *vbi supra*, & Diana, *tom.4.tract.4. Miscellan.resol.166.* quia confessio & communio non videtur exigi directe, sed præsuppositiue ad maiorem dispositionem subiecti ad finem intentum. Vnde idem dicendum esset, licet secunda Indulgentia non eadem die, sed sequenti, vel intra debitam distantiam occurreret Ita Lugo; & post illum Gobat *loco citato num.181.* cuius verba hæc sunt: Idipsum dicendum esse, licet secunda Indulgentia non eadem die, sed sequenti, vel intra debitam distantiam occurreret, existimat Lugo *loco citato* post Comitolum, *quæst.39.* qui interrogatus, vtrum qui primo die Augusti Sacramenta confessionis, & communionis susceperant, nil plane cogitantes de Indulgentia, quæ omnibus confessis & communicatis proponebatur ad diem sextum eiusdem mensis, possent sine noua confessione, communione lucrari illam Indulgentiam? Rotundè respondit posse, eam potissimum ob causam, quod illi, de quibus erat sermo, vere potuerint dici, esse confessi, & communicati. Comitolum integre sequitur Portel, *num.5.* Et quando duobus diebus immediatis sunt duæ Indulgentiæ plenariæ, requirentes confessionem, & communionem, sentit cum Comitolo, Turrianus *in sel.disput.* relatus à Diana, *part.4. tract.4. num.166.* non dissentiente. Hæc Gobat; qui pro hac opinione citat etiam Escobar, quibus etiam adde me citato Quintanaduenam *vbi supra*, *num.9.* & etiam me citato Lezanam, *in Summa, tom.4. verb. Indulgentiam, num.15.*

6. Et tandem nota Pasqualigum, *quæst.81. num.3.* firmate, quod iniunctio communionis pro Iubilæo non afficiat pueros, sed tantum eos, qui iam apti sunt ad suscipiendam Eucharistiam: & proinde non esse opus commutatione. Ratio autem est quia prohibentur à iure, seu consuetudine sumere Eucharistiam, & Pontifex id non ignorat; atque adeò conditio communionis quoad ipsos est impossibilis de iure. Ergo non censentur imposita pro ipsis: nam conditio de iure impossibilis, etiam si apponatur, habetur pro non posita *cap. Tua, & cap. Requisuisti de Testament. & Clement.1. de Relig. domib.* Confirmatur. Cùm Pontifex sciat pueros non posse sumere Eucharistiam, si etiam quòd ad ipsos iniungeret hanc conditionem, frustra iniungeret, quia obstat ius, ne possit impleri.

7. Sed communis sententia est in contrarium, quam ego * docui, & quam nouissimè tuetur Quintanaduenas *vbi supra*, *num.4.* [No dixeron bien Fernandez, y Zanardo, que los niños incapaces de comulgar sacramentalmente comulgassen espiritualmente (como fuesen capaces para esta comunion no siendolo para aquella) A los tales auerse esta de comutar en otra obra pia especifican Fausto *de Iubilæo, lib.4. quæst.45.* Lorenzo de sancto Francisco, *notatione* 8. y otros. Ni dixo bien Fr. Filipe de la Cruz, *tract.1.§.11.numero* 3. Que los niños no comulgando ganauan el Iubileo, si hiziian las demas diligencias. Aduiertase para este, y otros Iubileos, y para el articulo de la muerte la doctrina, que con tanta autoridad, y razones prueba Iuan Sanchez, *Select. disput.26.* Que à los niños en llegando al vso de razon, ò años de discrecion aunque solos sean siete, si saben distinguir los malo de lo bueno; y qual es pecado, se à de dar y deue la Eucharistia, y que della es capaz, el que lo es de la confesion, y que mas capacidad se requiere para esto, pol ser mas dificiles de aprehender sus actos de examen, dolor, proposito, &c. que para à quella, que son mas faciles: que alli no ay pan, si no Christo, que se à da recibir en ayunas, y sin pecado grande, confessandolo antes.] Ita ille. Ea verò, quæ in hac, & sequenti Resolutione obseruabimus, dicta esse volo ad magis confirmandas aliquas opiniones à nobis alibi adductas, non quod existimem opiniones Patris Pasqualigi viri docti, & admodum acutissimi, non esse satis probabiles.

Alibi in omnibus Ref. designatis in omnibus annotationibus huius Ref.

RESOL. LV.

In præterito Iubilæo, cum quis illud obtinuisset in prima hebdomada, incidit postea in casus reseruatos, & fuit in secunda hebdomada iterum à quodam Confessario absolutus; quæsiuit à me dictus Confessarius, an peccauerit, & teneatur de errore admonere pœnitentem?

Et resolutio huius casus pendet ex illa quæstione, an si quis priori hebdomada expleuit opera iniuncta in Iubilæo, & illud comparauit, possit in secunda hebdomada iterum lucrari, & à reseruatis absolui? Ex p.2. tr.17.& Misc.3. Res.99.

§.1. REspondi, esse maximam inter DD. difficultatem, an si quis priori hebdomada expleuit opera iniuncta in Iubilæo, & illud comparauit, possit in secunda hebdomada iterum lucrari, & à reseruatis absolui? Negantem sententiam sustinet Layman *in Theol. mor.lib.5.tract.7. cap.8. num.9.* Sanchez *in sum. tom.1.lib.4.cap.54 num.30.* Suarez *de Relig.tom.2. lib.6. cap.16.num.vlt.* Bonacina *de Sacr.disp.5. quæst.7.punct 5. §.3. num.17.* Rodriquez *in sum. tom.4. cap.188. num.2.* & nouissime Raphael de la Torre *tom.1.in 2.2.quæst.88. art.12.disp.6. num.8.* vbi ait. Annotandum est, falsam esse sententiam existimantem, quòd si quis in prima hebdomada factis omnibus diligentiis ad gratiam Iubilæi consequendam, obtineat voti alicuius commutationem; si postea iterum voueat, potest sequenti hebdomada, illius voti nouiter facti commutationem obtinere, si iterum faciat diligentiam ad consequendam gratiam Iubilæi necessariam, falsa, inquam, est hæc positio, quia in forma Iubilæi expresè habetur, gratiam consequendam esse, vna è duabus hebdomadibus disiunctiuè; ait enim, qui prima hebdomada post publicationem, vel in sequenti post illam.

Sup. hoc in Ref. seq. & in prima post. seq. à lin.4. & in tom.1.tr.3. Ref.160. §. Accedit. paulo post initium, à vers. Ideoque, in to.7. tr.1.Ref.109 §.2. cursim ad medium.

2. At contraria sententia non falsa, vt ait Torres, sed probabilis visa est Bonacinæ, qui contrariam opinionem vocat tantùm probabiliorem: & illam absolutè tuentur hi omnes, Iacobus de Graffis *in appendice ad suas dec. lib.2. cap.5. n 23.* Alphonsus de Vega *in sum. tom.2.cap.7.cas.19.* ex Societate Iesu Henriquez *de Indulg. lib.7. cap.11.num.1. de pœnit.lib.6. cap.16.num.3.* & Reginaldus *in sua praxi tom.1. lib.8. cap.5. sect.2. num.64.* ex nostra religione P. Molfesius *in sum.tom.1. tract.7. cap.16. num 45.* quia, vt ipse ait, si propter opera indulgentia conceditur, & duabus vicibus quis adimplet opera in tempore præfixo, non est ratio conuincens, cur bis indulgentiam prædictam non lucretur. Deinde est valde probabile, indulgentiam tempore limitato concessam, modò in ea non limitetur, vt semel tantùm acquiratur, posse plus quàm semel comparari. Ergo, &c. Tertiò, quia versamur in materia fauorabili, nulli perniciosa; ergo latam interpretationem admittit. Quartò, absolutio reseruatorum potest sæpiùs obtineri ante consecutionem Iubilæi; ergo etiam potest obtineri obtento Iubilæo, si tamen non sit transactum tempus Iubilæi.

3. Ad argumentum Raphaelis de la Torre & aliorum, respondetur ex mente nostri Molfesij, illam particulam disiunctiuam respicere commoditatem ipsorum fidelium, vt qui non possit, vel nolit prima hebdomada opera adimplere, adimpleat in secunda. At non

sequitur

sequitur excluso, vt nequeat duabus vicibus quis indulgentiam lucrari, si opera faciat. Hæc ille. Et ita stante probabilitate huius opinionis, ad nihil obligaui supradictum confessarium, qui in secunda hebdomada Iubilæi absoluerat alia vice illum pœnitentem.

RESOL. LVI.

An qui lucratus est Iubilæum in prima hebdomada, iterum in secunda hebdomada possit illud lucrari? Ex part. 5. tr. 12. Res. 28.

§. 1. NEgatiuè respondent Doctores, quos ego citaui *in 2. part. tr. 17. resol. 49.* quibus nunc addo Portel *in dub Regular. ver. Indulgentia, num. 16.* Fausti *in Thes. rel. lib. 4. q. 61.* & ita hanc sententiam declarasse sacram Cardinalium Congregationem testatur Filliucius *tom. 1. tract. 8. cap. 10. n. 261.* vbi sic ait. Aduerte tamen hoc mense Maio anno 1620. declarasse sacram Congregationem Concilij tantùm semel acquiri Indulgentiam per Iubilæum, & semel tantùm à casibus absolui quempiam posse; quare huic declarationi standum erit.

Quæ hîc est Res. antecedens, & in aliis eius not.

2. Cui ego, vt par est, omni cum reuerentia starem, si mihi constaret talem declarationem verè emanasse à sacra Congregatione; sed quia de illa non constat authenticè, puto posse interim pœnitentes & Confessarios in praxi affirmatiuam sententiam sequi cum Doctoribus, quos ego ipse *vbi supra* citaui, quibus nunc addo Benzonium *de Iubilæo, lib. 5. cap. 15. dub. 23.* Zerolam *de Iubilæo, lib. 1. c. 16. q. 20.* Sanctarellum *de Iubilæo, c. 5. dub. 4.* Lauorium *de Iubilæo, p. 1. cap. 21. n. 65.* Leonem *de Iubilæo, part. 2. n. 183.* Fernandez *in medulla p. 3 cap. 7. §. 8. numero 4.* & nostrum Naldum *in summ. ver. Indulgentia, numero 4. & 5.* cum Florono *de casibus reseruatis, part. 1. capit. 6. §. 5. numero 2.*

RESOL. LVII.

Qui lucratus est Iubilæum Messanæ, postea negociandi causa Panormum venit, vbi Iubilæum celebratur; quæritur, an possit illud lucrari, & Confessarius à peccatis reseruatis de nouo incursis illum possit absoluere?

Et docetur Sacram Congregationem respondisse semel tantum sumi posse Iubilæum tam in anno Sancto, quam in alijs.

Et notatur, quod, qui tempore, quo fuit publicatum Iubilæum in sua Patria, & ex aliqua ignorantia inuincibili non habuit notitiam illius, poterit illo tempore transacto, lucrari inter duas hebdomadas à die notitiæ.

Idem dicendum est de illo, qui Feria sexta vel Sabbatho habuit notitiam de Iubilæo. Ex p. 3. tract. 4. Res. 150. aliàs 151.

§. 1. Hîc casus frequenter potest accidere, & non ita facilè apud authores inuenies. Noster Alphonsus Leone *in tract. de Iubilæo part. 2. quæst. 17. num. 196.* affirmatiuam sententiam docet, & potest probari hæc opinio; quia multi asserunt posse duabus hebdomadibus lucrari Iubilæum ab eodem, vt docent Floronus *de cas. reser. part. 1. cap. 6. §. 5. numero 2.* Reginaldus *in praxi tom. 1. lib 8. cap. 5. sect. 2. numero 65.* Henriquez *lib. 6. cap. 16. numero 3.* Fernandez *in exam Theol. moral. p. 3. cap. 7. §. 8. numero 4.* Zanardus *in direct. Confess. part. 1. de Sacram. Pœnit. cap. 21. quæst. 30.* Naldus *in summ. ver. indulgentia, num. 4.* & alij penes ipsos. Ergo, &c.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Res. & in aliis earum notationum.

2. Non reticebo tamen Filliucium *tom. 1. tract. 8. cap. 10. num. 178.* adnotare Clementem VIII. rogatum, respondisse semel tantùm sumi posse Iubilæum tam in anno Sancto quàm in aliis. Et ita respondisse sacram Cardinalium Congregationem, de hoc interrogatum testatur idem Filliucius *num. 261.* quod antea docuerant multi Doctores, vt Sanch. *in summa, tom. 1. lib. 4. cap. 54. numero 30.* Suar. *de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 16. numero 17.* Portel. *in addit. ad dubia Reg. ver. Iubilæum, num. 10.* Benzonius *de Iubilæo lib. 5. cap. 15. dub. 23.*

3. Verùm certum est, quòd si quispiam dum in patria versabatur, Iubilæum lucrari neglexerit, elapsis verò duabus hebdomadibus aliò pergat, vbi Iubilæum durat, illud, omnia requisita in Bulla exequendo & adimplendo, consequi poterit. Ita Sanctarellus *de Iubilæo, cap. 7. dub. 1.* Vgolinus *de potest. Episcop. cap. 4. §. 4. num. 5.*

4. Notandum est etiam hîc obiter, quòd qui tempore, quo fuit publicatum Iubilæum in sua patria, ex aliqua ignorantia inuincibili non habuit notitiam illius, poterit illo tempore transacto lucrari inter duas hebdomadas à die notitiæ. Ita Bottenus in obseruationibus Iubilæi Sixti V. *fol. 131.* Et idem dicendum est de illo qui feria sexta, vel Sabbato habuit notitiam de Iubilæo, vel cum isto Confessarius commutet in alia opera ieiunia prætermissa, & illum absoluat, & communionem sumere faciat in illa hebdomada non transacta.

RESOL. LVIII.

Plausibilis est Confessarijs illa quæstio. An qui voluntarie, vel ex oblinione tempore Iubilæi non petijt commutationem alicuius voti, possit inde post transactum Iubilæum, etiam post multos annos eamdem commutationem obtinere?

Supponimus omnia opera præscripta fecisse, & Iubilæum consequutum fuisse.

Idem est de dispensatione in irregularitate, & dereliquis in Iubilæo concessis. Ex par. 2. tr. 16. & Misc. 1. Res. 9. aliàs 11.

§. 1. NEgantem sententiam amplexus est Regius *in suis resol. cas. 21. per totum*, qui citat Bejam & Graffium, idem docet Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 6. c. 6. n. 14. & 15.* Bonac. *tract. de legibus, disp. 4. quæst. 2. punct. 7. §. 3. n. 14.* & nouissimè Filliuc. *in q. 2. mor. tom. 2. tr. 26. c. 10. n. 302.* Et ratio est, quia sacerdos qui caret iurisdictione, non potest dispensare, & commutare vota, sed confessarius transacto Iubilæo, caret iurisdictione, cùm illa facultas absoluendi, dispensandi & commutandi sit alligata tempore quindecim dierum. Ergo &c. Nec valet exemplum de peccatis oblitis, de quibus postea transacto Iubilæo potest quis absolutionem obtinere, nam est disparitas inter vota, & peccata reseruata oblita: hæc enim si habeant annexam censuram, per absolutionem generaliter tollitur censura, si non habeant, tollitur saltem reseruatio quia absoluuntur indirecte, hoc ipso, quòd per obliuionem non fuerint confessa.

2. Sed ego contrariam opinionem, etiam probabilem, & tutam in praxi esse existimo. Et illam tuetur Henriquez *in sum. lib 7. de indulgent cap. 11. num. 4.* Sayrus *in Clau Regia lib. 6. cap. 12. numero 17.* & alij quos citat, & sequitur Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 44. num. 39. & 40.* Nam, quamuis opera in Iubilæo præscripta, ad eius executionem alligentur tempori designato

signato in eo, ita vt eo tempore trãsacto, fieri nequeant, ar iis factis in illo tempore consequens Iubilæum comparat priuilegium, vt absoluatur ab omnibus reseruatis, & in quibusdam secum dispensetur, & vt commutentur ei vota, vsque ad Iubilæi tempus emissa. Quod vtique priuilegium tempori certo adstrictum non est, vt constat ex ipsius tenore, qui vbi priùs operata facienda tempori alligauit descendens ad priuilegia concessa, sic ait absque vlla temporis limitatione. Considerans vt possint hac vice tãtum idoneos presbyteros approbatos, eligere, qui eorum Confessionibus diligenter auditis, licitè valeant ipsos absoluere, &c. nec non & vota commutare, &c. Sicut si Pontifex eroganti certo die eleemosynam, concedat priuilegium aliquod, erogatio eleemosynæ alligatur tempori, non autem priuilegium. Et confirmatur, quia in Bulla Cruciatæ expressit Pontifex finito anno, cessare omnia eius priuilegia, itaque cùm in Iubilæo hoc non exprimat, apparet non velle illa cessare.

3. Ex his patet responsio ad argumentum Bonacinæ, & aliorum. Nam dicimus, Sacerdotem etiam transacto iubilæo, habere iurisdictionem, & potestatem commutandi vota illius pœnitentis, qui Iubilæum consequutus est, nam priuilegium commutandi talia vota non erat alligatum tempori, sicuti alia opera ad consequendum supradictum Iubilæum. Et ita hanc sententiam præter doctores citatos nouissimè amplexus est Leonardus Less. *in vltima editione operis sui doctissimi de institut. & iure, lib. 2. c. 40. dub. 16. n. 109.*

RESOL. LIX.

An si tempore Iubilæi quis noluit petere commutationem votorum, possit postea, transacto Iubilæo, illam petere?

Ex quo infertur, quod quando tempore Iubilæi quis, obtinuit a Confessario generalem commutationem, & dispensationem circa vota, (imo quando nulla facta est à Confessario electo commutatio) censeatur sublata reseruatio votorum oblitorum, & sic illa, transacto Iubilæo, possint commutari à quocumque Confessario, si pœnitens verè lucratus est Iubilæum. Ex part. 5. tract. 12. Resol. 40.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam alibi docui cum Sanchez & aliis, & nunc iterum docco cum Laurentio Portel *in dubiis Regular. ver. Indulgentia pro Iubilæo, num. 18.* vbi sic ait. Qui tempore Iubilæi habebat votum, & noluit pro tunc illud sibi commutari, potest nihilominus transacto Iubilæo petere illius voti commutationem eámque dare potest quilibet Confessor. Nam concessio illa sibi facta in Iubilæo pro commutandis votis, & hoc priuilegium non est alligatum tempori, quo durat Iubilæum, sed potest eo vti eo tempore transacto (non sic verò potest vti licentia vt absoluatur à reseruatis nisi de obitis Iubilæo finito.) Iam enim pœnitens per confessionem factam tempore Iubilæi acquisiuit ius ad hoc priuilegium, & vt posset postea dictum votum commutare, ita ille, & post illum nouissimè Angelus Bossius *de Iubilæo, sect. 2. cas. 47.*

2. Hic à fortiori infertur contra Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 6. c. 16. num. 4.* Filliucium *tom. 1. tract. 8. cap. 10. num. 209.* Layman *lib. 5. tract. 7. c. 8. num. 9.* Lauorium *de Iubilæo p. 1. c. 14. n. 94.* Pollachum *de Iubilæo, sect. 42. num. 69.* & alios quando tempore Iubilæi quis obtinuit a Confessario generalem commutationem & dispensationem circa vota, censetur sublata reseruatio votorum oblitorum, & sic illa transacto Iubilæo possunt commutari à quocumque Confessario. Ita tenet Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 15. num. 16. & in summa, tom. 1. lib. 4. cap. 54. num. 37.* Sanctarell. *de Iub. cap. 8. dub. 3.* Leo *de Iubilæo, part. 2. num. 201.* & Bossius *vbi supra, cas. 44.*

3. Imò ego puto etiam quòd quando intra tempus in Iubilæo præscriptum nulla facta est à Confessario electo commutatio vel dispensatio generalis votorum, sed aut nulla vota pœnitentis sunt commutata, vel ea sola in specie quæ ab eodem pœnitente fuerunt Confessario detecta vota oblita possint tempore Iubilæi elapso ab alio Confessario commutari, si pœnitens verè lucratus est Iubilæum. Ita Zerola *de Iubilæo lib. 2. cap. 12. dub. 10.* Henriquez *lib. 7. cap. 11. num. 4.* Sanch. *de matrim. vbi supra, num. 17. & in summa, num. 39.* Fernandez *in medulla, part. 3. cap. 7. §. 8. num. 6.* Sanctarellus *de Iubilæo, cap. 13. dub. 1.* Leo *loco citato, num. 200.* & alij, quicquid contrarium etiam probabiliter asserat Suarez, Filliucius, Layman, Pollachus, & Lauorius *locis citatis.*

Sup. contento in hoc §. lege doctr. Resol. præcedentis.

RESOL. LX.

An per generalem votorum commutationem factam virtute Iubilæi aut Bullæ possit Confessarius transacto postea tempore Iubilæi, vel Bullæ, illa commutare?

Et docetur, quod per absolutionem generalem datam in confessione vigore Iubilæi, vel Cruciatæ à censuris reseruatis, & dispensatione in irregularitatibus, & absolutione a peccatis oblitis reseruatis, non est dubitandum manere pœnitentem absolutum a censuris, & dispensatum in irregularitatibus; & quod peccata oblita reseruata possint transacto Iubilæo & Cruciata, confiteri, & absolui a quocumque Confessario ab Ordinario approbato.

Et deducitur, quod potest Confessarius intra tempus Iubilæi dicere pœnitenti, commuto tuum votum in illam rem, aut res, quam, aut quas tibi designabo post tres, aut quatuor hebdomadas post transactum Iubilæum.

Item potest Confessarius eligere commutationem votorum in rem illam, quam talis, aut talis iudicauerit prudenter sustinendam. Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. Resol. 30. aliàs 28.

§. 1. NEgatiuè respondet Texeda *in Theol. mor. to. 2. lib. 3. tract. 3. §. 4. contro. 10. n. 91.* Primò, quia ad rationem commutationis Voti, requiritur necessariò vt expressè cognoscatur Votum à Vouente emissum, & cuius qualitatis sit: sicuti ad rationem dispensationis requiritur necessariò, quod causa dispensationis cognoscatur à Dispensante. Secundò, quia ex vi illius generalis commutationis, vigore Iubilæi à Confessario factæ, vel Pœnitens manet absolutus ab obligatione Voti reseruati vel non: Si dicas secundum, iam illa commutatio generalis nihil operata est, neq; ablata fuit ab illo Voto reseruatio: si Primum, ergo iam potest fieri Votorum commutatio, absque cognitione expressa illorum; quod repugnat rationi commutationis: Insuper etiam sequitur, quod cùm Votum reseruatum iam immutatum sit, itavt Vouens illud frangens non sit Voti reus, vt vult Sanchez, siquidem non tenetur illud exequi circa aliam materiam subrogatam, cùm adhuc in illo tempore non sit signata.

Sup. hoc in Resol. præcedenti §. Hinc.

2. Immò sequitur ex sententia modernorum, quod quis sit obstrictus Voto reseruato, & quod non teneatur illud implere; quod est falsum, & contra ius naturale. Probatur; quia per generalem illam commutationem, non fuit ablata obligatio voti, cùm non fuerit alia materia subrogata; per commutationem enim veram non tollitur absolutè voti obligatio sed transfertur in aliam, vt ex dictis constat: ergo, cùm obligatio illa voti reseruati non sit in alteram translata, quia nulla fuit subrogata materia, manet re vera Votum, & eius obligatio, & tamen qui eo est obstrictus,

non tenetur illud seruare, cùm sit commutatiuum, vt supponimus.

5. Obiiciunt Aduersarij: prædicta Vota reseruata tempore habili sunt commutata, & solùm superest declaratio circà materiam subrogandam, ergo transacto Iubilæi tempore, possunt commutari Vota ante illud emissa, etiamsi reseruata sint, nec tunc commutata dummodò præcesserit illa generalis commutatio. Respondetur Primo; hoc argumentum minimè inficiare vim rationis nostræ, quæ contrà illud est. Secundò respondetur; quod quamuis illa generalis commutatio sit facta tempore habili, est tamen infructuosa, nec aliquid operatur, quia deficit in Confessario commutante Voti cognitio expressa, & eius materia. Nec est simile de absolutione generali à Censuris reseruatis, & de Dispensatione in Irregularitatibus, ac de commutatione Votorum, vt malè opinantur præfati Moderni: nam Censura, etiamsi annexa sit casibus reseruatis, cùm non exposcat sui ipsius cognitionem, tollitur directè per absolutionem generalem, etiamsi ablata sit, & absit malitia, & etiam Irregularitas, etiamsi ablata sit; censentur etiam dispensatæ, quia Absoluens generaliter intendit etiam in illis dispensare, quatenus ipse potest, quod sufficit, quamuis illarum non habeat cognitionem. Casus etiam reseruati etsi in Confessione sint obliti, dummodò Confessario sit circa illos concessa facultas, remittuntur in Confessione (vt dicemus contrà Suarez *quæst. seq.*) saltem indirectè, ac si essent ibi detecti, cum onere tamen, & obligatione illos confitendi, dùm in memoriam venerint, & opportunitas ocurrerit, à quibus potest quilibet Confessor expositus ab Ordinario absoluere, eò quod per priorem absolutionem fuit ab eis ablata reseruatio: In Votis autem commutandis aliter contingit propter explicatam cognitionem eorum, quæ in Commutante necessaria sunt: nam quomodò potest Commutans Votum pro materia promissa subrogare aliam, nisi Votum cognoscat, & qualitatem eius? Hucusque Texeda, qui contrariam sententiam, pro qua adducit Henriquez, Sanchez, & Suarez, falsam vocat.

Sup. hæc cẽsura in to. 5. tr. 1. Resolut. 188. & si placet, lege doctr. aliarum Resol. eius not. & signanter in §. 2. Resol. 3. annot. seq. Et pro obli-tis in confessione cõtentis in hoc textu magis latè sup. in tr. 3. Res. 52. & 53. & in tom. 1. tr 5. Res. 26. & 39. §. Nota etiam, in fin.

4. Sed iste Auctor, vt verum fatear, licèt alioquin sit Vir doctus, tamen in censurandis Auctorum opinionibus aliquando nimis, & parùm modestè se gerit. Ideò ego puto sententiam affirmatiuam esse satis probabilem, quam ego olim* docui, & me citato docet nouissimè Pater Quintanaduenas *de Iubilæo duarum hebdomadarum, cap. 11. num. 8.* cui adde amicissimum, & doctum Patrem Georgium Gobat *de Duplici Iubilæo, cap. 39. quæst. 107. num. 305.* vbi hæc ait: Potest verò commutatio Voti intrà tempus Iubilæi ita fieri, vt tamen tunc non fiat actualis subrogatio in locum materiæ Voto promissæ: nam potest Confessarius dicere Pœnitenti. Ex nunc commuto tuum Votum in illam rem, aut res, quam, aut quas tibi designabo post tres, aut quatuor hebdomadas. Sic docet Sanchez *cap. 54. num. 31.* Rodriguez, & alij. Probo hoc inde, quia posset Confessarius post decem annos designare illas res etiamsi tempore Iubilæi nil audisset de tuo Voto? quantò magis si ei illud exposuisti? Imò potest Confessarius dicere: Commuto tuum Votum in rem illam, quam talis, aut talis vir doctus à te consultus iudicauerit prudenter sustinendam. Ita Lessius, Ratio est, quia ille, qui præcisè substituet aliam rem, non exercebit vllum actum Iurisdictionis: ergo ei poterit dari potestas sustinendi. Ita ille, & iterùm ego.

* Docui in Resol. & §. not. primæ huius Res.

Sup. hoc lege sup. in tr. 3. doctr. Resol. 74. & hic inf. ex Res. 63. § 4. vlt.

Sup. hoc ex doctr. Res. & §. not. præteritæ.

RESOL. LXI.

Quis absolutus fuit virtute Iubilæi, quod postea non lucratus est; quæritur, an peccata oblita reseruata possint postea cuicumque Confessario confiteri?

Et notatur, quod si aliquis confiteatur animo lucrandi Iubilæum, & absoluitur ab excommunicatione & peccatis reseruatis, sed postea illud non lucratur, reseruationem, & excommunicationem illam iterum non redire.

Idem dicendum est de votis commutatis.

Et decidituir, quod Confessarius non potest absoluere à casibus reseruatis, imo nec à censuris ea conditione, vt pœnitens Iubilæum lucretur.

Et an prædictus absolutus à casibus, & censuris modo, quo supra, si postea mutet voluntatem & non lucretur Iubilæum, peccet mortaliter? Ex p. 3. tract. 4. Res. 144. aliàs 145.

§. 1. PRobabiliter negatiuam sententiam docet Suarez *in 3. p. tom. 4. disp. 31. sect. 4. num. 23.* Atego magis probabiliter contrariam puto cum Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 8. disp. 15. n. 21. & in sum. tom. 1. lib. 4. c. 54. n. 45.* Portel. *in addit. ad dubia Regul. ver. Iubilæum num. 19.* & aliis, quia cùm valida sit illa confessio, quam Confessarius ab omnibus peccatis, tùm directè expositis, tum indirectè ex obliuione omissis absoluit; & dum Confessarius absoluit, habet, & habere debet intentionem, quamcumque reseruationem à pœnitente remouendi, illum iuxta potestatis suæ extentionem absoluens & verè hac intentione eum absoluere potest. Ergo, &c.

2. Notandum est etiam hîc obiter, quòd si aliquis confitetur animo lucrandi Iubilæum, & absoluitur ab excommunicatione, & peccatis reseruatis, sed postea illud non lucratur reseruationem, & excommunicationem illam iterum non redire, quidquid in contrarium asserant Angles *in floribus, part. 1. de confess. q. 1. art. 5. diffic. 4.* Rodriq. *in Bull. Cruc. §. 2. n. 8.* & alij. Et ratio est, quia non absolutus fuit ab excommunicatione ad reincidentiam, nihil enim in diplomate Iubilæi de hoc agitur, nec absolutio à reseruatis data fuit ea conditione, vt pœnitens Iubilæum lucretur, verum sine vllo alio pacto, & obligatione absolutus fuit, sicque dicendum est de votis commutatis. Et ita hanc sententiam sustinent. Suar. *in 3. part. tom 4. disp. 31. sect. 4. n. 5. & tom. 5. disp. 7. sect. 5. n. 30.* Filliuc. *tom. 1. tr. 8. c. 10. n. 280.* Emmanuel Sa *ver. absolutio, n. 18.* Sanch. *de matr. lib. 8. cap. 54 n. 14.* Henriq. *lib. 6. c. 16 n. 6. & lib. 7. c. 11. num. 4.* Filliucius *tom. 1. tract. 8. cap. 10. num. 281.* Vasquez *in 3. part. tom. 4. q. 91. art. 7. dub. 6. num. 5.* Molfesius *in summa, tom. 1. tract. 7. cap. 16. num. 39.*

3. Aduertant etiam Confessarij, quòd tempore Iubilæi non possunt absoluere à casibus reseruatis ea conditione, vt pœnitens Iubilæum lucretur: nam peccatorum absolutio absoluta esse debet, imò nec à censuris sub tali conditione, nisi ex Pontificis concessione absoluere possunt. Ita Henriquez & Sa *vbi supra*, Sanctarellus *in summa loco citato, num 49.* alij.

4. Sed inquiret curiosus lector, an supradictus pœnitens absolutus à casibus & censuris, modo quo *supra*, si postea mutet voluntatem, & non lucretur Iubilæum peccet mortaliter, & aliqui affirmatiuè respondent. Ita Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 1. cap. 6. n. 11.* Coriolan. *de cas. reser. part. 1. sect. 3 art. 17.* existimantes hunc grauiter peccare. Mihi placet opinio negatiua quia hic nihil promisit, neque Confessarius, nec ipsum Iubilæum vllam obligationem ei imposuit, neque ipse Pontifex: quamobrem illum Iubilæi lucrandi propositum habuisse satis est & sententiam mutans non peccat eò quòd nullis promissis, pacto, aut obligationi contrauenit. Deinde tale præceptum non apparet. Itaque sine maximo fundamento pœnitenti imponi non debet. Et ita hanc sententiam docent Sanctarellus *de Iubilæo, c. 21. dub. 4.* Naldus *in summa, ver. Indulgentia, num. 4.* Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 4. cap. 54. num. 54.* Henriquez *lib. 6. cap. 16.*

n.16.num.6. Florentius *de cas. reser. part.1. c.6. §.6. num.2.* Portel. *in addit. ad dubia Regul. ver. Iubilæum, num.20.* & alij.

RESOL. LXII.

An qui tempore Iubilæi obtinuit commutationem votorum, sed aliquorum oblitus est, transacto eo tempore Iubilæi posset a dictis votis oblitis commutationem petere, & non obstante, quod lucratus non sit Iubilæum; quia certum est, quod vota commutata etiam si postea non lucretur Iubilæum, minime reuiuiscere?

Et notatur hanc opinionem esse veram etiam circa vota commutata à Confessario tantum generaliter remittenda opera subrogata à se, vel ab alio postea præscribenda.

Et quid est dicendum, quando pro Iubilæo lucrando quis non confessus est, quia non habebat mortalia, an iste talis poterit postea absolui à reseruatis, transacto tempore Iubilæi? Ex p.5.tr.12.Res.41.

§.1. AFfirmatiuam sententiam ex Homobono docet noster Pater Alphonsus de Leone *de Iubil. p.1. num.203.* quia in Bulla Iubilæi eodem tenore conceditur facultas absoluendi à reseruatis, & commutandi vota, ergo coniunctorum eadem debet esse dispositio, sed quando quis confessus est tempore Iubilæi animo illud lucrandi, remanet liber à reseruatione peccatorum reseruatorum, oblitorum, etiamsi nullum casum reseruatum confessus sit, & postea non lucretur Iubilæum. Ergo etiam remanet liber à reseruatione votorum, tametsi nullius voti commutationem petierit, & obtinuerit.

2. Sed hanc sententiam non admittit Sanchez *in summa, tom.1. lib.4. cap.54. num.52.* quem nouissimè sequitur Angelus Bossius *de Iubilæo sect.2. cas.45 num.2.* quibus ego addo Filliucium *tom.1. tract.8. cap.10. numero 279.* asserunt enim disparem esse rationem inter absolutionem à peccatis, & commutationem votorum.

3. Certum est tamen vota commutata etiamsi quis postea non lucretur ex culpa Iubilæum, minimè reuiuiscere, vt tradit Pollachus *de Iubilæo sect.42. num.69.* Lanocius *de Iubilæo, part.2. cap.27. num.217.* Sanctarellius *de Iubilæo, cap.12. dub 3.* Layman *lib.5. tract.7. c.8. num.9.* Villalobos *in summa, tom.1. tract.26. diffic.24. n.12.* Filliucius *vbi supra, num.80.* & alij. Et nota hanc opinionem esse veram etiam circa vota commutata à Confessario, tantùm generaliter remittendo opera subrogata à se, vel ab alio postea præscribenda. Ita Sanchez *in summa, tom.1. lib.4. cap.54. n.50.*

4. Verùm post hæc scripta inueni omnia dicta in præsenti resolutione docere etiam Portel *in dub Regul. ver. Indulgentia pro Iubilæo, num.19.* vbi sic ait. Qui in principio Iubilæi intendens illum lucrari confessus est culpa reseruata, & absolutus est ab eis, postea ex negligentia non est lucratus Iubilæum; aliqui dicunt illum reincidere in reseruata, & in censuras, à quibus est absolutus. Sed verior sententia tenet, non reincidere, sed manere verè absolutum, quia peccata, vel censura semel extincta non reuiuiscunt, neque ibi datur absolutio ad reincidentiam, sed absolutè. Imò si tempore Iubilæi habebat quis peccatum reseruatum, & tunc oblitus est illud confiteri potest transacto Iubilæo ab illo absolui à quouis Confessore: quamuis enim tale reseruatum oblitum secundùm veriorem sententiam adhuc sit reseruatum in se, attamen pœnitens per confessionem præteritam factam tempore Iubilæi acquisiuit ius vt possit postea per quemuis Confessorē absolui ab illo. Vnde colliges quòd si pro Iubilæo lucrando non est confessus quia non habet mortale, vt aliqui dicunt posse facere, iste talis non poterit postea absolui ab illo reseruato, quia non est ablata reseruatio illa. Si verò etiam in principio Iubilæi intendens illud comparare in confessione obtinuit commutationem aliquorum votorum, & postea ex negligentia non est illud lucratus, talia vota manent nihilominus verè commutata. Secus dicendum est de votis oblitis in illa confessione facta non lucrato Iubilæo, hæc enim non poterunt commutari transacto Iubilæo. Hæc omnia Portel, cui adde Philipp. de la Cruz *in Thes. Eccl. tr.1.§.20.num.3.*

Sup. hoc sup. in princ. huius Res. & in alio vers. eius primæ annot.

RESOL. LXIII.

Quidam obtinuit commutationem multorum votorum virtute Iubilæi, quod intendebat lucrari, sed postea consulto, & liberata voluntate omisit opera in Iubilæo præscripta, & illud non obtinuit; quæsiuit à me, an remaneat securus in conscientia de tali votorum commutatione; quod est quærere an vota commutata vigore alicuius Iubilæi reuiuiscant, eo non obtento?

Et aduertitur hanc doctrinam esse veram, etiamsi Confessarius commutauerit talia vota non præscribendo opera subrogata, sed ea à se, vel ab alio postea, transacto Iubilæo, præscribenda remittens; quod secus dicendum est de votis oblitis. Ex p.2.tr.16. & Misc.2. Res.10. alias 12.

§.1. EX Neotericis P.Raphaël de la Torre *in 2.2.t.1. q.88.art.12. disp.vlt.n.5.* Nugnus *in addit.ad 3. p.tom.2.q.9.art.2.dub.4 in fine*, asserunt reuiuiscere, & talem non esse securum in conscientia, & ideo dicendum existimant in hoc casu, talem commutationem aut dispensationem voti non esse omninò firmam, sed manere votum quasi suspensum, vsque dum compleantur omnes diligentiæ præscriptæ pro obtinendo Iubilæo. Probatur; gratia & fauor Iubilæi conceditur sub istis conditionibus, & non aliter: sed vna ex præcipuis, quæ per hujusmodi Iubilæa conceduntur, est commutatio, aut dispensatio voti: Ergo nisi conditiones compleantur, non erit valida commutatio talis voti.

Sup. hoc in Res. præterita. §. Certū est, & in aliis eius not.

2. Deinde non videtur verisimile Pontificem voluisse absolutè dispensare cum eo, qui voluntariè Iubilæum omittit.

3. At contraria sententia omninò est amplectenda, quam sequitur Suarez *de Relig. tom.2. lib.1. c.16.n.10.* Sanchez *in summ. tom.1. lib.4. cap.55. num.49.* & præter DD. quos ipsi citant, docet etiam hanc sententiam Bonacina *tract. de legib. disp.4 quæst.2. punct.7. §.3. n.18.* Rodriquez *in summ. tom.4. cap.186. numero 9.* Naldus *in summ. verb. indulgentia, numero 4.* Filliuc. *in quæst. mor. tom.2. tract.26. cap.10. num.300.* Molfes. *in sum. tom.1. tract.7. cap.19. num.39. & 41.* cum aliis. Ratio est, quia Summ. Pontifex in Iubilæo, nulla conditione apposita, absolutè concedit potestatem absoluendi à reseruatis, & commutandi vota. Ergo, cùm semel legitimè facta fuerit, ac proinde votum extinctum, absurdum est dicere, postea non obtento Iubilæo, reuiuiscere. Probatur verò, quòd Summus Pontifex non dat talem potestatem ad commutandum, cum dependentia à futuro euentu; nam si id intenderet, potiùs ordinaret vt commutatio non fieret, nisi post reliqua completa vel saltem clariùs illam conditionem exprimeret in re tam graui. Vnde patet responsio ad secundum argumentum. Ad primum verò respondetur, licèt concedatur hæc gratia commutandi vota, propter effectum Iubilæi vt faciliùs obtineatur, non inde sequitur dari conditionaliter, aliàs non haberet effectum donec impleretur conditio, quod est falsum; nam statim potest votum non seruari, vel expleri per aliud opus, in quod commutatum est. Satis ergo est, quòd detur sub tali onere, quòd non sit conditio, sed modus.

4. Aduertant tamen Confessarij cum Sanchez, &

Sup. hoc sup. in Ref. 60. §. vlt. lege doctrinam eius Potest.

aliis *vbi supra, n.* 50. & 51. supradictam doctrinam esse veram, etiamsi Confessarius commutauerit talia vota, non præscribendo opera subrogata, sed ea à se, vel ab alio postea transacto Iubilæo præscribenda remittens. Et ratio est clara, quia verè, & legitimè commutatio dictorum votorum iam erat facta. Secus dicendum est de votis obijtis; nam transacto Iubilæo, non obtento à pœnitente, minimè possunt commutari, licèt talia vota specialia eo tempore sint legitimè commutata, quia cùm ea non sint verè sublata, & pœnitens per consequutionem Iubilæi priuilegium non obtinuerit, sequitur omninò non posse à Confessarijs auferri, quia commutarent illa vota sine iurisdictione, & potestate delegata.

Sup. hoc in Ref. præteritæ, in principio & in fine.

RESOL. LXIV.

Conuenienter superiori quæstioni istam adiungimus: An qui voti commutationem accepit virtute alicuius Iubilæi, peccet postea moraliter, si voluntariè omittat onera Iubilæi, & illud non consequatur?

Idem dicendum est de illo, qui obtinuisset absolutionem à reseruatis, & censuris, & postea omitteret opera præscripta in Iubilæo. Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. Ref. 11. aliàs 13.

Sup. hoc in Ref. seq. & in to. 8. tr. 4. Ref. 78 §. Quinto. post medium.

§. 1. AFfirmatiuè respondet P. Emmanuël Rodriquez *in summa, tom. 4. c.* 188. *num.* 10. P. Suarez *de Relig. tom. 2. l. 6. cap.* 16. *num.* 11. & Filliuc. *in q. moral. tom. 2. tr. 26. c.* 10. *num.* 301. siue contra pactum implicitum, & iustum; siue contra obligationem relictam ex voto, & inclusam in tali commutatione, seu dispensatione: nam dispensatio, vel commutatio semper intelligitur data sub onere faciendi quod in se est, ex parte pœnitentis ad gratiam consequendam.

2. Igitur cùm contra pactum implicitum, & alioqui iustum delinquat in re graui, consequenter peccabit mortaliter. Et hanc esse præsumptam Pontificis intentionem, talem facultatem concedentis, dicendum videtur.

3. Altera opinio, cui tanquam probabiliori adhæreo, negat peccare mortaliter, quia pœnitens nil promisit, nec obligationem vllam Confessarius imposuit, nec etiam de talis Pontificis intentione constat, & ille, si vellet, posset hanc suam voluntatem explicare. Ideo non debemus præceptum imponere absque vrgenti fundamento. Ita Sanchez *in summ. tom. 1. l. 4. c. 55. n.* 54. & præter DD. quos ipse citat, docet hanc sententiam Martinus Bonacina *tr. de Sacr. disp. 5. quæst. 7. punct. 5. num.* 18.

4. Ad argumentum contrariæ sententiæ, negandum est ex natura rei includi id pactum in ea actione, neque illud propositum transire in pactum, vel computari pœnitentiæ acceptatæ; & de Pontificis intentione dictum est supra, non constare.

Sup. hoc in Ref. seq. & sup. in Ref. 61. §. vlt.

5. Vnde supradicta sententia applicanda est etiam in casu, quo aliquis obtinuisset absolutionem à peccatis reseruatis, & censuris, & postea omitteret opera præscripta in Iubilæo, neque illud acciperet, puto enim contra Suarez *in 3. p. tom. 4. disp. 31. sect. 4. n. 5.* & alios, talem non peccare mortaliter postea omittendo Iubilæum. Ita Henriquez *in summa l. 6. de pœn. cap. 16. n. 6.* & Bonac. *vbi supra.*

RESOL. LXV.

An qui tempore Iubilæi absolutus fuit à reseruatis, & obtinuit commutationem votorum, si ex culpa sua voluntariè non lucretur Iubilæum, peccet mortaliter?

Et docetur, quod est Regula generalis, quod quando est dubium, an pro aliqua re sit præceptum, impositum, tunc iudicandum sit non dari tale præceptum. Ex p. 5. tr. 12. Ref. 42.

§. 1. REspondeo negatiuè cum Portel *in dubijs Reg. iur. ver. Indulgentia pro Iubilæo, num.* 10. vbi sic ait. Non peccat mortaliter ille, qui Iubilæum lucrari intendens, eáque de causa obtinuit absolutionem à censuris & reseruatis, & votorum commutationem, & postea retrocedens Iubilæum non lucratur, si dolus defuit, & id verius puto, nam talis retrocedens, & non lucrans, nihil promisit, nec Confessarius illi aliquam obligationem imposuit, neque constat de tali Pontificis intentione, si enim tale Papa intenderet, id facilè posset explicare, vt sit aliquando in aliis concessionibus Pontificiis. Est enim regula generalis, quòd quando est dubium, an pro aliqua re sit præceptum impositum, tunc iudicandum est non dari tale præceptum, idque in fauorem libertatis in eo dubio possidentis. Ita ille, & ego alibi cum multis Doctoribus.

RESOL. LXVI.

An quando in aliquo Iubilæo non conceditur facultas absoluendi à reseruatis, sed tantùm requiritur pro consequenda Indulgentia, vt quis confiteatur, & visitet certas Ecclesias, possit adhuc à reseruatis absolui?

Et an quando in Bulla, vel Iubilæo, aut aliquo alio indulto conceditur facultas absoluendi ab omnibus casibus reseruatis, vigore talis indulti possit fieri absolutio à censuris reseruatis? Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 6. aliàs 4.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Magister Texeda *tom. 2. lib. 3. tract. 3. num.* 113. vbi sic ait: Sed quid dicendum est quando in aliquo Iubilæo non conceditur facultas absoluendi à reseruatis, sed tantùm exigitur ad indulgentiam lucrandam, quod pœnitentes confiteantur peccata sua, & communicent cum certis precibus effundendis in tali Ecclesia, an ille qui ligatus est à Censura reseruata, & non potest ad superiorem iter facere, possit nihilominus ab inferiori Confessario ratione Iubilæi lucrandi absolui? Dico tamen pœnitentem eo casu posse suo proprio Confessario confiteri, qui eum potest absoluere non solum à peccatis confessis, sed etiam ab excommunicatione reseruata; tunc enim pœnitens, manet absolutus à peccatis confessis per se, & directè, ita vt nunquam ea iterum confiteri teneatur ex vi alicuius præcepti, ab excommunicatione autem reseruata quasi materialiter, & per accidens, non vero simpliciter, & ideo tempore congruo tenetur à Iudice superiori absolutionem ab excommunicatione reseruata petere, quia Confessor ille inferior solum absoluit in quantum potuit, prout exigebatur, & necessarium erat ad consequendam indulgentiam; ne pœnitens aliàs bene dispositus, desiderio consequendi indulgentiam illam, inculpabiliter priuaretur. Ita ille.

2. Qui postea *numero* 120. quærit an quando in Bulla, vel Iubilæo, vel aliquo indulto conceditur facultas absoluendi ab omnibus casibus reseruatis vigore talis indulti possit fieri absolutio à Censuris reseruatis? Circa quam difficultatem Suarez *tom. 4. part. 3. disput. 28. sect. 3. numero* 15. agens de quodam motu proprio à Clemente VIII. edito, in quo absoluit ab omnibus Prælatis regularium facultatem reseruandi peccata pro suis subditis, nisi cum consensu Capituli; asserit nihilominus eo motu proprio non obstante posse Prælatos excommunicationes sibi reseruare, vnde colligitur ex huius Auctoris sententia, nomine casuum reseruatorum quantum ad absolutionem priuile-

priuilegiatam Censuras non comprehendi: adeo si indulto concedatur facultas absoluendi pœnitentes à casibus reseruatis, si alias sint excommunicatione reseruata innodati, virtute talis indulti absolui nequeunt per se, & directè.

3. Nihilominus dicendum est quantum ad præsens punctum, nomine casuum reseruatorum in Pontificum Decretis, aut sacræ Congregationis latis comprehendi Censuras reseruatas; & ideo quoties in aliquo priuilegio in fauorem pœnitentis concesso, conceditur facultas absoluendi à reseruatis, pœnitens qui habet reseruatam aliquam Censuram, vigore talis priuilegij potest ab illa absolui directè, & per se, quia quamvis sub nomine casus reseruati, non comprehendantur Censuræ, cùm casus reseruatus sit peccatum, Censura vero sit pœna, tamen secundum communem vsum loquendi sacrorum Canonum, & Conciliorum nomine casus reseruati intelligitur censura, vt expresè habetur in Extrauagant. *Et si Dominici*, vbi dicitur ideo casus à Pontifice reseruari, ne fideles ob veniæ facilitatem sumant ansam peccandi; at ista ratio æqualiter militat in censuris, præcipuè in excommunicatione, ac in culpis. Confirmari istud potest, quia vbi est eadem ratio, debet esse eadem iuris dispositio, præcipuè hoc est verissimum, quia qui habet casus reseruatos, & simul est excommunicatus non potest ab illis absolui, nisi prius absoluatur ab excommunicatione, & ideo dicendum est mentem Pontificis concedentis facultatem absoluendi à reseruatis virtute talis indulti esse vt possit Confessor absoluere à censuris, quia excommunicatio præcipuè cùm sit tam grauis censura, impedit absolutionem à peccatis: & ideo præsumendum est in eo casu intentionem Pontificis priuilegium promulgantis, esse, vt extendatur ad censuras illis casibus annexas. Et hæc omnia docet Texeda *vbi suprà*.

RESOL. LXVII.

An in Iubilæo sufficiat opinio probabilis ad lucrandam Indulgentiam? Ex part. 5. tr. 12. Resl. 32.

§. 1. HIc casus est valdè notandus, nam circa opera & materiam Iubilæi adsunt hinc inde multæ DD. opiniones, ideo quæritur, an si aliquis tempore Iubilæi sequatur aliquam opinionem probabilem, circa illud lucretur Indulgentiam? & negatiuam sententiam docet Bartholomæus à S. Fausto *in tr. de Iubilæo, lib. 4. 64.* vbi sic asserit. In materia Indulgentiarum non iuuat opinio probabilis ad lucrandam Indulgentiam, si oppositum sit verum, quia non præstat opus præceptum ad acquirendum Indulgentiam. Ita ille. Vnde si aliquis, v. g. in prima hebdomada ieiunauit, Ecclesias adiit, eleemosynas dedit, & in secunda confessus est, & Eucharistiam sumpsit, sufficit secundùm aliquos ad lucrandum Iubilæum; sed hæc opinio licèt sit probabilis, tamen à parte rei si esset falsa, remaneret quidem talis absolutus à reseruatis; quia, vt alibi dictum est, opinio probabilis confert iurisdictionem, non tamen lucraretur Indulgentiam Iubilæi; & sic etiam dicendum erit in similibus casibus, quod, vt dixi, est valde notandum. Vide etiam Bossium *de Iubilæo, sect. 4. cas. 8. n. 5.*

RESOL. LXVIII.

An si quis tempore Iubilæi sequatur circa illud opinionem probabilem, lucretur Indulgentias?

Idem deducitur circa iurisdictionem in administratione Sacramentorum. Ex part. 10. tract. 11. & Misc. 14. Resol. 34.

§. 1. QVæstio est satis practicabilis, & ego ad illam olim cum Fausto, Bonacina, & aliis negatiuè respondi, quibus nunc addo ex Prædicatorum Familia Magistrum Leonardum *in Thesauro Sacratissimi Rosarij, cap. 9. folio 61.* vbi sic ait; aliqui docent, quod quando conceditur Indulgentia hoc vel illud in aliqua Ecclesia facienti, si confessus fuerit, & communicauerit; is, qui fuit confessus, & communicauit quatuor diebus ante, & non habet mortalem culpam, possit lucrari illam Indulgentiam. Quod approbat Laurentius Portel, *verb. Indulgentia, num. 5.* Verum securius est, confessionem de nouo præmittere, quotiescumque ea in Bulla facienda præscribitur: fortassis enim tunc ipsa confessio est pars operis ad Indulgentiam requisiti. Ea propter quamplurimi Doctores censent confessionem necessario esse præmittendam, & in vniuersum omnes hoc consulunt. In hac enim materia non oportet inniti opinionibus probabilibus, sed securioribus; cum ipsa opinionum probabilitas hîc nihil conferat. Ita ille.

Sup. hoc in Resl. præterit.

Sup. hoc sup in Resl. 51. & 54. §. Nota etiam hic per totum, & inf. in tr. 5. Resl. 13. cursim in fine.

2. Sed his non obstantibus, me citato, affirmatiuæ sententiæ adhæret Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 14. q. 164.* qui testatur ita sentire multos Doctos modernos, & inter illos ex sua Religione Patrem Franciscum de sancto Iuliano. Probatur primò, quia cum circa materiam, & opera Iubilæi, adsint hinc inde variæ, & permultæ Doctorum (quas sequuntur lucrantes) opiniones; vix essent, qui Indulgentiam obtinerent. Secundò, quia si opinio probabilis est sufficiens ad hoc, vt censeatur tribuere Papa Iurisdictionem Sacerdoti, vt à reseruatis absoluat Pœnitentem; cur eadem opinio probabilis non erit etiam sufficiens, ad hoc, vt credatur, Pontificem de facto Indulgentiam Iubilæi concedere illi, qui secundum dictam opinionem opera Iubilæi exequitur? Hoc enim de Benignitate Sedis Apostolicæ certo credendum videtur.

3. Hanc etiam sententiam nouissimè etiam, me citato, tenet doctus P. Martinus de San Ioseph, *en los auisos de Confessores, tom. 1. lib. 2. de Indulgentiis, tr. 12. num. 12.* vbi sic ait: [Es de auertir, que quando ay opiniones encontradas, sobre si se gana, ò no el Iubileo con tales, ò tales diligencias, ò en tal tiempo. Le ganan todos los, que siguen opinion probable; porque se deue presumir assi de la piadosa intencion del Pontifice, que la estiende à opiniones probables. Esto deuen lleuar los que tienen, que en materia de Sacramentos, quando se trata de jurisdicion, se puede seguir opinion probable, por que es visto darla su Sentidad. *Vt* Suarez, *in 3. part. tom. 4. disp. 32. sect. 5.* Sanchez, *de Matrim. lib. 3. disp. 20. n. 4. & disp. 22. quæst. vlt. num. vlt.* Henriquez *lib. 5. de Pœnitent. c. 14. num. 3. & 4.* Lessius *lib. 2. de Iustit. cap. 29. dub. 8. n. 68.* Si es visto dar su autoridad en lo vno, lo mismo se deue dezir en la materia de ganar Indulgencias] *Quia argumentum de similibus ad similia valet, & est fortissimum.* Glossa *in leg. 3. ff. de Offic. eius cui mandata est*, & Glossa penult. *in leg. 1. Cod. de Interdictis, & §. Si vxorem*, & *ibi* Glossa *Instit. de nupt.* Y la razon es, que: *De similibus simile est iudicium, §. rectè, Instit. mandati, leg. Non possunt, leg. & sequenti, ff. de legibus.* Farinacius *Fragment. Crimin. part. 1. litt. E. n. 188.* De que resulta, que no solamente quedará vno absuelto en el Iubileo de los Casos reseruados, sino que ganará las Indulgencias. Ita ille. Et tandem hoc anno 1650. hanc sententiam etiam docuit ex nostra Religione, doctus & amicissimus Pater D. Paulus Maria Quarti *in tract. de Iubilæo Anni Sancti, c. 2. punct. 1. post Dubium 6.* Vnde ego nunc hanc sententiam satis probabilem existimo.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Resl. 2. § 2. ad medium, vers. Et tandem, & in Resl. 4. & in Resl. 5. signanter in eius §. Sed, & in tom. 7. tr. 1. Resl. 92. § Sed si, & seq. & in tom. 3. tr. 1. Resl. 4. & in tom. 1. tr. 5. Resl. 56. §. 2. inter principium & medium, vers. nam si aliquæ, & hic inf. in tr. 8. ex lata doctrina Resol. 59. §. Añado, à lin. 8. & vers. Yañado.

RESOL. LXIX.

Quot Ecclesiæ in Iubilæo visitandæ sunt?
Et quid si Episcopus deputaret plures Ecclesias, quam sint à Papa præscriptæ in Vrbe?
Et quid verò, si Ordinarius pauciores Ecclesias, aut vnam tantum deputet? Ex parte 5. tractatu 12. Resol. 56. alias 55.

§.1. FIlliucius *tom.1. tract.8. cap.10. num.174.* & Leo *de Iubilæo, p.2. num.131.* asserunt sufficere duas tantùm visitare. Sed in casibus contingentibus obseruanda sunt verba Bullæ Iubilæi, illáque seruanda, nam aliquando Pontifex præscribit tres Ecclesias, iniungens fidelibus, vt omnes tres visitent, & sic fecit SS. D.N. Vrban. VIII. in Iubilæo anno 1631. & hoc etiam anno 1636.

2. Notandum est tamen hîc vnum valde notabile cum Angelo Bossio *de Iubilæo, sect.4. cas.16. num.6.* quòd si Episcopus deputaret plures Ecclesias, quàm sint à Papa præscriptæ in Vrbe, tunc censeo sufficere, si tot visitentur, quot fuerint in Vrbe assignatæ à Papa: nam Episcopus non potest onerare priuilegium à Papa concessum, & præsumendum est solùm ob maiorem populi commoditatem, & non ad necessitatem imponendam plures Ecclesias deputasse. Si verò Ordinarius pauciores Ecclesias, aut etiam vnam tantùm deputaret, vt fit in oppidis paucis, in quibus vna reperitur Ecclesia, tunc sufficit illam visitare.

RESOL. LXX.

De oratione facienda ad lucrandum Iubilæum. Ex part.5. tract.12. Resol.33.

§.1. SVfficit orare iuxta mentem Summi Pontificis, quæ intentio non est necesse vt sit actualis, sed sufficit virtualis, videlicet quòd quis audita Iubilæi publicatione determinans velle illud consequi, habeat tunc propositum orandi & præstandi reliqua iuxta mentem Summi Pontificis, licèt postea actualiter non recordetur, dum orat, aut cætera opera præstat. Ita nouissimè doctus Bossius *in tract. de Iubilæo, sect.4. cas.17. n.15.* vbi etiam ex aliis probat, quòd quando in Bulla non præscribuntur certæ preces, sufficit fundere pro lucro Iubilæi quaslibet preces, & quacunque lingua, Latina, vulgari, Gallica, &c. & satis est etiam fundere preces alias debitas ex obligatione voti, pœnitentiæ, &c. Potest etiam quis orare vnà cum socio recitando alternatim preces, & hoc sedendo, stando, & etiam operto capite. Et tandem oratio pro obtinendo Iubilæo, sufficit quæcunque etiam minima & breuis. Ita Bossius *vbi supra*, cum Leone *de Iubil. p.1. cap.18. n.8.* Filliucio *tom.1. tract 8 cap.6. n.164. & 165.* Suar. *tom.4. disp.52. sect.8. num.5.* & alij, quicquid in contrarium asserat Polacchus *de Iubilæo, sect.42. n.57.* & Coninch *de Sacram. disp.12. dub.6. num.34.* Consulendum tamen est omnibus vt prolixam & deuotam, quantum fieri potest, orationem faciant.

sup. hoc cũ socio lege inf. in tr.6 ex Resol. 55. §. vlt. &c. Et pro sequẽti in hoc § & oratione minima sup. cũ Suario tantũ hic citato in tr. 2. Resol. 59. § De quãtitate, signanter post med.

RESOL. LXXI.

De quibusdam dubiis circa Iubilæum anni Sancti. Primum an per Bullam Iubilæi huius anni Sancti tollantur Indulgentiæ plenariæ pro mortuis?
Secundum an tollantur Indulgentiæ plenariæ concessæ pro articulo mortis?
Tertium, an tollantur Indulgentiæ plenariæ Ecclesiarum Vrbis Romæ? Ex part.11. tractat.8. & Miscel. 8. Resol.61.

§.1. TRia dubia sentio agitanda esse in Congregatione facienda. Primum, an per Bullam Iubilæi huius anni Sancti tollantur Indulgentiæ plenariæ pro mortuis. Secundum, an tollantur Indulgentiæ plenariæ concessæ pro articulo mortis. Tertium, an tollantur indulgentiæ plenariæ Ecclesiarum Vrbis Romæ.

2. Et ad primum, prima facie videtur affirmatiuè respondendum, ex regula quod expressio generis operatur expressionem omnium specierum: Sed in Bulla Iubilæi suspenduntur omnes, & singulæ indulgentiæ; ergo etiam, & hæc pro defunctis; quæ, vt negari non potest, est species indulgentiæ.

3. Sed negatiuæ sententiæ communiter adhærent Doctores. Vnde Martinus Carrillo, *in explicatione Bullæ defunctorum, part.2. cap.9. num.9.* sic asserit: Las indulgencias concedidas à las animas de Purgatorio, no se suspenden por suspensiones generales, como por la suspension de Año Santo, en el qual suspenden qualesquier indulgencias, porque la razon que su Santidad tiene para suspender las indulgencias en semejante tiempo, es, paraque todos los fideles con mas desseo y disposicion vayan à Roma à visitar los santos lugares, y alli con mayor deuocion ganen el Santo Iubileo: la qual razon cessa en las animas de Purgatorio. Ita ille. Et sic interrogatum Clementem Octauum respondisse testatur Rodriquez *de Iubilæo, cap.3. num.4.* & Vrbanum VIII. testatur Bonacina *de Sacrament. disp.6. punct.8. num.2.* Probatur hæc opinio; quia in Bulla Iubilæi non suspenduntur indulgentiæ absolutè, & simpliciter, sed ob illam causam, ne Christi fideles occasione aliarum indulgentiarum intermittant suscipere peregrinationem ad Vrbem pro visitandis Ecclesiis id deputatis, quæ causa finalis, quoad mortuos cessat. Præterea, cum huiusmodi indulgentiarum suspensio sit exorbitans à iure communi, non debet extendi de alio in aliud, saltem vbi non est eadem ratio: ergo hæc indulgentiarum suspensio, quoad viuentes, ex iurata ratione facta, scilicet, vt ipsi Christi fideles viuentes non spiritu fidei, & Religionis, quo maiori fieri poterit concursu Romæ conueniant pro Iubilæo consequendo, non debet extendi ad indulgentias etiam quoad defunctos, in quibus nullo modo militare potest eadem ratio. Vnde ex rationibus adductis patet, quod conclusio à nobis superius fundata procedit non solùm in indulgentiis pro defunctis tantùm concessis, sed etiam de his, quæ viuis conceduntur cum facultate vt applicentur defunctis: nam quoad hanc responsionem eadem est vtriusque indulgentiæ ratio, non in quantum viuis concessæ, sed in quantum pro defunctis applicandæ; & ideò applicatio indulgentiarum per modum suffragij, quam concedunt Pontifices in eorum indulgentiis, idem est, ac concessio pro defunctis: Quod ex Cardinali Lugo putat Quintanaduenas *in Appen. ad Iubil. tract.8. quæst.14. num.4.* & ideò nostram sententiam negatiuam circa præsens dubium, præter Quintanaduenam, & Carillum citatos, mordicus tenent Trullench *in Bullam Cruciatæ, lib.1. §.9. dub.4. num.3.* Layman *lib.5. tract.7. capit. vltim. num.1.* Lauorius *de Iubil. part.1. cap.10. num.16.* Lezana *in summa, tom.3. verb. Iubilæum, num.5.* Bossius *discept.3. dub.1. num.13.* Aluccius *de Iubilæo, cap.4. num 20.* Rota *tract. de Animab. Purgat. cap.14.* Rodriquez *de Iubil. cap.3. num.4.* Sacchettus *de Iubil. cap.9. dub.18.* Castrus Palaus *tom.4. tract.14. punct.12. num.7.* Peyrinus *tom.1. priuileg. Constit.7. Leonis X. n.4.* & alij. Nec vrget argumentum contrarium in principio positum: nam tunc expressio generis denotat expressionem specierum, quando militat eadem ratio: sed in nostro

nostro casu non militat eadem ratio indulgentia pro vivis, & pro defunctis: ergo. Sed relinquamus mortuos, & subueniamus moribundis; ideò,

4. Ad secundum dubium Respondeo, Quintanadu-nam *in Append. Iubil. tract. octauo, dub. 16. num. 5.* Bossium *in disceptat. dub. tertio, numero* 20. Layman *lib. quinto, tractat. septimo, capit. octauo, num. tertio,* & Feagosum *de Republica, tomo secundo, lib. 2. disp quinta, §. num.* 14. Fabrinum *de Iubilæo capit.* 21. Graffium *lib. 2. cap. 8. numero* 4. Nauarrum *de Iubil. not.* 28. n. 6. Faustum vbi infra, Benzonium *de Iubil. lib. 4. cap. 8. num. 3.* docere per Bullam Iubilæi Anni sancti dispensas etiam remanere indulgentias plenarias concessas existentibus in articulo mortis, quia in Bulla dicitur, *suspendimus omnes, & singulas indulgentias concessas vniuersalitatibus, &c. personis, &c. coronis, &c.* quæ verba sunt generalia apta comprehendere etiam indulgentias quoad viuos pro articulo mortis concessas; ergo de facto comprehendunt, ex regula 80. Quod in toto non est dubium, partem comprehendi, *tertegul. iur. in sexto*, & ita hanc sententiam præter Doctores citatos sustinet in terminis Bullæ Sanctissimi D. N. Sachettus *in Summar. de Iubilæo cap. 9. n. 19.* Nec obstat quod hi non possint Romam ire, & videatur cessare ratio legis; hoc enim vim non habet quando legislator suam explicat mentem, vt in præsenti, exprimendo personas impeditas. Tum quia huius legis, vel suspensionis finis est non solùm vt maiori cum frequentia celebretur hoc Iubilæum, sed etiam vt omnes admoneantur se pendere à Romana Ecclesia, vt constat ex Bulla indictionis Iubilæi. Vnde licet prima ratio in impeditis deficiat, non verò secunda; lex enim si duplici nititur ratione, quamuis vna deficiat, sustinetur tamen decisio propter alteram, vt ex §. *Affinitatis, institut. de nuptiis.* Probat Vallascus *cons. 6. n. 6.* verùm his non obstantibus, negatiuam sententiam tenet Pater Magister Lezana *in Summa, tom. 2. verb Iubilæum, n. 5.* Zambellus *in Repertorio morali verb. Iubilæum n. 7.* Faustus *de Iubilæo lib. 3. q. 85.* Peyrinus *tom. 2. priuil. Constit. 8. Pauli V. §. 19. num. 10.* Quartus *Tractat. de Iubil. cap. 3. punct. 1. dub. 3.* & ita declarasse Vrbanum VIII. & eius declarationem Romæ publicasse dominum Coccinum, tunc Pœnitentiariæ Vicegerentem, testatur Alphonsus Leone *de Iubil. part. 1. num. 242.* & ex Bonacina Sacchettus *de Iubilæo cap. 9. dub. 19.* probatur hæc opinio: nam quæ speciali nota digna sunt, vt suspensio indulgentiarum tempore mortis, non censetur tacitè esse sublata; & ideo Xystus IV. in Extrauag. Quemadmodu de pœnis, & remissionibus expresè reuocauit indulgentias pro articulo mortis; ergo cùm Xystus IV. in sua Bulla id expresit; cæteri autem Pontifices, & qui hodie feliciter regnat Sanctissimus D. N. Innocentius nequaquam illas non esse suspensas dicendum omnino videtur; argumento Textus *in leg. item apud Labeonem, §. ait Prætor. ff. de iniuriis?* vbi à contrario sensu probatur, quod tacitè non censentur ademptæ, quæ speciali digna sunt nota: & ex regula iuris, quod expressa nocent, non autem, quæ non sunt expressa. Vnde ex his Nouarius *in Lucerna Regularium verb. indulgentia num. 3.* Peyrinus *tom. 2. priuileg. Constit. 8. Pauli V. num. 10.* Lezana *in summa tom. 1. cap. 3. n. 19.* docent, post generalem reuocationem indulgentiarum à Paulo Quinto circa Regulares factam non fuisse sublatam indulgentiam concessam Regularibus in articulo mortis tanquam speciali nota dignam.

5. Et quidem si Sacra Concilia, & Summi Pontifices sunt adeò munifici, & liberales cum existentibus in articulo mortis vt eis præbuerunt facultatem vt possint absolui à quocunque Sacerdote etiam non approbato ab Ordinario, etiam suspenso, excommunicato, Hæretico, Schismatico, ab omnibus censuris, casibus, &c. quo pacto certè præsumendū est; vt postea deleta iam culpa, velint non obstante indulgentia pro illo articulo eis antea benigne concessa quod in purgatorio remaneant ad luendam pœnam per multorum annorum curricula. Non est equidem de pia mente Pontificis existimandum, sed potius dicendum, velle, & quoad culpam vigore confessarij, & quoad pœnam, vigore indulgentiæ moribundis aperire Thesauros suo liberalitatis, & beneficentiæ, & sic in Anno Iubilæi in illis clausulis generalibus Bullarum non suspendere, neque includere indulgentias plenarias pro illo articulo mortis concessas; vt expressè declarauit Vrbanus VIII. in suo Iubilæo Anno 1625. vt præter Leonem, & Sachettum testantur etiam Peyrinus, Zambellus, & Quartus, vbi supra cum Bonacina *de Sacr. disput. 6. quæst. 1. punct. 8. num. 2.* & ex superius dictis patet responsio ad argumenta contrariæ sententiæ.

6. Et tandem ad tertium dubium Respondeo Franciscum Rodriquez *de Iubil. cap. 3. num. 2.* asserere, per Bullam Iubilæi videri sublatas omnes indulgentias plenarias, tam extra quàm in Vrbe. Sed communiter contrarium docent Doctores: Et ratio est, quia non militat in istis Ecclesiis ratio suspensionis indulgentiarum, scilicet, ne quis retrahatur à peregrinatione Romana. Et quidem cùm legis mens, & finis attendendi potius sint, quam verba, *ex leg scire ff. de legibus leg. non aliter, delegat.* finis autem, & mens huius suspensionis sunt, quod omnes extra vrbem degentes, omnibus indulgentiis priuati Romam confluant, minimè credendum est, Pontificem indulgentias obtinendas in Vrbe Romana suspendere hoc anno præsertim cùm magis alliciantur fideles Roman accedere pro his insuper consequendis simul cum Iubilæo. Adde quòd cùm tot laboribus, ac expensarum incommodis Peregrinis, & externis constet Romam accedere, par est, vt non solùm Iubilæi huius indulgentiam, sed etiam omnes alias, quas habent aliæ Basilicæ & in stationibus aliisque viis lucrari solent, & possunt, si non esset Annus Iubilæi, lucrentur; aliter deterioris esset conditionis hic annus, etiam pro adeuntibus Romam, quàm alij: nam quidem, si per Annum Iubilæi remanerent suspensæ indulgentiæ Romanæ Peregrinus qui Romam petit ad lucrandam indulgentiam Anni Sancti, esset peioris conditionis hoc anno quam si aliis annis Romam peteret, nam in aliis annis inueniret infinitas indulgentias plenarias, quas recipere posset; sed in hoc Anno Iubilæi vnam tantum, vel saltem pauciores; quod quidem asserere nimis durum videtur. Et hæc omnia ex rationibus superius dictis, non solum procedunt quoad indulgentias, quæ sunt concessæ in omnibus Ecclesiis, Basilicis, Oratoriis, & aliis locis piis intra Romæ muros contentis: sed, vt innuit Nauarrus *notab. 33. num. 4.* quæ in Suburbiis, Vicis, Pagis, Prædiis, & aliis Romæ subiacentibus, & quæ sub vrbis appellatione comprehenduntur: nam in his etiam Ecclesiis non militat ratio suspensionis facta pro tempore Anni Sancti, vnde indulgentiæ Sancti Sebastiani, Sancti Laurentij, &c. non sunt per Bullam Anni Iubilæi suspensæ. Nec obstat dicere, quod in Bulla suspenduntur indulgentiæ *vbiuis locorum, & gentium,* dictiones enim supradictæ idem sonant, ac *Vbicunque vbique* seu quolibet in loco est vniuersalis, & omnia loco comprehendit, *vt in capit. ad honorem, de vsu Pallij* notant Tuschus *tom. 2. lit. D. conclus. 3. quæst. 1.* Vulpellus *dict. vbi fol. 126.* ergo Romam non excludit: ergo in ea suspenduntur indulgentiæ. Respondeo, distinguendo; Bullam Iubilæi suspendere Indulgentias vbicumque locorum concedo: suspendere Indulgentias vbicumque locorum in Vrbe nego. Et ratio disparitatis desumitur ex ipsa Bulla, quia in locis extra Vr-

bem militat ratio finalis, cur suspendantur Indulgentiæ à Pontifice, in locis verò existentibus in Vrbe, non solùm non militat, sed deficit dicta ratio finalis suspensionis Indulgentiarum, quia iam Peregrini Romam petierunt: ergo, &c. Dicendum est igitur, quod illa clausula, vbicumque locorum, ratione huius Indulti Pontificij restricta est ad omnia loca, scilicet, extra Romam in qua solemnior fiet celebratio Iubilæi, si non solùm ipsum, sed aliæ omnes Indulgentiæ ab incolis, & exteris obtineantur. Et ideò hanc negatiuam sententiam, nempe Indulgentias plenarias Romanas non esse per Bullam Iubilæi sublatas, declarauit Greg. XIII. vt testatur Quintanaducñas *in Append. Iubil. tract.* 8. *dub.* 11. *n.* 3. & Rodriquez *de Iubil. c.* 3. *q.* 2. & patet etiam ex Bullis Sixti IV. & Iulij III. vt testatur Sanctarellus *de Iubilæo c.* 5 *dub.* 7. & ita declarasse Vrbanum VIII. testatur Bonac. *de Sacr. pœnit. disp.* 6. *q.* 1. *punct.* 8. *n.* 2. & ita tenent communiter Doctores vt Lezana *in summa tom.* 3. *verbo Iubilæum n* 5. qui citat Nauarrum, Gratianum & Bossium, quibus addo Quintanaducñam *loco citato*, Filliuc. *tom.* 1. *tr.* 8. *cap.* 10. *n.* 251. Castrum Palaum *tom.* 4. *tr.* 24. *punct.* 12. *n.* 7. Lauorium *de Iubilæo part.* 1. *c.* 10. *n.* 12. Leonem *de Iubilæo, part.* 1. *q.* 6. *n.* 228. Fabrinum *de Iubilæo, c.* 21. Pollachum *de Iubilæo, sect.* 43. *n.* 32. Benzonium *de Iubilæo, lib.* 4. *c.* 8. *dub.* 9. Quartum, *de Iubilæo, c.* 3. *punct.* 1. *dub.* 4. Faustum *de Iubilæo lib.* 3. *q.* 78. Zetogosum *de Republica Christiana tom.* 2. *l.* 2. *disp.* 5. §. 1. *n.* 14. Layman *in theol. mor. lib.* 5. *tr.* 7. *c.* 8. *n.* 1. & 2. cum aliis.

In indice primo huius Tom. 4. *Vide Apendicem ad hunc Tract.* 4. *Vbi reperies alias paucas quæst. miltas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. qua simul pertinent ad hunc Tract.* 4. *de Iubilæo.*

TRACTATVS QVINTVS DE INDVLGENTIIS.

RESOLVTIO PRIMA.

An causa Indulgentiæ non solum debet esse pia, sed proportionata? Ex p. 5. tr. 12. Res. 10.

Sup. hoc lege doctr. Res. seq.

§. 1. DVO præstantissimi Theologi Societatis Iesv negatiuam sententiam docent, & hi sunt Reginald. *in praxi t.* 1. *lib.* 7. *c.* 12. *n.* 137. & Gregor. de Valent. *tom.* 4. *disput.* 7. *quæst.* 20. *punct.* 4. vbi probat quòd vt Indulgentia valeat, sufficere quamcumque causam piam, atque adeò eam valere absolutè tantum, quantum sonat, quamvis fieri quidem possit, vt qui concedit maximas Indulgentias propter causas minimas, peccat quandoque ex quadam indiscretione, & fortè etiam ratione alicuius scandali maximè si ea res contingat venire in contemptum Indulgentiarum. Et pro hac firmanda opinione Valentia multos adducit Doctores videlicet Durandum, Alexandrum de Ales, Gabrielem, D. Antoninum, Syluestrum, Paludanum, & teste Corduba, omnes ferè Thomistas, & ratio est primò, quia sæpè eædem Indulgentiæ pro causis admodum differentibus conceduntur: nec id à Pontificibus temerè fieri præsumendum est. Secundò minimam gloriam diuinam quæ ex opere quocumque pio & vtili fidelium redundare potest, longe pluris faciunt Christus & Sancti, quàm quodlibet opus satisfactorium, vt præcisè satisfactorium est, quale ad pœnam temporalem soluendam requiritur.

2. Sed his non obstantibus contrariam sententiam docent Suarez *tom.* 4. *disput.* 54. *sect.* 3. *numero* 5. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 13. Coninch *de Sacram. disp.* 12. *dub.* 6. *concluſ.* 2. Layman *lib.* 7. *tract.* 7. *cap.* 5. *num.* 1. Bellarmin. *lib.* 1. *de Indulgent. cap.* 12. Granadus *in* 3. *part. controuerſ.* 12. *tract.* 3. *diſp... num.* 5. Præpositus *in* 3. *part. quæſt.* 14. *de Indulgent. dub.* 8. *numero* 62. Tannerus *tom.* 4. *diſp.* 6. *quæſt.* 8. *dub.* 4. *numero* 85. Sotus *in* 4. *diſt.* 21. *quæſt.* 2. *art.* 2. Caietanus *de Indulgent. tract.* 9. *quæſt.* 1. Syluius *in* 3. *part. quæſt.* 25. *art* 2. *quæritur* 2. *concl.* 2. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 5 *num.* 113. Ludouicus à Cruz *in Bull. Cruc. diſp.* 1. *cap.* 8. *dub.* 9. *numero* 15. & alij penes ipsos. Et ratio est primò, quia ad valorem Indulgentiæ necessaria est causa iusta, vt autem iusta sit, debet esse vel adæquata, vel proportionata: iustum enim non est nisi quod aliquo modo adæquatur, vel proportionatur rei ergo, &c. Alias rationes videbis apud Authores citatos, quibus addo Tannerum *tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 8. *dub.* 4. *num.* 84. Syluium *in addit. ad* 3. *part. q.* 2. *art.* 2. *quæritur* 2. Philippum de la Cruz *in Thesaur. Eccles. tract.* 1. §. 6. *numero* 5. & Philippum Fabrum *de pœnitent. in* 4. *sentent. disp.* 19. *quæst.* 1. *disput.* 38. *cap.* 9. *num.* 278.

3. Quid ego sentiam dicam breuiter. Secunda opinio est communior & probabilior, primam autem puto etiam probabilem esse cum Villalobos *in summa tom.* 1. *tract.* 26. *difficult.* 8. *num.* 6. quam ex Neotericis, præter Valentiam & Reginaldum *vbi suprà*, tenet Bonacina *de Sacram. disp.* 7. *quæst.* 1. *punct.* 4. *num.* 5. & vt verum fatear, huic sententiæ fauet D. Thom. *in supplement. q.* 25. *art.* 3. vbi sic ait. Quæcumque causa adsit quæ in vtilitatem Ecclesiæ & honorem Dei vergat, sufficiens est ratio Indulgentias faciendi, & ideo dicendum, quod Indulgentiæ simpliciter tantum valent, quantum prædicantur, dummodo ex parte dantis sit authoritas, & ex parte recipientis charitas, & ex parte causæ pietas. Ita S. Doctor & prius reiecerat opinionem dicentium non sufficere quamlibet causam piam ad cuiusuis Indulgentiæ valorem.

4. Nec desinam hîc apponere verba Emanuelis Sa post Romanam correctionem, *ver. Indulgentia* 1. vbi sic asserit. Indulgentiam etiam sine causa datam velere, quidam aiunt, alij non solum iustam causam requiri, sed & Indulgentiæ proportionatam, ego de Indulgentia à Papa data non censeo quicquam dubitandum. Ita ille.

RESOL

RESOL. II.

An mensura certitudinis, & efficacitatis concessionis Indulgentiarum sit à causa finali?

Et an semper exigatur opus pium ad lucrandam Indulgentiam pro vivis?

Ex quo deducitur, quod Pontifex possit alicui de Ecclesia benemerito impertiri sine iniunctione vllius operis Indulgentiam eo fine, vt alios ad similia merita excitet.

Et an valeat Indulgentia, & si causa, ob quam data fuit non sit omnino sufficiens, modo Pontifex prudenter senciat esse sufficientem? Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. Resol. 3.

§. 1. AFfirmatiuè respondet P. Pasqualigus, *decis. 494. num. 5.* vbi sic ait: Aduertendum est, quod alia est causa impulsiua concedendi Indulgentias, & alia causa finalis, ob quam conceduntur. Causa enim impulsiua est illa, quæ facit vt Pontifex hîc & nunc intendat finem Indulgentiarum, atque ex tali intentione moueatur ad concedendas Indulgentias. Causa vero finalis est illa, ob quam conceduntur; quæ semper eadem est; quia semper Pontifex concedit in eum finem, vt habeant homines vnde satisfaciant pro pœnis debitis sibi ob peccata. Causa vero impulsiua potest esse diuersa; quia modo vna occurrit modo alia; & non est finis Indulgentiæ, sed occasio concessionis: cum Pontifex sumat ab ipsa occasionem concedendi. Mensura autem certitudinis, & efficacitatis concessionis non sumitur ex causa impulsiua, sed ex causa finali; quia cum finalis sit principium agendi, debet actio mensurari per ipsum: cum enim exeat ab agente ex vi motionis finis, erit talis, qualis exigitur à fine, atque adeo secundum mensuram illius. Hinc cum finis Indulgentiarum, sit semper idem, & sit ille, pro quo sunt institutæ à Christo, nempe satisfactio pro pœnis debitis peccato, semper concessio ipsarum erit à Pontifice secundum eandem efficacitatem: nec obstabit, quod causa impulsiua sit leuis, vel grauis. Ita Pasqualigus.

2. Sed aduersus illum insurgit nouissimè Pater Gobat *in Thesauro de Indulgentiis, part. 1. cap. 7. quæst. 27. num. 87.* sic asserens: Illa iusta causa, quæ requiritur ad valorem Indulgentiæ, debet esse distincta à generali causa finali Indulgentiarum, quæ est, vt in promptu habeamus, vnde pro nostris peccatis satisfaciamus Deo. Ita docent omnes Theologi, teste Cardinale de Lugo *num.* 139. contra Zachariam Pasqualigum, qui *in suis Decisionibus moralibus, decis.* 494. contrarium tenet, nullo pro se citato Auctore. Probatur hæc communis doctrina, quia si ad valorem Indulgentiæ non requiritur alia causa, quam vt per Indulgentiæ acquisitionem habeant Christiani, vnde pro suis peccatis satisfaciant; sequitur, quod Pontifex possit singulis, vt ita dicam momentis, omnibus Christianis, in statu gratiæ constitutis, remittere omnem reatum pœnæ debitæ, pro peccatis quibuscumque dimissis, & quod itidem possit singulis momentis vacuare totum Purgatorium; atqui hoc vtrumque est alienissimum ab opinione, & persuasione Fidelium, nominatim S. Thomæ *d. 45. quæst. 2. art. 2.* Accedit, quod licet causa finalis dispensationis in voto, sit esse liberum ab obligatione voti, vt tamen hæc dispensatio sit valida, requiritur alia causa; ita etiam licet causa finalis Indulgentiæ sit esse liberum ab obligatione ad subeundam pœnam, necessaria est ad valorem Indulgentiæ alia causa, quam indicat Pasqualigus, qui quidem suam sententiam probat infirmatione, hac scilicet, quod tunc valeat Indulgentia, adeóque sufficiens illius impertiendæ causa habeatur, quando conceditur secundum institutionem Christi, atqui conceditur semper secundum institutionem Christi, quando conceditur eo fine, vt Christiani satisfaciant pro peccatis. Huius rationis, & ratiocinationis minor propositio tam parum est absolutè vera, quàm parum verum est; tunc semper secundum institutionem Christi, & confici, conferrique Sacramenta, & vota dispensari, quando conficiuntur, conferuntur, dispensantur in eum finem, in quem Christus Dominus iussit confici, conferri, dispensari. Hucusque Gobat.

3. Et quidem si opinio Pasqualigi esset vera, à multis scrupulis immunes essemus circa causam iustam concedendi Indulgentias; nam semper securi essemus de iusta causa Indulgentiarum: sed quia communis opinio Doctorum est in contrarium; nam supponunt posse Pontifices concedere Indulgentias ex causa improportionata; ideò non videtur discedendum à sententia Patris Gobat viri doctissimi, & amicissimi. Obserua tamen cum Gersone *in Opusculo de Indulgentiis, consid. 9.* in causa distributionis Indulgentiarum, non requiri certam, & euidentem causæ notitiam, & idcirco, non esse disputandum, aut altercandum de ea: Sufficit enim æstimatio (inquit) & probabilis coniectura: Quemadmodum in distributione thesauri materialis de Fisco Regio, & Ecclesiastico, Papa vel Rex, vel alius attenderet. Quare indulgentiarum concessio (vt idem ait, *consid. 12.*) non est paruipendenda, seu contemnenda, sed amplectenda deuotè in fide, spe, & charitate Domini nostri Iesu Christi; qui potestatem talium Clauium Ecclesiasticarum dedit hominibus. Constat enim (ait) quod fructuosior, & acceptabilior est Deo & hominibus operatio talibus innitens Indulgentiis, quam altera cæteris paribus non innitens. Et subiungit: Consilium (ait) solum & sanum est, quod absque curiosa discussione de præcisa, vel euidenti, & certa qualificatione, seu mensuratione huiusmodi Indulgentiarum, studeat homo prius tales acquirere, secundum qualitatem suæ vocationis: Pondus autem valoris illi relinquere, qui omnia facit, & fecit in numero, pondere, & mensura. Ita Gerson.

4. Et non deseram hic apponere verba Marchant. *in Tribut. Sacrament. tomo tertio, tractatu quinto, titulo secundo, quæstione quarta*, vbi sic ait: Addo pro consolatione Fidelium ex D. Bonauentura *in 4. dist. 20.* Quod licet homo non faciat in indulgentia secundum quod eum decet, propterea tamen non debet dimittere, quin faciat illud secundum quod sibi placet; quia licet non habeat totum de Indulgentia illa, plus tamen habebit de remissione pœnæ pro tali facto, quam haberet pro alio simili cæteris paribus, vbi non datur talis Indulgentia. Ratio huius dicti mea est; quia opera imposita à Vicario Christi vel Potestatem habente ad Indulgentias promerendas, iam potestate Clauium eleuata singulariter censentur ad pœnarum in iudicio Dei debitarum remissionem: vnde qui ex motiuo, & in fide Ecclesiæ ea facit, sine dubio pœnarum aliquam remissionem operibus istis sic potestate Clauium eleuatis ratione eleuationis correspondentem, vltra ordinariam satisfactionem operi debitam, sibi lucratur. Et hæc est piissima sententia, & in doctrina Theologica fundata, per quam etiam exponi possunt verba similia Pontificum, si quæ in Bullis vel Doctoribus reperiantur: Quod qui amplius facit in operibus

operibus propositis plus vel efficacius Indulgentias consequatur, id est, si ad totam Indulgentiam non perueniat; partem tamen correspondentem operi consequetur, ob eleuationem eius singulari virtute Clauium Ecclesiæ factam. Quinimo iudicat Angelus *verb. Indulgentia, num.5.* quod si Donans det Indulgentiam vltra suam auctoritatem, pono ego & vltra causam etsi censeatur, rescindi in iudicio Dei Indulgentia quoad excessum quantitatis, quo Indulgentia auctoritatem vel causam, excedit, non tamen quoad id, quod intra limites potestatis & causæ continetur: Ita vt semper aliqua Indulgentia intra terminos discretæ dispensationis lucranda remaneat coram Deo. Nec hoc cum aliena pietate probabilitate caret. Quod iudicio prudentis Censoris relinquo. Hucusque Marchant.

5. Nota tamen hîc primo, optimè docuisse Cardinalem Lugo *de Sacram. Pœnit. disputat. 27. sect.6. num.86.* non semper exigi opus pium ad lucrandam Indulgentiam pro viuis; nam causa iusta, quæ ad dispensationem requiritur, non alligatur ad solum opus pium faciendum, cum possit esse iusta causa ex titulo gratitudinis, remunerationis, solatij, medicinæ. Idem dicendum, est cum Coninch *de Sacr.d.12.dub.6.n.34.* non dissentire à vera doctrina, quod videlicet possit Pontifex alicui de Ecclesia bene merito impertire sine iniunctione vllius operis Indulgentiam, eo fine, vt alios ad similia merita excitet.

6. Et tandem Gobat, *vbi suprà, num.103.* Ex Lugo. Tannero, & Suarez, obseruat quod probabile est valere Indulgentiam, etsi causa, ob quam data fuit, non sit omnino sufficiens, modò Pontifex prudenter censeat esse sufficientem. Et ne deseras videre Reginaldum, *tom.1. lib.7. cap.12. num.132.* vbi egregiè, & benignè pertractat de causa Indulgentiarum.

RESOL. III.

An Indulgentia debeat habere causam publicam? Et quia sentiendum est de Calculis, & Imaginibus cum Indulgentia plenaria; Ex part.10. tract.11. & Misc.1. Res.53.

§.1. AD hæc sic respondet Sotus *in 4. tom.1. dist. 25. quæst.1. artic. 2.* vbi ait: Enim verò vbi error non est manifestus, licèt in veritate possit causa non esse legitima, debetur tamen hic honor auctoritati Pontificis, vt sit præsumenda legitima: atque adeò non est decens, contra huiusmodi Indulgentias obmurmurare. Secus, si talis error esset manifestus; tunc enim potiùs est religionis officium, veritatem docere. Nostris enim temporibus, vsque adeò piorum clementia erga animas, quæ in Purgatorio cruciantur, succreuit, vt importunis supplicationibus à Summo Pontifice concessio fuerit exorta, vt qui tangendo quendam benedictum calculum, *Aue Maria*, vel *Pater noster*, recitaret, animam inde quantocumque tempore cruciari deberet, eriperet, vt protinus libera euolaret. Hanc ergo non dicam piam fraudem, quia Hæreticorum verbum est; sed tamen citrà Religionis iniuriã posset hoc populo dissuaderi? Primum, quia hîc nulla interest causa pia in ommunem vtilitatem Ecclesiæ: nam pius affectus in Defunctos non reputatur causa, vt diximus. Illa enim ratione Deus per se animas omnes liberaret. Secundò, quia neque ex parte facientis quòd Indulgentia iubet, aliquid præstatur, quod ad tam ingentem effectum vllius sit momenti. Quid enim refert dicere *Pater noster*, vt anima à tam immodicis tormentis eruatur? Profectò diræ crudelitatis argueretur Deus, si animã tribus annis tam atrociter contorqueret, cuius tamen liberatio ex vno *Pater noster* penderet, & calculi tactu. Præsertim quòd Papa non potest Defunctis Indulgentias conferre per modum absolutionis, vt Viuis, sed per modum suffragij. Et ideò mirabile est, quòd per vnum *Pater noster* thesaurus Ecclesiæ tam insignis effectus applicetur. Præterquam quòd illa oratio vt plurimum dicitur ab iis, qui sunt in peccato mortali, quæ ideò apud Deum nullius valoris est: concessit Papa quantum concedere potuit; sed non est credendum, credidisse suam concessionem tanti esse, quanti supplicatores valere putabant. Atqui, si sub hac populari opinione nihil aliud nocumenti lateret, quàm quòd forte populum fallit; nullum esset periculum, illam relinquere propter imaginem religionis, quam habet. Sed tamen illi, qui illam crederent, metum Purgatorij radicitus euellerent. Id enim, quod præter infernum homines à peccato arcet, est Purgatorium, & tamen si tam facilè euaderetur; nullum posset ingenerare metum. Hucusque Sotus.

2. Sed meritò aduersus illum insurgit Henriquez, *lib.7. cap.14. num.3.* sic asserens: Quare carpendus non est, sed probandus frequens vsus Sanctissimorum, & prudentissimorum Pontificum, qui pro facili, vt videtur, causa (vt habenti calculos, seu globulos à Papa benedictos pro paruo opere, breui oratione, & leui dispositione Recipientis) concedit Sæcularibus magnam Indulgentiam: aut per Priuilegium, quod dicitur mare magnum, Religiosis, aut Principibus, Indulgentiam plenariam, aut liberationem animæ à Purgatorio. At aiunt quidam, non esse inconueniens admittere errorem facti in Papa. Quod falsum est, quia res hæc non apud vnum aut alterum malè dispensatum versatur: sed in tota Ecclesia Fidelium, qui piè credunt, se consequi effectum Indulgentiæ. Et vt parua attritionis dispositio, dum adiungitur Sacramento, est idonea, vt impio virtute Christi, & clauium remittatur pœna æterna cum calculo benedicto paua oratio esse potest iusto digna dispositio, ob quam per claues Papa ex causa condonet pœnam temporalem, etiam ingentem. Ita ille.

3. Nec deseram hîc apponere verba Villalobos, *tom.1. tract.26. diffic.8. num.5.* aduersus Sotum etiam insurgentem: A imitacion desto (ait) pienso que los hazen los Sumos Pontifices, quando conceden las Indulgencias de las cuentas beneditas (diga Soto lo que quisiere) porque referido esso apremiará à los que han sido beneméritos de la Iglesia, (quales suelen ser los Principes, à cuya instancia se conceden) es causa bastante para que por esta via se animen otros à fauorecer la Iglesia. Y assi dize bien Cordoua, que no ay causa tan pequeña, que referida à otra cosa no pueda ser grande, y bastante para conceder Indulgencias. Confirmase esto con la autoridad de los Sumos Pontifices, que por visitar tal, ò tal Iglesia, ò por mirar con deuocion esta, ò aquella Imagen, ò por rezar vn *Pater noster*, y vna *Aue Maria*, conceden Indulgencias, y a vezes grandes; cuya autoridad huuiera de bastar, si bien lo mirara Soto; porque quando non constare claramente lo contrario, hase de presumer que la causa que el Pontifice señala, es sufficiente, como dize Cordoua, y la comun, y lo concede el mismo Soto. Porque si la sentencia del Iuez se presume justa, y razonable, mientras no consta manifestamente de lo contrario segun derecho; mucho mejor en las dipensaciones, que haze el Pontifice. Y assi no hablò Soto, como era razon, en las cuentas beneditas, que sera la causa grande, por lo que queda dicho, y no declara siempre el Papa la causa que tiene, y està la presuncion por el, moyormente siendo vso tan ordinario en la Iglesia, que no ay algun Sumo Pontifice que

que no las conceda, y las ha concedido N. S. Papa Paolo V. con auer reformado otras muchas Indulgencias. Dicendum est igitur, reperiri iustam causam in concessione Indulgentiarum dictorum calculorum, & imaginum; Quia non conceditur intuitu solùm illius grani, vel imaginis, sed principaliter in cultum alicuius Sancti, vel ob aliquam necessitatem, vel ob memoria egregia alicuius Principis Christiani erga Ecclesiam. Deinde, quia ipsum etiam granum multùm conducit ad pietatem; quia conseruando, & venerando illud, eò ipso profitemur, & veneramur authoritatem Summi Pontificis, à quo mediatè, vel immediatè granum illud fuit benedictum. Itaque sufficit, vt Indulgentia mediatè tantùm redundet in bonum commune, mediante priuato bono singularis Personæ, modò in ea causa iudicetur sufficiens. Cùm etiam bonum personæ particularis spectet ad bonum commune, quod ex particularibus coalescit. Licet igitur Indulgentia, quæ per Iubilæum concedi solet toti Ecclesiæ, vel alicui Regi, aut Prouinciæ, postulet causam communem, & vniuersalem, Indulgentiæ proportionatam; Indulgentia tamen, quæ conceditur priuatæ personæ, non requirit causam communem; sed sufficit priuata personæ proportionata. Et ita nostram sententiam tenet Leandrus *de Sacrament. tom.* 1. *tractatu* 5. *disputat.* 14. *quæstione* 33. qui citat Cardinalem de Lugo, Nauarrum, Cordubam, Medinam, Granadum, & Suarez.

4. Ad rationem Soti, quòd thesaurus communis, qualis est Indulgentiarum, non nisi propter commune bonum validè dispensari potest; Respondeo, negando antecedens, nam, vt rectè docet Amicus *in Cursu Theol. tom.* 8. *disputat.* 20. *sect.* 9. *num.* 278. etiam ex thesauro communi prouideri potest priuatis necessitatibus personarum quatenus sunt membra communitatis. Neque facienda est vis in similitudine thesaurj temporalis, cuius bona sæpè dispensari non possunt, nisi ob publicas causas; quoniam hæc bona subsunt potestati Reipublicæ quæ sub hac conditione vult, vt illa distribuantur. Thesaurus autem Indulgentiarum immediatè subest potestati Summi Pontificis, qui illum à Christo dispensandum accepit, non solùm pro toto corpore, sed etiam pro singulis membris Ecclesiæ.

RESOL. IV.

An Indulgentia applicari possit Medalliis, & Imaginibus B. Caietani, B. Andreæ & B. Francisci Borgiæ, &c. Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. Resol. 8.

§. 1. AFfirmatiuè respondet P. Gobat *in Thesauro Indulgentiarum*; *part.* 2. *cap.* 12. *quæst.* 28. *numero* 367. vbi sic ait: Dico mihi non improbabile videri, quod per Imagines Sanctorum intelligantur Imagines illorum etiam, qui sunt dumtaxat Beatificati. Ratio est, quia isti sunt propriè Sancti, etiam testimonio Ecclesiæ; nam & Martyres Iapones, quos Vrbanus VIII. in numerum Beatorum retulit, vocat ipsemet Vrbanus Sanctos Martyres; & Beatificatio à Canonizatione tantùm in hoc differt, quòd per Canonizationem præcipiatur omnibus fidelibus, vt illum, qui canonizatur, habeant pro verè Sancto, per Beatificationem verò declaretur, illum qui beatificatur, meritò ab omnibus Fidelibus, pro verè Sancto haberi, & coli posse, vt reliquos inter docet Ferdinandus de Castro Palao, *tract.* 4. *disput.* 1. *p.* 5. §. 5. vbi insuper addit, posse quemlibet Beatificatum coli à quouis vbiuis locorum, recitatione Horarum, Processionibus, & Missæ Sacrificio. At Ego pace huius eruditissimi viri, inspectis Bullis diuersarum Beatificationum, vt ita loquar, iudico hanc additionem non esse veram, testaturque Gauantus *part.* 3. *tit.* 10. à Congregatione Rituum esse contrarium definitum. Hucusque Gobat, qui nullum Auctorem pro sua sententia adducit. Ego verò in eius gratiam vtpote viri amicissimi adducam alium Doctorem ex eadem Societate, & is est Pater Amicus *in Cursu Theologico*, *tom.* 8. *disp.* 20. *sect.* 5. *num.* 92. sic asserens: Alio modo potest talis Indulgentia concedi, vt applicanda ab ipsomet, cui Indulgentia conceditur. Et tunc cauendum est ne talis Indulgentia applicetur Imaginibus, vel numismatis, quæ Sanctos, vel saltem Beatos non exprimant. Ratio, quia mens concedentis est, vt per huiusmodi Indulgentiam colantur Sancti, vel Beati. in huiusmodi Imaginibus, & numismatis expressi. Dixi vel saltem Beatos; quia nisi hi expresè in ipsa confessione prohibeantur, intelliguntur comprehendi sub imaginibus, & numismatis; quibus applicari solet Indulgentia: præsertim si illi sint Apostolico Breui declarati: secùs si nondùm sint ab Apostolica Sede declarati, sed tantùm fama, & voce populi; quia nunc sicut Sancti, ita & Beati non declarantur, nisi iuridica Sedis Apostolicæ sententia. Ita Amicus.

2. Sed vt verum fatear, non video praxim Romanæ Curiæ applicare Indulgentias, nisi Medalliis, Sanctorum Canonizatorum, & si aliquando applicat Medalliis Beatorum, in altera parte Medalliæ extat Imago alicuius Sancti, vel Christi Crucis, aut B. Virginis: & ideò Summus Pontifex non solet concedere Indulgentias his, qui non sunt Sancti Canonizati. Ex his autem apparet à fortiori me rectè olim respondisse Patri D. Francisc. Boluito, aliquem non posse applicare Indulgentiam Medalliæ, seu Imagini nostri Cardinalis D. Pauli Arezij, D. Francisci Olympij, D. Iosephi Caraccioli, & aliorum: vnde dixit Gobat *vbi suprà num.* 368. non valituras Indulgentias quæ applicarentur Imaginibus Sanctissimæ memoriæ virorum Eudouici Gratanensis, Petri Canisij, &c.

RESOL. V.

An concessio Indulgentiarum per modum Iubilæi habeat annexam facultatem eligendi Confessarium?

Et an Episcopus habens facultatem concedendi plenariam Indulgentiam morientibus, cum hoc tamen, vt interdiu id faciat per se ipsum, alias potens talem facultatem subdelegare tempore noctis possit sic delegare, si interdiu vocetur ad morientem, & tunc nolit, aut non possit per se id facere, facta tamen subdelegatione pro tempore noctis?

Et cursim, & obiter docetur lucrari distributiones illum, qui in vtilitatem Ecclesiæ abest à Choro & si extra tempus chori possit expedire negotia Ecclesiæ. Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. Resol. 5.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Pater Pasqualigus *de Iubilæo*, *quæst.* 178. *num.* 7. vbi sic ait: Ex dictis colligitur contra Suarez *disp.* 7. *de Censur. sect.* 5. *num* 9. Duardum *in Bullam Canæ*, *lib.* 3 § 1. *quæstione* 1. *numero* 14. Lauorium, *part.* 2. *de Iubilæo*, *cap.* 7. *num.* 78. In concessione indulgentiarum per modum Iubilæi concedi etiam facultatem eligendi Confessarium cum facultate absoluendi à reseruatis, vt docent communiter & in specie citati *num.* 2. Bossius *sect.* 1. *de Iubilæo*, *casu* 16. *num.* 2. Henriquez *lib.* 2. *Summ. cap.* 9. *num.* 4. Homobonus, *part.* 2. *Examin. Eccles. tract.* 11. *quæst.* 3. *suppositio* 4. Communiter enim assignant hanc differentiam inter Iubilæum, & plenariam Indulgentiam, quod illud

illud habeat annexam hanc facultatem. Et desumitur etiam ex Bullis suspensionis Indulgentiarum pro Anno Sancto, nam suspenduntur facultates deputandi confessarios, qui possint absoluere à reseruatis concessæ occasione Indulgentiarum; vt Extrauag. *Quemadmodum de panit. & remiss.* quæ sunt concessæ Ecclesiis, Ordinibus, Hospitalibus, &c. quæ non sunt aliæ, nisi illæ, quæ sunt annexæ Indulgentiis per modum Iubilæi, quæ aliquando ob maiorem declarationem solent in specie explicari. Hucusque Pasqualigus.

2. Sed ego prorsus puto non esse recedendum à sententia negatiua Suarez, & aliorum, quam nouissimè validissimis argumentis firmat Pater Gobat *in Theſ. Indulgen. part. 2. cap. 5. quæſt. 10. num. 199.* qui asserit contrariam opinionem non esse tutam in praxi. Et præter alias rationes dico, quod optima legum interpretatio est praxis, & vsus communis, vsus autem communis planè repugnat doctrinæ, quam impugno. Nam in primis non puto vllum repertum, qui putaret esse sibi licitum in die Circumcisionis Domini eligere quemlibet approbatum Sacerdotem sæcularem, aut Religiosum, à quo acciperet absolutionem quorumcumque peccatorum, censurarumque; itemque commutationem omnium votorum, etiam triplicis peregrinationis, ac postremò compositionem super marè ablatis incertis. Et tamen in die Circumcisionis possunt omnes Christi fideles, qui eo die à primis vesperis ad occasum solis confessi, & sacra Communione refecti Templum aliquod Societatis visitarunt, in eoque quinquies Pater, & Aue recitarunt ad consuetas intentiones, potiri Indulgentia in formis Iubilæi. Nemo etiam id sibi iuris vendicat, etsi instructus Indulgentiis in gratiam Ducis Bauariæ Guilielmi, vel Ducis Oscalenæ ad Paulum V. Oratoris Hispanici, vel Societatis Assistentium, & Procuratorum impertit, iciunet singulis per annum sextis feriis, aut sabbatis; nemo itidem illorum, qui vel alicui Congregationi adscripti, vel Indulgentiis quinque Sanctorum, S. Caroli, Vrbani VIII. præditi adeunt probabile mortis periculum, è quo postea præter spem emergunt. Et tamen his omnibus obtingit tunc Indulgentia in forma Iubilæi. Imò non dubito, quin in Italia, & Hispania Episcopi, Fidei Inquisitores, Commissarij Cruciatæ essent grauiter animaduersum in illum Sacerdotem, extra mortis articulum à Casibus Bullæ Cœnæ, & Episcopalibus absolueret quempiam non munitum alio priuilegio, quam Indulgentiæ in forma Iubilæi. Et hoc vltimum concedit ipsemet Pater Pasqualigus. Deinde si Indulgentia in forma Iubilæi nihil aliud significat, quam quod quis possit absolui, & dispensari ab & super omnibus, super quibus potest in Iubilæo, cur Summi Pontifices in Bullis Iubilæorum extraordinariorum toties, nunc quidem expressè, nunc autem implicitè profitentur, se præter Indulgentiam in forma Iubilæi impertiri potestatem eligendi Confessarium, qui à reseruatis absoluat, & vota commutet? cum domus, arbor, equus, & vniuersum quilibet totum nil aliud significet, quam suas partes vnitas, quis ferat dicentem: Vendo tibi meam domum, & præter illam tectum omniaque eius hypocausta; commodo tibi meum Bucephalum, & præter eum, seu insuper eiusdem caput, & pedes; dono tibi hunc meum seruum Carmenidem, & insuper eius manus, ac viscera. Adde, quod Sanctissimus D. N. Innocentius X. die 22. Decembris, anno 1646. omnes Societatis Religiosos donauit Indulgentia in forma Iubilæi apponens expressè, limitationem contrariam opinioni Peyrini, videlicet clausulam: Circa tamen facultatem eligendi Confessarium, qui eos à Casibus Sedi Apostolicæ quomodolibet reseruatis ab soluat. Ex qua limitatione deduco aliud argumentum nam si Indulgentia in forma Iubilæi nil aliud significat, quam facultatem obtinendi absolutionem, & commutationem votorum, sequitur homines Societatis potuisse ex vi illius Indulti Pontificij petere à quolibet Confessario commutationem votorum non reseruatorum, itemque absolutionem omnium Casuum Episcopis, & societatis Superioribus reseruatorum; nam qui de duobus propositis alterum negat, alterum concedere videtur. cap. *Nonne de præsumpt.* Quod tamen est falsum. Non est igitur talis sententia admittenda.

3. Nec obstat dicere, quod hæc vocabula in forma Iubilæi per modum Iubilæi significent dari indulgentiam, ea forma, & eo modo quo datur Iubilæum; atqui Iubilæum datur ea forma, vt includat fauores circa casus reseruatos, & vota: Nam respondeo constare ex praxi, illam maiorem proportionem ita esse distinguendam: Indulgentia in forma Iubilæi est ea, quæ datur, in illa forma, qua expressa datur Iubilæum, concedo maiorem: qua implicita datur Iubilæum, nego maiorem: atqui Iubilæum datur in ea forma, vt illos fauores includat tanquam formam implicitam, esto minor; tanquam expressam, nego minorem, & consequentiam. Concludendum est igitur, quod quando dicitur dari Indulgentiam plenariam, seu plenissimam in forma Iubilæi, esse perinde ac si dicatur, dari eo modo remissionem omnium pœnarum, quo modo in Anno Sancto solet concedi. Et quamuis ex hac explicatione sequatur, omnem Indulgentiam plenariam esse à parte rei Indulgentiam in forma Iubilæi, & consequenter ita posse vocari; nam ad esse sequitur dici; attamen Pontifices ideò nonnullos peculiariter hoc nomine decorant, vt in hominibus maius eorum studium, maiorémque ex eis consolationem excitent. Qua de causa etiam nonnullas plenarias vocant singulariter, & quasi per antonomasiam plenissimas. Porrò allatam explicationem esse legitimam probo clara auctoritate ipsiusmet Sixti IV. qui in bulla incipiente: Sacrosanctæ Religionis, vestræ, Cistercienses alloquès, eisque Indulgentiam pro articulo mortis elargiens vtitur hisce verbis: Remissionem omnium peccatorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, plenariam remissionem, necnon Sanctissimum Iubilæum siue omnes, & singulas Indulgentias, & plenariam omnium peccatorum remissionem, Fidelibus anno Iubilæo Romam venientibus, & Ecclesias ad hoc statutas, verè contriti, & confessi visitantibus quomodocumque concessas, &c. concedimus. Ita Pontifex. Et hæc omnia docet Gobat *vbi suprà.* Vnde ex his Eminentiss. Dominus meus Cardinalis de Lugo, & Ego in quodam Examine Episcoporum, coram Sanctiss. D. N. rectè diximus, malè quosdam Confessarios anno Iubilæi 1651. absque alio priuilegio absoluisse pœnitentes à Casibus Papalibus, dispensasse in votis, &c. non enim habebant auctoritatem hoc faciendi, ex vi dicti Iubilæi Anni Sancti.

4. Et tandem non deseram apponere pulchrum dubium, an Episcopus habens facultatem concedendi plenariam Indulgentiam morientibus cum hoc tamen, vt interdiu id faciat per se ipsum, aliàs potens talem facultatem subdelegare pro tempore noctis; possit sic subdelegare, si interdiu vocetur ad morientem, & tunc nolit, aut non possit per se id facere, facta tamen subdelegatione pro tempore noctis. Ad hunc casum: Pellizzarius *in Manuali Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 5. num. 190.* respondet affirmatiuè, dummodo Indulgentia per subdelegatum conferatur de nocte. Mouetur, tum quia in hoc casu saluatur mens delegantis, ne delegatus conferat Indulgentiam per alium interdiu, cùm is deleget quidem de die, sed collatio Indulgen-

tiæ

tiæ fiat de nocte; nec refert, quo tempore facta sit delegatio, sed quo tempore fiat collatio Indulgentiæ, & solum attendi debet tempus collationis Indulgentiæ: tum quia hic non committitur fraus; cùm vtens iure suo nemini faciat fraudem, & Episcopus in casu isto verè habeat ius delegandi suam facultatem pro tempore noctis, siue subdelegatio fiat de nocte, siue de die: tum, quia Bonacina *disp. 2. de hor. canon. quæst. 5. part. 3.* num. 16. Aliique docent lucrari distributiones illum, qui in vilitatem suæ Ecclesiæ abest à Choro, etsi extra tempus Chori posset expedire negotia Ecclesiæ (quod idem concedit in simili Diana *p. 4. tract. 4. resol. 10.* aliis citatis) ergo, & in nostro casu poterit Episcopus delegare pro tempore noctis hanc suam facultatem, etsi iam ipse per se diu commodè posset exercere. Ita in facti contingentia interrogatus ab Eminentissimo Domino meo Cardinali Machiauello respondi, responsio fuit approbata, tum ab ipso, tum ab aliis viris doctissimis. Ita Pellizzarius *loco citato.*

RESOL. VI.

An opus iniunctum pro acquirenda Indulgentia faciendum sit intentione principali, vel aque principali ad illam lucrandam? Ex part. 5. tract. 12. Resl. 7.

§. 1. QVod est quærere an lucretur Indulgentiam, si quis, v. g. visitaret Ecclesias principaliter ob recreationem, vel Romam pergeret in Anno sancto, principaliter propter curiositatem videndi illam, vel ad consequendum aliquod beneficium, vel ieiunaret ex causa non expendendi in emendis cibis, ita quòd huiusmodi fine non existente non visitaret Ecclesias, nec Romam iret, nec ieiunaret, licèt dum facit hæc, habeat etiam intentionem lucrandi Indulgentiam, & negatiuam sententiam mordicus tenet Corduba *de Indulgent. quæst. 25.* Rodriquez *in Bulla Cruc. §. 8. num. 9.* Vega *in summa, tom. 2. cap. 7. cas. 2.* cum aliis.

2. Verùm tu contrariam sententiam tene cum Iacobo Granado *in 3. part. de Sacrament. contr. 12. tract. 5. disp. 4. num. 10.* vbi sic ait. Non requiritur vt opera pia iniuncta efficiantur potissimum propter consequendam Indulgentiam, vt Corduba contendit, sed satis est propter eum finem executioni mandari, licèt alius finis intendatur æquè, aut magis principaliter. Sic ille, & ante illum Suarez *tom. 4. disp. 52. sect. 6. num. 5.* & alij. Et ratio est, quia vt opus sit pium, sufficit vt quis habeat intentionem lucrandi Indulgentiam, licèt intentio illa non sit principalis, & faciat idem opus ob alium finem, quo non existente non faceret opus illud, & in confessionibus Indulgentiarum non dicitur, vt opera iniucta efficiantur principaliter ad lucrandam Indulgentiam; ergo, &c.

RESOL. VII.

An ad lucrandas Indulgentias debeat opus iniunctum fieri bene moraliter ita vt sit honestum, & moraliter bonum, quod si in eo faciendo venialiter peccet, vt si v. g. ex vana gloria visitet Ecclesias, det eleemosynam, an consequatur Indulgentiam?

Et quid dicendum est, si opus iniunctum male efficiatur moraliter, etiam cum peccato mortali?

Et quid de aliis conditionibus, finibus, & defectibus? Ex p. 5. tr. 12. Resl. 5.

§. 1. AFfirmat prima opinio, & asserit opus iniunctum esse adeò necessarium vt benè moraliter efficiatur: quòd si in eo efficiendo venialiter quis peccet, vt si, v. g. ex vana gloria visitet Ecclesias, det eleemosynam, &c. non consequitur Indulgentiam. Ita Adrianus, quem citat & sequitur Nauar. *de Indulg. notab. 19. num. 6.* & alij, quibus ego addo Syluium *in 3. p. D. Thom. quæst. 27. art. 2. quæritur primo, conclus. 2.*

2. Secunda opinio negat & docet non esse necessarium vt opus requisitum & iniunctum ad lucrandam Indulgentiam debeat esse honestum & bonum moraliter, id est, secundùm omnes circumstantias, seu in indiuiduo; sed sufficit vt sit honestum & bonum ex genere suo. Ita Granad. *in 3. p. de Sacr. contr. 12. t. 5. disp. 4 n. 10.* Suar. *tom. 4. disp. 52. sect. 6. n. 3.* Henriq. *lib. 1. c. 9. num. 5.* Præpositus *in 3. p.* Filliuc. *tom. 1. tract. 8. cap. 6. num. 158. & 159.* Ludouicus à Cruc. *in Bull. Cruc. disp. 1. cap. 8. dub. 3. num. 5.*

3. Tertia opinio distinguit, & ait quòd si quis in adimplendo opere iniuncto pro lucranda Indulgentia peccet venialiter, talis lucratur Indulgentiam; nam cùm peccatum veniale non tollat gratiam apud Deum, nulla est ratio propter quam possit impedire effectum Indulgentiæ: nec est verisimile, quòd obligare vel t Papa ad faciendum opus postulatum cum tanto rigore. Secus verò dicendum est si opus iniunctum malè efficiatur, moraliter etiam cum peccato mortali: nam in tali non valeret ad Indulgentiam lucrandam, & hanc opinionem ex multis rationibus probat Faber *de pœnit. dist. 19. q. vnic. disp. 38. cap. 7. num. 214.* vbi respondet ad omnia argumenta in contrarium.

4. Quarta opinio est Bellarmini *lib. 1. cap. 13. q. 2.* Layman *lib. 5. tract. 7. cap. 6. num. 4.* Nugni *in 3. p. q. 27. art. 3. dub. 5.* asserentium quòd si illud opus pium iniunctum sit ad placandum Deum, vel illi satisfaciendum non sufficit ad Indulgentiam, quia eiusmodi opus nec satisfacit, nec placet; si verò ob alium finem requiratur, v. g. ad subueniendum pauperi, tunc sufficit ad Indulgentiam, quia illud vitium non obstat fini intento. Sed quis ad hanc rationem respondere posset; licet illa opera vitientur aliquo malo fine, retinere aliunde aliquam bonitatem, ratione cuius Deo placere possunt; & interdum illi satisfacere. Idem enim actus externus imperatus ab vno actu bono, & altero malo interno habet quidem aliquid demeriti aliquid meriti, & satisfactionis ergo, &c.

5. Ego autem, vt verum fatear, puto circa præsentem quæstionem non esse verisimile plus requiri à Pontifice, cùm iungit hæc opera pia ad lucrandas Indulgentias, quàm quod Ecclesia requirit adimplenda præcepta diuina, & humana, sed mediis operibus, quæ aliquo culpæ vitio inficiuntur, implentur præcepta diuina & humana: ergo & disponuntur homines ad Indulgentiam, Nec requiritur vt opera pia iniuncta efficiantur, potissimùm propter consequendam indulgentiam, sed satis est propter eum finem executioni mandari, licèt alius finis intendatur æquè, aut magis principaliter.

RESOL. VIII.

An si minima aliqua pars operis iniuncti prætermittatur, consequatur quis Indulgentiam? Ex p. 5. tr. 12. Resl. 23. Et ad literam ibi in tract. 5. Resl. 7. Sed quia in prima Resl. hic assignata; sunt aliqui authores plus quàm in secunda, ideo prima hic transcribitur.

§. 1. REspondeo affirmatiuè; quare si Indulgentia, vt optimè obseruat Trullench *in expos. Bullæ Cruc. lib. 1. §. 1. dub. 15. n. 2.* requirit multa opera, v. g. tres dies ieiunij, si quis omittit vnum, non consequetur Indulgentiam totam, nec aliquam eius partem, quia opera omnia habent se tanquam vnica indiuisibilis conditio concessionis. At si operis iniuncti minima

Sup. hoc in Resol. seq. §. Nota hic, sed lege eam per totam.

pars, tantùm omittatur, vt si opus iniunctum sit vna Missa, & minima eius pars omittatur, verisimile est lucrari Indulgentiam, quia, moraliter loquendo, totum opus fieri censetur, eo quòd in moralibus parum pro nihilo reputatur, quòd si pars in se est leuis, reputatur grauis respectu operis iniuncti, non lucratur, ea omissa, Indulgentiam, vt si concedatur recitanti quinquies orationem Dominicam, omittens vnam, non consequitur eam, quia respectu totius operis est pars grauis. Et hæc omnia docet etiam Philippus Faber *in 4. sent. dist. 19. q. vn. disp. 38. cap. 7. num. 205.* Angelus Bossius *de Iubilæo, sect. 4 cas. 8 num. 3. & 6.* Filliucius *tom. 1. tr 8. c. 6. n. 15.* Præpositus *in 3. p. q. 14. de Indulg. dub. 10. n. 87.* Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 52 sect. 1. n. 4.* Sanctarellus *de Iubilæo, c. 7. dub. 1.* Leo *de Iubilæo, p. 2 n. 150.* Lauorius *de Iubilæo, p. 1. c. 21. n. 20.* Layman *lib. 5. tr. 7. cap. 6. n. 3.* & alij.

RESOL. IX.

An quoad lucrandas Indulgentias detur paruitas materiæ non solum in continuatione temporis, sed etiam post tempus elapsum?

Et an in opere iniuncto ad lucrandas Indulgentias detur paruitas materiæ?

Et Indulgentia pro aliquo certo festo concessa qua diei parte incipit, & desinit? Ex p. 10. tract. 16. & Misc. 6. Resol. 4.

Sup. hoc lege doctr. Resol. annot. seq.

§. 1. CAsus sunt practicabiles; & ad vtrumque affirmatiuè respondet Pater Gobat *in Thesauro Indulgentiarum:* vnde quoad primum loquens de Indulgentia tridui Bacchanalium inclitæ Societati IESV concessæ, sic asserit *in part. 2. cap. 11. quæst. 26. numero* 360. Postmodum à moderno Pontifice ab hinc quadriennium addita est hæc conditio, vt illa 40. horarum precatio, seu oratio, non sit interpolata, sed continua. Vnde licet illa oratio possit inchoari immediate post mediam noctem diei sabbatini exacti, & prorogati vsque ad mediam noctem feriæ tertiæ (nam Bulla Sanctissimi D.N. Innocentij X. tres integros dies concedit) tamen si quis finita supplicatione, seu processione, qua solet illa oratio claudi, primum oraret pro concordia Principum Christianorum, &c. non esset lucraturus Indulgentiam. Certum quoque est sufficere ad illius orationis continuationem, modo sit tempore vnus vnicus homo in Templo, qui oret; nam Pontifex vtitur voce Orationis, non autem precationis; imò quamvis contingeret per breuiculum temporis spatium v. g. per sextam vnius horæ partem, neminem esse in templo, non tamen censeretur moraliter interpolata oratio; si enim ex tam multorum præstantiúmque Theologorum opinione est vna moraliter continuata actio, qua vel plures homines, vnum post alterum confitentes, audis, aut qua pluribus hominibus in vno Sacro, Christi Corpus præbes, esto forte ter, vel quater à mensa communicantium redeas ad altare; aut qua die vetito carnes comedis, ad initium, & ad finem prandij, comestis in medio prandio piscibus; si, inquam, illæ actiones, quas enumeraui, sunt in circumstantiis, quas attuli, ita moraliter vna actio, vt in sacra confessione non oporteat exprimere numerum personarum, quas peccati mortalis reus absoluisti, & communicasti in casu prædicto, vt egregiè docet Cardinalis de Lugo, *disput. 16. sect. 14. §. 2.* cum multis contra multos, nec oporteat dicere te comedisse bis carnes, imò mala foret confessio, si in casu posito diceres te comedisse bis carnes, clarum est orationem 40. horarum posse moraliter vocari continuam, & non interpolatam, licet ob somnolentiam omnium; qui sunt in templo, aut vnius, pluriúmve tarditatem, vel inaduertentiam contingeret, aliquo breuiusculo tempore non orari, cum præsertim externa orationis signa, vt ardentes cerei, venerabilis sacramenti præsentia, ac etiam iuuent ad moralitatem continuationis, sicut ad vnitatem, & continuationem prandij facit, quod mensa permaneat strata. Ita Gobat; qui etiam *in tr. de Iubil. cap. 22. q. 60. num. 150.* addit, ne physicè quidem interruptam videri eam 40. horarum orationem, etsi omnes, qui pro implenda hac aut illa orationis hora sunt constituti, Rosarium v. g. recitent cum perpetuis animi, voluntarijsque distractionibus, aut fortè licet etiam penitus nil orent modo flectant genua modestè; nam verba sunt intelligenda secundum vsum communem, vt docet vtrumque ius iam toties citatum; vsus autem penes quem est ius, & norma loquendi, habet, vt dicatur durare oratio 30. horarum, quamdiu aliquis est in templo per modum supplicis & Religiosum cultum, qualis vtique est genuflexio, exhibentis Deo.

2. Quoad secundum dubium idem Pater Gobat, etiam affirmatiuè respondet *vbi suprà, in Thesauro Indulgentiarum, part. 2. cap. 36. quæst. 95.* vbi quærens, Indulgentia pro aliquo concessa, qua diei parte incipiat & desinat; & respondet eam lucrificandi tempus incipere à primis vesperis, & finiti ad solis occasum ipsius festi, aut Dominicæ; Et postea *num. 655.* sic asserit: Per solis occasum intelligendum esse id tempus, quo sol iam planè sub horizontem est abditus, ita vt Indulgentiam pro S. Ioannis Baptistæ die, qui longissimus est, decretam adipiscatur is, qui reliquis iam perfectis designatam Ecclesiam visitat, in eáque erat, dum horizon planus (nam nulla hîc montium est habenda ratio) solem secat, aut statim postquam totus planè occubuit. Nam verba Bullarum de Indulgentiis loquentium esse latè interpretanda, dixi iam sæpè. Et quia nobis in superiore Germania solet circa solstitium æstiuum occumbere hora octaua post meridiem ideo hora octaua, aut dimidio quadrante potest vtiliter, ad lucrandas Indulgentias visitari Ecclesia præscripta. Ita Gobat.

3. Sed circa præscriptam clausulam, videtur à primis vesperis vsque ad occasum solis, vide Quintanadueñam *in Theol. mor. tom. 1. in append. tr. 3. dub. 4.* vbi tenet Indulgentiam concessam vsque ad occasum solis, terminari finito completorio. *Et dub. 3.* docet, quod in tali casu vesperarum hora, non est mensuranda ex hora, qua in hac, vel illa Ecclesia vesperæ recitantur, sed ex hora, quæ in Ecclesia matrice, siue Metropolitana sit, siue Cathedralis, aut Parochialis) in aliqua Ciuitate, aut Oppido, recitari, solent communiter iuxta vniuersalem Ecclesiæ ritum, vel Prouinciæ, Ciuitatis, vel oppidi illius vsum. Deinde quod hæc hora incipit non solùm à tempore, in quo vesperæ in choro inchoantur, sed ab eo etiam quo ad vesperas campanæ pulsantur, aut pulsari loco solent, v. g. Hispali in hyeme à secunda hora post meridiem, & in vere à tertia: tunc enim verificatur iam vesperarum tempus adesse, seu accessisse. Hæc Quintanadueñas; Et nouissimè Gobat *vbi suprà, num 656.* putat per primas vesperas intelligi illud tempus, quo ex probato vsu solent, aut possunt in illo loco, quo datur Indulgentia, recitari vesperæ. Quod quidem tempus incipit à prima; aut saltem media secunda pomeridiana extra quadragesimam, in quadragesima vero hora nona, au media decima antemeridiana. Ita Gobat: quæ omnia adnotare volui, quia quotidiana.

4. Nota hic obiter, quod etiam in opere iniuncto Sup. ad lucrandas indulgentias datur paruitas materiæ. Et ita me citato docent dictus Pater Gobat, *p. 1. c. 17. q. 135. n. 195.* vbi obseruat, quod vt aliqua pars vocetur hic minima, debet esse minima, non tantùm absolutè, sed etiam respectiuè: Vnde quando præcipiuntur quinque

quinque Pater,& Aue, non censetur is minimam partem omisisse; qui tantum quater Pater & Aue recitat. Addit tamen, *num.*193. tria, aut quatuor Aue Maria, esse reputanda pro parte minima Rosarij: Quod mordicus,sed non bene negat Pater Pasqualigus *de Iubilæo quæst.*41. *num.*6. asserens,quod si pro consequenda Indulgentia sit iniuncta recitatio Coronæ, aut Rosarij, si quis omitteret recitationem vnius Aue Maria, non sequeretur Indulgentiam; quia licèt sit pars minima, pertinet tamen ad formam, cùm toties in numero determinato recitanda sit salutatio Angelica, vt habeatur Corona, vel Rosarium. Ita ille. Sed nostram sententiam tenet etiam Pellizzarius *in Manuali Regular. tom.*2. *tract.*8. *cap.*5. *num.* 257. qui recte illam non admittit in casu quo pars operis iniuncti omissa esset in se leuis, sed grauis respectiuè ad alias (vt si in Rosario omittantur dena Aue Maria, aut semel Pater, & Aue in quinque denis recitandis: tunc quippe nihil obineretur indulgentiæ.

5. Verum in his materiis magis scrupulosè quam latè procedendum esse puto; nam Martinus Roa vir quidem doctus, *de Purgatorio*, *c.*14. negat quidquam indulgentiæ ab illo acquiri, qui vel minimam partem præscriptæ precationis,aut operis omittit. Et ideò Eugenius IV. in Bulla 23. apud Bullarium Rodriquez, omissionem quantumuis inuoluntariam vnici iciunij ex quinquaginta duobus, quæ à monachis Vallisoletanis ad Indulgentiam pro articulo mortis exigebat, voluit suppleri alio proximo anno, alioqui nolebat illos ea Indulgentia gaudere.

RESOL. X.

An qui facit opus requisitum Iucretur æquiualenter Indulgentiam? Ex p.5.tr.12.Res.18.

§.1. SVppono adesse causam sufficientem Indulgentiæ,& opus præscriptum requiritur à Pontifice solum vt conditio, & negatiuam sententiam docet Layman *lib.*5. *tract.*7. *cap.*5.*num* 2. Polacchus *de Iubil. sect.*42. *num* 57. Zerola *de Iubil. lib.*1. *cap.*16. *dub.* 17. & Coninch *de Sacram. disp.*12. *dub.*6. *num.*34. & alij. Non enim omnes semper lucrantur plenarias Indulgentias etiam legitimè concessas, qui faciunt etiam in statu gratiæ opus præscriptum quia fieri potest vt habeant tot pœnas persoluendas, & opus tam exigua cum deuotione faciant vt eius vtilitas ad illarum finem promouendum non sit tanta, quanta requiritur pro tot pœnis remittendis.

2. Dices, sufficit quòd opera omnium sint simul proportionata, præsertim cùm non semper requiratur aliquod opus in eo,cui conceduntur Indulgentiæ. Respondeo illa sufficere vt in genere tales Indulgentiæ concedantur, non autem vt singulis in particulari integræ applicentur, quia aliàs lucrarentur etiam eas,qui opus ita faceret,vt nullam haberet vtilitatem ad finem: nec enim in hoc casu talis concessio Indulgentiarum vt huic, vel illi applicata, habet vtilitatem ad finem intentum promouendum, sed potiùs obesset, quantumuis tepidè peractum posset quantumuis magnas pœnas remittere;quia esset occasio cur homines tepidè ea opera obirent, cùm scirent æqualiter se Indulgentias lucraturos siue tepidè, siue feruenter ea obirent. Confirmatur ex *Extrauag. antiquorum* 1. *de pœnit.* vbi Bonifacius VIII. cùm concessisset plenissimas in anno Iubilæi Indulgentias tandem subiungit. Vnusquisque tamen plus merebitur & Indulgentiam efficaciùs consequetur qui Basilicas ampliùs, & deuotiùs frequentabit. Quæ verba quantumcumque alicui conentur ea interpretari aliter, non videntur posse,admittere commodum sensum, nisi dicamus fieri posse; vt tepidè frequentantes,Basilicas non lucrentur plenarias omninò Indulgentias,alias has deuotiùs frequentantes, non possent illas efficaciùs lucrari.

3. Verùm his non obstantibus contrariæ sententiæ tanquam probabiliori adhæreo, quam nouissimè tuetur Angelus Bossius *tract. de Iubilæo*, *sect.*4.*cas.*21.§.1. *numero* 38. Filliucius *tom.*1. *tract* 8. *capite* 6. *num.* 164. Bartholomæus à S.Fausto *de Iubilæo*, *lib.*3. *quæst.*66. Benzonius *de Iubilæo*, *lib.*5. *cap.*15. *dub.*1. Nugnus *in addit. ad* 3. *part.quæst.*24.*art.*3.*dub.*6. Suarez *in* 3. *part. tomo* 4. *disputatione* 52. *sectione* 8. *numero* 3.& alij, vbi asserunt omnes præstando opera iniuncta in Iubilæo & in gratia existentes, in momento vltimi operis suppositа causa iusta per se æqualiter Indulgentiam, seu remissionem plenissimam in eodem Iubilæo promissam percipere, & ratio est, quia conditio requisita sufficienter adimpletur, & omnia alia ad effectum Indulgentiæ Iubilæi necessaria sufficienter concurrunt: ergo parem Indulgentiam consequuntur concessam, v.g. facientibus eleemosynam, qui dant centum, quàm hi qui dant vnum aureum. Tum, quia Indulgentia operatur non ex opere operante, sed ex opere operato, nempe meritis Christi, vel Sanctorum: ergo maior, vel minor deuotio quoad remissionem promissam in Iubilæo nihil addit, vel minuit: tum quia si hoc esset, sequeretur non esse verum illud commune proloquium, Indulgentia tantum valet, quantum sonat: ergo,&c.

RESOL. XI.

An Indulgentia,sublata peccati fictione,sortiatur effectum suum; Ex p.4.tr.4.& Misc.Res.94.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Paludanus *in* 4.*dist.*20.*quæst.*4.*art.*3. & Sylvester *ver.Indulgentia,num.*20.& 32. quos citat & sequitur Henriquez *lib.*7. *de Indulgent. cap.* 9. *num.* 3. vbi asserunt sublata peccati fictione suum indulgentiæ sortiri effectum sicut reuiuiscit Baptismus sublata fictione, & opus à Confessario in pœnitentiam iniunctum. Sup hoc in Res.seq.& in tom.1. tr. 6. Res 10. §.Et hanc ante med. vers. Imo plus.

2. Verùm contraria sententia placuit Suarez *tom.*4. *disp.*52.*sect.*2.*num.*12. quia hoc priuilegium proprium est Sacramentis, & non omnibus, & non constat tale priuilegium esse concessum Indulgentiæ, nec ex sacra Scriptura, nec ex voluntate concedentis quod confirmatur, quia omnes Indulgentiæ conceduntur hominibus confessis, vel contritis; ergo nihil operantur in illis, qui sunt in peccato, quia non sunt contriti.

RESOL. XII.

An Indulgentia,sublata peccati fictione,sortiatur effectum suum?

Et an, vt quis obtineat sibi effectum Indulgentiæ, requiratur status gratiæ eo tempore, quo præstat omnia præscripta opera,ad Indulgentiam consequendam;vel sufficiat status gratiæ in eo instanti,in quo applicatur Indulgentia,seu in quo danda,& applicanda erit Indulgentia? Ex p.5.tr.12. Res.4.

§.1. NImis grata & consolatoria erit resolutio huius dubij, & pro sententia negatiua *in* 4.*part. tract.* 4.*resol.* 94. adduxi Suarez, cui nunc addo Trullench *in Bulla Cruciatæ,lib.*1.§.1.*dub.*16.*num.*5. Fabrum *de pœnit.in* 4.*sent. dist.*19.*quæst. vn.disp.*38.*numero* 197. Sotum *in* 4.*dist.*21. *quæst.*2. *art.*3. Lauorium *de Iubilæo par.*2. *cap.*14.*n.* 69. Pollachum *de Iubilæo sect.*42.*n.*16. Sanctarellum *de Iubilæo cap.*7.*dub.*2. Leonem *de Iubilæo* Quæ hic est, Res. antecedens.& in alio §. eius not.

part.1.num.86. Emmanuel Sà *ver. Indulgentia, num.1.* Coninch *de Sacrament disp. 12. dub.7. num.37.* Reginaldum *tom.1.lib.7.cap.vlt.num.169.* Zerolam *in praxi Episc part.2. ver. Indulgentia num.9.* & alios penes ipsos. Probat Coninch hanc sententiam his rationibus. Primò, quia sic inimico valde liberalis fieret remissio saltem sub conditione, quod videtur absurdum. Secundò, quia ita reuiuiscere est proprium omnino Sacramentorum, quæ efficaciùs multò applicant merita Christi, quàm Indulgentiæ. Tertiò, quia ne quidem Sacramenta reuiuiscunt ei, qui ea recipiens posuit aliquod impedimentum essentiæ eorum repugnans, vt patet in pœnitentia. At perseuerantia in statu peccati mortalis repugnat essentiæ Indulgentiarum, quia hæc totæ consistit in remissione pœnæ. Ergo.

2. Sed affirmatiuam sententiam ego puto satis probabilem, & magis piam, quam præter Henriquez, Sylueſtrum, & Paludanum tenet nouissimè Iacobus Granadus *in 3 part. de Sacram. controu. 12. tr.5.disp.2. num. 5.* vbi sic ait, Contingere posse aliquem præstare omnia bona opera quæ ad Indulgentiæ concessionem requiruntur ex præscripto concedentis, & nihilominus non esse in statu gratiæ. Et quidem de reliquis operibus præter contritionem, & Confessionem nemo dubitat. Quod verò attinet ad ista duo. In primis non semper illa exiguntur tanquam dispositio ad Indulgentiam requisita à Pontifice; quando verò exigerentur, vt sæpe contingit, si quis ex proposito, aut obliuione omitteret conteri, aut confiteri, non consequeretur Indulgentiam, etiamsi postea id præstaret, vt conuincitur primo argumento. Accidere verò potest vt confiteatur, quis & dolorem aliquem concipiat, bona fide existimans se legitimè confessum & contritum, & tamen non iustificetur, quia deficit dolori aliqua qualitas requisita, & propterea communior sententia Theologorum admittit confessionem informem, id est, quæ sit absolutè confessio & tamen non conferat gratiam, de quo in materia de Pœnitentia. Sententia ergo, quam hìc amplectimur, intelligenda est, quando vel confessio & contritio non petuntur à Pontifice in forma Indulgentiæ vel si petantur, credidit homo bona fide nihil contritioni & confessioni suæ defuisse, quo posito probatur iaciendo contraria fundamenta illis, quibus prior opinio nitebatur. In primis enim non semper Indulgentiæ tenor exigit contritionem & confessionem; sed alia solùm opera pia, quæ, vt suppono, præstari debent, quando vero contritio & confessio exigitur, iam diximus ab homine præstari debere, moraliter loquendo. Ergo quamuis propter occultum & inculpabilem defectum non receperit gratiam, credendum est de pietate Ecclesiæ illi homini dispensasse thesaurum vt prosit, cùm primùm fuerit iustificatus. Quod enim Ecclesia hoc modo dispenset thesaurum, non est quòd iudicetur impossibile. Re autem ipsa ita dispensare suadet eius pietas, quæ non patitur fideles tanto bono priuari propter prædictum defunctum. Itaque licèt tenor Indulgentiæ habeat, vt solùm verè contritis & confessis concedatur, intelligendus est hunc sensum reddere, vt scilicet tempore præscripto homo eliciat contritionem, quam prudenter credidit sufficere, & quæ ad confessionem validam, licèt informem, necessaria est, dummodo postea iustificetur ad percipiendum effectum Indulgentiæ. Deinde probatur, quia omnia Sacramenta sortiuntur effectum recedente fictione, saltem quando bona fide recepta sunt ab eo, qui credebat se esse benè dispositum. Ergo idem de Indulgentiis dicendum est. Antecedens patet, quia si alicui Sacramento id poterat iure denegari, illud certè erat Eucharistia, quæ tam facilè iterari potest; ostensum autem est in materia de Eucharistia, cùm illa recipitur bona fide, sortiri postea effectum recedente fictione. Consequentia vero probatur, quia Sacramenta sortiuntur prædictum effectum, quia ille est ex opere operato, id est, virtute meritorum Christi Domini, sed effectus Indulgentiæ etiam est quasi ex opere operato, prouenit enim ex applicatione satisfactionum Christi Domini & Sanctorum. Denique licèt qui tempore præscripto à Pontifice non habet statum gratiæ, nihil in se recipiat physicè & realiter; eo tamen ipso quòd reliqua pia opera præstiterit moraliter habet ad illam satisfactionem, quam Pontifex dispensauit iis, qui illa opera exercent, est ergo illa satisfactio quasi in actu primo dispensata, solumque expectat ablationem obicis peccati, vt in actu secundo communicetur: & hæc omnia docet Granadus *vbi supra*, & hanc sententiam probabilem esse docet etiam Filliucius *tom.1.tract.8.cap.6 num.40.* licet ipse contrariæ adhæreat.

3. Notandum est etiam hìc obiter contra Comitolum *in respons. moral. lib.1.quæst.37.num.2.* Conradum *in respons. moral. part.1. quæst. 204.* Caietanum *tom.1. opuscul.tract.15. cap.9.* Fabrinum *de Iubilæo, cap.33.* & alios, vt quis sibi obtineat effectum Indulgentiæ, non requiritur status gratiæ eo tempore, quo præstat omnia præscripta opera ad Indulgentiam consequendam, sed sufficere statum gratiæ in eo instanti; in quo applicatur Indulgentia, seu in quo danda & applicanda erit Indulgentia: & ratio est, quia Indulgentia effectus non prouenit ex opere, quod Pontifex iniungit, sed ex satisfactionibus Christi, & Sanctorum; ergo quamuis illud opus fiat in statu peccati; ac proinde non sit satisfactorium, obtinebitur Indulgentia, dummodo tempore adeptionis homo sit Deo gratus. Hoc autem tempus, seu potiùs instans est determinatum, illud, nimirum quo verum est perfecta esse omnia, quæ Pontifex ad Indulgentiam requisiuit, vt, v. g. concessit Indulgentiam illis, qui confessi Eucharistiam susceperint, & ieiunauerint quarta Feria, sexta, & Sabbato, cùm primum dies Sabbati censetur elapsa, confertur fructus Indulgentiæ, licet qui de eo non cogitaret: & ita docet Granadus *vbi supra num.9* qui citat Suarez, Valentiam, Sotum & Cordubam; quibus ego addo Sanctarellum *de Iubilæo, cap.4. dub.1.* Lauorium *de Iubilæo, part.1. cap.14.num.77. &* 78. & Pollachum *de Iubilæo, sectio. 42. num.10.* Leonem *de Iubilæo, part. 2. num.120.* Layman *lib.5. tractat. 7.cap. 6. num. 2.* Filliucium *tom. 1. tractat. 8. cap.6. num. 156. & 157.* Faustum *de Iubilæo, lib.4. q.34.* Fernandez *in Medulla, part.3.c.8.num.1.* & alios penes ipsos.

RESOL. XIII.

An quis possit vnico, & eodem tempore lucrari simul plures Indulgentias, diuersis viis concessas? Ex part.5. tr.12.Resol.11.

§.1. VT, v. g. variæ Indulgentiæ diuersis viis sunt concessæ, recitanti *Pater*, & *Aue*, vel Ecclesiam visitanti. Quæritur an aliquis possit omnes lucrari semel recitando *Pater*, & *Aue*? & affirmatiuè respondet Naldus *in summa ver.Indulg.num.5.* Cordubа *de Indulg.q.35.* Graffius *de Indulgent.cap.5.num.55.* Henriquez *lib.7.c.17.num.5.* Vnde Emmanuel Sà correctus *ver. Indulg. num.18.* sic ait. Cùm duo Papæ pro opere aliquo dant viginti dierum Indulgentiam, qui illud facit, consequitur 40. dierum Indulgentiam. Ita ille & Doctores, quos citat & sequitur Faustus *de Iubil. lib.2.q.39.* & Sanctarellus *cap.15.dub.1.*

2. Sed contrariam sententiam docet Coninch *de Sacr.disp.12.dub.9. num.42.* Villabos *in summ. tom.1. tr.26. disſic. 19. num.2.* Suarez *disp.52.sect.8. num.10.*

Filiucius

Villuccius *tom.1. tr.8. cap.6. num.168.* & alij : quia hæc videtur esse mens Pontificum opus bonum plerumque adiungi soleat pro iustitia & causa indulgentiæ, qui finis non ita obtinetur si vno opere exhibito plures Indulgentias similibus rebus promissas lucrari liceret ergo, &c

3. Verùm circa præsens dubium ego puto cum Iacobo Granado *in 3. part. de Sacrament. controu. 12. tr.6. disput.1. num.8.* distinguendum esse, si enim ieiunium, aut simile opus, quod iniungitur, non sit adstrictum determinato tempore, pro quo Indulgentia obtinenda est, non sufficiet semel ieiunare, quia quæuis Indulgentia illud opus exigit independenter ab alia. Quando verò opus pro pluribus Indulgentiis requisitum determinato loco & tempori adstrictum fuerit, ita quòd semel tantùm fieri possit; illud sufficiet ad omnes Indulgentias : v.g. si alicui propter varios titulos concessæ fuerint Indulgentiæ, dummodo ieiunet in vigilia Ioan. Baptistæ, cùm opus illud non possit differre, aut multiplicari, censendus est Pontifex vnicum opus exegisse ad omnes illas Indulgentias, dummodo subsit causa proportionata. Ita Granadus. Vnde Ioannes Præpositus *in 3. part. quæst.14. de Indulgent. dub.10. num.9.* docet, quòd si concessæ sunt diuersis viis Indulgentiæ ei, qui post communionem in die, v. g. Pentecostes orauerit in certis Ecclesiis, vna communio sufficit ad illas promerendas; si alia impleantur per actuum repetitionem. Vide etiam Philippum de la Cruz *in Thesaur. Eccles. tr.1. §.12. n.12.* Layman *lib.5. tr.7. c.6. n.6.*

RESOL. XIV.

An quis possit per diuersos actus adipisci eodem tempore diuersas Indulgentias ?

Et an eodem opere plures Indulgentias, diuersis viis concessæ lucrari possint ?

Idem est, si dicatur Missa pro diuersis rationibus, & concessionibus Indulgentiarum, quod possit Sacerdos duas, tres, & quartam animam pœnis Purgatorij eximere cum vnica Missa tantum. Ex p.10. tr.6. & Misc.6. Res.14.

1. Affirmatiuè respondet Bonacina dicens à nemine ante ipsum propositam fuisse hanc quæstionem cum secutus est Sanctarellus, *cap. 10. num.1.* Ratio est, quia Indulgentiæ tantum valent, quantùm sonant. Hinc qui habet Indulgentias quinque Sanctorum obtinet bis remissionem tertiæ partis peccatorum suorum, si dùm audit Sacrum eliciat actum detestationis suorum peccatorum, inuocando vnum aut plures ex illis Sanctis. Vnde ex his sequitur, quod si quis sodalis Beatissimæ Virginis, habens Indulgentias eorundem quinque Sanctorum tempore Sacri, in templo Societatis, aut Patrum Carmelitanorum coram Altari in quo sit Imago S. Ignatij, aut S. Theresiæ, &c. sertum Virgineum precando percurrat, ad imitationem S. Ignatij, S. Theresiæ, S. Francisci Xauerij, &c. lucrabitur vno eodemque tempore Indulgentias promissas, tum recitantibus coronam B. Virginis, tum septies Pater & Aue (nam hæc in corona vtique continentur) orantibus, tum precantibus in templis Ordinum Mendicantium pro obtinendis Stationum Indulgentiis, tum orantibus ante imaginem vnius è quinque Sanctis, tum audientibus sacrum, tum facientibus bonum opus ad imitationem vnius ex istis quinque gloriosis Sanctis. Et hæc omnia docet Gobat *in Thesaur. Indulgent. part.1. cap.18. quæst.67. numero 218. & 219.* Dubitat tamen de Indulgentia precantium septem Pater, & Aue:

Et hanc sententiam, præter Bonacinam, & Gobat, docet etiam Castrus Palaus, *tom. 4. tractat. 24. punct.9. n.14.* vbi sic ait : An vno eodemque tempore diuersis actibus, quorum singulis diuersæ sunt Indulgentiæ concessæ, possit eas lucrari. Vt, si recitanti horas Canonicas, & audienti Missam? variæ essent concessæ Indulgentiæ, lucrari eas possis, simul audiendo Sacrum & horas recitando ? Cui difficultati affirmatiuè est respondendum ; quia vnumquodque opus æquè eodem tempore ac in diuersis perfici potest, æquéque valet suæ concessionis causam finalem complere ; ac si seiunctum ab alio peractum esset. Ita ille; cui adde nouissimè nostrum Patrem Pasqualigum *in Praxi de Iubileo, q.45.*

2. Sed quid dicendum de alia difficultate, an eodem opere, plures Indulgentiæ diuersis viis concessæ lucrari possint. Hanc difficultatem alibi pertractaui, & nouissimè Amicus *in Cur. Theol. tom.8. disputat.20. sect.8. numero 238.* distinguendum putat : nam si idem opus erit proportionata causa pro omnibus Indulgentiis, poterimus eodem opere omnes simul lucrari ; secùs si idem opus non erit proportionata causa pro omnibus. Ratio est : quoniam vt Indulgentia sit valida requirit proportionatam causam, quam deficiente, Indulgentia suum effectum non sortitur. Sed ad propositam difficultatem negatiuè respondent 16. Doctores, quos citat, & sequitur Pasqualigus *in Praxi de Iubileo, quæst.44. numero 3.* Hanc tamen opinionem limitat Suarez *tom.4. in 3. part. disp.51. sect.8. numero 10.* Coninch. *disput.12. de Indulgent. dub.9. numero 42.* Granadus *3 par. controuers.12. tract.6. disput.12. numero 8.* Faustus *lib.2. de Indulgent.q.40. vers.* Et quidem Pasqualigus *vbi suprà, num.1.* Layman. *lib.3. tractat.7. cap.6. numero 6.* & me citato Gobat *in Thesaur. Indulgent. part.1. cap.18. quæst.67. numero 210.* ne procedat, cùm opus iniunctum iterabile non est : v. g. si communicanti in festo Conceptionis, vel in eius Vigilia ieiunanti concedatur diuersis viis annus Indulgentiæ, credendum est, ieiunantem, vel communicantem plures annos consequi. Sed hanc limitationem non admittit nouissimè Castrus Palaus *tom.4. tract.24. disp. vnica punct.9. num.13.* nam esse opus iniunctum iterabile, vel non iterabile, impertinens est ad complendam causæ sufficientiam, si alioquin ex se non complet. Quapropter, si ponamus, ieiunium complere sufficientiam causæ, quæ requisita est pro concessione vnius anni Indulgentiæ, nequit certè iuuare sufficientiam causæ pro alterius Indulgentiæ concessione.

Alibi in Resol. præt. etsi placet lege etiam Resol. eius not.2.

3. Adde, non deesse Doctores asserentes, siue opus iniunctum sit iterabile, vel non iterabile, posse aliquem eodem opere plures indulgentias consequi Et ideò Pater Lezana *in Summa QQ. Regular. tomo 2. verb. Indulgentia, quoad Regulares, num.19.* sic ait : Nota secundum probabilissimam opinionem quorundam, quod habens diuersas medallias diuersas benedictiones à diuersis Pontificibus habentes, potest eodem actu, seu oratione iniuncta diuersas illas indulgentias consequi. Ratio est, quia priuilegium priuilegio non aufertur, & quia non est maior ratio cur Indulgentia vnius medalliæ, potius quàm alterius obtineatur, eo actu, vel oratione. Ergo vel omnium vel nullius, quod esset absurdum. Ita ille ; cui adde Martinum de San Ioseph, *in Mon Confessar. tom.1. lib.2. tract.5. de Indulg. n.9.* vbi sic ait: [Tambien es opinon muy probable, que con vna misma obra se pueden ganar diferentes Indulgencias concedidas por ella, verbi gratia, si teniendo vna cuenta bendita se gana Indulgencia rezando vn Pater noster, y Aue Maria, y por otra concession se concede la misma Indulgencia alque loreza, y visita la Iglesia se ganan ambas Indulgencias con rezar el Pater noster

y Aue Maria, visitado la Iglesia, porque con vna misma obra se puede satisfazer à diuersas obligaciones. Sic ille, & alij à me adducti. Et hanc sententiam probabilem esse docet etiam Gobat, *vbi suprà, num.* 113. ex quæ probabiliter infert, quo qui habet numismata, quorum alterum Indulgentiis quinque Sanctorum, alterum S. Caroli Borromæi, sit præditum, quoties communicat, oratque pro fidelibus defunctis, potest duas animas liberare è Purgatorio, iuxta opinionem Henriquez & aliorum. Et si ille dies, quo communicat sit Dominica Communionis Generalis, liberabit, tertiam animam. Deinde Sacerdos habens numisma affectum tam Indulgentiis quinque Sanctorum, quàm extraordinariis ab Vrbano VIII. concessis liberat, iuxta eamdem opinionem Henriquez, tres animas è Purgatorio, quando sacrum facit in solemnibus festiuitatibus recensitis in breui. Postremum, qui in festo glorioſi Patriarchæ Ignatij pro Indulgentia tunc lucranda communicat, potest statim biduò post, idest secundo Augusti, obtinere Indulgentiam plenariam in festo Portiunculæ ab ipso Christo Domino, Seraphico Patri Francisco concessam, esto non iterum communicet, aut confiteatur si non sit sibi conscius peccati mortalis.

4. Nec deseram hîc etiam apponere id, quod obseruat Gobat *part.* 2. *cap* 28. *q.* 72. *num.* 513. quod quoties Sacerdos habens secum imaginem, Medallium &c. affectum Indulgentiis quinque Sanctorum, sacrificat in Altari priuilegiato; primam ratione Altaris Priuilegiati; secundam ratione concessionis, quæ fit expresse in §. 1. Indulgentiarum quinque Sanctorum, tertiam ratione concessionis quæ fit §. 13. earundem Indulgentiarum; nam illic dicitur, omnes indulgentias, ea formula seu breui concessas, posse applicari per modum suffragij animabus Purgatorij: ergo Indulgentiam plenariam, quam sibi ipsi potest sacrificans acquirere iuxta *citat.* §. 1. poterit per modum suffragij applicare tertiæ animæ. Quod si habeat insuper Indulgentias extraordinarias ab Vrbano VIII. concessas, faciatque sacrum aliquo ex diebus in formula harum Indulgentiarum nominatis, poterit secundùm sententiam superiùs allatam ex Lezana, & aliis contra Pasqualigum & alios; poterit inquam quartam animam illis pœnis eximere, & quintam, si præterea adhuc habeat Indulgentias S. Caroli iuxta §. 17. illarum Indulgentiarum. Et ideò hæc adeò particularia commemoro, quia non dubito, quin multi has doctrinas in vsum redigerent, si nossent esse probabiles. Ita Gobat. Vide etiam Quintanaduenam, *in Theolog. Moral. tom.* 1. *in Append. tract.* 9. *dub.* 6. *num.* 8. vbi me citato vtramque sententiam ex dictis tamquam probabilem adducit.

RESOL. XV.

Quæ Indulgentia largitur per dies, & annos, quomodo intelligenda est? Ex p. 5. tr. 12. Res. 39.

§. 1. SVppono contra Cordubam *lib.* 5. *de Indulg. quæst.* 32. & alios non esse intelligendos de diebus & annis Purgatorij, videlicet vt tot anni ex Pœna Purgatorij remittantur, quot in Indulgentia exprimuntur, sed per dies, & annos intelliguntur dies & anni pœnitentiæ præsentis vitæ. Hinc si alicui esset imposita pœnitentia vt ieiunet 40. diebus siue continuando siue interpolando, si iste lucrabitur Indulgentiam 40. dierum, erit absolutus ab illa pœnitentia. Hinc si alicui daretur pœnitentia vt per annum ieiunet vel se disciplinet qualibet sexta feria, & sic in toto anno, essent 52. dies, si iuste lucrabitur Indulgentiam 52. dierum, absoluetur ab illa pœnitentia actuali. Hinc si alicui data est pœnitentia vt ieiunet per duos annos alternis vicibus, id est, vna die sic, altera verò non, & sic consequenter faceret vnum annum continuum, tunc lucrando vnum annum continuum Indulgentiæ, absolutus erit ab illo vinculo, quia intentio imponentis est, vt ille ieiunet per dies 365. Et hæc omnia docet Faustus *de Indulg. lib.* 2. *quæst.* 153. & 155. cui adde Hieronymum Rodriquez *in compend. qq. regul. resol.* 77. *num.* 85. vbi sic ait: Indulgentia tot dierum, vel annorum intelligitur primò & principaliter de diebus & annis huius vitæ, & de pœnitentiis in hoc sæculo iunctis, vel iniungendis, & secundariò de pœnis Purgatorij respondentibus in tanto, vel maiori, aut minori tempore illis annis, & pœnitentiis huius vitæ. Itaque tantum pœnarum in Purgatorio remittitur per Indulgentiam tot dierum & annorum pœnitentiæ, ac remissionis de iunctis sine limitatione datam, quantum remitteretur, si pœnitens in hac vita sufficienter pœnitentiam egisset illis diebus, aut annis, quibus secundùm legem & iustitiam Dei ac Canones Ecclesiæ pœnitere deberet. Ita ille. Sed circa præsentem quæstionem ne deseras videre Iacobum Granadum *in* 3. *part de Sacram. contr.* 12. *tractat.* 2. *disput.* 3. *numero* 2. *& seq.* & Villalobum *in summa, tom.* 1. *tract.* 16. *diffic.* 9. *num.* 6. & 7.

RESOL. XVI.

An si quis sumat Indulgentiam plenariam liberetur ab onere implendi pœnitentiam pœnalem à Confessario impositam?

Et an hoc intelligi debeat de pœnitentia, quæ non sit præseruatiua? Ex p. 5. tr. 12. Res. 3.

§. 1. ALiter quàm alij, philosophatus est circa præsentem quæstionem insignis Theologus Societ. Iesu Gregor. de Valent. & ideò negatiuam sententiam mordicus tenet *tom.* 4. *disp.* 7. *quæst.* 20. *punct.* 3. §. *sunt autem.* Primò, quia obligatio implendi pœnitentiam est iuris diuini, vt constat ex Triden. *sess.* 14. *cap.* 3. dicente, satisfactionem provt est in pœnitente requiri ad integritatem Sacramenti ex diuina institutione. Ita Summus Pontifex non potest abrogare ius diuinum, ergo nec relaxare pœnitentiam à Confessario impositam. Confirmatur quia satisfactio pœnitentis pertinet ad integritatem confessionis. Ergo. Deinde, si contraria sententia vera esset, numquam teneretur homo adimplere pœnitentiam, sed posset consequi Indulgentiam aliquam loco illius, cùm innumeræ suppetant id, quod non reputare absurdum, mihi videtur, ait Valentia, absurdissimum. Cæteras rationes pœnes ipsum videbis, & ita nouissimè hanc opinionem docet etiam Andreas Duuallius *in part.* 2. *D. Thomæ tract. de Indulg. quæst. vnica art.* 8. adi illum, & non pigebit. Vide etiam Nugnum *in addit. ad* 3. *part. q.* 25. *art.* 1.

2. Verum non est recedendum ab affirmatiua sententia asserente effectum Indulgentiæ esse liberare hominem ab obligatione implendi pœnitentiam iniunctam à Confessariis. Et ita docent communiter Doctores, quos ad satietatem nominatim contra Valentiam adducit Tannerus *in Theolog. Scholast. tom.* 4. *disput.* 6. *quæst.* 8. *dub.* 4. *numero* 76. & Iacobus Granadus *in* 3. *part. de Sacrament. controu.* 12. *tractat.* 1. *disputat.* 4. *numero* 5. Faustus *de Iubileo lib.* 2. *quæst.* 132. & Ludouicus à Cruz *in Bulla Cruc. disput.* 1. *c.* 8. *dub.* 1. *num.* 15. & debet intelligi de pœnitentia, quæ non sit præseruatiua. Ratio est, quia licèt iniungere aliquam satisfactionem, seu pœnitentiam, & illam implere, sit ex iure diuino, & propterea nullus præter ipsum Deum videatur in ea re dispensare posse.

Verum

Verùm quòd pœnitentia sit hæc, aut illa, vel sit maior, aut minor, pendet ex Confessarij arbitrio, vt certum est, & habetur in iure, ac proinde præceptum, quo determinata pœnitentia iniungitur, Ecclesiasticum & humanum est, ergo Pontifex potest illud abrogare, præsertim quando concedit Indulgentias commutando pœnitentias Confessarij in illud pium opus, quo quis disponitur ad Indulgentiam consequendam, & supplendo ex thesauro id satisfactionis, quod deest.

7. Vnde patet responsio ad primum argumentum, quod pro sua sententia adducebat Valentia. Ad secundum argumentum de absurdo respondeo cum Granado *vbi suprà*, quòd si semper inueniri posset Indulgentia omninò plenaria, aut quæ ab iniunctis pœnitentiis absolueret, semper posset homo liberari ab obligatione implendi pœnitentiam à Confessario impositam. Nec id absurdum est. Sed ab Ecclesia concessum, nec tenetur homo exequi semper id, quo reddatur certissimus de remissione, sat enim est si probabiliter id sibi persuadeat, sicut sibi persuadere potest se consecutum Indulgentiam, & ideo ad pœnitentias à Confessario iniunctas non ampliùs teneri, est tamen optimum consilium eas etiam implere, & tenentur si sunt præceptiuæ.

RESOL. XVII.

An si pra hominum multitudine Ecclesiam ingredi non potest, sufficiat foris orationem infundere, ad lucrandam Indulgentiam?

Et an in huiusmodi concessione adiunctum etiam Cœmeterium nomine Ecclesiæ comprehendatur? Ex p.5.tr.12. Resol.19.

§.1. REspondeo affirmatiuè cum Layman *l.5. tr.7. cap.3.num.9.* & aliis, quia moraliter rem æstimando in tali casu tales Ecclesiam visitant, quando præsentiam exhibent suam, quatenus possunt. Et nota in eiusmodi concessione etiam adiunctum cœmeterium nomine Ecclesiæ comprehendi, quia in fauorabilibus verba latè sunt interpretanda. Vide etiam Ioannem Prepositum *in 3.part.D.Thom. q.14.de Indulg. dub.10. n.85.* & Philippum de la Cruz *in thes. Eccles. tract.1. §.19. num 4.* Ludouicum de la Cruz *in Bulla Cruciatæ disp.1.cap.8 dub.23.n.5.* & alios penes ipsum cum aliis, quos ego ipse citaui *in 1.part.tr.11. resol.103.*

RESOL. XVIII.

An sufficiat intentio habitualis ad lucrandas Indulgentias? Quod est quærere, an satis sit ad lucrandam Indulgentiam, opera iuncta præstare, etiam si quis ignoret Indulgentiam facientibus illa opera concessam esse? Ex p.5. tract.12. Resol.6.

NEgatiuè respondet Leo *de Iubilæo p.2. n.135.* Corduba *de Indulgent. q.25.* Vegha *in summ. tom.1. cap.7. cas.2.* & alij; quia non videtur esse talis intentio Papæ, & sicut ad merendum habitualis intentio non videtur sufficere, ita neque ad lucrandam Indulgentiam.

2. Mihi verò satis probabilis videtur opinio affirmatiua, pro qua *in 4.part. tract.4. resolut.24.* adduxi Portel, cui nunc addo Sanctarellum *de Iubil.c.15.dub.4.* & Layman. *in Theolog. moral. lib.5.tract.7. cap.6. n.5.* qui citat Salas, & ratio est, quia non est existimandum Summum Pontificem in lucrante Indulgentiam exigere actualem intentionem, quia nec natura Indulgentiæ id necessariò postulat, nec verba concessionis id significant, cùm solùm dicatur Indulgentiam, v. gr. plenariam consequendam fore à fidelibus, qui tali die Ecclesiam piè visitauerint, id totum autem fit, etsi quis actualem intentionem non habeat Indulgentias lucrandi, ergo, &c. Et ita hanc sententiam tenet etiam Villalobos, *in summ. tom.1. tract.26. difficult.3.n.9.* vbi sic ait. [Y digo mas, que aunque no tuuiesse intencion de ganarla, quando entra en la Iglesia, parece que bastaria que despues del acto, sabiendo que auia Indulgencia, lo ratificasse en orden à esse fin.] Sic ille.

RESOL. XIX.

An existens in gratia, si ad tria signa Campana post solis occasum recitet Aue Maria, *cum vers.* Angelus Domini, &c. *&* Verbum caro factum est, *lucretur Indulgentiam concedi solitam; ignorans tamen tunc talem Indulgentiam concedi; quod est quærere, an lucraturus Indulgentiam debeat habere intentionem actualem, vel virtualem eam lucrandi, quando facit opera iuncta pro illa lucranda?*

Idem dicendum est, si in aliqua Ecclesia est vna Indulgentia concessa intranti illam, & ibi certis vicibus dicenti Pater noster, & Aue Maria, vel quid simile, si aliquis existens in gratia intrauit Ecclesiam, recitauit Orationes iunctas, sed ignorauit ibi talem Indulgentiam illo die concedi, an, hoc non obstante, lucretur suprà dictam Indulgentiam? Ex part 4. tractatu 4. & Misc. Resol.24.

§.1. SVppono tanquam certum Adrianum IV. talem Indulgentiam concessisse non solùm pro Regularibus, sed etiam pro omnibus Christi fidelibus, vt inter alios docet Hieronymus Rodriq. *in compend. quæst. Regular.resol.77. n.51. iuncto num.17.* Difficultas vero est, an sæculares illam lucrentur, qui existentes in gratia recitant dictas *Aue Maria*, modo quo suprà, nescientes tamen in tali recitatione gaudere indulgentia? & videtur negatiuè respondendum, ex doctrina Ægydij de Trullench *in Bull. Cruciatæ l.1. §.6. dub.2. n.5.* Emmanuelis Rodriquez *in eadem Bulla §.8.n.9.* & aliorum asserentium, quòd lucraturus indulgentiam debet habere intentionem actualem, vel virtualem eam lucrandi, quando facit opera iuncta pro illa lucranda. Sed in nostro casu recitans supradictas *Aue Maria*, non habet intentionem neque actualem, neque virtualem, quia nescit in tali recitatione concedi Indulgentiam plenariam; ergo necessariò sequitur illam non lucrari.

Sup. hoc in Resol.not.seq. §. Alteram, prope finē, à vers. Itaque.

Sup. hac diffic. in tom. 1. tr.6. Resol.10. §.Et hanc,& lege doctr. Resol. not. seq.

2. His tamen non obstantibus affirmatiuam sententiam docet Laurentius Portel *in addit.ad dubia Regularia, ver. Indulgentia, num.7.* quia vnumquodque opus nostrum factum in gratia maximè pœnosum, vltra portionem gratiæ, quam meretur, meretur etiam certam satisfactionem pro pœna debita in Purgatorio, vt Theologi fatentur: at tale opus meritorium meretur hanc certam portionem satisfactionis pro pœnis, etiamsi operans meritoriè, neque actu neque virtualiter intendat talem satisfactionem quando actu operatur, imò multi & ferè omnes sæculares id ignorant. Ergo cùm Indulgentia suppleat nostra opera satisfactoria circa easdem pœnas Purgatorij, habeátque eandem conditionem, vt scilicet opus iunctum & factum pro Indulgentia acquirat portionem illam satisfactionis, etiamsi is qui facit tale opus iunctum nihil cogitet, neque sciat, neque intendat de tali Indulgentia. Et confirmatur, quia subrogatum habet naturam, quam habet illud, pro quo subrogatur; ergo si opus meritorium factum in gratia, meretur portionem satisfactionis absque eo, quòd operans illud intendat, & cogitet, vel sciat, faciens opus iunctum pro Indulgentia (quod opus fit loco operis meritorij,

vel satisfactionis nobis deficientis) acquiret illam satisfactionem Indulgentiæ, etiamsi quando tale opus operatur neque intendat actualiter, neque virtualiter, imò etiamsi penitus ignoret, quæ veritas magis confirmatur ex probabiliori opinione asserente, quòd quis satisfacit præcepto recitandi Horas Canonicas, & audiendi Missam & Sacramentalis pœnitentiæ, si fiat opus iniunctum, quamuis fiat cum formali intentione positiua non satisfaciendi pro tunc, ergo satisfiet præcepto impositio pro faciendis rebus iniunctis pro Indulgentia; etiamsi quis careat intentione actuali, vel virtuali eam lucrandi, hoc enim est multo minus, quàm in supradictis tribus præceptis habere intentionem actualem non satisfaciendi pro tunc, qua non obstante satisfiet, & hæc omnia docet Portel *vbi suprà* alias etiam adducens rationes, & ideò concludit, quòd si in aliqua Ecclesia est vna Indulgentia concessa intranti illam, & ibi certis vicibus dicenti *Pater noster*, & *Aue Maria*, vel quid simile, si aliquis existens in gratia intrauit Ecclesiam, & recitauit Orationes iniunctas pro illa Indulgentia lucranda, sed ignorauit ibi talem Indulgentiam illo die concedi, hoc non obstante asserit supradictam illam Indulgentiam lucrari, & hanc sententiam testatur Portel audiuisse ex ore proprio à sapientissimo Patre Ludouico Molina Societatis IESV illam docente.

Sup. hoc in Resol. præterita.

RESOL. XX.

Duo dubia satis practicabilia circa Indulgentias discutiuntur. Ex parte 6. tractatu 8. & Misc. 3. Resol. 31.

§. 1. EX Gallia fuerunt mihi transmissa duo dubia; & ita erat petitio. In Ecclesia Sancti Caroli Lugdunensis sunt altaria ad Confraternitates diuersas pertinentia; vnum, v. g. ad Confraternitatem S. Ioseph, aliud ad Confraternitatem S. Iacobi, aliud, &c. Vnaquæque Confraternitas pro sua Capella, vel pro suo Altari Indulgentiam plenariam ad septennium per Breue obtinuit, in quo est Clausula (volumus autem quòd si aliàs Christi fidelibus dictam Ecclesiam visitantibus aliquam aliam Indulgentiam perpetuò vel ad tempus nondum elapsum duraturam concesserimus, præsentes nullæ sint.) Quæritur modo an hoc non obstante valeant Indulgentiæ vt supra concessæ? Secundum dubium sic erat. Confraternitas, v.g. Sancti Caroli Lugdunensis Indulgentiam plenariam pro sua Ecclesia seu Capella obtinuit in die festo Annuntiationis, vt in Breui continetur lucranda. Vsus autem Ecclesiæ Lugdunensis est non solùm transferre officium dictæ Annuntiationis, quando in Hebdomada maiori cadit, verùm etiam solemnitatem ita quod in ea die in qua fit translatio omnis loci populos cesset ab opere. Quæritur modo an in dicto translationis casu transferatur quoque Indulgentia?

Sup. hoc primo casu & dubio inf. in Resol. 42. à princ. sed ibi mutata sententia in §. Vidisti', dictæ Resol. & hic inf. in §. seq. huius Resol.

Sup. hoc secundò dubio inf. in §. vlt. huius Resol. & in alia eius annot.

2. Ad primum dubium respondi affirmatiuè, quia verba dictæ clausulæ intelligenda sunt de alia Indulgentia simili expressa in eadem concessione, ob dictionem, aliam, quæ est repetitiua eiusdem qualitatis, quæ priùs, seu immediatè fuerat expressa; vnde v.g. valida erit Indulgentia cum dicta clausula pro festo B. Caietani, etiam quod in nostris Ecclesiis adesset Indulgentia pro festo B. Andreæ. Et ita docet Lezana *in summa, tom. 3. verb. Clausula, numero 25.* Naldus *eod. verb.* & Gauantus *in Manuali Episcop. verb. Indulgentia, n. 17.*

Sup. hoc in Resol. annot. primæ huius Resol. &c.

3. Ad secundum dubium etiam affirmatiuè respondi ex dictis suprà in alia resolutione ex doctrina Francisci Syluij *in resolutionibus variis, ver. Indulgentia 2. §. Si autem*; quia vt suppono in breui dictæ Indulgentiæ nulla efficitur mentio de die mensis, sed conceditur Indulgentia pro die festiuitatis; ergo ista translata transfertur etiam Indulgentia. Hoc addam, hic, quod non obstat doctrina P. Magistri Lezana *vbi supra in summa tom 3. ver. Festi dies numer. 13.* ex Portello & Azorio, quod aliquis dies festus habeat Indulgentiam annexam lucrandam tali die, si contingat officium illius diei transferri in alium diem, tunc Indulgentia non transfertur. Non, inquam, hoc obstat, quia sentio cum Lezana, quòd quando transfertur officium, non transfertur Indulgentia; sed secus dicendum puto quando transfertur, tum ipsa festiuitas, tunc enim puto vt dixi quod transfertur etiam Indulgentia.

Sup. in Resol. quæ nunc hanc seq.

RESOL. XXI.

An Indulgentiæ concessæ alicui diei festo transferantur, si dies festus transferatur? Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Resol. 31.

§. 1. CAsus est practicabilis, & ad illum negatiuè respondet ex Azorio Fagundez *in præcept. 1. Eccles. lib. 1. cap. 2. n. 10.* vbi sic ait, Sed rogabis. An quando transferuntur horæ Canonicæ, transferantur etiam Indulgentiæ concessæ à Summo Pontifice; Negat expressè *tom. 2. Moral. institut. lib. 1. cap. 18. quæst. 8. fol. 183. colum. 1.* affirmans eas esse adnexas ex consensu & concessione Summi Pontificis, diei certo, & non posse in alium diem transferri: nisi speciale priuilegium in illarum diplomate exprimatur, cui opinioni assentior, propter eandem rationem.

Sup. hoc §. 1.

2. Verùm affirmatiuæ sententiæ adhæret Franciscus Syluius *in resolut. variis, verb. Indulgentia 2.* vbi ita asserit. Si concedatur indulgentia visitantibus Ecclesiam N. die festo talis aut talis Sancti, nulla facta mentione diei mensis, aut diei depositionis, aut mortis, aut translationis, aut similis: & contingat festum illud celebrari die ordinario, in quem cadit, sed aliquo alio, in quem non solùm officium, sed etiam festum transfertur; verisimile est indulgentiam quoque transferri; quandoquidem Indulgentia concedatur pro die festo talis Sancti: dies autem festus illius sit, quando eius officium, ac festum celebratur. Vnde si conceditur indulgentia in festo Annunciationis B. Mariæ Virginis; & quoniam die 25. Martij cadit in septimanam Sanctam, festum simul cum officio transfertur ac celebratur post Dominicam in Albis, probabile est indulgentias lucrandas esse non in die 25. Martij, sed eo die, quo post Pascha festum illud celebratur. Idemque propter eandem rationem dici posse videtur, quando nulla similiter facta mentione diei mensis, aut depositionis, &c. conceditur indulgentia visitantibus Ecclesiam talem die festo, vel in festo S. Benedicti, S. Thomæ, S. Francisci de Paula, &c. & propter Dominicam Quadragesimæ, aut aliud impedimentum, Benedictini, Dominicani, Minimi, aut alij festa illa transferunt iuxta præscriptum Romanorum Pontificum, quòd nimirum fideles lucrari possint indulgentias, eo die quo festa illa celebrantur. Huc vsque Syluius satis quidem probabiliter,

RESOL. XXII.

An Indulgentia alicui Templo concessa perseueret, si Templum alio transferatur in loco?
Et quid si diueretur, & neficeretur per partes? Ex p. 6. t. 7. & Misc. 2. Res. 32.

§. 1. Nega

§.1. NEgatiuam sententiam tenet Pater Lugo *de Sacrament. Pœnitent. disputat. 27. sect. 8. n. 131.* vbi sic ait. Circa indulgentiam localem quæri solet, an diruta Ecclesia, cui concessa erat, maneat indulgentia in alia Ecclesia, si in eodem situ reædificatur? Aliqui Canonistæ dicunt, si auctoritatem Superioris Ecclesia ab vno ad alium locum transferatur, deferre secum suas indulgentias. Pater Suarez *disp. 52. sect. 1 n. 9.* probabile id putat, quando in eodem situ statim alia ædificatur: mihi tamen valde dubia esset talis indulgentia; quia reuera illa est alia Ecclesia non solùm physicè, sed moraliter, & ideò indiget noua consecratione. Aliter dicendum esset, si non tota simul, sed per partes diueretur: tunc enim nunquam prior Ecclesia desit esse, sed semper moraliter eadem perseuerauit. Ita Lugo.

2. Verùm affirmatiuam sententiam docet Ghilinus *in resol. cas conscient. verb. Indulgentia, n. 2.* & Bonacina *tom. 1. disput. 6 q. 1. punct. 8. n. 5.* vbi ita asserit. Si indulgentia concessa sit ipsi templo, sicut ordinariè præsumendum est ipsi templo concessam fuisse, cùm ordinariè præscribatur aliquid intra talem locum, vel templum fieri, censeo indulgentiam transferri loco, in eóque perseuerare; nam censetur adhuc eadem Ecclesia, & idem templum, quod comparari potest personæ, quæ secum defert priuilegium personale.

RESOL. XXIII.

An diruto Templo Indulgentia ipsi concessa pereat? Et quid, si Superioris authoritate Ecclesia destruatur in pœnam delinquentium? Ex p. 5. tr. 12. Resol. 20.

§.1. AD hunc casum libet respondere cum verbis Pauli Layman, *in Theolog. moral. l. 5. tr. 7. c. 3. num. 5.* vbi sic ait. Si Ecclesia diruta iterum non reædificetur, locus priuatur Indulgentia, cùm non loco simpliciter, sed Ecclesiæ fuerit concessa; sin verò ædificetur iterum Ecclesia in eodem loco, retinet Indulgentiam, sicuti & alia priuilegia, quippè cùm moraliter eadem Ecclesia censeatur, sicuti docet idem Suarez *n. 8.* Limitat tamen Innocent. *in cap. 2. de noui operis nuntiatione, gloss. in reg. 7 in 6.* Nisi Superioris auctoritate destruatur in pœnam delinquentium, tunc enim omnibus priuilegiis spoliari censetur, vt iterum ei expressè, seu tacitè conferenda sint, de nouo ædificetur. Id verò non est improbabile, atque in praxi seruari solet, quod docet Innocen. *ibid.* docet, & Ludouicus Bononius *in tr. de Indulg. n. 75.* si Ecclesia auctoritate Superioris tali pacto destrui curetur, vt sub eodem titulo ac Patrono in alium locum transferatur, etiam Indulgentias & alia priuilegia eius transferri, quod etiam docuit glossa *in reg. iuris 7. in 6.* D. Antonin. *part. 1. tit. 19. cap. 1. §. 2.* Suarez *lib. 8. de legib. cap. 5. in fine*, qui benè id explicat, transferri priuilegia vnà cum Ecclesia, si concessa sint non ratione situs, aut loci, sed absolutè Ecclesiæ sub proprio nomine ac titulo suo. Vide etiam Villalobos *in summa tom. 1. tract. 26. difficult. 24. num. 2.* & Philippum Fabrum *de pœnit. in 4. sentent. dist. 19. q. vn. disp. 38. c. 6. n. 184.*

RESOL. XXIV.

An Indulgentia alicui Templo, vel Sacello concessa amittatur, destructo Templo, si non reædificetur?
Et quid, si per partes destruatur, & per partes reædificetur?
Et quid, si Ecclesia authoritate Prælati destruatur ea lege, vt alio in loco reædificetur, seruando eundem titulum, & Patronum, an secum ferat suas Indulgentias, & Priuilegia?
Et an locus, vbi destructum fuit Templum, gaudeat Immunitate? Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Resol. 9.

§.1. AD hunc casum sic respondet Gobat *de indul. p. 2. cap. 6. q. 15. n. 320.* si non reædificetur templum illud, aut sacellum, certum est perire indulgentiam, nam indulgentia non erat data loco simpliciter, sed Ecclesiæ; Layman *c. 3. num. 5.* Si autem per partes, seu paulatim destruatur, & paulatim reædificetur, sicut manet eadem moraliter Ecclesia, ita & eadem indulgentia; Lugo *n. 131.* Imò etsi tota simul destruatur, & alia mox extruatur in eodem loco, censet Suarez *d. 52. sect. 1. n. 9.* probabiliter remanere priorem indulgentiam; sed Lugo de hoc dubitat. Quin Layman. testatur in praxi obseruari, vt quando Ecclesia auctoritate Prælati destruitur, ea lege, vt alio loco reædificetur, seruando eundem titulum, & Patronum, secum ferat suas indulgentias. Ita Gobat; cui adde Dicastillum *de Sacr. tom. 2. tr. 9. disp. 2. dub. 7. num 118. cum seq.* qui etiam obseruat probabilem esse, & in praxi securum si Ecclesia superioris auctoritate tali pacto destruatur, vt sub eodem titulo, aut Patrono in alium locum transferatur, etiam indulgentias, & alia priuilegia transferri, Suarius *l. illo 8. de legib. c. 5. in fine.* Qui rectè explicat transferri priuilegia vna cum Ecclesia, si concessa fuerunt non ratione situs, aut loci, sed absolutè ipsi Ecclesiæ proprio nomine, & titulo suo. Ita etiam S. Antoninus *1. p. tit. 19. cap. 1. §. 2. & Gloss. in reg. iur. in 6.* Layman. *supr.* Franciscus Hottomanus *l. illustrium quæstionum quæst. 8.* Bonacin. *supr.* qui addit inde colligi, quod, cùm consecratio destructo templo, adhuc adhæreat solo, locus consecratus, vel benedictus semper retinet sua priuilegia, quæ ex loci consecratione, vel benedictione sequuntur, quale priuilegium est locum non esse venalem, non posse conuerti ad prophanos vsus, & gaudere immunitate, si immunitas primario concessa sit areæ, & non ratione ædificij; priuilegium autem concessum solo non putat transferri, sed manere solo affixum, quando templum auctoritate superioris aliò transfertur.

2. Quòd si priuilegium, seu indulgentia ipsi templo concessa sit, vt dicebam, sicut ordinariè præsumendum est, concessam, quia ordinarie præscribitur aliquid intra talem locum, vel templum fieri; tunc putat indulgentiam transferri; censetur enim eadem Ecclesia, & idem templum, & est, quasi priuilegium concessum personæ, quæ secum defert priuilegium personale. Quæ doctrina aliquibus videtur probabilis. De consecratione verò adhuc mihi minus placet, quæ si templum destruatur, non potest in alium locum transferri, etiamsi iidem lapides, ligna, &c. aliò transferantur; immò etiamsi iterum in eodem loco reædificetur, nisi paulatim fuerit destructa, & reædificata; nam tota simul destructa, & iterum reædificata priorem consecrationem amittit. Hæc omnia Dicastillus, qui citat Suares, Pinellum, Graffium, & Bonacinam.

Sup. contrà in hac Resol. dépta difficultat. seq. in duobus præcedentibus Resol. & sup. in tr. 1. Resol. 23. Sed ne prætermittas, hic inf. legere doctrinam Resol. seq. & alterius Resol. eius annot.

Sup. hoc priuileg. Immunitatis in Resol. prætexta à lin. 10. & vers. Nisi Superioris, & melius in tom. 9. tr. 1. Resol. 6. §. verum, paulo post initium.

RESOL. XXV.

An destructa Medallia, Rosario, Imagine, pereat Indulgentia?
Et quid, si non sit penitus destructa?
Et quanta debet esse ruptura, aut fractio, vt censeatur periisse Indulgentia?
Et notatur in applicatione Indulgentiarum, opus esse, vt quis coram se habeat Medallias, Rosaria, & Imagines, & semel Medallijs Indulgentia applicata, postea non potest amplius tolli, & aliis similibus applicari.
Et docetur, quod facultas concedendi Indulgentias nunquam delegatur laicis, & fœminis; sed tamen hi possunt determinare grana, aut Imagines.

Et

Et cursim aduertitur, quod vni, eidemque Imagini, grano, &c. plures, & diuersa benedictiones applicari possunt? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. Res. 9.

Sup. conferto in hac Res. vsque ad §. Nota etiam in Res. seq. & ne deseras legere doctr. Res. præteritæ, & aliarū eius primæ annot.

§. 1. AD hoc dubium nimis practicabile sic respondet Amicus *in Curs. Theolog. tom. 8. d. 10. sect. 2. num. 91.* Dubium esse potest, an destructa, vel perdita Imagine, Rosario, vel Numismate, cui applicata fuit Indulgentia à Pontifice; posset in aliam Imaginem, Rosarium, vel Numisma Indulgentia transferri, vti de Templo diruto suprà dictum est, cùm videatur esse eadem ratio. Nam causa propter quam Indulgentia huiusmodi rebus conceditur, est ad excitandam deuotionem erga Sanctos, qui in huiusmodi Imaginibus, & Numismatis coluntur. Nihilominus, nisi id in ipsa concessione exprimatur, non arbitror sola authoritate eius, cui in talibus rebus Indulgentia conceditur, id fieri posse. Alioqui non foret maior ratio de vna Imagine, vel Numismate, ac de pluribus: atque adeò semel in vna Imagine, vel Numismate Indulgentia obtenta, posset, illa destructa, vel perdita, in aliam, & in aliam eadem Indulgentia transferri: quod non videtur iuxta mentem concedentis. Nec est par ratio de Templo diruto: tùm quia illud supponitur transferri alio cum authoritate superiori: tum maximè, quoniam Templum natura sua est perpetuum, nec facilè destrui, vel amitti potest, sicut grana, Imagines, & Numismata. Vnde voluntas concedentis præsumitur accommodata, rebus, quibus Indulgentiam applicat: vt sicut Templum ex natura sua perpetuum est amittique non potest, contra verò Imagines, Grana, & Numismata, natura sua amissibilia sunt; ita Indulgentia his rebus concedi præsumitur amissibiliter, contra verò Templo inamissibiliter. Aduertendum autem est, vt res illa, cui applicata est Indulgentia, Indulgentiam amittat, ita debere destrui, vt moraliter amittat esse eadem quæ antea; alioquin si vel refici possit, vel maior pars ipsius integra maneat, manebit cum ipsa Indulgentia. Hucusque Amicus.

2. Sed quoad hoc vltimum magis difficilè, minutius distinguit, & rem pertractat Pater Gobat *in Thes. Indulgent. part. 2. cap. 14. quæst. 37 num. 390.* vbi sic ait: Quanta debet esse ruptura, aut fractio, vt censeatur periisse Indulgentia? Respondetur Primò: Indulgentiæ applicatæ Rosario, nil officit fractio chordulæ, seu funiculi, quia mutatio, & variatio chordulæ non facit, vt Rosarium sit vllo modo mutatum moraliter. Secundò: similiter nil obesse videtur, etsi penitus frangatur crucula Rosarij, aut etiam sexta circiter pars granorum, saltem si alia substituantur, nam censetur nihilominus esse idem moraliter Rosarium. Tertiò: & si frangatur superior pars, & fibula Medallij, ita vt non possit ampliùs suspendi ex Rosario, non tamen perit Indulgentia Medallio concessa, quia saltem ratione Imaginis illi insculptæ, potest adhuc inseruire ad vsum Religiosum. Quartò; quamuis laceretur, aut exuratur tota illa charta, aut tela, quæ est continua cum parte, cui immediatè inhærent colores Sanctum ipsum repræsentantes non perit Indulgentia illa Imagini concessa, nam remanet nihilominus vera Imago, seu effigies Sancti Quintò, si cruculæ Carabatensis pars recta, aut transuersa ita frangatur, vt quod infractum manet, repræsentet adhuc crucem Hispanicam, aut etiam qualemcumque crucem, non videtur intercidisse Indulgentia, quia nihilominus id quod restat, potest secundum morem Ecclesiæ interuenire ad vsum verè, & propriè dictæ crucis; si verò ita frangatur, vt non referat ampliùs speciem crucis, perit Indulgentia, quæ tamen reditura videtur, si partes fractæ denuò copulentur. Quod etiam dicendum censeo, de Imagine per medium fissa, aut scissa, iterumque compacta. Ratio petitur ex dictis de interitu, & reditu Indulgentiæ alicui Templo, quod destruitur, & restauratur, concessæ, nec enim video, cum forma Templi pereunte, pereat Indulgentia, redeunte, seu restituta redeat; & non item destructa forma substantiali crucis & Imaginis non pereat Indulgentia, & non redeat, quando Imago, & crux dicto modo reficiuntur, cùm præsertim crux refecta sit physicè, & moraliter eadem. Sextò: Si Rosarij dimidia pars confringatur, censeo Indulgentiam non remanere in parte integra. Ducor, quia si manet in parte integra, cùm posito, quod dimidia pars non esset confracta, sed tantùm amissa, sequeretur in dimidia parte amissa, residere etiam Indulgentiam, cur enim potiùs resideat in non amissa, quam in amissa? Hoc autem non debet admitti; quia si admittatur, sequeretur me posse ex vno Rosario habente Indulgentias quinque Sanctorum facere duo, quorum singula sint verè affecta Indulgentiis. Hoc autem est vtique falsum, quia neque Ego, neque vllus priuatus potest multiplicare intentiones Indulgentiarum faciendo 10. aut plures ex vna. Hæc omnia Gobat *loco citato.*

3. Sed quia casus est practicabilis, non deseram hîc apponere verba Patris Pellizzarij *in Man Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 5. sect. 5. subsect. 2. numero 132.* sic asserentis: Addo, quod si Crux Caruaccæ habens indulgentias frangatur quoad hastam superiorem transuersam; hoc ipso amittit Indulgentias: cum sic non sit ampliùs Crux Caruaccæ, quæ formaliter consistit in hoc quod habeat duplicem hastam transuersalem, sed Cruz ordinaria, & alias Indulgentiæ applicatæ alicui rei durent, nisi quandiu res illa sic subsistit, vt iuxta prudentem æstimationem sit, & dici possit eadem, quod potissimum haberet locum, si dictæ Indulgentiæ concessæ fuissent Cruci Caruaccæ, quatenus tali; sic senserunt mecum viri docti consulti. Secùs dicendum videtur in casu quo globuli alicuius Rosarij habentis Indulgentias v. g. Sancti Caroli facto filo eos colligante inuicem segregentur; tunc enim probabile est adhuc in eo durare Indulgentias; cùm re vera adhuc sit Rosarium substantialiter, adeóque non appareat, vnde dicatur amisisse Indulgentias. Quod idem puto probabiliter dici posse in casu, quo Crucis Caruaccæ hasta longior notabiliter (etsi non totaliter, frangatur in ea parte, quæ est sub duabus hastis transuersalibus: sic enim adhuc videtur manere eadem numero Crux, & alioqui Indulgentia durat quamdiù res, cui applicata est, manet eadem numero. Ita ille, & Ego.

4. Nota etiam hîc obiter in applicatione Indulgentiarum opus esse, vt quis coram se præsentes habeat Medallias, Rosaria, Imagines, &c. vt ex Vrbano VIII. notauit Pater Lezana *in Summa Q. Q. Regul. tom. 5. verb. Indulgentia, quoad Regul. numero 19.* & semel Medalliis Indulgentia applicata, postea non potest ampliùs tolli, & aliis similibus applicari; vt notat Quintanaduenas *in Theolog. Mor. tom. 1. in Append. tractatu 9. dubit. 6. numero 9.* ratione valdè notanda, quam ex Cardinali Lugo affert Gobat *vbi suprà, numero 405.* quia iste talis quando designauit priores Medallias, &c. non ille propriè, sed Pontifex illis Medalliis gratiam fecit: vnde apparet te nihil effecturum, si dicas, istam Indulgentiam pro hoc anno applico huic Rosario, pro sequente alteri: Itaque applicatio Indulgentiarum, rectius designationem, & substitutionem dixeris, non est concessio Indulgentiæ; non enim tu, sed Pontifex, aut potiùs Deus immediatè concedit illam Indulgentiam habentibus tale Numisma à te deputandum; quia facultas concedendi Indulgentias, nunquam delegatur Laïcis, & fœminis, & tamen ij possunt determinare grana, aut Imagines.

Igitur

Igitur applicatio illa, seu designatio Indulgentiarum est tantùm conditio, non autem causa Indulgentiæ. Ita ex Cardinali Lugo Gobat *num.*384. Sed ego inuenio hæc omnia, præter Gobat. & Lugum, docuisse Patrem Amicum *in Cursu Theologico, tom.*8. *disput.*20. *sect.*6. *n.*144. vbi sic ait: Dices, sæpè Laicus Indulgentiam sibi à Pontifice concessam alteri communicat: non posse autem illam alteri communicare, nisi, cum illa simul à Pontifice acciperet potestatem eam communicandi; ergo de facto hæc potestas delegatur Laico. Respondetur distinguendo maiorem: communicat illam authoritatiuè, nego, per modum cuiusdam conditionis, qua posita, Pontifex ipse Indulgentiam applicat, concedo. Quando igitur Laicus Indulgentias à Pontifice obtinet, vt eas possit aliis etiam communicare, non accipit à Pontifice authoritatem Indulgentias concedendi, sed solùm se habet vt conditio, qua posita Pontifex eæsdem Indulgentias ad alios etiam extendit. Quo pacto noui Prouinciales Procuratores cum à Pontifice Indulgentias accipiunt, aliis communicant. Ita Amicus.

3. Nota hîc obiter, quod vni eidémque imagini, Cruci, &c. plures, & diuersæ benedictiones applicare possunt. Ita Quintanaduenas *vbi suprà.*

RESOL. XXVI.

An Indulgentia concessa Imagini, Rosario, Numismati & similibus pereat, fractis illis, vel detritis?

Et an tantùm Indulgentias desinere esse per reuocationem concedentis.

Et an priuilegia Bullæ Cruciatæ, & similia quæ conferuntur sub obligatione onerosa, ex parte recipientis, non possint, nisi subsistente, eaque vrgente causa, reuocari, &c?

Obserua tamen, quod de facto Indulgentiæ non cessant, donec earum reuocatio legitimè promulgetur.

Maior difficultas est, an sit etiam necessarium, vt ipsa actualis notitia reuocationis perueniat ad aures Indulgentiam possidentis.

Idem est dicendum de dispensatione votorum, &c. Ex p.1. tr.8. & Misc.8. Res.10.

CAsus sunt curiosi, & quotidie in praxi possunt accidere; vnde ego alibi, circa prædicta, plura adduxi ex Gobat *de indulgent. part.*2. *cap.*14. *q.*37. *num.*310. Verùm reor rem gratam Lectoribus facere si hîc adducam ea, quæ etiam obseruat Dicastillus *de Sacram. tom.*2. *tract.*9. *disp.*1. *dub.*7. *num.*121. sic ita-que asserit; Maior difficultas esse potest de indulgentia concessa alicui imagini, cuius pars, vel confracta, vel detrita est, an tunc permaneat indulgentia? in qua re etiam existimo, si confractio; vel detritio non sit enormis, sed adeò parua vt adhuc censeatur absolutè eadem imago permanere, etiamsi quod detritum, vel confractum est, de nouo, aut aliter instauretur, manere indulgentiam; quia censetur moraliter eadem imago. Si verò fractio, aut detritio sit adeo enormis, verbi gratia, si statua caput, aut pars magna corporis frangatur, & omnino destruatur, tunc non manebit indulgentia; quia non manet imago; & si iterum reficiatur absolutè censetur alia imago, sicut Ecclesia maiori ex parte diruta absolutè censetur alia Ecclesia, quando dirutio est tota simul iuxta dicta loco notato de sacrificio Missæ. Si verò illa imago paulatim deteratur, & reficiatur, vt si vna die pars manus, & illa reponatur, etiam de nouo facta; alia die vnus pes, alia pars aliqua facta, aut barbæ, aut vnus oculus, itaut statim sigillatum reparentur, tunc etiamsi decursu temporis tota imago esset mutata, itaut nihil maneat earum partium, quæ prius fuerant, adhuc censeri potest eandem imaginem continuatione, & perseuerare Indulgentiam, perinde atque de Ecclesia diximus hic, & loco notato, censeri eandem Ecclesiam continuatione, quando paulatim diruitur, & reparatur, tunc ergo sicut propter continuationem semper censetur consecratio manere, manebit indulgentia.

2. Ex hac doctrina Philosophari etiam possumus in granis, Rosariis, numismatis, & similibus; atque in primis, si Rosario per modum vnius toti integro concessa sit indulgentia, etiamsi aliqua pauca grana seu globuli pereant fractione, aut amissione, &c. & supponantur alia grana alterius Rosarij, adhuc puto manere indulgentiam, censetur enim adhuc idem Rosarium. Imò etiam, si paulatim prædicto modo grana mutentur; potest enim censeri idem Rosarium continuatione, sicut dictum est de partibus Ecclesiæ, & dici solet etiam de aqua benedicta, quando paulatim præcedenti benedictæ sufficit aliquid aquæ alterius non benedictæ, vt obiter, & per occasionem diximus *tr.*4. *disp.*7. *dub.*10. *n.*126. *iuxta c. Quod in dubiis de consecr. Eccles. vel Altaris.*

Sup. hoc in to.2. tr.4. ex lata doctrina Res.3. §. Sed prorsus, ante medium, vers. Et exemplo esta. & cursim in alio § eius not.

3. Eadem ratione, quando singulis granis datur indulgentia, si fortè contingat aliquod granum ex parte frangi, itaut absolutè censeatur manere, manebit indulgentia. Quod si granum tale sit, vt possit particula, quæ semel deteritur, aut fractione tollitur, alia reparari, eodem modo philosophandum est, atque de toto Rosario.

4. Idem dictum puta de numismatis, in quibus illud etiam mihi videtur verum, licet annulus, seu armilla seruiens ad suspendendam icunculam frangatur, adhuc manere indulgentiam, etiamsi, vel addatur noua Armilla, vel in ipso cyclo imagunculæ aperiatur foramen pro illa suspendenda, adhuc enim censetur eadem.

5. Idem quoque in Rosario dictum puta; etiamsi linea, seu funiculus rumpatur; aut catena dissoluatur ex toto, vel ex parte, & grana inter se non habeant eundem ordinem, quando iterum in funiculum inferuntur; id enim totum non tollit quin verè, & secundum moralem æstimationem sit idem Rosarium. Hucvsque Dicastillus, sed in casibus contingentibus ne deseras videre Gobat *vbi suprà.*

6. Notandum est hic obiter, indulgentias desinere esse per reuocationem concedentis, tandiu enim durant, quandiu concedens voluerit durare. Vnde superior potest non solum validè, sed etiam licitè per se loquendo indulgentias pro suo arbitrio reuocare; sunt enim, per se loquendo, beneficium gratuitatum; tum in fieri, tum in conseruari.

Sup. contento in hoc, & duobus §§. seqq. sup. in tr.3. Res.1. latè à §. Sed si aliquis.

7. Dixi per se loquendo; nam per accidens fieri potest, vt saltem licitè non reuocet, nisi causa exigens subsistat. Sic multi viri graues dicunt, priuilegia Bullæ Cruciatæ, & similia, quæ conferuntur sub obligatione onerosa ex parte recipientis, non posse nisi subsistente, eaque vrgente causa, reuocari, nimirum quia ex parte recipientis fuit aliquod onus susceptum, & exhibitum, scilicet ex parte particularium recipientium Bullas soluta eleemosyna, & ex parte Regis Hispaniarum, ad cuius petitionem confertur, sustentatio triremium, seu classium, aliaque onera, & expensæ factæ in bonum reipublicæ Christianæ. Vnde istæ indulgentiæ conceduntur quasi per modum contractus; item si conferens indulgentias spontè iuret se illas non reuocaturum sine causa, non poterit sine causa reuocare, Legatur Suarius *lib.*8. *de legibus cap.*37. *num.*5. *&* 6. ex communi sententia probat, priuilegium datum per contractum onerosum, & remuneratiuum, esse irreuocabile.

8. Obserua tamen, quod de facto indulgentiæ non cessant, donec earum reuocatio legitimè promulgetur, vt ad notitiam eorum, quibus concessæ sunt, moraliter peruenire

peruenire valeat. Est communis sententia Doctorum. Ratio, quia non præsumitur aliter Pontificem indulgentias reuocare, quàm soleat alias gratias, & indulta.

9. Maior Difficultas est, an sit etiam necessarium, vt ipsa actualis notitia reuocationis perueniat ad aures indulgentiam possidentis? Inclinat Filliuc. *c.9. quæst.8. dict.3.* pro quo etiam citat Nauarrum, & Cordubam. Quam opinionem piam, & fauorabilem, quamuis incertam, putat Suarez.

10. Mihi verò probabilis est quando cum indulgentia sunt coniuncta alia priuilegia, vt nimirum possit cum indulgentiam lucraturo dispensari in votis, absolui à censuris, & casibus reseruatis. Secus quando cùm indulgentia non sunt coniuncta huiusmodi priuilegia. Ratio prioris est, nam ea voluntas præsumenda est in Pontifice, quæ sit magis fauorabilis saluti animarum: talis est voluntas non reuocandi indulgentiam, cum qua sunt coniuncta hæc priuilegia, nisi postquam reuocatio peruenerit ad notitiam eius, cui indulgentia concessa est. Maior probatur: nam semper in reuocatione priuilegiorum præsumitur Pontifex nolle obesse animarum saluti. Minor constat: quia magnum esset onus; si postquam aliquis suam confessionem fecit, & à peccatis, & censuris bona fide absolutus est antequam notitiam habuerit reuocationis indulgentiarum debeat confessionem repetere. Idem dicendum erit de dispensatione votorum. Ratio posterioris est: quia quando indulgentia non habet talia priuilegia annexa, nullum est periculum animarum, si illa cesset, antequam eius reuocatio perueniat ad notitiam eius, cui concessa fuit. Et hæc omnia docet Amicus *in cursu Theol. tom.8. disp.10. sect.10. num.292.* & Dicastill. *vbi sup. disp.2. dub.20. num.273. & 278. cum sequenti.*

RESOL. XXVII.

An orbiculi benedicti, qui Agnus Dei vocantur, si ita fracti sint, & compressi, vt cerea Imago non videatur, sed tantum remaneat sola materia, adhuc retineant Indulgentias? Ex part.11. tract.8. & Misc.8. Resol.7.

§.1. CAsus est curiosus, & ad illum sic respondet Dicastillus *de Sacramentis, tom.2.tr.9. disp.1. dub.7. num.127.* Mihi videtur in primis Sanctitatem ceræ perseuerare; Sanctitas enim illius ceræ absolutè consistit in materia ritè facta, & à Pontifice benedicta, idque declarat satis fidelium vsus, qui vel minimam partem illius ceræ religiosè colunt, & seruant, id quod nec Pontifices ignorant, nec cæteri Prælati; atque adeo communis omnium sensus esse videtur, intentionem Pontificis in iis ceris benedicendis materiam potiùs legitimè factam respicere, quàm figuram, omitto alia argumenta, quæ suppetebant, hoc enim sufficit.

2. Hinc vero colligere quis posset, diuisa in partes vna tali cera, quamlibet partem habere gratiam, seu indulgentiam, quia in vnaquaque parte seruatur integra Sanctitas seu ratio venerandi illam, atque adeo indulgentia: Nihilominus dicendum potius est indulgentiam non multiplicari, aut (quod idem est) in singulis partibus manere; cuius rei ratio à priori non potest esse alia, quàm intentio Pontificis, qui non videtur (nisi aliud explicet) id voluisse; si enim id voluisset ex causa iusta, quæ posset occurrere, multiplicaretur indulgentia. Porro id non intendere de facto, quando benedicit illos orbiculos, probari potest, quia nullum est argumentum probans intendere, quod enim affertur de Sanctitate in quauis particula existente, non probat. Nam inde sequeretur pro cuiusque voluntate diuidendo particulas multiplicari indulgentias, & vilescere æstimatio illarum. Item argumentum à multiplicatione benedictionis non probat pro multiplicatione indulgentiarum. Multò enim facilius conceduntur benedictiones, quam Indulgentiæ. Nam ipsi orbiculi omnes censentur, & sunt benedicti, & non omnibus collata est indulgentia, & meritò, qui non per illam multitudinem, & multiplicationem benedictionum, sed per multitudinem, & facilitatem indulgentiarum vilescunt claues Ecclesiæ, & contemnuntur indulgentiæ sic facilè collatæ, id quod mouit Pontifices ad plures indulgentias reuocandas. Omitto alias rationes. Satis est ad negandum quod non sit efficax ratio concedendi eam multiplicationem. Hucvsque Dicastillus.

RESOL. XXVIII.

An quis lucretur Indulgentiam cum Medallia seu grano benedicto mutuo accepto?

Et vtrum, si reperiam Medalliam, quam amiseram, pereat Indulgentia secundi Numismatis à me deputati in locum primi.

Et an in hac deputatione, & applicatione Indulgentia non sit opus quidquam loqui, aut aliud signum externum adhibere, &c? Ex part.11. tract.2. & Misc.2. Resol.50.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docui *in part.10. tractat.16. * resolut.2.* nixus auctoritate Petri Marchantij; nunc autem inuenio hanc sententiam docere etiam Sanctarellum *de Iubileo, capit.15. dubitat.3.* vbi sic ait: [Se alcuno trocasse vna Corona benedicta, & la dicesse, guadagni l'Indulgenze concessa à detta Corona? Rispondo. Deue costui far diligenza in trouar il Padrone, ma non trouandolo, può con buena conscienza tener quella Corona & le medaglie, & grani benedetti, che in essa vi sono, & guadagnare l'Indulgenza concessa à quella Corona, perche nella Bolla del Papa si dice, che chi hauera quella Corona, & la darà, guadagni indulgenza plenaria, Hieron. Gratian. *de Iubileo, part.1. cap.15.* Parimiente guadagnara l'Indulgenza colui, che hà vna Medaglia benedetta prestatagli da vn altra.] Ita ille, qui citat Pinellum *de Indulgentiis, cap.11.*

2. Idem etiam docet doctus & amicissimus Peter Gobat *de Indulg. part.2. cap.13. quæst.32. n.378.* sic asserens; Cum Religiosis debeat abesse meum ac tuum, frigidum illud verbum, & quidquid malorum est, in vitam nostram inuehens, S. Chrysost. *Orat. de S. Philogonio*, Religiosi autem æquè ac cæteri, possint fieri compotes Indulgentiarum, rebus piis concessarum, chirum est nil interesse, siue illud numisma sit tuum, siue alienum.

3. Quare si tibi suum Rosarium quispiam commodet, æquè poteris indulgentiis illi adhærentibus gaudere, ac dominus Rosarij. Et ita nominatim declaratur in indulgentiis quinque Sanctorum §.13. Virtur in indulgentiis quinque Sanctorum §.13. Virtur in indulgentiis quinque Sanctorum §.13. Virt

in formulis Sancti Caroli, Quinque Sanctorum, Carolin. à Dietrichstain, Diuûm Guilielmi, Maximiliani, Feriæ, Godefridi Bambergensis, Nostrorum Patrum Assistentium, Patris Hyacinthi Capucini, &c. At verò in aliis Indulgentiis omittitur hæc facultas, vt videre est in formulis Communionum Indulgentiarum Clementis VIII. Pauli V. Vrbani VIII. Puto tamen esse hoc ipsum de his, quod de cæteris dicendum, tum quia ita habet praxis, tum quia ita haud dubiè sentiunt citati, tum quia id conuincunt allatæ paulò ante rationes, tum denique quia inspicimus in obscuris, quid plerumque fieri soleat, *c. Inspicimus, de reg. iur. in* 6. vide plura *n.* 431.

5. Nec obest, quod Clemens VIII. anno 1597. expressè vetuerit, ne res indulgentiis affectæ transirent personam illorum, qui eas illo anno obtinebant, nam id vetuit, tantum de suis, & Prædecessorum indulgentiis, sicut videre licet in Breui, quod satis mendosè refert Rodriquez typographus *tom. 4. fol.* 103. correctius autem *tom. 2 pag. 98. art. 2.* In quo Breui alia vetat idem Pontifex, quæ certum est nec ab eius Antecessoribus, nec à Successoribus fuisse vetita. Ita Gobat. Cui adde Quintanaduenam *tom. 1. singularium in Appendic. t. 9. dub. 6. num. 9.* & Andream Mendo *in Bull. Cruc. d 20. cap. 2. n.* 3. asserentes ad lucrandas Indulgentias, & liberandas animas ex Purgatorio non esse opus habere ea grana aut imagines vt proprias, sed sufficiat habere commodatas; cum verbum, *Habere*, non solum dicatur de dominio, sed etiam de possessione, & detentione, iuxta iuris acceptionem, quam illustrat Rebuffus *in l.* 43 *de verb. signif.*

Et tandem hanc sententam tenet Antonius Escobar *in 2. edit. suæ Theologiæ moralis tract. 7. exam 5. cap* 8. §. 3. *n.* 66. qui citat Henriquez. Habet igitur hæc opinio pro se septem Auctores.

6. Verùm his non obstantibus cùm Sanctissimus Dominus noster Innocentius X. ex excessu benignitatis suæ dignaretur legere dictam meam *p.* 10. cùm legisset hanc opinionem in loco citato, significauit mihi per Illustrissimum Dominum Sacristam hanc sententiam sibi non placere, & suam esse intentionem non lucrari Indulgentias, per Medalias mutuò acceptas.

7. Sed inquiramus pulchrum dubium, vtrum si reperiam medaliam quam amiseram, pereat indulgentia secundi numismatis, à me deputati in locum primi? Videtur permanere indulgentiam in secundo numismate, & non redire ad primum, eò quod fuerit verificata conditio, vt posset ritè eligi secundum. Et ita ego olim docui cum Cardinali de Lugo, & me citato tunc etiam Gobat *vbi suprà num.* 385. At nouissimè inuenio contrariam sententiam nominatim contra Lugum docere Patrem Andream Mendo *in Bulla Cruciatæ disp. 6. cap. 2. numero* 27. vbi sic asserit; Cum autem amittitur aliquod granum, seu imaguncula, cui erat concessa indulgentia, cum facultate vt ea amissa, alia substitueretur, tunc si amittatur, potest substitui. Qua substituta, si prima reperiatur, ait Cardinalis Lugo *tom. de pœnitentia dub.* 27. *num.* 150. substitutæ posteriori, non verò primæ affigi indulgentiam, quia fuit illa ritè electa, posita conditione amissionis primæ, cuius statim indulgentia cessauit. Contrarium censeo quippe primariò & principaliter fuit concessa Indulgentia primæ, solumque secundæ conceditur, si illa amittatur, cùm autem reperitur, iam cessat ratio vt in secunda sit, quæ indulgentiam habuit dumtaxat in primæ defectum, reperta verò prima, non est defectus illius. Non ergo iudicanda est ea indulgentia in perpetuum concessa secundæ, sed solùm vt substitutæ alterius principalis; natura autem substituti est; vt adueniente principali in munere cesset. Ita Mendo. Stantibus itaque his contrariis sententiis consulo si casus in praxi accidat, vtrumque granum seruandum esse, nam certum est in alterutro esse Indulgentiam.

8. Notandum est tamen hîc, quòd licet Theologi asserant Indulgentiæ concessionem fieri debere signo externo, quando tamen loco amissi numismatis, seu medaliæ aliud eligis, eique prioris Indulgentias applicas, non est opus quidquam loqui, aut aliud signum externum adhibere, nam illa tua applicatio, quam rectius designationem & substitutionem dixeris, non est concessio Indulgentiæ, non enim tu, sed Pontifex, aut potius Deus immediate concedit illam indulgentiam habentibus tale numisma à te deputandum, quia facultas concedendi indulgentias nunquam delegatur laicis, aut fœminis, & tamen ij possunt determinare grana, aut imagines, quidquid asserat Pasqualigus. Itaque illa tua applicatio seu designatio est tantùm conditio, non autem causa Indulgentiæ. Et hæc omnia ex Cardinali Lugo docet Gobat *vbi suprà*, *numero* 384.

Sup. hoc in Ref. nor. præteritæ, §. 2.

RESOL. XXIX.

An peregrini gaudeant Indulgentiis Episcoporum, de quibus plura?

Et an Regulares exempti lucrentur has Indulgentias Episcoporum?

Et asseritur posse Episcopum quadraginta dies Indulgentiæ concedere.

Nomine autem Episcopi etiam Archiepiscopus in præsenti intelligitur, qui in tota sua Prouincia eos quadraginta dies potest concedere, quamuis eam non visitet; & in sua Diœcesi octoginta dies concedere valet, & si plures dies concedat, valida erit Indulgentia, & in Dedicatione Ecclesiæ vnum annum Indulgentiæ concedere potest; sed non queunt plures Episcopi ad Ecclesiæ consecrationem concurrentes plus concedere quam vnus.

Nec Successor Episcopus potest illos dies Indulgentiæ concedere propter eandem causam propter quam Antecessor quadraginta dies iam concessit.

Potest vero quinis eos dies propter diuersas causas sæpius concedere.

Et tandem quæritur, an possit Successor illos reuocare?

Ex parte 11. tractatu 8. & Miscel. 8. Resolutione 24.

§. 1. VIdetur prima facie affirmatiuè respondendum ex verbis Gauanti *in man. Episc. verb. Indulgentia num.* 3. extendens has Indulgentias etiam ad exteros in Diœcesi commorantes: quod puto intelligendum de commoratione diutina per domicilium, non de simplici transitu, aut breuissima mora. Et ita docet Episcopus Iordanus *tom. 1. lib. 5. tit. 16. numero 55. & 56.* quia ratione diutinæ habitationis contrahunt forum, & subditi efficiuntur ad hunc effectum; In vno casu possunt peregrini etiam has Indulgentias lucrari, quando videlicet acciperent facultatem à proprio Episcopo, vt ab alieno Episcopo possint Indulgentias accipere, quod possit facere tradit ipse Gauantus *num.* 7. & Iordanus *num.* 60. cum aliis. Sup. hoc in Ref. seq. §. vlt.

2. Sed quid dicendum de Regularibus exemptis. Negat lucrari Indulgentias Episcoporum Vgolinus *de potest. Episcop. capite* 41. §. 2. *ver. excipitur.* Sed contrarium tenendum est cum Iordano *loco citato numer.* 49. itavt Regularibus non tantùm liceat participare de huiusmodi indulgentiis Episcoporum generaliter propositis: verum etiam possint eisdem peculiariter

riter concedi: tum quia exemptio concessa ad fauorem non debet in odium retorqueri, & exemptos impedire, talem remissionem consequi cupientes, arg. *l. quod fauore. C. de leg. & cap. quod ob gratiam de Regul. iur. in 6. cum vulg.* tum etiam quia ipsi Regulares & exempti aliquo modo subiiciuntur Episcopis, veluti in obseruatione festorum, Interdicti, susceptione Ordinum, consecratione Ecclesiarum, Altarium, Coemeteriorum, & similium; ideo tali respectu participes fieri possunt Indulgentiarum. Benè verum est, quod si pro consequenda indulgentia Episcopali requiratur opus, quod absque Superioris licentia præstari nequeat; tunc ipsa licentia interuenire debeat, vt indulgentia adipiscatur.

Sup. contẽto in hoc §. vsque post eius mediũ inf. in tr. 8. Res. 103. in princ.

3. Sed quia hîc incidit sermo de Indulgentiis Episcoporum, assero posse Episcopum quadraginta dies Indulgentiæ concedere; nomine autem Episcopi, etiam Archiepiscopus in præsenti, intelligitur, vt infertur ex *cap. Nostro de pœnit. & remiss.* qui tota sua Prouincia eos quadraginta dies potest concedere, quamuis eam non visitet. Etenim dum visitat, & item in sua Diœcesi octoginta dies concedere valet; idemque possunt Primates, & Patriarchæ. Quod si plures dies concedant, valida erit Indulgentia quoad dies sibi permissos, quia vtile per inutile non vitiatur, non verò quoad cæteros; vt liquet ex *c. Nostro c. cum ex eo, de pœnit. & remiss. c. vlt eod tit. in 6.* In Ecclesiæ dedicatione vnum annum Indulgentiæ possunt concedere pro illo die: vt constat ex dicto *c. cum ex eo.* Nequeunt autem plures Episcopi ad Ecclesiæ consecrationem concurrentes plus concedere, quam vnus. Nec successor Episcopi potest alios dies Indulgentiæ concedere propter eandem causam, propter quam antecessor quadraginta iam concessit; potest verò quiuis eos dies propter diuersas causas sæpiùs concedere. Et hæc omnia inuenies apud Andræam Mendo *in Bull. Cruc. disput. 6. c. 1. n. 16.* & Gauantum *vbi supra*; Sed magis latè apud Pacem Iordanum, & Barbosam *de potestat. Episcop. part. 2. allegat. 88. per totam.*

4. Nota verò quòd Episcopus potest Indulgentias concedere pro quibuscumque piis causis, & honestis nec restricta censeatur eiusmodi potestas ad Ecclesiarum, vel Altarium consecrationes, siue ad benedictionem solemnem, & cætera similia frequentiora: textus enim *in dict. cap. cum ex eo, in fine de pœnit.* ex Generali Concilio Lateranensi restringit tantùm quantitatem illarum, cæterum expressè concedit facultatem dandi pro quibuslibet causis, & pro indubitato supponitur à Doctoribus supra citatis. Credo tamen Episcopum successorem pro eadem causa nouam Indulgentiam concedere minimè posse, quia reputatur idem Episcopus. Ita Iordanus *numero 51. & num. 57.* Barbosa *allegat. 88. numero 15. & 16.* Et poterit successor illas reuocare, sicut potuisset ipsemet concedens, quia successor reputatur vna persona cum defuncto.

RESOL. XXX.

An qui accipit facultatem ab alio, quam à Summo Pontifice applicandi Indulgentias, possit eam in alium transferre?

Et an qui habet Indulgentias, seu benedictiones, mortuo Pontifice concedente, adhuc possit illas applicare?

Et an Indulgentia concessa alicui Medalliæ possit acquiri per Medalliam mutuo ab alio acceptam?

Et an homo externæ Diœcesis orans ante Imaginem B. Virginis, ad quam Episcopus 40. dies Indulgentiarum orantibus contulit, lucretur eadem ratione Indulgentiam?

Et an Imago translata extra Diœcesim portet illam Indulgentiæ collationem? Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. Res. 2.

§. 1. DE hoc casu sæpiùs interrogatus, negatiuè respondi; & ita postea docuit Pater Pasqualigus *decis. 492. num. 3.* vbi quæres an Indulgentiæ quæ alicui conceduntur à Summo Pontifice applicandæ imaginibus, coronis, &c. possint in alterum transferri, à quo applicentur? Et affirmatiuè respondet; dummodo (ait ille) in concessione à Summo Pontifice non sit aliter cautum, sed stando in iure communi. Qui enim tales Indulgentias applicandas accipit, non solùm accipit ipsas Indulgentias, sed etiam facultatem eas applicandi cuinam materiæ voluerit; vnde censetur ad hoc munus delegatus. Quia autem delegatus à Summo Pontifice potest rursus delegare, *cap. fin. de Officio Iud. deleg.* & cap. *Cum causam, de appellat.* Ideò cum sit delegatus ad tales Indulgentias applicandas, potest alium subdelegare, qui eas nomine suo applicet cuinam materiæ placuerit. Ex hoc autem sequitur, quod ille, qui ab alio, quam à Pontifice accipit talem facultatem, non possit in alium transferre Indulgentias applicandas; quia ex vi subdelegationis terminatur in ipso facultas; & tunc valet regula, quod delegatus non potest delegare. Ita Pasqualigus.

2. Sed nouissimè Pater Gobat *in Thesauro Indulgentiarum, part. 1. cap. 9. quæst. 33. num. 128.* contrarium docet; sic enim asserit: Qui ab alio, quam à Summo Pontifice accipit facultatem applicandi intentiones, non potest secundùm Pasqualigum, *loco citato*, in alterum transferre Indulgentias, ab hoc altero applicandas, eo quòd delegatus non possit subdelegare. Verùm hæc doctrina non videtur ita generaliter admittenda, quia repugnat praxi permultorum eruditorum Religiosorum, intra, & extra Romam degentium, qui partem intentionum, quas ab aliis vel Romæ degentibus, vel Roma venientibus magno numero acceperunt, largiuntur aliis. Et ratio huius praxis est, quia mens Summi Pontificis multa millia prædictarum intentionum concedentis, non videtur esse alia, quam vt per rerum his intentionibus affectarum vsum, operáque præscripta homines ad pietatem excitentur, proque suis peccatis satisfaciant, siue interim mediatè, siue immediatè applicet eas is, cui ipse Pontifex illas concessit. Ad non malam rationem Pasqualigi responderi potest, illam Iuristarum regulam; quod delegatus non possit subdelegare, intelligi potissimum de delegato ad actus iurisdictionis exercendos, aut de taliter delegato, vt in illo delegans spectet circumstantias doctrinæ, prudentiæ, atque adeo industriam personæ. At verò applicatio intentionum non est actus iurisdictionis, quandoquidem solet ipse Pontifex etiam Laicis personis concedere facultatem applicandi intentiones; & præterea in illo cui datur facultas applicandi, non spectatur circumstantia doctrinæ, prudentiæ, &c. Atque ita censent viri docti, quos hac super re consului. Hucusque ingeniosè vt semper solet Pater Gobat. Sed ego non recedo à sententia negatiua, quam semper docui, nixus auctoritate Praxis huius Romanæ Curiæ: & ita etiam mihi responderunt Magistri Cæremoniarum Sanctissimi D. N. in his materiis Indulgentiarum versatissimi.

3. Nota hîc, quod qui habet Indulgentias, seu benedictiones mortuo Pontifice concedente, adhuc potest illas applicare. Ita Pasqualigus, *decis. 491.* & Gobat, *num. 130.* Sed si quæras an Indulgentia concessa alicui medalliæ possit acquiri per medalliam mutuo ab illo acceptam? Respondeo affirmatiuè. Ratio est, simpliciter Indulgentia est assignata medalliæ, sicue medalliam gerenti, vndecumque eam habeat. Cauendus tamen abusus eorum, qui medalliam alicui

Cruci

Cruci publicæ, vel Imagini, siue Statuæ includunt vt orantes ad illam Indulgentiam lucrentur. Et ita docet Marchant. *in Tribun. Sacram. tom. 3. tract. 5 tit. 1. q. 7. in fine*, cum Gobat, *vbi suprà, p. 2. cap. 17. num. 440.* cui tamen hoc concedit posse fieri ad priuatum Oratorium, seu Capellam, eo quòd Leo XI. in formula Indulgentiarum, quas concessit Cardinalis à Dietrichstain, posuerit hæc verba: *qui in Capella, seu Oratorio, in quo fuerit vna ex benedictis rebus*, &c. verba autem posteriorum Pontificum sunt intelligenda secundum sensum à prioribus expressum; nam Pontifex in dubio censetur Prædecessorum vestigia sequi, Argum. *c. Verum de Iureiur.* Sed de hoc valde dubito, nam, vt ait Marchant. *vbi suprà*; est medallia de se, & ex instituto largientis Indulgentiam Symbolum personale, pro eo qui eam gestat, velut in ciuilibus, vel Ecclesiasticis distributionibus plumbum, ad cuius repræsentationem personæ repræsentanti panis, pecunia, vel aliud distribuitur.

4 Et tandem nota id quod obseruat dictus Marchant. *loco citato, quæst. 6.* vbi sic ait: Arbitror externæ Diœcesis hominem orantem ante Imaginem B. Virginis, ad quam Episcopus 40. dies Indulgentiæ orantibus contulit, lucrari eadem ratione Indulgentiam. Non essem tamen istius opinionis, quod Imagine extra Diœcesim translata, illam Indulgentiæ collatio comitaretur; quia Episcopus extra Diœcesim Indulgentias dare non potest propria auctoritate. Me sante Romæ anno 1634. existente Eminentissimus Cardinalis Pamphilius, qui modo Apostolicam Sedem feliciter regit Innocentius X. grauissimè infectabatur Indulgentias illas imaginibus mobilibus applicatas, quòd variorum abusuum in sui translatione causa essent: Vnde cum eius fauore impetranda esset à Sanctissimo D. Vrbano VIII. benedictio vnius præclaræ imaginis Deiparæ, vt in Belgium transferretur, suasit Pontifici, vt Indulgentias non imagini, sed vni Altari stabili, in quo Imago immobiliter poneretur, assignaret. Ita ille,

RESOL. XXXI.

An quando Religiosus moritur nondum applicatis Indulgentiis a Pontifice obtentis, possit eius Superior de illis dispensare?

Et adducitur, quod Superior Regularis possit suorum subditorum satisfactiones, & preces applicare Benefactoribus propter interpretatiuum consensum subditorum, vel vt satisfactiones eis superfluæ cedant in emolumentum habentium cum illis participationem bonorum operum. Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. Resolutione 6.

1. CAsus est curiosus, & practicabilis; & ad illum negatiuè respondet doctus, & amicissimus P. Pulize, *in manual. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 5. n. 213.* vbi sic ait: Quod si quæras, an casu, quo alicui Religioso concedantur Indulgentiæ applicandæ Imaginibus, Coronis, &c. si is moriatur, illis nondum applicatis, & hoc certò constet eius Superiori, is possit eas applicare absque eo quod Religiosus ante mortem, tam facultatem ipsi subdelegauerit? Respondetur non posse, Ita Baldellus, Bordonus, & alij docti Viri à me consulti, probántque ex eo quod in tali concessione eligitur industria personæ, & ipsa concessio est priuilegium quoddam personale, quod desinit in persona: quod tamen non facit quin dictus Religiosus viuens potuerit subdelegare præfatam potestatem, cùm Delegatus Papæ possit subdelegare; vt benè notarunt relati Doctores, qua de re consulatur Pasqualigus, *dec. 492.* Huicsque Pellizzarius.

2. Sed nouissimè affirmatiuam sententiam inuenio docere Patrem Gobat *in Thesaur. Indulg. part. 1. c. 11. quæst. 35. num. 131.* vbi sic ait: An quando Religiosus moritur nondum applicatis, vel distributis intentionibus Indulgentiarum, quas habuit, possit eius Superior liberè de iis disponere? Respondetur posse, nam ex vtriusque parte militat bona ratio ad hoc asserendum. Ex parte quidem subditi, quia nullus Religiosus est, qui ante mortem interrogatus non pronunciaret, se ita velle, & qui non saltem semel in vita apud se dixerit cupere se vt omnia sua cedant, quoad fieri potest, in maius Dei, & proximi obsequium. Atqui cedent hæ intentiones in maius proximi emolumentum, si eas vsurpet Superior. Ex parte autem Superioris adest hæc ratio, quòd is vtique habeat generalem voluntatem omnibus suis suorúmque bonis vtendi ad Dei gloriam, & proximi commodum, quoad potest. Qua voluntate posita, sibi iam virtualiter, & implicitè illas intentiones, saltem sub conditione secuturæ mortis, vendicauit, quando subditus agebat animam. Confirmatur inde, quod satisfactiones Religiosorum, eis superfluæ cedant in emolumentum, habentium cum illis participationem bonorum operum, item quod Superior Regularis possit suorum subditorum etiam ignorantium satisfactiones, & preces, applicare Benefactoribus, propter interpretatiuum consensum Subditorum. Loquor autem de illo Superiore, qui toti Conuentui, seu Collegio præest, non de Priore Claustrali, aut ministro. Ita Pater Gobat. Ego verò vtramque sententiam probabilem esse puto: sed magis adhæreo sententiæ negatiuæ.

RESOL. XXXII.

In Rubrica Indulgentiarum quinque Sanctorum dicitur, quod si omittatur granum, possit pro illa vice aliud subrogari.

Sed quæritur etiam inuento primo, cui ex duobus Indulgentia censeatur affixa remanere?

Et an electio possit fieri per actum merè internum? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Res. 33.

§ 1. AD hoc dubium sic respondet Pater Lugo *de Sacram. pœnit. 27. sect. 8. §. 3. n. 150.* Solet aliquando concedi, vt si amittatur, vel rumpatur granum, vel imago habens talem indulgentiam, possit pro prima vice subrogari aliud granum, vel alia imago eum eadem indulgentia. De quibus dubitari posset, casu quo imago alia amissa fuit, & facta sufficienti diligentia non potuit inueniri; atque ideò electa fuit alia: an si postea prior inueniatur, adhuc hæc posterior retineat indulgentiam. Et quidem ego credo non amplius priorem, sed posteriorem habere indulgentiam, quia verificata fuit conditio, vt posset ritè eligi secunda, nempè quòd prima fuisset amissa: ergo eo ipso legitimè fuit electa alia, & cessauit prioris indulgentia: tutius tamen erit vtramque retinere. Sup. hoc sup. in Res. 28. §. Sed inquiramus.

2. Petes an illa electio possit fieri per actum merè internum: videtur enim exigi actus externus, sicut dicebamus requiri actum externum ad concessionem indulgentiæ: hæc quippe electio videtur esse concessio indulgentiæ ex facultate à Pontifice delegata. Verius tamen videtur sufficere voluntatem internam, quia illa deputatio non est concessio indulgentiæ: Pontifex enim solus concedit immediatè indulgentiam habentibus talem imaginem à me deputandam. Quod à posteriori patet. Primò, quia facultas concedendi indulgentias nunquam delegatur Laicis, aut fœminis; & tamen ij possunt determinare grana vel imagines. Secundò, quia qui indulgentiam propriè concedit, potest illam reuocare: qui autem semel deputauit talem imaginem, Sup. hoc in Ref. not. præteritæ, §. vlt.

non potest reuocare postea talem electionem: non est ergo actus iurisdictionis, sed conditio ad concessionem facta à Pontifice: conditio autem ad indulgentiam requisita, potest aliquando esse actus internus. Hæc omnia Pater Lugo, cui quidem libenter adhæreo.

RESOL. XXXIII.

An Indulgentia stationum possit quis in die multoties lucrari? Ex p.5.tr.12.Resol.45.

Sup.hoc sup. in tr.3. Resol. 152. & 153. §.vlt.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Angelus *ver. Indulgentia*, §.4. Rosella *eod.ver.* §.12. Nauarrus §. *in Leuitico*, *notab.*32. *num.*46. & 47. & alij. Negatiuam verò tenet Paludanus *in* 4.*dist.*20.*q.*4.*art.*7. *D.Thom.in addit.*3.*p.q.*25.*art.*2. *ad* 4. D.Antonin. *p.*1. *tit.*10.*c.*3. §.3. & alij.

2. Verùm circa præsentem quæstionem Ludouicus de la Cruz *in Bulla Cruc. disp.*1. *cap.*8.*dub.*13. *num.*10. cum distinctione putat esse loquendum, nam vel Indulgentia conceditur ad tempus determinatum, vt visitantibus tali die, & hora, & tunc semel tantùm potest illam quis lucrari. Vnde cùm stationes Romæ signatæ concedantur in Bulla certis & determinatis diebus, inde est, quòd semel tantùm potest quis illas lucrari, nisi aliud exprimat Pontifex. Quando verò Indulgentia conceditur indeterminatè, & quasi perpetuò sub hac forma. *Quicunque visitauerit talem Ecclesiam, vel Altare cõsequetur hanc vel illam Indulgentiam*; tunc potest quis eam lucrari, toties, quoties, idque satis probat ipsa consuetudo, quæ est optima legum & cõcessionum humanarum interpres, & sic conciliari possunt prædictæ opiniones. Hoc tamen vltimum debet intelligi, dummodo iteratio visitationis non cedat in irrisionem, vt reuera cederet, si quis visitaret eandem Ecclesiam continuò egrediendo, & ingrediendo, quia non est verisimile de prudentia Pontificis illi modo reiterandi visitationem, multiplicare indulgentias. Sic ille.

3. Sed his tamen non obstantibus nouissimè Ægidius de Trullenck *in Bulla Cruc. lib.*1.§.6.*dub.*4.*num.*2. absolutè docet Indulgentiam stationum posse in die multoties lucrari, quia Bulla id non restringit, nec limitat, sed absolute eam concedit: at quando Indulgentia conceditur indefinitè visitandi tali die talem Ecclesiam, toties eam quis, lucratur, quoties eo die moraliter & secundùm prudentiam illam visitat. Secundo probatur, quia iuris dispositio etiam in odiosa materia comprehendit omnes casus, ad quos verba dispositionis iuxta propriam significationem & dispositionem se extendunt, secundùm doctrinam Iurisconsultorum; sed verba Indulgentiarum Romæ & verba Cruciatæ, & verba Iubilæi in quo præcipiuntur stationes ad lucrandas Indulgentias iuxta propriam significationem, extendi possunt ad plures vices in die. Ergo extendenda potius, quàm limitanda, cùm talis concessio sit principis fauor, & in tertij præiudicium non cedat. Ita ille, & ego *in prima parte*, *tractat.*11. *resol.*104.

Quæ hic est sup. in tr.3. Resol.152.

RESOL. XXXIV.

An pro lucranda Indulgentia concessa visitantibus quinque Altaria satis sit preces effundere ex vno loco siue motu de vno Altari ad aliud Altare?

Et quid est dicendum, quando quis idem Altare quinquies visitat, an teneatur loco dimoueri, vel eodem loco fixus possit illud visitare, dummodo quod qualibet visitatione finita saltem corpus, & caput inclinet in signum distinctæ visitationis? Ex part.5. tract.12. Resol.16.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Ioannes de Garnica *in explicatione Bullæ Cruciatæ*, §.*Item se concede*. vbi sic ait. [Otros ay que no son tan escrupulosos, pero son demasiado libres, porque sin menearse de vn lugar bueluen la cara à cinco altares, loque à mi me parece es, que no ganan la estacion, sino que se han de leuantar, y andar todo el trecho que tienen los cinco altares. Porque si no se vuieran de andar, tando valiera hazer toda la estacion en vn solo altar; y esso no se puede hazer, porque por dispensacion dixo, que no donde no vuiesse mas que vn altar, si visitasse vinco vezes.] Sic ille.

2. Sed ego *in* 1.*p. tract.*11. *resol.*102. affirmatiuam Quæ sententiam tenui cum multis DD. quibus nunc addo Ludouicum de la Cruz *in Bulla Cruc. disp.*1.*dub.*13.*n.*4. Dico igitur quod in tali casu non oportet moueri loco, sed satis est vt vno loco fixus preces fundat versùs quinque Altaria; quare sufficit moueri corde ab vno Altari in aliud, etiam quando nullum adest impedimentum, quia si vnum tantùm esset Altare, non oporteret quinquies motu corporali illud visitare, sed satis esset quinquies versùs illud preces fundere: ergo non requiritur, per se loquèdo, in visitatione Altaris, motus corporalis.

3. Nota tamen quòd Trullench *in Bull. Cruc. lib.*1. §.6.*dub.*2. *n.*4. licèt existimet quòd quando quisidem Altare quinquies visitat, non teneri loco dimoueri, sed eodem loco fixum posse illud quinquies visitare, tamen vult, quòd qualibet visitatione finita saltèm corpus & caput inclinet in signum distinctæ visitationis.

RESOL. XXXV.

An Indulgentiæ certo, & ineffabiliter prosint defunctis?

Et an Indulgentiæ non omnibus animabus existentibus in Purgatorio valeant, sed illis tantum, qua vt sibi prodessent, meruerunt in vita per pietatem & curam erga mortuos? Ex p.5. tract.12. Resol.8.

§.1. NEgatiuè respondet Layman *in Theol.mor.lib.*5. Qui *tract.*7.*c.*7. *n.*3. vbi citat Bonauenturam, Richardum, Durandum, Caietanum, Cordubam, Canum, et Sotum & Henriquez, asserentes Indulgentiam pro defunctis tantùm prodesse per modum suffragij & impetrationis secundùm liberalem Dei acceptantis voluntatem quod confirmatur ex omnium fidelium consensu, qui post applicatam alicui animæ Indulgentiam, mihilominus pro ea sacrificare & orare pergunt, quasi ipso facto significantes Indulgentiam, etiamsi eius concessio iusta causa subnixa videatur, non habere tamen infallibilem effectum.

2. Sed affirmatiuam sententiam tenet Acosta *in Bull. Cruc.q.*19. Faber *de Pœnitent.in* 4. *sentent.dist.*19.*qu. disp.*3.*cap.*8.*num.*234. Granadus *in* 3.*part.de Sacram. controuers.*12.*tract.*5.*disp.*5.*n.*10. Suarez *tom.*4.*disp.*53. *sect.*3.*n.*3. Ledesma *in* 2.*part.*4. *q.*29.*art.*3. Sotus *in* 4. *distinct.*21.*q.*2. *art.*3. Valentia *tom.*4. *disp.*7. *quæst.*20. *punct.*5. Coninck *de Sacram. disp.*12.*dub.*10.*num.*445. Tannerus *tom.*4. *disp.*6. *q.*8. *dub.*4.*n.*92. Trullenck *in Bulla Cruc. lib.*4.*dub.*9.*num.*4. & alij penes ipsos, quia satisfactiones Christi & Sanctorum, quæ applicantur ad pœnam Purgatorij, sunt æquiualentes ad hanc rem, nec deest diuina promissio de tali remissione fundata in perpetua traditione Ecclesiæ, & in illo Matth.16. *Quodcunque solueris*, &c. Quid ego sentiam dicam breuiter, hæc posterior sententia videtur mihi probabilior: vnde puto Valentiam *vbi suprà*, non rectè, neque modeste contrariam vocare incautam, & nullo modo audiendam; melius Bellarmin. *lib.*1.*cap.*14. vocauit illam rationabilem, nostram verò admodum piam: addo ego & probabiliorem.

3. Non

3. Non desinam tamen hîc adnotare Caietanum hoc tom. 1. opusc. tract. 10. quæst. 1. & tract. 16. quæst. 5. docere Indulgentias non omnibus animabus existentibus in purgatorio valere, sed illis tantùm, quæ vt sibi prodesse meruerunt in vita per pietatem & curam erga mortuos & Ledesma in 2.2.p.4.q.29.art.3. timet ne vera sit hæc Caietani sententia. Sed meritò aduersùs illam insurgit Acosta vbi supra, Granadus disp.6. num.2. Trullenck dub.10. num.1. & alij quos citat & sequitur Tannerus loco citato, quia fundamentum communicationis suffragiorum non est aliquod peculiare meritum sed solùm status gratiæ. Ergo &c.

RESOL. XXXVI.

An Indulgentiam pro mortuis lucretur existens in peccato mortali?

Idem dicendum est de illo, qui sumit Bullam Cruciatæ pro defuncto, si soluens Bullam sit in peccato mortali? Ex p.3. tr.12. Res.38.

Respondeo affirmatiuè cum Ioanne Præposito in 3.p. D.Thom. q.14. de Indulgentiis, dub.10. n.93. & Naldo in summa, verb.Indulgentia, n.7. vbi sic ait. Indulgentiam pro mortuis consequi potest etiam in mortali existens, secundum magis receptam opinionem in hoc enim casu non dicitur malus pro alio satisfacere, sed solùm facere opus, ob quod Papa satisfactionem Christi & Sanctorum impertitur; tum quia malus ministerialiter pro alio satisfacere potest, vt eleemosynam, vel aliud bonum mandato alicuius faciens. Ita ille, qui citat Nauarrum notab.22. de Indulg.n.30. quibus adde etiam Fabrum in 4. sentent. de pœnit. dist.19. quæst.unic.disp.38.cap.8.num.256. Granadum in 3.part. de Sacrament.contr.12.tract.5. disp.6.num.1. Trullench in Bulla Cruc.lib.1.§ 6.dub.4.num.3. Reginaldum tom.1. lib.7. cap.vlt. num.195. & Laurentium de Portel in dubis Regul.verb.Indulgentia pro Iubilæo, n.24. vbi sic ait: Tandem circa indulgentias pro defunctis nota ex Toleto, quod si quis in peccato mortali quando sumit Indulgentias pro defunctis faciendo id opus, per quod illas applicant in peccato mortali, tales Indulgentiæ proficiunt defunctis existentibus in Purgatorio. Ratio est, quia ratio satisfactionis seu pretium pœnarum non est opus illius, qui est in peccato, sed Indulgentia ipsa & thesaurus meritorum Christi & Sanctorum. Illud autem opus particulare, per quod Indulgentiæ applicantur, fit nomine Ecclesiæ, in qua nunquam deest gratia. Exemplum ponit in eo, qui dat eleemosynam, & mittit illam per manus hominis existentis in peccato mortali, non enim perditur fructus eleemosynæ ex eo quòd sit in peccato ille, qui exequitur opus. Vnde non solum hoc intelligitur de sumente Bullam Cruciatæ, pro defuncto, si soluens Bullam sit in peccato mortali, sed etiam de illo, qui dicit certas orationes iniunctas à Papa pro liberanda vna anima à Purgatorio, est enim vtrobique eadem ratio. Scio aliquos DD. tenere oppositum, vt fatetur ipse Toletus. Est tamen hæc opinio pia, & ratione sufficienti fundata. Hæc Portel. Vnde nemo excusatur quando à Summo Pontifice applicatur aliqua Indulgentia defunctis per modum suffragij, si illam pro illis non sumant; Nam, vt dictum est, & iusti, & peccatores illam pro defunctis obtinere possunt.

RESOL. XXXVII.

An quis priuata authoritate possit suam Indulgentiam Deo pro defunctis offerre, vt potest ieiunia, disciplinam, &c.

Et an saltem Regulares possint applicare Indulgentiam defunctis, stante priuilegio Leonis X. concesso Minoribus? Ex part.10. tract.16. & Misc.6. Res.12.

§.1. Dubium est nouum, & ad illud affirmatiuè respondet Pater Gobat *in Thesauro Indulg. p.2. c.21. quæst.61. num.466.* Tum quia nullum ius diuinum, aut Ecclesiasticum vetat eam in praxim redigi, atque intelliguntur concessa, quæ non sunt expresse prohibita, inquit Glossa *in c.2. de translat.Episc. verf. Non inueniant.* communiter recepta: tum quia vtiliter practicatur, nam *Ioan.16.* generatim promittitur: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis:* tum denique, quia nullum planè inconueniens apparet in hac precatiuncula: Clementissime Deus, rogo te, vt illam Indulgentiam plenariam quam cras in die Portiunculæ comparate studebo, digneris admittere potius pro expiandis mei Patris defuncti peccatis, quam pro meis. Nec obest primo, quod nullus Auctor Classicus hanc doctrinam tradat; nam etsi materia de Iubilæo, & Indulgentiis à permultis ita accuratè sit attracta, fatebitur tamen æquus Lector, se tam in hoc quam in altero tractatu de Iubilæo reperisse permulta dubia practica, non parui momenti, quæ nemo alius proposuit, sicut mihi ipsi per litteras testatus est doctissimus quidam & libris scriptis notissimus Theologus. Sufficit, modo hæc doctrina sit vtilis, & non contraria sensui Ecclesiæ, vel Doctorum. Nec obest secundo, quod ex omnium sententia negarim, validè in defunctos transferri Indulgentias, etsi Pontifex Romanus eas transferendi potestatem verbis admodum claris largiatur. Etenim illa doctrina intelligitur, & intelligenda est de applicatione infallibili (ex ordinaria Dei lege) effectum habente, ac fundata in potestate Pastorali, seu Clauium, non autem de applicatione fundata in sola Dei liberali acceptione, & quæ pendeat etiam ab iis conditionibus, à quibus efficaciam orationis pendere tradunt Doctores post S. Thomam 2.2. quæstione 83. Nec obstat Tertio, quod hinc sequatur posse eodem modo ab vno viuo alteri viuo donari suam Indulgentiam. Respondeo enim id, non videri absurdum, quamvis longè vtique difficiliùs, & rariùs Deus admittat pro viuis, quam pro defunctis, quia illi possunt se iuuare hi, nequeunt. Vnde respectu viuorum habet aliquo modo locum illud pronunciatum iuridicum: Indignus est aliena ope, qui sibi non vult opitulari, cum possit. Hinc patet laudandum esse Caium, cum dicit: Domine Deus peto, vt omnes omninò Indulgentias, quas toto hoc mense possem in meum vsum conuertere, permittas potius cedere in subsidium miserabilium animarum, in flammis purgatoriis detentarum. Equidem hoc loco aptissimè dicitur, quod de illis Indulgentiis dubiis quarum occasione nullum damnum emergit, pronunciant Doctores: Tantum valeant, quantum possunt, Dices: Quid, si Deus non admittat, sicut sæpissimè non admittit, talem donationem, aut applicationem? Respondetur; Tunc Indulgentiarum fructus remanet penes illum qui donare volebat: etenim ob eius interpretatiuam voluntatem imitatur in eo illud Psalmistæ, *Oratio mea in sinu meo conuertetur*; & illud Christi Domini: *Pax vestra reuertetur ad vos.* Matthæi 10. Hucvsque Pater Gobat.

Sup. hoc leg. breuissimam doctr. vers. annot. seq.

2. Sed laudo viri amicissimi in animas purgantes pietatem; at eius opinioni adhærere non possum, quia est contra communem, vt obseruat Quintanaduenas *in Theolog. moral. tom.1. in Appendice, tract.1. dubit.14. numero 1.* Concessio enim Indulgentiarum dependet ex voluntate concedentis, atque adeo se

extendit tantùm ad eos, pro quibus sit. Ergo nisi concessio se extendat ad defunctos, non poterit pro ipsis applicari. Confirmatur; nam forma concessionis Indulgentiarum pro viuis excludit defunctos, nam fit per modum remissionis, atque adeò absolutionis, quæ non habet locum quoad defunctos, cùm tantùm sint capaces Indulgentiæ per modum suffragij. Dices. Possunt viuentes applicare suas satisfactiones pro defunctis: Ergo postquam Pontifex iis concessit Iubilæum poterunt, postquam acceperunt illud applicare defunctis. Respondetur negando consequentiam: Nam non possunt applicare, nisi priùs illud faciant suum: hoc ipso autem, quod suum faciunt, non est amplius applicabile; nam consistit in remissione pœnæ per modum absolutionis. Remissio autem pœnæ, postquam est facta, non est applicabilis alteri, quia est ita personalis, vt sit ab ipsa persona inseparabilis. Adde quod Indulgentia non est aliquod opus satisfactorium, quod possit alteri applicari. Dices Secundò: Saltem Regulares poterunt applicare defunctis, stante priuilegio Leonis X. concesso minoribus, vt in illorum Compendio, *tit. Indulgentia plenaria, §.7. & in Compend. Fulgensium, tit. Indulgentiæ pro defunctis, §.4.* Quo priuilegio fruuntur omnes habentes communicationem. Respondetur. Neque in virtute dicti priuilegij posse applicare, quia non fuit concessum quoad Indulgentias concedendas, sed tantùm quoad concessas vsque ad illud tempus, vt constat ex tenore priuilegij. Vnde ex his sæpius interrogatus hoc anno Iubilæi 1651. an illud animabus purgatorij potuerunt applicare, respondi negatiuè: quod etiam dicendum est de Iubilæo extraordinario cùm regulariter talis facultas non concedatur: imò Pontifex intendit, quod prosit suscipienti, nam ad hunc effectum concedit facultatem absoluendi à reseruatis, vt tollantur impedimenta peccatorum in ordine ad illud consequendum.

Sup. hoc sup. in tr. 1. ex lata doct. Res. 2. §. Nota tamen, à lin. 6. & vers. neque etiam intelligas.

3. Dicendum est itaque nullam Indulgentiam applicari posse pro defunctis, nisi quæ à Pontifice pro illis expressè conceditur. Quia cùm nullus præter Pontificem, authoritatem habeat dispensandi thesaurum meritorum Christi, & Sanctorum; cumque omnis Indulgentia fiat per dispensationem thesauri meritorum Christi, & Sanctorum, nullus pro defunctis Indulgentiam applicare poterit, nisi quam pro iis Pontifex expressè concedit. Possunt quidem, viuentes pro defunctis sua opera, quæ pro lucrandis Indulgentiis faciunt applicare, ipsas tamen Indulgentias applicare non possunt, nisi id expressè à Pontifice sit concessum; qui nullus priuatus homo habet authoritatem offerendi merita Christi, & Sanctorum per modum condigni preti Deo pro liberandis animabus purgantibus, nisi illam expressè habeat à Pontifice, qui solus, posito opere viuentis, sub cuius conditione Indulgentia conceditur defunctis, pretium satisfactionis Christo Deo offert. Et hæc omnia docet Pasqualigus *in praxi de Iubilæo, q. 10. num. 2. cum seqq.* & Amicus *in Curs. Theol. tom. 8. disput. 20. sect. 7. num. 190.* Nolo enim de crimine plagiario ab aliquo accusari, sicut Ego de tali crimine quendam Auctorem modernum recentissimè impressum meritò accusare possem, qui passim cùm plures Auctores à se nec lectos, nec visos, & integras quæstiones ex meis operibus desumat, rarò tamen de me mentionem facit. Recte itaque vt obseruat Christophorus Vvaltherus *in tract. Iuridico-Politico-Historico, de Statu, & priuil. Doctor. c. 18. §. 132.* Bartolus Iurisconsultorum Coriphæus sic dixit: ergo de omnibus mentionem facio, vt quod eorum est furari non arguar, & in eo quod meum est, agnoscar.

RESOL. XXXVIII.

An Indulgentia pro tempore mortis, si non adsit Confessarius, vel saltem Clericus, possit applicari moribundo à quolibet laico?

Et obseruatur posse Indulgentiam moribundo absenti impertiri.

Et cursim additur non solum in articulo mortis, sed etiam extra illud posse absolutè, & per se Indulgentiam applicari absentibus. Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. Res. 10.

§. 1. NOminatim contra me negatiuè respondet Pater Gobat *in Thesauro Indulgentiarum, part. 2. cap. 34. quæst. 92. num. 626.* vbi sic ait: Quando in formula Indulgentiæ ponitur, Indulgentiam plenariam esse pro articulo mortis impertiendam à Confessore, existimat Suarez *disp. 55. sect. 6. num. 4.* intelligi Confessorem actu, seu illum, qui moribundi confessionem audiuit. Addit tamen, esse etiam probabile, quod quiuis, qui in tali articulo absoluere potest possit etiam impertiri prædictam Indulgentiam esto ei non confiteatur æger. Quæ postrema doctrina est probabilissima, præsertim cum Nauarr. *num. 30. num. 9.* testatur omnes Doctores secum docere, quod in prædicto casu possit deficiente Sacerdote quiuis Clericus impertiri Indulgentiam, sicut & absolutionem ab excommunicatione. Quod etiam sentit Diana * *resol. 46.* citans Valer. & Trullench. & addens: Hanc sententiam me consulente, & impellente, ne timeant in praxim deducere non solum Clerici tonsurati, sed etiam Laici, si Sacerdos tamen non adsit. Verùm hanc sententiam non sine ratione reiiciunt Suarez *cit. sect. 6. num. 4.* Lugo *num. 137.* tum quia nomine Confessoris, seu Confessarij, non potest vllo modo intelligi Laicus, tum quia est contra ius commune, nam ius commune non permittit Laico iurisdictionem spiritualem; quæ tamen à iure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda *reg. 18. in 6.* Ita Gobat.

2. Sed Ego iterùm non discedo à sententia affirmatiua contra Gobat, quam nouissimè tenet Thomas Leandrus *in Thesauro Sanctissimi Rosarij, cap. 12. §. 1.* Martinus de San Ioseph *in Mon. Confessor. tom. 1. lib. 1. tract. 7. de Indulgentiis, num. 1.* sic asserens: [Para ganar la Indulgencia en el articulo de la muerte, dize la Bula, que la há de conceder el Confessor, y que deue ser assi, tienen Ludouicus à Cruce, *disp. 1. c. 8. dub. 14. num. 2.* Henriquez *lib. 7. de Indulgent. cap. 9. num. 6. lit. A.* y se ha de practicar assi, porque parece le requisito que pide la misma Bula: aunque tengo por bien probable la sentencia contraria de Trullench. *in Cruc. lib. 5. §. 7. cap. 2. dub. 19. num. 6.* porque el perdon de la pena, que haze por la Indulgencia, no es absolucion de pecados, ny dependiente forçosamente de Confession: y assi como en el articulo de la muerte puede qualquiera ser absuelto de las censuras por qualquier Clerigo de prima corona, tambien este le podrá conceder la Indulgencia.] Sic Ioan. Valerus, *in different. vtriusque fori, verb. Absolutio differens. 3. numero 3.* Nauarrus, *notab. 32. num. 8. 9. & 10.* iudicat probabile Diana *part. 5. tract. 12. resol. 46.* y aunque huuiere Clerigo, podrà qualquiera lego conceder esta Indulgencia, vt tradit ex Nauarro, Ioan. Valerus, *loco citato*, Diana; 1 *p. tract. 11.* * *resol. 106.* Hucusque Martinus, cui adde Quintanadueñam *Theol. Moral. tom. 1. Append. tract 9. dub. 5. n 5.* Patrem Reginaldum *in Praxi, tom. 1. lib. 7. cap. 13. sect. 5. num 137.* & me citato Leandrum *de Sacrament. tom. 1. tract 5. disp. 14. quæst. 176.* & Machadum *de Perfect. Confess. tom. 1. lib.*

lib.3. part.2. tract.4. docum.4. num.3. vbi me citato sic ait :[Acerca de la Indulgencia plenaria, que por la Bula concede su Santidad a los Fieles en el articulo de la muerte, se ha de aduertir que aunque en ella dize el Pontifice, que el Confessor aya de aplicarla al que esta en el articulo de la muerte. Ifundados en esto algunos Authores enseñan, que solo el Confessor puede aplicar esta Indulgencia, y no otro inferior à el. Con todo esso Navarro, y otros son de parecer, que en ausencia del Confessor no solo el Sacerdote sino tambien qualquiera Clerigo, y en defeto destos, el Seglar puede aplicar esta Indulgencia. La qual opinion iuzga Diana por piadosa, y probable : y tal que si no aprouechare, ne puede danar; fundanse, en que la absolucion, y remission de la pena, que se concede por las Indulgencias ; no es absolucion de pecados, ni cosa dependiente delle. I assi no se requiere que el que hauiere de aplicar la Indulgencia, sea Sacerdote.] Ita ille : Vnde remanet satis probabilis nostra opinio contra Amicissimum Gobat.

3. Imo pro consolatione morientium, non deseram hic adducere opinionem P. Quintanaduenas, *in Theol. Mor. tom.1. tract.9.dub.3. num.1.* asserentis, ad Indulgentiam concessam moribundis; virtute Cruciatæ non requiri applicationem per Confessarium faciendam; quod probat ex verbis Bullæ ; sic asserentis:[Que puedan elegir Confessor, que los pueda absoluer vna vez en la vida, y otra en el articulo de la muerte de qualquiera pecados, &c. que configan, y ayan plenaria Indulgencia dellos.] Vbi nota non dici, *Que les pueda conceder, ò applicar la Indulgencia*; sed quod ij eam consequantur, & in Latina eundem sensum efficit verbum, Obtinere, & ly, *Ab eo*, cadit super absolutionem tantùm, non super lucrationem Indulgentiæ, præterea probatur, quia, si absque applicatione non prodesset Indulgentia hæc, sæpe frustraretur, cum deficiat, vel qui applicet, vel memoria petendæ; aut faciendæ applicationis. Et durum sane est, lucrationem huius Iubilæi ita vtilis; immò, & necessarij, vt potè vltimi, quòd in hac vita lucrari poterit moribundus, pendere à memoria, voluntate, vel malitia, aut ignorantia alicuius. Ergo ad valorem Indulgentiæ de qua loquimur, non requiritur applicatio. Ita ille; qui etiam me citato obseruat posse Indulgentiam moribundo absenti impertiri: quod etiam me citato docet Gobat, num.627. & me citato Leandrus *de Sacram. tom.1. tr.5. disp.14. q.173.* addens non solùm in articulo mortis, sed etiam extra posse absolutè, & per se Indulgentiam applicari absentibus.

RESOL. XXXIX.

Verum Indulgentia per modum Suffragij prosit Catechumenis mortuis sine Baptismo ?

Et an non solum pro Cathecumenis mortuis, sed etiam pro viuis ?

Ex quo infertur, an pro supradictis possit Missa offerri; Ex p.s. tr.12. Resol.9.

§.1. NEgatiuè respondet Præpositus *in 3. part. D. Thom. quæst.14. de Indulgent. dub.3. num.28.* Suarez *tom.4. disput.53. sect.4. num.8.* & alij, quia qui non est insignitus charactere baptismali, est extra Ecclesiam, & proinde Papa non habet potestatem super illum defunctum, cùm non habuerit potestatem super illum viuentem.

2. Sed vt verum fatear, videtur mihi nimis durum excludere ab hoc beneficio animas illas Cathecumenorum, quæ propter impotentiam, & inculpabiliter decesserunt ex hac vita sine sacramento Baptismi, nam etsi non habeant characterem baptismalem, tamen voto illud susceperunt, & sunt capaces beatitudinis, & pro illis Missa offerri potest. Ergo, &c. & ita hanc sententiam docet Villalobos *in summa tom.1. tract.26. difficult.7. numero 7.* Faber *de pœnitent. in 4. sentent. distinct.18. §. quæst. vnic. disp.37. cap.8. numero 258.* Layman *in Theolog.moral.lib.5.tract.7.cap.6. num.1.* Henriquez *lib.7. cap.18. numero 1.* Tannerus *tom.4. disput.6. q.ast.8. dub.4. num.93.* quibus adde Iacobum Granado *in 3.part.de Sacrament.controuers.12.tract.15.disp.6. numero 2.iunct. disput.1. num.4.* vbi docet Indulgentias non solùm prodesse Cathecumenis mortuis, sed etiam viuis, & doctè, vt semper solet, probat hanc sententiam, & respondet ad argumenta contraria, adi illum, & non pigebit.

Sup. hoc in Res. noc. præteritæ §. Sed nota, & in tom.2. tr.1.Res.42. §.2. ad fin.

RESOL. XL.

An Indulgentiæ concessæ Regularibus, & reuocatæ à Paulo V. hodie censeantur reualidatæ ?

Et an Indulgentiæ, & priuilegia pro defunctis concessa censeantur reuocata per dictam Bullam Pauli V. vel remaneant in suo robore, & firmitate ?

Idem dicendum est de Indulgentia plenaria concessa à Clem. VIII. Parentibus Fratrum existentibus in Purgatorio, si pro illis Minorita dixerit vnam Missam.

Et idem dicendum est de Indulgentia plenaria à Calisto III. concessa Parentibus fratrum Minorum, in qua possint eligere Confessarium, per quam absoluatur plenarie à culpa, & pœna ; quo priuilegio gaudent Parentes aliorum Regularium.

Et idem dicendum est de Indulgentiis concessis ab antiquis Pontificibus pro sæcularibus visitantibus Ecclesias Regularium. Ex part. 4. tractat.4. & Misc. Res.20.

§.1. SVppono S. D. Paulum V. *die 23. mensis Maij anno 1606.* in Bulla, quæ incipit, *Romanus Pontifex*, & est *in 3. tomo Bullarum Bulla 21. §. 19. fol.203.* reuocasse omnes Indulgentias concessas per antecessores suos quibuslibet Regularibus, Religiosis, ac Monialibus cuiusuis Ordinis, illásque annullasse, ac decreuisse quòd loco illarum ibi reuocatarum, omnes & singuli Religiosi gauderent solis Indulgentiis in eadē Bulla ibi Religiosis concessis ab eodem Summo Pontifice, modò difficultas est, quia idē Paul. V. post dictam reuocationem confirmauit Minoritis sua omnia antiqua priuilegia, dicens in cōfirmatione se confirmare etiam gratias, concessiones, & indulta spiritalia, & confirmare priuilegia eis concessa à Clemen. VIII. quæritur an sub his verbis sint viuificatæ, & reualidatæ antiquæ Indulgentiæ ? Negatiuam sententiam docet Laurentius Portel *in dubiis Regular. ver. Indulgentia. num.12. §. secundum principale*, vbi sic ait. Ego constanter teneo per illa verba Pontificem non confirmasse antiquas Indulgentias à se reuocatas, & sic nos hodie directè non habere nisi suprapositas concessas ab illo; & idem dicendum est de cæteris Religiosis, si post illam reuocationem non impetrarunt particularem illarum antiquarum confirmationem ab illo, & huius mea opinionis fuerunt graues ac docti Religiosi hac de re consulti in Conuentibus Olyssiponensibus, & in academia Eborensi, qui dixerunt ita rem se habere, quia non est credendum de Sanctiss. Domino Papa tam citò mutasse sententiam in re grauissima, quam in prædicta Bulla dicit iam intentatam à Clement. VIII. & sibi etiam à Procuratoribus Ordinum postulatam. Ita ille. Qui pro hac firmanda sententia tres alias rationes adducit, quibus omnibus adde omnes

Sup. hoc sup.in rr.1. Res.29.lege eius doctrin.

Doctores constanter asseruisse & asserere Indulgentias Regularium esse iam reuocatas.

2. His tamen non obstantibus nouissimè Hieronymus Rodriquez *in compend. qq. Regular. resol.77. n.45.* oppositam sententiam tenet, docetque per dictam confirmationem priuilegiorum concessam Patribus Minoribus fuisse viuificatas, & reualidatas antiquas Indulgentias ab ipso Domino Paulo V. in principio sui Pontificatus reuelatas, quia postquam Paulus V. in dicta confirmatione priuilegiorum ait se confirmare priuilegia, gratias & indulta spiritualia, addit se innouare, seu de nouo concedere priuilegia confirmata à Clemente VIII. cum omnibus & singulis decretis, clausulis, & declarationibus quibuscunque contentis in litteris suæ confirmationis. Dominus verò Clemens VIII. expresse & apertè concedit Indulgentias; vnde cùm decretum innouans intelligendum sit secundùm tenorem decreti innouati, ex *l. in testamento, ff. de condition. & demonstrat.* sequitur manifestè Indultum Pauli V. esse intelligendum iuxta formam & tenorem Bullæ Clem. VIII. atque adeò confirmare Indulgentias quas expresse confirmat idem Clemens; alias verò rationes videbis apud dictum Rodriq. qui etiam respondet ad omnia argumenta adducta à Portel, & tandem sic concludit. Hæc de tota hac quæstione circa Indulgentias reuocatas à Paulo V. & ab eodem postea reualidatas dicta probabiliter sint satis, quibus subscripserunt quidam ex Salmanticensi schola Magistri. Vellem equidem, quòd hic articulus clariùs & apertiùs, tamquam res grauissima, à Domino Papa per suas litteras nobis innotesceret, interim tamen dum non apparet de expressiori mente suæ Sanctitatis, probabiliter possunt Religiosi vti præfatis Indulgentiis. Ita Hieronymus Rodriquez.

Sup. hoc leg. similem, doctr. in §. vlt. Ref. not. præteritæ. Vbi inuenies latissimam Indulgentiam pro animabus defunctis Regularium, &c. Pro contento in hoc §. vlt. ibidem.

3. Sed ego non discederem à sententia Portel; quicquid autem sit de supradicta quæstione, certum est apud me Indulgentiam plenariam concessam à Clem. VIII. parentibus Fratrum existentibus in Purgatorio, si pro illis Minorita dixerit vnam Missam, non esse reuocatam per Paulum V. quia talis Indulgentia non est concessa Fratribus, sed eorum parentibus. Idem dicendum est de Indulgentiis concessis ab antiquis Pontificibus pro sæcularibus visitantibus Ecclesias Regularium. Ita Portel *loco cit.*

4. Nota etiam quòd Indulgentiæ & priuilegia pro defunctis concessa non censentur reuocata per dictam Bullam Pauli V. sed permanent adhuc in suo robore & firmitate, provt declarauit idem Summus Pontifex Congregationi S. Mariæ Fuliensis. Ita Peregrinus *in priuileg. Cleric. Regular. ver. Indulgentia §. 7. in scholio.* Idem dicendum est de Indulgentia plenaria à Calisto III. concessa parentibus Fratrum minorum, in qua possunt eligere Confessorem, per quem absoluantur plenariè à culpa & pœna, quo priuilegio gaudent parentes aliorum Regularium. Ita Portel *vbi supra, n.4.*

RESOL. XLI.

An Prælati inferiores Episcopo per consuetudinem præscriptam possint acquirere potestatem concedendi Indulgentias?

Et an Concilium Generale, vel alij Prælati Episcopi inferiores, etiam habentes iurisdictionem Episcopalem; aut Capitulum Sede vacante non habeant potestatem concedendi Indulgentias, nisi consuetudine præscripta hanc potestatem accepissent? Ex p.5.tr.12. Res.21.

Sup. hoc pro consuetudine Card. in tom.9. tr.7. Res.46. signanter in fine.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Sotus *in 4. dist. 22. quæst.1. art.4.* Suarez *in 3. p tom.4. disput.15. sect.4. num.3.* & alij, quia cùm talis potestas extendat se ad tollendas pœnas Deo debitas, non potest ea sine voluntate ipsius Dei, aut eius in terris Vicarij alicui competere. Vel igitur summus Pontifex scit, & cauté approbat eiusmodi consuetudinem, vel nescit; si scit, iam non ex consuetudine præcisè & vi propria, sed potiùs ex tacito consensu Papæ iurisdictio, seu potestas spiritualis acquiritur; si verò Papa nescit, actualiter consentire non potest, absque voluntate etiam non communicatur potestas.

2. His tamen non obstantibus quòd facultas dandi Indulgentias consuetudine acquiri possit, docent gloss. *in cit. cap. accedentibus, ver. legitima causa, ibid.* Hostiensis & Abbas *num.2.* arg. *cap. cùm contingat, de foro com.* Quorum sententia non videtur mihi improbabilis, est enim Doctorum communis sententia apud Paludanum *in 4. dist.38. quæst. ... art.4. concl.4.* Sanchez *lib.4. moral. cap.38. num.21.* potestatem dispensandi in votis ac iuramentis ab inferioribus Prælatis per consuetudinem acquiri posse, cùm tamen dispensatio ista etiam soluat animas in foro Dei, vt proinde sine voluntate Christi, aut eius in terris Vicarij nemini competere possit. Et hæc omnia docet Layman *in Theol. mor. lib.5. tract.7. cap.4. num.3.* vbi respondet ad argumentum superiùs pro negatiua sententia adductum. Vide etiam Filliucium *tom.1. tr.8. c.5. n.91.*

3. Notandum est tamen hîc obiter Concilium generale non habere potestatem concedendi Indulgentias, neque alios Prælatos Episcopos inferiores etiam habentes iurisdictionem Episcopalem, neque Capitulum Sede vacante. Vnde ego olim rectè respondi Archimandritam Messanensem minimè Indulgentias, quas Episcopus concedere potest, concedere posse, per ea quæ adducit Faber *de Pœn. in 4. sent. dist.19. q. vn. disput.38. cap.5. n.148.* Granadus *in 3. p. de Sacram. contr. 12. tr.4. disp.3. n.1. & seq.* Præpositus *in 3. p. q.14. de Indulg. dub.4. num.37.* & alij, nisi ex consuetudine præscripta hanc potestatem accepisset, *vt supra* dictum est.

RESOL. XLII.

An clausula apponi solita in Indulgentiis Papalibus: Dummodo aliàs non concessimus, &c. intelligenda sit de alia similia expressa in eadem concessione? Ex p.10. tract.16. & Misc.6. Res.11.

§.1. AFfirmatiuè olim probabiliter respondi; & ita etiam docet Gauantus *in Man. Epis. verb. Indulgentiæ, num.17.* Lezana *in Summa Q.Q. Regul. tom.3. verb. Clausula, num.25.* Quintanaducñas *in Theol. Mor. tom.1. in Append tract.2. dub.4. num.4.* Martinus de San Ioseph *de Monit. Confessar. tom.1. lib.2. tract.10. de Indulgentiis, num.10.* nouissimè me citato Pater Gebat, *in Thesauro Indulg. part.2. cap.6. quæst.14. n.317.* vbi sic asserit: Diana & alij negant hanc doctrinam, ita generaliter sumptam; dicunt enim etiam quando Pontifex, in concessione alicuius Indulgentiæ, apponit illam clausulam (volumus autem, quod si aliàs Christi Fidelibus dictam Ecclesiam visitantibus, aliquam aliam Indulgentiam perpetuò, vel ad tempus nondùm elapsum duraturam concesserimus; præsentes nullæ sint) solummodò excludi similem Indulgentiam pro eodem Sancto, &c. propter dictionem aliam, quæ est repetitiua eiusdem qualitatis, quæ immediatè fuerat expressa non autem alias, quæ eidem Ecclesiæ in honorem alterius sancti v. g. concessæ fuissent. Quare propter horum Doctorum auctoritatem, & propter rescriptum quoddam Illustrissimi Domini Nuntij Apostolici referendum, *num.519.* respondi per litteras consultus, Indulgentiam plenariam, quam Sanctissimus D. N. anno 1649. impertiit visitantis in festo S. Sebastiani Ecclesiam Parochialem Lanè-

sprægrensem, valere, esto illi Ecclesiæ sit iam antea pro Confratribus Congregationis Rosarij data alia Indulgentia plenaria, & in Breui Sanctissimi D. N. ponatur expresse illa clausula, quam ex Diana retuli. Aliam commodam explicationem post Bonacinam *part.7. ad fert Palaus, part.4. num.13.* quod scilicet illud verbum, concesserimus, sit intelligendum de concessione facta ab eodem Pontifice, tunc enim exprimi nomen personæ, non dignitatis, secùs si dicatur, ab hac Sede concessa sit. Hucusque Gobat.

2. Et non deseram hîc apponere ad confirmationem supradictorum ea quæ etiam docet Paz Iordanus, *in Elucubrat. var. tom.1. lib.5. tit.16. num.71.* vbi sic ait: Quoniam in Papalibus Indulgentiis particularibus locis, vel personis concessis, clausula solet apponi: *Dummodo alias non concesserimus*, &c. interpretanda erit de alia simili Indulgentia, expressa in concessione, non autem de dissimili, siue ex alia causa, v. g. si aliqui Ecclesiæ concessa fuerit Statio septem Altarium Basilicæ S. Petri de Vrbe, provt Sanctissimus D. N. Vrbanus Pap. VIII. inter alias Ecclesias, concessit Cathedrali meæ Tragurien si anno Domini 1635. ac deinde visitantibus eandem Ecclesiam, in festo sui Patroni Titularis, siue dedicationis concesserit alias Indulgentias cum præfata clausula, censebuntur hæ diuersæ à priori, & vtræque valebunt. Gauantus *in Manu. verb. Indulgentia, num.17.* Sed in hac materia cautè procedendum erit, & concessionis verba exactè trutinanda: nam habemus regulam Cancellariæ Innoc. VIII. 57. & Pauli V. 52. ita canentem. Volumus, quod in literis Indulgentiarum ponatur clausula, quod si Ecclesia, vel Capella, vel alia aliqua Indulgentia fuerit per ipsum concessa, de qua inibi specialis mentio facta non fit, huiusmodi literæ sint nullæ, &c. Quapropter, Indulgentiæ quidem aliorum Pontificum remanent in suo vigore, quia Pontificis concedentis intentio ad illas non extenditur, nec ipsa verba, vt de se patet, ac eruditè docet Bonacina *de Sacram. disput.6. quæst.1. punct.7. num.4. vers. Præfata limitata.* Sed respectu Indulgentiarum eiusdem Pontificis, concludit idem Bonacina, quod vigore prædictæ clausulæ Indulgentiæ de nouo concessæ non valerent, vt plenius per ipsum *eodem num.4. vers. Quæritur*, eius tamen doctrina intelligenda, & restringenda erit ad Indulgentias similes, & conformes, non autem ad dissimiles. Vnde in facto habui, quòd Indulgentia plenaria ad septennium: Confratrernitati. B. V. M. de monte Carmelo, in castro Staphilæorum huius Tragurien sis Diœcesis, non impetrauit consimilem Indulgentiam eidem Ecclesiæ generaliter pro omnibus Christi fidelibus concessam eadem die Conceptionis eiusdem B.V. Ita Iordanus, *vbi supra.*

3. Vidisti igitur Amice Lector sententiam, quam olim docui à viris doctis postea fuisse approbatam: sed modò Ego ab illa discedo, stante declaratione fel. me. Sanctissimi D.N. Vrbani VIII. & clausula alia quæ de nouo in Indulgentiis Papalibus nunc à Pontificibus apponitur. Et ideò Franciscus Syluius *in Variis resolut. p.2. verb. Indulgentiæ* sic asserit; An Breue Apostolicum, quo Indulgentiæ Plenariæ certæ Ecclesiæ concedantur cum clausula ordinaria, volumus autem, quod si in dicta Ecclesia aliæ Indulgentiæ perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum duraturæ concessæ sint, &c. præsentes nullæ sint; ita sit intelligendum, vt concessæ Indulgentiæ nullæ sint, si eodem die aliæ Indulgentiæ concurrant: an verò, alio quocumque die per annum. Respondetur, aliquando mihi, vt & quibusdam aliis visum fuisse; quod illa clausula esset accipienda de Indulgentijs pro eodem die concessis, Ecclesiam eandem visitantibus, quia praxis satis communis habebat quod in festis diuersis diuersæ essent Indulgentiæ, etiam plenariæ eandem Ecclesiam visitantibus, quamuis non essent simul concessæ, & posterioribus adiecta esset ista clausula; Volumus autem quod si in dicta Ecclesia; aliæ Indulgentiæ, &c. non minus quam prioribus: at postea nobis innotuit mentem Pontificis esse vt Indulgentiæ quas cum eiusmodi clausula concedit, nullæ sint, si pro eodem, vel pro quocumque alio die anni, concessæ sint aliæ Indulgentiæ perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum duraturæ eandem Ecclesiam visitantibus: atque in hanc sententiam scripsit Bonacina *disp.6. de Indulgentiis, quæst.1. punct.7.* Vrbanus autem VIII. Pontifex Maximus, anno 1641. iussit in breuibus Indulgentiarum deinceps clausulam istam; Volumus autem nonnihil differenter exprimi. Reuerendissimus namque D. Strauius Suffraganeus Leodi. Reuerendo D. Van. Lauretem Præposito Atreb. & Sedis Vacantis Vicario generali, Leodio scripsit 22. Maij 1642. in hunc modum: Sua Eminentia Dominus Cardin. Barberinus per Epistolam de data 5. Mensis Aprilis Mihi mandat quod sua Sanctitas ad intentionem suam melius explicandam contra interpretationem dictæ clausuræ per aliquos Religiosos datam, statuit vt deinceps in iisdem Indulgentiis inseratur sequens clausula: Volumus autem si aliàs pro Christi Fidelibus in quocunque anni die dictam Ecclesiam, siue Capellam, aut Altare in ea situm visitantibus, aliquam aliam Indulgentiam etiam dissimilem perpetuò vel ad tempus nondum elapsum duraturam concesserimus, præsentes nullæ sint, His conformiter idem Vrbanus VIII. concedens 1. Aprilis eiusdem anni Indulgentiam plenariam visitantibus Duaci Ecclesiam Monialium S. Catharinæ Senensis, die octaua Assumptionis B. Virginis istam clausulam sic exprimit: Volumus autem vt si aliàs dictam Ecclesiam visitantibus tam præfato quam alio die aliquam Indulgentiam perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum duraturam concesserimus, &c. ipsæ præsentes nullæ sint. Concedens quoque 15. Iunij eiusdem anni plenariam Indulgentiam visitantibus Ecclesiam S. Birgittæ Duaci, die Festo eiusdem sic ait: Volumus autem, vt si aliàs dictam Ecclesiam in quocumque alio anni die visitantibus aliquam aliam Indulgentiam perpetuò vel ad tempus nondum elapsum duraturam concesserimus, &c. ipsæ præsentes nullæ sint. Quapropter illi qui quærunt Indulgentias pro visitantibus aliquam Ecclesiam; si pro visitantibus illam aliqua alia Pontificia Indulgentia, quæ nondum expirauit, sit eis concessa; curare debent vt eiusmodi clausulâ impetrent, alioquin nullius roboris erit id quod impetrabunt. Hucusque Syluius, & Ego. Vide etiam Zypæum *de Iure Canon. tom.2.l.5.tit.de Pœnitent.& Remission. Respons.5. num.5.* qui etiam mentionem facit de supradicta declaratione, & clausula Vrbani VIII. emanata anno 1642.

In indice primo huius Tom.4. lege Apendicem ad hunc Tract.5. Vbi reperies alias multas diffic. mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Ref. quæ simul pertinent ad hunc Tract.5. de Indulgentiis.

TRACTA

TRACTATVS SEXTVS
DE IEIVNIO.

RESOLVTIO PRIMA.

An pro obligatione Ieiunij vigesimus primus annus sit computandus de momento ad momentum?

Et dubitans, an expleuerit vigesimum primum annum, facta sufficienti diligentia, sit ieiunio adstrictus? Ex p.1.tr.9 Res.49.

Sup.hoc inf. in Res.5.§.2. cursim ad lit.4. & pro diffic.cõtenta à lin.3. & vers. Vide §. 1.huius Res. in tom. 3. tr.6. Res.66. §.Deinde.

§.1. AFFIRMATIVAM sententiam docet Portel. *in addit.ad dubia regul. verb.ieiun. n.1.* & Sanchez *de matr. tom.1. lib.2. disp.24. num.23.* Vnde infert, quòd si aliquis ante punctum impletæ ætatis ieiunium minimè fregisset,tenebitur postea illud seruare: quia transacto eo puncto iam præcepto ieiunij obligatur,& aliàs potest illud seruare ergo,&c.

2.Sed contrariam sententiam nouissimè docet alter Sanchez *in suis Select. disp.54.num.4.* quia præceptum ieiunij respicit totum diem integrum, vt indiuiduum obiectum:non enim præcipitur per mandatum ieiunij dimidium diei, vel quartam partem ieiunare;sed totum diem.Igitur,qui exemptus fuerit à ieiunio per aliquam diei partem,totaliter liberatur illo die;cùm præceptum huiusmodi, vel totum diem comprehendere debeat, vel nullam partem illius.

Sup. hoc in Res. seq.

3. Notandum est etiam,quòd is,qui dubitat,an expleuerit vigesimum primum annum; facta sufficienti diligentia, ieiunio non est adstrictus. cùm tunc non sit possessio pro præcepto ieiunij. Ita Sanchez, *vbi suprà.*

RESOL. II.

Dubitans,an expleuerit viginti & vnum annos, teneatur ne ieiunare?

Et facta debita diligentia, si quis dubitet, an hodie sit dies ieiunij, an teneatur ieiunare?

Idem dicendum est, quando quis dubius est, an hodie sit dies festus, non enim tenetur ab operibus seruilibus abstinere,& Missam audire.

Et quid dicendum est, quando quis dubitat, an habeat legitimam ætatem ad Ordines, vel beneficia, vel ad alium actum requisitum? Ex p.4.tr.3.Res.21.

Sup. hoc in Res. præterit.§.vlt.

§ 1. NEgatiuè respondeo cum Sancio *in selectis disput.43. num.6.* Naldo *in summa verb.dubium, n.m 23.* Castro Pal *tom.1. disp.3. punct.8. num 7* Alphonso de Leone *de offic. potest.confess. p.1.recollect.15. num.22.* Layman *lib.1 tract 1.cap.5.§.4 n.33.* Fagundez *prec 4. lib.1. cap.8. num.7.* Sanchez *de matrim tom.1. lib.2.disp.4 .num.38.* & aliis, ideo si quis facta debita diligentia dubius adhuc est an expleuerit viginti & vnum annos, non tenetur ad ieiunium, quia tunc non est possessio pro præcepto ieiunij, sed pro libertate illius dubitantis.

2. Vnde sequitur quòd si facta debita diligentia quis dubitat an hodie sit dies ieiunij, non tenetur ieiunare; & idem dicendum est, quando est dubius an hodie sit dies festus,non enim tenetur ab operibus seruilibus abstinere, & Missam audire, quia in his casibus possessio stat pro libertate; vt rectè obseruat Suarez *de cens. disp.40. sect.5. n.15.* & alij.

3. Contrarium tamen dicendum est quando quis dubitat, an habeat legitimam ætatem ad Ordines vel beneficia, vel ad alium actum requisitum, tunc enim possessio est pro præcepto, & ideo illud seruandum est, donec constet de ætate. Ita DD. citati, & præcipuè Ioan. Sanchez *n.7.* semper enim extat præceptum negatiuum non assumendi Ordines ante ætatem; cùm verò volens suscipere Ordines toto tempore antecedente dubitationem, habuerit ius certum ad non suscipiendos Ordines, hoc ius certum vinci non debet à iure dubio superueniente.

RESOL. III.

Quid facere debeat dubitans an teneatur ad ieiunandum? An in tali casu teneatur ad Superiorem recurrere?

Et quid est agendum, si Prælatus dubitet de sufficientia causæ pro dispensatione in ieiunio,aut iudicet eam minus sufficientem;an tunc debeat ieiunium in alia opera pia commutare?

Et an quando Prælatus potest circa ieiunia subditorum dispensare; possit etiam circa sua?

Idem etiam procedit in casibus reseruatis.

Et quantum ad ieiunia ex voto,an possit Confessarius virtute Cruciatæ illa commutare;sicut ieiunia a Confessario imposita quilibet alius Confessarius? Ex p.1.tr.9. Res.15.

§.1. IN tali casu debet recurrere ad Superiorem pro dispensatione, qui non debet esse nimium scrupulosus, & ambiguus, remittens id petentium subditorum conscientias:nam ad ipsos spectat tunc dispensare; quando enim causa est dubia, tunc dispensando iustam efficiunt. Ita Caietanus *in 2.2. q.147. artic.4.* Filliucius *tom 2. tract.27.p.2. cap.6. num.129.* Ortiz *in summ cap.19.mand.2.num.15.* Graffius *part.1 lib.2.c.37. num.57.* Villalobos *in summa, tom.1. tract.13. difficult.22.* Ledesma *in summ.tom.2.tract.17.cap.2.concl.5.* & alij.

2. Notandum est etiam cum Ioan. de la Cruz *in direct.conscient.part.1. præcept.3 art.4.dub.9.concl.3.* quòd si Prælatus dubitet de sufficientia causæ, aut iudicet minùs sufficientem, tunc debet ieiunium in alia opera pia commutare.Et,sicut supradicta potest circa ieiunia subditorum, poterit circa sua: quia non debet esse peioris condirionis, quàm subditi: quod etiam procedit in casibus reseruatis. Ita Sanchez *de matr.tom.3.lib.8. disp.3. num.9.* Azor. *p.1. lib.7. cap.19.quæst.7.* & Villalobos *vbi suprà*, qui citat Sylueſtrum, Caietanum, & Sotum.

3. Sed hæc omnia procedunt in ieiuniis à iure communi indictis:nam ieiunia ex voto potest Confessarius Sup. virtute

virtute Cruciatæ commutare; sicut ieiunia à Confessario in pœnitentia imposita, quilibet alius Confessarius, iuxta illa quæ in tali materia alibi diximus. Ita Villalobos n.24. & alij.

RESOL. IV.

An Medicus in causa dubia possit in ieiunio dispensare? imo, an possit dictis illorum acquiescere, dicentium se non posse ieiunare absque alia veritatis indagatione, an vero solum possit declarare, si causa sit sufficiens, an non?

Et notatur, quod quando causa est euidenter iusta, certa, aut probabilis, nulla est opus dispensatione, sed tantum quando dubia est, currendum est ad Superiorem, Episcopum, vel Confessarium electum per Bullam, vt dispenset.

Et inferitur, quod laici per consuetudinem non possint acquirere iurisdictionem Ecclesiasticam ordinariam, cum sint omnino incapaces & quid vero, si loquamur de delegata? Ex part. 10. tractat. 13. & Miscel. 3. Resol.27.

1. AD vtrumque casum affirmatiuè respondet Vidal *in Arca Theolog. Moralis, titul. de Ieiunio, Inquis.2. num.79.* vbi sic ait: Medicus ex consuetudine legitima potestatem habet sibi delegatam à Summo Pontifice, vt dispensare valeat in ieiunij præcepto: quod autem ità sit, Probatur: Medicus ratione suæ artis esse debet melioris conditionis circà ieiunij præceptum, quàm sint alij Doctores, sed isti interpretari possunt, & declarare præceptum ieiunij in tali & tali casu non obligare: quorum interpretatio prudenter facta absque alia Superioris dispensatione liberat à ieiunij præcepto: ergo Medicus vltrà interpretationem, potest etiam relaxare ieiunium per potestatem ei concessam, & delegatam ex consuetudine, vt sit melioris conditionis cœteris aliis Doctoribus. Nec obstat dicere, quod consuetudo vt iurisdictionem conferat, esse debet legitima, & præscripta, sed præscribi non potest quoties subiectum est incapax illius rei, quæ per consuetudinem induci intenditur; vt notant Panormitanus, & Felinus *in cap. Causam de præscrip. & in cap.4. de consuetud.* & Doctores communiter: ergo Laici cum sint incapaces Ecclesiasticæ iurisdictionis, *cap. Causam de præscript.* sequitur illos acquirere non posse hanc iurisdictionem per consuetudinem; ergo neque etiam Medicus acquirere potest potestatem dispensandi in præcepto Ieiunij, quæ est spiritualis, & Ecclesiastica; ideoque est incapax. Respondetur concedendo Maiorem, ad alia dicitur esse quidem verum, quod Laici per consuetudinem non possunt acquirere iurisdictionem Ecclesiasticam ordinariam, cùm sint omninò incapaces; secùs si loquamur de delegata; idcirco per consuetudinem possunt illam acquirere, vt constat ex praxi: nam Principes Sæculares vltrà Pontificia priuilegia, aliquam delegatam iurisdictionem acquirunt per consuetudinem, tùm in conferendis Ecclesiasticis Beneficiis: tùm in puniendis Clericis; tùm in causis spectantibus ad Sanctum Officium inquirendis, & huiusmodi, vt Monarchia in Sicilia, & Dataria in Gallia; & nihilominus Sancta Sedes Apostolica hæc, & alia tolerat, & permittit. Hæc Vidal.

2. Sed negatiuæ sententiæ communiter adhærent Doctores. Itaque dicendum est de Medico, & de quocumque viro prudenti, quod nimirum non possint dispensare, cùm non habeat iurisdictionem spiritualem in foro exteriori, sed solùm possint declarare, an causa sit sufficiens, an non, siquidem hoc spectat ad iudicium prudentiale. Et ità docet Pasqualigus *in Praxi, de Ieiunio, decis.389. num.4.* Idem docet Fagundez, *præcept.4. lib.1. cap.9. num.3.* qui citat Siluestrum, Angelum, Rosellam, & Azorium; quibus adde Trullench *in Decal. tom.1. lib.3. cap.2. dub.7. num.16.* vbi sic ait: Nota tamen quandò causa est euidenter iusta, nulla opus est dispensatione: quando non est certa, tunc consulendi viri docti, vt Professor casuum, Doct. Theologiæ, Confessarius, & Medicus. Si aliquis eorum dicat causam esse sufficientem, nulla requiritur dispensatio, quo in casu ipsi non dispensant, sed declarant causam esse, vel non esse sufficientem; quod si adhuc dubia esset, tunc recurrendum ad Superiorem, vt dispenset, quia tunc necessaria est iuris relaxatio quam Medicus, vel Confessarius potestatem non habent. Ita ille. Et nouissimè Ioseph. Rocafull *in praxi Theologiæ Moral. tom.1. lib.3. de præcept. Eccles. cap.11. num.212.* sic asserens: Nota etiam Medicum non dispensare in hoc præcepto abstinentiæ à carnibus, quandò dat licentiam, sed solum declarare; vnde sola licentia illius non sufficit ad licitè carnes comedendas, nisi quando aut certa, aut probabilis est necessitas: Si autem dubia res est, tunc necessaria est authoritas Superioris, vel Episcopi, vel Confessarij electi per Bullam. Ita Rocafull, & communiter Doctores. Vide Bordonum *in Miscellan. Decis. 677. fol.38.*

Sup. hoc in Ref. præt. §.1 & inf. in Ref.73. §.1. & pro causa dubia in esu carnium in die Ieiunij infr. in Ref. 78. in fine, & in tom.3. tr.6. Ref.44. prope finē. Vers. Filliuc. vero, & ibi in tr.2. Ref. 18. in fine.

3. Ad rationem verò adductam à Patre Vidal de consuetudine præbente iurisdictionem spiritualem delegatam incapaci. Respondeo, quod hæc doctrina gratis Medico applicatur, & gratis ideò negatur: verùm puto absolutè, quoad omnes esse reiiciendam, ex his, quæ dixi *in tract.1. par.7.* contrà Rabardeum. Et ad exemplum Monarchiæ Regni Siciliæ, assero, quod qui illam defendunt, non dicunt procedere ex consuetudine, (vt vult Vidal,) sed ex priuilegio Vrbani II. concesso Comiti Rogerio; quod acriter tamen refellit Cardinalis Baronius *in tom.11. Annalium*; & acriter contrà illum defendit Ioannes Beltran de Gueuara *in Origine Monarchiæ Regni Siciliæ, edita Matriti*, & nouissimè ex Theologis Societatis Iesu Pater Petrus Vvadingus, *tract. de Contract. disput.9. dub.7. §.2. numero 3.* verum de hac quæstione ego alibi.

In Ref.20. alias 18. quæ nunc inuenietur in tom.9. tr.2. Ref. 335. & signanter in §. Valer. à lin.5. & in alia Ref. eius not.

Alibi in Ref. not. præteritæ, & in aliis eius primæ not.

RESOL. V.

Quidam primis diebus sexagesimi anni quæsiuit à me, an teneatur ad ieiunium? Ex part.5. tract.14. & Misc.2. Resol.85.

§.1. SVppono ex dictis alibi senem sexagenarium etiam validum non teneri ad ieiunia; sed dictus consulens erat in principio anni sexagesimi. Vnde scrupulis angebatur, putabat enim annum sexagesimum impletum excusari à ieiunio, non autem inceptum, & non defuit quidam Theologus sic ei respondens.

Alibi in Ref. seq. & in aliis eius primæ not.

2. Sed ego tunc negatiuè respondi, & adduxi nostrum Naldum *in summ ver. tempus, num.10.* vbi sic ait: Tempus ad ieiunium obligans est tertij septennij completi tam in maribus, quàm in fœminis; eximens verò ab eadem obligatione est vir sexaginta annorum, in illa enim ætate communiter deficiunt vires corporales ad ieiunium ferendum necessariæ, & quamuis aliqui etiam in illa ætate satis viribus polleant, communiter tamen, & in pluribus secus est, constat autem leges aptari ad ea, quæ communiter, & vt plurimum accidunt; quæ sanè ætas annorum sexaginta etiam nondum impleta sufficiet. Ita Naldus, & ante illum hanc sententiam docuerat etiam amicissimus Ioannes Sancius *in select. disp.54. n.10.* nam in fauorabilibus annus inceptus habetur pro completo.

Sup. hoc inf. in Ref.8. §. Nota etiam, & in Ref.9. §. Nota tamen, & pro ieiunio tertij septennij completi contento in lin.3. huius §. sup. in Ref.1 & in alio §. eius primæ not.

RESOL.

RESOL. VI.

An senes sexagenarij robusti, & validi teneantur ad ieiunia?

Et quid dicendum, si dubium est, an in supradicta ætate sint robusti, & validi ad ieiunandum?

Et ex doctrina supradictæ quæstionis infertur, an adolescentes robusti, & validi teneantur ieiunare ante vigesimum primum annum?

Et notatur excusari à ieiunio sexagenarios, qui toto vitæ tempore vouerunt ieiunare certis diebus hebdomadæ, vel anni.

Etiamque aduertitur; quod senes sexagenarij robusti, & validi non sunt damnandi ad triremes. Ex part.1. tr.9. Resol.20.

Sup. hoc in Resp præterita §.1. & inf. in Res.8. signater à lin. 5. §. Sed licet, & in Res.64. §. Et ideo à princ. vsque ad med.

§.1. LEuis fortasse hæc quæstio alicui videbitur: sed ita minimè est: nam cum paucis commilitonibus aduersùs plures huius militiæ fortissimos duces, aggredior pugnam.

2. Dico igitur, ferè omnes DD. asserere senes sexagenarios viribus pollentes non excusari à Præcepto ieiunij. Ita docet Layman *in Theol. mor. lib.4. tract.8. c.3. num.1. & 2.* Sylvius *in 2.2. D. Thomæ, quæst.147. art.4.* Tannerus *in 2.2. disp.3 quæst.3. dub.5. numero 191.* Lessius *de iust. lib.4. cap.2. dub.6. num.41.* Fagundez *de Præceptis Eccles. tract.4. lib.1. cap.8. num.10. & 11.* Filliucius *tom.2. tract.27. p.2. cap.6. num.112.* Reginaldus *tom.1. lib.4. cap.17 sect.1. num.209.* Valentia *tom.3. disput.9. quæst.1. punct.5.* Azor. *lib.7. part.1. cap.17. quæst 4.* Ioan. de la Cruz *in direct. consc. p.2. præcept.3 art.4. dub.9. concl.2.* Villalobos *in summ. tom.1 tract.23. dub.4 num.6.* Campanili *in diuer. iur. can. rub.7. cap.6. num.151.* Bonacina *de legib. disput.10. quæst.1 punct. vlt num.4.* Vgolinus *de potest. Episc. cap.9. num.6.* Ledesma *in sum. tom.2. tract.17. cap.1 concl.5. dub.4.* Fernandez *in exam. Theolog. moral. p.2. cap 8. §.2. num.20.* Victorellus *in Notis ad Summam Tolet lib.6. cap.4. num.1.* Et à fortiori docent hanc sententiam DD. asserentes, senes tantùm septuagenarios immunes esse à lege ieiunij: ita Gabriel *in 4. dist.16. quæst.3. art.1 not ab.4.* Sylvest. *verb. ieiun. quæst.6. dist.2.* Tolet *lib.6. cap.4 num.2.* Rosella *eod. verb. num.15.* Tabiena *eod. verb num.18. quæst.17* cum aliis: & DD. asserentes, vt excusentur senes à lege ieiunij, attendendum esse robur corporis, & complexionem naturæ, & iuxta eam iudicandum esse; & ideò totum hoc arbitrio prudentis viri relinquendum esse: & ita docet D. Antoninus *p.2. tit.6. cap.2. §.7.* Palatius *in 4. dist.15. disputatione 8. concl.4.* Graffius *p.1. lib.2. cap.17. numero 43.* Vegha *in summ. tom.1 cap.14. cas.15.* Rodriquez *in exposit. Bull. Cruc §.7. num.2.* Summa Corona *part.1. cap.1. n.80.* & alij.

3. Itaque ex mente horum DD. manifestè appareret, senes sexagenarios, si ad sustinendum ieiunium euidenter, & certò viribus polleant, debere ieiunare, non autem in dubio: quia ieiunando exponerent se periculo grauis incommodi, ad quod Ecclesia non videtur obligare. Nec valet dicere, quòd, sicut adolescentes robusti, & validi non tenentur ieiunare ante annum vigesimum primum; ita neque senes post annum sexagesimum obligabuntur ad legem ieiunij: nam respondetur, non esse vt benè obseruat Valentia, *vbi supra*, parem rationem in senibus, & adolescentibus, quia natura non ita determinatè præstituit senibus tempus defectus, sicut adolescentibus tempus profectus, atque augmenti. Deindè sunt aliqui sexagenarij tam valida complexione, vt dubitare non possimus, eos absque vlla còrporis, & salutis læsione ieiunare posse, quare ergo non ieiunabunt? Facit etiam pro hac sententia id, quod probat Riccius *p.3. decis.223. num.6.* & Nonarius *in praxi, q.18. sect.1. n.4.* senes sexagenarios non esse damnandos ad triremes: secùs autem si sint robusti, & validi.

Pro contento in hoc vers. Facit, in to.8. tr.4.

3. Attamen, his minimè obstantibus, licèt supradictæ sententiæ sint omnes probabiles, ego nominùs probabilem illam existimo, quæ docet, in ætate sexagenaria senes, licèt viribus polleant, certo, & infallibiliter excusari à lege ieiunij. Vnde miror, Fagundez hanc opinionem vocare parum tutam: licèt addat, non omninò improbabilem: non enim desunt validissimæ rationes ad illam confirmandam; & Authores magni nominis illam mordicùs tenuêre. Hi sunt, doctissimus, Theologus Llamas *in sum part.3. cap.5. §.20.* vbi asserit quod interrogatus de hac re Pius V. viua voce ita respondit. Idem docet Molfesius *in summ. tom.1 tr.10. cap.4. n.37.* Ortiz *in sum. cap.19. num.11.* Ioseph Angles. *in 4. sent. part.2. quæst.6. dub.6.* Sanchez *de matrim. tom.2. lib.7. disp.32. n.17.* & Portell. *in dub. regul. part.1. verb. ieiunium, num.5.* Vide etiam doctum Granadum *in p.2. D. Thomæ, contr.7. tr.3. part.1. disp.6. sect.5. n.39.* & Ioannem Franciscum Suarez *in Enchir. cas. conscientiæ, lib.7. verb. Ieiunium, §. Alij tamen.*

5. Probatur hæc opinio, quia, vt asserunt Medici, hæc senum roborata existimatio est illusiua: nam est ea ætas ex se adeò debilis, vt facili ex causa ab illo putato robore deturbetur, nisi cibi alimento sibi subueniat: natura enim in illa ætate languescit, & ad interitum properat; & sanitas dictorum senum non est firma, & constans; sed fallax, & incerta, & media, & inter morbum, & perfectam sanitatem, vt testatur Galenus *lib.5. & 6. de san. tuen.* & licèt aliqui sexagenarij validi, & fortes videantur; tamen, vt diximus, eorum natura prolabitur, & ad interitum tendit, atque adeo adminiculo cibi frequentiùs sumpti indiget, vt non tam præsenti statui, quàm futuro consulatur. Deinde Pius V. & Pontifices subsequentes, denegantes Clericis, & Religiosis esum lacticiniorum, virtute Bullæ Cruciatæ; exceperunt tamen senes sexagenarios: quasi rationi consentaneum sit, vt in ea ætate defectui naturæ consulant. Ex his rationibus, & aliis, quas inuenies apud citatos Authores, apparet, supradictam nostram sententiam esse probabilissimam. Vnde sæpiùs non dubitaui ego illam in praxi consulere: & ita etiam sentiunt multi PP. ex nostra Religione, & Societate Iesu, de hac re à me consulti.

6. Notandum est etiam, Sanchez *in summa* excusare à ieiunio sexagenarios, qui toto vitæ tempore vouerunt ieiunare certis diebus hebdomadæ, vel anni. contrarium verò docet Layman. *in Theol. mor. lib.4. tract.8. cap.3. n.2.*

RESOL. VII.

An senex sexagenarius robustus teneatur ieiunare post annum sexagesimum, si vouit ieiunare pro toto tempore vitæ suæ?

Et an qui vouit ieiunium quotidie per mensem, teneatur ieiunare die Dominico?

Et an si aliquis vouisset omnibus diebus totius anni abstinere à carnibus, sit obligatus ab illis abstinere etiam diebus Dominicis?

Idem est, si vouisset abstinere ab ouis, & lacticiniis, aut aliquo alio cibo, v.g. piscibus, &c. Ex p.10. tr.16. & Misc.6. & Res.50.

§.1. PRo negatiua sententia P. Pasqualigus *in praxi de ieiunio, decis.*160. me ipsum adducit, sed pro affirmatiua etiam me adduxit P. Bossius *in Mor. tom.3. titul.21. §.7. num.372.* Vterque tamen non bene, quia ego tantum retuli sententias contrarias Sanchez, & Layman, vt obseruat Leandrus *de præcept. Eccles. tractat.5. disput.8. quæst.21.* Sed modo clarè

clarè respondeo distinguendo. Dico itaque cum Leandro, non teneri ieiunare post annum sexagesimum, nisi aliàs vouens expresè voluerit se obligare etiam in senectute: quia in hoc euentu ex se, & natura sua votum obligaret; licèt se obligare adhuc posset, ex alio capite; nimirum si subiectum esset nimis debile, &c. Prima pars responsionis probatur. Quia vota particularia, & singularia, & præcipuè solùm bonum particulare vouentis respicientia, obligant; iuxta mentem præceptorum Ecclesiasticorum: at præceptum ieiunij Ecclesiastici non obligat quem, post annum sexagesimum; ergo nec votum ieiunij. Sic Authores primæ sententiæ debent sentire. Secunda verò pars responsionis, constat ex dictis. Quia votum ex natura sua obligat secundùm intentionem vouentis; ergo si intentio vouentis se extendit expresè ad ieiunandum etiam post annum sexagesimum; etiam post hunc se extendet obligatio voti ex natura sua; licet per accidens, vt diximus, cessare possit obligatio ratione incapacitatis subiecti ad sustinendam talem obligationem. Itaque puto cum Bassæo, sententiam Sanchez esse tenendam, vbi non constat vouentis intentionem fuisse, velle se obligare ad ieiunium etiam in ea ætate sexagenaria; quæ intentio, vt ibidem notat idem Sanchez non colligitur ex eo, quòd quis proximat, se ieiunaturum in perpetuum, vel toto vitæ huius tempore; nam non ideo posset dici, vouentem non excusari ratione morbi, aut debilitatis, aut occupationis superuenientis; & ita etiam non potest dici non excusari ratione dictæ ætatis sexagenariæ. Si enim votum illud ieiunandi certo die hebdomadæ, vel Vigiliæ, absque addito illo, in perpetuum, vel, toto vitæ tempore, sed absolutè esset emissum, adhuc obligaret in perpetuum, nec tamen obligaret in prædictis casibus morbi, aut debilitatis, aut occupationis superuenientis, eo quod intelligatur, seu intelligi debeat instar præcepti Ecclesiastici, & non in hoc casu superuenientis ætatis sexagenariæ, in omnibus enim casibus non modus, & forma ieiunij, sed personæ considerantur; ergo illa expressio, in perpetuum, vel, toto vitæ tempore, nihil operatur, nec efficit, vt vouens censeri debeat, voluisse, se obligare alio modo, & plusquam obligat præceptum Ecclesiasticum, nisi aliunde constet de intentione vouentis. Quod autem dicit Layman nempe, regulam illam, quod votum ieiunij obliget ad instar præcepti Ecclesiastici de ieiunio, procedat solùm quoad formam; & modum ieiunij, non quoad personas, gratis dicitur: nam Doctores asserunt absolutè, in dubio intentionis vouentis ieiunium, qualiter voluerit se obligare, votum obligare eo modo, quo obligat præceptum ieiunij Ecclesiastici ob rationem ibi assignatam; quod procedat illa regula, etiam quoad personas; probatur ex Armilla *ver. votum*, *num* 10. Nauarro *in manual. c.* 12. *num.* 39. absolutè dicentibus, à voto ieiunij excusare morbum superuenientem, non aliâ certè de causa, quia etiam excusat à ieiunio præcepti Ecclesiastici. Neque obstat illud de iuuene ante vigesimum primum annum vouente ieiunium, vel professo in Religione, cuius Regula omnes professos obligat ad ieiunium certo die hebdomadæ, vel aduentu. Nam cum iste voueat, aut profiteatur eo tempore, quo actu non obligatur, & scit, se non obligari præcepto Ecclesiastico ieiunij, censetur renunciare iuri suo, & velle se obligare ad ieiunium absolutè, tametsi tunc præceptum Ecclesiastici ieiunij illum non obliget. Pro confirmatione eiusdem sententiæ Sanchez addo etiam aliam regulam, quod in dubio benignior interpretatio accipienda est voto.

2. Notandum est hic obiter, quòd qui vouit ieiunium quotidie, v. g. per mensem, non tenetur ieiunare die Dominico, quidquid asserat Layman. *l.* 4. *tr.* 8. *cap.* 2. *n.* 9. *in fine*, qui citat Bellarminum. Sed ego puto, si vouens expresè diem Dominicum non comprehendit, ad ieiunium non teneri. Ratio est, quia votum illud regulandum est iuxta modum, & consuetudinem Ecclesiæ quæ non solet ieiunare in diebus Dominicis; nec enim tensendus est vouens se velle obligare contra consuetudinem Ecclesiæ receptam. Si verò aliquis vouisset omnibus diebus totius anni abstinere à carnibus, sunt cum eodem Layman, & Bellarmino locis citatis, asserendum, eum fore obligatum ab illa abstinere etiam diebus Dominicis; cùm enim Ecclesia præcipiat abstinentiam à carnibus in Dominicis Quadragesimæ, abstinere à carnibus etiam in aliis Dominicis non potest dici esse contra ritum, aut consuetudinem Ecclesiæ (cùm in illis carnes permittantur) sicut ieiunium, quod numquam in Dominicis seruatur, iuxta Ecclesiæ morem. Et idem dicendum, si voluisset abstinere ab ouis, & lacticiniis, aut aliquo alio cibo, v. g. piscibus ob eandem rationem. Et ita docet ex Sanchez, Azor. & aliis, Bossius *vbi suprà*, *n.* 366.

RESOL. VIII.

An aliquis post annum quinquagesimum quintum liberetur à ieiunio?

Et an saltem senex sexagenarius non sit adstrictus ieiunare?

Et in isto casu docetur annum sexagesimum sufficere esse incœptum.

Et quid, si quis vouit toto tempore vitæ suæ singulis sextis Feriis ieiunare; an sit obligatus, dum annum sexagesimum complet?

Et an si quis sine causa in die ieiunij sumeret collationem serotinam mane, & sero postea caneat, peccet saltem venialiter? Ex p. 1 1. tr. 3. & Misc. 5. Res. 9.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam in aliquo casu posse sequi declarauit nouissimè Remigius *in tr. confessar. tr.* 3. *c.* 4. § 3. *n.* 1. vbi sic ait: [Finalmente algunos indiferentemente escusan de la obligacion del ayuno à todos los que han complido cincuentaycinco años Tol. *l.* 6. *c.* 4. *in addit.* Angel. *ver. Ieiunium n.* 15. que despues de auer enseñado la doctrina commun idem dico de senibus, &c. dize assi.

2. Estas opiniones elija el prudente Confessor, no para enseñarlas absolutamente al penitente; sino para dissimular quando algunos desta edad sienten de masjada afflicion en sus ayunos.] Ita ille.

3. Sed licèt hæc sententia possit secundum aliquos procedere quoad mulieres, illam tamen, non amplector quoad homines, vt etiam fecit Leander *de præcept. Eccles. tract.* 5. *disp.* 8 *q.* 18. & quidem non parum laboramus in defendendo opinionem asserentem viros sexagenarios excusari à Ieiunio, quod nouissimè scrupulosè nominatim contra me non audet probare Pater Ermannus Busembaus *in medulla Theologiæ moralis l.* 3. *tract.* 6. *cap.* 3. *dub.* 2. *n.* 2. verum præter alios alibi à me adductos nostram sententiam tenet Castrus Palaus *tom.* 7. *disput.* 3. *punct.* 2. § 5. *numero* 6. vbi sic asserit; Valdè probabilem reputo sententiam, quæ asserit sexagenarium annum terminum esse infallibilem obligationis Ecclesiastici ieiunij finiendæ, quia nullus est, cuius natura ab anno sexagesimo non decrescat, & in interitum tendat. Sicuti nullus est cuius natura vsque ad 21. annum non crescat, & augeatur; Nam esto viribus valeat, & pluribus adolescentibus robustior sit, attamen comparatione suæ virilis ætatis infirmus est, & robore diminutus & in singulos dies maiorem sustinebit debilitatem. Si enim ex medicorum iudicio teste Lessio *lib.* 4. *capit.* 2. *dub.* 6. *num.* 41. Senectus à quadragesimo quinto, vel

Alibi sup. in Res. 5. in §. vlt. & in Res. 6. & inf. in Res. 64 §. Et ideo. à princip. vsque ad medium.

vel quinquagesimo incipit, quid mirum est si omnes sexagenarios appellemus senes in interitum tendentes, eosque à ieiunij lege excusemus? cuius obseruatio, & si præsenti statui non videatur grauiter obesse, obest tamen futuro, cui consulendum est: præterea concedamus non omnes senescere, at sexagesimum frequenter contingere, leges autem non hunc, vel alium casum specialem spectant, sed communiter contingentia, *leg. Nam ad ea ff. de legib.* neque obest, quòd consuetudine, authoritateque Doctorum firmatum non sit sexagenarios à ieiunij lege solui, sicuti firmatum est adolescentes tertio septennio obligari: quia inde solum probatur horum obligationem esse certam, aliam incertam & dubiam, & sub opinione tantum positam.

Sup hoc sup. in Resol. 5. §. 2. & inf. in Resol. seq. §. Nota tamen, & seq.

3. Nota etiam contra amicissimum Patrem Bardi, quod dictus Palaus *loco citato*, adhæret etiam nostræ sententiæ, videlicet annum sexagesimum in isto casu sufficere esse inceptum, quod nouissimè etiam docuit Ioannes de Soria *in Epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 5. disp. 2. §. Circa excusationem à ieiunio*, Leander *de præcept Eccles. tract. 5. disp. 8. num. 17.* Franciscus Brictius *in promptu Confess. part. 2. cap. 1. de 2. præcept. Eccles.* vbi sic ait: [Chi fece voto di digiunare certi giorni dell' anno per tutta la vita, giunto alli 60. anni non è più tenuto, come non è tenuto per precetto della Chiesa, che va del pari col voto.] Sic ille, Nota quod dixit, *giunto alli 60. anni*; ergo sufficit quòd annus sexagesimus sit inceptus: quòd verò dictus Auctor asserat id, quod etiam ego alibi docui *num. 9.* adolescentem vouentem vigilia alicuius sancti, vel feriis sextis vitæ suæ in perpetuum ieiunaturum, deobligatum esse cum annum sexagesimum complet, quia illud votum eodem modo intelligendum est, ac si absolutè vouisset omnibus sextis feriis ieiunare, illa particula vitæ suæ, & in perpetuum non expressâ; quia opus non erat exprimi, cum tacitè insit in voto absoluto, cuius obligatio perpetua est; argum. *l. Conditiones, quæ extrinsecus, ff. de conditione, & demonstrat.* At votum ieiunandi omnibus sextis feriis explicandum, & interpretandum est, sicuti præceptum Ecclesiasticum ieiunij, cum aliud ex intentione vouentis non constat: Ergo cum præceptum Ecclesiasticum ieiunij sexagenarios non obliget, neque etiam obligabit votum ieiunandi. Hæc inquam adeò non admittit Layman, vt nostram sententiam improbabilem putet, eo quod votum intelligendum sit instar præcepti Ecclesiastici quoad modum, & formam ieiunandi, non tamen quoad personas, si quidem eæ, quæ nullo præcepto Ecclesiastico astringuntur ad ieiunandum, vt sunt adolescentes 21. minores voto obstringi possunt. Sic ergo censendi sunt Sexagenarij robusti se voluisse obstringere, cum votum ieiunandi absolutè emittunt, & maximè cum exprimunt toto vitæ suæ tempore, vel in perpetuum. Verum his non obstantibus non recedo à sententia, quam docui cum Sanchez, & aliis, & quam merito contra Layman nouissimè tenet Pater Castrus Palaus *vbi suprà*, nam ait: ille, ponimus adolescentem sic vouentem nihil de senectute cogitasse, neque expressè voluisse votum pro senectutis tempore extendi, sed absolutè prolatum esse, quo in euentu certum est non obligare vouentem, quoties ex eius obseruatione notabile corporis detrimentum imminet, vt ipsemet Layman ibidem fateatur, at consuetudo excusans sexagenarios etiam robustos à lege ieiunij, nititur periculo moraliter certo grauis nocumenti, & diminutionis virium pro futuro tempore; ergo cessat eius obligatio; vnde in præsenti modus obligationis voti in personam refunditur, ac proinde instar præcepti Ecclesiastici sexagenarios deobligare videtur. Excessit igitur in sua censura Pater Layman, & nostra sententia est satis probabilis.

Alibi in Resol. præterita, & in aliis eius primæ annot.

Sup. in Resol. præcedentis not.

4. Sed hic discutiendum est dubium, de quo his diebus, interrogatus fui, An si quis absque causa in die ieiunij sumeret collationem serotinam mane, & serò postea cœnet, peccet saltem venialiter?

Et negatiuam sententiam tenet Ioannes Sancius *in select. disp. 53. num. 2.* vbi ita ait: Poterit tamen accipi refectio parua hora vndecima diei, absque causa, prandium differendo ad noctem, immò ieiunium fore perfectius, & strictius reor. Quo enim tardius prandium prorogatur, eo est inedia productior & longior corporis afflictio; Quod sane est Legislatoris menti magis consentaneum; tolerabilius enim fert aliquis angustiam famis per spatium viginti quatuor horarum protractam, si comedat vsque ad saturitatem in medio temporis, quàm si in tertia parte.

5. Sed hanc sententiam puto non esse approbandam, nam esto dilatio prandij ad noctem ieiunij difficultatem augeat, & consuetudini antiquæ conformior sit, attamen sumptio collatiunculæ meridianæ cum intentione postmodum prandendi, aliena est ab vsu & consuetudine Ecclesiæ, ac proinde sic anteuersa absque causa peccatum veniale inducit; Et ita hanc sententiam præter DD. à me alibi adductos, tenet me citato Martinus de San Ioseph *in mon. Confessar. tom. 1. tract. 6 de Ieiunio, num. 5.* sic asserens: [Hazer colacion por la mañana, ò à medio dia en dia de ayuno sin causa es pecado venial, y no mortal. Dixe sin causa, porque si la ay, no serà pecado alguno tomar por la mañana la colacion, y la comida à visperas, y sera causa bastante la flaqueza de estomago, ò la falta del sueño la noche, ò el caminar, estudiar, ò predicar.] Hæc ille. Vnde ex his ego olim consului quosdam viros nobiles potuisse absque peccato veniali in diebus quadragesimalibus sumere collationem serotinam mane, & sero comedere, quia volebant in illis diebus dare operam venationi, & ita in terminis docet Castrus Palaus *tom. 7. disputatione 3. punct. 2. §. 3. numero 6.* Posita (ait) honesta causa, qualis esset confectio ineptis, negotiorum facilior expeditio, hospitum dimissio, vel receptio, venatio, seu piscatio etiam ob finem tantùm animi relaxandi, & aliæ similes absque vllo peccato veniali poterit mane, vel in meridie haec refectiuncula sumi prandio in noctem dilato. Sic Palaus, & ita dicendum puto, si quis vir nobilis animi relaxandi causa vellet in die ieiunij post prandium se exercere in Ludo pilæ, vel vt vulgò dicitur *giocare al maglio.*

RESOL. IX.

An mulier quinquagenaria soluta sit ab obligatione ieiunandi; & quamuis prædicta ætatis vltimus annus inchoatus solummodo, non vero exactus, & mathematicè completus sit?

Et an hoc non solum procedat quoad ieiunia Ecclesiæ, sed etiam à præscriptis in Religione pro Monialibus?

Idem procedit de obligatione ieiunij ex voto pro toto vitæ tempore, dummodo votum in masculis non fuerit emissum post annum 60. & in fœminis post annum 50. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Resol. 74. aliàs 73.

§. 1. SEntentiam affirmatiuam docet doctissimus Narbona *in Annalibus Iuris, ann. 60. n. 13. & 14.* vbi post multa ait: [Ergo securè defendi poterit, nedum sexagenarias fœminas, verùm etiam quinquagenarias à ieiunij vinculo, & obligatione in posterum eximi, non aliter, atque sexaginta annorum homines liberari diximus. Quod in vtriusque sexus personis adeò verum est, vt quamuis prædictæ ætatis vltimus annus inchoatus solummodo non verò exactus, & mathematicè completus sit; prædicta ieiunij excusatione vti possint; quia

quia in fauorabilibus annus inceptus habetur pro cõpleto.] Ita ille : cui etiam videtur adhærere alius Iurisconsultus Henricus Zoësius *in l.3.Decr. tit.46.n.10.* Et hanc sententiam tamquam probabilem, admittit nouissimè Machado *de perf.Confess.to.1.l.2.p.4.tr.3.docum.9. n.4.* & P.Pellizzar. *in tr.de Monial. c.6.n.25.* qui addit, hoc non solùm procedere quoad ieiunia Ecclesiæ, sed etiam à præscriptis à Religione : sic itaque ait : [Cùm Sanchez non improbabiliter asserat, fœminas quinquagenarias excusari etiam à ieiuniis communibus Ecclesiæ; probabiliter item dici potest, Moniales quinquagenarias excusari etiam à ieiuniis præscriptis in Regula. Moueor ex doctrina, quam tradit idem Sanc. *l.4.mor. c.1.n.54.* nimirum, ætatem sexagenariam, sicut excusat viros à Præcepto ieiunij, ita & excusare à voto ieiunij, cùm talia vota non obligent aliter, quàm Præcepta Ecclesiastica de iisdem rebus, (si tamen aliter non constet de intentione vouentis. Quòd si hoc procedit de obligatione ieiunij ex voto, à fortiori procedet de obligatione prouenientе ex Professione religiosa; & si admittitur de viris, admitti debet & de fœminis : cùm sit par ratio de vtrisque.] Hæc Pellizzar. Et ideò hanc sententiam tam fœminis fauorabilem, ego non audeo, tamquam improbabilem, damnare, vt ex Layman damnat Alphonsus Leone *de cens.recollect.5.n* 471. memor verborum Salomonis : *Non est ira super iram mulieris.* Ideò iudicent alij, an sit probabilis, nécne.

2. Nota tamen, doctrinam à Narbona, & Pellizzario *in superiùs* adductam de anno quinquagesimo quoad mulieres, & de anno sexagesimo quoad viros, incepto tantùm, & non completo, minimè approbari à multis, & præsertim à Patre Bardi *in Bull.Cruc p.2 tr.3.c.2 sect.4. n.37.* Quia (ait ille) in Iure talis ætas non est determinata; sed eius determinatio dependet ab hominum arbitrio, qui non excusant ante talem ætatem à ieiunio. Et licèt aliqui censeant sufficere annum sexagesimum inceptum, idque fundent in eo principio, videlicet, in fauoralibus annum inchoatum haberi pro completo, nihilominùs id puto verùm esse, quando in luce, vel etiam arbitrio prudentum est præfixus terminus : at in casu nostro non est ita; quia neque in Iure; neque communi hominum iudicio habemus tempus determinatum, in quo fideles à ieiuniis Ecclesiæ eximantur; sed, vt vidimus, in assignatione huius tẽporis diuersæ sunt Authorum opiniones : proinde illa sententia, quæ asserit, eum, qui attingit sexagesimum annum, non teneri ad ieiunium, mouetur, quia in tali ætate existimant incipere virium defectum. Altera verò opinio, quæ non potit hanc exemptionem, nisi vsque ad septuagesimum annum, ducitur ad hoc, quòd iudicat, vsque ad talem ætatem esse sufficientes vires: & in hac re discurrendum esse, vt in qualitate requisita ad furtum mortale: nam alij materiam notabilem furti existimant quinque, alij argenteos, &c. & non in minori quantitate; & consequenter docent, si ex determinata quantitate ad furtum mortale vnum obolum deficiat, materiam illam non esse notabilem, sufficientem ad culpam grauem: eodem prorsus modo est ratiocinandum in casu nostro. Ergo, &c.

3. At, his non obstantibus, puto, probabiliter aliquos asserere, annum sexagesimum sufficere esse inchoatum, vt quis à ieiunio liberetur: & ita, præter Narbonam, me citato, *vbi suprà, n.15.* tenet vterque Sanch. Medina, Trullench. Parisius, quos adducit Bardi *n.14.* quibus adde, me citato Pasqualigũ *in praxi de ieiunio, dec.258.* Et me citato, Alphonsum de Leone *tr. de censibus recollect.5.n.472.* Et ratio est : quia in fauorabilibus annus inchoatus habetur pro completo, vt colligitur ex l. *Qua ætate ff.de testam.* Et Gloss. *ibi, ver. Dies ergo.* loquens de die, ait, diem inceptum haberi pro completo. Et confirmari potest à pari : nam in promotione ad sacros Ordines satis est, quod promouendus, v gr. ad Presbyteratum, attigerit vigesimum quintum annum, sicut etiam ad contrahendum matrimonium sufficit in masculo decimus quartus annus inceptus, in fœmina duodecimus pariter inchoatus, vt Doctores communiter testantur. Adde doctrinam Patris Lezzanæ *in Sum. qq.Regul.tom.1.ver. Annus,n.7.* & aliorum asserentium, quòd in dubio in fauorabilibus sufficit annus inchoatus. Nec obstat dicere cum P. Bardi, quòd hoc procederet, quando omnes Doctores conuenirent, annum sexagesimum excusare à ieiunio; quod non est verum? nam doctores, qui illud docent, rectè inferunt, sufficere annum sexagesimum inceptum. Non nego tamen, sententiam Patris Bardi esse satis probabilem. Nota etiam hìc obiter cum Escobar *in Theolog. mor tr.1. exam.13.cap.3.n.104.* eum, qui vouit ieiunare toto vitæ tempore, post annum sexagesimum non teneri ampliùs ieiunare : quia, cùm cessat obligatio ieiunij, cessat obligatio voti, & vita senis ad ieiunij laborem, quæ 60. anno terminantur. Dummodo, vt, me citato, optimè obseruat Narbona *vbi suprà, n.9.* votum non fuerit emissum post annum 60. sed anteà : quia in tali casu cum eo impedimento se obligauit. Ergo tenentur ad ieiunium. Vide Tambur. *de iur. Abbat. tom.2. disp.12. q.5. num.7.*

Sup. hoc latè sup. in Res.7. & in aliis eius annot.

Sup. hoc in tom. 8. tr.4. Resolut. 36. §. Nota vero, ad lin.6.

RESOL. X.

An prægnantes, & lactentes teneantur ad ieiunium, maximè si sint robustæ, & virilis naturæ?
Et an in dubio teneantur ad supradictum ieiunium: Ex p.1. tract.9.Resol.14.

§.1. NOn teneri respondet Lessius *lib.4.cap.2. dub.6. n.39.* Vegha *in sum. tom.1.c.14.cas.22.* Valentia *to.3.disp.9.q.2.punct.2.* Graffius *p.1.l.2.c.37.num.44.* Toletus *l.6.c.4.n.3.* Azor. *to.1.l.7.cap.17.q.6.* Tannerus *in 2.2.disp.3 q.3.dub.5.num.100.* Syluius *in 2.2. D.Th. q.147.art.4.* Villalobos *in sum.to.1.tr.23.diff.4.n.2.* Filiucius *to.2. tr.27.p.2.c.6.n.114.* Azor. *p.1.l.7. c.28.q.6.* Ioan. de la Cruz, *in direct.consc.p.1.præcept.3.art.4.dub.9. concl.2.* & alij.

Sup. hoc in Res. seq.

2. Sed limitant hanc sententiam Sylvest. *verb. ieiunium, q.9.vers.5.* Philiarch. *de offic. Sacerd.to.1.p.2.l.3. c.25.* Iacob. de Graffis, *to.1.p.1.l.2. c.37.n.44.* nisi dictæ mulieres essent robustæ, & vnica refectione possent seipsas, & fœtum sustentare.

3. Sed, quia tales mulieres communiter non sunt tam robustæ naturæ, vt vnica refectione tantùm alimenti sumere possint, vt pro se; & prole sufficiat, & omnis lex adaptatur ad ea, quæ frequenter accidere solent; ideò non refert, si aliquæ sint robustæ, & virilis naturæ, vt tradit ex nostris Molfesius *in sum.tom.1.tr.10.c.4.n.40.* & Reginald. *in praxi, tom.1.l.4.c.17.n.210.*

4. Adde, quòd in dubio non tenentur ad ieiunium, vt notat Fagund. *Præcept.4. l.1.c.8. n.14.* Caiet. *in 2.2. q.147. art.4.* & omnes DD. *suprà* citati. Deinde, tales mulieres appetunt sæpè vehementer aliqua; & nisi desiderio suo satisfaciant, periculum est, ne fœtus proiiciatur; & ideò Confessarij sine scrupulo supradictas prægnantes, & lactentes excusabunt à lege ieiunij.

RESOL. XI.

An prægnantes, & lactentes non solum deobligentur à ieiunio quoad vnam comestionem, sed etiam quoad esum carnium, & ouorum, etiam si sint robustæ, & validæ? Ex part.4.tr.4. & Misc.Res.126.

§.1. POsse sæpiùs supradictas in die ieiunij comedere docent communiter Doctores, quos ego ipse

Quæ hic est citaui *in part. 1. tract. de ieiunio, resol. 14.* etiamsi sint robustæ & validæ, opus enim illis est cibo refici, non sua ipsarum tantùm, sed fœtus etiam nutriendi causa. Difficultas est, an in die ieiunij possint comedere carnes? & affirmatiuam sententiam docet Martinus Funes *in specul. mor. part. 3. cap. 2. num. 5. & 6.* vbi sic ait. Præceptum ieiunij continet triplicem obligationem, primò abstinendi à carnibus, & iis, quæ ex carnibus ortum habent, lacte, ouis, &c. secundò semel tantùm in die comedendi: tertiò sumendi cibum non citius, quàm paulo ante meridiem, & nutrices & grauidæ ab his tribus obligationibus ieiunij excusantur. Ita ille.

Resp. antecedens.

2. Sed contrariam sententiam, & meritò, docet Ludouicus de San Iuan *in summ. quæst. de ieiunio art. 7. difficult. 6. appen. 3.* vbi sic asserit. [Ha se de notar que la prenadas y las que crian no quèdan escusadas de guardar la calidad de majares quaresmales, porque aunque tengan necessidad de mayor cantidad de manjares no tienen necessidad de otra calidad dellos en caso que no se tenicsse, resulteria de alli algun daño à los niños; porque en este caso se podrà facilmente dispensar con ellas.] Ita ille, & ante illum Villalobos *in summa tom. 1. tract. 13. diffic. 4. num. 2. iuncto num. 20.* & alij.

RESOL. XII.

An fœmina grauida ad vincendas carnis tentationes teneatur ieiunare cum periculo prolis? Ex p. 1. tract. 9. Resol 30.

§. 1. HIc casus curiosus est, & pauci de illo tractant. Affirmatiuam sententiam docet Fernand. *in exam. Theol. moral. p. 4 cap. 12. §. 6. n. 1.* vbi sic asserit: [Euentus occurrit memoriæ à nemine hactenus agitatus; dignus tamen notatu, & explicatu. Patitur mater graues concupiscentiæ tentationes, ad incontinentiam non solùm prouocantes, sed potiùs cogentes: experimento didicit, nulla vi eas se superaturam, nisi ieiuniorum macie, & debilitatione; veruntamen apertè videt, prolem, aut perituram, aut notabile salutis detrimentum passuram, propter lactis, seu matris virium defectum. Quid igitur? debétne propriam salutem spiritualem, & continentiam anteferre prolis saluti corporali? Arbitror, posse, & debere, iuxta charitatis ordinem, qua docemur spiritualia corporalibus anteponere, tum nostra, tum aliena: atque subsequuta mors, vel debilitas prolis, per accidens subsequetur.] Ita ille.

2. Contra quem nouissimè insurgit Homobonus de Bonis *in exam. Eccles. p. 2. tract. 8. c. 7. q. 17.* vbi ita ait: [Non est audiendus Fernandez, qui dicere ausus est, fœminam grauidam, quæ carnis stimulis ad incontinentiam lacessentibus vrgetur, teneri, etiam cum prolis, vel fœtus discrimine, & extinctione ieiunare, si existimat, se eos non nisi abstinentiæ macie, & debilitatione superaturam: nam, cùm alia remedia, vt orationem, Sacramentorum frequentationem, pia consilia, & alia huiusmodi adhibere possit; non debet tantæ iacturæ ipsam prolem exponere.] Sic Homobonus, & ego.

RESOL. XIII.

An Pater, aut Dominus teneantur compellere filios, & seruos ad seruanda ieiunia, quæ frangere volunt? Ex part. 1. tract. 9. Res. 28.

§. 1. REspondet affirmatiuè vir doctus Petrus de Ledesma *in summ. tom. 1. tract. 27. cap. 2. concl. 6.* 2. Sed negatiuam sententiam existimo sustinendam esse. Dico igitur, quòd patres, & domini tenentur monere, & curare, lege charitatis, vt subditi ieiunium seruent; non tamen tenentur illos compellere, aut cogere ad ieiunia seruanda: nam id durum nimis, & rigorosum esset: & ita docet Filliuc. *tom. 2. tract. 27. p. 2. cap. 6. n. 91.* & Vegha *in sum tom. 1. cap. 14. cas. 27.* [Lo qual (subdit ipse) se ha de entender, quando los tales hijos, criados, y sieruos de su casa, y familia no ayunaren, aunque se lo mande el padre de la familia, antes buscaran à escondidas, ò pidiendo a los estraños el almuerzo, y la cena, deuenles empero negar la cena, aunque digan, que es auaro.] Et ita etiam docuit Rodriq. *in summ. tom. 1. cap. 23 concl. 4. n. 8.* & Ortiz *in sum. cap. 19. mand. 2. cap. 14.*

3. Igitur in tali casu paterfamilias tenetur suprà dictos monere, & corrigere; non autem compellere, seu ex domo eiicere: & post hæc scripta inueni hanc sententiam etiam docere Homobonum de Bonis *in exam. Eccles. p. 2. tr. 8. cap. 7. q. 21.* Comitolum *in respons. mor. l. 4. q. 56.* Azor. *p. 1. lib. 7. cap. 37. q. 12.* Nauar. *cap. 22. n. 26.* Tolet. *lib. 6. cap. 5.* & Reginald. *in praxi, tom. 1. l. 4. c.... num. 199.* cum aliis.

RESOL. XIV.

An Dominus compellendo Famulum in die ieiunij ad opus incompatibile ratione laboris cum ieiunio, peccet mortaliter, si illud opus possit commode differri in alium diem?

Et an quis peccet saltem venialiter, qui operarios conducit, vt cauatores, agricultores, messores, &c. cum pacto, & conditione vt eo die, quo suo labori incumbunt; non ieiunent? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. 6. Res. 141.

§. 1. REspondet affirmatiuè Nauarrus *in sum. c. 21. Quæ n. 27.* Gabriel *in 4. dist. 16. q. 3. art. 1.* & alij. Ratio est, quia eis impediunt obseruationem præcepti, ad quam parati sunt. Idem etiam docet Richardus *in 4. dist. 13. quæst. 4. art. 3.* Palud. *ibid. art. 2.* & alij.

2. Sed contrariam sententiam docet Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 9. n. 2.* putat enim nec ipsos famulos, nec dominos peccare in hoc, etiam venialiter, quia ipsi famuli potuerunt licitè locare operas suas ad inseruiendum, provt ipsis iniunctum fuerit, & ipsi domini possunt illos occupare in talibus laboribus, provt se obtulerint, nec tenentur sub peccato obseruare, an sit dies ieiunij, licèt sit illis consulendum, vt id obseruent quando sine vllo incommodo id potest fieri; sic docti iuniores. Hæc Sanchez, & ideo Fagudez *prac. 4. lib. 1. c. 8. num. 16.* docet non peccare, neque venialiter, eos, qui operatios conducunt, vt cauatores, agricultores, messores, &c. cum pacto & conditione vt eo die, quo suo labori incumbunt, non ieiunent, quia operarij non tenentur ieiunare; ergo quamuis conductores prædicto pacto illis impediunt ieiunium, non impediunt impletionem præcepti. Secundò, quia minus laborant ieiunando, quàm non ieiunando, ergo ne damnum patiantur, licitè possunt apponere tale pactum, & hoc alibi ego etiam docui.

RESOL. XV.

An quis teneatur eos solos operarios vocare, qui cum moderamine laboris possint operari sine fractione ieiunij?

Et an quis sine peccato saltem veniali possit conducere operarios hoc pacto, vt eo die, quo suo labori incumbunt, non ieiunent? Ex p. 1. tr. 9. Res. 13.

§. 1. Affirma-

Affirmatiuè respondet Toletus *in sum. l.6.c.5. num.1.sas.*1.qui citat Paludanum *in 4. dist.*14. *q.4.art.*1.& Gabriel.*dist.*16.*q.*3.*a.*1.*notab.*4.

2. Sed ego puto, contrariam sententiam veram esse: & ita obtinuit consuetudo recepta ab omnibus timoratis,& religiosis viris, qui non propter ieiunium subtrahunt seruis de labore, neque operarios dimittunt: igitur non tenetur dominus eum solum laborem seruis imponere,& eos solos operarios vocare, qui cum moderato labore possint ieiunare; sed poterit eundem laborem seruis imponere, & operarios quoscunque vocare, licèt ieiunium non sint seruaturi: & ita docet contra Toletum Fernandez *in exam.Theol.mor p.2.c.8.* §.2.*n.*15.Imò Fagundez *Præcep.4.l.*1. *c.6.num.*16.putat, posse dominum conducere operarios hoc pacto, vt eo die, quo suo labori incumbunt, non ieiunent; quia, cum dicti operarij non teneantur ieiunare, neque veniliter peccabit dominus illos cum conditione,vt non ieiunent, conducendo.

RESOL. XVI.

An excusentur à ieiunio, qui labore aliquo defatigantur, quamus illum in alium diem commodè differre queant; & etiam si data opera, vt non ieiunent, hoc agerent?
Ex parte 1.tract.9.Res.52.

§.1. NOn eximi docet Azor.*tom.*1. *l.*7. *c.*17. *q.*9. & alij penes ipsum.

2. Sed contrariam sententiam docent aliqui iuniores,Magistri: quia ius habet iste ad illum laborem suscipiendum, v.g.ad iter agendum, ad ludendum pila,ad venandum, &c. quo non priuatur ob ieiunium seruandum. Et hæc opinio procedit, etiamsi in fraudem ieiunij id ageret,nullius negotij causa itinerando; sed solò desiderio non seruandi ieiunium. Et ita docet Sancius *in sua Selectis,disp.*4.*n.*14.loquens de ieiunio,& Suarez *de Relig.tom.*1. *l.*2. *c.*13. *n.*6. loquens de obseruatione Festorum: nam in tali casu puto, non interuenire propriam fraudem, aut dolum, sed fugam quandam obligationis præcepti; quæ tamen contra præceptum non est, sed bona, vel mala ratione finis,ob quem fit.Vide etiam Salas, *de leg. disp.*14.*sect.*5. *n.*66. & Sanchez *in sum.tom.*1.*l.*1.*c.*12. *n.*35. & Fagundez *Præcept.*1. *lib.*1. *cap.*7.*n.*7.

3. Vnde ex his infert Sancius, *vbi sup.n.*20.& nos *supra* tetigimus, liberos esse à lege ieiunij, qui culpa sua ita defatigati redduntur,vt ieiunare non valeant,vt qui defatigatus esset ludo pilæ, vel ex venatione, aut nimis esset deditus fœminarum commixtioni:nam tales die, quo præceptum obligat, impotentes sunt seruare; die verò, quo ludunt, nondum aduenit: ergo, &c. Quòd si in fraudem ieiunij se defatigarent, peccante desiderio illo frangendi ieiunium, docent plures: sed ex doctrina Sancij, & Suarez, *vbi suprà*, contrarium dicendum est: nam in tali casu non interuenit fraus; sed fuga quædam obligationis, quæ non sufficiat ad cansandum peccatum.Aliud quidē est desiderare aliquem frangere præceptum,quando adest obligatio; aliud desiderare se reddi impotentē ad præceptum; hoc enim nihil aliud est,quàm optare excusationē præcepti, quē licet quis intendat via illicita,non operatur aduersus tale præceptū,cùm non desiderat illud infringere, quando obligat; sed modum,quo non obliget,quærat. Et hæc opinio mihi non displicet.Secundùm Sancium igitur dicendum est,quòd non tenentur ieiunio,qui labore aliquo defatigantur, etiamsi id agant in fraudem ieiunij,quia,dum defatigatio acquiritur,non adest ieiunij præceptum:dum verò iam acquisita est,impossibilitas adest ad ieiunandū Ergo,&c. Sed,his non obstantib? opino non esse recedendū à prima opinione Azorij.

RESOL. XVII.

An defessus ex labore sumpto ob recreationem, vt ex ludo pilæ, vel ob quærendam concubinam, teneatur ad ieiunium?
Et an quis sit obligatus relinquere ludum pilæ propter ieiunij obseruationem? Ex p.1.tr.9. Res.40.

§.1. REspondent aliqui distinguendo. Vel talis præuidit, aut præuidere debuit, quòd ex illo impedimento,voluntariè à se posito, non valebit ieiunare; & ita peccabit mortaliter in sua causa non ieiunando: vel non præuidit, aut expertus est ex illo impedimento sequi necessitatem non ieiunandi, & in hoc casu non peccabit postèà non ieiunando, nec in se,nec in sua causa:& ita ad hunc casum respondet Ortiz *in sum. c.*19.*num.*17. Homobonus *de exam. Eccles.p.*2.*tr.*7.*c.*7. *q.*23.*& tract.*9. *c.*4. *q.*74. Ioan de la Cruz, *in director. consc p.*1 *præcep.*3.*art.*4. *dub.*9. *concl.*3. Rodriq. *in sum. tom.*1.*c.*23,*n.*6. & alij.

Sup. hoc in Res.pia, per totā, & signanter §.vnde,& in Res. seq. & inf. in Res.64. §. vlt.post medium, vers. an verò, & sup. in tr.3. Res.163. §. Confirmatur exemplis post medium, à vers. Imo Diana, & cursim cum eisdem DD. citatis in §. 2.& 3. huius Res. tantum in to.7. tr.1. Res.304. §. Et tandem ad lin. 6.

2. At, his minimè obstantibus, contrariam sententiam docuit Medina *in sum.lib.*1.*c.*14. §.10. vt notauit Ledesma *in sum.tom.*2. *tr.*27. *concl* 6.*c.*2. *diff.*5.*fol.mihi* 699. vbi sic asserit : No peca el, que pone impedimiento al ayuno.Esto enseña Medina en su suma,y pone exemplo en los caminantes de apie, aunque tomen el camino por su passatiempo, los quales no tienen obligacion de ayunar llegando fatigados,trabajados,y dize que esto tiene verdad,aunque el camino se hiziesse por ver à su amiga, si despues quedan cansandos,y fatigados, el tal pecarà contra otro precepto de no fornicar,però no pecarà contra el precepto del ayuno,tambien se pueden traer otros exemplos.] Ita Ledesma, qui probabilem putat esse hanc opinionem: & paulò post addit exemplo de ludo pilæ.

3. Hanc sententiam docet absolutè Filliucius Medinam sequens *to.*2.*tr.*27 *p.*2.*c.*6. *n.*123. & Villalobos *in sum.tom.*1.*tract.*13.*diff.*4.*n.*11. vbi ait : Esta escusado el, que hauiendo hecho alguna obra, se cansò en ella por su culpa, de suerte que no puede ya ayunar, como si jugo demasiado la pelota, con que no lo aya hecho en fraude de la ley, y si lo hizo en fraude de la ley,peco, quando lo hizo; mas ya despues de hecho,no peca en dexar de ayunar.]

4. Notandum est etiam,quòd Ledes. *vbi sup.* putat, talem non esse obligatum relinquere ludum pilæ propter ieiunij obseruationem: quia ludus pilæ non est medium de se ordinatum ad complementum & obseruationem ieiunij,nec Ecclesia obligat ad abstinentiam à ludo, vt ieiunio quis vacet: ergo, &c. Licèt contrarium asserant Villalobos, & alij. Sed circa præsentem quæstionem vide *inf. in Res.*46.

Sup. hoc in Res.1. not. præter. §.2. & in Res.2. §. Nec obstat, & in Res.4. in eodem §.

RESOL. XVIII.

An qui in die ieiunij dat operam ludo pilæ,venationi,vel tactibus venereis ea intentione, vt factus impotens non ieiunet, peccet contra præceptum ieiunij?
Et quid si nocte proxima te inebrius,& fueris impotens ad ieiunandum,recitandum officium Diuinum,Missam audiendam, &c. sequenti die?
Et docetur, quod non est eadem ratio de illo,qui descendit è loco, vbi obligat ieiunium, ad locum vbi non obligat ex intentione non ieiunandi, ac de illo, qui assumit laborem incompatibilem pilæ, venationis, &c. cum ieiunio, quod idem est de illo, qui in die festo è proprio domicilio proficiscitur ad alium locum, vbi hoc Festum non obligat, animo, & gratia exercendi seruilia, &c.

Quæ hic est infr. Res.19. & in alio §. eius 1.not.

Et præfirmanda doctrina ſupradictarum quæſtionum adducitur, quod Confeſſarius licet ex actu Confeſſionis præuideat ſequuturam pollutionem, vacat culpa, ſi præter intentionem eius pollutio ſequatur: ſecus vero ſi ſit ab eo prius intentata, & audiat confeſſiones in eum finem, vt ſibi pollutio eueniat.

Item pollutio præuiſa in ebrietate, vel nimia comeſtione, vel in comeſtione talis cibi, vel ex tali modo iacendi in lecto, dum quis dormit, non habet ſpecialem malitiam pollutionis contra Caſtitatem, ſi non ſit intentata, habet autem ſi fuerit intentata, & ad eum finem, vt pollutio ex impulſu naturæ ſibi contingeret, tales cauſas adhibuiſſet.

Et concluditur, quod ſi quis in die ieiunij ob honeſtam recreationem dat operam ludo pilæ, vel venationi, non ea intentione vt ſoluat ieiunium, prænidens tamen ex defatigatione ſe euaſurum impotentem ad ieiunandum, excuſari a ieiunij tranſgreſſione in cauſa; ſecus vbi hac voluntarie facit ea intentione, vt eo die ieiunare non poſſit. Ex part. 10. tract. 14. & Miſc. 4. Reſol. 13. alias 11.

§. 1. IN partem negatiuam viſus ſum olim inclinare; & ideò me citato hanc ſententiam tenet doctus Rocafull. *in praxi Theologiæ moral. tom. 2. lib. 3. de præceptis Eccleſiæ, cap. 9. num. 153. & 164.* vbi ſic aſſerit: Dubium eſt an excuſetur à ieiunio, qui labore aliquo defatigatur, quamuis illum in alium diem differre commodè poſſit, & etiam ſi data opera fecerit, vt non ieiunaret? Prima ſententia ait non excuſari: Ita Azorius, *tom. 1. lib. 7. cap. 17. quæſt. 9.* & alij penes ipſum. Secunda ſententia tenet excuſari, & laborare poſſe, & non ieiunare. Ita Sancius *in ſelect. diſp. 4. num. 14.* loquens de ieiunio. Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 13. num. 6.* loquens de obſeruatione Feſtorum. Salas *de Legibus, diſp. 14. ſect. 5. num. 66.* Sanchez *tom. 1. Oper. Moral. lib. 1. cap. 11. num. 35.* Diana *part. 1. tract. 9. reſol. 52.* Ratio eſt, quia iſte ius habet ad iſtum laborem ſuſcipiendum, v. g. ad iter agendum, ad ludendum, ad venandum, quo non priuatur ob ieiunium ſeruandum. Nota hanc ſententiam procedere, etiamſi in fraudem ieiunij id agat, nullius negotij cauſa itinerando, ſed ſolo deſiderio non ſeruandi ieiunium. Ita docent Sancius *in ſelect. diſp. 4. num. 14.* & Diana *cit. reſol. 52.* Et ratio eſt, quia in tali caſu non interuenit propria fraus, aut dolus, ſed fuga quædam obligationis præcepti; quæ tamen contra præceptum non eſt, ſed bona, vel mala ratione finis, propter quem fit; & in ſimili docet Suarez *tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 13. num. 6.* loquens de obſeruatione Feſtorum. Vide Salas *de Legib. diſp. 14. ſect. 5. num. 66.* & Sanchez *in Oper. Moral. tom. 1. lib. 1. cap. 12. num 35.* Ex his inferunt Sancius *num. 20.* & Diana citat. liberos eſſe à lege ieiunij eos, qui culpa ſua ita defatigati redduntur, vt ieiunare non valeant, vt ſi defatigentur ex ludo pilæ, vel venatione, aut commixtione cum fœminis: Et ratio eſt, nam iſti die ieiunij impotentes ſunt ad ieiunandum; die verò quo ludunt, nondum aduenit præceptum: quod ſi in fraudem ieiunij ſe defatigant, peccant deſiderio illo frangendi ieiunium, vt volunt plures; nam in tali caſu non interuenit fraus, ſed fuga quædam obligationis quæ non ſufficit ad cauſandum peccatum; nam aliud eſt deſiderare ſe reddere impotentem ad adimplendum præceptum, aliud frangere præceptum quando eſt obligatio; nam deſiderare ſe reddere impotentem ad adimplendum præceptum eſt optare excuſationem præcepti, quam licèt quis intendat via illicita, non operatur aduerſus tale præceptum, cùm non deſideret illud frangere, quando illud obligat, ſed modum, quo non obligat quærit: quæ doctrina non diſplicet Dianæ citato. Hucuſque Rocafull *vbi ſuprà.* Et hanc ſententiam etiam me citato tanquam probabilem admittit Martinus de San Ioſeph *in Monit. Confeſſ. tomo 1. lib. 2. tractatu 12. de Ieiunio, numero quinto*, & abſolutè illam docet me etiam citato Paſqualigus *in Praxi de Ieiunio, deciſione 330.*

Quæ hic eſt Reſ. prima poſt præteritam in lege doctr. Reſ. præcedentis, & inf. Reſ. 64. §. vlt. & in. 4. & ſup. in tr. 3. Reſolut. 163. §. Confirmatur, ad med. verſ. Imo Diana, &c.

Et pro obſeruatione Feſtorũ contenta in hoc textu, in Reſolet. 1. poſt præteritam, ſignanter in §. Sed, ad med. & inf. in §. Quare, huius Reſ. & in alio eius annot.

2. Sed in Editionibus nouiſſimis Lugdunenſibus, Ego putaui non eſſe recedendum ab affirmatiua ſententia Azorij: nunc verò magis latè, & clarè hanc ſententiam teneo, & prorſus ei adhærendum exiſtimo: & negatiuam impugno, quatenus ait dantem in die ieiunij mere voluntariè operam ludo, venationi, immò, quod peius eſt, & nimio coitui in fraudem ieiunij ea intentione vt effectus impotens non ieiunet non peccare vllo modo contrà præceptum ieiunij, neque etiam quando apponit tale impedimentum ieiunij cum illa expreſſa intentione, vt poſtea, non ieiunet cuius oppoſitum tanquam certiſſimum, & indubitatum meritò docent citati Doctores: Nam qui vult ſeu apponit cauſam, ex qua neceſſariò ſequitur omiſſio præcepti, ſeu euentus à præcepto prohibitus, ea intentione vt talis omiſſio, ſeu euentus ſequatur non ſolùm peccat contrà tale præceptum, ſed etiam directè peccat, quia directa intentione tendit contrà præceptum, & ex hac intentione applicat cauſam, tanquam medium, vt eiuſdem præcepti violatio ſequatur, vt tradunt D. Thomas 1. 2. *d. quæſt. 71. art. 1.* & ibidem Theologi. Quod eſt verum, tametſi cauſa ex illa intentione praua appoſita, ex qua ſequitur euentus à præcepto prohibitus, aliàs præciſa, ſeu ſeclusa tali intentione, potuiſſet abſque culpa apponi cum præuiſione ſequuturi euentus; quia in tali caſu malitia non oritur ex præciſa appoſitione cauſæ, ſed ex mala intentione, & ex prauo affectu erga præceptum. Hoc pacto, Confeſſarius licet ex actu Confeſſionis præuideat ſequuturam pollutionem, vacat culpa, ſi præter intentionem eius pollutio ſequatur; ſecùs ſi ſit ab eo priùs intenta, & audiat Confeſſiones in eum finem, vt ſibi pollutio eueniat, vt rectè docent Sanchez *lib. 9. de Matrim. diſput. 45. num. 4. & ſeqq.* & tradunt omnes Doctores quos idem Sanchez, & alij infra citandi referunt.

3. Similiter ex eodem Sanchez *dict. diſp. 45. num. 16. 17. & 18.* quamuis pollutio præuiſa in ebrietate, vel nimia comeſtione, vel in comeſtione talis cibi; vel ex tali modo iacendi in lecto, dum quis dormit, non habeat ſpecialem malitiam pollutionis contra caſtitatem, ſi non ſit intenta; habet autem, ſi fuerit intenta, & ad eum finem, vt pollutio ex impulſu naturæ Reſ. ſibi contingeret, tales cauſas adhibuiſſet. Quod in terminis loquentes de pollutione prouenient ex ſolo impulſu naturæ docent Nauarr. *in Man. cap. 16. num. 6.* Suarez *tom. 3. in 3. part. quæſt. 8. art. 7. in com. paulo poſt initium*, Vaſquez *in part. 2. diſp. 115. num. 9.* & Salas *in p. 2. quæſt. 6. tract. 3. diſp. 1. ſect. 13. num. 170. & 171.* Quare eadem ratione dato, & non conceſſo quod omiſſio ieiunij præuiſa in ludo pilæ, venatione, nimia commixtione cum Meretrice non habeat in cauſa malitiam omiſſionis præcepti ieiunij, quando non eſt intenta, habebit tamen, ſi fuerit intenta, & ad finem non ieiunandi quis ludat, &c. Neque iuuat illa euaſio, ſcilicet, quod Ludere Pila ea intentione, vt non ieiunet, non ſit intendere, & deſiderare frangere ieiunij præceptum, ſed ſolùm fuga quædam obligationis, & deſiderium habendi impotentiam ad ieiunandum, vt excuſetur à ieiunio, quod eſt ſolum optare excuſationem præcepti ieiunij: Nàm contrà huiuſmodi euaſionem (quæ deſumpta videtur ex Suarez, Sanchez, & Salas; ſed non rectè applicatur caſui, de quo eſt præſens controuerſia) quia ſi huiuſmodi euaſio in præſenti caſu ſufficeret ad excuſandum à culpa omiſſionis ieiunij; indè ſequeretur manifeſtè, quod Sacerdos proiiciens in mare Breuiarium ex intentione, vt

vt factus impotens, non recitaret Diuinum Officium, non diceretur intendere, & desiderare frangere præceptum recitandi Horas Canonicas, sed solum fugere obligationem, & quærere statum, in quo excusaretur à recitatione Diuini Officij, quod est contra omnes Doctores; est etiam simillima ratio. Et simili modo se ingurgitans in die festiuo, vt se reddat impotentem ad audiendam Missam ea intentione, vt non audiret, vel audiens confessiones, aut nimium comedens, vel tali situ dormiens, vt eueniat sibi pollutio, quam vitare non sit tunc in sua potestate; vel reddens se impotentem ad faciendam restitutionem rei furto ablatæ, vt non restituat: posset omninò excusari à peccato contrà præceptum audiendi Missam, castitatis, & restituendi, cùm nulla appareat disparitas.

4. Quare male, (vt dicebam) præsenti casui applicatur doctrina Suarez *dict. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 13. num. 6.* & Sanchez *lib. 1. summ. cap. 12. num. 35. & lib. 3. de Matrim. disp. 18. numero 21.* & Lessij *lib. 4. cap. 2. num. 55.* Docent enim eum, qui in die festo è proprio domicilio proficiscitur ad alium locum, vbi id festum non obligat, animo, & gratia exercendi seruilia, non peccare contra præceptum Festi, eo quod non sit propria fraus, & intentio non seruandi præceptum Festi, sed quædam obligationis præcepti fuga, quæ cum non aduersetur præcepto exitum ad locum non intendenti; sed solùm obliganti, vt non violetur dum non recidetur ab eo loco, vbi obligat, est ex se indifferens, ac proinde bona vel mala ex fide adiuncta: Hæc etenim doctrina (licèt aliis, vt Rebellio *de Iust. p. 2. lib. 1. quæst. 7. sect. 3. n. 16.* & Sayro *in Claui regia, lib. 7. cap. 3. num. 12.* non probatur) tamen est probabilis; quia in tali casu transferens se ad alium locum, vt seruilia exerceat, vult quidem, & intendit facere id, quod præcepto Festi prohibetur, sed non quando, & vbi præceptum obligat, sed vbi, & quando præceptum cessat omnino obligare per se, & per accidens ob non subiectionem eidem præcepto, quod non obligat extra limites talis loci. At qui in die ieiunij ludo Pilæ, vel venatione voluntariè se reddit impotentem ad non ieiunandum, vt non ieiunet, fugit ieiunium, & non vult ieiunare vbi & quando præceptum ieiunij per se obligat, & illi est subiectus, licèt per accidens, supposita impotentia ad ieiunandum, tunc is, qui merè voluntariè apposuit impedimentum, excusetur à ieiunio, quamuis peccauerit contra eiusdem ieiunij præceptum, quem apposuit impedimentum ad finem non ieiunandi. Et ita omnino sentiunt Suarez, Sanchez, & Lessius cum dicant in die Festo proficiscentem ad alium locum vbi non est dies Festus, vt ibi seruilia exerceant, non agere contra id, quod præceptum Festi iubet, eò quia præceptum Festi iubet, vt in tali loco non violetur. Et hæc omnia verè, & solidè docet Angelus Bossius *in Disceptationibus moral. editis Mediolani, anno 1638. disceptat. 4. per totam.* Itaque affero, quod non est eadem ratio de illo qui discedit è loco, vbi obligat ieiunium ad locum vbi non obligat, ex intentione non ieiunandi, ac de illo qui assumit laborem incompatibilem cum ieiunio, vt non ieiunet: nam primus, assumit medium ad non ieiunandum; vbi & quando non adest, nec extat præceptum ieiunij: & ideò nec intentione, aut desiderio, præceptum ieiunandi frangit. Secundus verò non sic; cùm assumat medium ad non ieiunandum, vbi & quando est; & extat præceptum ieiunij; unde non mirum, si primum à peccato mortali excusemus; non verò hunc secundum. Ex quo constat ad fundamentum oppositæ sententiæ; negandum namque est, quod prædictus non peccet, quando assumit media licita laboriosa ad non ieiunandum; quia verè in hoc facit contra legem ieiunij. Et ideò hanc sententiam tenet nouissimè me citato P. Leandr. *de præcep. Eccles. tract. 5. disp. 8. quæst. 157. & 158.* Idem etiam docent D. Thomas *2. 2. quæst. 147. art. 5. in responsione ad 3.* & *ibidem* Caietanus, D. Antoninus, *3. part. summ. tit. 6. cap. 2. §. 6.* Syluester *ver. ieiunium, quæst. 9.* & apud eum Paludanus Tabiena *eod. num. 19.* Angelus *eod. num. 18.* Nauarrus *in Man. cap. 21. num. 18.* Graffius *part. 1. decis. aur. lib. 2. cap. 27. num. 51.* Cosinus Philiarcus *part. 1. de offic. Sacerd. lib. 3. cap. 23.* Angles *in Floribus part. 4. quæst. 6. de ieiunio, dub. 6.* Emmanuel Rodriquez *1. part. summ. cap. 23. num. 6.* Toletus *in summ. lib. 6. cap. 4. num. 6.* Abulensis *in cap 6. Matth. quæst. 141. & 143.* Azorius *1. part. instruct. Moral. lib. 7. cap. 17. quæst. 9.* citans Rosellum *verb. Ieiunium, num. 21.* Lessius *de iustit. lib. 4. cap. 1. dub. 6. num. 44.* Salas *in 1. 2. q. 71. tract. 13. disp. 2. sect. 9. n. 118.* Fagundez *de quinque præceptis Ecclesiæ, præcept. 4. lib. 1. cap. 8. num. 17.* Fernandez *in Medulla, part. 2. cap. 8. num. 2.* Homobonus *de exam. part. tract. 8. cap. 7. quæst. 23. & tract. 9. cap. 4. quæst. 74.* Ortiz, & Io. Cruz à dicto Neoterico relati Filliucius *tom. 1. tract. 27. cap. 6 num. 123.* & alij communiter, ab iisdem relati. Qui omnes asserunt, eum, qui in die ieiunij absque vlla honesta causa, sed merè voluntariè, & sua culpa ob laborem susceptum agendo iter, vel ludendo pila, vel venando, vel insequendo amicam ita defatigatus est, vt ieiunium seruare nequeat & præuidit, quod ex tali labore omnino voluntariè, vel ad malum finem suscepto secutura erat impotentia ad ieiunandum eo die, peccare contra præceptum ieiunij, si non eo tempore, quo supposita iam impotentia, & necessitate frangit ieiunium (quo tamen tempore etiam multi ex præcitatis Doctoribus, tenent eum peccare contra præceptum ieiunij ob malam voluntatem præcedentem) saltem quando dat antecedenter iniustam causam impotentiæ, seu necessitatis plurium refectionum, & fractionis ieiunij. Vide etiam Escob. à Corro *tract. de vtroque Foro, art. 4. §. 4. num. 192.* & Castrum Palaum *tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 21. num. 3.* qui optimè obseruat supradictam opinionem procedere, quando v.g. in die festiuo, vel nocte proxima te inebriares, quia tunc iam censetur moraliter adesse præceptum, ac perinde efficaciam habere remouendi impedimenta obstantia illius exequutioni. At si antequam dies præcepti adueniat, vel quasi in proximo sit, te inebriares, vel cibum nociuum sumeres; ex quo præuideres infirmitatem tibi obuenturam, & impedimentum apponendum recitationi horarum, Missæ, & ieiunio: non videris, tunc aduersus hæc præcepta peccare: quia non videntur extendi ad media, & impedimenta ita remota. Quæ omnia applicanda sunt in ieiunio, vnde, vt diximus, qui in die ieiunij de præcepto merè voluntariè, & absque vlla rationabili causa laborat in venatione, vel ludo pilæ, vel facit iter longum, vt insequatur Amicam præuidens inde fore; vt non queat ieiunare: & sit fracturus ieiunium, dat causam proximam omissionis ieiunij, seu apponit proximum impedimentum ad implendum ieiunij præceptum: ergo peccat contra ieiunij præceptum.

Sup. hoc sup. recitanter in fin. §. præteriti huius Ref. & ante med. §. seq. & in tom. 2. tr. 3. ex lata doct. Resolut. 14. §. vlt. ante med. vers. Sicut neque is, & propè fin. vers. Sicut is qui se inebriat. & in alia Ref. posita in annot. vlt. præcitatæ Ref.

5. Nec obstat dicere præceptum ieiunij non obligare ad abstinendum ab itinere, à ludo à venatione, à coitu. Nam verum est, non obligare absolutè: at obligat, quatenus prædictæ actiones sunt proximum impedimentum ad obseruandum ieiunij præceptum. Quemadmodum etiam præceptum audiendi Missam non obligat absolute ad abstinendum ab ebrietate, à somno, à studio, & præceptum recitandi Diuinum Officium non obligat, vt non proiiciatur Breuiarium (vt si quis illud totum memoriâ teneat) obligant tamen quatenus sunt proxima impedimenta ad audiendam Missam in die festo, ad recitandum diuinum Officium. Siquidem quodlibet præceptum etiam tantum Ecclesiasticum prohibet virtualiter omnes actus; qui

Pro contento in hoc §. sup. in Resol. 16. §. 2. in princ. & in Resol. 17. §. vlt. & superius in tr. 3. Ref. 163. §. Confirmatur exemplis, post med. cursim in vers. Nec teneri.

sunt causæ non rationabiles omittendi eiusdem præcepti obseruantiam. Secus autem dicendum est, si impedimenta non essent ita proxima, & ratio est, quia durum videtur cum tanto rigore præceptum audiendi Missam recitandi diuinum Officium, & ieiunandi obligare, vt ob sui obseruantiam teneatur nomo tollere, vel præcauere illa omnia, quæ etiam remotè, & à longè, ac valde per accidens possunt impedire eius executionem? solùm ergo obligat ad præcauenda ea, quæ vel proximè, & quasi eodem tempore, in quo præceptum obligat possunt executionem impedire, vt in Festo se inebriare, dare somno, vel studio cum præuisione omissionis Missæ; vel omnino voluntariè in die ieiunij de præcepto, superfluo labore itineris, ludi, venationis reddere se impotentem ad ieiunandum illo die. Et hæc omnia docet Bossius *loco citato*, vbi etiam subdit, quòd si inde ieiunij quis ob honestam recreationem dat operam ludo, vel venationi, non ea intentione, vt soluat ieiunium, præuidens tamen ex defatigatione se euasurum impotentem ad ieiunandum, posset excusari à ieiunio, & à transgressione præcepti ieiunij in causa, eo quod præceptum ieiunij non videatur ita strictè obligare, vt quis abstineat etiam ab honesta recreatione iuxta illius statum. Puto tamen, quod rarò possit eueniri, vt quis ludendo, vel venando causa honestæ recreationis non excedens limites virtutis ità defatigetur, vt reddatur impotens ad ieiunandum, & indigens plurium refectionum; nisi sit complexionis ità debilis, & delicatæ, vt etiam paruo labore notabiliter defatigetur. In his itaque, & similibus casibus iusta de causa suscipiens in die ieiunij opus laboriosum, quod vnà cum ieiunio perficere nequeat, nullo modo peccabit contrà ieiunij præceptum; secus vbi voluntariè omninò id facit, vel facit ea intentione, vt eo die ieiunare non possit, & consequenter non teneatur; nam tunc semper in omni casu peccat in causa contra præceptum ieiunij ob prauum affectum ad peccatum, vt docent omnes Authores præallegati. Ea circà omnia superiùs dicta, ne deseras recognoscere Doctissimum Dicastillo *de Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disput. 5. dub. 10. §. 2. per totum.*

RESOL. XIX.

An qui ad loca sancta peregrinantur, excusentur à ieiunio?

Idem est dicendum de itinerantibus cum curribus, & equis.

Et an flagellantes se in Hebdomada Sancta excusentur à ieiunio, si ob debilitatem experiantur ieiunium seruare non posse? Ex part. 1. tractatu 9. Resol. 46.

§. 1. SYluius *in* 2. 2. *D. Thomæ, q.* 147. *art.* 4. Villalobos *in sum. tom.* 1. *tract.* 23. *dub.* 4. *numero* 16. Fernandez *in exam. Theolog. mor. p.* 2. *c.* 8. §. 2. *num.* 12. & alij distinguunt: si enim peregrinatio potest sine incommodo differri, non excusatur: si non potest commodè, excusatur.

Sup. hoc sup. lege doctr. Resol. 17. per tot. & signanter §. vlt. & 55. eius annot. & in tom. 7. tr. 1. Resolut. 304. §. Et tandem in fin. & Resol. not. seq.

2. Sed absolutè talem peregrinantem non esse adstrictum ieiunare, docet Sancius *in Select. disp* 54. *n.* 2. vnde ait: [Generaliter dicendum est, excusari à ieiunio exequentem aliquod opus pium etiam absque necessitate, quod secum ieiunium non compatiatur vnde flagellantes se in hebdomada sancta excusantur à ieiunio, si ob debilitatem experiantur, se ieiunium seruare non posse: non enim Ecclesia præcipit abstinere à flagellis ob ieiunium; sed tantùm ieiunium seruari à potentibus.] Ita Sancius.

3. Non reticebo tamen Ortiz *in sum c.* 19. *num.* 12. absolutè docere (peregrinantes non esse adstrictos ad ieiunium: sic enim ait: [Los que van camino, aunque vayan à cauallo, y el camino, no sea forzoso, non son obligados al ayuno.] Sed circa præsentem quæstionem vide etiam Layman *in Theol. mor. lib.* 4. *tract.* 8. *c.* 3. *n.* 5. & alios.

RESOL. XX.

An equitantes teneantur ieiunare, si iter sit solum vnius diei? Ex part. 11. tractat. 2. & Misc. 2. Resol. 57.

§. 1. CAsus potest frequenter accidere. Pasqualigus *in Praxi de Ieiunio decis.* 316. *numero* 6. distinguit, sic enim asserit: similiter nec equitantes mihi videntur immunes à ieiunio, quando iter est breue, & equus placidus, & obtemperans, atque gressu facili, & sine agitatione incedens; licet enim tunc interueniat aliquis labor, non tamen tantus est, vt generet multam lassitudinem, quæ non possit tolerari à ieiunante absque multo incommodo. Si verò iter sit plurium dierum, & præsertim in ætate, quando calor configit equitantes, tunc equitantes erunt immunes à ieiunio etiam ab initio itineris, vt docent Filiucius, Bonacina supra citati, quia non est attendendus solùm præsens status, sed etiam futurus. Ita ille.

2. Sed absolutè me citato contra illum tenet Leander *de Præcept. Eccles. tractat.* 5. *disputatione* 8. *quæstione* 105. Quod equitantes non teneantur ad ieiunium casu quo iter sit aut plurium dierum, aut nimis longum etiamsi non sit plurium, sed solùm vnius diei. Ratio est; Quia hoc casu quamuis equus sit placidus, & egressus facilis, &c. nihilominus tamen equitans valdè defatigatur, & lassatur ex agitatione equi, & longitudine itineris quæ maximam molestiam affert itinerantibus, vt experti satis sumus. Ita Leander, qui posteà *quæstione* 102. etiam me citato magis indiuidualiter docet, eum qui vnico die decem, aut octo leucas conficit deobligari à ieiunio.

3. Et nouissimè inuenio hanc sententiam docere doctum Patrem Andream Mendo *in Bulla Cruciatæ disput.* 13. *c.* 1. *num.* 4. vbi sic ait, Non damnabo peccati eum; qui etiam equitans facit iter, si non ieiunet, dum die ieiunij viam vnius diei perambulet, scilicet nouem, aut decem Leucas Hispanicas; quia illa via per diem continuata ex se affert etiam equitanti laborem sufficientem ad excusandum à ieiunio, quod communiter accidere quisque experitur in corporis defatigatione, variisque circumstantiis in itinere frequentibus. Sic sensit consultus à me Pater Petrus Hurtado de Mendoza, vir apprimè doctus, vt eius scripta manifestant; sic etiam & alij vt tutum in praxi affirmarunt. Ita Mendo, & Ego.

RESOL. XXI.

Quænam quantitas itineris pedestris excuset à ieiunio.

Et an, si iter pedestre sit mere voluntarium, possim ego, videlicet, peregrinari altera die ieiunio non impedito, teneorne peregrinationem relinquere ad obseruandum ieiunium?

Et quænam quantitas itineris equestris excusat à ieiunio? Ex parte 10. tractatu 14. & Misc. 4. Resol. 2.

§. 1. De

§. 1. DE hoc dubio interrogatus fui, occasione huius Anni sancti, in quo aliqui visitabant quatuor Ecclesias designatas, à summo Pontifice tempore Quadragesimæ, quæsierunt à me an essent excusati à ieiunio? Et negatiuè respondi: quia iter ad minus duodecim milliarium excusat à ieiunio. Verùm Leandrus *de Præceptis Eccles. tract. 5. disput. 8. quæst. 95.* putat iter pedestre nouem milliarium sufficere; sic itaque asserit: Respondeo nec sufficere iter pedestre septem milliarium ad eximendum quem à ieiunio, vt vult Pasqualigus, nec esse ad id necessarium, iter quindecim, aut viginti milliarium, vt Azorio, Bonacinæ, & Facundo placet; *sed* sufficere, & esse omninò necessarium, præcisis aliis circumstantiis iter nouem milliarium, seu trium leucarum, ad tollendam obligationem ieiunij. Quia huiusmodi iter, absolutè loquendo, sufficit, & requiritur ad generandam eam lassitudinem corporis, & defectionem spirituum animalium, quæ, vt restaurari possint necessario requirat, ac petat multiplicem refectionem, quam vetat ieiunium. Ita Leandrus. Ego autem media via incedendo, puto, vt dixi, iter pedestre duodecim milliarium à ieiunio excusare.

2. Sed quæres, an hæc sententia procedat, si iter pedestre sit mere voluntarium: possum ego videlicet peregrinari altera die ieiunio non impedita, teneor ne relinquere peregrinationem ad obseruandum ieiunium? Plures affirmatiuè respondent: sed probabiliter P. Leandrus, *vbi suprà, q. 98.* cum aliis negatiuam sententiam tenet, quia præceptum ieiunij, non prohibet iter pedestre: ergo voluntarie omninò potest suscipi à quocumque, & ab eo non obseruari ieiunium, casu quo labor itineris sit magnus, & incompatibilis, cum illo.

3. Diximus supra iter pedestre duodecim milliarium excusare à ieiunio: quæro quid dicendum de itinere equestri. Respondet Leandrus, & probabiliter, *quæstione 101.* Iter equestre vigintiquatuor milliarium à ieiunio excusare: vnde *quæstione 101.* dixit, Equitantes non solum per plures dies, sed etiam per vnum diem ad ieiunium non teneri. Hæc sententia mihi placet, quia si iter vnius diei, dummodo sit ad minus duodecim milliarium sufficit ad excusandum à ieiunio illius diei iter pedibus agentem: ergo similiter, iter equestre vnius diei, dummodo sit triginta, aut viginti quatuor milliarium (quæ continent leucas Hispanicis) excusare debet à ieiunio pro illo die, iter equo agentem.

RESOL. XXII.

An itinerantes cum curribus, & equis teneantur ieiunare? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Res. 40.

§. 1. AD hoc dubium ita respondent Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 3. cap. 1. dub. 7. num. 12.* Illi autem qui equestres iter faciunt, communiter non eximuntur à ieiunio, præsertim si tempus longum non sit, vt si tantùm sit sex, aut octo dierum: nam possunt mane sumere refectiunculam dilata cœna in vesperam, nisi aliquis ex complexione particulari contrahat tenuem lassitudinem equitando, vt commodè ieiunare nequeat, vel si non inueniat simul vnicam refectionem, quæ sat sit illi ad victum totius diei, vel nisi ex longo itinere defatigatus existat, vel nisi dubitetur probabiliter ex eo superuenturam debilitatem, vel si experientia probauit quis alias non habere vires ad iter faciendum, & complendum. Sic excusantur cursores equorum Hispaniæ, *los que van a la posta*, quia est labor maximus, nec vnica vice possum integram, & sufficientem refectionem sumere. Sanchez *vbi suprà, num. 5. & 6.* & generaliter excusari possunt omnes, qui officio suo fungi nequeunt cum ieiunio. Filliuc. *sup. dict. cap. 6. num. 122.* qui idem dicit de itinerantibus in curru, vel lectica, si enim longum sit iter, solet inducere debilitatem, currus enim valde concutit, & defatigationem inducit, nisi valde commodus esset, ita vt nulla, vel valdè modica defatigatio contingeret. Hucvsque Trullench. Sed ego *in p. 1. tract. 9. * res. 46.* adduxi Ortiz *in summa, cap. 19 num. 1.* absolutè docentem itinerantes etiam equestres non esse astrictos ieiunare, & quia inuenio, me citato sententiam Ortiz approbare etiam nouissimè Ioan. Machadum *de perfecto Confessor. tom. 2. lib. 6. p. 6. tr. 6. docum. 3. num. 1.* non grauabor in consolationem itinerantium per extensum eius verba hîc apponere, sic itaque ait, [Muchos absolutamente niegan que esten escusados del ayuno los que caminan caualleros; otros lo conceden con tantos requisitos, y limitationes, que no situe mas que de dexar abierta la puerta a mil escrupulos, y temores, de si el viage se pudo dexar para tiempo que no fuesse de ayuno, si se hyzo con necessidad, ò sin ella ò si el cansacio, que resulta es incompatible, ò no con el ayuno, ò el viage muy largo, conditiones todas que mas siruen de affigir, que de aliuiar a vn pobre caminante. Con que no dudo sino que assi los Confessores, como los penitentes deuen mucho en esta razon a vn Autor graue, que con mucha probabilidad, y piedad escusa absolutamenta del precepto del ayuno à todos los que caminan caualleros como quiera que sea aunque el viaje no sea necessario, porque juzga que siempre el caminar aunque no sea a pie, trae consigo trabajo incompatible con el ayuno.] Ita ille.

* Quæ hîc est sup. Res. 19. §. vlt. & in Res. 20. & 21. §. vlt. & inf. in Res. seq.

RESOL. XXIII.

An itinerantes cum curru excusentur à ieiunio?
Et quid de itinerantibus cum equis conductis?
Et an qui pedestre iter agunt, excusentur à ieiunio, si iter destinatum sit longum? Ex p. 10. tract. 12. & Misc. 2. Res. 39.

§. 1. DE hoc casu his diebus interrogatus fui; & ad illum sic respondet Pater Pasqualigus *in Praxi de Ieiunio, decis. 316. num 5.* vbi sic ait: Certum videtur, quod iter habentes in curru non excusentur, nisi ieiunent, regulariter loquendo; non enim, vt experientia constat, interuenit labor considerabilis, cùm sedentes trahantur. Nec illa agitatio causat lassitudinem, cùm non sit necesse eos, qui vehuntur contra ipsam niti: Solum per accidens posset aliquis excusari, si nimirum ex illa agitatione per plures dies continuata debilitaretur, quia nimirum debile caput habet, nec possit vna refectione in prandio tantum cibi sumere, quantum sufficiat, & si solùm ientaculum pro prandio sumat, nequeat ob debilitatem capitis resistere, Ita ille.

Sup. hoc in Res. præterita & lege aliam Res. & §§. eius ann.

2. Sed magis amplè, & absolutè loquitur Martinus de San Ioseph *in mon Confess tom. 1. lib. 2. tract. 12. de Ieiunio, num. 6.* vbi ita asserit: [Para releuar del ayuno à los que caminan a pie, ha de ser el camino considerable, v.g. por parte del dia, que affliga al que camina, que si el viage fuesse de vna legua sola, claro està que no escusarà saluo si el sujeto fuesse tan flago que el corto camino le cansasse tanto; como à otro el camino largo. Comunmente no escusa del ayuno el caminar à cauallo, sino es que se aya de atender à la flaqueza del sujeto, como acabo de dezir de los que caminan à pie. Lo mismo se deue dezir de los que caminan en cochos ò en carros, aunque si fuesse el viage largo, parece iusto aliuiar los delay uno, por los continuos golpes que sufren.] Hæc ille. Dico itaque cum Trullenk, in

Sup. hoc ex doctr. Res. not. præteritæ, signanter sup. in Res. 21. §. 1.

in Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 2. dub. 7. num. 12. qui citat Filliucium, itinerantes in curru, si longum sit iter, excusari à ieiunio, currus enim valdè concutit, & defatigationem inducit, nisi valdè commodus esset, vt valdè modica defatigatio contingeret. Verùm Pasqualigus *vbi suprà, num. 7.* sic subdit: qui verò vtuntur in itinere equis conductis, regulariter immunes mihi videntur à ieiunio: nam regulariter equi lassant plurimùm equitantes; illos enim valde concutiunt, præsertim quia citato gressu incedendum est, vt destinatum iter pro illo die conficiatur, & ideò non solùm laborandum est in regendo equo, sed etiam in regendo seipsum ad euitandas ingentes concussiones. Vnde aliquando ipse minùs fatigatus sum pedes eundo, quàm talibus equis vtendo, & elegissem tota die continuare pedestre iter, quàm equitare, si socios sequi potuissem, & conficere totum iter destinatum. Ita Pasqualigus. Sed tu cogita, & scias vt loquatur Martinus, *vbi suprà*, quòd [Todo esto es arbitrario, y mirandolo con equidad, aunque vno se engañe con buena fè, pensando que ay causa bastante para escusarse del ayuno, no pecarà mortalmente, aunque no la aya.]

RESOL. XXIV.

An Prædicatores, & Magistri, qui publice alios docent teneantur ad ieiunium?

Et in hoc distingendum sit inter Prædicatores, qui in diebus Quadragesimalibus concionantur, & qui in diebus Dominicis tantum?

Idem, quod de Prædicantibus, dicendum est de Confessariis. Ex p. 1. tr. 9. Resol. 10.

Sup. contéto in hoc & duobus §§. seqq. inf. in Resol. 27. à §. Respondeo. vsque ad §. Vnde.

§. 1. NEgatiuè respondent Ioann. de la Cruz *in direct. consp. 1 præcept. 3. art. 5. dub. 9. concl. 2.* vbi sic asserit: Excusantur, qui ob opera pietatis maiora ieiunio non valent ieiunare, vt prædicando, docendo. Idem docet Tabiena *verb. ieiunium, n. 16.* Filliuc. *tom. 2. tr. 27. p. 2. c. 6. num. 124.* Azor. *p. 1. lib. 7. cap. 28. q. 1.* Graffius *part. 1. lib. 2. cap. 37. n. 54.* Antonius de Litteratis *in sum. p. 1. c. 19. n. 9.* Fernandez *in exam. Theol. mor. p. 2. c. 8. §. 2. n. 12.* Nauarrus *cap. 21. num. 16.* Gabriel *in 4. dist. 16. q. 3. art. 1 resolut. verb. ieiunium n. 21.* Reginaldus *tom 1. lib. 4. c. 17. n. 219.* Syluius *in 2. 2. D. Thomæ, q. 147. art. 4.* & alij.

2. Sed hoc intelligunt supradicti DD quando commodè ieiunare non possent: nam, si possent, tenerentur: & ideò asserit Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 23. differ. 4. n. 15.* [Se excusan del ayuno los Predicadores, Maestros, y Doctores, que enseñan à otros, quando no pueden hazer los tales oficios ayunando: mas de ordinario, creo que pueden estos ayunar.]

3. Sed pro praxi Confessariorum, quid ego sentiam, dicam breuiter. Prædicatores qui in diebus quadragesimalibus concionantur, puto omninò excusandos esse à ieiunio: quia summoperè laborant. De Prædicatoribus verò, qui Dominicis diebus tantùm concionantur, puto, vt plurimùm, non esse à ieiunio excusandos, nisi essent debiles, & paruæ complexionis: & ideò hoc remittendum puto ad arbitrium boni viri. De Lectoribus verò puto cum Fagundez *Præcept. 4. lib. 1. cap. 8. num. 19.* qui videtur etiam docere, non esse omnes excusandos; sed tantùm illos, quorum labor improbus est; vel qui ita debiles sunt, vt sufficienter studere non possint, vt lectionem explicent, & legant cum satisfactione.

4. Notandum est verò, supradictam doctrinam procedere, etiam quoad Confessarios, quos à ieiunio excusant DD. *supra* citati, quando, vt notat Fagund. *vbi suprà*, & alij, assiduè pœnitentium Confessiones audirent; & ieiunium commodè obseruare non possent; & id in causa sit, vt à Confessionibus desistant: secùs autem, si audiendo Confessiones, possent etiam commodè ieiunium seruare, quod arbitrium boni viri considerabit.

RESOL. XXV.

An Prædicantes, si ex mercede concionantur, teneantur ieiunare?

Et quid de Musicis?

Et an sit fas Presbyteris ouis in Quadragesima vesci causa vocis conseruandæ?

Et quid est dicendum de Cantoribus ad solatium Principis in Camera concinentibus, an teneantur ieiunare? Ex p. 1. tr. 9. Resol. 11.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet ex Syluest. & Caiet. Binsfeldius *in Enchir. Theolog. p. 3. c. 32. concl. 9.* & illam videtur etiam docere Philiarch. *de off. Sac. tom. 1. p. 2. lib. 3. c. 25.* Toletus *lib. 6. cap. 5.* Fernandez *in exam. Theolog p. 2. c. 8. §. 2. n. 12.* Fagundez *Præcept. 4. lib. 1. cap. 9. num. 19.* vbi tunc excusant Prædicatores à ieiunio, quando concionarentur ex officio, putà ex obedientia, vel ex voto: seu, si eorum conciones essent multùm vtiles populo.

2. Nauarrus verò *in Man. c. 21. n. 17.* & post illum Graffius *p. 1. lib. 2. c. 37. n. 54.* & Reginaldus *in praxi, t. 1. lib. 4. c. 17. n. 219.* putant, hanc sententiam esse veram, quando talis Prædicator concionaretur principaliter propter lucrum: secùs, si minùs principaliter ob necessitatem se sustentandi.

3. Sed ego puto absolutè dicendum esse, Prædicatores excusari à ieiunio, etiamsi conciones suscipiant ob mercedem: & ita docet Bonacina *tr. de leg. disp. vlt. p. 1. punct. vlt. n. 13.* & Filliuc. *in praxi, tom. 2. tr. 27. p. 2. c. 6. n. 124.* & Lessius *lib. 4. c. 2. dub. 6. num. 44.* putant contra Fagund. & Philiarchum, quòd non est necesse, vt prædicatio efficiatur ex voto, vel officio.

4. Quoad Musicos verò ita asserit Sancius *in Selectis, disp. 44. n. 18.* [Cantores conductos ad canendum, siue salarium aut præbendam ad id habentes, possunt non seruare ieiunium, si ad canendum redderentur inhabiles. Et præsbyteris, ouis in Quadragesima vesci fas erit, causa vocis conseruandæ: non enim causa ieiunij adstrictus est aliquis diminutè suum exequi munus.] Ita Sancius, qui in facti contingentia ita fuisse consultum in Hispania testatur: quod ego vrgentius procedere existimo in cantoribus ad solatium magni Principis in camera concinentibus.

RESOL. XXVI.

An religiosi teneantur ieiunare?

Et quid de Musicis, & Cantoribus etiam Religiosis, & Cameræ Principis.

Et cursim docetur Cantores causa conseruandæ vocis posse in Quadragesima ouis vti. Ex p. 11. tract. 1. & Misc. 1. Resol. 4.

§. 1. MOuet hanc difficultatem Ioannes Caramuel *in Theologia fundamentali; fundam. 53. §. 26. numero 1528.* vbi sic ait: Miraris in dubium reduci rem tam claram, teneri Ecclesiasticos ait, & præcipuè Monachos, qui maiorem perfectionem profitti, at ego te non ineuso, sed hunc syllogismum propono (Musici inquam à ieiunio excusantur: at omnes Religiosi sunt Musici, nec in mundo Musici, qui plus cantent, quàm Monachi, & Benedictini præcipuè; Ergo monachi non tenentur ieiunare) quæ ratio idem de cæteris Religiosis euincit: nulli enim qui non cantent, plusquam

plusquam sæculares. Puto quidem consequentiam legitimam, minorem, & maiorem probo citando Sanchum, Dianamque, ille in *selectis disput.44. num.18.* sic inquit. Cantores conductos ad canendum, siue salarium aut præbendam ad id habentes, possunt non seruare ieiunium, si ad canendum redderentur inhabiles. Et præsbyteris ouis in quadragesima vesci fas erit, causa vocis conseruandæ: non enim causa ieiunij astrictus est aliquis diminutè suum exequi munus. Ita ille, qui inhabilitatem ab impotentia distinguit, & iudicat cum qui ieiunando cantare quidem possit, sed inhabiliter non teneri ad ieiunia: & affirmat hanc etiam fuisse aliorum sententiam in Hispania. Addit Diana *part.1.tractat.9. resolutione 11.* hoc vrgentius procedere in cantoribus concinentibus in Camera ad Principis cuiuscumque solatium: Ergo hoc vrgenter in cæteris debet procedere. Ergo Monachi cum ratione laboris, & defatigationis eadem lege, qua fossores, aut saltem Prædicatores, & Lectores iudicandi sunt: Tum ratione vocis conseruandæ, eadem lege, qua musici, præbendarij, Præsbyteri, maximè cum frequenter, & ipsi Præsbyteri sint.

2. Ergo si hos etiam excludimus, qui erunt in Ecclesia Romana, qui teneantur obseruare ieiunia? Volo non seuere, sed sincere erudiri. Hucvsque Caramuel.

3. Sed pace viri amicissimi hæc argumenta aperiunt viam ad opinionem singularem contra praxim omnium Religiosorum, & cum hanc sententiam vix doctis referrem, aliqui riserunt, alij in atram bilem iuerunt, & quidem Pater Societatis Iesu iocosè, & facetè respondit. Si sententia Caramuelis esset vera, mallem Societatem esse adstrictam ad canendum in Choro; nam essem deobligatus à ieiunio.

4. Non sunt igitur Caramuelis argumenta audienda, & quis quæso laborem Religiosorum in canendo æquipararet, vt facit Caramuel, cum labore fossoris? Fossorum labor est improbus, laborant toto corpore, flectuntur, attolluntur, sudant, desudant, laborant Sole sub ardenti; laborant sub Ioue frigido.

5. Religiosi verò dum psallunt in choro Ecclesiæ, manent in suo stallo, vel stantes, vel sedentes in emittenda voce pro cantu; quia non canunt figuratè, sine vi, & difficultate illam emittunt? Cantus eorum non est continuus, sed interpollatus; adest enim magna distantia temporis inter vnum officium, & aliud? Vnde tempus quiescendi habent; Ergo nullo pacto, vt omnibus patet, labor Religiosorum in canendo videtur æquiparandus labori fossoris, vt putat Caramuel.

6. Neque labor Religiosorum canentium videtur etiam æquiparandus labori concionatorum; Isti enim iuste à Doctoribus excusantur à ieiunio; Nam labor eorum in quadragesima est nimis improbus, non solum enim laborant, & sudant toto corpore, & hora concionis, sed laborant per totum diem, & nocturn studendo pro ipsa concione, & postea vt illam firmiter in memoria teneant, & vna peracta concione, statim ad aliam debent se ipsos præparare, Itaque labor concionantis, est labor improbus mentis, & corporis.

7. Nec, vt vult Caramuel, possunt Religiosi canentes in Choro excusari à ieiunio ratione conseruandæ vocis, vt Musici; nam Musici excusantur propter salarium, & ne diminute exerceant munus suum ad quod tenentur, & ne reddantur inhabiles ad canendum cum periculo damni notabilis propter vocis amissionem; sed Religiosi satisfaciunt muneri suo cantando in Choro siue cum voce sonora, siue cum voce rauca, nec timent, vt musici, esse dimittendos à seruitio Ecclesiarum, vel principum, & semper securi sunt siue bonam, siue malam vocem habeant, quod inuenient mensam paratam in Refectorio cum solitis pitantiis, Ergo est dispar ratio inter illos, & musicos.

8. Adde, quod Musici, quia canunt figuratè non solum laborant corpore, sed etiam mente, quia egent maxima attentione ad notas musicales; sed Religiosi absque labore in Choro canunt semper eodem modo facili, ac consueto, & ea quæ canunt, ferè semper memoriter sciunt.

9. Adde, quod ego Musicos excuso à ieiunio, non tantum ratione laboris, quantum ratione, vt possint recte, & decenter adimplere eorum munus absque periculo magni damni suæ sustentationis, nempe amittendi officium, mercedem, gratiam Principis, & similia; quod non potest euenire in Regularibus, si malè vel bene, rauce vel suauiter canant; Ergo, quoad excusationem ieiunij non valet argumentum de Musicis ad Regulares.

10. Et ideo nostram sententiam tenet loquendo in specie de Musicis, & Regularibus canentibus in Choro Pasqualigus *in praxi de ieiunio decis.* 338. *num*., vbi sic ait: Sed dubium remanet an Cantores, qui canunt in Choro per plures horas, vt ij qui non solum canunt horas Canonicas, & Officium Beatæ Virginis quando in breuiario præscribitur; sed etiam plures Missas in eodem die, immunes sint ab obligatione ieiunandi? Respon. regulariter non esse immunes, nam videmus passim hoc practicari cum manutentione ieiunij; quia licet laboriosum sit tandiu cantare, cum tamen non sit nisi per paucas horas dici, non sufficit vt tollat obligationem ieiunandi: Si tamen cantor esset debilis complexionis, ita vt post ieiunium lassus remaneret, & parum habilis ad cantandum toto illo tempore, posset vespere antecedenti cænare, aut saltem largiorem collatiunculam sumere, quando contingeret mane sequenti diu esse cantandum, & hanc puto esse mentem Vvigers *cap. 7. Theolog. instit. §. 3. vers.2. in fine*, dum docet excusari à ieiunio Cantores, qui laborant in cantando diuino officio.

11. Ita Pasqualigus, qui absolutè contra Caramuelem docet Regulares canentes in Choro non excusari à ieiunio, licet in aliquibus casibus particularibus, & raro contingentibus id ipse concedat.

12. Et nostram sententiam præter Pasqualigum tenet etiam Leander *de præcept. Eccles. tract.5. disput.8. quæst.127.* Relinquendo igitur amicissimum Caramuelem firmo magis nostram opinionem de Musicis. Ideò præter Doctores à me alibi adductos, illam tenet me citato Martinus de San Ioseph *in mon. Confes. tom.1. lib.2. tract.12. de ieiunio, n.12.* vbi sic ait: [Los Cantores conduzidos por estipendio, y los que tienen Prebenda por el canto, estan escusados de ayunar, si el ayuno estorua al exercitio de la voz, D. Thomas *quodl.5. art.18.* Filliuc. *2.tom.tract.27.* Sylu. *verb. ieiunium quæst.9.* Ioannes Sanchez *disput.54.n.18.* Diana *1. part. tract.9. resolut.11.*, que afirma, es lo mismo en los Cantores à quien dan salario, porque siruan de solaz à algun Principe.] Alibi in Ref. annot. seq.

13. Ita ille, cui adde, me etiam citato, Andream Mendo *in Bull. Cruc. disput.18. cap.1. num.5.* & me citato Leandrum *de præceptis Eccles. tr.5. disp.8. q.126.* & me citato Rocaful. *in praxi Theol. moral. tom.2. de præcep. Eccles. cap.9. n.182.* qui testatur, cùm hic casus consultus esset in Hispania, secundum hanc sententiam respondisse. Quæ hic est Ref. antecedens, signanter in §. vlt. & in alio §. eius not.

14. Vide etiam Sylvestrum *verbo, ieiunium, quæst.9. n.26.* Trullench *in Decal. tom.1. lib.3. cap.2. dub.7. n.15.* & Filliucium *tom.2. tract.27. part.2. cap.6. numero 124.*

Ghili

Ghilinum *in summa verbo ieiunium n.2. littera* R. Ioannem de Soria *Epilogo summarum p.2.tom.1.sect.3.disp.2. §.circa excusationem à ieiunio*, vbi etiam docet, quod licet Cantoribus causa vocis conseruandæ vti ouis in quadragesima, si aliter, &c.

Sup. hoc in Resol. & §§. not. præteritæ.

RESOL. XXVII.

An Inquisitores Hispani, Præsides Consiliorum, & Consiliary &c. teneantur ieiunare?

Et quid est dicendum de Doctoribus regentibus Cathedram, & de Prædicatoribus in Quadragesima? Ex p.11.tr.4.& Misc.4. Res.12.

§.1. NEgatiuè respondet Pasqualigus *in Praxi de ieiun. dec.325. num.4.* vbi sic ait. Ex quibus colligitur, quod si quis per totum fermè diem in negotiis difficillimis occupatur, vt contingere potest in oratoribus Principum, Præfectis Vrbium, Ducibus exercituum, qui semper negotia difficilia animo reuoluunt non teneri ad ieiunium, si quidem talis occupatio plurimum consumit spiritus, & inducit notabilem debilitatem, & idem censendum est de cæteris ministris, qui plurimum occupantur in negotiis publicis. Ita ille. Vnde P. Hurtad. *var.tom.2.tract.10. cap.9. n.140.* subdit hæc verba.

2. Hæc doctrina valde notanda est, cùm sit nimis conformis rationi, & sic Præsides Consiliorum, Consiliarij viri, & similes securè sunt excusati ab obligatione ieiunij; si enim Lectores, & Prædicatores deobligantur à ieiunio propter vnam lectionem, aut sermonem vnius horæ spatio durantem, cùm isti ministri spatio quinque, vel trium horarum assistunt tractantes negotia difficilia, & diuersa, obligati ad studendum, vt rectè decidant causas, multò magis excusabuntur non solùm diebus Consilij, sed etiam diebus festiuis, & feriatis; ita respondi interrogatus, antequam viderem auctorem istum. Huc usque Hurtadus, cuius doctrina esset etiam applicanda auditoribus Rotæ pro die in quo, vt Romæ dicimus informantur, & in die seq. in quo studeant.

Sup. hoc inf. in §. Respondeo. & §. Et ad illud, huius Res. & in aliis §§. eorũ annotationũ.

3. Et quidem Hurtadus pro sua firmanda sententia adducere poterat non solùm Pasqualigum, sed Lessium *l.4. cap.2. dub.6. num.43.* dicentem, omnes nequentes officio suo fungi cum ieiunio, etiamsi labor non sit nisi ingenij, exemptos iri ab illo, quia parum refert qualis sit labor, si non patitur secum ieiunij vsum.

4. Quo sit ait Sancius *in selectis disp.54 num.17.* excusatos iri iudices à ieiunio, dum ob magnam occupationem causarum defatigantur, aut defatigandos iri probabiliter arbitrantur. Non enim ab officio cessare constringuntur.

5. Itaque concedo Patri Pasqualigo, & Hurtado quod non solùm labor corporis, sed etiam labor animi, & solius ingenij sit incompatibilis, cum parum referat, qualis sit labor, si non patitur secum ieiunij vsum; quod præter Doctores citatos tenet etiam Bossius *var tom.2. titul.21. num 73.* Castrus Palaus *tom.7. disp.3. punct.2. §.5. num.10.* Ioseph Roccaful *in Praxi tract.mor.tom.2 lib.3. de præcept. Eccles. cap.9. num.162.* Layman *l.4.tract.8.cap.3.n.3.* Filliucius *tom.1. tract.27. cap.6.n.116.* asserentes parum referre an labor sit corporis, vel animi, si de facto cum ieiunio non potest consistere.

6. Non habeo itaque circa hanc doctrinam difficultatem, sed difficultas est, an labor Inquisitorum, Præsidum Consiliorum, & similium sit ita exemptus, vt cum ieiunio consistere nequeat. Hurtadus, & Pasqualigus asserunt. Ego non ita generaliter loquar, sed hoc prudenti confessario remittendum arbitror, qui considerabit vires, & complexiones vniuscuiusque in ordine ad laborem illum sustinendum, & secundum prudentiam determinabit, si cum ieiunio sit incompatibilis.

7. Ego quidem, vt dixi non absolutè liberarem à ieiunio omnes Inquisitores, Præsides Consiliorum, & Consiliarij Iudices magnæ Curiæ, Senatores, & Regentes alicuius Cancellariæ, & mihi constat vt plurimùm ferè omnes ex supradictis ieiunia obseruare, nisi quis ex aliquo motiuo, & causa particulari à confessario excusetur; vnde videtur per se loquendo, experientia teste, laborem supradictorum non esse ita improbum, vt non possit cum ieiunio sustineri ad exemplum Lectorum, & Prædicatorum, quod pro sua sententia adducit Hurtadum, *vbi supra.*

8. Respondeo negando id, quod ipse absolutè asserit, vt patet ex his, quæ, me citato, docet Angelus Bossius *tom.3. tit.21. n.78.* vbi firmat, non omnes regentes Cathedram excusari, sed tantùm illos, quorum labor est improbus, vel quia, ita debiles sunt, vt sufficienter studere non possint, vt lectionem explicent; & legant cum satisfactione.

9. Vide etiam Villalob. *in sum tom 1. tr.23 disc.4. n.5.* & Sanch. *in opusc.t.1.l.5.c.1. dub.13 n.8.* asserentes, quòd labor, qui in legenda quotidie vnica lectione inuenitur lenis est, & modicus, & compatibilis cum ieiunio.

10. Aliqui verò cum distinctione loquuntur, vt me citato tenet Leander, *de Præcept. Eccles. tract.5. d.8. quæst.116.* Vnde Pater Hurtadus non debebat adducere exemplum de lectoribus, vt absolutè adducit; Hinc Rocaful. *tom.2. lib.3. de Præcept. Eccles. capite nom, numero 163.* me citato, docet regulariter Doctores posse ieiunare, & qui dicunt, istos non teneri ieiunare, intelligendi sunt, quando commodè munus lectoris non possint exercere ieiunando, & *numero 178.* sic ait: Aduertes ex Diana, non omnes lectores excusandos esse; sed tantum illos, quorum labor magnus est; vel quia debiles ita sunt, vt non possint ieiunando studere, legere, & explicare lectionem, vt oportet; ergo nimis amplè, & absolutè exemplum de lectoribus adduxit.

11.* Et ad aliud exemplum de concionatoribus asserro non posse applicari in casu nostro, quia vt, me citato obseruat Leander, *vbi suprà, q.111.* concionatores quotidie concionantes nimis laborant ob vehementem agitationem corporalem, & ob fixam menti attentionem, quam necessario habent ad id munus rectè obeundum: Adde laborem in concione memoriter retinenda, quæ quidem non militant in Inquisitoribus, Præsidibus, Consiliariis, &c. pro ieiunio non o bseruando.

12. Labor enim esse non videtur ita improbus, non laborant agitando corpus, sed sedent, illa fixa mentis attentione ad suum munus exequendum non indigent, & dum alios audiunt, vel inter se negotia conferunt, loquuntur etiam hilariter de aliis negotiis indifferentibus ad relaxandum animum, & labor eorum est etiam interpollatus videlicet manè, & vesperè.

13. Ergo non videtur talis labor incompatibilis cum ieiunio, vt est labor concionatorum quadragesimæ, vt nituntur aduersarij probare: Nam de istis vt benè obseruat Leander *loco citato* id consuetudo declarat, & asserit; sed ego vt superius dixi contrarium asserro in exemplis allatis ab Hurtado, nam supradicti Præsides, Inquisitores, Consiliarij, &c. omnes ieiunant, nisi aliquis sit ita debilis complexionis, quod id facere non possit.

14. Vnde si argumentor contra Hurtadum, concionatores pij, & scrupulosæ conscientiæ statim, ac prædicant

prædicant in Quadragesima, relinquunt ieiunare; sed Inquisitores, præsides consiliorum, Consiliarij, &c. nisi ex alio capite excusentur in Quadragesima ieiunare; ergo consuetudo, & experientia demonstrat eorum laborem non esse cum ieiunio incompatibilem, vt est labor concionatorum. Ergo non videtur, vt vult Hurtadus absolutè omnes supradictos à ieiunio liberandos esse.

Ego nolo scrupulos injicere, alij iudicent, & me fudente prudentem, & pium confessarium consulant.

RESOL. XXVIII.

An Aduocati, & Procuratores teneantur ieiunare? Ex p.tr.9.Resol.12.

1a. AFfirmatiuè respondet Io. de la Cruz *in direct. conf.part.1.præcept.3. art.4.dub.9. concl.2.* & Ledesma *in sum. tom.2.tract.17. cap.2. concl.5.dub.3.* & Reginaldus *in praxi, tom.1.lib.4.c.17.n.216.*

2. Sed, quia Philiarchus *de offic.Sacerd tom.1.part.2. lib.1.cap.35.* & alij agunt de illis, sicut & de Concionatoribus, & Lectoribus: ideò, quod dictum est de illis, dicendum est de Aduocatis; nempe, vt de Lectoribus asserit Fagund. *præcep.4. lib.1.c.8. num.19.* non omnes esse excusandos; sed tantùm illos, quorum labor improbus: vel qui ita debiles sunt, vt sufficienter studere non possint, vt postea causis clientum satisfaciant: propterea dixit Ortiz *in summa, c.19.mand.2.num.15.* [No es obligado à ayunar el Iurista, que esta su cabeça de sua necida de estudiar.] Idem, quod dictum est de Aduocatis, dicendum puto de Procuratoribus.

RESOL. XXIX.

An qui viuunt ex officio scribendi, & vocer a quotidie scribit excusentur à ieiunio? Ex p.4.tr.4.& Misc.Resol.130.

1a. DE hoc casu ego olim interrogatus fui, & contra aliquos pro affirmatiua sententia tunc adduxi Ludouicum de San Iuan *in luce Sacerdotum, q. de ieiunio, art.7. diffic.8. appen.1.* vbi sic asserit. [Ha se de aduertir que los escritores que tienen por officio escriuir como los secretarios de los Reyes y otros que huuiere deste trabajo tambien entiendo que quedan escusados del ayuno, quando por la necessidad del negocio o apretura del tiempo son forçados, porque los que no saben escriuir, piensan que no es trabajo y en realdad de verdad es trabajo grande, porque aunque parece que solamente trabajan tres debos todos los miembros cãsan, como los dice Angles] *de ieiunio q.6.diff.1.*

Tres digiti scribunt, cætera membra dolent. Ita ille. Sed Ioannes Sanchius *in selectis disp.54.num.16.* putat, quòd scriba debeat consulere suam imbecillitatem.

RESOL. XXX.

An excusentur à ieiunio apud Typographos prælum versantes, & typos colligentes? Ex p.4. tract.4. & Misc. Resol.134.

1a. §.1. IAcobus Gordonus *in Theol.mor. tom.2. lib.6.q.18 cap.6.num.11.* non excusat à ieiunio typos colligentes, & meritò, quia non videntur grauem subire laborem; quoad verò versantes prælum, excusat cum formidine, sed ego absolutè sine vllo metu puto supradictos prælum versantes excusari à ieiunio cùm eorum labor improbus sit.

RESOL. XXXI.

An Scriptores, & Typographi compositores teneantur ieiunare.

Idem est dicendum de Notarijs, Magistris, Actorum Regum Secretarijs, & similibus.

Et an supradicti Typographi possint in diebus festiuis Characteres componere? Ex part. 8. tract.7. & Misc. Resol.56.

§.1. DE his peculiarem resolutionem facere volui, quia non parum laborauerunt in transcriptione, & impressione meorum operum: ideò puto probabiliter excusatos esse à ieiunio, ex dictis in superiori resol. & ita de illis indiuidualiter loquens docet etiam Ioan. Machadus *de Perfecto Confess.tom.2.lib.6.part.8. docum.4.n.2.* [La segunda obligacion consiste en acuriguar, si los que se ocupan en el exercicio de la impression esten excusados del ayuno. Para cuya intelligencia se ha de aduertir, que todos los Dotores conuienen, en que los Tiradores y Batidores estan escusados de la obligacion del ayuno; porque verdaderamente el trabajo que tienen es muy grande y incompatible con el ayuno. Queda pues dudoso si los Componedores esten escusados del ayuno, la mas probable, y recibida opinion es que no; porque el trabajo que tienen es leue, y muy compatible con el ayuno. Pero por la general concession, ò declaracion de Eugenio IV. en que indistinta, y vniuersalmente escusa de la obligacion del ayuno à todo los oficiales de qualquiera Arte, ò ministerio que sean; y lo cierto es, que aunque parece que el componer los characteres es oficio de poco trabajo por el poco exercitio corporal, no es tan pequeño, que no sea mayor, que el de los que escriuen, trasladan, y pintan, à los quales muchos Dotores los escusan, como veremos adelante, quando tratemos de sus obligaciones. Demas de que para complir con sus jornada les es fuerça madrugar mucho, y velar, con que affligen la cabeça, y enflaquecen el estomago, causas per si bastantes para escusarlos del ayuno, segun doctrina comun de los Dotores.] Sup. contẽto in hoc §.1 in Resol. prætereita. & pro superiori Resol. contenta ad lin.5. huius textus hic est inf.35.

2. Et paulo pòst, *docum.5.* loquens de scriptoribus sic ait. [Porque ay muchas personas en la Republica, que por razon de su oficio, y ministerio, ò por ocupacion continua se ocupan, y gastan lo mas del dia en escriuir, ò trasladar como son los escriuanos; escriuientes &c. me ha parecido mui necessario hazer particularmẽte documento, y aueriguar en el dos cosas, que son sus particulares obligaciones; pero muy justo, que ni ellos, ni el Cõfessor las ignoren. La primera es si todos estos por razon del trabajo de escriuir se excusen de la obligacion del ayuno. Para cuya inteligẽcia se ha de aduertir, que esta es question muy reñida entre los Dotores, y de que sienten variamente. Algunos afirman, que estan obligados al ayuno; juzgando, que el trabajo del escriuir no es de su naturaleza incompatible con el ayuno. Otros quieren, que este juizio se dexe à la conciencia de cada vno, que consideranda su complexion, y fuerças determine si le sea demasiada descomodidad el del ayuno. Pero graues Autores defienden absolutamente, que todas las personas que por oficio, y ocupacion se ocupan lo mas del dia en el ministerio del escriuir, ò por gusto, ò por interes, se escusan de la obligacion del ayuno; y la razon es, porque no se puede negar, que sea accion trabajosa el de escriuir por si, ò trasladar; y lo prueuan con el modo ordinario de dezir, Sup. contẽto in hoc §. sup. in Resol.29.

Tres digiti scribunt, cætera membra dolent.

Hucusque Machadus, vnde idem dicendum videtur de Notarijs, Magistris, Actorum Regum Secretarijs, & similibus. Sup. his in Resol. not. prætereitæ.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 5. Resol. 2. in principio.

3. Sed an dicti Typographi possint in diebus festiuis characteres componere, nominatim contra me negatiuè respondet P. Pasqualigus *decis.* 149. *num.* 5. sed nostram sententiam tanquam probabilem admittit Machadus *vbi suprà n.* 1. & Trullench. *in Decalogum, tom.* 1. *l.* 3. *cap.* 1. *dub.* 8. *n.* 5. & 6.

RESOL. XXXII.

An sutores excusentur à lege ieiunij. Ex part. 1. tract. 9. Res. 7.

§. 1. NEgatiuè respondet Toletus *lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 5. Sed Villalob. *in sum. tom.* 1. *tract.* 23. *diff.* 14. *n.* 7. putat, hoc remittendum esse ad arbitrium boni viri, qui malè citat Azorium *p.* 1. *lib.* 7. *c.* 17. *q.* 8. hoc etiam asserentem: nam ipse absolutè in illo loco excusat sutores à ieiunio; neque id remittit arbitrio boni viri: nam dicta ars videtur laboriosa: & ita etiam docet contra Toletum, Lessius *lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 6. *n.* 43. Reginaldus *in praxi, tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 17 *sect.* 2. *n.* 16. Bonacina *de leg. disp. vlt. q.* 1. *par. vlt. n.* 10. Layman *in Theol. mor. lib.* 4. *tract.* 8. *c.* 3. *num.* 3.

RESOL. XXXIII.

An sartores, & barbitonsores, & pictores teneantur ieiunare?

Et quid est dicendum de figulis, argentariis, textoribus fullonibus, cementariis, pistoribus, coriariis, & aliis in labore similibus? Ex p. 1. tr. 9. Res. 8.

Sup. doctr. huius Res. leg. inf. Res. 35. & signanter sup. his in Res. 34. §. pen. & vlt. & ex Res. 70. §. Nota.

§. 1. COmmuniter DD. affirmatiuam sententiam docent. Ita Filliucius, & Bonacina, *vbi suprà*, Raguccius *in vas. Eccles. disciplin. præcept.* 7 *q.* 30. *num.* 9. Molfesius *in sum. tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 4. *num.* 43. Lessius *lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 6. *n.* 43. Azorius *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *q.* 8. Villalobos *in sum. tom.* 1. *tract.* 23. *diff.* 3. *n.* 7. Layman *in Theol. mor. lib.* 4. *tr.* 8. *c.* 3. *n.* 3. Tannerus *in* 2. 2. *disp.* 3. *q.* 3. *dub.* 5. *n.* 102. Reginald. *to* 1. *lib.* 4. *c.* 17. *n.* 216. Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. part.* 1 *præcep.* 3. *art.* 4. *dub.* 9. *concl.* 2. & alij: vbi docent, excusari à ieiunio figulos argentarios, textores, fullones, cæmentarios, pistores, coriarios, & alios in labore similes; non autem sartores; pictores, & tonsores; quia huiusmodi artes non sunt ita laboriosæ: nam in his exercitationibus est paruus corporis motus, & per consequens parua virium resolutio, quæ ad restaurationem substantiæ exhaustæ non requirat frequentem cibi sumptionem, vt à ieiunio possint excusari. Neque obseruat Reginaldus in contrarium vrgere posse priuilegium Eugenij IV. quia ipsum nihil habet, per quod tales eo comprehendi censeri possit, vt patet consideranti illius tenorem.

2. At his non obstantibus, Fagund. Theologus Societ. Iesu *Præcept.* 4. *lib.* 1. *c.* 7. *n.* 15. & 16 *in fin.* ex Ledes. 3 *part. q.* 17. *art.* 3. *dub.* 9. contrariam docet sententiam, quam adducunt, & non improbant, Filliuc. *tom.* 2. *tr.* 27. *p.* 2. *c.* 6. *n.* 117. & Bonac. *de leg. disput. vlt. q.* 1. *punct. vlt. n.* 12. Probat autem Fagundez hanc sententiam, nempe sartores & barbitonsores non teneri ad ieiunium ex dicto priuilegio Eugenij IV. vbi putat, Pontificem omnes artifices indiscriminatim excusare, siue eis concedendo priuilegium non ieiunandi, siue declarando eos non comprehendi in lege ieiunij.

RESOL. XXXIV.

An mulieres, quæ pretio conuento pannos sordidos lauant, vulgo dictæ Lauanderas, *excusentur à ieiunio?*

Et difficultas est in die, In quo complicant supellectilem, seu pannos mundatos?

Et quid est sentiendum de quocumque alio domestico exercitio mulierum, quale est nere, consuere, & huiusmodi exercitia in quibus multoties totam diem insumunt?

Et notatur Religiosos fratres laicos, quando lauant pannos sordidos Conuentus; vel Ecclesiæ, & faciunt laxiuium, vt vulgo dicitur, non excusari à ieiunio, quia non laborant non solum, per maiorem partem diei, sed neque per dimidiam.

Et an sartores si tota die laborent excusentur à ieiunio?

Idem est de pictoribus, & barbitonsoribus, si per totam diem laborent, secus si per aliquam diei partem. Ex part. 10. tract. 15. & Misc. 5. Res. 37.

§. 1. REspondeo affirmatiè, quia laborant per maximam partem diei cum magna defatigatione ex continuo, & violento motu scapularum, brachiorum, & capitis: Et præsertim illas à ieiunio excusarem in hieme. Sed difficultas, est in die in quo complicent supellectilem, seu pannos mundatos. Et affirmatiè respondet Pater Pasqualigus, *decis.* 94. *n.* 2. Sed eius opinioni non assentior, sicuti non assentitur Leandrus *de præcept. Eccles. tract.* 5. *disp.* 8. *q.* 82. quia labor huius exercitij de se est leuis, vt constat. Deinde insumitur in illo breuissima pars diei, siquidem in matè insumi potest vna hora, & altera ad vesperam; ergo non est sufficiens ad tollendam obligationem ieiunij. Addo quod si prædictum exercitium sufficeret ad deobligandas mulieres à ieiunio à fortiori esset sufficiens quodcumque aliud domesticum exercitium, quale est nere, consuere, & huiusmodi exercitia in quibus multoties totam diem insumunt. At hæc non excusant à ieiunio: vt fatetur ipsemet Pasqualig. *decis.* 307. *n.* 2. & ante illum Sanchez *lib.* 1. *consil. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 7. ergo minus excusabit illud. Nota, quod ego non puto nostros Fratres laicos, quando lauant pannos sordidos, & faciunt laxiuium, vt vulgo dicitur, excusari à ieiunio, quia non laborant non solum per maiorem partem diei, sed neque per dimidiam. Ergo.

2. Nota hic obiter dictum Leandrum, *quæst.* 89. excusare sartores ab obligatione ieiunandi si tota die laborent, vt solent, quia Eugenius IV. expresè declarauit omnes artifices, vel opifices, suas artes exercentes, ad ieiunia sub peccato mortali non teneri: at sic est quod sub nomine artificum, etiam comprehenduntur sartores: ergo.

3. Non valet responsio Pasqualigi dicentis Pontificem loqui de artificibus qui exercent artes laboriosas. Quia contra est, Primò, quia hoc non testatur Naurus, qui dictam declarationem refert *cap.* 21. *num.* 16. cùm absolutè dicat Pontificem declarasse, solutos esse à ieiunio, opifices suas artes exercentes, &c. Secundò, quia de iis, qui exercent artes laboriosas, vt argentarij, agricolæ, fossores & similes, non potuit esse dubium, an illi tenerentur ad ieiunium, cum de se constaret, ad id non teneri: de aliis ergo artificibus debuit dari declaratio. Et hanc sententiam probabilem ego puto; & idem dicendum videtur de pictoribus si per totum diem laborant, secus si solùm per aliquam diei partem. Ita Leandrus, *quæstione* 82. qui etiam *quæst.* 80. idem dixerat de barbitonsoribus laborantibus per integrum diem, & non per aliquam diei partem.

RESOL. XXXV.

An omnes artifices, qui in Republica laborant, excusentur à ieiunio indiscriminatim?

Et

Et quid de piscatoribus, & venatoribus? Ex p.8.tr.7.& Misc.Res.55.

§.1. NEgatiuè respondent communiter Doctores: sed ego *in part.1.tract.9. resol.8.* adduxi paucos qui ex Bulla Eugenij IV. affirmatiuæ sententiæ adhærebant, quam nouissimè, me citato absolutè in eorum doctrina docere Ioannem Machadum *de perfecto Confess. tom.2.lib.6.part 8.tr.7. docum.5. n.1.& seq.* vbi sic asserit: [Aunque se halla tanta variedad de opiniones en esta materia, acerca de aueriguar, que genero de Oficiales esten escusados del ayuno, y quales no: con todo esso puede seruir de regla general vna doctrina de Dotores muy graues, canonizada per Eugenio Pontifice Quarto, que absolutamente sentia que todos los Oficiales que en la Republica trabaxan corporalmente estan escusados de la obligacion del ayuno, sin auerigar si el trabaxo es incompatible; ò no con el, lo qual como digo, afirman los Autores citados, que declarò Eugenio Quarto, concediendolo por priuilegio, ò declarando que semeiantes personas no se comprehendian en el præcepto del ayuno.

3. De todas las demas que en la Republica se ocupan trabaxando corporalmente, como lo moços de los Mercaderes, y Especieros que dan recaudo, los Taberneros que venden el vino las mugeres que estan en essa plaça vendiendo, y pesando todo el dia, y los que andan por essas calles vendiendo: y finalmente de todos aquellos que se sustentan con trabaxo corporal, no tratan generalmente los Dotores, fuera de los que tengo citados, porque sobre cada persona destas hazen pleyto, y question particular de si el trabaxo es incompatible, ò no con que siempre queda la puerta abierta à dudarlo: Y assi digo tambien, que por loque yo he podido deduzir, en esta materia de las doctrinas singulares de los Dotores; però muy probables, y dignas de estimacion prorsus du enños, y per estar fundadas en la declaracion del Pontifice Eugenio Quarto, se puede seguramente seguir, que no solamente los Oficiales que en la Republica tienen oficios, y trabaxan de manos, tambien todas aquellas personas que se sustentan, y viuen trabaxando de ordinario corporalmẽte, estan escusados del ayuno por el priuilegio, ò declaració de Eugenio Quarto codos los demas oficiales; porque é vnos y otras militia vna razõ, y a vezes mas en algunos de estos que aquellos.] Ita Machadus.

4. Sed ego licèt teneam, artifices, quorum labor non est grauis, nec incompatibilis cum ieiunio non excusari tamen puto cum Trullench *in Decalog.to.1.lib.3. cap.1. dub.7. num.9.* contrariam sententiam Machadi & aliorum, non esse improbabilem, & sic secundùm hanc sententiam pictores sutores; barbitonsores, &c. excusantur à ieiunio. Idem docet Machadus *vbi suprà, n.9. docum.* 11. de piscatoribus, & venatoribus. His tamen non obstantibus noster P. Pasqualigus asserit supradictam Bullam Eugenij IV. loqui tantùm de exercentibus artes laboriosas.

RESOL. XXXVI.

An fossores, ferrarij, & similes qui excusantur à ieiunio, teneantur ieiunare vno, vel altero die, quo non laborant? Ex p.1. tr.9.Res.9.

§.1. IN arbitrio prudentis viri definiendum esse putat Medina *in sum. lib.1.c.14. §.10.* & Syluius *in 2.2. D. Thom.q.187.a.4.* & Villalob. *in sum. to.1.tr.23. dispr.4.n.9.*

2. Sed ego absolutè censeo dictos artifices non teneri illis diebus ieiunare: quia huiusmodi viri non sunt ita ieiunio assuefacti; & ideò maximè affligerentur, si ieiunare tenerentur. Deinde indigent viribus ad laborem sequentium dierum, & laboribus præteritis adhuc fessi, & debilitati remanent. Et ita nobiscum sentit Ioan. de la Cruz *in director. conscient. part.1. præcept 3 art.4 dub.9. conclus.1.* Azorius *tom.1 lib.7.c.27. quæstio.8.* Fagundez *Præcept.4. lib.1.cap.8. num.16.* & alij.

RESOL. XXXVII.

An in anno sequenti 1632. cum vigilia S. Mathiæ veniat in vltimo die Bacchanalium, possit Episcopus transferre tale ieiunium in Sabbatum præcedens? Ex part.3. tract.6.& Misc.2.Res.66.

§.1. AD hunc casum ita respondet Layman *in Theol.mor. lib.4 tract 8. cap 3.n.9.* si ieiunium ab Ecclesia præceptum incidat in festum solemne, peculiariter in aliqua diœcesi vel ciuitate celebrari solitum, potest auctoritate Episcopi ieiunium in alium, v.g. præcedentem diem transferri. Qua etiam ratione fortasse aliquis respondere poterit, si vigilia sancti Mathiæ incidat in feriam secundam, vel tertiam Quinquagesimæ, & iustam fore causam vt Episcopus tale ieiunium in præcedens Sabbathum transferat, si animaduertat, homines huius loci ita comparatos, & ad intemperantiam iis diebus proclines esse, vt plurimi (nisi dicta commutatio fiat) ieiunium violaturi sint, etiam cum carnium esu non sine scandalo; si quidem ob specialẽ causam pro vna vice in lege vniuersalis ieiunij dispensare, aut commutare, ad Episcopum pertinere debet, cum eius officium sit spirituali subditorum saluti inuigilare, scandala infirmorum tollere, &c. Sic Layman, & alij viri docti, quorum sententia forsan alicui probabilis videbitur, non obstante quòd sine esu carnium, esset violandum dictum ieiunium. Nam militat etiam ratio communionis supradictæ; ad vitandum scilicet peccatum, licet fractio ieiunij cum esu carnium sit grauius peccatum.

Sup. hoc in tom 3. tr.3. Res.88 §. verum paulò post initium à verb. ad vero, & leg. doctr. alterius Res. eius primæ nor. & si vacas otio, etiam aliarum eius annotationum.

RESOL. XXXVIII

An in Vigilia Pentecostes sit saltem ex consuetudine sub præcepto ieiunandum?

Et alij casus circa ieiunium refelluntur de vigilia S. Ioannis Baptistæ, S. Laurentij, & omnium Sanctorum, Quatuor temporum.

Et quæritur an quando in Sabbatho incidit aliquod Festum ex solemnioribus licitum sit vesci carnibus?

Et an in diebus, in quibus prohibentur ova, licitum sit comedere panem biscoctum, in quacumque magna quantitate secluſa etiam consuetudine?

Et an in comedendo post mediam noctem quando subsequeretur ieiunium aut ante mediam noctem in die ieiunij detur paruitas materiæ excusans à fractione ieiunij videlicet infrà spatium vnius horæ?

Et an si quis, dum cœnat audiret pulsus designãtes mediam noctem, non teneatur cessare à Cœna, si die sequenti ieiunare teneatur, sed possit complere cœnam iam captam?

Et an in vltima nocte Bacchanaliũ licitum sit differre cœnam vsque ad tertiam horam post mediam noctem? Ex part 10. tract.16.& Misc.6.Res.18.aliàs 17.

§.1. NEgatiuam sententiam tenet Grana *in 2. lib. decret. de feriis, tit.9. num.12.* Per hæc verba: sic similiter ieiunium non est de necessitate post Pascha Resurrectionis vsque ad Pencostem, sed si de facto deuotione, & volũtate pœnitẽtiæ causa in Vigilia

Pentecostes fiat, admittitur, quamuis ex necessitate fieri non debeat iuxta reg. *in cap. ieiunium. §. non autem 76. dist.* cap. *prorogationis de consc. dist.* 3. Ita ille. Cui addit P. Pasqualigum *in Praxi de ieiunio decis.* 171. *num.* 3.

2. Sed prorsus talem sententiam esse reiiciendam ego existimo, cùm sit contra communem sententiam Doctorum & contra praxim, & consuetudinem totius Ecclesiæ; Vnde acriter contra Pasqualigum insurgit Pater Bordonus; omninò videndus *in Miscellaneis, decis.* 95. *per totam*, vbi respondet ad omnia eius argumenta, & ideò hanc sententiam etiam nominatim contra Pasqualigum firmat nouissimè Leander *de Præcept. Eccles. tr. 5. disp. 7. q. 11.* qui etiam *quæst.* 12. idem dicendum putat contra eundem Pasqualigum *decis.* 172. de ieiunio in priuilegio S. Ioannis Baptistæ, S. Laurentij & omnium Sanctorum & qui 6. & 7. contra eundem *decis.* 169. idem merito firmat de omnibus ieiuniis quatuor temporum, etiam de illis, quæ celebrantur in hebdomada Pentecostes, est igitur in his opinionibus doctus, & amicissimus Pasqualigus deferendus; qui *decis.* 176. *num.* 6. quærit, An quando in Sabbatho incidit aliquod festum ex solemnioribus, licitum sit vesci carnibus? & respondet, licet ex cap. *quin dies de consecrat dist.* 5. Nam ibi dicitur, Sabbato abstinendum à carnibus, nisi eo die maior festiuitas interueniat. Sed praxis hoc ad Natalem Domini coarctauit. Sic ille ibi, & bene. Sed Leandrus *vbi suprà q.* 18. alloquens Pasqualigũ sic asserit: Vnde scis, mi Pasqualige, quod hæc praxis, & hæc consuetudo obliget ad mortale? Vnde, cum nescias; an introducta fuerit cum animo se obligandi? Vnde cum sit contra expressum ius semper dicens: posse in Sabbato interueniente maiori festiuitate, carnibus vesci? Si dicas, quod hoc scis ex praxi omnium fidelium, & ex communi Doctorum sententia id docente, & sentiente, id ipsum dic de consuetudine ieiunandi in Quatuor temporibus anni, in Vigiliis Pentecostes, & in Vigilia S. Ioannis Baptistæ, S. Laurentij, & omnium Sanctorum: non enim est maior ratio vnius, quam alterius, vt constat. Hæc Leandrus Dicendum est igitur in supradictis ieiuniis esse ratione consuetudinis sub peccato mortali ieiunandum, vt ieiunatum fuit vsque adhuc in Ecclesia Dei ab omnibus Pontificibus, Episcopis, Religiosis, & à toto populo Christiano.

Sup. hoc in Resol. 49. signanter ad lin. 4. in Res. 118 §. vlt in principio.

3. Nota verò, quod dum hæc scriberem interrogatus fui per literas, an in diebus, in quibus prohibentur oua, licitum sit comedere panem biscoctum, in quacumque magna quantitate, secluſa etiam consuetudine Et adducebant pro parte affirmatiua Patrem Pasqualigum *decis.* 85. *num.* 3. Sed ego respondi negatiuam sententiam prorsus sustinendum esse, & solidissimis rationibus adductis à Leandro *vbi suprà tr. 5. disp. 3. q.* 18. in quibus patet responsio ad argumenta, quæ pro se adduxit Pasqualigus, & in Primis putat Leandrus, falsum esse, quod in pane biscocto nullum vestigium ouorum remaneat, aut appareat; remanet namque, vt pars constitutiua talis panis; & appareat, non solum gustui, vt experimur, verum & visui, vt omnes, qui vident, vident. Ex quo clarè sequitur oppositum, quod intendit Pasqualigus nempe, quod non solùm in magna quantitate, vt ille volebat, verum nec in parua, liceat vti pane biscocto, in diebus, in quibus prohibita sunt oua, nisi alias alicubi consuetudo vigeat. Deinde falsum est quod prædictus auctor adiecit, videlicet, quod licet quantitas ouorum sit notabilis seorsim sumpta, tamen immixta pani ita exigua, & absorpta in illo reddatur vt nunquam censeatur quis vesci ouis. Hoc enim falsissimum esse, ipsa etiam experientia testatur; cum maiori quantitate ouorum, manente eadem quantitate farinæ; maior in quantitate panis biscottus fiat, quod non contingeret, si quantitas ouorum absorberetur in substantia panis. Tandem etiam est falsissimum, quod non prohibeantur oua, nisi prout sunt moraliter oua, hoc est non mixta, & imbibita in substantia panis, aut aliorum ciborum. Tum, quia oua prohibentur absolutè, & simpliciter, sine limitatione. Tum etiam, quia oua mixta, cum substantia panis, sunt, & remanent in illo, moraliter oua, non integra sicuti erant antequam contererentur, & ex ipsis fieret, quasi vna massa, & misce. entur cum farina, sed quasi abscondita propter, admixtionem cum substantia panis. Ita Leandrus *vbi suprà*, qui plures alios Doctores, me etiam citato, adducit nec aliter sentiendum esse puto. Et tandem notandum est hic obiter, non esse admittendas aliquas alias sententias Pasqualigi. Nam primò asserit *decis.* 155. quod in comedendo post mediam noctem quando subsequitur ieiunium, aut ante mediam noctem, in die ieiunij datur paruitas materiæ excusãs à ieiunio, videlicet infra spatium vnius horæ Secundò asserit *decis.* 160. quod si quis dum cœnat audiret pulsus designantes mediam noctem, non tenetur cessare à cœna, si die sequenti ieiunare teneatur; potest cõplere cœptam. Tertio asserit *dec.* 161. quod in vltima nocte Bacchanalium licitum sit differre cœnam vsque ad tertiam horam post mediam noctem, qui tamen addit, quod licet hoc videatur sibi probabile, non vult tamen aliquid determinare, sed aliis ponderandum relinquit. Verùm has opiniones prorsus refellendas esse puto, sunt enim contra omnes Doctores, & contra praxim & communem sensum omnium fidelium: & ideò meritò aduersus illa insurgit nouissimè P. Leandrus *tr. 5. d. 6. q.* 28. 29. & 30. in quibus solide respondet ad omnia argumenta Patris Pasqualigi, qui miror, quomodo tum facilè dilater, & protrahat vltimum diem Bacchanalium pro ludis, saltationibus, & potationibus, & postea tam acriter insurgat contra Eminentissimum Card. de Lugo, eo quod anticipauit diem Natiuitatis in Capella Papali pro Missa in illa nocte celebranda ante Pontificem.

RESOL. XXXIX.

An prælatus, qui per aliquod tempus exercet, v. g. munus Gubernatoris, teneatur seruare ieiunium, vel dies festos illius loci?

Quod idem accidit in Scholaribus, Prætoribus, Præfectis, Castellanis, famulis ad tempus seruientibus, & similibus qui omnes ad patriam redire semper cogitant, & de Militibus, qui stant in præsidiis.

Et quid est dicendum de aduenis, peregrinis, hospitibus, extraneis, & similibus, ad quemcumque locum confluentibus & ibidem per multos annos, aut per maiorem partem anni residentibus cum animo tamen semper ad patriam suam redeundi; an inquam ligentur legibus, præceptis, & consuetudinibus illius loci; vel secluso scandalo non teneantur ad ieiunia, Festa colenda, & Missam audiendam, ad quæ vel vi legis, statuti, præcepti, voti, vel consuetudinis illius loci adstringuntur cives, atque omnes ibi perpetuum habentes domicilium? Exp. 10. tr. 13. & Misc. 3. Res. 37.

§. 1. NEgatiuè respondet Bernardus Barilis, *tract. de Lege municipali in aduenas Disquis.* 1. §. 4. *num.* 37. vbi sic ait: Quod quidem continuo accidit in Scholaribus Prouinciarum Gubernatoribus, Oppidorum Prætoribus, & Præfectis, Castellanis, famulis ad tẽpus seruientibus, & similibus, qui omnes ad Patriam redire semper cogitãt: vnde prædictos omnes ex ea mora, quam contrahunt, dum in tali officio suo fungũtur munere, in eodem loco domicilium sortiri nullo modo dici potest, quamuis ibi residendo peruenirent etiam (vt ita dicam) ad Nestoreos annos ac proinde non ligantur legibus, & consuetudinibus eius loci, vbi

vbi temporaneam habitationem habent. Ita Baldus *part.1. conf.393. incipient. Punctus talis, num.2. & part.5. conſil.196.* & Bartolus *in leg. Cornelia lex. §. damnum, ff. de iniur. & fam. lib.* Farinacius *Fragm. crim. part.1.num.215. lit.D.* & Praxis noua Epiſc. *num.222.* Stephanus Gratianus *diſcept. Forenſ. cap.181. num.4.* & quos ſequitur Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.4. num.29.* Et ratio eſt, quia non ſimplex habitatio, & bonorum emptio; ſed habitatio ſimul cum animo perpetuò commorandi domicilium, & incolatum facit *leg. Libertus, §.5. ſola ratio poſſeſſionis, & §.13. ſola domus, ff. ad municip. & ibi* Bartolus, *leg. Cum neque, Cod. eodem,* & fusè Crauetta, *conſ.101.n.10.* Vide ad conſtituendum domicilium requiritur vna cum habitatione, animus, ſiue declaratio expreſſa voluntatis ibi perpetuò reſidendi. Ita Barilis, qui paulò poſt, *num.40.* hæc ſubdit: Ex ſupradictis quantum facile, & ſtabilitis colligitur, Aduenas Peregrinos, Hoſpites, Extraneos, & ſimiles, ad quemcumque locum confluentes, & ibidem per multos annos reſidentes, cum animo tamen ad Patriam ſuam redeundi, minimè ligari, legibus, præceptis, & conſuetudinibus illius loci: & ſecluſo ſcandalo; non teneri ad ieiunia, abſtinentias, feſta colenda, Miſſamque audiendam, ad quæ vel vi legis, vel conſuetudinis, illius loci adſtringuntur Ciues, atque omnes ibi perpetuum habentes domicilium: & hoc ex defectu domicilij; quia per ſolam moram non contrahitur domicilium, licèt longa ſit mora, vt iam fuſiùs probatum eſt, Iuribus ſuprà allatis. Hinc fit, quod familiares Realis Celſitudinis Sabaudiæ, dum Camberij moram trahunt, quamvis ibi eſſent (vt ibi dicam) ad longiſſimum tempus; ſuppoſita tamen in illis continua ad Patriam reuertendi voluntate, ſecluſoque ſcandalo, ad ieiunia, abſtinentias, Feſta ſanctificanda, Miſſamque audiendam, & ad alias quaſcumque obligationes, quas, vel vi ſtatuti, aut conſuetudinis, ſiue præcepti, ſiue voti Ciuitatis etiam de conſenſu, aut de mandato Diœceſani ſuſceptas omnes Ciues, & ibi domicilium habentes perpetuum, integrè obſeruare adſtringuntur; nullo iure teneantur. Quare triduanam illam ab eſu carnium abſtinentiam ante Dominicæ Aſcenſionis diem, quæ ſacra ibi ratione inueteratæ conſuetudinis ſingulis annis inuiolabiliter à Ciuibus obſeruatur, Aduenæ, vt pote exempti, & immunes (remoto itidem ſcandalo) ſeruare non obligantur iuribus, & rationibus ſuprà allatis. Ita ille; & poſt illum Paſqualigus *in Prax. de Ieiunio, deciſ.189.190.& 198.*

2. Sed aduersùs illos inſurgit nouiſſimè Leandrus *de Præceptis Eccleſiæ, tract.1. diſp.3. q.12. & 13.* Quia præfati Vrbis Prætores, & Officiales dato quod non acquirant domicilium, ob rationem à contrariis datam, acquirunt quaſi domicilium, vt omnes concedunt: at hoc ſufficit ad hoc, quod prædicti teneantur ad feſta, & ieiunia peculiaria oppidorum, in quibus habitant, vt rectè probant Suarez, Sanchez, & Baldellus, *loc cit.* ergo. Secundò, quia cum Præfecti, & Officiales Vrbium exerceant regimen illarum, neceſſe eſt, vt ſe ſubditis conforment; ſi velint hos obſeruatores legum, & conſuetudinum Vrbium: *Qualis enim Rector ciuitatis, ita & populus.* Tertiò: quia abſurdum eſt: quod capita non ſe conforment membris: vt habetur, *cap. Non dec. diſt.12. & cap. Nolite, diſtinct.11.* & alibi: ſed ſic eſt, quod Præfecti, & Prætores Ciuitatum, ſunt capita ſuæ Communitatis: ergo eiſdem obligationibus debent ſubeſſe, ac ipſa ſubeſt. Et idem dicendum videtur de militibus, qui ſtant in Præſidiis, aut fortalitiis; de Peregrinis, vel Aduenis diù degentes Romæ, quia tenentur ad Feſta, & ieiunia, & alias Leges proprias Vrbis Romæ.

3. Ergo vt verum fatear, huic ſecundæ opinioni Patris Leandri magis adhæreo; quia Aduenæ manentes in aliquo loco maiori anni parte, tenentur ad ieiunia propria illius loci; vt tradit Felinus, & alij, & ego olim docui *in part.1. tract.9. reſolut.2.* Tamen, his non obſtantibus non audeo opinionem Barilis, & Paſqualigi tanquam improbabilem damnare. Vide etiam Medinam; *Cod. de Ieiunio, q.10. in initio,* Ledeſmam *p.2. quæſt.17. art.3. verſ. Tertio dico,* & alios. Itaque vt dixi, ego puto vtramque ſententiam probabilem eſſe, licèt affirmatiuam Leandri, & aliorum probabiliorem exiſtimem; & ideo ego illi adhæream.

Quæ hic eſt inf. Reſ.46, & in aliis eius not. & ſup. in has ipſamet Reſ. ad med. Ver. Ex ſup. dictis.

RESOL. XL.

An ieiunium indictum ab Epiſcopo pro certo die vel fixa lege, & Conſtitutione, obliget Regulares?

Et quid ſi in aliqua Ciuitate, vel loco recepta ſint generali conſuetudine nonnulla ieiunia, an ea quoque obligent Regulares?

Et docetur Regulares teneri obſeruare dies feſtos indictos ab Epiſcopo, & hoc ex Concilio Tridentino. Ex p.1. tr.9. Reſ.36.

§.1. AFfirmatiuam ſententiam docet Villalobos *in ſum. tom.1. tract.23. diff.5. n.6.* vbi ſic aſſerit: [Tengo por cierto, que ſi el Obiſpo dieſſe vn dia de ayuno en vn lugar, tendrian los Religioſos, que alli viuen, obligacion de guardale: porque, aunque el Obiſpo no es Superior, quoad vim coactiuam; tienen obligacion à conformaſe con los demas.] Vnde Regulares tenentur obſeruare dies feſtos indictos ab Epiſcopo: ergo & ieiunia.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. §. Sed, curſim in fine, & inf. in Reſol. 59. §. videndum, paulo poſt initiū, & in tom.7. tr.1. Reſ.32. § Saltim, ante med. &c.

2. Sed contrariam ſententiam ſecluſo ſcandalo meritò docet Suarez *de legib. lib.4. cap.10. n.8.* Azor. *p.1. lib.7 c.30. q.2.* Fagundez *Præcep. 4. lib.1 c.7. n.4.* Llamas *in ſum. p.1 c.5. §.28. in fin.* vbi ait, [Ieunia impoſita ab Epiſcopo religioſos non obligant, vt patet argumento Concilij Tridentini, vbi Regulares obligans ad obſeruationem feſtorum, quæ Epiſcopus in ſua Diœceſi ſtatuerit obſeruanda, non obligauit neque mentionem fecit ieiuniorum.] Vnde patet reſponſio ad contrarium argumentum. Notandum eſt tamen, quod ſi in aliqua ciuitate, vel loco recepta ſint generali conſuetudine, nonnulla ieiunia, ea quoque obligant Regulares. Ita DD. citati.

Sup. hoc leg. doctr. Reſol. ſeq. & inf. ex Reſ. 59. §.2. & §. vlt.

RESOL. XLI.

An Religioſi teneantur ad ieiunia ex voto emiſſa à populo locorum, vbi habitant?

Et infertur exiſtentes intra Monaſterium aliquod Regularium non teneri ad ieiunia propry territory cuius eſt incola.

Et docetur de ieiuniis ab Epiſcopo in Synodo indictis Regulares ad illa non teneri.

Et notatur Regulares exiſtentes Mediolani in primis quatuor diebus Quadrageſimæ teneri ad ieiunium, ſi morantur in ſuis Monaſteriis; ſecus autem ſi exiſtant in domibus ſecularium; quia vnuſquiſque poteſt ſe transferre à ſua Parochia, vbi ieiunatur, ad Parochiam, vbi non ſeruatur ieiunium, & ibi non ieiunare.

Imo additur Regulares poſtea in diebus Rogationum exiſtentes in ſuis Monaſteriis non teneri ad ieiunium, ad quod tenerentur, in illis diebus cæteri Mediolanenſes, ſicuti v.g. Cremonenſis exiſtens Mediolani in primis quatuor diebus Quadrageſimæ & comedens carnes, poſtea exiſtens Cremonæ in diebus Rogationum non teneretur in illis ieiunare. Ex p.9. tract.7. & Miſc.2. Reſ.14.

Sup. hoc in Resol. præter. §. vlt. inf. in Resol. 39. §. Confirmatur. & §. vlt.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Bordon. *tom.* 1. *resol.* 18. *n.* 5. aliique viri docti consulti à P. Pellizar. quorum sententiam ipse probabilem putat *in Man. Reg. tom.* 1. *tr.* 5. *c.* 5. *q.* 21. *n.* 52. dicens. [Quòd non est semper verum sentientem commodum, debere sentire & onus; sed solùm in casu quo onus est inseparabile à commodo, (quod vtique non procedit in casu nostro.) Sicque Regulares fruuntur beneficiis, & commoditatibus ciuitatum, in quibus habitant: & tamen non subsunt oneribus, impositionibus, talliis, ac vectigalibus. Tum, quia negari potest, ac debet Regulares exemptos teneri obedire Episcopis in omnibus, quæ lege synodali præcipiuntur, & non derogant regulari disciplinæ. Tum quia, si detur Regulares teneri ad dicta ieiunij approbata ab Episcopis iam ipsi subiacebunt iurisdictioni illorum, etiam in casibus non exceptis; quod est contra immunitatem ipsorum personis competentem ex pluribus priuilegiis *alibi* referendis. Ita Pellizar. Vnde si standum esset in hac sententia, sequeretur, quòd Panormitanus, v.g. obligatus ex voto populi ieiunare in vigilia Conceptionis, B. Virginis, si illo die extaret in domo Patrum Iesuitarum, vel Theatinorum non esset obstrictus ieiunio & posset ibi comedere carnes; quod probatur ex doctrina Henr. Azorij, & Bonac. quam sequitur Pasqualigus *in praxi de ieiunio, decis.* 212. *n.* 1. & quam non impugnat Pellizar. *vbi suprà n.* 59. asserens existentem intra Monasterium aliquod Regularium, non teneri ad ieiunia propria territorij, cuius est incola: nam locus exemptus æquiparatur alieno territorio; & aliàs delictum commissum in loco exempto est extra ordinarij iurisdictionem, *cap.* 1. §. *Nunquid de priuileg. in* 6.

Sup. hac cõsequentia, & sequentibus in hoc §. in tom. 6. tr. 1. Resol. 48. ex doctr. §. vlt. per totum, signanter in princ. & in tom. 5. tr. 1. ex lata doct. Resol. 86. in fine vers. Vnde.

2. Sed hæc omnia esse volo secundùm mentem supradictorum Doctorum; nam scio communem sententiam esse in contrarium. Quare, præter Vasquez, & Sanchez à Pellizzario citatos, tenet affirmatiuam sententiam Lezzana *in sum. tom.* 1. *c.* 11. *num.* 13. *& tom.* 3. *verb. Ieiunium*, 7. & Portel. *verb. Dies festiui*, *n.* 4. De ieiuniis verò ab Episcopo in Synodo indictis, vide Riccium *in praxi, tom* 4. *res.* 379. *n.* 4. firmantem, Regulares ad illa non teneri.

Sup. his in Resol. præter. & in aliis eius primæ not.

3. Nota hîc obiter, Pellizar. *vbi suprà*, *num.* 58. & Bordon. *num.* 2. docere, Regulares existentes Mediolani in primis quatuor diebus Quadragesimæ, teneri ad ieiunium, si morantur in suis Monasteriis; secùs autem si existerent in domibus sæcularium, quia vnusquisque potest se transferre à sua Parochia, vbi ieiunatur, ad Parochiam, vbi non seruatur ieiunium, & ibi non ieiunare; ergo, &c. Imò plus addunt, dictos Regulares, posteà in diebus Rogationum existentes in suis Monasteriis, non teneri ad ieiunium quod tenentur in illis diebus cæteri Mediolanenses sicuti, v.g.* Cremonensis existens Mediolani in primis quatuor diebus Quadragesimæ, & comedens carnes, posteà Cremoniæ existens in diebus Rogationum, non teneretur in illis ieiunare. His omnibus consentit Pasqualig *d.* 209. quæ quidem non auderem tanquàm improbabilia damnare.

Sup. hoc inf. in Resol. 44. &c.

* Sup. hoc sup. in tr. 2. Resol. 41. §. Ad. in fine, &c. & pro existentibus in diebus Rogationum, &c. hic sup. in Resol. 39. §. 1. prope finem.

RESOL. XLII.

An qui descendit mane ex loco, vbi est ieiunium peruenturus ad locum, vbi non ieiunatur, possit sumere ientaculum, & comedere in illo loco, vbi ieiunium non seruatur: Imo, quamuis nocte sit peruenturus ad ipsummet oppidum, a quo mane exiuit, & vbi ieiunium seruabatur? Ex p. 1. tr. 9. Resol. 3.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Granado *in p.* 2. *D. Thomæ contr.* 7. *tract.* 4. *part.* 1. *disput.* 6. *sect.* 4. *num.* 31. Coninch. *in* 3. *p. de Sacram. q.* 74. *art.* 4. *disp.* 3. *n.* 103. Pontius *de matrim. lib.* 5. *c.* 8. *n.* 3. Et ratio est: quia non refert, vt vesperi sit ponenda causa excusans à ieiunio; nam hæc nondum est posita; aliàs posset manè comedere carnes; quia eadem causa excusans à ieiunio excusat, excusabit etiam ex causa ab abstinentia carnium, has enim vesperi licitè comedet.

2. At, his non obstantibus, contrariam sententiam docuit Lessius *lib.* 4 *c.* 2 *dub.* 8. *num.* 88. vbi sic asserit: [Qui discedit manè ex oppido domicilij, vbi est ieiunium, peruenturus ad locum, vbi non est ieiunium; non potest quidem in loco domicilij vesci carnibus; potest tamen sumere ientaculum: quia non tenetur illo die abstinere à secunda refectione, cùm in loco, ad quem peruenturus est, possit secundò, & tertiò comedere: ergo potest primam refectionem sumere manè, antequam discedat. [Ita Ille idem etiam docet Sanchez *de matr. tom.* 1. *lib.* 3. *disp.* 18. *num.* 22. Portel. *in addit. ad dubia regul. verb. ieiun. num.* 2. Naldus *in sum. verb. ieiunium*, *num.* 2. Filliucius *tom.* 2. *tr.* 27. *p.* 2. *c.* 6. *num.* 109. Molfesius *in sum. tom.* 1. *tract.* 1. *c.* 4. *n.* 22. Imò cum Sancio *in Select. disp.* 54. *n* 28. & aliis, puto, hoc etiam esse verum, quamuis nocte sit peruenturus ad proprium oppidum, à quo manè exiuit, & vbi ieiunium seruabatur: nam, cùm ipse ferè per totam diem fuerit in loco, vbi non ieiunabatur; potuit licitè pluries comedere, cum quo ieiunium nequit seruari; erit tamen adstrictus, serò in oppidum reuersus, à carnibus abstinere.

3. Ad argumentum verò Coninch, respondetur ex Sanchez. obligationem abstinendi à carnibus esse diuiduam; vnde toties illis vtens in die vetito delinquit mortaliter: quare potest pro parte diei eiusdem, dum in loco obligationis est, id præceptum seruare; & pro parte eiusdem diei non seruare, dum est, in alio loco in quo non obligat: sed obligatio ieiunandi indiuidua est, consistens in vnica comestione quam semel violans ieiunium, comedendo, non tenetur ampliùs ea die à cibis abstinere: cùm ergo ieiunium nocte obligaturum non sit; non obligauit summo mane. Ita Sanchez quem citat, & sequitur Villalob. in *sum. tom.* 1. *tract.* 2. *diff.* 34. *num.* 3. vbi sic ait: [El que sale de su lugar, donde se ayuna, y llega la hora de la cena à otra, abonde se come carne, la puede cenar alli, y aun podria, antes de salir de su lugar, si tiene por cierto, que ha de yr al lugar, donde no se ayuna, al morzar en su casa por lo mañana, con que no coma carne entonces.] Ita ille.

RESOL. XLIII.

An proficiscens à Ciuitate, vbi non seruatur ieiunium, & accedens meridie ad locum domicilij, vbi seruatur, teneatur seruare ieiunium, si nondum violatum est? Ex p. 1. tr. 9. Resol. 50.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Sanchez *in sum. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 33. Lessius *lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 8. *numero* 57. & Basilius Pontius *de matrim. lib.* 5. *c.* 8. *num.* 3.

2. Sed negatiuam sententiam docet Sancius *in Select. disput.* 54. *n.* 4. nam, vt *suprà* dicendum est, mandatum ieiunij respicit integrum diem, vt indiuiduum obiectũ; sed cùm ille potuerit licitè comedere in loco, à quo discessit, meritò non tenetur ad ieiunium per integrum diem. Et supradicti Doctores: eo modo, quo fatentur, proficiscentem ab oppido domicilij, vbi seruatur ieiunium, & peruenientem nocte, vbi non seruatur, posse in domicilio ientaculum sumere, eò quòd

quòd nocte cœnare licitè possit; item admittere erunt adstricti, non teneri seruare ieiunium peruenientem ad domicilium, vbi seruatur, quando manè potuit ientaculum sumere.

RESOL. XLIV.

An aliquis, vt fugiat obligationem præcepti, possit transire ad alium locum propinquum, vt non ieiunet, si ieiunetur in suo? Ex p.1.tr.9.Resol.19.

§.1. VIdetur negatiuè respondendum: quia malitia, & fraus non debet patrocinari authori, vt communiter asserunt Iurisperiti, & ita docet Medina in p.1. *quæst.66. art.5.* Sylvest. *verb. ieiunium, quæst.2.* Rosell. *eod.verb. num.26.* & nouissimè Lessius *l.4.c.2. dub.8.n.60.*

2. Sed contrariam sententiam in praxi tutam esse, & probabilem existimo: & illam docet nouissimè Fagundez *Præcept.1. l.1. c.7. n.7.* etiam, vt dixi, si talis ea sola intentione in alium locum se conferat; vt ieiunium patriæ effugiat: quia in tali casu non datur proprie, & formaliter fraus: nam fraus datur propriè, vbi adest obligatio legis, quam quis per dolum, vel fraudem vult euadere: sed hic nulla datur obligatio, vt *superiori quæstione* probatum est: ergo dicendum est: dari potiùs fugam quandam obligationis, quæ fuga de se non est bona, nec mala, & ita faciens vtitur iure suo. Ergo, &c.

RESOL. XLV.

An quis teneatur ad ieiunia sui oppidi, dum absens est? Et aliqua alia circa hoc, & circa peregrinos, & vagos inferuntur in textu huius Resolutionis. Ex p.1. tract.9. Resol.18.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Paludan. *in 4. dist.15. q.4.a.3.* quem postea sequitur D. Antoninus *p.2.tit.7.c.2.§.2.in fin.* & Sylvest. *verb.ieiunium, n.7.* Rosella, *eod.verb.n.16.* & alij. Et ratio est quia aliter non teneretur ad leges loci, per quem transit, neque ad leges patriæ: ergo omninò exemptus esset; quod asserere est absurdum.

2. Hæc sententia est probabilis. Sed contrariam probabiliorem esse existimo, quam docet Villalobos *in sum. tom.1. tract.2. diff.34. numero 1. & seq.* Filliucius *tom.1. tract.27. part 2. cap.6. numero 108.* Lessius *lib.4. cap.1. dub 8 numero 54.* Sanchez *de matrim. tom.1. lib.3. disput.18. num.18.* Reginaldus *tom.1. lib.4. cap.12. n.136.* & alij. Et ratio est quia statuta, & consuetudines locales affixæ sunt loco, & obligant tantùm existentem in eo, vt constat *ex cap. illa, dist.12. & cap. 2. de quæst. in 6.* ergo, &c. Et ideò, si quis noctu peruenit in loca, vbi ieiunium suæ patriæ non seruatur, potest ibi cœnare, & comedere carnes. Ita Lessius, *vbi suprà.* Et Lusitanus transiens per Castellam potest edere interdum animalium; quamuis in Lusitania id sibi feria sexta, & die Sabbati non liceret. Ita Sayrus *in claui, lib.7. cap.3.n.13* Nauarrus *in summa cap.23. num 120.* Couarruuias *lib.4 var. cap.20. num.8.* Et hæc doctrina procedit, etiamsi talia ieiunia essent iuris communis, & obligarent in patria peregrini; non autem in eo loco, in quo reperitur, si per dissuetudinem fuissent abrogata: & ita Mediolani licitum erit peregrinis vesci carnibus primis quatuor dieibus Quadragesimæ, vt notauit Sanchez *de matrim. tom.1. lib.3. cap.18 num.7.* & 18. & Lessius *num.59* Fagundez, *vt infrà, numero 3.* Secùs autem, si ieiunia domicilij sui obseruentur etiam in loco, vbi tunc est: quia tunc nulla ratio excusat, cùm talia ieiunia obligent in patria sua, & in loco, vbi tunc per modum transitus moratur. Et ita docet Sanchez *de matrim. l.3. disp.18. n.14.* Suarez *de Relig. tom.1. l.2. c.14.* Fagundez *Præcept.4. l.1. c.7. num 7.* Granado *in part.2. D.Th. cont.47 tr.3. p.1. disp.6. sect.4. n.29.* & alij: licet etiam probabiliter contrarium asserat Sancius *in Selectis, disp.54. n.31.* vbi docet, non teneri peregrinum ieiunare in loco, vbi seruatur ieiunium, quando in suo loco etiam seruatur: quia talis peregrinus non tenetur seruare legem illam in loco, vbi est præsens, ex vi legis suæ patriæ: nam illa non potest obligare extra territorium: nec etiam obligatur ex vi legis illius oppidi, per quod peregrinus transit. Ergo, &c. Nec est reputandum inconueniens, in illo casu peregrinum ad non ieiunandum esse liberum: nam vagi, qui certum domicilium non habent, nullis particularibus legibus locorum, per quæ vagantur, vinciuntur. Ita Sanc. quod est valdè notandum.

in tr.2. Resol. 41. § Ad. in fine, &c. & in tom.6. tr.12. Resol.47. in fine vers.4. quando, & in Resol.48. §. vlt. ad medium.

RESOL. XLVI.

An peregrini, quorum præsentia solum est in transitu per duos, vel tres dies, teneantur ad ieiunia illius loci?

Idem dicendum est quoad Festa loci, & Missam audiendam,

Et an Episcopi possint punire eiusmodi peregrinos ieiunia, & dies festos, & alias consuetudines loci non obseruantes?

Et an idem, quod de peregrinis dictum est, dicendum sit etiam de viatoribus, aduenis, & vagis? Ex p.1. tr.9. Resol.2.

§.1. SEntentiam affirmatiuam docuit Suarez *de Relig tom.1. l.2. c.14. n.8 & de leg l.3. c.33. n.3.* Malderus *in p.2. q.96. ar.5. circa fin. fol. mihi 409.* Molfesius *in sum. tom.1. tr.10. c.4. n.17.* Salas *de leg. disp.14. sect.4. n.415.* Ortiz *in sum c.19. mandam. 2. num.12. in fin.* Ioan. de la Cruz, *in direct. conf. p.1 præcept.3. a.4. disput.9. concluf.1.* Mexia *in pragmat. taxæ panis, concl.5. num.80.* Nauarrus *in Man c.13. num.5. & c.23. num.120.* Couarruuias *l.4. var. c.20. n.8.* Lopez *in instruct. p.1. c.52.* Pontius *de matrim. l.5. c.7. §.1.* Vasquez *in 3. p.t.1. disp 184. c.3. n.28.* & alij: qui omnes asserunt peregrinos teneri ad ieiunia, festa, & mores locorum, per quæ transeunt. Et ratio est: quia *in cap. illa. dist.12.* & ex Augustino, ita habetur: [Ad quancunque Ecclesiam veneris, eius morem serua.] Vbi Glossa notat, illud proverbium: *Si fueris Romæ, Romano viuito more.* Item, *in cap. conf. de obser. ieiuniorum*, & in Gloss. ibi, dicitur, teneri peregrinos, se conformare consuetudini locorum, in quibus sunt; & posse Episcopos illos compellere ad huiusmodi ieiunia, & consuetudines obseruandas. Vnde ex hac doctrina putat Lessius *l.4. c.2. dub.6. n.51.* peregrinum teneri ad ieiunium, & ad Missam audiendam, si integro die in aliquo loco permaneret. Hæc opinio est satis probabilis.

Sup. hoc lege Resol. & §. positus inf. in not. §. Imo. huius Resol.

Quoad hoc lege doctr. Resol. & §§. not. seq.

2. Sed non minùs probabilem contrariam existimo & in praxi tutam, vt notauit Villalobos *in summa, to.1. tr.2. diffic.33. n.8.* & illam docet Fagundez *Præcept.4. l.1. c.7. num.10.* qui multos alios citat. Idem docet Azorius *p.1. l.7. c.19 q.4.* Reginaldus *tom.1. l.4. c.12. n.136.* Vegha *in sum tom.1. c.14. cas.11.* cum aliis. Et ratio est: quia *in cap. illa. dist.12.* respondet Ambrosius Augustino, consuetudinem esse seruandam ad quancunque Ecclesiam quis accesserit ne aliis offensio præbeatur: ergo, excluso scandalo, non tenetur peregrinus seruare ieiunium, vel dies festos alicuius loci, per quem transit. Cæteras rationes vide apud citatos Authores.

3. Imò ego puto, dictos peregrinos, secluso scandalo, non teneri ad ieiunia, & dies festos, nisi habeant

Sup. hoc sup. ex doctrina

Resol. 39. per totã, signanter §.1. ad medium, vers. Ex supradictis, & §. vlt. & inf. in Resol. 48. & in t. 6. tr. 1. Resol. 45. §. Tertia primo, & in princ. Resol. 47. & in aliis earũ annot. & ibi in tr. 2. Resol. 21. cursim in fine, & in Resol. 24. etiã in fine.

beant animum manendi per maiorem anni partem : & ita loquens de ieiunio docuit Bonacina *de leg. disp. 1. q. 1 punct. 6. n. 49. & disp. vlt. q. 1. punct. 6. n. 6.* ex doctrina, quam docet Granado *in p. 2. D. Th. contr. 7. tr. 3. part. 1. disp. 6. sect. 4. n. 25.* & Sanchez *de matr. tom. 1. l. 3. disp. 18. num. 9 & in summ. tom. 1. l. 1. cap. 12. num. 38.* & alij : & hanc opinionem probabilem vocat Lessius *l. 4. cap. 2. dub. 7. n. 49.* licèt ipse contrariam doceat, quàm nouissimè tenet etiam Sancius *in Selectis, disput. 44. num. 31.* Filliucius *tom. 2. tr. 27. c. 7. n. 16.* & alij : quod probant ex vi consuetudinis, quæ obligat peregrinos ad ieiunia, & festa loci, ad quem diuertunt permanendo per aliquod breue tempus : vnde omnes fideles ita obseruant ex apprehensione, quòd ad id teneantur. Secundò, quia Episcopi puniunt eiusmodi peregrinos, ieiunia, & dies festos, & alias consuetudines loci non obseruantes : ergo, &c.

4. Sed ad primum respondeo, negando, consuetudinem illam obligare sub mortali : & aliqui hoc facientes, faciunt ex consilio, & quia obligatos se esse existimant : vel id faciunt ex ignorantia, sicut ad audiendam Missam credunt se esse adstrictos ex solo transitu, aut breui mora : vel, si sunt viri docti, id faciunt, quia tenent contrariam sententiam : & ideò nostram tenentes, neque Missam audient, neque ieiunia obseruabunt, sine peccato.

5. Ad secundum respondeo, Episcopos punire dictos peregrinos in nostro casu, ratione scandali, quod præbent, ieiunia, & dies festos non obseruando : vel dicendum est, Episcopos hoc efficere ; quia amplectuntur contrariam sententiam valdè probabilem.

6. Restat modò respondere ad argumenta primæ sententiæ Suarez, & aliorum. Ad primum dico, quòd Augustinus in illo canone loquitur de peregrinis habitantibus in aliquo loco pro maiori anni parte ; vel loquitur de consilio, vel ratione scandali. Ita Villalobos *in sum. tom. 1. tr. 2. diff. 23. n. 8.*

7. Ad secundum respondeo eodem modo ; nempe, quòd consilium loquitur de his, qui causa habitandi in aliquo loco se transferunt ; aut loquitur de vagabundis : de quibus est diuersa ratio. Ita Fagundez *vbi supra, num. 12.*

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Resol. 46. & cursim in alio vers. ius annot.

8. Notandum verò est, quòd Clauis regia *l. 3. c. 4. num. 8.* Sancius *in Selectis, disp. 44. n. 34.* & Lessius *l. 4. c. 2. dub. 7. num. 49.* admittunt nostram sententiam tanquam probabilem, non solùm in ordine ad viatores, & aduenas, sed etiam quoad vagos. At hæc opinio aliquibus non placet : nam, cùm vagi nullibi habeant domicilium, sunt totius orbis accolæ ; & ideò tenentur ad ieiunia, & festa, aliásque leges, & consuetudines locorum, in quibus reperiuntur : alioquin immunes essent ab omnibus legibus, & statutis, quod dicere absurdum est : & ita docet Azorius *p. 1. l. 5. cap. 11. q. 13.* Suarez *de relig. tom 1. lib. 2. c. 14. cap. 20.* Lorca *in p. 2. tom. 2. tract. de leg. disp. 25. memb. 4 in fin.* Sanch. *de matr. tom. 1. l. 3. disp. 18. n. 15 fol. mihi 4. disp. 15 q. 4. art. 2.* & alij.

9. Notandum est etiam, quòd, licèt *suprà* docuerimus aduenas accedentes ad aliquem locum absque intentione ibi commorandi maiori anni parte, non obligari legibus illius loci : tamen excipiuntur aliqui casus, in quibus aduena tenetur seruare leges locorum : quos quidem casus, cùm non pertineant ad nostram materiam, videbis apud citatos Doctores.

Sup. hoc in §. 1mo huius Resol.

10. Et tandem nota, quòd Sancius *in Selectis, disp. 54 numero 55.* aduersùs Sanchez *in summa tom. 1. lib. 1. cap. 11. numero 42.* docet, quòd accedens ad aliquod oppidum, animo ibi habitandi, si posteà decernat se breui discessurum, lege ieiunij illius loci non tenetur.

RESOL. XLVII.

An peregrinus possit vti Indulgentia sui territorij, si in loco, vbi moratur, seruatur ius commune ?

Et pro intelligentia huius quæstionis aliqua adducuntur in exemplum huius difficultatis. Ex p. 3. tr. 5. & Misc. Resol. 121. aliàs 120.

§. 1. EXempli gratia, Mediolani licet ex consuetudine vesci carnibus, quatuor primis diebus Quadragesimæ quod iure communi prohibitum est ; quæritur, an si aliquis Mediolanensis hospes sit hic Panormi, vbi ius commune, viget, possit in illis diebus edere carnes ? Negatiuè respondet Basilius Pontius *de matr. l. 5. c. 8. num. 3.* vbi citat Suarez asserentem oppositam sententiam neque esse probabilem, neque securam in praxi.

2. Non reticeam tamen illam docere P. Thomam Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 3. disput. 18. num. 7.* quia licèt hoc priuilegium videatur locale, solóque cohærens, est vtique tale in hoc sensu, vt eo gaudeant, non tantùm ibi quoquo modo existentes, sed etiam qui in iure habentur pro præsentibus, ibique existentibus, quales sunt, qui breui tempore absunt, citò reuersuri, eo quòd illi domicilium ibi habeant. Et ita Palacius *dist. 15. disput. 8. post 5. conclus. vers. at verò*, dixit Castellanum per Lusitaniam transeuntem, posse more suæ patriæ intestinis vesci die Sabbathi, quæ in Lusitania non permittuntur. Ita Sanch qui etiam citat Ledesmam *de matr. q. 44. art. 5. punct. 3. dub. vlt. §. 2. arguitur, & §. quibus positis.*

RESOL. XLVIII.

An Germanus iter faciens per Italiam possit in diebus Quadragesimæ comedere oua, & lacticinia ?

Et ex doctrina huius quæstionis inter alia, quæ docentur, etiam infertur, an peregrini teneantur obseruare leges locorum, per quæ transeunt ?

Et an Castellanus peccaret, si transiens per Galliam, & Lusitaniam animalium intestina in die Sabbathi comederet ?

Et quid è contra ?

Et quid de ciuibus Mediolanensibus, qui Romæ quatuor primis diebus Quadragesimæ carnes comederent ?

Et quid è contra ? Ex part. 7. tract. 10. & Miscel. 1. Resol. 32.

§. 1. DE hoc casu hîc Romæ interrogatus fui à nobili viro Germano testante de consuetudine suæ prouinciæ ; quam etiam extare in Belgio testatur Lessius & affirmatiuè respondet P. Fr. Amicus *tom. 1. de Iust. disput. 5 sect. 16. numero 359.* vbi sic ait. Infertur secundò posse Germanum iter facientem per Italiam, si absit scandalum, tempore ieiunij comedere oua & lacticinia : sicut & Mediolanensem transeuntem per loca, vbi 4. diebus ante Dominicam quadrag. ieiunatur, non ieiunare : & Castellanum iter facientem per Lusitaniam, animalis extremitates, atque intestina die Sabbathi comedere. Ratio est, quia non tenetur quis seruare leges, & consuetudines loci per quem transit, sed potest vti priuilegio suæ patriæ : ita communiter DD. Nec refert, quòd tale priuileg. videatur concessum loco : nam vt benè Sanchez *loc. cit. num. 7.* etsi concessum sit loco, adhuc eo vti possunt omnes qui moraliter censentur loco præsentes, & vt qui præsentes in ipso iure habentur, vt qui mox in patriam, vbi proprium domicilium habent, sunt reuersuri. Contrà verò posse & Italum per Germaniam incedentem tem-

pore

pore ieiunij comedere oua, & lacticinia; & Romanum Mediolano transeuntem non ieiunare 4. illis diebus ante Dominic. quadrag. & Lusitanum per regnum Castellæ iter facientem animalis extremitatibus, & intestinis die Sab. vesci. Ratio, quia licet qui iter facit, non teneatur ad leges & consuetudines loci per quem transit, potest tamen maximè cùm fauorabiles sint, eas acceptare. Ita Amicus, cuius doctrinam addocere volui, quia satis confirmat ea, quæ dixi circa priuilegium Bullæ Cruciatæ comedendi oua, & lacticinia, nempe posse verbi gratia Siculum iter facientem per Regnum Neapolitanum comedere lacticinia tempore quadragesi. si Siciliæ reuersurus esset.

2. Aduerte tamen lector omnia supradicta probabiliter non admittere plures DD. & ideò Pet. à S. Ioseph *in idea Theol. moral. lib.1. c.8. resol.3.* sic ait: Peregrini transeuntes per aliquem locum, tenentur seruare leges illius loci, si quandiu ibi sistunt obligatio earum vigeat. Ratio est, quia non satis prouisum videretur rectæ gubernationi Reip. si peregrini non tenerentur seruare leges locorum per quæ transeunt: sic enim incolæ facilè turbarentur, & spernendi leges occasionem sumerent. Quare cùm hoc graue sit incommodum, ipsarumque legum fini repugnans, dicendum est, peregrinos debere se conformare statutis locorum per quæ transeunt.

3. Confirmatur, nam in communi sententia peregrinus tenetur seruare leges loci per quem transit, quando illæ destinantur ad commodum aliquod temporale illius loci, vt si v. gr. prohibitum sit, ne triticum inde extrahatur. At hæc ratio aut nullius est momenti, aut de omnibus legibus concludit: cùm lex non sit, quæ in bonum subditorum non tendit: & præterea negari non possit; quin ad bonum Reip. spectet, ne subditi malo aliorum exemplo, ad contemptum legum inducantur.

4. Nota tamen prædicta intelligi de legib. quæ sunt speciales illius loci, per quem peregrinus transit; nam si agatur de legibus communibus, dubium non est quin teneatur eas obseruare, etsi in illius patria non vigeant. Vnde peccaret Castellanus, qui transiens per Galliam, animalium intestinis die Sabbathi vesceretur, & Ciuis Mediolanensis qui Romæ 4. primis dieb. Quadragesi. carnes comederet. Ita ille; cui adde Mazud. *tract. de cas. res. disp.2. c.14. diff.4. dub.2. num.61.* & alios penes eum, & Sanch. quidem *in sum. tom.1. l.1. c.12. num.39.* se retractauit. Sed licèt hæc omnia magis probabiliter dicta sint, nostra tamen, & P. Amici sententia sua non caret probabilitate.

RESOL. XLIX.

An in Quadragesima licitum sit sine Bulla Cruciatæ edere, quod vulgo dicitur vn biscotto? Ex part.1. tr.9. Resol.31.

§.1. NEgantem sententiam amplexus est Vir doctissimus Ioan. de la Cruz, *in direct. conscpart.1. præcep.2. art.4. dub.8. concl.4. in fin.* vbi sic asserit. [Nota, esse peccatum mortale, comedere in Quadragesima biscochos sine priuilegio. Nec valet, quòd substantia oui est versa in aliam substantiam, alias liceret comedere cibum album ex carne confectum, cùm ibi substantia carnis versa sit in aliam substantiam.] Idem docet Vegha *in sum. tom.1. cap.14. res.9.*

2. At, his non obstantibus, affirmatiuam sententiam tenet Pater Villalobos *in sum. tom.1. tract.23. dub.7. num.3.* ita asserens: [Es materia de colacion vn biscocho: no obstante, que lleuan hueuos, que moralmente se juzga aquello por colacion, y ansi me parece, que esta en vso. Suele lleuar vn biscocho la quarta parte de vn hueuo.] Et licèt dubius circa præsentem quæstionem maneat Rodriq. *in sum. tom.1. c.23. ante 1. concl.* tamen in fine sic asserit: [Atento, que la substancia del hueuo es poca, no es materia de peccado mortal, porque los que hazen los biscochos, affirman, que cada vno dellos lleua muy poco de vn hueuo, y assi me lo han certificado.]

3. Igitur, & propter consuetudinem; & propter paruitatem materiæ, hoc edulium comedentes excusantur à peccato. Vnde, si magnam quantitatem ex ipsis comederent, peccarent etiam secundùm hos DD.

4. Sed post hæc scripta inueni, Ledesmam docere etiam hanc sententiam *in sum. tom.2. tract.27. cap.2. diffic.5. fol.mihi 690.* vbi ita asserit: [No tengo por peccado mortal en la colacion comer vn biscocho, ò dos. La razon es, porque aunque no sea licito, comer hueuos en su propria forma, ni conuertidos en otra substancia, però la cantidad de hueuos que se halla en dos, ò tres biscochos, es muy perquesia, como es cosa notoria y lo dizen los que hazen biscochos, y ansi està engañado Rodriq. en decir, que cada biscocho lleua vn hueuo. Lo que digo en la colacion, digo el comer por la misma razon.] Ita ille. Qui tamen immeritò carpit Rodriq. nam ipse nunquam dixit, quòd tale edulium contineat vnum integrum ouum, vt ex ipsius verbis *sup.* apparet: & in hoc etiam fallitur Vegha, *vbi sup. tom.1. c.14. cas.9.* qui etiam citat Rodriquez ita asserentem.

RESOL. L.

An ieiunium indictum à Confessario, vel ab aliquo Iubilæo frangatur cum esu ouorum, & lacticiniorum? Ex p.1. tr.9. Res.6.

§.1. QVoad primum de ieiunio per pœnitentiam iniuncto negatiue respondet Palud. *in 4. dist. q.4. art.4. concl.2.* Sylvest. *verb. ieiunium, q.5.* & Fagund. *Præc.4. l.1. c.2. n.10.* qui etiam citat D. Antonium: & Sanch. *in sum. tom.1. l.4. c.11. n.50.* citat pro hac sententia Ouandum *in 4. dist.16. post propositionem 52. concl.1.* Sup. hoc sup. in tr.4. Res. 27. & in Res.1. annot. præter. in eadem §. & in Res.2. §.2. ad medium, & in Res.3. per totam, &c.

2. Sed quoad ieiunia Iubilei, posse illa seruari cum esu lacticiniorum, docet Henriquez *lib.7. c.10. n.4 & c.13. n.13.* & Villalobos *in sum. tom.1. tr.26. diffic.24. n.4.* vbi sic asserit: [Puede se gañar el Iubileo ayunando con hueuos, y lacticinios, (fuera del ayuno de Quaresma.) La razon es, porque en derecho no se prohiben los hueuos entre año, y comiendo lacticinios, se guarda la sustancia del ayuno, y lo declararon Pio V. Greg. XIII. Greg. XIV. y Sisto V. en los Iubileos; que en su tiempo dieron, como refiere Henriquez, y el que tuuiere Bulla tambien en Quaresma, puede gañar el Iubileo comiendo lacticinios, porque con esso ayuna.]

3. Dices, hoc verum esse, secluſa consuetudine, vt notauit ipsemet Henriquez. Homobonus *de exam p.1. tr.8. c.7. q.11.* & Alphonsus de Leone *tr. de Iubilæo, p.2. q.14. sect.3. n.142.* Respondent aliqui, talem consuetudinem non extare, ideò ad alia transeamus. Sup. hoc sup. in tr.3. Res. 165. §. vlt. & in aliis eius vlt. not. & infra in Res. seq. §.2. & in aliis eius annot.

RESOL. LI.

In quibus ieiuniis prohibeantur lacticinia?
Sed difficultas est, an in diebus ieiuniorum extra Quadragesimam prohibeantur saltem ex consuetudine?
Et an si sit dubium, an talis consuetudo obliget ad mortale, necnè, dicendum sit non obligare? Ex p.1. tr.9. Res.41.

§.1. Re

Sup. hoc ex Ref. seq. lege doctr. §. penult. & alterius Ref. not. 1. dictæ Ref. & inf. ex Ref. 58. §. Nota.

§. 1. REspondeo, de iure communi prohiberi tantùm in diebus quadragesimalibus, vt patet *in c. denique, dist.* 4. & notat Ioan de la Cruz, *in direct. Hor. conse. p.* 1. *præcep.* 3. *art.* 4. *dub.* 8. *concl.* 4. Villalobos *in sum. tom.* 1. *tr.* 23. *diff.* 8. *n.* 1. Ledesma *in sum. tom.* 2. *tr.* 27. *c.* 2. *copel.* 3. Reginaldus *in praxi, tom.* 1. *l.* 4. *c.* 13. *num.* 1. *tract.* 27 *p.* 2. *c.* 2. *dub.* 25. Ortiz *in sum. cap.* 19. *mand.* 2. *num.* 9. Fernandez *in exam. Theol. moral p.* 2. *c.* 8. §. 3. Sanchez *in sum tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 50. & alij penes ipsos.

Sup. hac cõsuetudine inf. in Ref. 55. cursim ad lim. 5. & in Ref. 56. §. 2. & in Ref. 58. §. 1. & sup. in Ref. præterita 5. vlt. & superius in tr. 3. Ref. 167. §. vlt. & in Ref. 165. §. vlt. & in tr. 4. Ref. 27. § 1. ad medium.

2. Difficultas est, an in diebus ieiuniorum extra Quadragesimam prohibeantur, saltem ex consuetudine? Aliqui asserunt, adesse talem consuetudinem in multis locis; & ideò sub mortali obseruandam: sed Filliucius *tom.* 2. *tr.* 27. *p.* 2. *c.* 3. *n.* 49. rectè obseruat, non semper consuetudinem obligare sub peccato ad abstinentiam ab ouis: quia non est cum existimatione obligationis, sed tantùm ex deuotione, ideóque admonendi populi, ne ex erronea conscientia peccent. Et hæc doctrina procedit in locis, vbi Bulla Cruciatæ communiter sumitur. Vnde Vasquez *in p.* 2. *tom.* 2. *disp.* 177. *c.* 6. *num.* 15. putauit, consuetudinem abstinendi ab ouis in regno Castellæ non obligare: quod etiam docuit Villalobos *in sum. tom.* 1. *tr.* 23. *diff.* 2. *num.* 7. vbi sic asserit: [No obliga la costumbre de no comer hueuos en todo el año, fuera de los ayunos de la Quaresima, porque no se puede probar, que aya tal costumbre, porque toma la maior parte del pueblo la bula de mas de cinquenta años à estar parte, y comen con ella lacticinios, y para que se introduzga la mayor parte del pueblo voluntariamente con animo de obligarse, lo qual me parece muy probable, y que se puede seguir en practica.] Ita illa; & etiam ante illum Henriquez *in sum lib.* 7. *cap.* 13. *num* 9. sic asserens: [Ista consuetudo debet esse præscripta spatio quadraginta annorum, vt habeat vim legis, & sponte inducta animo obligandi. Quare examinanda est consuetudo regionis, aut vrbis: & multi viri docti negant obligare in multis Hispaniæ locis, quasi ea consuetudo non sit scienter sponte inducta, sed ob frequentes Bullas, quas fere omnes capiunt, reputare simpliciores viros per errorem, se obligari.] Ita Henriquez, quem posteà sequutus est Rodriquez *in sum. tom.* 1. *c.* 23. *concl.* 10. *num.* 11. Vide omninò Salas *de leg. tr.* 14 *disp.* 19. *sect.* 6. *n.* 78.

Sup. in Ref. quæ hic est sup. in tr. 4. Ref. 27. §. vlt. & in tom. 2. tr. 1. Ref. 86. §. his, & in tom. 3. tr. 6. Ref. 17. prope finẽ. §. 1. à vers. Imo, qui quando, & in Ref. 94. & in tom. 6. tr 2. Ref. 18. 19. 20. &c.

3. Notandum est etiam cum Villalobos, *vbi suprà*, quòd si sit dubium, an talis consuetudo obliget ad mortale, nécne, minimè obligat: & ideò propter tot circunstantias, & conditiones necessarias, vt consuetudo obliget sub mortali, putat illam non adesse cum isto onere; & ita docet Portel. *in addit. ad dub. regul. ver. ieiunium, n.* 7. & Sanchez *in sum. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 25. vbi simpliciter & absolutè negat, lacticinia in ieiuniis extra Quadresimam per consuetudinem prohiberi. Et hæc sunt eius verba, [Existimo satisfieri omnibus his ieiuniis extra Quadragesimam factis edendo lacticinia absque Bulla: quia est probabilior opinio, nec iure, neque consuetudine interdici lacticinia in illis, vt *in tractatu de ieiunio* probauimus.] Ita Sanchez, & nouissimè Sancius mutans opinionem *in Select. disp.* 51. *n.* 19. Vide etiam *sup. Ref.* 5. & 6.

Et Ref. 1. citata in lin. vlt. huius text. hic est infra Ref. 56. sed ibi vero est Ref. 50.

RESOL. LII.

An oua & lacticinia sint prohibita in ieiunio Quadragesimali de iure positiuo sub peccato mortali?

Et si non ex iure saltem ex consuetudine?

Et an oua, & lacticinia sint prohibita in ieiuniis extra Quadragesimam, & in diebus veneris & Sabbathi de iure communi?

Et an sit peccatum mortale comedere oua, & lacticinia in diebus Dominicis Quadragesimæ?

Et docetur, quod Confessarij non debent scrupulos iniicere pœnitentibus comedentibus tempore Quadragesimæ cum Bulla Cruciatæ, ouæ, quæ intra gallinas inueniuntur. Ex p. 3. tr. 6 & Misc. 2. Ref. 80.

§. 1. NEgatiuè respondet Fagundez *in præc.* 4. *Ecclesiæ, l.* 1. *cap.* 2. *num.* 12. asserit enim quòd ex vi iuris communis, & secluſa quacumque consuetudine alicuius loci, aut prouinciæ non esset plusquam veniale oua, & lacticinia edere in ieiuniis Quadragesimæ. Idem docet Palatius *in annotat. ad summam Caietani, ver. ieiunium.* Dominicus *in cap. denique, in compendio, & num.* 5. cum aliis. Et hanc opinionem probabilem esse putant Doctores Academiæ Conimbricensis, Eborensis, Salmanticensis, & Complutensis, quos nominatim nouissimè citat Fagundez *in sua Apologia, cap* 3. qui rationes multas etiam adducit ad probabilitatem huius opinionis firmandam.

2. Verùm ego contrariam sententiam teneo, quam tuetur Sanchez *in summa, tom.* 1. *l.* 4. *cap.* 11. *numero* 53. Sancius *in selectis, disp.* 51 *num.* 27. Toletus *lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 2. & 3. Nauarrus *cap.* 21. *numero* 22. Rodriquez *in explicat. Bullæ, §.* 6. *numero* 2. Azorius *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 20. *quæst.* 1. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 8. Beja *in respons. p.* 1. *cas.* 47. Lopez *in instruct. part.* 2. *cap.* 212. Bonacina *tom.* 2. *disp. vltim. quæst.* 1. *punct.* 1. *numero* 2. Villalobos *tom.* 2. *tract.* 23. *diffic.* 8. *numero* 1. & alij; & ratio est, quia ita communiter exponunt DD. textum *c denique dist.* 4.

3. Quo ad consuetudinem verò, displicet mihi id quod asserit Pater Fagundez *vbi supra, num* 11. difficillimum esse scire, vbi illa obliget ad non comedenda oua, & lacticinia in diebus Quadragesimæ, nam vt asserit Suarez *de legib. lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 13. & Ferdinandus de Castro Palao *in opere morali, tom.* 3. *tract.* 3. *disput.* 3. *punct.* 2. §. 3. *num.* 13. ex tribus coniecturis deduci potest consuetudinem obligare. Prima, si consuetudo sit grauis, difficilis, & communiter seruata à populo, quia non solet populus vniformiter conuenire in his actibus, nisi quando se obligatum sentit. Secunda, si viri timorati malè sentiant de his, qui non seruant consuetudinem, vel communiter populus scandalizatur. Tertia, si Prælati, & Superiores puniant violantes consuetudinem. Sed omnes hæ coniecturæ adsunt ferè in omnibus mundi partibus, circa consuetudinem non comedendi oua, & lacticinia tempore Quadragesimæ; ergo clarè, & faciliter apparet dictum consuetudinem abstinendi ab ouis, & lacticiniis in dicto tempore obligare sub peccato mortali; vnde pro praxi certum est comedentes oua, & lacticinia tempore Quadragesimæ peccare mortaliter, si non ex iure positiuo, vt ego teneo, saltem ex consuetudine.

4. Norandum est etiam hîc obiter primò, Confessarios non debere scrupulos iniicere pœnitentibus, comedentibus tempore Quadragesimæ, cum Bulla Cruciatæ, ouа quæ intra gallinas inueniuntur, vulgò dicta *oui annunnati*, quia sunt eiusdem speciei, & generantur ex eadem materia, qua generantur ouа perfecta, quæ pariunt gallinas; ergo si licitum est hæc comedere, licitum erit & illa.

5. Notandum secundò contra Graffium *in decis.* *que, dist* 4. *num.* 16. Dominicum *in cap. regationes, de consecr. dist.* 3. Astensem *part.* 2. *tit.* 18 *art.* 3. *quæst.* 3. Richardum *in* 4. *dist.* 15. *art.* 3. *quæst.* 5. Tabienam *ver. ieiunium, n.* 3. & alios, ouа, & lacticinia non esse prohibita in ieiuniis extra Quadragesimam, & in diebus Veneris, & Sabbathi de iure communi. Et ita docent D. Thomas *in* 2. 2. *quæst.* 147. *art.* 8. *ad* 3. Lessius *lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 2. *num.* 8. Azorius *tom.* 1. *l.* 7. *cap.* 10. *quæst.* 1. Paludanus *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 4. *art.* 4. Sancius *in se-*

lectis,

lectis, disput. 51. num. 18. Sanchez *in summa, tom. 1. l. 4. c. 11. n. 52.* Sà *ver. Ieiunium, n. 8.* Villalobos *in sum. tom. 2. tr. 23. diffic. 2. n. 7.* Vasquez *in p. 2. tom. 2. disp. 177. c. 6. n. 54.* & alij.

6. Notandum tertiò contra Llamas *in 3 part metho-* di, c. 5. §. 26. *in fine.* Antonium Gomez, *in explicat.* Bull. Cruciatæ, *clausula 7. n. 7.* & alios, oua, & lacticinia comedere in diebus Dominicis Quadragesimæ esse peccatum mortale. Ita Henriquez *lib. 7. cap. 13. nu-* mero 10. Vegha *in sum. tom. 1. cap. 14. cas. 26.* Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 23. diffic. 8. num. 1.* Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 4. cap. 11. num. 53.* Sancius *in sele-* ctis, *disp. 55. n. 25.* Rodriquez *in explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 6. n. 8.* & alij.

RESOL. LIII.

An oua, & lacticinia sint prohibita sub mortali in ieiunio Quadragesimali, nisi consuetudo in aliqua Prouincia esset in contrarium?

Et an saltem in diebus Dominicis Quadragesimæ oua, & lacticinia non sint prohibita?

Et quid de Religiosis, qui virtute Cruciatæ comedunt oua, & lacticinia in diebus Dominicis prædictæ Quadragesimæ?

Et an sit consuetudo in Religionibus non comedendi oua, & lacticinia in Quadragesima, ita vt obliget ad peccatum mortale?

Et notatur, quod Leo X. in Bulla incipiente Religionis Zelus, *concedit Religiosis S. Iacobi de Spata, & Ve-* les, *& S. Marci Legionensis, & eorum familiaribus, & seruitoribus comedere in Quadragesima, & aliis die-* bus anni de iure, *consuetudine, aut iuxta sua statuta, & institua, aut alias quomodolibet prohibitis buty-* rum, oua, *& alia lacticinia, & de consilio vtriusque Medici etiam carnes, quo priuilegio communicant aliæ Religiones, &c. & seruatur ista Bulla in Conuentu de Veles.*

Et tandem quæritur, an priuilegium perdatur per non vsum: Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. Resolut. 67. alias 66.

§. 1. OPinionem negatiuam Fagundez, Auctores, qui post ipsum scripsere, iam refutauerant, quibus & ego illam reprobaui *in part. 3. tract. 6. resol. 80.* & meritò reprobat Trullench in Decalog. *tom. 1. lib. 3. c. 2. dub. 12. num. 3.* Sed nouissimè dictam opinionem se-quitur Pater Pellizarius *in Manuali Reg. tom. 1. tract. 5. n. 1. num. 20. 21. & 22.* vbi firmat, esum lacticiniorum, fundo præcisè in iure communi, non esse sub mortali prohibitum in ieiunio quadragesimali, nisi consuetudo in aliqua Prouincia esset in contrarium; sed non ita facilè statuendum est eam consuetudinem obligari sub mortali, *quod si dicatur obligare, adhuc non esse certum ea adstringi Regulares.* Itaque secundum Pellizarium, in dubio an talis consuetudo sit introducta cum obligatione peccati mortalis, non solum Seculares, sed etiam Regulares possunt impunè in Quadragesima vesci lacticiniis. Sed (ne opinio Fagundez, & Pellizzarij radices figat) hæc omnia reiicienda esse puto, & præter Sanchez, Sancium, Tolerum, Nauarrum, Rodriquez, Azorium, Henriquez, Bejam, Lopez, Bonacinam, & Villalobos, quos citaui in dicta Resolutione 8. affirmatiuam sententiam docent Ioannes VViggers, *tr. de Temperantia, dub. 4. n. 17.* Emmanuël Sa, *verb. Ieiunium, n. 8.* Ludouicus à Cruz, *in Bull. Cruciatæ disput. 1. c. 5. dub. 13. num. 4.* Tamburinus *de Iure Abbatum, tom. 2. disp. 12. q. 9. n. 5.* Ghetius *in thesaur. verb. Ieiunium, n. 3.* Ioan. de la Cruz, *in Direct. p. 1. præcep. 3. art. 4. conclus. 4.* Bossius, *de Iubilæo, sect. 4. cas. 18. num. 33.* Ioan. Henriq. *in qq. Pract. sect. 16. q. 7.* Castrus Palaus *tom. 4. tract. 25. disp. vnica, punct. 8. §. 2. num. 1.* qui nominatim Fagundez impugnat, & ait, immeritò hanc sententiam tenuisse, & ex eadem Societate etiam nominatim contra dictum Fagundez insurgit nouissimè doctus Pater Bardi *in Bull. Cruciat. p. 2. tract. 3. c. 2. sect. 1.* Vide etiam ex Societate Escobar *in Theolog. moral tractat. 1. exam. 13. cap. 1. numero 102.* Vide etiam Sanctorium, *in constit. Minorum, cap. 3. statut. 13.*

2. Probatur nostra sententia præter alias rationes alibi adductas, ex priuilegio Bullæ Cruciatæ; nam si lacticinia nō essent prohibita diebus Ieiuniorum, Pontifex non solum nihil concederet per hoc indultum, sed nec debuisset excludere personas illas Ecclesiasticas; dum autem eas excludit ab indulto comedendi oua, &c. Signum euidens est, ab ipso Pontifice supponi prohibitionem in iure, atque adeò non supponi solam conuenientiam contineri in capit. Denique, quia sola conuenientia, seu consilium de abstinentia lacticiniorum, non esset sufficiens ad excludendas tot personas Ecclesiasticas ab indulto vniuersali comedendi oua, caseum, &c. Exclusio enim parum, aut nihil operaretur, nam ipsa non obstante possent personæ exclusæ comedere oua; si solo consilio per Sacros Canones astringerentur ad abstinendum ab illorum comestione.

3. Nec obstat dicere cum Pellizzario & Fagundez *in cap. denique, distinct. 4.* sic haberi: *Par autem est, vt quibus diebus à carne animalium nos abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam carnis trahunt originem, ieiunemus, a lacte videlicet, & caseo, & ouis.* Ergo in dicto textu non continetur præceptum, sed conuenientia quædam, quæ significatur per illam dictionem, *Par*, quasi dicatur, æquum, seu iustum esse, &c. vt interpretatur *Glossa ibidem.*

4. Sed ista expositio est prorsus abiicienda, quia Augustinus Episcopus, vt in declaratione notat Glossa, inquirens à Pontifice, an sicuti tempore Ieiuniorum abstinemus à carnibus, ita etiam abstinere debeamus ab ouis, caseo, lacte, &c. Et respondet Pontifex, quod sic; quia sicuti à carnibus ita etiam est abstinendum ab eis quæ sementinam originem ab illis trahunt. & ideò eadem Glossa versic. ab omnibus, sic exponit, quasi dicat ex quo caro prohibetur; ergo, & omnia, quæ de carne procedunt. Pontifex autem in hoc Canone declarat præceptum abstinendi à carnibus in ieiuniis Quadragesimalibus extendi ad oua, & lacticinia: proinde sub eadem prohibitione, & præcepto continentur carnes & lacticinia.

5. Confirmantur supradicta, ex vsu aliquarum Prouinciarum, in quibus si lacticinia comeduntur in Quadragesima, asserunt Doctores, habitatores excusari à fractione ieiunij, ratione consuetudinis ibi introductæ ex rationabili causa. Ergo apertè sequitur de iure, lacticinia in ieiunio quadragesimali esse prohibita; nam si hoc non esset, Doctores, vt esum lacticiniorum excusarent, à mortali in dictis Prouinciis non recurrerent ad consuetudinem. Et ita de Belgio, & Germania testatur Lessius *l. 4. cap. 2. dub. 2. n. 8.* Et Pater Amicus *in Curs. Theolog. tom. 5 disput. 5. sect. 16. num. 359.* Et Iacobus Marcantinus *in qq. Pastor. p. 2. cap. 5. q. 1.* Vnde non solùm minimè admittendam esse puto hanc opinionem ita absolutè prolatam, sed etiam aliam opinionem Doctorum asserentium, saltem in diebus Dominicis Quadragesimæ, oua, & lacticinia non esse prohibita, quam opinionem, falsò, bona eius venia, asserit me docere Ioannes Henriq. *in qq. Pract. Section 16. q. 8.* nam ego contrarium docui *in 3. p. tract. 6. resol. 80.* & vt legentibus patet *in tract. de Bulla Cruciatæ resol. 5.* loquor de Religiosis, qui virtute Cruciatæ comedunt lacticinia in diebus Dom. Ergo falsò Henriquez asserit, sine bulla Cruciatæ licitam esse comestionem lacticiniorum

Quæ hic est Ref. antecedens §. vlt. & in Ref. seq. & inf. in Ref. 58. in fine, &

sup.in tr 3. Ref.7.§.Nonullum, est; & seqq.

ciniorum in diebus Dominicis Quadragesimæ; nam ego, vt dixi, loquor de Religiosis sumentibus pro dictis diebus Bullam Cruciatæ: Ergo suppono sine illa hoc non esse licitum. Et nostram sententiam tenet Nugnus Dominicanus, Ludouicus à Cruz, Trullench, Fernandez de Moure, Cordoba, Villalobos, & alij, quibus nunc addo ex Societate Castrum Palaum *to.4. tract.25.punct.7. n.8.* Fernandez *in instruct. Confess.p.16. docum.6. §.1.* & Bardi *vbi sup. n.63.* Et idem docet doctus, & eruditus Iurisconsultus Narbona *in Annalibus iuris anno 60.q.3. n.4.*

Alibi in t.6. tr.2.Ref.17. & in multis aliis eius tr. & in Ref. præter. lege §.Quoad, &c.

6. Dicendum est itaque contra Patrem Pellizzarium esum ouorum, & lacticiniorum esse sub mortali in Quadragesima de iure prohibitum; nec etiam, stando in consuetudine, dubitandum est, illam ad peccatum mortale laïcos; & à fortiori Religiosos obligare; ex præsumptionibus, quas ego ex Suarez, Salas, Vviggers, & aliis alibi adduxi, quæ demonstrant talem consuetudinem culpam lethalem inducere: vnde dicta opinio cauendum est, ne in praxim deducatur, & maximè mihi displiceat id quod Pellizzarius asserit, non esse certum in Religionibus consuetudinem non comedendi oua, & lacticinia obligare ad mortale; hoc enim bona eius venia puto non esse admittendum, pen ea quæ docet Sanctorius *in Constitut. Minor. cap.3. stat.13.*

Sup.hoc priuileg. & seq. doctr. huius text.in to.7. tract.2. Ref. 256.& si placet lege §. eius primæ not. & si legis Ref.& §. eius secundę annot.doctr. repleueris pro contingentibus circa hoc.

7. Notandum est etiam hîc pro curiosis, quod Pater Ioannes Henriquez *in qq. Pract. sect.16. q.9.* Ioan. de la Cruz, *in l.1. de statu Religios. cap 6. dubio 22. concluſ. 2.* obseruant, quòd Leo X. in Bulla incipiente, Religionis zelus, edita sexto Kalend. Iunij anni 1514. concedit Religiosis Sancti Iacobi de Spata, de Veles, & Sancti Marci Legionensis, & eorum familiaribus, & seruitoribus, comedere in Quadragesima, & aliis diebus anni, de iure, consuetudine, aut iuxta sua instituta, aut aliàs quomodolibet prohibitis, butyrum, oua, & alia lacticinia, & de consilio vtriusque Medici etiam carnes. Quo communicant aliæ Religiones, iuxta dicenda l.2. c.4. seruatur ista Bulla in Conuentu de Veles. Ita Cruz. Sed ego non video tale priuilegium apud Regulares in vsu, & quod priuilegium perditur per non vsum, docet Azorius *tom.1. lib.5. c.4. quæst.8.* Salas *de leg disp.17 sect.17. à num.63.* Bonacina *disp.1. quæst.3. punct.8. §.5. n.3.* cum aliis; ergo, &c. Verum contrarium docet nouissimè visus numquam satis laudatus, & Sapientissimus Pater Dicastillus *de Sacram. tom.1. tract.4. disp.9. dub.16. num.340.* Et Castrus Palaus *tom.1. tract.3. disp.4. punct.18. n.4* asserit hoc esse verum quando priuilegia tendunt in aliorum grauamen; sed quando non redundant in grauamen aliorum, vt v.g. ipse asserit priuilegium comedendi lacticinia, probabilius censet numquam perdi per non vsum quantumcumque continuatum; quia nulla est lex statuens hæc priuilegia amitti per non vsum, leges enim statuentes priuilegia per non vsum amitti, vt *l.1. ff. de nundinis.* & in Regno Hispaniæ *lib.41.tit.17.p.3. l.3. tit.6. part.5.* loquuntur de priuilegiis quæ in grauamen aliorum cedunt, vt legenti constabit. Ergo non sunt extendenda ad hæc priuilegia. Tum quia restrictio priuilegiorum, & illorum decisio est odiosum: tum quia est diuersa ratio, siquidem in illis, quæ circa aliorum actus versantur, potest dari præscriptio: at in his priuilegiis quæ solam Priuilegiarij actiones respiciunt, nulla esse potest. Ergo, &c. Et ita in hanc sententiam cum Palao docet Pontius *de matrim. lib.8. c.18. §.3. num.1.* & Suarez *de legibus, l.8. cap.34. num.16.* Sed his non obstantibus, & tali priuilegio non obstante, nolo Regularibus esse auctorem vt possint in Quadragesima lacticiniis vesci; sed puto omninò standum vsui & consuetudini contrariæ; numquam enim tale priuilegium practicatum à Regularibus fuisse apertissimè patet. Ergo, &c. Dicendum est itaque ex supradictis, prohibitum esse de iure, tam Sæcularibus quam Regularibus sub peccato mortali esum ouorum, & lacticiniorum in ieiunio Quadragesimali, nec opinionem contrariam vllo pacto in praxi admittendam esse existimo.

RESOL. LIV.

An in diebus Dominicis Quadragesimæ licitum sit comedere oua, & lacticinia? Ex p.10. tr.11. & Misc.1 Ref.46.

§.1. OLim affirmatiuam sententiam docuit Gomez, & Lamas, quos statim aliqui recte impugnarunt. Sed nouissimè hanc sententiam, hoc non obstante, docent Escobar de Mendoza *in Theol. mor. tract.1. exam.17.c.3.* Ioannes Henriquez *in QQ. Pract. sect.46.q.8.* & Machadus *tom.1.l.2 p.7.tr.3.docum.4.n.4.* vbi sic ait: Suponiendo pues, que aya obligacion, y precepto que obligue à no comer lacticinios en tiempo de Quaresma, segun la opinion referida. Disputan tambien los Dotores, si este precepto aya lugar no solo en los dias de ayuno de la Quaresma, si no tambien los Domingos della. Comun opinion es, que si; porque las palabras del Texto referido comprenden à qualquiera dia, en que se prohibe la carne. Però mas comun que nò; porque no auiendo obligacion, ni precepto de ayunar los dias de Domingo de la Quaresma, tampoco le ay de abstenerse en ellos de los lacticinios. Ita ille; cui adde Martinum de San Ioseph *in Monita Confess. tom.1. l.2. de Ieiunio tr.4.* sic asserentem: Muy probable opinion es la de los que dizen, que en los Domingos de Quaresma se pueden comer huevos, y lacticinios: porque no auiendo obligacion, ni precepto de ayunar los dias del Domingo, tampoco ay obligacion de abstenerse en ellos de huevos, y lacticinios, cuya abstinencia se introduxo por razon del ayuno: donde se echa de ver, que los Domingos de Quaresma no son del ayuno della; es; que en su lugar añadiò la Iglesia los quatro dias; que ay desde el Miercoles de Ceniza, hasta el Sabato inclusiuè; y los dos que ay desde el Iuenes de la Cena exclusiuè, hasta Paschua, para cumplir los quarenta dias. Y consta del *cap. Quadragesimæ, de Consecrat. dist.5.* que los dias de Domingo no son quadragesimales: sic ille. Et sanè sententiam Villalobos *in Summa, tom.1. tract.27. claus.6. num.11.* dicit non esse damnandam; & Trullench *lib.3. disput.1.n.3.* asserit non esse improbabilem: Quod etiam dixit Ludouicus à Cruz, *in Bullam Cruciatæ, cap.5. dub.38. num.5.*

2. Sed ego alibi hanc sententiam improbaui; & nunc iterum improbo; & caueant Auctores ne in posterum illam vel absolutè teneant, vel tanquam probabilem admittant: Nam Sacra Congregatio S. Officij, & Sacra Congregatio Indicis, mensibus elapsis, mandarunt, hanc sententiam à quodam libro deleri, vt factum fuit. Et rectè quidem; nam est contrà communem sententiam Doctorum, quicquid falsò asserat Machadus vbi suprà; & est contrà consuetudinem totius Ecclesiæ. Et probatur hæc opinio ex *cap. Denique, dist.4.* vbi est sermo de Quadragesima; & declarat Pontifex, quòd in illis diebus, in quibus abstinemus à carnibus, debemus etiam abstinere à lacticiniis; non autem dicit, diebus, in quibus ieiunamus, sed in quibus abstinemus à carnibus: à carnibus autem abstinemus, non solùm in diebus ieiuniorum, verùm etiam in Dominicis Quadragesimæ.

3. Nec obstat dicere ex dicto capite, quod dies Dominici intrà Quadragesimam, non sunt dies abstinentiæ, vt ibi dicitur, (qui de abstinentia subtracti sunt:) igitur abstinentia, quæ in Quadragesima præcipitur non

non addit suprà dies Dominicos, alioquin non subtraherentur ab abstinentia : & confirmat Pasqualigus *de Ieiunio decis.72.* ex eo, quòd in fine eiusdem Textus fit mentio de illis quatuor diebus, qui sunt ante primam Dominicam Quadragesimæ ; & addit sunt, vt in Textu dicitur, supra triginta sex dies, vt compleretur numerus quadragenarius dierum abstinentiæ: ergo si addendi erant quatuor dies pro integrando numero illo quadragenario abstinentiæ ; Dominici dies non sunt numerandi inter dies abstinentiæ. Respondeo, argumentum laborare in æquiuoco, nam dies abstinentiæ possunt dici tum quoad quantitatem, tum quoad qualitatem ciborum ; & hoc pacto sunt, propriè loquendo, dies ieiunij : possunt etiam dici latè dies abstinentiæ, quoad qualitatem tantùm ciborum ; & sic Dominicæ Quadragesimæ appellari poterunt dies abstinentiæ, sed minus propriè : in Canone autem illo per dies abstinentiæ intelliguntur dies ieiunij, à quibus subtrahuntur, dies Dominici Quadragesimæ, & sic patet responsio ad abstinentiam in contrarium adductam: itaque dicimus, abstinentiam strictè acceptam non cadere suprà dies Dominicos ; secùs abstinentiam largè sumptam, quatenus dicit prohibitionem à qualitate ciborum. Et hæc omnia docet Pater Bardi *in Bullam Cruciatæ, part 2, tract.3. cap.2. sect.5. per totam*, vbi latè nostram sententiam tanquam communem defendit, contra nostrum Pasqualigum : qui tamen postea in secunda editione mutauit opinionem, & doctè respondet ad argumenta contraria ; vnde amplius non potest adduci in fauorem affirmatiuæ sententiæ: contrà quam Ego plures Doctores adduxi *in part.3. tract.6. resol.80.* & me citato, alios etiam adduxit Bardi *vbi supra*.

RESOL. LV.

Si quis ex voto teneatur ieiunare, an absque Bulla in Quadragesima, vel intra annum comedens ova, & lacticinia, vbi ex consuetudine non comeduntur, peccet contra votum?

Idem est dicendum de ieiunio ex pœnitentia à Confessario imposita, & de ieiunio Iubilæi.

Et alij quinque casus adducuntur in §. vltimo huius Resolutionis & pro obligatione voti in eis. Ex p.9. tract.8. & Miscell.3. Resol.6.

NEgatiuè respondet Sanchez *in Summa, tom.1. lib.4. cap.11. num.52 & 53.* vbi sic ait : [Eximo, satisfieri omnibus his ieiuniis extra Quadragesimam factis edendo lacticinia absque Bulla ; quia est probabilior opinio, nec iure, nec consuetudine interdici lacticinia in illis. Tandem idem existimo, tanquam valdè probabile, de ieiuniis Quadragesimalibus, voto, pœnitentia, vel Iubileo indictis ; nisi Pontifex in Iubileo, vouens in voto, vel Confessarius pœnitentiam iniungens, expressè vsum lacticiniorum intercederet. Quamvis enim peccaretur in Præceptum Ecclesiæ interdicentis eo tempore lacticinia carenti Bulla : at non peccaretur contra votum, pœnitentiam ve tunc ieiunandi, & satisfieret eo ieiunio voto, vel pœnitentiæ, vel ieiunio Iubilæi. Ducor : quia hic ex pœnitentia, voto, vel Iubilæo ad solum ieiunium eo modo, quo est ab Ecclesia institutum, tenetur, & ad id, ad quod obligat Præceptum ieiunij, vt sic. At Præceptum ieiunij, etiam quadragesimalis, vt sic, non obligat ad abstinentiam à lacticiniis, sed est distinctum omninò Præceptum independens à ieiunio. Quod inde constat, quia ex cap. *Denique, 4. dist.* vbi hæc abstinentia præcipitur in Quadragesima, nulla fit mentio de Præcepto ieiunij, nec ratione ieiunij id præcipitur, sed tantùm dicitur sic : *Par est, vt, qui bis diebus à carnibus abstinemus, ab his, quæ sementinam trahunt originem à carnibus ieiunemus.* Et ita in Dominicis Quadragesimæ ibi præcipitur quoque hæc abstinentia ; cùm tamen tunc non ieiunetur. Atque pueri, & omnes alij à ieiunij Præcepto excusati, tenentur à lacticiniis abstinere. Quare non est hoc Præceptum, sicut de hora refectionis non anticipanda: vtpote quæ ex vi solius præcepti ieiunij iniungitur & eo ipso quòd quis non tenetur ieiunare, non tenetur ad illam.

2. Sed, his non obstantibus, affirmatiuæ sententiæ adhæret Palaus, *tom.3. disp.1. punct.12. num.18.* Suarez *l.4. de voto, cap.7. num.9. in fine*, & Azorius, *1. p. lib.7. cap.10. q.2. in fine*, & *l.11. cap.20. quæst.6.* Quia, licèt abstinentia ab ouis, & lacticiniis supponatur Præcepto ieiunij quadragesimalis : at, quia hoc necessariò supponitur ; & tanquàm pars integralis talis ieiunij ; ea de causa vouens illo tempore ieiunare, censendus est votum emittere de ieiunio sub illa forma. Neque Ecclesiasticum quadragesimale ieiunium est sola abstinentia à duplici refectione ; sed etiam abstinentia à carnibus, & ab his, quæ à carnibus originem ducunt. Itaque ex his patet, vtramque sententiam pro se rationes probabiles habere.

3. Sed, quia hîc actum est de interpretatione voti in gratiam Lectorum, alia selectiora adnotabo. Dico igitur primò, me non assentire Castro Palao, *vbi s. p. n.5.* asserenti, votum de dicendo Rosarium non persolui cum socio : nam puto vouentem, alternatim cum socio recitãdo, voto satisfacere. Ita Trullench *in Decal. tom.1. lib.2. cap.2. dub.5. n.19.* &, me citato, Pellizzarius *in Man. Regul.* in ò censeo & satisfacere, etiamsi recitet Rosarium, facta notabili interruptione in ipsismet decenniis. Secundò, qui vouit aliquid aliquo modo indeterminato, potest eligere id quod minus est : tum quia votum est interpretandum strictè, quantum verba patiuntur : tum, quia sic habetur cap. *Ex parte, de censib.* tum etiam, quia dum in legatis, attentis circunstantiis, videlicet consuetudine, patriæ & ipsius testatoris facultate, & consuetudine, & dignitate legatarij, non constat de intentione testatoris ; præsumitur testator voluisse legare, quòd minus est : vt ad minimum grauaret hæredem, *l. Nummus, 73. ff. de legat.3.* Tertiò, qui vouit ieiunare, v. g. toto mense Septembri, non tenetur ieiunare in Dominicis illius mensis, nisi id expressè intenderit : quia præsumitur habuisse intentionem obligandi se ad ieiunium eo pacto, quo Ecclesia obligat : Ecclesia autem nunquam obligat ad ieiunium die Dominica. Ita Sanch. *l.2 c.37. n.20.* Bonac. *de Sacramentis, disp.4. q.vlt. punct.6. n.25* & alij. Item, qui vouit ieiunare vigilia alicuius Sancti, cuius dies festus incidit in fer.2. potest Sabbatho antecedenti ieiunare, & non tenetur ad ieiunium die Dominico ; nisi aliter expressè intenderit : præsumitur enim voluisse accommodare se Ecclesiæ consuetudini. Idem dic de eo, qui vouit ieiunare in die Annunciationis B M. Virginis, si incidat in Dominicam, modò aliud non constet de mente vouentis. In dubio autem voluntaris existimo, posse in Sabbatho antecedente diem Annunc. ieiunare, aut etiam posse ieiunium transferre in fer.2. si die Sabbathi teneatur alio titulo ieiunare : habet enim iustam causam transferendi votum in alium diem : vt se vniuersali Ecclesiæ consuetudini accommodet, & hæc commutatio fieri videtur in æquale. Quartò, qui vouit tradere aliquid certo pauperi, tenetur tradere alteri pauperi, si pauper designatus moriatur nondum adimpleto voto ; nisi aliter constet de voluntate vouentis. Ratio est : quia sic explicaretur præceptum, si de hac re extaret. Deinde, quia hoc votum explicandum est, sicut explicatur legatum pium pauperi relictum, quod soluendũ est, etiamsi mortuus fuerit pauper designatus. Et tandem non assentior Castro Palao, *vbi suprà, n.12.* asserenti, vouentem sextis feriis ieiunare, si eo anno incidat Natalis

Sup. hoc est socio sup. in tr.4. Resol.70. in to.1. tr.6. Resol.31. §. penult. ad medium.

Sup. hac interruptione in to.8. tr.4. Resol.47. &c. Et pro contẽto in vers. Secũdo, qui vouit, huius text. in to.8. tr.4 Resol.33. §. vide, &c. Et pro contento in hoc vers. Tertiò, qui vouit, huius text. sup. in Resol. 7. §. vlt. in principio.

Sup. hoc ma-

gis latè inf. in Resol. 64.

Domini in die Veneris, teneri ieiunare; contrarium enim puto cum Trullench *loc. cit. n.* 6. qui omnia *superius* dicta confirmat.

RESOL. LVI.

An si quis vouerit ieiunare teneatur abstinere, à lacticiniis extra Quadragesimam, vel an teneatur seruare tale ieiunium iuxta patriæ consuetudinem?

Et an promittens ieiunare in Quadragesima, dubius autem an intenderit abstinere à lacticiniis, non sit damnandus tanquam reus voti, si illis absque Bulla vescatur, licet peccaret in præceptum Ecclesiæ interdicentis eo tempore lacticiniorum vsum? Ex part. 1. tract. 9. Resol. 5.

Sup. hoc in Resol. præter. & sup. in tr. 3. Resol. 16. §. vlt. & in Resol. 167. & 168.

§. 1. NEgatiuè respondet Ortiz *in sum. c.* 19. *n.* 9. vbi sic ait: [Los hueuos no son contra la sustancia del ayuno, ni se vedan, si no en Quaresma, y assi los que prometieron de ayunar, pueden ayunar con hueuos.] Sed Azorius *part.* 1. *l.* 3. *c.* 10. *q.* 2. ait, ita vouentem debere eo modo seruare hoc ieiunium, quomodo ciuitas seruat ieiunia Vigiliarum, & quatuor Temporum. Et *l.* 11. *cap.* 20. *quæst.* 7. asserit ita vouentem teneri seruare hoc ieiunium iuxta patriæ consuetudinem.

Sup. hoc in Resol. præter. cursim ad lin. 5. & sup. in Resol. 50. §. vlt. & in Resol. 51. §. 2. & super. in tr. 4. Resol. 27. §. 2. cursim ad mediũ, & in tr. 3. Resol. 167. §. vlt. & signãter inf. in Resol. 58. §. 1.

2. Sed talem consuetudinem non extare putat Portel. *in addit. ad dub. reg verb. ieiunium n.* 7. vbi sic asserit: [Sanchez tenet, probabile esse, sic vouentem ieiunium, absque Bulla Cruciatæ, posse comedere lacticinia in illo die ieiunij; extra ieiunia tamen Quadragesimæ: quia est probabilior opinio, nec de iure, neque de consuetudine interdici in die ieiunij lacticinia extra Quadragesimam.] Ita Portel. probabiliter quidem, *vt sup.* dictum est. Et nouissimè hanc sententiam docet Sancius *in Select. disp.* 51. *num.* 19. vbi ait, non adesse præceptum, neque consuetudinem abstinendi ab ouis; & lacticiniis in Vigiliis, & quatuor anni Temporibus, maximè in Regnis, vbi adest Bulla Cruciatæ, vt est in hoc Regno Siciliæ. Vide etiam Vasquez *in p.* 2. *tom.* 2. *disp.* 117. *c.* 6. *n.* 54.

3. Itaque ita vouens satisfaceret voto, si in ieiuniis extra Quadragesimam comederet sine Bulla lacticinia, & ouaximo Sanchez *in sum. tom.* 1. *l.* 3. *c.* 11. *n.* 53. cum Angles docet, promittentem ieiunare in Quadragesima, dubium autem, an intenderit abstinere à lacticiniis, non esse damnandum, tanquam reum voti, si illis absque Bulla vescatur, liceat peccare in Præceptum Ecclesiæ interdicentis eo tempore lacticiniorum vsum, Rationes, quare id asserat, videndæ sunt apud ipsum.

Sup. hoc in Resol. seq.

RESOL. LVII.

An qui vouit ieiunare Quadragesimam & dubius an voluerit vouere abstinentiam à lacticiniis, teneatur illa non comedere? Ex p. 4. tr. 3. Resol. 20.

Sup. hoc in Resol. præter. § vlt. ad medium.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Turrianus *in opusculis Theologicis, tom.* 1. *opusc.* 10. *disp.* 1. *dub.* 2. vbi sic ait. Alterum dubiolum est de eo qui vouit ieiunare Quadragesimam, cùm ad id aliàs non esset obligatus, & dubitat an voluerit vouere abstinentiam à lacticiniis. Ego existimo, quando est purum dubium, tutiorem partem esse eligendam. Sic ille.

2. Sed tu contrariam sententiam tene, quam tuetur Angles *part.* 1. *de ieiunio, q.* 9. *de abstinentia à cibo, art.* 1. *dub.* 2. & Ioannes Salas *in* 1. 2. *tom.* 1. *tr.* 8. *disp. vnica, sect.* 25. *n.* 250. quia melior est conditio possidentis.

RESOL. LVIII.

Quidam Religiosus in hoc Regno Siciliæ comedit lacticinia in quadam Vigilia, quæsiuit à me, an peccauerit mortaliter?

Et discutitur, an sit consuetudo dictis diebus abstinere à lacticiniis?

Et an Religiosi, & Clerici teneantur seruare consuetudinem laicorum, in ieiuniis, vel è contra?

Et an in ieiuniis extra Quadragesimam interdictum sit esus lacticiniorum?

Et an iter agẽtes possint sine Bulla lacticinia edere, quando non inueniuntur in itinere pisces, vel non possint commodè habere aliud, quod manducent?

Et an licèt itinerantes inueniant panem, & pomorum fructus, & olera, non teneantur ieiunare?

Et tandem quæritur, an Sacerdotes etiam Regulares possint diebus Dominicis Quadragesimæ virtute Bullæ Cruciatæ edere ouа & lacticinia?

Et quid dicendum est de cæteris omnibus aliis sine Bulla? Ex part. 5. tractatu 14. & Miscell. 2. Resolutione 13.

§. 1. SVppono quòd in esu lacticiniorum circa feriam sextam, sabbatum, vigilias Sanctorum, & quatuor temporum seruanda est consuetudo prouinciæ ideo pro resolutione præsentis dubij videndum est, an in Sicilia sit consuetudo dictis diebus abstinere à lacticiniis; & videtur negatiuè respondendum, per ea, quæ adduxi *in* 1. *part. tract. de ieiunio, resolut.* 5. & 41. Quæ cum Vasquez, Villalobos, Sancio, & aliis, quibus nunc addo Trullench. *in expositione Bullæ Cruciatæ, dub.* 3. *num.* 9. Sanchez *in opusc. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 21. *num.* 2. quia vt consuetudo habeat vim legis, & debet esse inducta à maiori parte populi; sed consuetudo in Sicilia non est huiusmodi, cùm maior populi pars sumat Bullam Cruciatæ, quibus id licet, & qui Bullam non habent, sunt pauci, & pauperiores, ergo non potuit maior pars populi inducere hanc consuetudinem. Deinde consuetudo vt obliget, debet esse introducta cum intentione obligandi, & vt sit præceptiua, & adhuc tunc non semper obligat ad mortale, sed quando inducta est ea intentione vt obliget ad mortale, vt notat Montesinus *in* 1. 2. *tom.* 2. *tract. de legibus, disput.* 23. *quæst.* 13. *num.* 222. Tamerus *tom.* 2. *disput.* 5. *quæst.* 7. *dub.* 1. *num.* 19. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 9. Bossius *vbi infrà*, & alij. Sed hæc consuetudo non est inducta animo se obligandi, sed ex ignorantia, qua ignorantes credebant edere lacticinia in illis diebus esse prohibitum, ergo, &c. Et tandem cùm saltem hæc res sit dubia, melior est conditio possidentis, libertatem scilicet, non adesse talem obligationem. Et hanc opinionem mordicus tenet pro Regnis Hispaniarum Sanchez, Vasquez & alij *vbi suprà*, quod etiam procedit in Regno Siciliæ, cùm in his omnibus sumatur Bulla Cruciatæ. Vnde non debebat absolutè asserere Ludouic. à Cruz *in Bulla Cruc. disp.* 1. *cap.* 5. *dub.* 12. *num.* 17. lacticinia esse prohibita extra Quadragesimam ex consuetudine. Vide me ipsum *locis citatis.*

2. Verùm dato, & non concesso, quòd adesset consuetudo in Regno Siciliæ abstinendi à lacticiniis in dictis diebus, adhuc puto Religiosum, de quo loquimur, non peccasse mortaliter edendo illa, quia, vt doctè obseruat Sanchez *loco citato*, & nouissimè Bossius *de triplici Iubilæo, sect.* 4. *cas.* 18. *numero* 32. Religiosi non tenentur seruare consuetudines particulares secularium etiam Clericorum, nec Clerici aliorum secularium particulares consuetudines, sicut nec seculares laici consuetudines particulares Clericorum, nec

nos Clerici Religiosorum, nam cùm sint diuersi status, sunt diuersæ consuetudines, & abstinentiæ in illis. Vnde doctrina prædicta quòd Religiosi extra Quadragesimam possint edere oua & lacticinia in vigiliis, & quatuor temporibus, est certior in Religiosis, ob rationem dictam, quia esto esset de hoc in Regno Siciliæ consuetudo, non est generalis totius Ecclesiæ, sed particularis, quæ, vt dictum est, non obligat Religiosos. Ita Sanchez. Ex quo infert, dato, & non concesso, quòd in Hispania adesset consuetudo abstinendi à lacticiniis, posse hoc non obstante Patres Societ. Iesv illa edere supradictis diebus, ex ratione adducta, sed an idem dicendum sit de Clericis nempe non teneri seruare consuetudinem laicorum in ieiuniis: affirmatiuè respondet Sanchez, vt apparet in verbis supracitatis: cui sanet Salas *de legibus, disp. 9. sect. 15. n. 105.* & Paludanus *in 4. dist. 15. q. 4. art. 3.* Verum contrarium docet Suarez *de legib. lib. 7. cap. 17. num. 12.* & Castrus Palaus *tom. 1. tract. 13. disp. 3. punct. 5. n. 6.*

3. Nota ex supradictis non bene dixisse Couarruuiam *lib. 4. cap. 10. num. 15.* & Gomez *in Bulla Cruc. clauſ. 7. num. 3.* & alij, in ieiuniis extra Quadragesimam iure interdictum esse esum lacticiniorum: nam lacticinia de iure prohibentur tantùm in Quadragesima, vt refert communis opinio, & omnium Magistri S. Doctor *in 2. 2. quæst 147. art. 3. in fine, & in 4. dist. 15. q. 5. art. 4. q. 1. ad 4* & ego alibi. Vnde contra Beiam *part. 1. cas. 45.* dicendum est in terris Indiarum de nouo repertis in diebus extra Quadragesimam posse edi oua, & lacticinia.

4. Notandum est etiam hîc obiter iter agentes posse sine Bulla lacticinia edere, quando non inueniuntur in itinere pisces, quos emant. Ita Sanchez *vbi suprà, dub. 19. n. 6* quod puto intelligendum si non possint commodè habere aliud, quod comedant. Verùm aduerte, quòd licèt itinerantes inueniant panem, & pomorum fructus, & olera non tenentur ieiunare, quia hæc regulariter non sunt sufficiens prandium. Ita Sanchez *dub. 15. n. 3.* & docti iuniores.

5. Et tandem nota posse Sacerdotes etiam regulares diebus Dominicis Quadragesimæ virtute Bullæ Cruciatæ edere oua, & lacticinia. Ita probabiliter ego *in 2. p. n. 11. de Bulla Cruciata, resol. 5.* cum multis DD. quibus nunc addo Ludouicum à Cruz *in Bulla Cruc. disp. 1. c. 5. dub. 8. num. 5.* Cordubam *in sum q. 68.* Palaum *in 4. dist. 15. dict. 8. fol. 127.* & Trullench. *in Bulla Cruc. lib. 2. §. 4. dub. 7 n. 2.* Imò sine Bulla hoc omnibus licitum, tenet Gomez *in Bulla Cruc. clauſ. 7. n. 7.* & 8. Llamas *in sum. 3. part. c. 5. §. 26.* quam sententiam non esse omnino improbabilem putauit Trullench. *vbi supra, n. 1.* Sed contra hanc opinionem vide Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 23. diffic 8. n. 1.* & Sanctum *in selectis, disp. 3. num. 25.*

RESOL. LIX.

An si in aliqua Prouincia extaret consuetudo vniuersalis obligatoria abstinendi ab ouis, & lacticiniis in ieiuniis extra Quadragesimam, tenentur illam Regulares obseruare?

Et an consuetudo alicuius loci obliget Regulares ad ieiunia?

Et quid quoad consuetudinem laicorum celebrandi aliqua Festa, an obligentur Regulares exempti ad eorum celebrationem?

Et an consuetudo laicorum in ieiunio, obseruatione Festorum, &c. obliget etiam Ecclesiasticos?

Et an persona Religiosa obligentur legibus Synodalibus, ad totum Episcopatum se extendentibus?

Et deducitur, quod Regulares non tenentur ad ieiunia Prouincia, quando obligant ex generali consuetudine Prouinciæ, etiamsi consuetudo confirmata sit Synodo Prouinciali?

Et infertur, quod tota Prouincia non potest condere leges obligantes Regulares. Ex p. 10. tract. 11. & Misc. 1. Resol. 58.

§. 1. NEgatiuè respondet Martinus de San Ioseph *in Monit. Confessar. tom. 1. lib. 2. tract. de Ieiunio 4. n. 3.* vbi sic ait: [Quando en alguna parte, lugar, ò Prouincia, v. g. en España, huuiesse costumbre introduzida con actos obligatorios, y legitimos, de no comer hueuos, y lacticinios en los ayunos de entre año; no obligaria à los Religiosos: los quales, no siendo la costumbre vniuersal de toda la Iglesia, no tienen obligacion de guardar las costumbres particulares de los seglares, ni Clerigos: ni tampoco estan obligados los Clerigos de guardar las costumbres particulares de los seglares, como ni tampoco tienen obligacion los seglares, de guardar las costumbres particulares de los Clerigos, ni las de los Religiosos, porque como diuersos estados, ay diuersas costumbres de abstinencia entre ellos.] Sic Sylvester *verb. Ieiunium, quæst 2.* citans Archidiacon. Anglez *1. part. in Florentibus in materia de Ieiunio 7. 4. dub. 3.* Sanchez *tom. consil. lib. 5. cap. 1. dub. 21. n. 2.* citans, Ledesmam, & Medinam. [Y añade, quanto à no auer obligacion de abstenerse de hueuos, y lacticios en los ayunos de entre año fuera de la Quaresma que es mas cierto, que pueden comerlos los Religiosos: porque aunque aya costumbre legitima de no comerlos, no es general de toda la Iglesia, sino particular de vn Reyno, Prouincia, ò lugar que no obliga: como hemos dicho, à Religiosos.] Ita Martinus.

Sup. contento in hoc §. 1. in Resol. præterita §. Verum.

2. Confirmatur supradicta opinio ex doctrina Bordoni, quem citat & sequitur Pasqualigus, *dec. 186.* per totam, in qua probat, consuetudinem alicuius loci non obligare Religiosos ad ieiunia. Sed non deseram hîc apponere verba sapientissimi Patris Arriaga *in Cur. Theolog tomo quarto, tract. de legibus, disputatione 25, sectione sexta, numero 40.* vbi ait: Quæstio est, an consuedo Laicorum obliget etiam Ecclesiasticos? Huic respondendum ex eodem principio, quo præcedentibus de obligatione legis scriptæ: diximus enim ad leges ciuiles in materia etiam communi Ecclesiasticis, quæ nullo modo præiudicet eorum libertati, obligari etiam Ecclesiasticos; inde in præsenti dicimus, si consuetudo sit in eiusmodi materia non contraria libertati Ecclesiæ, & communi omnibus, vt conciuibus; tunc obligari etiam Ecclesiasticos, licet lex solùm confirmetur consensu implicito Principis sæcularis: sicut obligaret lex scripta ab eo etiam solo sæculari principe lata: sin verò materia sit spiritualis, & ab ipsis Clericis simul cum sæcularibus obseruetur; inducent obligationem vtriusque quatenus ea consuetudo à personis vtriusque Fori obseruata, censetur approbari à Principe Ecclesiastico, & ciuili: eritque eo casu vna consuetudo virtualiter æquiualens duabus. Denique, si consuetudo, esto sit spiritualis, vt verbi gratia, ieiunium, celebratio Festorum, obseruetur tamen à solis sæcularibus, dicimus etiam comprehendere Clericos: quia tunc ea consuetudo inducit legem, quatenus approbatur ab Episcopo, qui etiam habet iurisdictionem supra Clericos, vtrùm autem etiam obligentur Religiosi exempti, dictum est supra dum egimus de lege scripta. Ita ille.

Sup. hoc in §. vlt. huius Resol. & in Resol. eius not.

Sup. hac consuetudine in Resol. præterita, §. Verum, propè fin, & in to. 6. tr. 2. Resol. 23. §. 1. ante med. vers. Quod si materia sit, & in t. 9. tr. 2. Resol. 295. per tot. & in aliis eius not.

3. Videndum est igitur quid ipse senserit de lege scripta, sic itaque asserit, *disputat. 10. sect. 6. num. 50.* aduertendum, legibus Canonicis non solum obligari Ecclesiasticos, sed etiam Laicos; quia etiam hi sunt oues Christi, vt sæpè diximus; per quod non negamus, sæpè multas esse leges pro solis Ecclesiasticis; sicut è contrario multæ sunt pro solis Laïcis: quomodo

Sup. hoc in Resol. præterita §. Verum, propè fin. à vers. Sed an idem, & in Resol. 2. nor. præteritæ, & in eodem §. propè fin. & seq. & pro Regularibus in hoc casu in to. 7. tr. 1. Resol 32. & Saltim ergo, & in §. eius not.

autem qui intra Territorium sunt, non obligentur si sint exempti; diximus supra agentes de lege humana. Illud tamen restat declarandum, an personæ Religiosæ obligentur legibus synodalibus ad totum Episcopatum se extendentibus? Pro resolutione aduerte, Religiosos aliquos esse exemptos à iurisdictione Episcopali, aliquos verò non: ergo, si de exemptis loquamur, conclusio sit, eos non obligari eius legibus: patet, quia ad hoc maximè ordinatur ea exemptio. Secundò, quia Tridentinum *sess. 25. c. 12.* tanquam singulare aliquid præcipit, vt in obseruatione Festorum & censurarum Religiosi exempti obediant Episcopo; per quod supponit in cæteris non teneri, imo nec antea ad hæc duo fuisse obligatos. Tertiò, quia Religiosi exempti (vt constat *ex c. 1. de priuilegiis, in 6.*) non tenentur Episcopo parere, nisi in casibus à iure exceptis; non excipiuntur autem à iure leges Synodales: ergo. Dices, Religiosi iure naturæ, tanquam pars communitatis, tenentur se conformare toti; ergo & obseruare has leges. Respondeo ex sæpè dictis, hanc conformationem non obligare exemptos: alioquin & ille, cum quo dispensatur validè, teneretur etiam legibus; quia adhuc post dispensationem est pars eius communitatis. Vel si vis magis scholasticè respondere, distingue; Religiosi in eo puncto, in quo sunt pars, tenentur se accommodare; admitto Antecedens: in eo, in quo non sunt pars; nego Antecedens. Vnde nego Consequentiam, quia in ordine ad has leges eo ipso, quòd exempti sint, iam sunt quasi à cæteris separati, iam non sunt pars. Fortasse aliquando, ratione scandali, tenebuntur aliquas obseruare, verbi gratia si imponantur ieiunia: populus enim valdè scandalizaretur, si dum ipse ieiunat videat Religiosos, quos iudicat adhuc magis ad id obligatos, non ieiunare: at hoc est per accidens; & solum obligabit in publico, non in occulto. Hucvsque Arriaga: ex cuius doctrina sequitur, quod sicut Regulares exempti non tenentur legibus, nisi in casibus expressis; neque tenentur Consuetudinibus: quia vt visum est, Consuetudo non est maioris efficaciæ, quam sit lex Concilij, & Synodi Ordinariorum; vnde si talis lex non obligat Religiosos, nec etiam obligabit Consuetudo. Hinc deducitur, quod Regulares non tenentur ad ieiunia Prouinciæ, quando obligant ex generali consuetudine Prouinciæ; etiamsi consuetudo confirmata sit in Synodo Prouinciali; quia non subduntur Constitutionibus Synodalibus. Militat enim eadem ratio, quia neque tota Prouincia potest concedere leges obligantes Regulares, cùm non sint subiecti potestati ipsius; atque adeò nec dare vim consuetudini ad ipsos obligandos.

Sup. hoc & seqq. vsque ad not. seq. in to. 6 tr. 1. Ref. 44. per totam, & in aliis eius ann. & hic sup. in Ref. 40. & in aliis eius primæ not.

Sup. hoc in Resol. not. seq.

4. Verum his non obstantibus, ego olim cursim affirmatiuæ sententiæ adhæsi, quam nouissimè tenet Pellizzarius *in Manuali Regular. tom. 1. tr. 5. c. 5. n. 10.* vbi sic ait: Quæres, an Regulares in suis Monasteriis teneantur seruare ieiunia per consuetudinem inducta in ea Prouincia, Oppido, aut loco, in quo ipsi degunt per dominum dominij? Respondeo teneri, si consuetudo sit generalis, id est communis, tam Clericis, ac Religiosis, quam Laicis: sic enim illa ieiunia sunt omnibus communia, & moribus omnium ibi habitantium comprobata, idcóque debent ab omnibus seruari, etiam à Regularibus, quippè qui sunt partes talis communitatis, & vt tales debent concordare cum suo toto, iuxta illud: Turpis est pars, quæ non concordat suo toto. Secus, si consuetudo sit tantum Laicorum, aut Clericorum: tunc enim Regulares non tenentur ad ieiunia taliter inducta; cùm illi plures habeant abstinentias, ac ieiunia, quæ non habent Laici, aut Clerici, idcóque par sit, vt illorum ieiuniis non supergrauentur, quorum consuetudinibus non liberantur à ieiuniis propriis Ordinis iuxta illud: Quos non honoro, nec onero; & quos honoro, grauo. Ita ille; qui citat, Fagundez, Reginaldum, & Azorium. Idem docet Merolla, *tom. 3. disp. 5. dub. 5. num. 36.* qui citat Paludanum, Rodriquez, & Portel. Idem docet Lezana *in Summa, tom. 1. cap. 14. num. 13.* Bossius *de Iubileo, sect. 4. cas. 18. numero 32.* Peyrinus *de Priuilegiis Regul. quæst. 1. cap. 8. num. 22.* Trullench *in Decalogum, tom. 1. lib. 3. cap. 7. dubio 5. num. 12.* Tamburinus, *tom. 2. disputat. 12. quæst. 3. num. 1.* Villalobos *in Summa, tom. 1. tract. 23. difficult. 5. num. 6.* Hieronymus Rodriquez, *resolut. 75. num. 18.* Nouarius, *verb. Ieiunium, num. 1.* & alij. Non assentior tamen Merollæ asserenti, opinionem negatiuam esse falsam: nam puto non carere sua probabilitate; licet ego, vt dixi, affirmatiuæ sententiæ adhæream.

Cursim in Ref. quæ hic est sup. 40. in fine & magis latè in Ref. 41. & hic supra in §. Confirm. huius Ref. breuiter in princ. & prope finem, §. Videndũ.

RESOL. LX.

An Regularis vouens ieiunare satisfaciat, si ieiunet secundum morem Monasticum, vel teneatur ieiunare secundum morem Ecclesiæ?

Et ieiunium indictum à Confessario, nisi is contrarium explicet, an semper sit Monasticum quoad Regulares, secus autem quoad seculares? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. Resol. 24.

§. 1. IOannes Caramuel, quia est vir acutissimi ingenij ponit hoc dubium *in Reg. de Bened. disp. 128. n. 1613.* & sic respondit: Primò, si quis Monachus voueat aliqua die ieiunare, & non determinet formam ieiunij, intelligendus est vouisse ieiunium iuxta formam Monasticam.

2. Secundò: Ieiunium indictum à Confessario, nisi is contrarium explicet, aut mens ipsius aliunde certò cognoscatur, semper est Monasticum. Liquet, quia in ambiguis debet præualere benignitas. Ita ille; vnde secundum hanc opinionem, si quis ex nostra religione voueret ieiunare, & non determinaret velle ieiunare secundum morem Ecclesiæ, satisfaceret voto si ieiunaret, secundum morem ieiuniorum nostræ Religionis; Sed posset aliquis dicere Doctores communiter asserere, vota ieiunij imposita à Confessario, vel emissa à vouente intelligenda esse, & obseruanda secundum morem Ecclesiasticum. Verum respondebit Caramuel, Doctores loqui de Laicis qui non habent alia ieiunia nisi Ecclesiastica, secus autem dicendum videtur de Regularibus, qui habent ieiunia Ecclesiastica, & Monastica: Ideo tu cogita.

RESOL. LXI.

An qui vouit ieiunare die Sabbathi, vel Feria 6. teneatur ad id votum, si dies Natiuitatis Domini venerit in his diebus?

Et notatur eum, qui votum emisit non comedendi ova in sexta Feria, vel die Sabbathi posse comedere carnes in die Natiuitatis Domini, si in eis acciderit celebrari. Ex p. 1. tr. 9. Ref. 22.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Suarez, *de Sacram. relig. tom. 2. lib. 4. cap. 20. numero 7.* Portel. *in add. ad dub. reg. verb. ieiunium, num. 9.* Pirhing. *in Iuris Pontif. lib. 5. tit. 34. §. 1. n. 11.* Filliarch. *de off. Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 25.* Sanchez *in Sum. tom. 1. l. 4. cap. 11. num. 61.* Villalobos *in Sum. tom. 1. tr. 23. diff. 2. n. 6.* Barth. à S. Fausto *in thes. relig. l. 1. q. 114. num. 2.* Vasquez *in p. 1. disp. 20. c. 4. n. 26.* Sylvest. *verb. ieiunium, n. 27 q. 10.* Ortiz *in Sum. c. 19. n. 21.* Reginaldus *tom. 2. l. 18. c. 20. n. 290.* Bonacina *de leg. disp. 4. quæst. 2. punct. 6. num. 9.* Paludanus *in 4. dist. 38. quæst. 3. art. 4. concl. 4.* Hieronymus Llamas *in Sum. part. 3. c. 5. §. 28.*

Homobo

Homobonus de Bonis *in exam. Eccl. p.1 tr.5.c.9.q.60.* Molfetius *in sum.tom.1. tr.11. c.14.n.67.* Sayrus *in claui reg. lib.6.c.8.n.11.* Et ratio est : quia ita clarè habetur *in c.fin.de obser.ieiunij*, ibi : [Qui nec voto, nec regulari obseruantia sunt adstricti, in sexta feria, si festum Natiuitatis Dominicæ die ipso venire contigerit, carnibus propter festi excellentiam vesci possunt, secundùm consuetudinem Ecclesiæ generalis.] Vbi vide etiam Glossa. Hostiensem, & Ancharanum.

2. Hæc sententia est probabilis. Sed contrariam non minùs probabilem existimo, quam docet doctissimus Molina *tom.1.disp.272.n.3.* vbi sic ait : [Si Deo vouisti omnes sextas ferias anni ieiunare ; eóque anno dies Natiuitatis Domini sexta feria celebretur, in qua omnes fideles carnibus vescuntur : ad iudicandum, an in ea die, nihil impediente voto, possis carnibus vesci, & non ieiunare ; interrogandus es, an, si dum votum emisisti, tibi occurrisset, eo anno festum Natiuitatis incidere in diem Veneris, cum diem excepisses ? quòd si affirmanter responderes, certe non teneris ieiunare : si autem trepides, scrupulosúsque, ac timoratæ conscientiæ plùs iusto sis, arbitrio prudentis iudicandum est, non teneri ieiunare : neque enim credendum est, te eo die voluisse à carnibus abstinere, & esse singularem, cum familiæ onere, in piscibus tibi soli parandis.] Ita Molin. Quem posteà sequutus est ex eadem Societate Azor. *tom.1. l.2.cap.20.q.3.* & nouissimè Fagundez *de Præc.Eccles.tr.4. l.1. c.6.num.6.* qui tenet hanc sententiam, non ex eo fundamento, vt volebat Molin. & Azor. quòd si cogitasset, non vouisset eo die ieiunare ; sed, quia, quando non constat de intentione expressa vouentis ieiunium, votum ipsius accipiendum est iuxta morem Ecclesiæ. Sed mos Ecclesiæ est, vt non ieiunetur, & vt carnes comedantur in die Natiuitatis Domini, etiamsi veniat in Sabbatho, vel in feria sexta. Ergo, &c.

3. Et ideò hanc opinionem, etiam Authores contrarij probabilem vocant, vt Bartholom. à S. Fausto *in thes.relig.l.q.154.num.2.* Bonacin *de leg.disp.4.q.2. punct.6.num.9.* cum aliis : & post hæc inueni hanc opinionem etiam docuisse Rodriquez *in sum.tom.3.cap.25. n.8.* vbi sic asserit. [A el que hizo voto simple de ayunar los viernes, se le deue preguntar, si tuuo intencion expressa de ayunar en este dia, aunque cayesse en viernes la Natiuidad, porque si no se acordo desto, no està obligado à ayunar, atento que si se acordarà, verisimilmente se ha de creer, que no hizierà voto de ayunar en dia de tanta Festiuidad.] Hæc ille mutans opinionem contrariam, quam docuerat anteà *in quæst. regul. tom.3. q.45. art.3.*

4. Restat modò respondere ad argumentum contrarium *ex cap.fin.de obser.ieiun.* Dicò igitur, illum canonem intelligendum esse, quando vouens expressè indiderat in suo voto diem Natiuitatis Domini, *vt sup.* dictum est, & omnes consentiunt : non igitur loquitur in casu, quo vouens nihil de tali die cogitaret : nam in illo casu sustinenda est sententia contraria. Et ita ego sentio, & sæpè in praxi consului, Notandum est etiam contra aliquos DD. quos citato nomine carpit Syluest. *verb.Ieiunium, num.7.* cum, qui votum emisit non comedendi ouа in sexta feria, vel die Sabbathi, posse comedere carnes in die Natalis Domini. Vide Regin. *in praxi, tom.1.l.4.c.13. sect.1.n.146.*

RESOL. LXII.

An Religiosus, vel quiuis alius, qui tenebatur ieiunare v.g. Feria 6. in qua occurrit Vigilia alterius Sancti, si non ieiunet, peccet dupliciter ?
Ex quo infertur, quod Religiosus Franciscanus, si non ieiunet in Feria 6. etiamsi sit Vigilia tantum vnum peccatum committit ; & idem dicendum est de aliis casibus.
Et quid est sentiendum, si Prælatus in virtute sanctæ Obedientiæ præcipit Religioso v.g. ieiunium in Vigilia alicuius Sancti, vel alterius ieiunij ? Ex part.4. tract.4. & Misc. Res.83.

§.1. Affirmatiuam sententiam communiter docent Vasq. *in 1.2.disp.98.c.2. num.7.* Merolla *in disp. Theol. tom.1.disp.2.c.7. corollar.6.n.126.* & alij, quia in tali casu frangitur duplicis virtutis præceptum, alterum temperantiæ ex præcepto Ecclesiæ, alterum verò religionis, nam ex voto tenetur regulam obseruare. Sup. hoc in Res. seq. signanter in fine §.2.

2. His tamen non obstantibus non reticeam, contrariam sententiam docere Petrum Cornejo *in 1.2. D.Th. tr.7.q.71. disp.5. dub.8.n.10.* nisi transgrediatur votum ex speciali inobedientia qua velit non subiici regulæ, aut Superiori. Vnde Gratian. *q.186.art.4. §.dicitur ad hoc*, docet quòd si Religiosus transgreditur præcepta Dei, vel Ecclesiæ, quæ præcipiuntur sub peccato mortali in sua regula, non propterea licet inferre peccasse duplici peccato, aut vno habente circumstantiam alterius peccati. Adde quòd regula potest præcipere talia ieiunia, imò præcipit propter idem motiuum, propter quod præcipit Ecclesia ; ergo cùm ibi non sit duplex motiuum, non erit nisi vnum peccatum, & idem est in aliis, nam Religio cùm præcipit ieiunium suis Religiosis, nihil aliud intendit, quàm virtutem temperantiæ, quod idem vult Ecclesia, ac proinde cùm Religiosus non ieiunat contra præceptum suæ regulæ, non committit nisi vnum peccatum, ac si tale ieiunium semel tantùm esset præceptum, quod confirmatur, quia regula in suis præceptis nisi exigat specialiter obedientiam, solùm intendit virtutes in particulari iuxta materiam præceptam ad ipsam obedientiam solùm generaliter ; ergo qui peccat, non committit duplex peccatum, nam illa obedientia est circumstantia generalis quæ reperitur ibi, sicut in omnibus aliis peccatis. Secus autem dicendum est si Prælatus in virtute sanctæ Obedientiæ præcipiat Religioso, v.g. ieiunium, nam illud non præcipit solùm sub ratione temperantiæ, sed etiam sub ratione voti obedientiæ, & ideò transgressio illius esset duplex peccatum, contra temperantiam, & contra obedientiam, quæ in particulari exigitur. Igitur in illo casu Religiosus committit duplex peccatum specie distinctum si à regula, vel Prælato exigatur obedientia specialiter ; secus autem si non exigatur, quia sæpè regula in suis præceptis habet motiuum, quòd Ecclesia in suis, hinc est quòd Religiosi Franciscani, si non ieiunant in sexta feria, etiamsi sit vigilia, tantùm vnum peccatum committunt, & idem dicendum est de aliis casibus, & hæc omnia dicta sunt secundùm mentem Petri Cornejo, vt ipsemet docet *vbi sup.* ego enim non recedo à prima opinione. Sup. hoc ibi in §. Quæres, post medium. Sup. hoc ibidem, sed cõtrariũ, in dicto §. Quæres, post medium, à vers. ex his, & sup. in princ. huius §.

RESOL. LXIII.

An si quis violet duo ieiunia ab Ecclesia indicta in vnum diem incidentia, peccet dupliciter ?
Idem est de auditione Missæ, & cessatione ab operibus seruilibus.
Et an saltem talis transgressio præceptorum sit circumstantia in confessione aperienda ?
Et quid si concurrat ieiunium indictum ab Ecclesia, & voto ?
Et infertur Monachum D. Francisci peccare dupliciter, si in die Veneris, quo incidit vigilia non ieiunet.
Et quæritur, an Religiosi Dini Francisci teneantur ad

Regulæ ieiunia, si annum 21. etiam non expleuerint?

Et an dicti Minoritæ ante 21. annum teneantur ieiunare Vigilias & quatuor Tempora Ecclesiæ, & Sanctorum?

Ex quo infertur etiam teneri ad ieiunia Iubilæi adolescentes, qui nondum 21. annum attigerunt, alias Iubilæum non obtinebunt? Ex parte 1. tractatu 9. Resol. 16.

Quoad hoc, & pro contento in hoc §. in tom. 1. tr. 7. Res 18. & in aliis eius primæ, & secundæ not.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Nauarrus *in Manuali, cap. 11. num. 4.* Lopez *in sum. p. 1. cap. 39.* Rodriquez *in sum. tom. 1. cap. 23. num. 3.* & ex neotericis Societatis IESV Ægidius Coninc *de Sacr. disp. 7. dub. 6. n. 47.* & alij: quia violat duplex præceptum: & ita sentiunt de auditione Missæ, atque cessatione ab operibus seruilibus.

2. Hæc opinio est probabilis. Sed contrariam probabiliorem non existimo; & ita in terminis loquens de ieiunio docet Ledesma *in sum. tom. 1. tract. 17. cap. 2. concluſ. 6.* Filliucius *tom. 2. tract 27. p. 2. cap. 5. n. 82.* Henriq. *lib. 5. cap. 5. n. 6.* Azorius *tom. 1. lib. 7 cap. 31. q. 7.* Fagundez *præcep. 4. lib. 1. c. 10. num. 7.* Sanchez *de matr tom. 3. lib 9. disp. 15. num. 6.* Vasquez *in p. 2 tom. 2. quæst. 72. art. 6. disp. 98. num. 8 & seq.* Suarez *in 3. p. tom. 4. disp. 22. sect. 4. num. 22.* & alij. Et ratio est: quia peccata non multiplicantur numero ex diuersitate præceptorum, quando illa præcepta pertinent ad vnam virtutem, vt est in casu nostro: secùs si pertinerent ad diuersas virtutes, vt cùm concurreret ieiunium indictum ab Ecclesia, & ex uoto. Et ita dicendum est de auditione Missæ, & abstinentia ab operibus seruilibus.

Sup. his in Res. præterita.

Sup. hoc & istis præceptis cõtentis in §. 1. & 2. huius Res. in tom. 1. tr. 7. Res. 58. §. 1. & 2. & pro parte in alio §. eius annot. tertiæ.

Et pro Monacho D. Franciſci in Res. præter. §. 2. ad 1in. 6. & in fine.

3. Quæres, an saltem talis transgressio præceptorum sit circunstantia in Confessione aperienda? Affirmatiuè respondet Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib. 4. c. 17 n. 192.* & alij. Sed ego puto contrariam sententiam probabiliorem, etiam stando in illa opinione, quod circunstantiæ aggrauantes sint necessariò confitendæ. Et ita docet Vasq. *in p. 2 tom. 2. disp. 96. n. 10.* & Sanchez *de matr. tom. 3. lib. 9. disp. 15. n. 6.* cum aliis. Nam talis circunstantia non ita notabiliter aggrauat, vt sit in Confessione aperienda. Ex his apparet, Monachum D. Franciſci peccare dupliciter, si in diem Veneris coincidit Vigilia, & non ieiunet: quia obligatur ad illa ieiunia ex diuersis virtutibus, temperantiæ, scilicet, & ex Præcepto Ecclesiæ, & Religionis: quia ex voto obedientiæ tenetur Regulam obseruare: & ita docet Vasquez *vbi sup n. 8. & 9.* Sanchez, Fagundez *Præcept. 1. lib. 2. c. 2. n. 9.* & alij.

Sup. hoc in Resol. seq. §. Vnde, & §. Ad illud, & inf. in Res. 76. §. penult. ad med.

4. Nota etiam, supradictum Religiosum D. Franciſci teneri ad Regulæ ieiunia, etiamsi annum vigesimumprimum non expleuerit: quidquid in contrarium asserat Medina *in summa, lib. 1. cap. 14. §. 10.* cum Graffio *part. 1. lib. 2. cap. 37. num. 42.* nam nostram sententiam communiter docent DD. Ortiz *in summa, c. 19. mand. 2. punct. 21.* Portel *vbi infrà.* Reginaldus *tom. 1. lib. 4. cap. 17. num. 207.* Emmanuel Sà *verb. Ieiunium, num. 3.* Tabiena *q. 16. n. 17.* Sylvest. *q. 6. dist. 1.* Azorius *tom. 1. lib. 7. c. 17 q. 3.* Ledesma *in summa, tom. 2. tr. 27. cap. 1. conclus. 5 dub. 1.* Vegha *in summa, tom. 1. c. 14 cas. 6.* Gabriel *in 4. dist. 16. q. 5. art. 1.* Fagund. *Præcept. 4. lib. 1. cap. 1. num. 6.* Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 23 diff. 4. n. 5.* & alij.

5. Verùm Portel *in dub. regul. verb. ieiunium, num. 2.* & Rodriquez *tom. 2. quæst. 100. art. 6.* obseruat, & optimè, dictos Minoritas ante vigesimum annum non teneri ieiunare Vigilias, & quatuor Tempora Ecclesiæ, & Sanctorum; quia ad ea non obligantur ex vi Regulæ: ergo non tenentur ex Præcepto Ecclesiæ.

6. Ex supradictis etiam apparet, teneri ad ieiunia Iubilei adolescentes, qui nondum vigesimum primum annum attigerunt, aliàs Iubileum non obtinebunt. Ità docet ex nostris P. Alphonsus de Leone *tract. de Iubil. p. 2. q. 14. sect. 3. n. 144.* qui citat Azorium, Graffium, Zanardum, Toletum, Bonacinam, & alios. Idem docet Fagundez *Præcept. 4. lib. 1. c. 8. n. 5.*

RESOL. LXIV.

An Regulares sexagenarij teneantur ad ieiunium Regulæ?

Et quid, si non attigerint annum 21?

Et notatur peccare contra præceptum ieiunij, qui assumpsit laborem incompatibilem cum ieiunio, ad hunc finem, vt non ieiunet, v. g. ludum pilæ, venationis, &c. Ex p. 9. tract. 6. & Milc. 1. Res. 16.

§. 1. AD hanc quæstionem sic respondet Petrus Marchant. *in Tribun. Sacram. tom. 1. tract. 12. tit. 3. quæst. 4. §. 1.* [Petes, an Regularis, ex. gr. Frater Minor. S. Franciſci, ex voto ad ieiunia Regulæ sub gr. peccato mortali obligatus, post sexagesimum annum ieiunare teneatur extra casum manifestæ necessitatis? Ratio dubitandi est: quia voto tenetur. Item à simili, quia adolescens ante 21. annum ætatis in Ordine Fratrum Minorum professus, vt diximus, ad ieiunia Regularia tenetur. De hoc casu à Reuerendissimo P. F. Andrea à Soto, Ordinis nostri Commissario Generali in Belgio, Sereniſſimæ Archiducissæ Elizabethæ Hispaniarum Infantis Confessario, pientissimæ & sanctæ memoriæ, consultus fui, anno 1619. qui quamvis septuagenarius, scrupulis tamen in ratione obligationis ieiuniorum angebatur. Respondi itaque, sicut & modò respondeo, Fratrem Minorem post sexagesimum annum ætatis ad ieiunia regularia non teneri. Ratio mea est: quia ieiunia regularia sequuntur naturam ieiuniorum Ecclesiæ, & sub iisdem modis obligant, & ex iisdem causis dispensantur. Vnde ieiunia in Regula Fratrum Minorum, non tam voto promittuntur, quàm sub præcepto Regulæ cadunt, etsi eorum obseruantiæ, qui vouet Regulam, se astringat, eo modo, nimirum, quo præcipiuntur, & quo ieiunia obligant. Cùm igitur Pontifex, ob communem nuturæ deficientiam declarauerit, sexagenarios ad ieiunium non obligari, & sit eadem ratio senectutis in Religione, ac in sæculo, eadémque ratio infirmitatis, & deficientiæ naturæ; eadem est ratio excusationis, & dispensationis, si quæ interuenerit.

2. Ad illud, quod de adolescente adfertur, qui ante annum 21. ætatis professus, non obstante declaratione Ecclesiæ, obligatur ad ieiunia regularia. Respondeo negando paritatem in vtroque casu: adolescens enim ille in sæculo manens non excusatur à ieiunio ratione infirmitatis, aut debilitatis, sed ex mera indulgentia, ratione incrementi, seu naturæ crescentis. Vnde supponitur esse ex ratione ætatis potens ad ieiunandum, saltem post annum ætatis 15. & 16. quo Religioni est aptus, & vt dixi, si vel vouerat, vel obedientiæ se addicat in Religione, tenebitur ad ieiunia regularia, quia illi indulgentiæ, & priuilegio voluntariè cessit. Aliud autem est de Fratre sexagenario: supponitur enim ex communi defectu ætatis impotens, & infirmus. Vnde, cùm declaratio Pontificis hoc motiuo facta omnes attingat, eos, qui ad hanc ætatem deficientem peruenerunt, etiam illud comprehendit. Addo, in illa declaratione alteram excusationis includi causam, quæ est ordinariæ infirmitatis, ratione cuius, etiamsi quis ad illam ætatem necdum peruenisset, indicaretur ad ieiunium non obligari. Itaque adolescens in Religione professus gratiæ sæculi pro prima ætate censetur renunciasse: senex autem sexagenarius è contra ob

Religio

Religionis austeritates censetur causæ iustæ declarationis magis quàm alius subesse; & quamuis aliquo modo valeret, & ad ieiunandum potens videretur retinetur tamen naturam fouere alimentis, ne tota simul deficiat, cùm iam sit in ætatis ordinariæ occasu, & declivi, vtpotè in vltima decade, qua indiget cibo ad naturæ deficientis fomentum, & conseruationem, ad quam iure naturæ obligatur. Dispensatio itaque in puero meræ gratiæ est, in sene est declaratio necessitatis ad naturæ fomentum, ne deficiat.] Hucvsque Marchant. cui adde sapientissimum Caramuelem *in Regul. S. Benedicti, disput. 128. n. 1613.*

3. Vnde, non obstante communi Doctorum sententia, quam *in par. 1. tr. 9. resol. 16.* adduxi, puto probabiliter cum Marchant. Regulares sexagenarios non teneri ad seruanda ieiunia Regulæ. Et hanc sententiam esse probabilem, docet etiam, me citato, doctissimus Norbona *in Annalibus iuris an. 60. q. 2. n. 8.* vide etiam Escobar *in Theol. mor. tract. 1. exam. 13. c. 3. n. 104.* & me citato Pellizzarium *in Man. Regul. tom. 1 tr 5. c. 5. n. 51.* qui etiam contra Marchant. *vbi supra*, tenet, Regulares ante annum 21. ætatis expletum, non teneri ad ieiunia propriæ Regulæ, quod est valdè notandum: & asserit ita sensisse doctos recentiores à se consultos. Fateor hæc probabilia esse, sed communis sententia est in contrarium.

4. Et ideò non deseram hîc apponere verba Patris Leandri à Murcia *in qq. Regul. cap. 2. super cap. 3. Regulæ D. Francisci, §. 2. n. 19* sic, me citato asserentis. [Otros Dotores tienen, que los viejos de sesenta años, que tienen fuerças y estan sanos, estan obligados a ayunar y que regularmente hablando hasta los sesenta años, no les escusa al ayuno ni estan libres de su precepto, por la necessidad de la viejez, y ni aun entonces, si tienen suficientes fuerças y estan sanos. Y la razon es, porque à los viejos les escusa la viejez del ayuno, porque ella, por si es enfermedad, y porque trae consigo gran necessidad, y flaqueza; esta cessa en los viejos sanos, y fuertes; luego no les escusa el ayuno. Esta segunda sentencia, absolutamente hablando, para todos los viejos de sesenta años, aunque no estan obligados al ayuno por voto, sino solo por Precepto de la Iglesia, parece algo rigurosa; però para los que estan obligados por voto, como los Religiosos, y que estan fuertes, y sanos, es muy fundada: porque si los moços, que no han cumplido viente y vn años, aunque tengan necessidad de crecer, y para ello demas frequente manjar, comunemente les obligan todos al ayuno, quando ellos se obligaron por voto à el, porque aunque tenian derecho à no ayunar, y à crecerle, renunciaron por el voto, y lo pudieron muy bien hazer, y por el consiguiente quedaron obligados à ayunar; luego aunque los viejos de sesenta años tuuiessen derecho à reparar la naturaleza; no ayunando, por auer renunciado esse derecho, por el voto les obliga el ayuno.] Ita ille.

5. Sed, si aliquis Regularis professus sexagenarius frangeret ieiunia suæ Regulæ, ego non auderem de peccato mortali damnare, stante probabilitate contrariæ sententiæ. Nota hîc obiter mihi *in tract. de ieiunio, resol. 32.* non displicuisse sententiam aliquorum asserentium, non peccare contra præceptum ieiunij, qui assumit laborem incompatibilem cum ieiunio, ad hunc finem, vt non ieiunet, vt v. g. ludum pilæ venationem, &c. Et hanc sententiam me citato, docet Pasqualigus *in Praxi dec. 320.* Sed nunc hanc sententiam, ego non admitto, & contrariæ adhæreo, per ea, quæ docet Bossius *in disceptt. mor. disceptt. 4. per totam.* An verò suprà dicta sententia sit admittenda, quando labor ille non assimeretur in finem, vt quis non ieiunet? negatiuè respondet Bossius *vbi supra*, sed affirmatiuè ex Medina, & Ledesma Dominicanis respondet nouissimè Ioan. Henriquez *in quæstionibus prædictis, sect. 16. q. 29. per tot.* cui adde Doctores, quos citat, & sequitur, me etiam citato, Pasqualigus *vbi supra, decis. 319.* Vide etiam Villalobos *in Summa, tom. 1. tractat. 23. difficult. 4. num. 11.* signanter sup. in Resol. 17.

RESOL. LXV.

An qui fecit votum de ieiunando tali die in pane, & aqua toties peccabit mortaliter, quoties biberit vinum?

Et an si promisit se in illa die nihil manducaturum nisi panem, & aquam, tunc quoties biberit vinum peccet mortaliter?

Et an ita vouens frangat ieiunium, si cereuisiam bibat? Ex p. 1. tr. 9. Resol. 4.

§. 1. REspondeo talem, si biberet vinum, peccare mortaliter: at eo bibito in ea quantitate notabili, vt frangat ieiunium, non est ampliùs peccatum id bibere. Attamen, si promisit, se illa die nihil manducaturum, nisi panem, & aquam; tunc, quoties bibaret vinum, peccaret mortaliter: quia toties frangeret votum negatiuum: & ita Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 4. c. 11. num. 45.* & post illum Portel. *in addit. ad dubia regul. verb. ieiun. num. 4.* Sed Bartholom. à S. Fausto *in thes. Relig. lib. 1. q. 141.* notauit, ita vouentem non frangere ieiunium, si cereuisiam biberet: quia verum vinum non est. Quamuis nō plene super hac prima diffic. legetamē in t. 8. tr. 4. Resol. 9. signanter in fin. & pro secunda diffic. vide ibi, & Resol. 72. §. 1.

RESOL. LXVI.

An si quis, cum teneatur ieiunare in pane, & aqua, non possit nisi sumendo parum vini, aut obsonij sit adstrictus tali ieiunio?

Et an vouens recitare septem Psalmos Pœnitentiales, si non potest integros recitare, teneatur ad partem? Vel in tali casu an teneatur ita vouens, si sciret tantum vnum Psalmum ex septem Pœnitentialibus illum septem vicibus recitare? Ex part. 3. tract. 5. & Misc. 1. Resol. 61.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Sancius *in selectis, disp. 5. num. 13.* vbi ita ait: Si alicui sub pœnitentia esset indictum vno die in pane, & aqua ieiunare, neque taliter posset, non etiam teneretur ieiunare modo consueto Ecclesiæ, cùm illùd ieiunium, vt quid indiuiduum præcipiatur. Sed tamen si posset ieiunium conficere sumendo parum vini, aut modicum quid obsonij, ad ieiunium fore deuinctum arbitror, cùm per talem sumptionem vini, & obsonij non dissoluatur ieiunium in pane, & aqua. Sup. hac pœnitentia in tom. 1. tr. 6. Resol. 9. §. vlr. cursim, ad fin. 4. vers. Item.

2. Sed si illud modicum obsonij, & vini reducatur ad paruitatem materiæ, quam etiam in die ieiunij in comestionem carnis concedimus, cum Tannero *in 2. 2. D. Thom. disput. 3. quæst. 2. dub. 5. num. 93.* veram puto Sancij opinionem; sed si parum illud obsonij, aut vini superet materiæ paruitatem, puto contra Sancium, aliquem in tali casu non teneri ad sic ieiunandum; quia non esset ieiunium in pane, & aqua, ad quod tenetur, & cùm non possit, ab illo excusatur, & ad nihil aliud tenetur.

3. Hinc etiam contra dictum Sancium, *num. 6.* puto, vouentem recitare septem Psalmos Pœnitentiales, non potentem integros recitare, non teneri ad partem, eo quòd materia indiuidua sit, & ita docet Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 19. num. 4.* Nec in tali casu teneretur ita vouens, si sciret tantùm vnum Psalmum ex septem pœnitentialibus, illum septem vicibus recitare,

tare, præsertim si Psalmus septies recitandus esset ex maioribus; quia ita vouens, vouit tantùm septem Psalmos pœnitentiales, & si illos non possit recitare, ad nihil aliud tenetur, quidquid in contrarium asserat Sancius *vbi supra*, imponens onus vbi non adest, sed tu tene nostram sententiam.

RESOL. LXVII.

An paruulis ante expletum septennium liceat ministrare carnes in die ieiunij?

Et quid de Paganis, & perpetuo amentibus?

Et quid est dicendum de pueris ante septennium, vbi adest consuetudo in contrarium?

Sed quid est sentiendum, si pueri ante septennium doli capaces sint? Ex p.1.tr.9.Res.42.

Sup. contento in hoc & seq. §. in Res. seq. & pro parte in t.1. tr.3. Res.47. §.1. ad med. à vers. Sed iste author. &c.

§.1. PRo negatiua sententia Syluius *in 2. 2. D. Thom. quæst.147. art.4.* adducit Paludanum, & Toletum: sed ipse, ait, quòd vbi adest consuetudo, quòd tales cibi paruulis præbeantur, licet præbere.

2. Sed absolutè affirmatiuam sententiam sustinendam esse puto cum Tannero *in 2. 2. disp. 3. q.3. dub.5. n. 99.* Villalobos *in sum. tom.1. tract.23. dub.4. num.4.* Azorio *tom 1. lib.7. c.17. quæst.3.* Gomez *in Bull. Cruc. claus.7.n.16.& 17.* Emmanuele Sà *verb ieiunium, n.17.* Sanchez *in sum. tom.1. lib.1. c.12.n 9.* & aliis communiter. Vnde contra Syluium *vbi suprà* Cordùba *in sum. q.60.* & Lopes *p.2. instruct.cap.212.* dicendum est, hoc etiam esse licitum in locis, vbi adesset consuetudo in contrarium: nam, cùm paruuli ante septennium non ligentur legibus, à fortiori neque tenentur abstinere à carnibus ratione consuetudinis, quæ est lex non scripta. Et ita docet Sanchez *vbi suprà*; & Sanc. *in Select. disp.41.n.31.* Vbi etiam plus addit, quod quamuis ante septennium puer doli capax sit, nullo præcepto positiuo obligatur, cùm leges positiui iuris ante illam ætatem, in qua communiter lumen rationis oriri est solitum, non intendat obligare, & per accidens in vno vel alio puero rationis vsus acceleratur. Vnde, secundùm Sancium, in tali casu puer non teneretur abstinere à carnibus, & licitum erit eis illas ministrare. Sed contrarium docet Villalobos *in sum.tom.1.tr.23.dub.8. n.7.* & alij.

Sup. hoc plus latè, & etiam amplè, in Res.1. not. præteritæ, & lege eam per tot. & in Res. 2. in eodem §. propè fin. &c.

3. Quoad Paganos verò fas erit ministrare illis carnes in diebus ieiuniorum: quia nulla lege ecclesiastica obligantur. Et ita etiam docet Sanc. *vbi suprà numero 29.* qui citat Sanch. Suarez, & Azorium: secùs verò dicendum erit de perpetuò amentibus, cùm ipsi sub ecclesiasticis legibus comprehendantur. Sed contra Sancium ego puto cum Sanchez *num.16.* & Fagundez *præcept.4. lib.1.c.8. n.8.* licitum esse ministrare carnes, etiam perpetuò amentibus, rationes huius sententiæ adducit Sanchez.

Sup. contrà in hoc §. vlt. in to.1. tr.3. Res.47. cursim in §. vlt. & in t.m.7. tr.8. Res.48. §. vlr. propè fin. & pro parte in Res. 49.

RESOL. LXVIII.

An pueris habentibus vsum rationis ante septennium liceat ministrare carnes, ouа, & lacticinia in diebus ieiunij, & prohibitis ab Ecclesia?

Et quo tempore supra dicti pueri teneantur Ecclesiasticis legibus, & signanter confessionis &c?

Et an puer, cui ante septennium acceleratus est vsus rationis, si occidat aliquem, incurrat irregularitatem?

Et cursim docetur impuberes non incurrere irregularitatem. Ex part. 11. tractatu 2. & Miscel. 2. Resolutione 56.

§.1. NOminatim contra me ad propositam quæstionem negatiuè respondet Leander *de præcept. Eccles. tract.5. disp.2. quæst.42.* Putat enim legem abstinendi à carnibus, & lacticiniis, obligare pueros statim ac vsum rationis obtinuerint, siue id illis contingat ante, vel post septennium. Ratio est, Quia vsus rationis in quacumque contingat ætate, facit pueros capaces culpæ: ergo & obligationis per legem, nisi alias materia legis, aut intentio Legislatoris, aut consuetudo aliter declaret. Hanc etiam sententiam tenet et Merolla *tom.2. disput.4. cap.3. dub.38. num.451.* & alij penes ipsos, Quibus addenouissimè Patrem Mendo *in Bull. Cruc. disp.18.n.3.& 77. & Appen. disp.2.c.15.n.82.* docentem, pueros si eis acceleretur vsus rationis ante septennium, non posse edere oua & lacticinia absque Bulla Cruciatæ.

2. Sed licet hæc opinio sit satis probabilis, ego tamen non recedo ab affirmatiua, & ita me citato docet Ioannes Henriquez *in qq. Pract. sect.16. quæst.19.n.47.* vbi sic ait [Opinion es de algunos Dotores, que si antes de cumplir siete años tuuieren los niños vso de razon, no pueden comer carne en los dias prohibidos, pero sino tuuieren vso de razon la podran comer hasta que cumplan los siete años. Esta opinion es de Manuel Rodriquez, y Villalobos.]

3. Pero mas prouable es que de ninguna manera estan obligados los niños à esta ley, hasta que cumplan los siete años de edad. Esta opinion es de Diana, el qual aduierte que es tan verdadero, que aunque aya costumbre en contrario, pueden seguramente los niños comer carne no teniendo siete años; porque si ninguna ley, ni precepto expresso obliga antes de auer cumplido siete años, menos obligarà el precepto de costumbre.] Ita ille, cui adde etiam me citato Martinum de San Ioseph *in Mon. Confes. tom.1. lib.2. tract.3. de Ieiunio n.4.* Qui loquens de pueris sic ait [Y aunque conste, que antes del septennio se les acceleró el vso de la razon, se les puede dar carne, y manjares prohibidos, porque antes de los siete años no les obliga ninguna ley Ecclesiastica. Et ad ea quæ frequenter accidunt leges adaptentur spretis casibus rarò contingentibus, *l. nam ad ea ff. de legib.*] Ita Martinus.

4. Et ex Societate Iesu huic sententiæ etiam adhæret doctus Pater Antonius Escobar *in Theol mor. tract.5. exam.13.pr.4.cap.3.n.52.* Et hanc sententiam tanquam probabilem admittit etiam Pater Bardi *in Bull. Cruc. part.2. tract.3. cap.4. sect.5. numero 10.* loquens contra Mendo de ouis & lacticiniis. Et hanc sententiam probabilem esse putant ipsimet aduersarij vt Merolla *vbi supra.* Imò magis generaliter loquens Escobar à Corro *de vtroque foro, art.6. num.34.* sic ait; Limita quartò in minore non compote mentis, qui legibus non ligatur, *l. Impuberem 23. de furtis, l. 1. §. Impubes 31. ad Syllan. l. Infans 12. de Sicariis Clem.1. vbi DD. de homicid.* Amplia dictam quartam limitationem, vt procedat quamuis constet ante septennium vsum habere rationis, quia rarò hoc contigit, & leges ad ea, quæ frequentius accidunt tantum adaptantur, *l. nam ad ea, de legib.* Ita Escobar.

5. Et tandem hanc sententiam ex Dominicanorum familia latè firmat Magister Marcus Serra *in par.2. tomo 2. quæst.96. art.1.* vbi hæc asserit; Pueri non tenentur legibus humanis cum primum rationis vsum habent, sed quando perueniunt ad annos, in quibus communiter lumen rationis oriri solet, & pueri vsum rationis habent vt in pluribus. Cuius rationem assignat Sanctus Antoninus *2. part. tit.9. cap.8. §. 2.* Nam leges adaptantur secundum ea quæ in pluribus accidunt. Sicque non intendunt obligare ante illud tempus, in quo communiter lumen rationis oriri solet. Vnde si ante illud tempus in aliquo puero vsus rationis

piis acceleratur, hoc est per accidens, & non obligat illum ad leges humanas obseruandas; ac propterea non tenetur confiteri semel in anno, nec à carnibus & lacticiniis abstinere in diebus ieiunij, nec alia præcepta Ecclesiæ seruare: Quodnam autem sit huiusmodi tempus non eodem modo explicant omnes. Quidam dicunt esse annum qui immediatè post septennium sequitur, nempè annum octauum; in illo enim communiter solet lumen rationis oriri. Alij maiorem ætatem, & plures annos assignant; nam vt ait Sanctus Antoninus *vbi supra*, vt in pluribus in octauo anno puer nondum habet vsum rationis. Sed hoc contingere dicit secundùm opinionem quorumdam. *In masculo quando habet decem annos & dimidium, & aliquantulum vltrà, & in fœmina quando habet nouem annos & dimidium, & aliquantulum vltra.* Vnde tunc & non antea Ecclesiæ legibus tenebuntur. Magister Soto verò ad hoc adhuc ætatem maiorem requirit, nempè annum duodecimum. *In 4. enim dist. 12. q. 1. art. 11. ad finem corpor.* loquens de præcepto Ecclesiastico sumendi Eucharistiam ait: Pueri non obligantur vsque ad duodecimum annum quando aliis tenentur Ecclesiæ legibus. Idem dicit *dist. 18. q. 1. art. 3. ad finem corpor.* Loquens de præcepto Ecclesiastico Confessionis Sacramentalis. Ex quo sequitur pueros ante hanc ætatem etiamsi vsum rationis habeant, non peccare carnes aut lacticinia in diebus prohibitis comedentes: quod expressè dicunt multi recentiores. Hucvsque Serra.

6. Sed eius sententiam libenter admitto, quod pueri ante septennium etiamsi vsus rationis accelerat, non teneantur ad præceptum abstinendi à carnibus, sed ab ipso Serra recedo, dum cum Soto asserit hoc etiam procedere ante annum duodecimum, itavt possint comedere carnes, cùm pueri ante illud tempus non teneantur ad præcepta Ecclesiæ; sed hanc opinionem esse improbabilem optime notauit contra Emmanuel Sà, Pater Henricus Busembaum *in Medulla Theolog. moral. lib. 6. tract. 4. cap. 3. dub. 2. num. 2.* Vnde Reuerendissimus Magister Sacri Palatij opinionem Emanuelis Sà in editione Romana correxit, & ad alium sensum reduxit. Et sic communiter contra Serram tenent Doctores.

7. Dico igitur non esse admittendum id quod habet S. Antonin. *part. 2. tit. 9. cap. 8. §. 2.* Corduben. *in sum. quæst. 10.* Victoria *relect. 2. de venientibus ad vsum rationis, n. 11.* & apud Salas *de legibus disput. 14. sect. 13. num. 126.* pueros non teneri ad confitendum semel in anno, nisi sint proximi pubertati, idest anno decimo cum dimidio, si sint mares; & anno nono cum dimidio, si sint fœminæ: quia vsus rationis qui sufficit ad peccatum mortale, communiter non habetur nisi ad annos proximos pubertati, qui sunt in masculis annus decimus, cum dimidio; & in fœminis annus nonus cum dimidio. Contra enim est: quia id est falsum si loquimur in ordine ad forum conscientiæ, & Dei, non autem solùm ad forum exterius, in quo communiter non præsumitur quis esse doli capax secundùm iura, nisi sit proximus pubertati.

8. Et idem est etiam de eo, quod habet Sotus *in 4. dist. 11. quæst. 1. art. 11. & distinct. 18. quæst. 1. art. 3. & lib. 7. de iustitia quæst. 3. artic. 2.* & Henriquez *lib. 8. de Eucharistia cap. 42. num. 2.* eos non teneri ad eandem annuam confessionem vsque ad annum duodecimum: Et quòd habet Emanuel Sa, eos non teneri vsque ad annos pubertatis: quod idem vniuersaliter de omnibus legibus Ecclesiasticis, quod non obligent vsque ad annos proximos pubertati, docet S. Antonin. *1. 2. tit. 9. cap. 8. §. 2. citat.* & vsque ad annos ipsos pubertatis docent aliqui apud Salas *disput. 14. sect. 13. numero 127.* Contra enim est: quia si sunt capaces peccati, sunt etiam capaces remedij contra peccatum quod est confessio; neque vlla est ratio, quare ad illam non teneantur, etiam lege Ecclesiastica, cum præsertim verba ipsa talis legis clare exprimant quod omnes tenentur postquam peruenerint ad annos discretionis; & eò ipso, quod conceduntur etiam ante annos pubertatis, vel proximos pubertati, esse capaces peccati, conuincuntur etiam esse capaces legis, & obligationis, vt diximus; & si sunt capaces obligationis per leges Diuinas, & naturales, nulla est ratio, quare etiam non sint capaces obligationis per leges Ecclesiasticas, & humanas; quidquid sit de præsumptionibus pro foro externo, vt diximus.

9. Et similiter non videtur admittendum id, quod habet Henriquez *lib. 13. cap. 49. num. 2.* quod post vsum rationis ad aliquod tempus possint pueris tradi lacticinia in diebus prohibitis, & quod ita habet consuetudo, vt etiam tradit Ledesma *2. parte 4. quæst. 17. art. 6. dub. secundo in fine*, & aliqui alij Doctores apud Bonacinam *disputat. prima de legibus quæstion. 1. punct. 6. num. 8.* quam consuetudinem etiam Bonacina ait non esse reprobandam, vbi est legitimè recepta: contra enim est, quia est communis sententia aliorum, & communis vsus Ecclesiæ, & quia nulla est ratio, quare debeant censeri esse soluti specialiter ab hac lege comedendi lacticinia, & ea quæ habent originem à carnibus, si non sunt soluti à lege comedendi carnes, & vniuersaliter non sunt soluti à legibus Ecclesiasticis.

10. Neque consuetudo, quæ in contrarium adducitur, est facilè admittenda, nisi pro aliquo loco sufficienter probetur. Et hæc omnia docet Baldellus *tomo primo, libro quinto, disput. 30. numero nono cum sequenti.* Merolla *tom. 1. disp. 4. cap. 3. dub. 38. n. 438. & 148. cum sequenti*; Escobar *vbi supra n. 13.* Castrus Palaus *tomo primo, tract. 3. disp. 1. punct. 24. §. secundo n. 5.* qui citat Sanchez, Salas, Azorium, & alios.

11. Itaque pace viri docti Magistri Serra non est admittenda eius opinio, & præsertim quod ante annum duodecimum possit pueris ministrari esus carnis, hoc enim est contra communem vsum Ecclesiæ, & Populi Christiani, nemo enim audet in tali ætate pueris ministrare carnes.

12. Sed quid dicendum si puer, cui ante septennium accelleratus est vsus rationis, an si occidat aliquem incurrat in irregularitatem? mihi placet opinio negatiua aliquorum de quibus Magister Serra *vbi supra*, sic ait; Eximunt tamen nonnulli infantes ante septennium habentes plenum vsum rationis, ab irregularitate si occidant; nam cùm infans generaliter ab illa excipiatur *in Clement. si furiosus*, & hoc sit beneficium legis, amplè est intelligendum de quocunque infante, etiamsi plenum rationis vsum habeat. Et quidem aliqui absolutè docent pueros impuberes non incurrere irregularitatem. Vide Castrum Palaum *vbi supra, n. 9.* & me ipsum alibi.

Alibi in t. 5. tract. 1. ex Resol. 108. §. Ex quibus.

RESOL. LXIX.

An tempore pestis possit Episcopus dispensare, vt in sua ciuitate comedantur carnes in Quadragesima?

Et an cum omnibus in domo recluſis propter suspicionem pestis possit Episcopus dispensare in auditione Missæ tempore pestis, vel quid est faciendum?

Et notatur, quod dispensatio in Ieiunio, facta ab Episcopo, vel alio Prælato inferiori Papa sine iusta causa, non solum est illicita, sed inualida, ideo peccat mortaliter Episcopus, aut Prælatus ex defectu potestatis dispensando.

Et quæritur, an Episcopus possit abrogare legem localem ieiunij latam in Concilio Prouinciali?

Et an saltem possit in eam dispensare?

Et an possit Episcopus abrogare legem ieiunij latam in Synodo Diœcesana, & à fortiori cum aliquibus dispensare

pensare etiam valide, non autem licite, quamuis id faciat sine causa? Ex p.10. tract.14. & Misc.4. Resol.5. alias 3.

§.1. AFfirmatiuè respondet Venetus *in Exam. Episcoporum, lib.4. cap.46. n. 53.* & Homobonus de bonis *in Consult. select. Casuum Conscientiæ, vol. 1. part.2. Resp.57.* vbi firmat Episcopum cum consilio sui Capituli, & aliquorum Theologorum, Canonistarum, & Medicorum, posse dispensare, vt homines tempore pestis, carnes comedere possint ad præseruationem tanti morbi, quia omnia, quæ licita sunt ad sanandam pestem, magis licita sunt ad præseruandum ab ea, maximè quod cibi quadragesimales tunc temporis hominibus noxij esse possunt, & è contra carnes magis sint vtiles, vt humores facile ad recipiendum morbum non disponantur. Quod sane fecisse Archiepiscopum Panormitanum, grassante in ea vrbe terrima pestis lue, testantur Acta Panormitana. Ita ille.

2. Sed ego magis adhæreo negatiuæ sententiæ, quam tuetur Marchinus *de Bello diuino, seu de Pestilentia, part 6.cap.2. num.4.* & omninò videndus Magister Ioannes Paulus Nazarius Dominicanus, *tom.8. opusc.3.cas.1 fol.19.* qui à fundamentis, & Theologicè hanc quæstionem pertractat; & respondet ad argumenta in contrarium adducta ab Episcopo Venero *vbi supra*, qui sic argumentabatur. Omnia quæ licita sunt ad sanandam pestem, magis licita sunt ad præparationem, seu præseruationem à peste: ergo. Respondeo antecedens verum esse, quando causa dispensationis est certa, aut casus est repentinus, nec patitur moram, vt non appareat, an si Superior præsens esset, dispensationem concederet tori Ciuitati, vt est in casu nostro, qui etiam patitur moram. Secundo arguit: quia cibi quadragesimales sunt nociui hominibus, & carnes sunt magis vtiles, vt humores de facili non disponantur ad recipiendum morbum: Ergo Respondeo, nullam esse consequentiam; quia solæ illæ causæ quæ ponuntur in antecedente, non sufficiunt ad iustam, & legitimam dispensationem, sed requiruntur etiam conditiones explicatæ. Tertiò arguit, quia licite potest Episcopus dispensare in præcepto audiendi Missam in his quadraginta diebus, in quibus homines in suis domibus sunt recluſi propter suspicionem pestis, vt pestis omninò extinguatur: ergo multo magis poterit in carnibus dispensare, cùm sit medium necessarium ad conseruandam sanitatem. Respondeo primò, Episcopum non posse licitè cum omnibus recluſis dispensare à præcepto audiendi Missam, sed debet prouidere, vt in via, seu platea republica, ad quam respiciunt fenestræ, & ostia domorum, erigantur Altaria, in quibus Missæ celebrentur, & audiantur à recluſis, vt pie ac sanctè factum est in Bononiensi Ciuitate, Florentia, & alibi. Quartò arguit quoniam illustrissimus Archiepiscopus Panormitanus grassante peste in Ciuitate Panormi, per Edictum publicum dispensauit vt omnes in quadragesima illius anni comederent carnes, & plurimum profuit; & hoc docet Nauarrus in consilio, de obseruatione ieiunij, posse fieri non solum tempore pestis; sed etiam in tempore extremæ necessitatis ciborum, & in aliis occurrentiis, & occasionibus, vt febris curetur, aut impediatur. Respondeo & dico, fortasse id factum fuisse consulto summo Pontifice. Deinde dico Siculos habere priuilegium Bullæ Cruciatæ, & ideò cum minori admiratione, & sine tanto scandalo potuit illis ea dispensatio concedi cum præsertim tribus annis lues in ea Ciuitate duraverit. Postremum dico Nauarrum, nec in finali consilio de obseruatione ieiunij, nec in aliis præcedentibus sub eo titulo dictam opinionem significare. Et hæc omnia docet Nazarius *loco citato*, qui alias rationes pro hac firmanda sententia adducit. Nec etiam deseras recognoscere Marchinum *loco citato*, qui tamen, *num.6.* concedit quod in locis ab vrbe valde remotis, vel vbi periculum sit in mora, vel ex generali consuetudine, liceret Episcopo vniuersos ciues ab abstinentia quadragesimali ex causa pestis soluere.

Sup. hoc melius magis latè, & clarè sup. in tr.2 Res.22. §.1.

3. Nota etiam hic obiter, quod dispensatio in ieiunio facta ab Episcopo sine iusta causa, non solum est illicita, sed inualida: vnde si Episcopus, vel alius Prælatus inferior Papa, aliquem à lege ieiunij eximat sine causa, non solum peccet mortaliter, sed etiam ipsa exemptio, aut dispensatio sit irrita, & inualida ex defectu potestatis. Quia ea, quæ sunt iuris communis non possunt Episcopi dispensare sine iusta causa; quia excederent facultatem sibi commissam. Non enim data est illis à Papa, nisi sub conditione causæ iustæ, & sufficientis.

4. Quæro etiam hic obiter primò, an Episcopus possit abrogare legem localem ieiunij, latam à Concilio Prouinciali? Respondeo, non posse illam derogare, licet possit in ea dispensare, sicut potest in lege ieiunij lata à iure communi. Ratio est, quia inferior non potest abrogare legem superioris: sed sic est, quod Concilium Prouinciale, est supra Episcopum, cùm illius iurisdictio extendatur per totam Prouinciam, & etiam supra quemlibet seorsim ex illius Episcopis: ergo.

5. Quæro secundò, an saltem possit Episcopus abrogare legem ieiunij, latam à Synodo Diœcesana? Respondeo posse, quia lex Diœcesanæ Synodi solùm habet vim & vigorem ab Episcopo: ergo ab ipsomet potest abrogari. Et à fortiori, in ea cum aliquibus dispensare etiam validè (non autem licitè) quamuis id faciat sine causa; vt ex supra habitis constat. Ita Doctores, quos citat, & sequitur Leandrus *de Præceptis Ecclesiæ, tract.5.disp.10.quæst.7.8.& 9.*

RESOL. LXX.

An qui cum priuilegio, vel licentia Medici potest diebus ieiuniorum comedere oua, & lacticinia, possit comedere sanguinem, & quod vulgo dicitur Sanguinazzi; *seu* Vitoldo, *Hispane* mondongo?

Et an qui habet priuilegium comedendi oua, & lacticinia in Quadragesima, possit comedere sagimen?

Et an qui vouit pro qualibet die non comedere carnes, aut oua, toties peccet, quoties comedit?

Et an excusentur à ieiunio textores vittæ serici, & sartores etiam conficientes calceos ex materia molli?

Et an defectus vini nullo modo excuset à ieiunio, seu tribuat causam sufficientem faciendi plures comestiones?

Idem est de cereuisia, aut aliqua alia potione communi loco vini.

Et an quando Regula Religionis præcipit aliquod ieiunium, iuuenes Religiosi ante ætatem 21. anni completi sint adstricti, & obligati ieiunare?

Et tandem docetur Pontificem dispensando cum aliquo in ieiunio absque causa non peccare, neque venialiter. Ex p.19.tr.16.& Misc.6.Res.77.

§.1. EX Doctoribus neotericis inuenio affirmatiuam sententiam docere ex Religione S. Francisci de Paula Stephanum Isnardum Gallum *in consiliis impressis post suum Codicem Minimum, cons.10. fol.71.* vbi sic ait: Tertiò dico, illum qui potest de consilio Medici oua manducare, vesci posse caseo, lacte, butyro, & sanguine, non autem carne. Ita ille. Et hanc sententiam ex veteribus clarè tenet Hostiensis *in sum. de Obseruat. ieiuniorum, §.quando, num 8.* per hæc verba: Hoc etiam scias, quod cuicumque conceditur vsus

quorum,

ouoruhi, & casei intelligitur concessus, quod etiam sanguine non sagimine, vt malè transcripsit Azorius *lib.7.cap.18.quæst.8.*) vti possit, *argum.82. dist. Presbyter.* & sic vtuntur Cluniacenses. Sed Cistercienses, & quidam alij Religiosi, contrarium seruant. Sic ille, Probari potest hæc opinio; nam aliqui asserunt, supposita licentia, aut priuilegio edendi lacticinia, sagimen in talibus diebus potest concedi; ergo & sanguis ex paritate, quæ reperitur inter sagimen, & sanguinem, ex eo quòd vtrumque trahit originem carnis, & neutrum est caro; ergo videtur esse par vtriusque ratio, & vterque esus esse licitus.

2. Verùm, his non obstantibus, puto in tali casu, nullo pacto sanguinem posse comedi, & ita firmiter probat doctissimus & amicissimus P. Bardi *in Bul. Cruciat.p.2.tract.4.cap.3.sect.3. numero* 31. Pasqualigus *in praxi de ieiun.decis.*170. & Leandrus *de præcept. Eccles. tract.5. disput.2. q.* 34. nam licet nullus locus in sacris Canonibus assignari poterit, in quo sanguis prohibeatur; ergo in iure non habetur lex, quæ prohibeat sanguinem, attamen inspiciendo vniuersalem consuetudinem comestio sanguinis, etiam in diebus, in quibus possumus vesci lacticiniis, non est licita. Ita etiam Ludouicus à Cruce *in Bull. Cruc. cap.5 dub.16. n.4.* qui malè confundit sanguinem cum lardo, & sagimine, ex quo sequuntur eius falsæ citationes; nam loquens de his tribus, ac si eadem essent, refert plures pro sua conclusione, qui tamen, vt diximus non de sanguine, sed de sagimine sermonem habent: Stante igitur tali consuetudine, quamuis sanguis non sit caro, sed proximum alimentum carnis, nullo pacto est licitum vesci sanguine feria sexta: aut sabbatho, & multo minus in diebus ieiuniorum, etiam cum Bulla. Leandrus tamen *vbi supr.* putat, etiam de iure prohibitum esse esum sanguinis, quia, ait ipse, certum est, quod sanguis censetur esse in eodem genere cum carne: at sic est quod illi, cui concessum est comedere oua, aut lacticinia, non ideò est concessum comedere carnes, vt omnes concedunt, & praxis probat: ergo, cui concessum est comedere oua, aut lacticinia, non propterea concessum est comedere sanguinem animalium. Maior, in qua est difficultas, probatur; tum quia sanguis est præcipuè pars constitutiua animalis; sed quando prohibetur caro, censentur prohiberi omnes partes constitutiuæ animalis, aliàs dicendum esset, quod prohibita carne, non prohiberentur nerui, medulla &c. quia hæc non sunt propria caro. Tum etiam, quia sanguis est in proximo statu, vt conuertatur in carnem: ergo est proximè caro, & sic caro in praxi censetur, Ex quibus patet responsio ad argumentum superiùs adductum de paritate sanguinis cum sagimine; respondeo enim cum Bardi negando paritatem primò, quia maior connexio est inter carnem, & sanguinem, quàm sit inter pinguedinem, seu sagimen, & carnem; nam sanguis est in proxima dispositione ad hoc vt in carnem conuertatur, & aliquo modo est pars animalis viuentis, quatenus sine sanguine vita consistere nequeat, cum sit eius alimentum; at pinguedo est merum excrementum, & non necessaria ad vitam sustentandam, proinde magis videtur accedere ad carnem sanguis, quàm adeps, seu pinguedo; secundò, etiamsi demus esse eandem vtriusque rationem physicè loquendo, nihilominus moraliter non ita, quia consuetudo vescendi sagimine in multis locis est legitimè præscripta, non autem inuenitur talis consuetudo circa esum sanguinis, & si in aliqua regione introducta sit similis consuetudo, quæ non constat, ibi esset permittendus esus sanguinis, diebus, quibus lacticinis vescimur. Nota tamen, quod non obstante dicta disparitate inter sagimen, & sanguinem; vnde ego olim docui cum multis Doctoribus quod qui habent priuilegium comedendi oua & lacticinia, possunt comedere sagimen, tamen, re melius considerata, existimo, hanc sententiam non esse in praxi reducendam, & ideò nunc sententiæ contrariæ adhæreo, quam tuetur Leandrus *vbi suprà quæst.*35. & alij.

est sup. in tr. 3. Resol. 69. §. vlt. & in tr. 8. tr. 3. Resol. 5. recitatiuè in §. vlt.

3. Obseruandum est hic obiter primò, quod qui vouit pro qualibet die non comedere carnes, aut oua, totties peccat, quoties comedit. Ita, vt alibi adnotaui, tenendum est contra amicissimum & doctum Pasqualigum *decis.*66. qui malè citat me pro sua sententia. Vnde præter Leandrum, alibi à me adductum, tenet hanc sententiam nouissimè nominatim contra Pasqualigum Angelus Bossius *in Moral. tom.3. tit.21. §.2lit. num.*357. Votum enim abstinendi in aliquo die à carnibus, vel lacticiniis, & ouis secundùm omnes obligat ad instar præcepti Ecclesiastici de abstinendo in die ieiunij, & Veneris, ac Sabbati à carnibus, & de abstinendo in Quadragesima ab ouis, & lacticiniis; & ita vouens eo die peccaret, quoties carnes, aut oua comederet: obligatio enim præcepti Ecclesiastici abstinendi ab illis cibis obliget semper, & pro tempore. Ergo.

Et pro contento in hoc §. Obseruandum est. in tom.8.tr.4. Resol.72. & hic sup. lege doctr. Resol. 65. signanter à lin 3. & vers. Argumen.

4. Nota etiam, me alibi docuisse contra Pasqualigum *decis.*299. & *decis.*276. excusari à ieiunio textores vittæ sericæ, & sartores, etiam conficientes calceos ex materia molli; & in nostram sententiam nominatim contra Pasqualigum tenet etiam nouissimè P. Bossius *in Moral. tom.3. tit.21. §.2. num.*63. *in princip. & in fine.*

Alibi sup. in Resol.33. & in Resol. 34. §. pen. & vlt. & in Resol.35. §. vlt.

5. Item ego alibi docui contra Pasqualig. *dec.*275. quod defectus vini nullo modo mihi videtur excusare à ieiunio, seu tribuere causam sufficientem faciendi plures comestiones; quia licet deficiat vinum, aut cereuisia, aliaue potio, quæ loco vini adhibetur, possunt esse cibi, & tales, qui abundè sufficiant ad vnicam sufficientem comestionem, seu refectionem. Et ita nominatim contra Pasqualigum docet etiam Bossius *vbi suprà, num.*56. Et tandem quidquid contra me asserat Pasqualigus *decis.*354. idem Bossius *num.*50. aduersus illum firmat, iuuenes ante ætatem anni completi esse obligatos ieiunare, quando regula Religionis præcipit aliquod ieiunium. Et hanc opinionem tenet nouissimè Martinus de San Ioseph *in Mannal. Confess. tom.1. lib.2. tract.8. num.*4. Et nominatim contra Pasqualigum, me citato Leandrus *de præcept. Ecclesiæ, tract.5. disputat.6. quæst.9.* Idem etiam docet Azorius *tom.1. lib.7. cap.17. quæst.3.* & Alterius *in Can. conscient. lib.7. ver. ieiunium, num.*17. asserentes esse falsam contrariam sententiam, sed ego libenter abstineo à censuris opinionum.

Alibi inf. in Resol. 86. à med. §. 1. vers. Simiter,

Sup. hoc in Resol.63. §. Nota etiam & in Resol.64. §. Vnde, in fine.

6. Et tandem nota, dictum Patrem Pasqualigum *decis.*382. nominatim contra me docere, Pontificem dispensando cum aliquo in ieiunio absque causa non peccare neque venialiter. Sed nostram sententiam nominatim contra ipsum tenet, me citato Angelus Bossius *vbi suprà, num.*108. & etiam nominatim contra ipsum me citato Leandrus *de præcept Eccles. tract.5. disputat.10. quæst.4.* qui respondet ad omnia argumenta Pasqualigi. Dicendum est itaque Pontificem dispensando sine causa in ieiunio, peccare saltem venialiter.

Sup. hoc in tom.3.tr.2. lege doctr. Resol.9. & signanter ibi in tr.1. Resol. 27. à lin.2. & hic inf. in tr. 7. Resol.27. §. 2. à lin.8. & vers. Imo.

RESOL. LXXI.

An qui ex licentia comedit carnes in die ieiunij possit comedere lardum, aut alias carnes nociuas?

Et quid si tota refectio ex illo carnis genere fiat? Ex p.1. tr.9. Resol.47.

§.1. IOan. de la Cruz Vir doctissimus ex Dominicanorum Familia, *in suo director. consc. part.1 præcept.4. art.8. lib.8. concl.3.* negatiuam sententiam docet, vbi sic asserit: [Nota, non licere dispensato ob infirmitatem

firmitatem in esu carnis, comedere tocinum, aut alias carnes nociuas: quia aliàs esus istorum erat vetitus in Quadragesima. Et per Medicum non dispensatur in fitis cibis nociuis.] Ita ille: & citat pro hac sententia Emmanuelem Rodriquez.

2. Sed contrariam opinionem sustinendam esse puto, quam nouissimè docet Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 23. dub. 8. num. 11.* vbi sic ait: [El que tiene licencia para comer carne, puede comer conejo, liebre, ò tocino, y si esto le hiziere daño, serà pecado de gula, mas, ò menos, conforme al daño que le hiziere: mas no es contra el preceto del ayuno, mayormente que el tocino, aunque es rezio de digerir, es de buen mantenimiento, come dizen los Medicos.] Itaque habenti licentiam ad esum carnium, licebit quodcumque genus comedere, scilicet, lardum, leporem, hœdum, bouem, & alia infirmis disconuenientia, etiamsi tota refectio ex illo carnis genere fiat: nam in tali casu edendo carnes saluti nociuas peccabit aduersùs præceptum naturale temperantiæ; non autem aduersùs præceptum positiuum de abstinendo à carnibus in die ieiuniorum. Notandum verò, quòd si supradicta sumerentur in parua quantitate ad excitandum appetitum, tunc non frangeretur, neque præceptum positiuum abstinentiæ, neque etiam præceptum naturale temperantiæ seruandæ. Et ita intelligendus est Henriquez *lib. 7. cap. 30. n. 3.*

RESOL. LXXII.

An dispensatus, vt possit edere carnes, & lacticinia, possit simul edere pisces? Ex p. 1. tr. 9. Resol. 26.

Super hoc quamuis cũ excommunicatione inf. in Resol. 77. §. Sed hic, & in alio § eius annot.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet doctus senex Nauarrus *tom. 1. consil. 5. de obseruat. ieiun.* quem postea sequutus est Graffius *part. 1. lib. 2. cap. 37. num. 59.* Et ratio est: quia piscium esus ei nocet, vel non nocet: si nocet, ergo comedendo illos peccat; si non nocet, ergo sine iusta causa cum ipso dispensatur.

2. Sed contrariam sententiam docent communiter DD. vt Reginaldus *tom. 1. lib. 4. cap 14. numero 168.* Filliucius *tom. 2. tract. 27. part. 2. cap. 3. num. 52.* Nugnus *in addit. ad 3. part. tom. 2. tract. de Bulla, §. 8. dub. 4.* Sebastianus Acosta *in explicat. Bul. quæst. 80.* Fernandez *in exam. Theol. mor. p. 3. cap. 9. §. 5. n. 3.* Azorius *par. 1. lib 7. cap. 10. q. 5.* Ortiz *in sum. cap. 19. num. 18. & 19.* Fagundez *Præcept. 4. lib. 1. cap. 2. num. 18.* & Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 24. dub 8. num. 10.* qui respondet ad argumenta Nauarr. Et ratio est: quia hoc sine peccato fieri aliquando potest, vt si vnà cum carnibus non noceant pisces, vel quia parum de ipsis comedendo facultas appetitiua excitatur; vel, dato, quòd contra temperantiam peccetur; non tamen ieiunium frangitur, à quo ex iusta causa dispensatio largita fuit. Circa præsentem quæstionem vide Vegam *in sum. tom. 1. c. 4. cas. 17.*

RESOL. LXXIII.

An quando causa fuerit dubia circa comestionem carnium in ieiunio, opus sit dispensatione, si ageretur de nocumento notabili? Ex p. 4. tr. 3. Resol. 56.

* Quæ hic est sup. Resol. 3. & signanter sup. hoc inf. in Resol. seq. & in Resol. 78. §.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam videntur docere Doctores, quos ego citaui *in par. 1. tract. 9. * resol. 15.* quibus nunc addo Filliucium *tom. 2. tract. 27. cap. 6. n. 128.* & Fernandez *in exam. Theol. mor. part. 2. cap. 8. §. 2. num. 13.* asserentes in ieiunio dispensationem opus esse, quando causa fuerit dubia.

2. Verùm contrariam sententiam docet Ioannes Sancius *in selectis, disp. 51. num. 9.* existente causa manifesta non egere ieiunantem dispensatione edendi carnes, omnes fatentur. Eodem ergo modo dubia causa existente, opus non erit dispensatione, cùm idem-met ius habeat aliquis ad fugiendum damnum certò venturum, atque illud de quo rationabiliter dubitatur an sit exoriendum; sicut qui probabiliter & rationabiliter dubitat, quòd in extremam necessitatem eueniet, si extremè indigenti subueniat, non tenebitur subuenire. Adde quòd dubium in fauorem rei est interpretandum, & in possidentis fauorem accipiendum. Nec in hoc casu ius dubium vincit ius certum, nam à quamuis præceptum abstinendi à carnibus sit certum, & in possessione obligandi; etiam ius ad conseruandam vitam in homine certum est & antiquius, & antiquior etiam est possessio ius illo ad conseruandam suam vitam & ab strictiori iure orta. Quapropter in homine non solùm est ius certum ad certò conseruandam vitam, sed etiam est illi ius certum ad non exponendam vitam periculo dubio eam amittendi. Et quamuis dubium sit homini, an ex abstinentia à carnibus sit detrimentum passurus in salute, non est tamen illi dubium quòd ius habeat certum non se committendi tali dubio: fit ergo quòd ius certum conseruandæ salutis superet ius certum præcepti abstinendi à carnibus. Et ideò fit etiam, Doctores dicere recurrendum esse ad Superiorem ad poscendam dispensationem in ieiunio, vel in esu carnium, quod idem est, quando causa est dubia, non intelligendos esse id asserere quando fuerit dubium, magnum nocumentum exoriendum ex obseruatione ieiunij, nam tunc necessaria non videtur dispensatio, vt probatum est; sed quando dubitaretur aliquale nocumentum promanandum, quod quamuis actu existeret, obligatio ieiunij, vel abstinentiæ à carnibus non cessaret, cùm leges positiuæ aliquali obligent labore & detrimento. Hæc omnia Sancius, qui, vt visum est, interpretatur Doctores superiùs pro affirmatiua sententia citatos; sed an probabiliter, videant alij.

RESOL. LXXIV.

An in dubio, si abstinentia carnium illatura sit notabile nocumentum ægroto, necessaria sit dispensatio? Et docetur Prælatos, & Superiores, quando subditi proponunt causam dubiam ad obtinendam dispensationem, non debere esse nimis scrupulosos, aut ambiguas remittentes id conscientiæ subditi petentis, cum potius ad illos spectet tunc dispensare causam dubiam, per dispensationem faciendo illam iustam. Ex p. 9. tract 6. & Mis. 1. Resol. 26. alias 27.

§. 1. INtrepidè negatiuam sententiam tenet acutissimus Caramuel *in Theol. mor. lib. 3. de conscientia, disput. 1. num. 1395.* & contra se sic arguit: [In omni dubio standum est, pro possessione, quæ erat ante dubium. Ergo, si dispensatio sit dubia, standum pro lege certa, quæ erat ante illam dubiam dispensationem. Atqui necessitas certa est dispensatio certa: ergo necessitas dubia est dispensatio dubia. Igitur, cùm necessitas dubia est, standum pro lege, quæ erat ante illam. Atqui ante morbum erat in possessione lex Ecclesiastica carnes tempore quadragesimali interdicens: ergo standum pro legis possessione, quando morbi grauitas est dubia.

2. Sed Caramuel admittit primum enthymema argumenti, & ad minorem subsumptam veniens, negat necessariam esse dispensationem, & sic discurrit: Petrus vouet omnibus diebus, exceptis Dominicis, ieiunare, & interrogo, an dies Dominica sit dispensatio suæ legis?

legis? Potrò negatiuè respondebis: quia dispensatio est in actu, quem tangebat lex, & diem illam Dominicam votum non tetigit; imò expresè excepit. Sic similiter sanxit Deus Decalogum: contra eum, nemini concessit authoritatem præcipiendi; & Superioribus (Pontifici, Regi, & reliquis) indulsit authoritatem præcipiendi, modò nihil contra Decalogum: & subditis imposuit necessitatem, & obligationem obediendi in omnibus veris præceptis, quæ Decalogo non essent opposita. Cùm iubet Rex deiici murum, latomus debet obedire: at, si transeat aliquis, qui occidi possit, debet cessare, & detinere lapidem, non solùm qui certò illum sit occisurus; sed etiam illum, de quo dubitat, an occisurus sit: quia, non obstante præcepto diruendi parietem, non potest dimittere lapidem, si dubitet, an aliquem occisurus sit. Nemo autem dicet, pueri incautam sub muro diruendo præsentiam esse regiæ legis dispensationem: ipse enim non iussit deiici lapides cum periculo hominum, sed cautè, & prouidè. Cum Pontifex iubet seruari abstinentiam, non iubet, nec iubere potest, quòd occidendo te, violes legem Dei, & contra quintum Decalogi præceptum procedas; non iubet, nec iubere potest, quòd periculo mortis te exponas; hoc enim ipsum interdicit Deus. Si ex abstinentia sequeretur mors certa, hæc certitudo non diceretur Ecclesiasticæ legis dispensatio certa: nam dispensatio certa non est necessariò præceptiua, & hic necessariò præcipitur non abstinentia; ergo nec mors dubia,

3. His positis, meam cœthesin euidenter, vt opinor, ostendo, Deus præcepit, vt te non occidas, nec exponas periculo te occidendi: atqui Ecclesia non potest præcipere contra Decalogum: ergo non datur Præceptum Ecclesiæ, quod iubeat aliquid fieri cum certa, aut dubia vitæ humanæ iactura: ergo non datur Præceptum Ecclesiasticum, quo obstringatur æger, vt carnibus abstineat, cum amissione vitæ, certa, aut dubia: atqui vbi non datur Præceptum, non requiritur dispensatio; ergo. imò, cùm detur diuina lex inhibens, peccaret, si abstineret: & peccaret, si dispensationem postularet. Peccaret quidem abstinendo, eo modo, quo si sumeret venenum dubium: nam in tali casu abstinentia esse dubiè mortifera supponitur. Peccarétque, si peteret dispensationem: quia illa petitio debet supponere dari Præceptum carnes interdicens, etiam cum iactura vitæ dubia; quod quia esset contra Decalogum, sine iniuria Pontificis supponi non potest.] Hucvsque Caramuel.

4. Sed, an probabiliter, iudicent alij, vt de Sancio dixi *in part. 4. tract. 3. resolut. 56.* Vidè omnes expositiones *in 2.2. D. Thomæ, q. 147. art. 4.* vbi rectè Caietanus docet, Prælatos, ac Superiores, quando subditi proponunt causam dubiam ad obtinendam dispensationem, non debere esse nimis scrupulosos, ac ambiguos, remittentes id conscientiæ subditi petentis; cùm potius ad ipsos spectet tunc dispensare, causam dubiam per dispensationem efficiendo iustam. Vide etiam Azorium *tom. 1. lib. 7. cap. 29. q. 2.* qui citat Nauarrum, Rosellam, & Angelum.

RESOL. LXXV.

An dispensatus in esu carnium censeatur dispensatus ad non ieiunandum? Ex p. 1. tr. 9. Resol. 25.

§. 1. HIc casus in praxi sæpè potest contingere, & in hac ciuitate Medicus quidam doctissimus ita cum multis in Quadragesima dispensabat. Sed ad quæstionem respondeo, primam opinionem negare. Ita Iacobus de Graffiis *in decis. p. 1. lib 2. cap. 37. n. 58.* cum Medina, Petraza, & aliis. Et ratio est; quia necessitas, & iusta causa, quæ excusat ab integro ieiunio, non excusat ab omni parte illius: præceptum enim Ecclesiæ, licèt in totum seruari non possit: in parte, quæ seruari potest, seruandum est, *ex cap. cum dilecti, de dolo, & contum.* & ibi Gloss. & DD.

2. Secunda opinio affirmat: & illam docet Caietanus *in 2.2. q. 147. art. 8.* Hieronymus Llamas *in summ. p. 1. cap. 5. §. 36.* Ledesma *in sum. tom. 2. tract. 17. cap. 2. concl. 5.* Ioan. de la Cruz *in director. confc. p. 1. præcept. 4. art. 4. dub. 8. concl. 3.* Gomez *in Bulla Cruc. claus. 7. n. 4.* Medina *in summ. tom. lib. 1. cap. 14. §. 10.* Henriquez *lib. 7. cap. 13. n. 12.* Filliucius *tom. 2. tract. 27. p. 2. cap. 3. n. 25.* Azorius *p. 1. lib. 8. cap. 10. q. 3.* Toletus *lib. 7. cap. 3. n. 4.* & alij. Et ratio est: quia abstinentia ab esu carnium est de substantia ieiunij: ergo, qui dispensatus est quoad comestionem carnis, eo ipso dispensatus est in ieiunio.

3. Tertia opinio distinguit: vel enim dispensatus ad esum carnis edit carnes, quia pisces nocere saluti solent; vel vt vires amissas recuperet, quia est quasi actualiter infirmus priori modo dispensatus tenetur ad ieiunandum: aliter verò minimè, & idcò pluries edere potest, & ita docent Reginaldus *tom. 1. lib. 4. c. 14. n. 168.* Lessius *lib. 4. cap. 2. dub. 6. n. 45.* Bonacina *de legib. disp. 10. q. 1 punct. 2. n. 2.* Fernandez *in exam. Theol. mor. p. 3. c. 9. § 5 n 3.* Petrus Cenedo *in qq. canon. q. 40. n. 6.* & Ortiz *in sum. c. 19. n. 20.* cum aliis. Omnes istæ tres opiniones sunt probabiles: sed secunda videtur mihi probabilior, & tuta in praxi, vt testatur Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 24. dub. 8. n. 9. in fine.*

doctr. §. vlt. à medio quamvis in aliquo dissimiles, & pro curiosa q. an tom. 3. tr. 6. Resol. 98. §. 2. ad 1ir. 12. verb. en el dispensado.

RESOL. LXXVI.

An qui habet facultatem edendi carnes, si illas non edat, teneatur ieiunare. Et docetur, quod quartanarij excusantur à ieiunio? Ex p. 4. tr. 4 & Misc. Resol. 189.

§. 1. POtest hic casus frequenter accidere, & ad illum sic respondet Sanch. *in opusc. tom 2. lib. 5. cap. 1. dub. 30. n. 2. & 3.* quòd si talis habet manifestas vires & salutem ad ieiunandum, sed ad præseruandum se ab aliqua infirmitate edit carnes, tunc si aliqua die ieiunij non comedat carnes, tenetur illa die ieiunare, quia hos nulla alia ratione excusamus à ieiunio, nisi quia abstinentia à carnibus est conditio essentialis ieiunij, & illa non seruata, non potest seruari ieiunium. Ergo si seruant illam conditionem cùm possint reliquas seruare tenentur. Verùm si talis haberet facultatem edendi carnes ratione debilitatis & infirmitatis præsentis, licèt aliqua die illam non comedat, non tenetur ieiunare, licèt illorum saluti conduceret illam non comedere eo die & ieiunare. Ita Sanchez ex doctis recentioribus, qui etiam *dub. 14. n. 2.* cum dictis iunioribus docuerat, quòd quando infirmitas est talis, quæ communiter solet excusare à ieiunio, licèt valetudini illius infirmi conduceret ieiunare, & oppositum noceret, non tenetur infirmus tunc ieiunare ex præcepto Ecclesiæ, sed tenebitur ex præcepto abstinentiæ, cuius fractio communiter est venialis, quia Ecclesia absolutè voluit omnes infirmos excusare, quia ieiunium eis vtplurimum nocet; quod autem huic non noceat, est per accidens, & Ecclesia tantùm respicit id, quod communiter solet euenire. Vnde ex his ego olim ante Sanchez editum non damnaui quartanarium peccasse mortaliter, quia non ieiunauit aliquibus diebus, licèt eius valetudini tunc conduceret ieiunare, quia quartanarij excusantur à ieiunio, vt ipse Sanchez *loco cit. n. 3.* notat. Igitur talis quartanarius tunc non ieiunando peccauit quidem venialiter contra præceptum abstinentiæ, non autem mortaliter contra præceptum Ecclesiæ.

Sup. hoc in Resol. seq. & in aliis eius primæ not.

RESOL. LXXVII.

An dispensatus ad carnes non propter virium debilitatem, sed quia cibi Quadragesimales sunt ei nocivi, si in aliquibus diebus non comedat carnes, teneatur ieiunare, & abstinere se à secunda comestione?

Et an dispensatus ad edendas carnes possit simul pisces comedere, si ab Episcopo fuerit prohibitum sub pœna excommunicationis?

Et notatur, quod qui frangit ieiunium comedendo carnes non duo, sed vnum peccatum committit, & ideo non est necessarium explicare circumstantiam modi, quo ieiunium violatum sit.

Etiámque aduertitur, quod qui in die ieiunij comedit carnes, & lacticinia, vel ova simul vnum tantum peccatum, non distincta committit, & qui vouit aliquod ieiunare, non toties peccat, quoties in illa die carnes comedit. Ex p.9.tr.6.& Misc.1. Resol.11.

Sup. hoc in Resol. præterita, & in Resol. seq. §. vlt. à princ. vsque ad med: & inf. in Resol. 115. cursim in §.vlt.

§.1. NEgatiuam sententiam ex Carolo Zambrano, Authore casuum conscientiæ Bononiensium, docet nominatim contra me Pater Pasqualigus *in praxi de ieiunio, decis.*168. *num.*3. Quia,cùm dispensatio sit pro singulis diebus,tollit pro singulis diebus obligationem non solùm abstinendi à carnibus, sed etiam abstinendi à pluribus refectionibus, quia tollit essentiale ieiunij,quod non potest stare cum comestione carnium. Si igitur aliquo die dispensatus non vult comedere carnes, non tenetur ieiunare: quia non est,à quo ponatur talis obligatio, cum iam sit sublata per dispensationem: quæ cùm sit absoluta, & non conditionata, si nimirum, vtatur carnibus,non reuiuiscit ex eo, quòd non vtatur. Nec obstat,quòd tunc ieiunium posset habere locum:quia hoc non sufficit, vt quis teneatur ieiunare: alioquin semper teneretur, quando non comedit carnes, sed insuper requiritur obligatio.

2. Sed ego non recedo à sententia affirmatiua,quam docui cum Sanchez, Megala, & Trullench, & quam, me citato, nouissimè contra Pasqualigum docet doctissimus Pater Bardi *in Bulla Cruc. p.2. tract.3. cap.1. sect.7. n.*54. qui respondet ad omnia argumenta contraria. Adi illum,& non pigebit,Dicendum est igitur in nostro casu, talem non posse secundam comestionem sumere: nam dispensatio solùm respicit, vt adæquatum obiectum, bonum nutrimentum ex qualitate ciborum, & non corroborationem virium; quia iam supponimus dispensatum esse robustum, & pati posse afflictionem ieiunij: igitur,si ob piscium,seu ouorum comestionem non potest haberi nutrimentum causandum ex comestione carnium, cessat totaliter finis dispensationis: atque adeò remanent omnia, facta tali hypothesi, iuxta dispensationem iuris communis; ac proinde vrgebit obligatio ieiunij. Confirmatur efficaciter; nam in tantum Titius erat liber à lege ieiunij, in quantum ponebat conditionem impossibilem cum ipso ieiunio, nempe,comestionem carnium,& ideò tali conditione non appositа, nulla erit exemptio ad non ieiunandum.

3. Igitur in nostro casu supponitur, obligationem ieiunij fuisse absolutè sublatam: quod tamen est falsum, cùm solùm oblata fuerit dependenter à comestione carnium,propter incompossibilitatem cum ieiunio. Cæteras rationes videbis apud Bardi. Et post hæc scripta inueni nostram sententiam,me citato, nominatim contra Pasqualigum,docere etiam Pellizzarium *in Man. Regul. tom.1.tract.*5.*cap.*5.*n.*39. & ex eadem Societate Patrem Escobar *in Theol.mor. tract.*1. *exam.*13. *cap.*3.*n.*104.

Sup. hoc superius in tr.

4. Sed hic obiter inquiro,an dispensatus ad edendas carnes,possit simul pisces comedere,si ab Episcopo fuerit hoc prohibitum sub pœna excommunicationis? Et affirmatiuè respondet Sancius *in selectis, disp.*31.*n.*10. & 11. Si causa excitandi appetitum, comedas pisces, non peccabis: quia Præceptum positiuum abrogare non debet,quod iure naturali debetur. Neque item,si comedas pisces suaues, etiam absque causa, vel in ea quantitate, quæ tuæ saluti non noceat: quare, inquit prædictus Auctor, hoc præceptum violare tantum censeberis, quando pisces simul cum carnibus edes, quorum esus graue tuæ saluti nocumentum inferat.

5. Sed mihi magis placet sententia negatiua Castri Palai *tom.*4. *tract.*25. *disp.vn. punct.*8. §.1. *n.*12. Quia finis huius præcepti positiui non est saluti corporali subditorum consulere,sed fidelium ædificationi;ne,inquam, dispensati in lege abstinendi à carnibus, voluptati incumbant loco pœnitentiæ, quam alij præstant, ipsique præstare tenebantur. Quapropter esus piscium, simul & carnium,esto nociuus non sit,prohibitus censetur. Pro esu namque nociuo opus non erat Episcopalis prohibitio,cùm iure naturæ prohiberetur. Neque permittendus est esus piscium ad excitandum appetitum, nisi fortè in tam leui quantitate, vt in considerationem non veniat. Nam esto,iuri naturali non repugnet, media assumere ad appetitum excitandum;non tamen iuri naturali debetur, omnia media assumere, quinimò iuri naturali est conforme ab aliquibus abstinere ob bonum virtutis, Præceptorum obseruationem, & fidelium ædificationem.

6. Nota hic obiter, quòd qui frangit ieiunium comedendo carnes, secundùm Leandrum *de Sacrament. tom.*1. *tract.*5. *disp.*8. §.8. *quæst.*11. non duo, sed vnicum committit peccatum: ergo, per se loquendo, non erit necessarium explicari circumstantiam modi, quo ieiunium violatum est,cùm sit tantùm aggrauans. Sed ego non recedo à contraria sententia, quam olim docui, & docent communiter DD. Nota etiam Leandrum *vbi suprà, quæst.*12. docere, quòd qui in die ieiunij comedit carnes, & lacticinia, vel ova simul, vnicum tantùm patrare peccatum non distincta: quia vel vnicum solum præceptum violat: aut si duo, sub vna & eademmet ratione formali abstinentiæ. Sed ego *alibi* contrarium docui;& iterum doceo. Sentio tamen cum ipso Leandro *quæst.*13. me citato, quòd qui vouit aliquo die ieiunare, non toties peccat, quoties in illo die carnes comedit; sed semel in prima carnium comestione.

RESOL. LXXVIII.

Medicus concedit Titio licentiam comedendi carnes in diebus Quadragesimæ, quæritur,an possit illas comedere in diebus quatuor temporum, quæ semper accidunt in secunda hebdomada ipsius Quadragesimæ?

Et an saltem liceat comedere ova, & lacticinia,in prædictis diebus, stante supradicta licentia?

Et infertur habentes licentiam à Medico, vt infra annum in die Veneris, & Sabbathi comedendi carnes posse illas comedere in diebus quatuor temporum extra Quadragesimam occurrentium, etiamsi in licentia Medici obtenta hoc non explicetur.

Et an si quis habet manifestas vires, & salutem, & ob aliquam infirmitatem edit carnes in die ieiunij, si in aliqua die non comedat carnes, teneatur ad ieiunandum?

Et quid, si haberet facultatem edendi carnes ratione debilitatis, & infirmitatis?

Et an Medicus dubius, si sibi Quadragesimales offerant graue damnum petenti, possit concedere licentiam, vt edat carnes in diebus ieiuniorum? Ex p.10. tract.13. & Misc.3.Resol.43.

§.1. Casus

§.1. CAsus est nimis practicabilis; & ad illum negatiuè respondet Carolus de Baucio *de Miscellaneis Casuum conscientiæ, tom.2. opusc.3. quæst.305.* vbi sic ait: Quidam Medicus tempore Quadragesimæ concessit licentiam cuidam personæ, vt vesceretur carnibus ne incurrat graue damnum suæ salutis, an intelligatur concessa licentia comedendi carnes in Feria quarta secundæ hebdomadæ Quadragesimæ in qua semper accidunt quatuor temporum ieiunia; idem patitur de duobus aliis diebus, nempe Feria sexta, & Sabbatho, an saltem liceat comedere oua, ac lacticinia? Difficultas est, quando in licentia Medici comedendi carnes nihil est cautum, quoad quatuor Tempora; nam si iudicaret Medicus graue damnum incurrere, si quis his tribus diebus non vesceretur cibis paschalibus, vtique esset licitum his prædictis diebus vesci cibis Paschalibus. Respondeo, saluo meliori iudicio, cum in Doctoribus nihil inuenerim, quod non potest comedere carnes in Feria quarta quatuor Temporum, nec in Feria sexta, & Sabbatho comedere oua, ac lacticinia, nisi specialem, ac expressam licentiam habuerit à Medico, vt prædictis diebus vescatur cibis Paschalibus. Et ratio mihi est, quia ex licentia comedendi carnes concessa à Medico tempore Quadragesimæ nemo audet vti extrà tempus prædictum, puta intrà annum; & sic est vsu receptum ab omnibus timoratæ conscientiæ; nec differunt quatuor Tempora Quadragesimæ ab aliis quatuor temporibus extra tempus Quadragesimæ: ergo sicut non est licitum ex vi prioris licentiæ comedere carnes in aliis quatuor Temporibus extrà tempus quadragesimale, ità etiam non est licitum in quatuor Temporibus occurrentibus tempore Quadragesimæ. Ità Baucius.

2. Sed hæc opinio mihi non placet: Primò, nam Medici quando dant licentiam comedendi carnes in Quadragesima, sciunt in illa occurrere quatuor Tempora, & non prohibent in dictis diebus comedere carnes: ergo concedunt: Secundò; eadem iusta causa, quam habet Medicus concedendi licentiam: vt quis carnes comedat in Quadragesima, militat etiam in illis diebus, in quibus veniunt, & incidunt quatuor Tempora: ergo. Tertiò; Ieiunium Quadragesimale, est strictius quàm Ieiunium quatuor Temporum, quia in isto comeduntur de iure oua, & lacticinia, quæ quidem non comeduntur in quatuor Temporibus, quæ accidunt in Quadragesima, quia in Ieiunio Quadragesimæ de iure oua, & lacticinia prohibentur: ergo, &c. Quartò; in dictis diebus plures Fideles comedunt carnes, vigore dictæ licentiæ, nec Confessarij faciunt in hoc aliquod scrupulum: & ideò ego existimo habentes licentiam à Medico, vt intrà annum in die Veneris, & Sabbathi comedant carnes, posse illas comedere in diebus quatuor Temporum extrà Quadragesimam occurrentium, etiamsi in licentia à Medico obtenta hoc non explicetur; quia censetur consensum: & si opinio Baucij esset admittenda sequeretur habentem licentiam comedendi carnes in Quadragesima, non posse illas comedere in Vigilia S. Matthiæ Apostoli. Ad argumentum verò Baucij respondeo; ideò ex vi licentiæ comedendi carnes tempore Quadragesimæ, non possunt comedi in diebus quatuor temporum extrà Quadragesimam, quia dicta licentia expirauit; nam erat limitata pro tempore Quadragesimæ: sed in diebus quatuor Temporum Quadragesimæ licentia comedendi carnes adhuc durat & existit: ergo extenditur etiam ad dicta quatuor Tempora, quæ post elapsam Quadragesimam ampliùs potest extendi.

3. Notandum est hìc obiter Primò contrà Pasquales, & Vidalem, quòd si quis habet manifestas vires, & salutem ad ieiunandum, sed ab aliqua infirmitate edit carnes tunc si aliqua die non comedit carnes tenetur ieiunare. Secùs si quis haberet facultatem edendi carnes ratione debilitatis, & infirmitatis præsentis; nam licèt aliqua die carnem non comedat, non tenetur ieiunare, quia ex vnica comestione non subuenitur debilitati præsenti. Ità ex Sanchez, Bauçius *vbi suprà, opuscul.1. quæst.98.* Nota Secundò: Medicum, in dubio si cibi quadragesimales afferant graue damnum petenti, posse concedere, vt edat carnes in diebus Ieiuniorum. Ità ex Pasqualigo Baucius *loco cit. opusc.3.q.305.*

Ref. 119. §. vlt. cursim.

Sup. hoc quid est agendum in isto casu, sup. lege doctrin. Res. 4. & signanter §. 2. post medium, &c. & Vide etiã doctr. in Res. 73. &c.

RESOL. LXXIX.

An si quis in diebus ieiunij carnem comederet, in magna quantitate ex obliuione, vel inaduertentia, teneretur in illa die ieiunare reliquo tempore? Ex p.9. tr.6. & Misc.1. Res.27. aliàs 28.

§.1. POnam hìc sententias duorum virorum, qui luminaria fuerunt inclytæ Academiæ Salmanticensis: & quos ego Gigantes Theologiæ vocare soleo; & hi sunt, Angelus Manriquez Cistercienſis, & Basilius Pontius Augustinianus. Audiamus itaque Ioannem Caramuelem *in Theolog. moral. lib.3. de conscientia dubia, cap.1. disput.1. num.1350.* vbi sic ait: [Obiter tamen dicam, me audiuisse Reuerendissimum D. Manriquum, nunc Salmanticensis Vniuersitatis Primarium Professorem, in Gymnasio publico sic discurrentem; Si quis ex inaduertentia, aut obliuione, in die ieiunij, carnes in magna quantitate comederit; non fregit ieiunium, adeóque tuetur seruare formam ieiunij reliquo tempore, eodem modo, ac si carnem non comedisset: vnde, si comederit caponem mane, poterit meridie prandere, & vesperi collationem ordinariam sumere: quia leges actibus non humanis non violantur: & illis, qui ex inaduertentia, aut obliuione hominum quidem sunt, non verò liberi, & humani. Contrarium tamen, addebat, non auderem dicere improbabile, propter Basilij Pontij de Leone (tunc Primarius Professor erat) opinionem, docentem, illud ieiunium esse fractum reuerà, tametsi inaduertenter, illudque die reliqua non obligare, & ab inaduertentia habuisse non quidem quòd non violaretur; sed quòd violaretur, & frangeretur sine culpa. Sic discurrebat Angelus Manriques, sic Basilius: tu, Lector, attentè vtriusque sententiam considera.] Ità Caramuël.

Sup. hoc inf. in Res.87. §. vlt. in fine, & in aliis eius not.

2. Ego, vt verum fatear, sententiæ Manriquez magis adhæreo. Quia comestio illa carnis fuit inuoluntaria, sicque ieiunium non fuit violatum, nisi materialiter, ac proinde adhuc potest seruari.

3. Hinc à fortiori dicendum est, quòd si manè quis comedit, ignorans ea die ieiunari, teneri reliquo tempore seruare ieiunium, ac si non comedisset quicquam, ideò posse prandere cum aliis, imò & sumere collationem vespertinam. Ita ex Sancio docet Pellizzarius *in Man.Regul.tom.1. tr.5.c.5.n.17.* & alij.

Sup. contra eo in hoc §. inf. in Res.102. §. vlt. & in Res. 116. §. etiam vlt. in princ.

RESOL. LXXX.

An in die ieiunij paruitas materiæ excusset in esu carnium? Ex p.1. tr.9. Res.43.

§.1. AD hanc quæstionem respondet Tannerus *in 2.2. D. Thoma, disp.3.q.3. dub.5.n.93.* vbi sic asserit: [Dubium non est in die ieiunij peccari toties, quoties carnes comeduntur; & in hoc, ex ipso fidelium sensu, non excusare paruitatem materiæ: quod eatenus verum existimo, quatenus esu carnis, seu cibi vetiti,

Sup. hoc inf. in Res. seq. & in tom.3. tr.4. Res.72. §. vlt. in principio.

existimatur aduersari fidei professioni. Aliàs non video, cur non æquè in hac, ac in aliis materiis à mortali excusare possit materiæ paruitas.] Ita Tannerus.

RESOL. LXXXI.

An in comestione carnium in die ieiunij detur paruitas materiæ ?

Et quænam quantitas materiæ excuset in comestione carnium in die ieiunij ?

Et quid, si in singulis diebus Quadragesimæ eam carnis particulam nimiam quis ederet, & quamuis à principio Quadragesimæ haberet voluntatem expressam singulis diebus Quadragesimæ id efficiendi ?

Et an qui seruiunt infirmis possint aliquid comedere in die ieiunij etiam ex carnibus ad excitandum appetitum infirmorum ?

Et infertur non esse Hæreticum externum, qui signa dat hæresis interna in quantitate tam leui, vt non sit ex se peccatum mortale ? Ex parte 5. tractat. 5. Resolutione 32.

Quæ hic est Ref. antecedens, & in alio §. eius not.

§. 1. PRo affirmatiua sententia *in 1. part. tract. 9. resol. 43.* adduxi Tannerum, cui nunc addo Sanchez *in summa, tom. 1. l. 2. cap. 8. num. 17.* quem sequitur Merolla *tom. 1. disp. 2. cap. 4. dub. 7. num. 111.* vbi sic ait. Infertur comedentem tantillum carnis in Quadragesima excusari à mortali ob materiæ paruitatem. Ex quo sequitur si quis motus hæresi interna, qua putat licere esum carnis diebus prohibitis, eam minimam carnis particulam ederet, non fore illum hæreticum externum, ac proinde non incurrere excommunicationem latam contra hæreticos externos, quamuis attentis circumstantiis concurrentibus, quando esset esus in notabili quantitate, oriretur sufficiens hæresis indicium; quia id factum externum non est mortale, nisi per solam relationem ad actum internum. Et hoc quod dixi verum est, licèt singulis diebus Quadragesimæ eam carnis particulam minimam quis ederet, & quamuis à principio Quadragesimæ haberet voluntatem expressam singulis diebus Quadragesimę id efficiendi.

2. Neque obstat quod præceptum Ecclesiæ de non vescendis carnibus in Quadragesima sit negatiuum, nam etiam præceptum naturale de non furando negatiuum est, ergo sicut in hoc excusat à mortali paruitas materiæ, ita in illo, non enim est maior obligatio præcepti positiui, quàm naturalis. Ita Merolla, cui adde nouissimè Hurtadum de Mendoza *de fide vol. 1. disput. 83. sect. 3. §. 21.*

Sup. hoc in tom. 5. tr. 8. Ref. 8. & in alio vers. eius not.

3. Dicendum est igitur non esse hæreticum exteriorem, qui signa dat hæresis internæ in quantitate tam leui, vt non sit ex se peccatum mortale. Itaque si esus carnium in magna quantitate censeri posset contra fidem, si quantitas non sufficiat ad peccatum mortale contra legem ieiunij, nec erit hæreticus exterior, qui eis in ea quantitate vescatur, quia excommunicatio & reseruatio est de peccato mortali interno, vt coniuncto cum mortali explicante internum; sed hæresis interna non explicatur in exigua quantitate, ergo non reseruatur, nec est hæreticus externus. Minor probatur, quia exigua materia vesci solet homo Catholicus ob solam gulam, aut libitum gustandi carnes, licèt nulla alia subsit causa, ergo, &c.

4. Post hæc scripta inueni Antonium de Leone, me citato, *in qq. mor. de chocolate. p. 3. n. 3.* docere etiam in comestione carnis in diebus ieiunij dari paruitatē materiæ, quam in num. 8. sic determinat. [En la prohibicion de los manjares de carne en dia de ayuno, como diximos, vnos niegan que se dè paruidad, y otros la conceden, pero ninguno que yo aya visto, señala que cantidad de carne se podrà comer, que siendo alguna, no sea tanta que quiebrente el precepto, ni tanpoco que se repute por nada, sino que le comienga el ser materia parua. En los Sumistas se halla, que todos conforman en que el cozinero, y el que haze la salua à los Principes, pueden comer en Viernes de los manjares de carne, lo que moralmente es necessario para probarlos darles razon, si saber lo que son, sin que por esto quiebranten el precepto, porque la causa le dispensa sin derogarle en aquella cantitad, como en materia parua. Luego esta es la deste precepto; porque sino le quebrante essencialmente, como es cierto, sino accidentalmente, y para que no aya culpa, se atiende la causa, que es le oficio. Siguese que el que sin ser cozinero, ni hazer la salua comiera la cantidad de carne que à estos se permite por sus oficios, cacrà en culpa, esta no puede ser mortal, porque se opone poco al precepto y en cantidad, que la justifica causa tan leue, luego sera venial, esta serà la materia parua deste precepto, que prometi aueriguar, y no otra mayor.] Sicille.

5. Notandum est etiam ex his, eos qui inseruiunt infirmis, posse aliquid comedere in die ieiunij, etiam ex carnibus, quando viderent id esse commodum ad excitandum appetitum infirmorum, quia patiuntur fastidium, & probatur ex casu præcedenti de pincernis Principum, grauior enim & vrgentior est hæc causa quàm illa. Item quia id postulat charitas, & Ecclesia non intendit impedire opera charitatis. Ita ex Nauarro & aliis docet Sanchez *in opusc tom. 2. lib. 5. c. 1. dub. 11. num. 10.*

RESOL. LXXXII.

An qui vouit certa die ieiunare, toties peccet mortaliter, quoties carnes comedit ?

Et quid est dicendum, si expresè promitteret in die vnicam comestionem, an tunc peccet toties quoties præter vnam comestionem concederet carnes ?

Et explanatur differentia inter ieiunium ex præcepto Ecclesiæ, & ex vi voti, si in illis aliquis comederet carnes.

Et an in die ieiunij pluries comedendo pisces, vel lacticinia non peccet toties moraliter, sed in secunda comestione. Ex p. 1. tr. 9. Ref. 37.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Azorius *part. 1. lib. 7. cap. 30. quæst. 8.* nam in die ieiunij verum est, quòd pluries comedendo pisces, vel lacticinia, non peccetur toties moraliter, sed tantùm in secunda comestione, vt docet Durand. *in 4. dist. 15. q. 11.* Paludan. *ibid. quæst. 4. art. 5.* Gabr. *dist. 16. quæst 3. art. 3. dub. 5.* Caiet. 2. 2. *q.* 146. *n.* 8. Angel *v. ieiun. q. 22.* Syluest. *eod verb. q. 8.* Rosell. *eod. verb. n. 4.* Armil. *eod. verb. n. 14.* Tabiena *eod. ver. quæst. 9.* D. Antoninus *p. 2. tit. 6. cap. 2. §. 9.* Nauarr. *in Man. c. 21 num. 15.* Regius *in suis resol. cas 9. n. 1. & seq.* Binsfeld. *in Ench. Theol. Pastor. p. 3. c. 33. conc. 5.* Filliuc. *tom. 2. tr. 27. p. 2. c. 2. n. 23.* Lessius *l. 4. c. 2. dub. 3. num. 15.* Reginald. *tom. 1. l. 4. c. 14. n. 179.* Villalob. *in sum. tom. 1. tr. 23. diff. 6. num. 6.* Ioan. de la Cruz *in direct. conse p. 1. prac. 4. art 4. dub. 1. concl. 1.* Fernand. *in exam. Theol mor. p. 2. c. 8. §. 3. n. 10.* Rodriq. *in sum. tom. 1. c. 23. n. 1.* Henriq. *lib. 7. c. 13. n. 12. in gl lit.* S. Coninch. *de Sacr. q. 74. art. 4. dub. 3. num. 103.* & alij, quidquid in contrarium affirmat Medina Complutensis *q. 3. de ieiunio*, & Couarruuias *l. 4. var. c. 20. n. 13.*

2. Tamen aliter dicendum est, si quis comedat carnes: nam toties peccabit, quoties illas comederit vt notat Filliucius *tom. 1. tract. 27. p. 2. cap. 5. numero 81.* Toletus *lib. 6. cap. 3.* Lessius *vbi suprà, num. 17.* Ottin *in sum. cap. 19. mand. 2. num. 9.* Homobonus *de exam. Eccles p. 2. tr. 8. c. 7. q. 20.* Graff. *in decis. p. 1. l. 2. c. 37. n. 49.*

Fagundez

Fagundez *precept 4.l.1.c.4.n.9.*& Ledesma *in sum.to.2. tr.27.c.2.fol.mihi 689.* cum aliis communiter ex DD. citatis.

3. His suppositis, pro sententia Azorij, sic argumentor. Votum ieiunij obligat instar Præcepti Ecclesiastici de ieiunio: at Ecclesia, ieiunium præcipiendo, ita abstinentiam à carnibus inducit, vt sit peccatum mortale toties, quoties eduntur: ergo ita erit in ieiunio voti.

4. Hæc sententia est probabilis: sed non minùs probabilem contrariam existimo, quam docet Barthol. S. Fausto *in thes. Relig l.1.q.140. num.2.* quia sic vouens non promittit per se, & directè abstinentiam carnium; sed indirectè, & accessoriè, in quantum, scilicet, ieiunium absque ipsa consistere nequit. Quare, cùm semel violato ieiunio cesset obligatio principalis ieiunij, cessat quoque obligatio accessoria abstinentiæ à carnibus; secùs autem esset, si hic expressè promitteret in die vnicam comestionem; tunc enim peccaret toties, quoties præter vnicam comestionem, ederet carnes illa die. Sic Faustus, qui posteà etiam assignat differentiam inter ieiunium ex præcepto Ecclesiæ, & ex vi voti. Vnde patet responsio ad argumentum in fauorem Azorij *sup.* positum.

RESOL. LXXXIII.

An obligatus ieiunare ex voto, si secunda vice comedat carnes, peccet contra votum?
Et quid de pœnitentia ieiunij à Confessario imposita?
Et quid, si quis expressè vouerit in die vnicam comestionem? Ex p.9.tr.8.& Misc.3.Res.5.

§.1. Affirmatiuam sententiam docet Azor. *tom.1. l.11 cap.20.q.6.* Palaus *tom.3.disp.1 punct 12. n.1.* Quia de ratione ieiunij Ecclesiastici est vnica tantùm comestio, & abstinentia à carnibus in omnibus horis illius diei. Ergo vouens ieiunium vouet non comesturum amplius quàm semel, & in nulla hora illius diei carnes: ergo quacumque hora illius diei carnes comedat, peccat: quia, esto, violauerit ieiunium, non violauit omni modo, quo potest. Dices, verum esse in ieiunio vtrunque contineri, & abstinentiam à carnibus, & à duplici comestione; sed vnum dependenter ab alio: Sed hoc absque firmo fundamento dicitur: contrarium enim ex Præcepto Ecclesiastici ieiunij colligitur, cui votum assimilari debet: in illo namquè Præcepto ieiunij abstinentia duplicis comestionis annectitur abstinentiæ à carnibus; sed non è contra: excusatus à carniù abstinentia, excusatur à dupliei comestione, non tamen excusatus à duplici comestione, excusatur à carnium abstinentia; imò potiùs quoties carnes comederit, toties peccabit. Ergo idem est dicendum de voto.

2. Sed negatiuæ sententiæ adhæret Sanch. *in Summa,to.1.l.4.c.11.num.42.* quia in hoc voto non claditur directè abstinentia à carnibus, sed indirectè, quatenus est pars essentialiter ad ieiunium requisita, & accessoriè ipsi ieiunio. Quare, cum, semel violato ieiunio, cesset obligatio circa principale; cessare videtur circa accessorium abstinentiam à carnibus. Sicut, quia prætermisso ieiunio, non promittitur directè vnica comestio; sed indirectè, & accessoriè, quatenus est ad ieiunium necessaria: hoc violato, illa non ampliùs obligat. Secùs autem contingeret, vbi quis expressè voueret vnicam in die comestionem: peccaret enim absque dubio toties, quoties, præter vnicam, comederet illa die. Sic ergo dicendum est in nostro casu, cùm non directè, sed indirectè, & accessoriè promissa sit abstinentia à carnibus, tanquam pars ad ieiunium necessaria, eò vel maximè, quòd magis essentialis sit ieiunio vnica comestio. De ea enim omnes consentiunt, non autem de abstinentia à carnibus. Quare latum est discrimen inter obligatum ex præcepto Ecclesiastico ad ieiunium, & obligatum ex solo voto. Quippe ille prima vice comedens carnes, nec excusatus à ieiunio, duplex peccatum necessariò confitendum committit; alterum ieiunij legem ea comestione violatam; alterum verò in legem aliam peculiarem obligantem ea die abstinere à carnibus independenter à ieiunij obligatione. At comedens carnes in die solius ieiunij promissi, vnicum peccatum admittit contra solum ieiunij votum, quatenus ea comestione id violatur. Et tandem hæc pars probatur: quia vouens certa die ieiunium, non in diei honorem, excusatúsque ab illius diei ieiunio siue, quia iam illud sua culpa violauit, sine necessitate excusante à culpa, non tenebitur à carnibus abstinere; sed tenetur alia die ieiunare: aliàs, cum ad posterius constet obligari, esset ad duo obligandus, qui vnicum ieiunium vouit. Ergo in voto ieiunij non clauditur abstinentia à carnibus, vt omninò præcipitur ab Ecclesia, tunc enim teneretur ea die ab illis abstinere; sed tantùm vt indirectè cadit sub ieiunij præcepto. Et ita iuxta hoc dicendum est, non magis delinquere contra votum edendo carnes, quàm quicquam aliud, quo ieiunium violaret: & ita sat esse fateri violationem ieiunij voto promissam, non explicando, an esu carnium violata sit. Hæc omnia Sanch. qui prorsus censet, idem dicendum de ieiunio in pœnitentiam sacramentalem iniuncto: quòd est valdè notandum.

3. Vnde ex his ego puto, vtramque sententiam esse satis probabilem: & ideò non assentior Patri Suarez *de relig. tom.2.l.4. de voto, cap.7. n.9. & 12.* asserenti, opinionem negatiuam absurdissimam esse: sed potiùs, vt dixi, existimo probabilem esse cum Layman. *in Theolog.moral.lib.4. tr.4.c.3. n.3.* vbi sic ait: [Qui vouit, se certa die ieiunaturum, debet votum obseruare secundùm formam ieiunij Ecclesiastici, quippe quod vouens sibi propositum habuit: quare vnica ciborum absque carnibus comestione contentus esse debet: sin autem formam ieiunij substantialiter violauit, seu carnes comedendo, seu aliis cibis iteratò vescendo, de cætero continere se non tenetur, eò quòd ieiunij formam ampliùs obseruare non possit: adeò quidem, vt non improbabile sit, talem vouentem etiam carnibus deinde vesci posse: in quo differt votum à præcepto Ecclesiastico ieiunij, quippe quod etiam non ieiunantes separatim, atque distinctè obligat, ad abstinentiam à carnibus, imò etiam à lacticiniis in Quadragesima. Votum autem ieiunandi tali die; vtrumque eorum, videlicet, à carnibus abstinentiam, & vnicam comestionem per modum vnius comprehendit: quare, si alterum violatum sit, iusta vel iniusta de causa, obseruatio voti omninò corruit.] Ita ille. Opinionem itaque Sanchez probabilitate non carere dicendum est.

Sup. hoc sup. in Ref.77. §. vlt.in princ. & in to.1.tr. 7.Ref.161. §.1.à lin.3.& in alio §.eius not.

Sup. hoc in §.1.not.præter. ad lin.4. & cum eod. Sanc.hîc cit. in §.2. dictæ annot ad lin. etiam 4.& in alio §. eius annot.

Sup.hac differ.ex doctr. Ref. præter. in eius fine.

RESOL. LXXXIV.

An toties peccet mortaliter, quoties aliquis in die ieiunij carnes comedit?
Et an idem dicendum sit de prohibitione lacticiniorum?
Et an duplici labe inquinetur Sacerdos, qui edens carnes & ova in die Quadragesimali, quod idem dicendum est de laico sine Bulla Cruciatæ?
Et an teneatur confiteri, quoties se applicauerit esui carnium in die, & quoties comestioni ouorum?
Et an qui vouit aliquo die ieiunare, non toties peccet, quoties in illo die carnes comedit?
Et aduertitur, quod qui comedit lacticinia in Quadragesima absque causa, & sine Bulla, vnum peccatum tantum facit, &c. Ex part.1. tract.9. Ref.45.

Pro prima diffic. huius tit. sup.in Ref. 82 §. Tamen.

Quæ hic est inf. Resl. 87.

§. 1. REspondeo affirmatiuè. Ita DD. *in superiori Resol.* citati. Et ratio erit: quia hæc mens Ecclesiæ in die ieunij absolutè interdiceret carnes, vt sensus prohibitionis sit: Ne carnes comedantur, id est, nunquam in die ieiunij comedantur: cuiusmodi negatiuarum propositionum, seu præceptorum. Idem dicendum est de prohibitione lacticiniorum. Vnde Sancius *in Select. disp. 41 n. 26.* sic asserit: [Præceptum est abstinendi à lacticiniis, & ouis, negatiuum est, & habet diuiduam materiam: vnde frangeretur à Sacerdotibus, quoties in die oua, & lacticinia ederent, eo modo, quo toties delinquerent, quoties in die prohibito carnes comederent. Et duplici labe inquinaretur Sacerdos edens carnes, & oua in die quadragesimali, absque legitima causa, cùm sit distinctum præceptum quo Sacerdotibus lacticinia & oua vetantur, ab eo quo, carnes. In quam duplicem fractionem etiam rueret laicus, edens carnes in Quadragesima, absque causa, & oua & lacticinia sine Bulla Cruciatæ & tenebitur confiteri, quoties se applicauerit esui carnium in die, & quoties comestioni ouorum. Hæc omnia Sancius.

Sup. hoc & seqq. in hoc §. sup. ad med. §. vlt. Resl. 77. & in tom. 1. tr. 7. Resl. 67.

2. Notandum est tamen contra Azorium; & contra Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 7. num. 12.* eum, qui vouit aliquo die ieiunare, non toties peccare, quoties in illo die carnes comedit: & ita aduersùs illos docet Sancius *in sum. tom. 2. lib. 4. c. 11. num. 41.* & Layman *in Theol mor. lib. 4. tract. 4. c. 3. num. 3.* Notandum est etiam cum Portel *in addit. ad dubia regularia, verb. ieiunium, n. 8.* ex Sanchez, *vbi suprà, n. 53.* quòd qui in Quadragesima ieiunauit, sed comedit lacticinia absque causa, & sine Bulla, vnum tantùm peccatum fecit edendo lacticinia tunc prohibita: non verò hic peccauit contra ieiunium, quia de intrinseca ratione ieiunij, etiam quadragesimalis, non est abstinentia à lacticiniis; sed est abstinentia à carnibus. Sed de his omnibus nos *suprà* egimus.

Et pro contento in hoc §. vlt. (sup. in Resl. 82. & 83. & in aliis earum primarum notationum.

RESOL. LXXXV.

An, si aliquis per vnicum tantum diem ieiunij non haberet nisi panem, possit in tali die comedere carnes?

Et quid de ouis & lacticiniis, an itinerantes, pauperes & agricolæ, qui ex vna parte non habent pisces; nec piscatum, nec ex alia possunt ex aliis cibis herbis & fructibus conficere prandium sufficiens ad suam commodam sustentationem, licitum sit illis in diebus vetitis vti ouis, & lacticiniis?

Et quid, si cum pane habeant herbas, legumina, olera, & fructus, an sit sufficiens alimentum, ita vt non possint vti ouis, & lacticinis in diebus prohibitis?

Et an, ne potus noceat, possit in die ieiunij aliquid sumi?

Et an dimidia vncia sit quantitas necessaria & sufficiens, ne potus noceat? Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. Resl. 61. a lias 59.

Sup. hoc inf. in §. sed vt huius Resl. & in Resl. seq. §. vlt. in princ.

§. 1. AFfirmatiuè respondet ex Pasqualigo, Pater Vidal *in Arca Theol. Mor. tit. de Ieiun. Inquisit. 1. num. 70.* vbi sic ait: Data paritate hoc idem esse affirmandum de cibo carnium, nempè quod non habens in diebus ieiunij alios cibos, quam carnes, possit licitè illas comedere pro nutrienda, & conseruanda vita; ita sentiunt communiter DD. vt Henriq. Fagund. Syluester, Azorius, Toletus, Filliucius, Bonacina, Trullench, & alij quos citat, & sequitur Pasqualig. *dec. 49. num. 1. & decis. 8. num. 1.* Sanch. *lib. 5. concl. moral. cap. 1. dub. 19. num. 4. 5. & 6.* cum pluribus aliis viris doctis ab ipso consultis. Cum iisdem Doctoribus totum hoc verificari respectu iter agentis, qui adueniendo vbi non sunt pisces, tunc comedere potest tuta conscientia lacticinia, debet tamen adhibere prudentem diligentiam, ne scandalum oriatur: in hoc eædem rationes militant, immò principalius cum iter agens propter defatigationem, & labores itineris indigeat maiori subleuatione, atque nutrimento. Ideò, &c. Hoc idem verificari, etiamsi tam pauperes, quam iter agentes, & cæteri alij haberent panem: tum quia panis non est cibus omnino substantialis ordinatus ad vitæ sustentationem, tum quia cibus panis non est simpliciter, & æquè bene sufficiens ad conseruandam hominis vitam, maximè quando est defessus, vel ob labores, vel obiter, vel ob studia, huiusmodi; Ita sentiunt Doctores apud Pasqualigum, *decis. 49. num. 2. qui sub num.*; addit hoc idem esse verum, quamuis solum per vnum diem careret aliis cibis concessis: Rationem affert: quia lex prohibens carnes intendit tantum macerationem illam, & abstinentiã, quæ prouenit ex substractione carniũ, & non aliam maiorem: ergo quando lex non potest seruari sine extraordinaria abstinentia, & macerationc, desinit obligare; tum quia cessat intentio legis, quæ intendit moderatam tantum abstinentiam, tum quia lex fieret nimis onerosa absque noua causa: ergo. Ita ille.

Sup. hoc inf. in §. Et quoad. huius

2. Sed vt verum fatear, hanc sententiam ita absoluit prolatam Ego non admitto: Vnde si quis per vnicum tantum diem careret aliis cibis præter panem, tunc non posset vesci carnibus, sed deberet, contentus esse solo pane; secus autem si careret per plures dies. Sed melius distinguit Leandrus *de præcept. Eccl. tract. 5. disp. 2. quæst. 19.* quod persona, cui dictus casus contingere potest, vel est nimis delicata, assuetaque epulari splendide, vt sunt Magnates aut Principes, vel est persona robusta, & enutrita vilibus escis, vt sunt pastores, & pauperrimi agricolæ, qui vix vnquam saturari possunt micis, &c. loquendo ergo de primo genere personarum, credo sustineri posse sententiam Pasqualigi, quia pro illis militant rationes ab ipso factæ; non verò loquendo de secundo personarum genere, quia de iis loquendo, verissima est sententia Sanchez, & aliorum; non enim inueniri ratio potest, ob quam licita sit eis comestio carnis in diebus prohibitis, cùm in his non deficiat illis consueta refectio, immò eadem, et quam habent in aliis diebus, in quibus non est prohibitum vesci carnibus. Ex quibus facillimè solui possunt argumenta Pasqualigi, solùm enim probant primam partem nostræ responsionis; minimè verò faciunt contra secundam. Vndè non adhæreo sententiæ Patris Vidal. & Pasqualigi absolutè loquentium, sicuti etiam quandò loquuntur de pauperibus, & de iter agentibus. Dico itaque, quod non licet absolutè loquendo, agricolis, & aliis pauperibus, in Quadragesimæ ieiuniis vti ouis, & lacticiniis, ea solum de causa, aut ratione, quia videlicet existunt in Oppidis, vbi non sunt pisces, siue recentes, siue sale conditi. Ratio est? quia etiamsi dictæ personæ piscibus careant possunt ex aliis cibis habere sufficiens alimentum ad suam sustentationem, absque eo quod ad hanc necessit illis vti ouis, & lacticiniis: ergo in tali casu, non poterunt dicti pauperes, his cibis vetitis vti, quantumuis pisces non habeant. Consequentia est manifesta. Antecedens vero, etiam patet; quia alimentum sufficiens pauperum rusticorum habitantium in montanis aut in oppidis, seu Terris à mari longè, ex pane, & herbis leguminibus, & fructibus conficitur, vt experientia constat, ergo. Respondeo tamen Secundò, Pauperibus, aut agricolis, qui ex vna parte non habent pisces, nec ex alia possunt ex aliis cibis conficere prandium sufficiens ad suam commodam sustentationem, licitum esse in diebus vetitis vti ouis & lacticiniis, vt ita, aut adimplere præceptum ieiunij ad quod tunc tenentur, valeãt; aut suum laboriosum officium apte præstent. In quo casu procedit sententia Pasqualigi, & Vidal.

§. Et

3. Et quoad iter agentes dico Primò, quod si ipsi non sint ratione itineris exempti à ieiunio, & aliàs non inueniant alios cibos, ex quibus sibi sufficiens alimentum pro prandio parèt, tunc vt possint obseruare præceptum ieiunij, licitè possunt, imò & tenentur vti cibis veteris, nepe ouis, & lacticiniis: quia arctius ligat præceptum ieiunandi, quàm præceptũ vescendi in ieiuniis Quadragesimæ (aut aliis, secundum consuetudinem aliquarum Prouinciarum) ouis, & lacticiniis. Dico Secundo: Si iter agentes, ob defatigationem itineris sint à præcepto ieiunij liberi; tunc non ex eo præcise quod non inueniant pisces quos emant, possunt vti ouis, & lacticiniis; cum possint aliàs ex herbis, leguminibus, & fructibus, sufficiens alimentum pro sustentanda natura sibi parare: siquidem non semel, vt in die ieiunij, sed iterum atque iterum possunt edere quidquid ex dictis libuerit. Limitarem tamen hanc resolutionem, nisi aliàs iter agens esset Princeps, aut alia persona grauis, assueta vti cibis delicatis; quia tunc licitè posset huiusmodi persona, si non inueniret pisces, vti ouis, & lacticiniis; eóque respectu illius aliud alimentum non sufficeret. Ad rationem autem Pasqualigi latam pro sua sententia dicendum est, absolutè sumptam, esse falsam, vt ex dictis constat; verumtamen cum limitatione; nempe in casu quo iter agentes, qui ad ieiunium obligantur, non inueniant pisces, nec alios cibos, ex quibus sufficiens prandium sibi parare possint, tunc namque, vt ieiunij præceptum adimplere valeant, licitè poterunt vti lacticiniis, & ouis: quia in hoc euentu non debet censeri Ecclesiam prohibere lacticinia, alias verò maximè. Et hæc omnia docet Leandr. *vbi supra*, *quæst.* 16. & 17. Itaque cum dictis distinctionibus sententiam Vidal. & Pasqualigi libenter admitto; absolutè vero loquendo, illam non approbo.

4. Notandum est hic obiter; ne potus noceat, posse in die ieiunij aliquid cibi sumi, Patrem Pasqualigi *decis.* 116. *num.* 6. docere, & quod (regulariter loquendo) possit sumi quantitas cibi infra vnciam vnam. Sed hæc cibi quantitas, quam Pasqualigus assignat, regulariter loquendo, nimia videtur. Et certe, valdè miror quod ille, qui ad summum sextam partem vnciæ de chocolate concedit, concedat nunc ex quocunque alio cibo, vnciam fere; Vnde Pater Leandrus *vbi supra*, *disp* 5. *quæst.* 12. putat posse regulariter loquendo, sumi quantitatem cibi, infra dimidiam vnciam; quia hæc quantitas, regulariter loquendo, videtur necessaria, & sufficiens, vt potui stomacho commixta impediat ipsius nocumentum.

RESOL. LXXXVI.

An qui non habet vinum teneatur ieiunare?

Et difficultas est, quænam sit congruens refectio in die ieiunij?

Et an habentes panem, fructus, & olera teneantur ieiunare?

Et quid, si cum pane, & fructibus habeat quis ouа, & lacticinia, possitne illa comedere sine Bulla, etiam in Quadragesima, & etiam Clerici, & Regulares, & vt sic cum pane, fructibus, & lacticiniis teneantur ieiunare?

Et an in die ieiunij per vnicum diem non habens nisi panem, & carnes ad vescendum, possit illis vesci?

Et an comedendo carnes in tali casu teneatur quis seruare ieiunium? Ex part. 10. tract. 12. & Misc. 2. Res. 46. aliàs 45.

5. 1. NEgatiuè respondet Pater Pasqualigus *in Praxi de ieiunio, decis.* 275. vbi sic ait: Difficultas est quænam censenda sit congruens refectio? Respondeo pro congruenti refectione non sufficere panem in quantauis quantitate sicut nec etiam fructus, & olera, sed requiri cibos, qui sint maioris nutritionis, vt notat Anglez, *in florib. quæst.* 6. *de Ieiunio difficul.* 9. *append.* 3. Sanchez *lib.* 5. *consil. moral. cap.* 1. *dub.* 15. *num.* 3. Nam cibi prædicti moraliter censentur incongrui, & insufficientes ad completam sustentationem, & quod natura indigeat meliori cibo. Similiter qui non haberet vinum, aut quod solet loco vini adhiberi in Religionibus, vbi adest penuria vini, neque teneretur ieiunare, quia eo subtracto, subtrahitur magna refocillatio, & quæ plurimum roboris afferat, vnde subtracto etiam cibo, nimis complexio maceraretur, & ieiunium fieret nimis onerosum. Ita Pasqualigus.

2. Sed de hac opinione olim interrogatus, nolui ei adhærere absolutè loquendo, & adduxi Carolum Baucium *in casibus singularibus casuum conscientiæ, cas.* 286. *q.* 2. qui nominatim contra Pasqualigum regulariter eius non admittit sententiam, nisi in casu quo reperiretur aliquis tam debilis, vt si per vnum, vel plures dies non haberet vinum, graue damnum corporale incurreret. Et ideò nouissimè Pater Leandrus, *tom.* 3. *de Præcept. Eccles. tract.* 3. *disp.* 8. *quæst.* 41. contra hanc sententiam Pasqualigi inuehitur, & tenet tanquam certum non habentem vinum teneri ad ieiunium; quia sine vino, aut sine eo, quòd loco vini bibitur, potest quis habere sufficientem, & congruentem refectionem pro vno prandio: ergo sine vino aut simili potu hic tenebitur ieiunare. Adde, quòd si hæc doctrina Pasqualigi esset vera; re vera exempti essent à ieiunio omnes ferè habitantes in Montaneis, & Terris, vbi nec vinum habent, nec vites adhuc cognoscunt, nec habent facultatem ad emendum illud, si fortè è locis extraneis allatum, ibi venditur. Ex defectu ergo præcisè vini, non potest quis à ieiunij legibus eximi. Ita Leandrus; cui ego adhæreo, cum limitatione tamen apposita à Baucio *loco citato*.

3. Nota etiam, id quod asserit Pasqualigus *vbi supra* habentes panem, fructus, & olera, non teneri ad ieiunium, impugnare etiam Leandrum *loco citato q.* 42. putat enim in tali casu regulariter, & vt plurimum obligare ieiunium, quia in pluribus Regionibus tota refectio fit ex pane, fructibus, oleribus, nec est alius cibus, quo vti incolæ possint: ergo cum refectione ex pane, fructibus, & oleribus, confecta in quantitate vni prandio sufficienti compari potest obligatio ieiunij. Dixi autem, regulariter loquendo, quia si hoc contingeret aliquibus Magnatibus, aut aliis, qui nimis delicatè, & splendidè, diuersorumque ciborum generi vesci assueuerunt, non dubito quòd eximerentur à ieiunio, cum illis, tali modo, & pacto, esset nimis onerosum. Et de hoc casu, & rarò contingenti, loquitur Anglez *loco citato*.

4. Verùm in fauorem Patris Pasqualigi contrà Leandrum apponam alium Leandrum, videlicet à Murcia Capuccinum, qui *in Regulam Sancti Francisci*, non in loco à me alibi citato, sed *cap.* 3. *quæst.* 11. *n.* 4. sic ait: [Quando los Religiosos no tienen comida sufficiente para ayunar, sino es comiendo hueuos, y lacticinios aunque tengan legumbres, y frutas con pan, puedan comer los dichos lacticinios; y hueuos. Esta conclusion tienen à fortiori Nauarro, Thomas Sanchez, Anglez, y otros Dotores modernos, à quien seguimos y citamos en el capitulo segundo, sobre este tercero de la Regla, en el *num.* 37. y 38. que afirman, que no le obliga el ayuno; y se prueua, porque en tal caso, como prouamos en el dicho lugar, los tales no estan obligados al ayuno, al que es licito lo mas le es licito lo menos en el mismo genere, *cap. Cuilibet. de Regul. int.* cui licet quòd est plus, licet vtique quod est minus: luego si à los tales le es licito no ayunar, en tal caso à fortiori podran comer lacticinios, y hueuos, ayunando,

Sup. hoc sup. in Res. 72. §. Item.

Sup. hoc sup. in princ. à lin. 3. huius Res. & inf. in §. seq. ad med. vers. Sed quidquid. & inf. in Res. 97. §. vlt. & in alio vers. eius nor.

Sup. hoc in Res. nor. præteritæ. & & in eodem §. vlt. Et sup. hoc seq. in hoc textu. à vers. Quando los Religiosos. in hoc ipso met §. post med. vers. Et in tali casu & inf. §. An difficultas.

do, y teniendolos no podran dexar de ayunar; por quanto, cun ellos tienen y a sufficiente comida para ello,] Ita ille. Sed quidquid sit de hac quæstione certum est apud me, quod si aliquis non haberet nisi panem, & fructus, vtique ad ieiunium non teneretur: & ita docet Ludouicus de San Iuan *in sum. quæst. de Ieiunio, art.7. diffic.7. dub.3. consil. Append.3.* [Tambien ait quedan excusado del ayuno los caminantes, que en pequeños pueblos no pueden hallar sufficiente comida para ayunar: de manera que aunque hallen pan, y fruta, parece que con solo esto, no estan obligados al ayuno, porque regularmente no es sufficiente, para sustentarse comodamente. Et in tali casu puto cum Leandro à Murcia Capuccino posse edere oua, & lacticinia. Et sic ego olim consului aliquem sine Bulla Cruciatæ, qui non habebat nisi panem, & fructus, potuisse tempore Quadragesimæ comedere oua, & lacticinia, Ita docet Machadus *tom.2 lib.6.par.8.tract.9. docum.2. num.*;. vbi sic ait: Henriquez y otros graues Autores dizen, que esta gente del campo que no tiene pescado que comer la Quaresma, aunque sea sin el priuilegio de la Bula, puede comer gueuos, queso, y leche, porque como hemos dicho, los preceptos de la Iglesia no obligan cum tanta incomodidad, y mas à gête tan necessaria en la Republica, que los llamaua Aristoteles membros principales della. Ita ille. Vide etiam Sanch. *in Opusculis tom. . lib.5.cap.1.dub.4.num.4.*

Sup. hoc in §. Nota etiã. huius Resol. & in aliis giús not. & sup. in Resol. 58. §. Notandum. ad med.

Sup. hoc, & sequentibus in hoc §. in Resol. præterita, §. Sed. propè fin. vers. Respõdeo & seq. & in aliis, eorũ annot.

5. At difficultas est, si in tali casu habens nisi panem & fructus, an cum ouis, & lacticiniis teneatur ieiunare? Negat Pasqualigus, *decisione 272.* Quia in hoc casu concurrunt duo præcepta ambo ad mortalia obligantia; videlicet, præceptum de Ieiunio, & præceptum de abstinentia ab ouis & lacticiniis: Sed sic est, quod hoc vltimum est vniuersalius, cum obliget etiam adolescentes: ergo illi debet cedere præceptum de Ieiunio. Sed licet hæc opinio sit probabilis mihi magis placet opinio affirmatiua, quam tuetur ex Sanchez, Leandrus *vbi suprà de Præceptis Ecclesiæ quæst.36.* quia præceptum ieiunij est principale, ergo quando aliter non potest seruari, debet seruari cum esu ouorum, & lacticiniorum. Itaque in tali casu teneretur edere oua, & lacticinia, cùm possit sic ieiunium Ecclesiæ obseruare.

Sup. hoc in Resol. præterita, leg. doctr. §. Et quoad; propè fin. & sup. in hac ipsamet Resol. §. Verum, à princ. vsque ad med.

6. Et tandem quæro, an in die ieiunij non habens nisi panem, & carnes ad vescendum, possit illis vesci? Respondent Vega, & Angles citati à Pasqualigo, *decisione 118.* quod si per vnicum diem careret aliis cibis, tunc non posset vesci carnibus, sed deberet esse contentus solo pane; secus autem si deberet carere per plures dies. Sed Pasqualigus *loco citato* docet etiam si per vnum diem careret aliis cibis concessis, posset loco ipsorum vesci carnibus: sed hanc opinionem Carolus Baucius *vbi suprà, quæstione 10.* sequitur tantum in casu quo quis esset debilis, & magnum incommodum pateretur, si per vnicum diem manducaret solum panem. At quicquid sit de hoc; dubium est, an comedendo carnes in tali casu teneatur quis seruare ieiunium: affirmat ex Abulensi, Henriquez *libro.7. capite 13. numero 17.* Sed meritò negatiuam sententiam tenent communiter Doctores, quos citat, & sequitur Leandrus, *quæstione 38.* Quia ille non potest sic obseruare substantiam ieiunij Ecclesiastici quæ in abstinentia à carnibus, & à pluribus refectionibus consistit: ergo non tenetur ad illud. Et hanc sententiam tenet etiam ex Fagundez, Baucius *loco citato.*

Quoad hoc lege sup. doctr. Resol. 75. & Resol. eius not.

RESOL. LXXXVII.

An in ieiunio secundo comedens, toties peccet postea, quoties eodem die comedit?

Et docetur, quod si inaduertenter aliquis pluries cibum etiam carnis sumeret, ieiunium neutiquam frangeret, & seruare erit adstrictus, cum prorsus illa comestio sit inuoluntaria respectu ieiunij? Ex part.1. tract.9. Resolut. 44.

§.1. TOties peccare docet nouissimè Syluius *in 2.2. D. Thomæ, q.147. art.6. quæritur 3.* & ante illum Molanus *in Theol.pract.tract.3.c.11.concl.4.* Maior *in.4.dist.15.q.6.* Medina *tract.de ieiunio.q.5.* & Couarr. *var.resol.lib.4.c.20.n.13.*

2. Sed tu contrariam sententiam tene, quam docent Doctores, quos citat, & sequitur Fagundez *Præcept.4.lib.1.cap.4. num.5.* quibus ego addo Fernandez *in examin. Theol. mor.p.2. cap.8.§.2. num.10.* Veghа in *summ.tom.1.cap.14. cas.9.* Henriq. *lib.7. cap.13. in Glossa, litt.S.* Toletum *lib.6 cap.3 num 5.* Ioann. de la Cruz *in direct.consc p.1. præcep.3. art.4. dub.8. concl.* Tannerum *in 2. 2. disput.3. quæst.3.dub.5.num.93.* Layman *in Theol.moral. lib. . tract.8. cap.1. num.13.* Villalobos *in summ. tom.1. tract.23. diffic.6. num.4.* Suarez *de Relig. tom.2. leg.4. cap.7. num.12.* Filliucium *tom.2. tract.17. cap.1. num.13.* Reginaldum *tom.1. lib.4. cap.14. numero 179.* Lessium *lib.4. cap.2. dub.3. num.15.* Salas *de legib. disput.14.sect.5. num.67.* Valentiam *tom.3. disput.9. quæstione 2. punct.3.* & alios communiter. Et ratio est: quia, vt apparet ex communi vsu fidelium, Ecclesia non prohibet vlteriorem comestionem, quomodocunque consideratam; sed solùm provt quis per illam transgreditur hunc quasi ieiunij limitem, qui est vnica comestio.

3. Neque, vt aduertit Layman *vbi suprà*, hoc loco discrimẽ faciendum est, vtrùm quis scienter reficiendo se altera vice, ieiunium soluerit voluntariè, iusta vel iniusta de causa; an verò ignoranter, & inuoluntarie, quia nesciebat, aut non recordabatur esse diem ieunij: quandoquidem etiam in hoc casu ieiunium re ipsa, & materialiter violatum est, vt seruari deinceps non possit secundùm modum, & formam Ecclesiæ. Ergo, &c. Sed Sancius *in Selectis disp.42.n.2.* contrarium docet, vbi sic asserit: [Si inaduertenter aliquis pluries cibum, etiam carnis sumeret ieiunium neutiquam frangeret, & seruare erit adstrictus, cùm prorsus illa comestio sit inuoluntaria respectu ieiunij nec præceptum violatur, siue soluitur nisi per actum voluntarium.] Ita Sancius.

RESOL. LXXXVIII.

An qui in die ieiunij tertia, vel quarta vice comedit, peccet saltem venialiter, præter peccatum mortale, quod commisit secunda vice? Ex part.1. tract.9. Resolutione 53.

§.1. AFfirmatiuè respondet Lessius *lib.4.c.2.dub.2. num.15.* cui fauere videtur Durandus *in 4. dist.15.q.1 .n.9. in fine,* & alij: quia secundariò videtur prohibitæ, & per illas magis receditur in fine intrinseco ieiunij

2. Sed mihi contraria sententia placet. Dico igitur, tantùm illum peccaturum mortaliter contra ieiunij præceptum, qui secunda vice comedit; non autem venialiter, quia tertia vel quarta. Et ita docet Villalob. *in sum. tom.1. tract. 23. diffic.6.n.5.* & Sancius *in Select. disp.54. num. 42.* Vnde non est audiendus Montesinus *in p. 2. tom.2.q.73. art.1.q.4. num.47.* Couarruuias *tom. lib.4.cap.2. num.13.* & alij asserentes quòd quia præceptum ieiunij obligat ad comedendum semel tantùm in die: qui pluries comedit, pluries agit contra præceptum: ergo plura committit numero peccata. Quod intelligit Montesinus, si interrumpatur voluntas, vt

nec formaliter, vel virtualiter maneat. Sed cùm hoc præceptum indiuiduam habeat materiam, semel transgressa non vlteriùs remanet materia, quæ præcipiatur: & ideo Montesini, & aliorum opinio non est tenenda.

Vide *supra, in Resol.* 37. & 44.

RESOL. LXXXIX.

An qui in die ieiunij sæpius modicum quid comedit, ita vt si ille parua comestiones coalescant in vnum, & efficiant quantitatem notabilem, frangat ieiunium, & peccet mortaliter? Ex p. 3. tract. 6. & Miscell. 2. Resol. 43.

§1. Affirmatiuam sententiam docent communiter DD. quia cùm sit eadem dies, illæ paruæ comestiones continentur, & coalescunt in vnum, efficiendo quantitatem notabilem. At Ioan. Salas *in p. 2. D. Thom. tract. 13. disp. 16. sect. 26. in fine*, limitat, vt procedat tantùm, quando ille absolutè vellet vno, & eodem actu, omnes illas modicas comestiones, secus autem si conditionaliter quis vellet ita eas comestiones, vt nunquam peccaret mortaliter, sed venialiter tantùm, hoc est, vt omnes illæ comestiones essent veniales.

2. Verùm hæc opinio aliquibus displicet, quia non est in potestate comedentis, facere vt ex omnibus illis modicis comestionibus, eadem die habitis, non coalescat materia notabilis, vnde resultet peccatum mortale: & ex limitatione Salas sequitur, quòd quis posset eludere præceptum, seu votum ieiunij centies in die modicum quid comedendo, & intendendo omnes illas modicas comestiones tantùm centum peccata venialia committere. Sed hoc dicere est absurdum. Ergo, &c.

RESOL. XC.

An in fractione ieiunij detur paruitas materiæ?

Sed difficultas est, quænam paruitas materiæ excuset à fractione ieiunij?

Et an potus in Hispania dicta Chocolate, *frangat ieiunium?*

Et cursim aduertitur quantitatem collationis serotinæ esse vncias octo. Ex p. 5. tr. 5. Resol. 11.

§1. Respondeo affirmatiuè cum Sanchez *in Summ. tom. 1. lib. 1. cap. 4 num. 12.* Alphonso de Leone *de Offic. Confess. p. 1. recollect. 7. num. 23.* & aliis communiter. Sed difficultas in casu nostro est, quænam paruitas materiæ excuset à fractione ieiunij, nam relinquere hoc ad arbitrium boni viri non est tollere scrupulum, sed magis augere? Et ego apud nullum Doctorem inueni hunc casum in terminis pertractatum, solum nouissimè illum pertractat, & talem materiam determinat Aloysius Turrianus Societ. IESV *in Summ. Theolog. mor. part. 1. cap. 256. dub. 27. num. 2.* vbi sic asserit. Quantitas duarum vnciarum communis cibi non sufficit ad peccatum mortale. Ita ille, qui nullam tamen adducit rationem pro hac sententia, sed nos infrà adducemus. Igitur secundùm Turrianum quis manè antequam è domo exeat, potest sine mortali fractione ieiunij sumere quantitatem cibi duarum vnciarum, & postea hora consueta comedere, & serò vespertinam collatiunculam sumere, quam ipse putat *in dub. 38. n. 1.* posse sumi in quantitate vnciarum octo, quod ego etiam docui *in part. 1. tract. de ieiunio resol. 1.* & docet etiam Ioannes Henriquez *in compend. cas. mor. cap. 18. n. 2. & 3.*

2. Notandum est hic obiter contra Turrianum *in Summa, part. 1. cap. 256. dub. 24. concl. 4. & 7.* potionem in Hispania dictam *Chocolate*, frangere ieiunium, nisi excusetur ex paruitate materiæ, vt ego dixi *in part 4. tract. 4. resolut. 194.* & nouissimè docet Anton. de Leon *in sua erudita q. moral. del Chocolate* vbi *part. 3. num. 20.* determinat etiam paruitatem materiæ? Sic enim ait, [Se pueden considerar los ingredientes de por si para hazer el compuesto, y tambien el compuesto hecho. Si este se considera se podra beuer la quarta parte de vna xicara comun, y ordinaria, y à lo mas la tercera parte. Si se consideran los simples, que es, modo menos engañoso, se podra echar media onça de pasta asurar necessario, con la cantidad de agua que cada vno quisiere, y esta tengo para mi que sea materia parua.] Ita ille. Ex quo etiam desumitur ratio ad firmandam opinionem Turriani *vbi suprà*. Nam Reginald. *tom. 1. lib. 4. cap. 14. num. 185.* Layman *lib. 4. tract. 8 cap. 1. num. 9.* Filliucius *tom. 2. tract. 27. part. 2. cap. 3. num. 13* & alij asserunt * quantitatem collationis serotinæ in ieiunio reducendam esse ad quartam partem quantitatis cœnæ ordinariæ: ergo quantitas paruitatis materiæ non frangentis ieiunium reducenda est ad quartam partem quantitatis callationis serotinæ. vnde Antonius de Leon *vbi suprà*, *num. 21.* sic ait. [Porque ay quien reduga la colacion a la quarta parte de la cena comun, no es mal fundamiento, para dezir que la quarta parte de la colacion sea materia parua.] Ita ille. Sed probabiliter asserunt Doctores, vt visum est, quantitatem collationis serotinæ esse vncias octo; ergo quantitas paruitatis materiæ non frangens ieiunium erit vnciarum duarum, vt vult Turrianus.

Quæ nunc hunc sequitur, & in Resol. 1. post seq. & legatam doctr. alterius Resol. eius primæ not.

* Sup. hoc inf. in Resol. 116. §. 2. propè fin. & in Resol. 119. §. 1. à lin. 7.

RESOL. XCI.

An in Hispania potio dicta Chocolate *frangat ieiunium?*

Et quid de cereuisia, & vino ex aromaticis condito, &c? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Resol. 194.

§. 1. Affirmatiua sententia probatur per ea, quæ adducit Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 13. difficult. 8. num. 15.* vbi sic ait: [Ha se de aduertir que ay beuidas, que son juntamente comidas para substentar, y essa lleuan mescladas cosas, que sustentan, las quales no se pueden comer en dias de ayuno, si no es à la hora de comer.] Idem docet Ludou. de San Iuan *in sum. q. de ieiun. art. 12. difficil. 1. dub. 2.* sic enim asserit: [Ay algunos condimentos, que se toman por modo de beuida, y tal beuida no es licita.]

Sup. hoc ex Resol. præterita lege §. 2. & Resol. seq. & latam doctr. alterius Resol. eius primæ not.

2. Dicendum est igitur cum Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 23. num. 1.* Azorio *part 1. lib. 7. cap. 10. quæs. 7.* Layman *vbi infrà*, & aliis penes ipsos, quædam esse liquida, quæ licet traiiciantur per modum potus, habent tamen propriam, & per se rationem cibi, quare soluunt ieiunium, & Sanchez ponit exemplum de aqua saccharo mixta, quod etiam confirmat Fagundez *de præcept. Eccl. p. 4. lib. 1. cap. 2. n. 46.* Sed hæc omnia accidunt in potu dicto chocolate, in quo ingreditur saccharum cum aqua mixtum, & aliæ res maioris substantiæ: ergo dicendum est frangere ieiunium, cùm sit potius cibus substantialissimus, quàm merus potus, & aqua, quæ in dicta potione ponitur, ex necessitate ponitur ad dissoluendum ingredientes.

3. Et ideo omnia supradicta docet etiam Franciscus Syluius *in 2. 2. D. Thomæ q. 547. art. 6.* & quia codex rarus est, ponam per extensum eius verba, itaque sic asserit: Solueret ieiunium si quis sumat magnæ quantitatis potum multum nutritiuum, veluti cereusiam crassam, multámque substantiosam, aut vinum siue saccharo, siue aliis aromaticis variè conditum, aut qui alioquin valdè copiosè alat. Quapropter quod Diuus Thomas *in respons. ad 2.* ait: Non intendit Ecclesia inter

Sup. hoc in Resol. seq. §. In iis, propè fin. vers. Quod si.

interdicere abstinentiam potus, de eo, qui merus potus est, intelligendum existimo, non de illo, qui secundùm se sit multum nutritiuus. Vnde D. Thomas velut pro ratione subdit, quòd potus magis sumitur ad alterationem corporis, & digestionem ciborum assumptorum, quàm ad nutritionem; quæ ratio de illo, qui merus potus est procedit: non de eo, qui per se multum nutritiuus sit, præsertim si ex professo sumeretur ad nutriendum. Hæc Syluius, quæ quidem satis destruere videntur potionem chocolatæ in tempore ieiunij.

4. Quod clariùs confirmatur; nam merus potus, vt asserit D. Thomas *vbi suprà*, cum Lessio *lib.4.cap.2. dub.2. num.* 10. Layman *lib.* 4. *tract.* 8. *cap.* 1. *num.*7. & aliis Philosophis, & Medicis per se, & principaliter deseruit ad alterationem, siue refrigerationem, vel ad deiiciendum cibum in ventriculum, & alimenti sanguinisque distributionem, & non ad nutriendum corpus. Sed potio chocolatæ, per se, & principaliter ordinatur ad alendum corpus, cùm sit sumptio multum nutritiua, & ideo non sumitur omni tempore, sed manè, vel serò, quando iam digestio cibi sumpti est confecta, & homo eget nouo nutrimento. Ergo clarè apparet dictam potionem chocolatæ magis sumi per modum cibi, vt vera est, quam per modum potus. Ergo frangit ieiunium, & hoc apud me est validissimum argumentum, nec aduersùs illud valet dicere quod vinum etiam nutrit, & tamen eius sumptio non frangit ieiunium, Nam respondeo, vinum nutrire quidem aliquantulum per accidens, nam per se, & principaliter non ordinatur ad corpus nutriendum, quod contrarium accidit, vt patet in potu chocolatæ, ergo. &c.

5. His tamen non obstantibus sententia affirmatiua suaderi potest; quia hodie (vt fertur) in Hispania sumptio chocolatæ effecta est potus vsualis. Ergo non frangit ieiunium, & ita testatus est mihi Illustrissimus D. Didacus Trasmiera Inquisitor huius Regni Siciliæ, vir litteris, & morum suauitate ornatissimus: hanc sententiam docere plures Patres Societatis Iesu, & docuisse etiam magnos illos viros Antolinez, Basilium Pontium & Franciscum Cornejo sacræ Theologiæ in inclita Academia Salmanticensi Professores, vnde ad doctrinam, quam pro parte negatiua superiùs adduxi possit quis respondere, illam tanquam veram tunc admittendam esse, quando illæ potiones non haberentur in prouincia pro potu vsuali, secus autem si pro potu vsuali sumerentur, vt asserunt accidere in casu nostro. Vnde Paludanus *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 4. *num.* 34. sic ait. Potus autem antè & pòst non soluit ieiunium, quod intelligo quando non conficitur ex esibilibus, vt vini & aquæ, vel quando conficitur ex esibilibus, non tamen consueuit sumi in cibum, vt potus cerusiæ. Ita ille.

6. Et ideo, licèt hanc sententiam ego non approbem, cùm pro modo potius contrariam teneam; non audeo tamen damnare, suppositio ex relatione supradicti Illustrissimi viri, quòd illam docuerint tot viri docti, quos superiùs adduxi: vnde satis sit extero homini hæc pro vtraque parte cursim tetigisse; nam vera resolutio huius dubij in posterum tenenda præstantissimis Hispaniæ Theologis, meritò relinquenda videtur, qui cùm adsint in loco, vbi sumitur dicta potio, facilius, quàm alij scopum veritatis attingent, &c.

RESOL. XCII.

An si quis in diebus ieiunij sumeret duas vncias potionis vulgo dictæ chocolate frangeret ieiunium? Ex p.8.tr.7. & Misc.Res.54.

§.1. DE hoc casu interrogatus fui per literas ex Hispania ab amicissimo, & doctissimo D. Iosepho de Napoli, heu quondam in supremo Italiæ consilio regente meritissimo, & resolutio huius casus pendet ex duabus difficultatibus. *Prima*, an potio *Chocolatæ* ex se frangat ieiunium? *Secunda difficultas*, an paruitas duarum vnciarum excuset à fractione ieiunij? Et quoad primam difficultatem, ego *in p.4. tract.4. resoluit.*194. affirmatiuæ sententiæ adhæsi non tamen ausus sum negatiuam sententiam tanquam improbabilem damnare, vt etiam nec illam damnat nouissimè, me citato. Ægidius Trullench. *in Decalogum to.1. lib.3. cap.2.dub.2.num.15.*

2. Quod magis tunc opinor ex authoritate sapientissimi Caramuelis *in Regulam D. Benedicti disp.* 128. *num.*1613. vbi sic ait: De Chocolato maior est difficultas, quia in India est potus vsualis, vt constat ex communi omnium relatione, quibus debemus credere, sicut credimus esse Constantinopolim, quam nunquam vidimus; ergo de Chocolato dico.

3. In iis regionibus, vbi est in communi vsu posse sumi, quin frangatur ieiunium. Ratio est manifestissima, quia supponitur esse potus vsualis. Interrogas vbinam sit in communi vsu? Respondeo esse absolutè in India: nullatenus in vtraque Germania, neque aliis Septentrionalibus Prouinciis, quibus vix cognitum. In Hispania nostra multi credunt esse potum vsuale, & ideo multi sapientes & cordati sumunt etiam in diebus ieiunij: ego saltem vidi esse haustum satis frequentem, præcipuè in magnis ciuitatibus, & florentissimis Academiis. Ex iis ergo, si quis probabiliter iudicauerit esse potum in Hispania vsualem, in diebus ieiunij ibi sumere poterit. Præterea vinum in multis partibus Septentrionalibus non est potus vsualis, sicut nec cereuisia in Hispania, nec sicera, nec Aloxa in Belgio, Anglia, Germania. Qui probabiliter crediderit cereuisiam frangere ieiunium in Hispania, non autem in Belgio, & vinum frangere ieiunium in Scythia, non in Hispania, non poterit vti Chocolato, & si vtatur in die ieiunij extra prandium, condemnandus est, iuxta materiæ quantitatem. Quòd si probabiliter credas nullibi frangi ieiunium cereuisia, licèt bibatur tanta quantitas, vt contineat hordei materiam grauem, credere etiam debes nullibi etiam per Chocolatum; quia sicut sufficit cereuisiam esse potum vsualem in vtraque Germania, ad hoc vt in reliquis Prouinciis in quibus vix nomine cognita, possit interdiu bibi obseruato ieiunio; sufficit etiam Chocolatum esse potum vsualem in India, & quasi vsualem in Hispania, vt liberè in aliis Prouinciis bibi possit. Ita Caramuel.

4. Nec deseram etiam hîc apponere verba docti Ioannis Machadi *de perfeto Confessor, tom.1. lib.2. part.4. tractat.3. documen.1. num.8.* vbi, me citato, sic ait: [Si Chocolate quebrante el aynno, es muy dudoso entre los Dotores. La parte afirmatiua defiende y prueba con grande erudicion el Dotor Antonio de Leon Relator de supremo Conseo de Indias, y merece dor de otros mayores puestos; por sus grandes letras, capacidad, y buenas partes, como testifican sus doctos escritos, cuya alabança no menor es, dezir, que es hermano del Dotor Iuan de Leon Canonigo de la Puebla de los Angles Maestro de Predicatores, y emporio de todas buenas letras, y esto tambien defiende Diana. La razon es, porque esta es muy sustanciosa, y inuentada per su naturaleza para confortar el estomago, con que viene à ser demas sustancia que la Almendrada, leche y semejantes beuidas: de que nadie ha dudado que quebratan el ayuno.

5. Pero no obstante esto lo contrario han sentido muchos Theologos de la compania de IESVS, Catedraticos de Salamanca hombres doctos, fundados, en

en que en España, y en las Indias se ha hecho beuida vsual. Y la verdad es, que lo es tanto, que casi nadie haze escrupulo de tomarla el dia de ayuno.] Ita Machadus, qui pro hac sententia citat Turrianum penes me *in p.5. tract.5. * resol.11.* cui nouissimè addendus est Escobar Societatis Iesu *in Theol.mor.tr.1.exam.13.c.3. num.104.* vbi tamen addit chocolate ouis, aut lacte conditum potum non esse. Item talem potionem admodum crassam in notabili quantitate frangere ieiunium.

6. *Secunda difficultas*, dato & non concesso quòd chocolate quasi cibus frangat ieiunium videtur probabile quòd si quis de illa sumat tantùm duas vncias, non frangat ieiunium. Nam, vt ego obseruaui *vbi supra in part.5. tract.5. resol.11.* Turrianus Societatis Iesu insignis Theologus, *in summa part.1. cap.256. dub.27. num.2.* docet quantitatem duarum vnciarum non frangere ieiunium ratione paruitatis materiæ, quam sententiam tanquam probabilem, me citato, admittit Ioannes Machadus *vbi supra*, *de perfecto Confess. tom.1. lib.2. part.4. tractat.3. document.6. nu-mero 3.* vbi ita asserit. [Qual sea materia leue en este precepto, y tal, que no llegue a pecado mortal, no es facil de averiguar. Que se de paruidad de materia es llano. Pero la cantidad que sea parua pocos la han señalado; y assi solo referirè la opinion de Turriano, y otros, que ensennan, que como no passe la materia de dos onças, no es capaz de pecado mortal: la razon es el docto Dotor Antonio de Leon citado, diziendo de la misma sucrte, que segun la opinion de muchos Dotores es colacion moderada la quarta parte de la cena ordinaria, y la colacion communes, que sea de ocho onças; y assi la quarte parte de la colacion, que son dos onça, no serà materia notable para quebrantar el ayuno.] Hæc ille. Sed Escobar *vbi supra*, tantùm vnciam vnam admittit, ne ieiunium frangatur, dato quòd sit cibus.

RESOL. XCIII.

An opinio asserens Chocolatam *non frangere ieiunium sit probabilis?*

Et notatur, quòd standò in sententia rigorosa, si quis sumeret duas vncias Chocolatæ, *non frangeret ieiunium ratione paruitatis materiæ.* Ex p.11.tract.6. & Misc.6. Res.54. alias 53.

51. AFfirmatiuè respondet Pater Magister Lezana *in consultationibus conf.48. num.88.* vbi sic ait. Quinto in eadem materia ieiunij, sententia, quæ affirmat potionem illam ex Indiis Hispaniam aduectam, vulgò chocolate non frangere ieiunium (intellige quando in aliqualiter notabili quantitate sumitur)non videtur mihi probabilis, sed potius falsa. Quod quidem salua pace meorum Hispanorum, quos valdè veneror dictum sit. Primò quidem, quia vt dixi in superioribus, sententia illa, quæ ab vno, vel altero Auctore defenditur tunc tantum est probabilis, quando non leui, sed graui alicui innititur fundamento ab aliis doctoribus communiter non reiicitur, quæ singula huic sententiæ deficiunt. Hucvsque Lezana, qui postea me citato alias rationes adducit.

2. Verùm aduersus amicissimum Virum, in fauorem Hispanorum propugnabo dico igitur, quod licet ego olim docuerim chocolatam frangere ieiunium cum multis Doctoribus, quos alibi citaui, quibus nunc addo Castrum Palaum *tom.7. tract.30. disput.3. punct.2.§.2. num.5.* Ioannem de Sancto Thoma *in exposic doctrina Christiana part.2. vbi de 4.præcepto Ecclesiæ*, & sapientissimum, & amantissimum Dominum meum Ioannem Solorzanum *in Politica lib.2. cap.10.* Henriquez, *vbi supra numero 41.* Tamen hoc non obstante sententiam contrariam non audeo nota improbabilitatis inurere. Et nego Patri Lezana illam esse destitutam auctoritate Doctorum, & rationibus, nam pro se non habet non infirma fundamenta & plures Auctores, vt patet nouissimè ex Patre Thoma Hurtado *tom.2. tract.10.* per totum, & in eius appendice per totam, quibus locis probabiliter respondet ad argumenta, quæ ego olim adduxi, & post me adducit Lezana *vbi supra*, firmans per multas rationes, & auctoritates Doctorum, chocolatam non frangere ieiunium; Additque declarationes Pontificias, quibus sic etiam asserit Ioannes Henriquez *in editione nouissima qq. mor. section.16. quæstion.17. num.45.* [Sola vna cosa tiene en su fauor el chocolate; y es dezir del Tomas Hurtado al fin de su Compendio que el Padre Fray Rafael de Luzan Prouincial de la orden de los Predicatores dixo con iuramento, que el P. Fr. Geronimo de Vincente Prouincial de la misma Religion; y varon de singular virtud le auia dicho; que stando en Roma en tiempo de Pio V. le auia preguntado al Pontifice, si la beuida del chocolate que brantaua el ayuno, y que le respondio: *Potus non frangit ieiunium.* Y iuntamente refiere Tomas Hurtado que estando tambien en Roma el Padre Nicolas de Anaya de la Compania de Iesus el año 1614. siendo Pontifice Paulo V. le propuso esta questiõn, y el Pontifice le dixo, que hiziesse delante del esta beuida, y haziendolo el P. Nicolas de Anaya en presencia del Pontifice, le respondio estas palabras: *Hæc non frangit ieiunium*, Y respondiendo todo esto el P. Francisco Cornejo, varon insigne en letras, respondio conformome con este parecer. Y assi supuesto, que hemos dicho en esta questiõn, que assi el præcepto de ayuno, como su forma, es todo de derecho Ecclesiastico, y todo sugeto à la voluntad de los Pontifices para poder quitar, y poner, y alterar lo que quisieren: y supuesto que testifican personas tan graues, y de tanto credito, que estos dos Pontifices han declarado que la beuida del chocolate no quebranta el ayuno, dando credito à quien tan prudentemente se puede dar, no viene y à esta beuida à quebrantar el ayuno.] Ita ille.

3. Sed ex alio capite defenditur etiam probabilitas sumptionis chocolatæ, nempe ex consuetudine, de qua vide Machadad. *tom.2. lib.1. p.4. tom.3. docum.1. num.8.* Trullench *in decal. tom.1. lib.3. cap.2. dubitat.2. num.15.* & Licèt Murcia *in Regul. sancti Francisci quæst. 15. super cap.3.* & Pasqualig. *decis.141. num.4.* non admittant hanc consuetudinem, tamen nouissimè illam latè, & doctè defendit Hurtadus *in appendice cap.6.* per totum, & respondet ad argumenta adducta in contrarium à Patre Murcia. His itaque suppositis sic argumentor contra Patrem Lezanam. Illa est opinio improbabilis, quæ destituta est auctoritate extrinseca Doctorum, & authoritate intrinseca rationum, vt de se patet, nec indiget probatione; sed opinio asserens chocolatam non frangere ieiunium habet pro se plures Doctores, & non infirma fundamenta, vt patet apud Hurtadum, & alios Ergo contra Lezanam, improbabilem esse minimè dicendum erit.

4. Nota verò, quod circa præsentem quæstionem optimè distinguit Pater Leander *de præceptis Ecclesiæ tract.5. disp.5. quæst.5.* vbi sic asserit; Si potio chocolatica parum habeat admixtum sacchari, amigdalarum, nucum maizi, & aliorum ingredientium: vere ex natura sua non franget ieiunium: quia tunc remanet simpliciter in ratione potus, si verò talis potio multum habeat admixtum materiæ chocolatæ, itavt in quantitate valde excedat aquam, cum qua misceatur; tunc ex natura sua franget ieiunium, quia remanent

simpli

simpliciter in ratione cibi. Ratio huius nostræ responsionis est: Quia mixtum, seu compositum ex duobus oppositis, seu contrariis, semper à prædominante, tale dicitur, seu denominatur; vt constat in mixto ex aqua, & vino composito; ipsum namque semper remanet in ratione vini quoad vsque superetur ab aqua; quia tunc ratione contrarij prædominantis aquæ potus erit, ac denominabatur. Sic ergo in proposito Mixtum ex materia chocolatæ, & aqua; & potest esse, & denominari cibus, & potest esse, & denominari potus; cibus quidem, si excedat in materia comestibili, potus verò si excedat in materia potabili, hoc est in aqua. Si excedat in illo materia comestibilis, natura sua, & ex se franget ieiunium; si sumatur in magna quantitate, si verò è contra in illo mixto sit maior materia potabilis, seu quantitas aquæ, tunc non franget ieiunium, quantumuis sumatur in quantitate magna, & quoties libuerit, quia ex se est potus; cùm remaneat in esse talis; quod constat in potione, quæ dicitur Aloya: & in mixto quod fit ex quantitate magna aquæ, & paruo melle, &c. Hucvsque Leander.

5. Et ideo in defensionem amicissimi viri Patris Lezana asserо, quod quando ipse dixit esse improbabile chocolatam non frangere ieiunium, intellexit de potu chocolatæ quia ratione magnæ quantitatis cibi, quem se imbibit, iam est cibus simpliciter, & secùndùm quid potus; & in hoc sensu rectè dixit Lezana, quod est improbabile chocolatam non frangere ieiunium; secus autem dicendum est quando potus chocolaticus, qui propter paruam quantitatem cibi, quem in se includit remanet simpliciter in esse potus, tunc enim non frangere ieiunium dicendum est. Hæc vt dixi sunt de mente Patris Leandri.

6. Ex quibus aliquis posset forsitan concordare pugnantes sententias Doctorum, qui plures negant chocolatam frangere ieiunium, plures affirmant. Nam affirmantes dicendum est, loqui quando ingredientia comestibilia ad chocolatam faciendam sunt in maiori quantitate. Negantes verò quando dicta comestibilia existant in minori quantitate, nam in hoc casu chocolata diceretur potus, in alio casu esset cibus.

Vnde non grauabor hic apponere verba Remigij *in pract. confess. tract. 3. part. 3. §. 1. numero 2.* vbi sic ait.

7. [Por la primera particula à cibo se colige, que sola la comida quebranta el ayuno, y no la beuida, sino que de suyo sea tambien, comida, como es la leche, almendra, &c. De aqui se colige, que el vino no quebranta el ayuno, aunque vno lo beua todas las vezes que le diere gusto: pues el excesso serà contra la templança, no contra el ayuno; ni tampoco quebranta el ayuno el chocolate, aunque se tome per no sentirle, y muchas y vezes en el dia; porque en Espaňa, y en las Indias, se ha hecho beuida vsual. Si bien dexa poco merecimento al ayuno, y tal suele ser el abuso en tomarle, que no aurà quien le escuse de pecado mortal; pues suelen añadir hueuos, vizcochos, y otras superfluidades: de manera que no viene à sentir de beuida, sino de cuplido de saymo. El chocolate pues, para que se diga beuida, y se pueda tomar sin escrupulo es menester, que sus ingredientes no excedan la cantidad de dos onzas, como doctomante lo declara ex no nostris el muy Reuerendo y doctissimo P. Thomas Hurtado; conuiene à saper para vna xicara, se eche vna onza de chocolate, y otra poco mas, ò menos de azucar; porque como los mixtos siguen el elemento, que predomina y se denominan del como se colige en el vino que se mezcla con agua, que siempre que da vino, hasta, que le uenca el agua, y entonces no se dize vino, sino agua. Assi el chocolate bien puede llamarse, y tambien ser comida, y puede ser beuida conforme los ingredientes, y su mixtion. Serà comida quando esta exceden la dicha cantidad; y sera beuida, de manera, que se podrà beuir muchas vezes; quando los vence el agua, como tambien se colige en el aloxa, y pocras, &c.] Ita ille.

8. Vide etiam Escobar *in pract. confess. part. 2. leg. 4. capit. 2. numero 8.* Et nota quod stando etiam in sententia rigorosa, si quis sumeret duas vncias chocolatæ non frangeret ieiunium, ratione paruitatis materiæ. Ita contra Pasqualigum *decis. 141. num. 5.* dicendum est per ea, quæ alibi firmaui, & me citato docet Murcia *in regul. S. Francisci quæst. 15. super cap. 5.* & me citato Leander *vbi suprà quæst. 4.* Qui respondet ad plura quæ non benè dicit Pasqualigus *loco citato.*

RESOL. XCIV.

An si v. g. in aliqua vigilia quis sumeret multas formulas consecratas excedentes paruitatem materiæ, vel consecraret panem, & illum comederet, frangeret ieiunium?

Et cursissime docetur, quod potest homo speciebus sacramentalibus sumptis per totam vitam sustentari. Et p. 11. tr. 6. & Misc. 6. Res. 35.

§. 1. Videtur prima facie negatiuè respondendum, quia ieiunium non frangatur nisi per cibum, vt patet: sed in Hostia, & pane consecrato definit esse vi verborum consecrationis substantia panis, quæ transubstantiatur in Corpus Christi. Ergo per illius contractionem non frangitur ieiunium. Confirmatur; nam adest præceptum vt quis non sumat Eucharistiam nisi ieiunus, & non post cibum: sed in die Natiuitatis post primam Missam, si non sumatur ablutio Sacerdos potest denuò dicere, Missam, quia non obstante quod prima Missa sumpserit Hostiam, & vinum, dicitur adhuc ieiunus. Ergo cui in die Ieiunij comederet Hostias in magna quantitate, diceretur adhuc ieiunus, & non frangere ieiunium.

2. Sed affirmatiuam sententiam tenendam esse puto, quam in terminis docet Tancredi *de Religione, tract. 2. leg. 4. disp. 7. quæst. 1. num. 3.* vbi sic ait: Ex qua doctrina mihi videor benè his diebus respondisse ad quæstionem propositam à quodam Religioso satis pio, ac docto nimirum, an frangeret ieiunium qui ante opera ad famem satiandam integrum panem consecratum sumeret, præsertim extra Sacrificium? respondi affirmatiuè, quia licèt panis ille consecratus iam per se sumatur ad spiritualem nutritionem, tamen partem eadem effectus, quos ante consecrationem, & per accidens potest sumi ad alium effectum, puta ad nutrimentum, & sicuti peccaret quia tantam vini consecrati quantitatem sumeret, ex qua cognosceret se inebriari; ita iste peccabit contra præceptum ieiunandi. Dixi ante opera; nam si id bona fide faceret, & ex deuotione, dum Sacrum dicit, excusaretur à mortali ob ignorantiam: at ex obiecto peccabit grauiter, quia debet se conformare Ecclesiæ suæ ritui, siue sit Græcus, siue Latinus. Ita Tancredi. Sed amicissimi viri opinionem firmabo auctoritate D. Thom *in 3. p. q. 77. art. 7. in corpore*, vbi docet, quod sicut species Sacramentales corrumpi possunt, & in substantiam, quæ ex eis generatur conuerti ita etiã conuerti possunt in substantiam animati, ac proinde ipsum nutrire. Ita D. Thomas. Et idem *lib. 4. contra Gentes, c. 66. ad finem*, dicit: In ipsa consecratione miraculosè accidentibus confertur quod substituat, quod est primum substantiæ & per consequens quod omnia possint facere, & pati, quæ substantia posset facere, & pati, si substantia adesset. Vnde ex his, quando in

in nostro sacro Tribunali sanctæ Inquisitionis Regni Siciliæ fuit denunciatus quidam Tertiarius Laicus, quod omnes particulas existentes in Pixide comedisset, tunc præter pœnam, & abiurationem ex tali delicto ortam, dixi, quod si talis particulas illas consumpsisset in die ieiunij, quod vtique præceptum ieiunij violasset ex rationibus adductis.

3. Huic Ioannes Vvigers *in 3. part. quæst. 77. art. 5. num. 9.* asserit, quod si quis speciebus consecratis in magna quantitate vtatur, non minus illis reficietur corporaliter, & sustentabitur, quàm pane, & vino non consecratis. Et Lessius *in 3. part. quæst. 77. art. 5. num. 11.* notauit quod posset homo speciebus Sacramentalibus sumptis per totam vitam sustentari. Et ideò ex his patet responsio ad argumenta superius dicta; nam vt rectè obseruat Præpositus *in 3. part. quæst. 77. art 6. num. 18.* quod nullo modo requiritur vt substantia panis, vel vini remaneat in hoc Sacramento, vt dicamur ex illo sustentari, nutriri, &c. id enim fieri potest ratione specierum, modo à nobis explicato, sed de hac opinione iterum à me alibi dictum est.

RESOL. XCV.

An licitum sit in diebus ieiuniorum sumere non solum pharmaca, & electuaria curatiua, sed etiam præseruatiua?

Et an liceat in die ieiunij sumere electuaria ex saccharo condita ob solam delectationem?

Ex quibus infertur posse cantores, seu Musicos insignes in diebus ieiunij aliquid cibi primo mane sumere ad conseruandam vocem.

Idem est de quocumque alio ad subleuandam debilitatem stomachi, vel capitis.

Et an hoc etiam liceat Religiosis canentibus in choro, an inquam, possint in die ieiunij ad conseruandam vocem aliquid cibi sumere?

Et quid si prædicti Religiosi sint insignes Musici? Ex 4. p. to. 11. 14. & Misc. 4. Resol 62. alias 60.

1. AFfirmatiuè respondet P. Vidal. *in Arca Theolog. Moral. tit. de ieiunio, Inquis. 1. num. 81.* vbi sic ait: infertur primo; non frangere ieiunium sumentem aliquid per modum medicinæ extra ordinariam comestionem, vt sunt electuaria; & ea saccharo condita, vulgo conserua, hæ enim, & alia similia multum conferunt ad conseruandam bonam corporis dispositionem. Ita cum D. Thom. 2. 2. *quæst. 147. art. 6. ad 3.* sentiunt communiter Doctores. Ratio est, quia hæc principaliter non ordinantur ad nutritionem, quamvis aliquo modo nutriant, sed ob alios fines sumuntur, vt ad perfectè recuperandam, & conseruandam salutem, & bonam corporis dispositionem. Addo, hoc idem posse etiam intelligi, non solum de pharmacis curatiuis, sed etiam de præseruatiuis, cum in his quoque militet eadem ratio: dummodò tamen non fiat ieiunio fraus, quod contingeret, si hæc, & alia sumantur principaliter in ordine ad nutriendum corpus, & ad sedandam inediam, & ideò sumantur in magna quantitate, vel pluries in die, quam requirat necessitas. Ita ille; quam opinionem desumpsit, vt omnes alij ex Pasqualigo, *decis. 133.*

2. Sed hæc opinio mihi non placet, vnde adhæreo sententiæ negatiuæ, quam ex magno Abulensi docet Fagundez *de præcept. Eccles. præcept. 4. lib. 1. cap. 4. n. 2.* vbi sic ait: Sed dubitabis, an qui præter vnicam comestionem aliquid sumit per modum medicinæ, dicatur frangere ieiunium? Negatiuè respondendum est cum D. Thoma 2. 2. *quæst. 147. artic. 6. ad 3.* consentiunt ibidem Caietanus, & Gabriel *in 4. dist. 16. q. 3. n. 3.* Sylvest. *verb. Ieiunium, q. 3.* & Nauar. *cap. 21. num. 12.* & omnes communiter. Notat tamen Abulensis *in Matthæi cap. 6. quæst 178.* videri frangere illud, qui nullam habens actualiter ægritudinem, nec timens aliquam de propinquo, medicinalem cibum sumeret; medicina enim supponit ægritudinem, vel actualiter existentem, quæ de proximo timeatur, vt optimè quidem notat Abulensis; aliter enim id fieret in fraudem ieiunij, & in fraudem legis nihil effici iustè potest. Ita Fagundez: & ante omnes Innocentius *in cap. 1. de Obser. ieiunij* per hæc verba; Medicinam autem pro remouenda infirmitate, vel fugienda, accipere licet sine peccato in die ieiunij, sed pro conseruanda sanitate non credo. Sic Innocentius, quem etiam sequutus est Gabriel *in 4. dist. 16 q. 3 dub. 1. littera P.* & hæc omnia contra Pasqualigum obseruat, & tuetur nouissimè Pater Leandrus *de præcept. Eccles. tract. 5. disputat. 5. quæst. 17.* quem ego contrà Patrem Vidal etiam adducere necessarium existimaui. Vide etiam Doctores, quos citat, & sequitur Martinus de San Ioseph *in Monita Confess. tom. 1. l. 2. tract. 5. de ieiunio, num 7.* Vnde ex his assentior Patri Pasqualigo *decis. 130.* aienti, posse ieiunantem ad subleuandam debilitatem stomachi, vel capitis mane modicum ientaculum sumere; quia stante debilitate dicta, id quod ad eius subleuationem sumitur habet rationem medicinæ. Et ideò nec dicti cibi sumptione frangitur ieiunium, nec adhuc veniale peccatum committitur, nisi alias cibus qui sumitur, sit notabilis quantitatis excedens notabiliter necessitatem naturæ: nam hæc (vt nuper est dictum) debet esse mensura quantitatis cibi, quæ per modum medicinæ licitè sumi potest. An autem pro præseruanda debilitate superuentura, possit quis etiam sumere mane quid cibi? Dicendum est ex dictis supra posse, si certò aut probabiliter timeat aliter superuenturam; alias minimè. Vnde ex superiùs dictis à fortiori patet refellendam esse opinionem D. Thomæ, D. Antonini, Gabrielis, & Richard. quos citat & sequitur Sylvester *verb. Ieiunium, quæst. 5. num 9.* asserentium licitum esse sumere in die ieiunij electuaria ex saccharo condita ob solam delectationem; quia hæc verè habent rationem cibi nutritiui ergo illorum sumptio extra præmissam refectionem frangeret ieiunium. Nec quod dicta electuaria sumantur ob delectationem, tollit quin eorum sumptio sit vera comestio, ordinata ex se ad nutritionem; nam intentio sumentis, non mutat naturam rerum comestibilium.

3. Nota verò hîc obiter, quòd ex his sequitur; posse Cantores, seu Musicos insignes in diebus ieiunij aliquid cibi primo mane sumere ad conseruandam vocem. Ita communiter Doctores. Sed difficultas est, an hoc etiam liceat Religiosis canentibus in Choro, an inquam possint in die ieiunij ad conseruandam vocem aliquid cibi sumere? Et affirmatiuè respondet Pasqualigus, *decis. 132 numero 2.* eo quod etiam pertinet ad ipsorum munus in Choro canere: sed sic est, quod ieiunium non debet impedire munus consuetum ieiunantis: ergo cum ipso conceditur quidquid est necessarium, ne tale munus impediatur. Ita ille. Sed hanc sententiam absolutè prolatam, falsam existimat Leandrus *vbi suprà, quæst. 22.* & ideo asserit quod si Religiosi, qui in choro canunt sint insignes Musici, & magno cum plausu coram populo cantent: tunc optimè possunt summo mane aliquid cibi sumere ad conseruandam suauitatem, & dulcedinem vocis; cum horum, & aliorum Musicorum sæcularium, vna in hac parte sit ratio: at vero si Religiosi, qui in Choro

canunt, non habeant hoc munus, & exercitium ſpeciale, ſed ſolum cantu plano, aut ſine notis id faciant nunc nullo modo licebit ſummo mane ad conſeruandam vocem ſumere; cùm ad hoc modo canendum non indigeant ſuaui voce, & ideo parùm refert, quod illam conſeruent, aut non. Vide etiam Martinum de San Ioſeph (*vbi ſupra, numero* 8. Trullench *in Decalog. tom.*1. *lib.*3. *capit.*1. *dub.*6 *numero* 11. & alios.

RESOL. XCVI.

An ſi quis in die ieiunij poſt prandium ſumat in notabili quantitate vuas recentes, frangat ieiunium?

Et quid de malis maſſilicis, vulgo Limoni *vel de malis medicis vulgo* Aranci, *& de cæteris ſimilibus fructibus, poterunt ne adhiberi, ad ſedandam ſitim, in die ieiunij, quoties libuerit?*

Et an frangat ieiunium, ſi quis ad ſedandam ſitim ſumat poma, pyra, vuam & ſimilia, & dentibus conterendo deglutiat ſuccum dentibus expreſſum, reiecta ſubſtantia ſolida ab ore?

Et an quantitas duarum vnciarum ſit paruitas materiæ excuſans à ieiunij fractione?

Ex quo infertur poſſe ieiunantem ſine graui culpa; imo id etiam ſine veniali culpa primo mane comedere duas vncias cibi, & bibere ad tolerandum facilius ieiunium, & poſtea circa meridiem prandere, & ad veſperas ſumere refectiunculam.

Etiámque deducitur, quod non frangeret ieiunium in ſerotina refectiuncula, qui præfixam quantitatem vnciarum octo per vnam, vel duas vncias excederet.

Et curſim docetur in diebus ieiunij comedentem circiter vnciam carnis non peccare mortaliter. Ex parte 10. tractatu 14. & Miſcell.4. Reſolutione 58. aliàs 56.

§.1. NEgatiuè reſpondet Pater Vidal *in Arca Theolog. Moral. titul. de ieiunio, Inquiſit.* 1. *numero* 154. vbi ſic ait: ſi loquamur de malis maſſilicis, vulgò limoni vel de malis Medicis, vulgò aranci, & cæteris ſimilibus fructibus poterunt adhiberi ad ſedandam ſitim, quoties libuerit, quia etiamſi habere videantur rationem cibi: at dum conteruntur dentibus in liquorem reſoluuntur, & per modum potus ad ſtomachum tranſmittuntur. Ita aſſerit Paſqualigus *deciſ.*135. qui doctiſſimè addit *in deciſ.*136. poſſe adhiberi per diem vnam recentem etiam in notabili quantitate ad ſedandam ſitim abſque ieiunij fractione probat hanc ſuam regularem opiuionem firma & probabili ratione, quæ conſiſtit in hoc, quod ſuccus vuæ in ſua ſubſtantia eſt vinum, & habet rationem potus, cortex autem, & vinacea, ſeu lignea granula in acinis vuæ incluſa, dum in propria ſubſtantia egeruntur, habere non poſſunt rationem cibi, atque adeò non violant ieiunium Eccleſiaſticum, per quod ſolùm nutritiuus cibus prohibentur; non ſecus ac non frangitur, ſi ſumeretur, & tranſglutiretur, lignum, papyrus, palea, terra, & quid ſimile: Ergo. Ita ille.

In part.9. in Reſ. quæ nunc ſequetur & fuſius à medio §.2. vſque ad §. vlt. præcitatæ Reſ.

2. Sed ego in *part.*9. fuſiùs hanc ſententiam improbaui; & nouiſſimè improbat Pater Leandrus *in Præcept. Eccleſ. tractat.*5. *diſputat.*5. *quæſt.*8. & probat primò: quia certum eſt, & indubitatum apud omnes, quod vita non ſolum ſicca, (vt vult Paſqualigus *num.*1.) ſed & recens, ſit purus cibus aptus, imò & aptiſſimus ad nutriendum, & ad hunc finem primariò & per ſe à natura ordinatus: ergo ſumptio eius in quantitate notabili franget ieiunium. Conſequentia, ex dictis, & ex ſe eſt euidens. Antecedens verò probatur primò ex conſenſu omnium medicorum, & præcipuè eorum Magiſtri Galeni, *lib.*2. *de alim. facult. cap.*9. *& lib.*1. *de locis affect. cap.*4. & ſapientiſſimorum Medicorum Scholæ Salernitanæ, *in Opuſc. de valetudine tuenda, ad regem Angliæ miſſo, cap.*9. *fol. mihi* 56. qui expreſsè vuas recentes, inter cibos bene nutrientes, & impugnantes, vt ſunt triticum, lac, caſeus, teſticuli, caro porcina, oua, ficus, & ſimiles enumerant, & *fol.*62. *col.*2. id experientia his verbis Galeni, *cap.*9. *cit.* probant ſic. Nam ficus, & vuæ quemadmodum interfructus autumnales principatum obtinent, ita fagucibus omnibus magis nutriunt, minimûmque parui ſucci habent, præſertim cum exactam maturitatem fuerint adeptæ. Porrò, quod ipſæ nutriant, maximo argumento ſunt ij, qui vinearum fructuum cuſtodiunt; qui cum duos menſes ſolis vuis, ac ficubus, quorum cuſtodiæ præſunt, veſcantur (niſi fortè panis quidpiam cum illis addant) corpulenti tamen admodum fiunt, Sic iſti Doctores ex Galeno. Ergo ex ſententia Medicorum, vua recens, cibus purus, ac nutritiuus, ex natura ſua eſt. Secundo dictum antecedens, ſic ratione probo. Nam vua recens eſt (ſicut & ficca) materia denſa, maſticabilis, ac à dentibus conteribilis, & ordinata per ſe ad nutriendum: ergo verè habet rationem cibi Antecedens experientia omnibus ratione vtentibus eſt notum: Conſequentia verò clara; nam de ratione cibi, ſolum eſt, quod de ſe ſit ordinatus ad nutriendum, ſicut & de ratione potus, quod de ſe magis ordinetur ad digeſtionem ciborum aſſumptorum, quàm ad nutritionem ex D. Thoma 2.2. *quæſtione* 147. *articul.*6. *ad* 2. Tertio; quia ſi aliqua ratione vua recens deberet habere rationem potus, maximè ratione muſti incluſi, at ſic eſt, quod nec ratione huius id habet: ergo. Minorem probo quia muſtum intra grana incluſum, cum ſit ſicut pars in ſuo toto, non eſt potus, ſed cibus, & ideo nequit eſſe materia conſecrationis, vt diximus 2.*p.*2. *tract.*7. *diſp.*9. *q.*30. ergo.

3. Confirmat poſtea hanc veram opinionem Leandrus euertendo omninò fundamentum, quo fundatur Paſqualigus ad nouam ſuam ſententiam ſtabiliendam: quia in primis falſiſſimum eſt, quod in vua ſolum reperiatur ſubſtantia triplicis generis, nempè cortex, vinacea, & ſuccus. Nam præter hæc, inuenitur alia quarta ſubſtantia nempe, quædam materia craſſa, plena minutiſſimis venulis, ſeu filis, qua incluſum, tanquam in ſuo toto, eſt muſtum, & ex qua præcipuè quando vua calcatur in Torculari, exprimitur; vt notum eſt omnibus, quibus notæ ſunt vuæ, & expreſsè docet Galenus *cap.*6. *cit.* per hæc verba: *Nam acinorum ſubſtantia compoſita eſt ex ipſorum volut carne, & humore, qui per carnem eſt diſperſus, ex quo fit vinum; præterea ex ſeminibus, atque ex membranoſo tegumento, quod omnia hæc extrinſecus circumambit.* Sic ille. Eſt poſt pauca. *Liquet porrò quod aluus magis laxatur, ſi ſola acinorum caro cum ſucco fuerit tranſglutita, ſine ſeminibus, ac membrana extrinſecus ambiente. Laxatur autem impenſius, cùm ſolus ipſe ſuccus expreſſus (muſto, vulgo appellant) fuerit tranſglutitus. Ex hoc ſanè ſucco alimenti non nihil corpori accedit, copioſius tamen ex carnea ſubſtantia.* Sic Galenus. Ex quo clarè conſtat, in vna non ſolum reperiri ſubſtantiam triplicis generis, vt vult Paſqualigus, ſed quadruplicis; ac proinde falſiſſimum eſſe fundamentum iſtius. Rurſus falſiſſimum etiam eſt: quod ex his ſubſtantiis, ſolus ſuccus in ſtomacho digeratur, & conuertatur in ſubſtantiam viuentis, cætera verò minimè,

minimè, sed integra in propria substantia egerantur: nam præter succum, etiam digeritur (immò præcipuè) & conuertitur in substantiam viuentis illa quarta substantia, quam nos inueniri in vuis diximus: & etiam clarè docet Galenus *loco cit.* Imò & cortices, seu membranæ, & vinaceæ vuarum (licet hæc difficilius) vt expresè colligitur ex Galeno *lib.2. de Aliment. facul. c.9. & lib.1. de locis affect. cap.4.* & ex Schola Salernitana *loc.cit.fol.mihi 63.* In quibus locis docent, quod conueniat, cum vuæ comeduntur, membranam, & nucleos expuere, eò quod difficulter conficiantur. Ergo ex horum sententia clarè constat falsissimum esse, quòd solus succus vuarum digeratur, & conuertatur in substantiam viuentis, & consequenter quod quando comedimus vuas, idem sit in ordine ad cibationem, & nutritionem; ac si sumeremus solum succum ipsarum, & propterea per earum esum non frangi ieiunium: hæc namque omnia falsissima esse ex dictis constat. Tandem, quia si argumentum Pasqualigi vim aliquam habet, non solum probat quod possit quis ad extinguendam sitim edere vuas, verum etiam absolutè, sicut absolutè quis potest bibere vinum seu mustum, etiamsi bibatur ad mitigandam famem vt, suprà est habitum: at hoc est plusquam falsum: ergo. Valeat igitur Pasqualigus cum sua noua opinione falsa omninò improbabili omninóque ab omnibus reiicienda. Hucusque Leandrus. Sed Pater Pasqualigus loquutus est cum aliqua formidine; nam reliquit Lectoribus iudicium de tali opinione: at Pater Vidal ore rotundo illam probabilem esse existimat, quod ego non puto, & mecum ferè omnes viri docti; & ideò caueat aliquis, ne illam in praxi deducat. Vide me ipsum * *vbi suprà*, vbi etiam impugnaui opinionem de malis Massilicis, aut Medicis, quam etiam refellit Leandrus *loco citato, quæst.7.*

4. Sed quid dicendum, an frangat ieiunium, si quis ad sedandam sitim sumat poma, pyra, vuam, & similia & dentibus conterendo deglutiat succum dentibus expressum, reiecta substantia solida ab ore? Et negatiuè respondet Pasqualigus *decis.135. num.4.* Verùm contra illum affirmatiuæ sententiæ adhæret Leandrus *vbi suprà, quæst.9.* Quia impossibile videtur quod quis possit ita dentibus conterere poma, pyra, & vuas, vt possit deglutire eorum succum, & non substantiam aliquam habentem rationem cibi: ergo non potest id efficere sine fractione ieiunij. Secundò; quia conterere poma, pyra, & vuas dentibus, eaque masticare, & deglutire succum ex illis expressum, nil aliud est, quam manducare aliquid per modum cibi: at hoc est quod frangit ieiunium Ecclesiasticum: ergo. Et ecce loquendo de vuis, mihi certissima est responsio, cum experiamur nullo modo posse quem masticare acinos vuarum, & exprimere succum purum eorum & deglutire absque vlla eiusdem cibi substantia. Tandem; quia, vt nuper dicebamus argumentum Pasqualigi si quid, probat certè, quod non solùm causa sitis sedandæ, sed etiam famis, posset quis sumere predicto modo poma, pyra, &c. quod nemo dixit, nec dicet. Ita Leandrus. O quanta ego haberem, & dicerem, quæ nouitatum Amatoribus nimis plausibilia essent, si calamo, & ingenio liberam vagandi facultatem præberem! Sed vt sapientissimo, & amicissimo Ioannis Caramueli rescripsi, Romanus incolatus; & aliena pericula, cautum in scribendo me fecerunt: Et reuera opiniones istæ singulares in moralibus, contra receptas Ecclesiæ consuetudines, vel communes Doctorum sententias, ferè semper malè olent, & passim naufragare videmus: nam vel penes sacras Congregationes Indicis, aut Sancti Officij remanent cauteriò inustæ, vel posteà viri non solùm illis minimè adhærent, sed potiùs acriter refellunt. Rectè itaque Baldus, quod *qui contra omnes loquitur, non bene loquitur.*

Sup. hoc sup. in Resol. 90. & in Resol. 91. §. vlt. & in aliis earum annotationum. Et pro contéto in vers. Hinc retra, huius textus sup. in Res. 90. §. 1. prope finem. Et pro contéto in vers. Infertur etiam, huius textus infr. in Res. 123. §. vlt. per totum signanter ad, med. &c. Et pro contéto in vers. Et tandem huius textus sup. in Res. 80. §. post, hæc à lin. 7. & in alio nor. Alibi in §. vlt. not. præteritæ.

5. Nota verò hîc obiter Patrem Vidal *vbi suprà, num.153.* Me citato docere, quod quantitas duarum vnciarum sit paruitas materiæ excusans à ieiunio, quod etiam. Me citato tenet Leandrus, *suprà, quæstione 5. §.4.* & me citato Rocaftull *in Praxi Theolog. Moral. tom.2. leg.3. de Præcept. Eccles. cap.4. numero 55.* Hinc rectè Vidal. *numero 154.* infert me etiam citato posse ieiunantem sine graui culpa primo mane comedere duas vncias cibi; & bibere ad tolerandum facilius ieiunium & postea circa meridiem prandere, & ad vesperas sumere refectiunculam; id autem tum sine veniali culpa. Infertur etiam ex hoc cum Leandro, *disput 4. quæst.14.* quod non frangeret ieiunium, qui præfixam quantitatem vnciarum octo, per vnam, vel duas vncias excederet; quia excessus prædictus non est valde notabilis, ergo nec mortalis, & consequenter qui in illo præfixam collationis quantitatem excederet, non frangeret ieiunium; licèt peccaret venialiter. Et tandem nota hic obiter Patrem Pasqualigum *decis.42.* docere in diebus ieiunij comedentem dimidiam circiter vnciam carnis non peccare mortaliter; sed hanc opinionem nominatim contra illum merito impugnat Leandrus *vbi suprà, disp.2. quæst.12.* & de hac quæstione ego alibi.

RESOL. XCVII.

An in diebus ieiuniorum licitum sit sine fractione ieiunij sumere mala Massilica, mala Medica, vuam, & similia ad sedandam sitim, quoties quis voluerit?

Et an qui habet panem, legumina, poma, & similia, teneatur ieiunare? Ex part.9. tract.6. & Miscell.1. Resol.14.

§.1. AFfirmatiuè respondet Pasqualigus *in praxi de ieiun. decis.135.* vbi sic ait: [Si tamen non deglutiretur substantia solida pomi, aut pyri; sed tantùm succus expressus, dum dentibus conteritur; tunc posset sumi, quoties vrget sitis, quia idem esset, ac si biberetur: vnde etiam ex tali succo solet fieri potus, qui licitè potest adhiberi, quoties libuerit, in die ieiunij.

Sup. cõtento in hac Res. vsque ad vlt. §. lege doctr. præcedentis Res. à princ. vsque ad §. vlt.

2. Si autem loquamur de malis Massilicis, vulgò, *Limoni*, aut malis Medicis, vulgò, *Aranci*, & cæteris huiusmodi fructibus, poterunt adhiberi ad sedandam sitim, quoties libuerit; quia, quamvis videantur habere rationem cibi, dum tamen dentibus conteruntur, in liquorem resoluuntur, & per modum potus transmittuntur ad stomachum.) Ita ille. Qui posteà *decis.136.* hoc etiam concedit de vua: [Quia ait ipse, in vua reperitur substantia triplicis generis, nempe cortex, vinacea, seu lignea granula in acinis vuæ inclusa, & succus, qui exprimitur: quod patet quando vua conteritur: nam tota resoluitur in hanc triplicem substantiam. Ex hac autem triplici substantia, solus succus in stomacho digeritur, & conuertitur in substantiam viuentis: cætera autem minimè, sed integra in propria substantia egeruntur, non secùs ac res aliæ, quæ nec aptæ sunt ad nutriendum, nec habent rationem cibi.

3. Quando ergo comedimus vuam, idem est in ordine ad cibationem, & nutritionem, ac si sumeremus solùm succum ipsius; quia solus est aptus vt digeratur: & quia cortex, & vinacea egeruntur in propria substantia, non possunt habere rationem cibi,

Sup. hoc signanter, & latè in Res. præterita.

atque adò nec frangere ieiunium Ecclesiasticum, per quod solus cibus nutritiuus prohibetur; non secùs ac non frangitur, si sumeretur, & transglutiretur lignum, papyrus, palea, terra, & quid simile. Quare vua non potest frangere ieiunium, ratione corticis, aut vinaccorum.

4. Sed neque ratione succi frangit ieiunium: quia succus in sua substantia est vinum, & habet rationem potus, & proinde expressius ex materia apta, vt consecrari possit in Sacrificio Missæ; vnde quia exprimitur, de acinis 5 quando vua dentibus conteritur, in ipso ore acquirit rationem potabilis, atque adeò transmittitur ad stomachum per modum potus. Et sicut mustum non frangit ieiunium, quia est potus; ita nec etiam talis succus, quia reuerà est mustum. [Hæc Pasqualigus.

5. Sed nouissimè contra illum insurgit Pellizzarius sic asserens: *in Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 5 num. 8.* Moneo hîc obiter, Pasqualigum *decis. 135. de ieiunio*, docere, mala Massilica, vulgò, *Limoni*, & mala Medica vulgò, *Aranci*, posse in die ieiunij absque peccato sumi à ieiunante; ad sedandam sitim quoties libuerit idque procedere de aliis similibus fructibus, qualis, verbi gratia est vua. Probat; quia supradicta, esto, videantur habere rationem cibi, dum tamen dentibus conteruntur, resoluuntur in potum, sicque per modum potus in stomachum transmittuntur. Verùm mihi non probatur hæc doctrina: tum, quia est omninò singularis, & relaxatiua Ecclesiastici ieiunij; & alioqui rarò benè loquitur, qui contra omnes loquitur: tum, quia dicti fructus sumi possunt per modum cibi, & per modum potus, multúmque refert, sub qua ratione sumantur: siquidem sumpti per modum cibi frangunt ieiunium; non item, si per modum potus: sumuntur autem per modum cibi, quando sumuntur non expressi, & paulatim dentibus conteruntur; per modum verò potus, quando expressi in vase aliquo epotantur.] Ita Pellizzarius, cui libenter adhæreo.

6. Et quidem res morales, moraliter, & non metaphysicè tractandæ sunt. Vnde, si quis in mensa dentibus vuam premeret, & vinacea eiiceret, vt multi faciunt, deglutiendo tantùm succum ab illis elicitum, vtique iste ab omnibus diceretur vuam comedere: ergo à fortiori dicendum est in nostro casu, vuam comedere, qui & succum, & vinacea deglutit; ergo frangit ieiunium. Deinde, si quis vinacea vuarum in torculari pressa sumeret in magna quantitate, quis diceret, eum illas comedendo non frangere ieiunium? Ergo, quanto magis in casu nostro dicendum est, illum comedere, & frangere ieiunium, qui succum simul, & vinacea dentibus pressa deglutit? Insuper vinacea vuarum dentibus pressa, semper aliquid succi imbibitum retinent: ergo, cùm illa deglutiuntur, dicendum est sumi per modum cibi, & alimentum præbere: ergo frangunt ieiunium. Adde, quod si opinio affirmatiua esset admittenda, quis ad satietatem posset sine peccato mortali, & fractione ieiunij, comedere Pyra, Persica, poma, malogranata, vuam, & similia cortices tantùm expuendo, sed succum deglutiendo: sed hoc dicere videtur absurdum: ergo.

7. Relinquendo itaque abstrictiones metaphysicas, quæ in rebus moralibus tractandis, respuendæ sunt; assero constanter, sumentem vuam in quantitate notabili frangere ieiunium: nam, qui comedit aliquem cibum in quantitate notabili in die ieiunij, frangit ieiunium: sed qui sumit vuam in die ieiunij, dicitur verè comedere cibum: ergo, si sumit vuam in quantitate notabili, reus erit fractionis ieiunij. Minor huius argumenti in qua est difficultas, communiter à Doctoribus firmatur, & inter illos agmen ducat sapientissimus Pater Ioan. Dicastillus ex præstantissima Societate Iesv Theologus *de Sacrament. tom. 1. tract. 4. disp. 2. dub. 5. num. 86.* vbi docet, quòd vua, & quicquid in ea est, cibus est, & moraliter habetur cibus. Et *num. 91. & 92.* ait mustum in vua esse per modum cibi, *adeò vt frangeret ieiunium, & censeretur manducare, qui vuas comederet.* Ita ille, qui, vt vides, in terminis terminantibus casum nostrum determinat. Idem consumat Cornejus *in 3. parte; D. Thomæ, tom. 2. tract. 4. quæst. 74. art. 5.* vbi docet quòd liquor non includitur intra ipsa grana vuarum per modum potus, sed potiùs per modum cibi: vnde non dicitur bibi, sed manducari, & non habet statum, & modum, potus, *sed potiùs materiam cibi, cùm reuerà simul vt reliqua manducetur.* Hæc Cornejus. Idem docet Præpositus *in 2. p. quæst. 74. art 5. n. 44.* vbi sic ait: [Quamvis vinum ex vuis maturis confici possit ipsa, tamen non sunt vinum, sed sunt cibus, *etiamsi pellicula detrahatur*: vnde, ne quidem, ea detracta, valide possunt consecrari.] Caspensis *in Cur. Theol. tom. 2. tract. 22. disp. 2. sect. 3. num. 18.* Mustum (asserit) intra vuam est verè cibus, *& manducatur cum tota vua substantia.* Auersa *de Sacr. Euchar. quæst. 2. sect. 5. Vuas* (ait) *proprie manducamus*, nec rectè de vua diceretur hic potus, *sed rectè dicitur hic cibus.* Et tandem Coninch *de Sacr. q. 74. art. 5. n. 123.* sic asserit: [Vuæ verè nec sunt vinum, nec materia potabilis; sed potiùs sunt cibus: nec enim dicuntur bibi, sed comedi, *sicut pomum non est sicera, nec potus sed cibus.*] Vide etiam Reginald. *tom. 1. lib. 19. cap. 2. n. 24.* Vasquez *in 3. part. tom. 3. disp. 175. cap. 2. num. 14.* Suarez *tom. 2 disp. 45. sect. 1.* Hurtadum *de Sacrament. disp. 11. difficult. 9.* Lessium *in 3. part. quæst. 74. art 5. num. 24.* Palaum *tom. 4. tract. 21. punct. 5. num. 7.* Opatauium *de Sacrament. tract. de Euchar. disputat. 2. quæst. 3. punct. 30.* & alios communiter. Quod confirmatur: nam vt obseruat Ludouicus de S. Iuan. *in Summa de Sacrament. Euchar. quæst. 1. art. 50. difficult. 3.* [Vua sumpta in quacumque magna quantitate nunquam inebriat: Ergo verè cibus dicenda non est. Et ideò rectè Doctores annumerantes cibos, quibus licitum est per consuetudinem vesci in collatione serotina ieiuni, inter illos apponunt vuam.] Poterat itaque ex his omnibus, noster Pater Pasqualigus, sententiam, quam improbauimus, tanquàm probabilem non proponere, licèt id effecisse reor ad ostendendum tantum ingenij sui acumen; non, quia reuerà illàm probabilem existimauerit: & ideò rectè posteà hanc suam opinionem, viris doctis reliquit maturandam: sed penes me semper acerba erit, & ideo in praxi nunquam prorsus deducendam esse puto.

8. Verùm, quia hîc sermo incidit de ieiunio, apponam opinionem Patris Leandri à Murcia *in cap. 2. super cap. 3. Regulæ D. Francisci. §. 2. num. 38.* vbi hic * sic ait: * [Aunque alguno tenga pan, legumbres, y fruta, para comer no tiene suficientes manjares para hazer vna comida entera, y cumplida, segun la forma del ayuno ecclesiastico. Esta sentencia la tienen Angles *in Floribus, materia de ieiunio, prima parte, fol. 404.* y otros doctos modernos, à quien cita, y sigue el dicho Tomas Sanchez *vbi suprà, dub. 15. num. 3.* y confirma, porque los dicos manjares solos son de poca sustancia, y de los que los Doctores señalan para hazer colacion luego non son suficientes para hazer comida.] Ita ille.

RESOL. XCVIII.

An sine ieiunij fractione licitum sit sumere interdiu parum cibi ne potus noceat?

Et an hoc est intelligendum toties quoties, dummodo id non faciat in fraudem ieiunij, sed ne potus noceat? Ex p. 1. tr. 9. Res. 24.

§. 1. Respon

REspondeo affirmatiuè; veluti exigua portio alicuius electuarij; quinque, vel sex amygdalas saccharo confectas, vel quid simile. Ita Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 13. diff. 8. num. 14.* & Homobon. *de exam. Eccl. p. 2. tract 8. cap. 7 quæst. 20.* Reginald *in praxi, tom. 1. lib. 4. c. 14. dub. 4. n. 17.* qui citat Sylvest. Medin. Armillam.

2. Sed hanc sententiam limitat Azorius *p. 1. lib. 7. cap. 10. quæst. 7.* dummodò non sit panis, herba, arboris fructus; sed exigua medicamenti portio, siue frustum. At fallitur vir doctus, iudicio Layman *in Theol. mor. lib. 4. tract. 8. cap. 1. num 7.* & Fagundez *de Præcept. Eccles. Præcept. 4. lib. 1. cap. 2. num. 20.* quia ista etiam per modum medicinæ sumi possunt, ne potus noceat: ergo, &c. Et ita etiam videtur sentire Emmanuël Sà *verb. Ieiun. num. 8.* vbi sine vlla limitatione sic asserit: [Ieiunium non violat potus aquæ, aut vini; neque etiam, si quid edatur, ne potus noceat. Vide Molfesium *in summa, tom. 1. tract. 10. cap. 5. num. 23.* & Philiarchum *de offic. Sacerdot tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 25.* & hoc est intelligendum toties, quoties biberit; dummodo id non faciat in fraudem ieiunij, sed ne potus noceat: & ita docet Fagundez *Præcept. 4. vbi supra, lib. 1. cap. 4. n. 15.* cum aliis.

RESOL. XCIX.

An qui ne inurbanus videatur sumendo modicum cibi ab amico rogatus, peccet saltem venialiter? Ex part. 1. tract. 9. Res. 29.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Caiet. *in 2. 2. quæst 147. art. 4.* Sylvest. *verb Ieiun. quæst. 4.* Nauarrus *in Man. cap. 21. num. 13.* Paludanus *in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 2.* & *ibidem* Riccardus *quæst. 3. art. 4.* D Antoninus *p. 2. tit. 6. cap. 2. §. 6.* Et ex Neotericis tenet etiam hanc sententiam Ioan. de la Cruz *in director consc. part. 1. præcept. 4. art. 4. dub. 1. concl. 1.* Villalob. *in summ. tom. 1. tract. 21. diff. 6. num. 4.* Azor. *part 1. lib. 7. cap. 9. q. 1.* & ante illos Hieron. Llamas *in sum. part. 3. c. 5. § 2.* qui acriter inuehitur in contrarium sentientes: & idcò ait: [Quòd quis ab amicis rogatus possit comedere, etiam ieiunans, licentia est Fratris Bartholomæi de Medina: sed non nostra neque doctissimorum virorum, imò neque Ecclesiæ, in totum fraudatiua ieiunij: inter Christianos enim rogatus, vt comedat, si respondeat: Ieiuno hodie, neque inurbanus est, neque amplius rogatur ab aliquo, neque in minimo amicitia deperditur: & scio experientia, ex hac Medinæ licentia multos toto die cum ieiunij irrisione ambulare de domo in domum, vt inuitentur.] Ita Llamas.

2. Sed non benè loquitur hic Author, licèt Vir doctus, contra Medinam; nam eius sententiam puto probabilissimam, quam docet *in sum. lib. 1. cap. 14. §. 10.* & nouissimè tenet Petrus de Cenedo *in quæst canon. quæst. 41. n. 7.* & etiam post illum ex Societate P. Fagundez *Præcep 4 lib. 1. c. 4. num. 15.* qui notat immeritò Llamas carpere Medina, cùm asserat, ex eius licentia multos tota die cum ieiunij irrisione diuersuros de domo in domum, vt ab amicis inuitentur. At, quis non videt, hanc consequentiam indignam esse Viro Theologo? nam Medina ita ait: [Però, si rogandole vn amigo, despues de hauer hecho colacion, toma vn bocado para beuer por via de amistad, no es peccado alguno,] Vbi nec pluries hoc fieri posse asserit; nec quod vtatur hac cautela, vt ipse amicos quæreret, qui ipsum inuitarent. Et idcò sententiam Medinæ Fagundez, *vbi sup. num. 3.* etiam de culpa veniali excusat propter quandam vrbanitatem. Vnde hoc etiam docuit Filliuc. *tom. 1. tract. 27. p. 2. c. 2. n. 41.* Sed circa præsentem quæstionem vide etiam Emmanuël Sà *verb. Ieiunium, num. 8.* Vegam *in sum. tom. 1. cap. 14. cas. 2.* & Ledesmam *in sum. tom. 2. tract. 27. c. 2 dub. 3.*

RESOL. C.

An in die ieiunij bibere vinum ad sustentationem, & famem sedandam sit illicitum?

Et præsertim ante prandium an violet ieiunium? Ex p. 1. tr. 9. Resol. 23.

§. 1. NEgatiuam sententiam ex neotericis mordicùs sustentat Reginald *in praxi, tom. 1. lib. 4. c. 13. sect. 1 num. 153.* qui citat ex eademmet Societate Azorium *p. 1. lib. 7. c. 10. q. 4. in fin.* & ex veteribus id docuerat Riccard *in 4. dist. 15. art. 3. q. 7.* Antoninus *p. 2. tit. 6. cap. 2. §. 9.* Rosel. *verb. Ieiunium, n. 5.* & tandem hanc sententiam docuit Vir doctus Medina Complutens. *C. de ieiun. q. 11.* quam fateor esse probabilem.

2. Sed contrariam probabiliorem esse iudico, quam docet Vegha *in sum. tom. 1. c. 14. cas. 2.* Homobonus de Bonis *in exam. Eccl. p. 2. tract. 8 c 7. quæst. 20.* Filliucius *tom. 2. tr. 27. p. 2. q. 19. n. 24.* Molfesius *in summ. tom. 1. tract 10. cap. 3. num. 25. lib. 4. cap. 2 dub. 11. num. 10.* vbi sic ait: Potus ordinatur potiùs ad cibi per corpus distributionem, & sanguinis refrigerium, quàm vt per se corpus alat: quòd si interdum alat, id per accidens est, & non tantùm alit, quantùm cibus. Vnde Ecclesia eius rationem habuit: quare, etiam si quis eo sine vtatur, etiam immoderate, non violabit præceptum Ecclesiæ de ieiunio, etsi contra temperantiam peccet. Ita ille, & nouissimè Fagundez *de Præcept. Ecclesiæ tract. 4. lib. 1. cap. 3. num. 19.* asserit, in more, & consuetudine positum esse vinum non violare ieiunium, etsi ad famem sedandam sumatur; semper enim sumitur per modum potus.

3. Ex his apparet, quàm parum Confessarios mouere debeat sententia Alex. de Ales *p. 4. memb. 8. art. 1 §. 3.* asserentis, vini potionem, præsertim ante prandium, ieiunium violare: nam est contra communem Theologorum sententiam. Vide Villalob. *in sum. tom. 1. tr. 23. diff. 8. num. 14.* Homobonum *de exam. Eccl. p. 2. tract. 8. cap. 7. quæst. 20.* Ledesm. *in sum tom. 2. tract. 17. 2. dub. 4.* & alios.

RESOL. CI.

An licitum sit sequi vnum horologium quoad ieiunium Ecclesiasticum, & alterum quoad ieiunium naturale?

Et hoc intelligitur in ipsamet media nocte. Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 5. Res. 29.

§. 1. VT verbi gratia. Si hodie sit dies ieiunij possit quis audita hora duodecima vnius horologij cœnare, comedere carnes, quas die sequenti licitè comedere potest, & postea audita hora duodecima alterius horologij possit sequi hoc secundum horologium & iuxta illud incipere ex tunc ieiunium naturale, & die sequenti communicare? Et negatiuam sententiam firmat Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo *de Euchar. d 15. sect. 2.* quem postea sequitur Leandrus *de Sacram tom. 2. tract. 7. disp. 5 quæst. 6.* ex rationibus adductis à Lugo.

2. Dicendum est itaque non posse Sacerdotem amplecti vnum horologium ad soluendum ieiunium Ecclesiasticum præcedentis diei, & alterum postea ad inchoandum ieiunium naturale, quod requiritur ad celebrandum die sequente, sed debere sequi idem horologium pro vtroque præcepto. Nam licet præcepta sint diuersa, & singulis præceptis

seorsim videatur satisfieri (in quo merito agnoscit Lugo differentiam aliquam ab exemplis adductis) non satisfit tamen toti legi, seu vtrique præcepto simul, vnde videntur illi sequi eadem inconuenientia. Nam stante (inquit) illo duplici præcepto, ego debeo ex complexione vtriusque præcepti abstinentiam à cibo post comestionem vnicam diei præcedentis seu post refectiunculam serotinam vsque ad Missam, vel Communionem diei sequentis, & Superior habetur ius ex vi vtriusque præcepti ad hoc totum, ergo habet ius ad prohibendam variationem horologiorum, ex qua impeditur obseruantia, & redditio totius illius debiti, ad quod certum habebat ius, quod enim id debeatur vnico, duplici præcepto parum refert. Pone enim te ex duplici titulo diuerso debere Petro ex iustitia duo aliqua etiam diuersa v. g. ex vno contractu debes non auferre ab ipso equum tuum toto hoc anno, rursus ex alio contractu, vel alio titulo debes centum nummos si anno sequenti abstuleris equum, tunc vltima die anni post mediam noctem iuxta vnum horologium exigis ab eo equum sciens te contrahere obligationem soluendi centum nummos in conditione positos, auferens equum post mediam noctem intra annum sequentem. Accepto equo sonat signum mediæ noctis in secundo horologio, tunc mutato consilio vis secundum horologium, & contendis te nihil debere, quia non abstulisti equum intra secundum, sed intra primum annum. Nemo dicet te liberum esse, & potuisse in præiudicium Petri mutare sententiam, quia licet ex diuersis contractibus, vel è tamen debebat Petro in conscientia non auferre equum nisi soluendo centum nummos; Debebas enim non auferre absolutè anno præcedente ex primo contractu, debebas item ex secundo contractu non auferre anno sequenti nisi soluendo centum nummos, ergo Petrus habebat ius certum, ne auferretur ipsi equus nisi cum obligatione soluendi centum nummos, quo tamen iure fundatur per illam variationem, & mutationem sententiæ iuxta diuersa horologia. Fatendum ergo est licet liberum sit homini accipere pro regula quodlibet horologium, non tamen esse liberum recedere ab illo in præiudicium Creditoris, quia eo ipso quod vnum horologium accipit, videtur renunciare omnibus aliis, & se habere perinde ac si non esset vllum aliud, alioquin Creditor habet ius non permittendi quod vtatur illo horologio, ne hoc modo perdat ius suum quod habet certum ad totum illud completum. Sic ergo superior ex vi duplicis præcepti habet ius certum, vt post comestionem hodiernam homo nihil comedat ante Communionem crastinam, quo iure fraudatur, si homo iuxta primum horologium cœnet post mediam noctem, & iuxta secundum celebret eras, ergo non debet concedi talis libertas, sed dicendum, quod eo ipso quod vult homo accipere primum horologium pro regula ad cœnandum, obligat se implicitè ad sustinendam illam regulam, quamdiu de eius errore constat, ne superior fundetur iure suo, quod habebat ex complexione vtriusque præcedenti, vt homo nihil comederet ante Communionem crastinam post prandium, vel refectiunculam hodiernam.

3. Sed licet hæc omnia acutè dicta à Cardinali Lugo fateatur Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 9 dub. 16. num. 321.* tamen in illis agnoscit multa difficilia, quæ apud ipsum videre poteris. Et tandem sic asserit: Regula igitur erit pro omni materia tam iustitiæ quàm alia quauis, vt tunc non liceat variare horologium quando sequatur alterutrius elusio si de duobus præceptis agatur. Quando verò vtrumque vigere, & seruari potest, licebit sententiarum, seu horologiorum variatio sicut etiam in casu vnius præcepti si variatio non tollat quo minus præceptum vnicum integrè probabiliter seruetur, licebit variare. Si fieri potest licitè, vt in inceptione diei ieiunij sequatur quis tardius horologium, & in finiendo eodem die sequatur celerius v. g. pro fine diei præcedentis ieiunium, atque adeò pro initio diei ieiunij sequor horologium tardius, & comedo carnes post auditam duodecimam, seu signum mediæ noctis in celeriori horologio (si duret discrepantia tota die) & tempore finiendi diei sequor celerius horologium, & hoc puto licere etiamsi sit variatio sententiæ, quia præceptum impletur probabiliter, nempe quia iuxta sententiam probabilem, horologij tardioris non incipit dies nisi post mediam horam à tempore celerioris, in fine verò iuxta sententiam celerioris probabilem finitur dies media ante tempus, quod designatur à tardiore, atque adeò probabile est per 24. horas seruari leges ieiunij. Nec obstat, quod fortè inde fiet, vt reuera non intercedant nisi 23. cum dimidia; nam de hoc errore, vt supponimus non constat, & temporis designatio accipi debet iuxta regulas moraliter receptas, & vsuales, talis autem regula est, alterutrum horologium, & probabile est, quod horologium, quod manè fortè errauerat, vesperè non erret, aut è contrà, & vtraque sententia est in vtroque tempore probabilis.

4. Nihilominus, quamvis quæ hucvsque diximus vera sint, & eo modo accepta, regula Lugonis mihi non displiceat, adhuc in aliquo casu videtur probabile, quod quis secutus vnum horologium ad soluendum ieiunium Ecclesiasticum vnius diei possit postea amplecti horologij tardioris sententiam, & cum illo incipere diem, & ieiunium pro Communione. Nam si quis vel ignorans hoc quod audiuit esse prius horologium, sed potius credens vltimum, imò putans esse vnicum, audito signo mediæ noctis comedit putans iam certo moraliter finitam die ieiunij, postea verò audiuit aliud horologium, ita vt probabile sit illud, quod comedit, comedisse diem præcedente, quamvis bona fide fecerit putans esse aliam diem atque adeo sine peccato, non video, quid prohibeat illum se gerere pro ieiunio iuxta probabilem sententiam secundi horologij, & si placuerit communicare. In hoc enim casu mutat quidem sententiam, & variat horologia, sed non ex primaria electione variationis, sed ex accidenti, quatenus nesciens illam esse regulam præter vnicam primi horologij, illam cœpit sequi, postea verò se accommodat alteri regulæ, quam videt probabilem, in quo casu non sequuntur ea inconuenientia, quæ supra cum Lugone de ducebamus. Et hæc omnia docet Dicastillus, *vbi suprà*, cui libenter adhæreo.

RESOL. CII.

An si quis ante prandium per quartam partem horæ sumeret cibum, frangeret ieiunium?

Et an in die ieiunij possit quis parum cibi sumere casu, quo prandium sit valde dilatandum?

Et an infirmantes mensis secularium possint ieiuniorum diebus aliquid cibi sumere antequam seruiant, & postea comedere?

Idem est de Religiosis infirmantibus mensa.

Et an Religiosi legentes ad mensam possint ante lectionem aliquid comedere?

Sed adhuc superest difficultas, an huiusmodi seruientes, & legentes possint diebus ieiunij ante seruitium, & lectionem non solum in modica quantitate cibum sumere, sed etiam in magna?

Et notatur, quod si quis inaduertenter cibum sumeret etiam pluries, & etiam carnium in die ieiunij ieiunium non frangit, ideo exinde tenetur seruare ieiunium.

Ex p. 10. tract. 14. & Misc. 4. Res. 63. alias 61.

§. 1. Ne

§.1. NEgatiuè respondeo cum Leandro *de præcept. Eccl. tract.5.disp.5.q.30.* vbi sic ait: An omnes ieiunantes possint licite sumere paulo ante prandium, quodcumque genus cibi, & in quacumque quantitate: Respondeo posse sumere quodcumque genus cibi, & in quacumque quantitate paulò ante prandium, hoc est quarta parte horæ, plus minúsve ante prandium. Ratio est, quia illa comestio, seu sumptio cibi anticipata per hoc breue tempus, vnam, & eandem facit moraliter comestionem; cum prandio: ergo licita erit, & sic sine fractione ieiunij sumi à quocumque poterit. Idem docet Pater Vidal *in Arca Theolog. Mor. tit. de ieiunio. Inquisit.1.n.62.* sic asserentis: Addo non violare ieiunium sumentem paulò ante prandium aliquid cibi etiam in magna quantitate, dummodò ante prandium non interponatur notabile tempus, sed tantùm illud, quod moraliter censetur idem cum tempore prandij, vt est per quartam partem horæ, aut tertiam ad summum. Ratio est, quia tunc illa comestio habetur tanquam proxima dispositio ad prandium; & velati inceptio ipsius prandij, vnde non erit diuersa comestio, sed pars vnius integræ comestionis cum ipso prandio, Ideò, &c. Et hæc omnia præter Doctores citatos, docet etiam Pasqualigus *decis.127. per totam*; quibus ego libenter adhæreo.

2. Sed hic obiter pro Confessariis obseruanda sunt aliqua. Primo, quod in die ieiunij possit quis parum cibi sumere, casu quo prandium sit valdè dilatandum, quia longa dilatio prandij, communiter loquendo, semper causat debilitatem, sed propter hanc obtiandam, est licitum sumere mane aliquid cibi: ergo, Secundum: inseruientes mensis Secularium posse ieiuniorum diebus aliquid cibi sumere, antequàm seruiant, & postea comedere: quia tunc omnes, tam Domini quam eis seruientes, incipiunt prandium: sed horum, per aliquod interrumpitur tempus, vt muneri suo satisfaciant. Tertiò: etiam Religiosos inseruientes mensæ, posse sine fractione ieiunij aliquid comedere, antequam seruiant quia eadem pro his, ac pro sæcularibus ministrantibus militat ratio. Quarò, posse Religiosos legentes ad mensam, ante lectionem aliquid comedere; quia iam censetur pro omnibus Religiosis prandium inceptum: ergo siue parum, siue multum legentes legant, omnes possunt absolute aliquid ante lectionem comedere, & postea prosequi, aut finire cœnam. Sed difficultas est, an huiusmodi ad mensam seruientes, & legentes possint diebus ieiunij ante seruitium, & lectionem, non solum in modica quantitate cibum præsumere, verùm etiam in magna? Et respondeo posse etiam cibum in quacumque magna quantitate præsumere; quia vt supra est visum, prædicta sumptio cibi, est inchoatio prandij, post seruitium, & lectionem futuri; ergo cùm eadem comestio sit cum sequente moraliter, nihil refert quod id, quod præsumitur sit in parua, aut in magna quantitate. Et hæc omnia docent Doctores, quos citat, & sequitur Leandrus, *vbi supr. à quæst.24. vsque ad q.29.*

3. Notandum est hic obiter, quòd si quis inadvertenter cibum sumeret in die ieiunij, ieiunium non frangeret, sed tenetur illud seruare, quia licèt illa comestio, vel quia carnium, vel quia pluries facta, substantiæ ieiunij aduersari videatur, tamen prorsus est inuoluntaria respectu ieiunij, nec præceptum videtur solui, nisi per actum voluntarium. Et si casu accideret in Praxi; ita me gererem, vt si comestio sit æquiualens prandio, eo die non sumat nisi refectiunculam, si comestio æquipolleat refectiunculæ, sumat eo die tantùm prandium; si neutri ob paruitatem æquiualeat, tunc sumat prandium, & refectiunculam seruans formam ieiunij. Et si Auctorem huius praxis desideras, vide Rocafull. *in Praxi Theol. moral. tom.2. lib.3. de præcept. Eccles. cap.4. num.59.*

RESOL. CIII.

An in anticipatione comestionis in die Ieiunij detur parui-tas materiæ?

Idem est, si comestio postponitur.

Et pro vtroque casu assignatur hora. Ex p.5. tract.5. Resol.10.

§.1. NEgatiuam sententiam docet nouissimè Ioannes Sancius *in selectis, disputat.53. numero 2.* vbi sic ait. Indulgendo ieiunantibus, quòd hora vndecima queant se reficere, latus terminus assignatur, infra quem nullus extat debilis, aliàs si alter posset assignari infra illum, etiam aliud paruum spatium licet anteponere, & sic in infinitum. Deueniendum igitur est ad terminum, infra quem alius non designetur, sicut in sponsalibus septennium completum Mathematicè requiritur. Sicut enim ætas, quæ iure præscribitur, in indiuisibili consistit, ne quisquam possit illam suo priuato iudicio mutare, vt benè aduertit Sanchez *lib.1. de matrim. disp.16.* Ægid. *disput.21.n.55.* Basil. *lib.12. c.5.* Hurt. *de matrim. diffic.14.* Sic & hora, quæ communiter à Doctoribus assignatur, (quod enim parum distat à re, nihil distare videtur,) non habet locum in termino præscripto à iure, siue quod æquiualet, à communi Doctorum. Ita Sancius, nimis quidem scrupulosè. Sup. hoc in Resol. præter, & in Resol. seq.

2. Et ideo aliqui putant, per semihoram, immò & aliqui per horam non peccare laicos mortaliter, si anticiparem in die ieiunij comestionem, & ita ego *in par.1. tract.9. resolut.17.* pro hac sententia adduxi Molfesium, & Filliucium. Verùm hæc quæstio in mea opinione non habet difficultatem; nam ego cum multis Doctoribus vt patet *in loco citato*, docui, quamlibet anticipationem horæ in comestione ieiunij non esse peccatum mortale; & ita etiam hanc sententiam docet Ioann. Henriquez *in compend. cas. moral. cap.18. numero 5.* vbi sic ait. [En el dia de ayuno se deue comer à hora competente, que es, desde las onze del dia hasta las tres de la tarde, pero si la comida se antepusiesse, ò pospusiesse de su hora, no sera pecado mortal, sino venial, como lo dize Toleno *lib.6. cap.4.num.4.* Y si se antepusiesse opospusiesse con causa, no sera pecado alguno como por razon de auer à caminar, y en este punto anduuo muy riguroso Nauarro *cap. 21. numero 27.* diziendo que es pecado mortal anteponer la hora de la comida.] Ita ille, quicquid in contrarium asserat Ludouicus de San Iuan *in summ. q. del ayuno, art.13. diffic.1. cap.2.* Quæ hanc sequetur, signanter §. Notandum, est, sed legeam per totam & vide inf. Resol.105. Sup. hoc in Resol. not. præteritæ §. Notandam, à lin.3. & inf. Resol. 105.

RESOL. CIV.

An qui in diebus ieiunij notabiliter anticipat horam comedendi, peccet mortaliter?

Et quæritur, quantum possit absque dicto peccato mortali præueniri dicta hora comedendi?

Et an Religiosi qui habent priuilegium anticipandi prandium per horam possint per horas cum dimidia prandium ante meridiem præuenire? Ex p.1. tr.9. Resol.27.

§.1. AFfirmatiuè respondet ex neotericis nouissimè Fagundez *Præcep.4. lib.1. cap.13. numero 4.* & ex eadem Societate Reginaldus *tom.1. lib.4. cap.15. num.191.* Azorius *p.1. lib7. cap. 11.q.4.* quod anteà docuerat Sup. hæc lege doctr. duarū præcedentiū Resol.

cuesat Caietan. *in 2.2. q.147. art.7.* Nauarrus *in Man. cap.21.n.27.* Paludanus *in 4. dist.15. q.4. art.4. concl.1.* Couarr *lib.4.var.resol cap.20.num.14.* Sylvest. *verb.ieiunium,n.13.* Homobonus *de exam.Eccles.p.1.tract.6.c.20. q.90.* Ledesma *in sum tom.2.tract.17.cap.2.dub.4.ante 5. concl.* Ican. de la Cruz *in direct. conf. par.1. precept.4. art.4.dub.8.concl.2.*

2. Hæc opinio est probabilis: sed contrariam probabiliorem esse existimo, & illam docet Lessius *lib.4. cap.2.dub.2.num.13.* Molfesius *in sum.tom.1.tract.10.c.5. n.16.* Toletus *in sum.lib.6. c.2. n.8.* Villalobos *in summ. tom.1. tract.13. dub.9. num.2.* Filliucius *tom.2.tract.27. p.2.cap.4.n.70.* Bonacina *de legib.disp. vlt. q.1.punct.4. n.3.* Fernandez *in exam.Theol mor.p.2.cap 8. §.3 num.6.* Angelus *verb ieiunium,num.2.* Innocentius de Rubricis *de obseruat ieiun.n.3.* Palat. *in sum Caiet.verb.ieiun.* Riccard *in 4.dist.15. art.3. q 8. in fin.* Vide etiam Layman *in Theol.mor.lib.4 tract.8. cap. .n.11.* Et ratio est: quia talis anticipatio est solùm mutatio accidentalis ieiunij: ergo non est peccatum mortale. Quòd verò sit mutatio accidentalis, patet: nam hora comedendi ex successu temporis magnam habuit varietatem in Ecclesia: ergo determinatio horæ in ieiunio, nunquam fuit de ipsius essentia; quia, quæ sunt de essentia, immutari non possunt absque immutatione eius, quod per eam constitutum est. Adde, quod si per talem anticipationem violaretur ieiunium, non teneretur quis adhuc ampliùs ieiunare: sed hoc asserere est absurdum; ergo, &c.

Sup. hoc in Ref. præter. §.vlt.per tot. & in Ref. seq.

3. Notandum est verò, quòd si sine causa anticipetur notabiliter dicta hora comedendi, erit peccatum veniale: quòd si aliqua iusta causa subsit, neque veniale peccatum erit; vt, si iter ineundum sit, vel hospites dimittendi, concio habenda post meridiem, prælectio in Academia, vel alia grauis occupatio, quæ liberam mentem à cibo, & potu requirit.

Sup. hoc ibidem, & signanter in Ref. præterit.

4. Sed dices, stando in contraria opinione, quæ asserit, hoc esse peccatum mortale, quantùm possit absque dicto mortali peccato præueniri dicta hora comedendi? Molfesius nimis laxè *in sum. tom.1. tr.10.cap.5. n.15.* putat per horam circiter: nimis scrupulosè Azorius *p.1.lib.7.c.11. q.4.* per quadrantem. Sed probabiliter, & sine formidine Azorij, Filliucius *tom.2.tr.27. p.2. cap.4. n.73.* putat per mediam horam: quia eiusmodi anticipatio non est notabilis, quidquid in contrarium sentiat Fagundez *Præcept. 4. lib.4. cap.3. numero 4.* vbi putat, semihoram esse tempus notabile: ergo, &c.

5. Sed in nostra sententia, quæ in hac anticipatione non agnoscit culpam mortalem, dicta anticipatio mediæ horæ non esset, vt benè notat Filliucius, neque peccatum veniale secùs, si vltra mediam horam anticipatio efficeretur; nam ita esset culpa tantò grauior venialiter, quantò ab eo longiùs recederetur: cùm verò Religiosi habeant priuilegium anticipandi prandium per horam, sequitur, posse dictos Religiosos priuilegiatos per horam cum dimidia absque vlla culpa prandium ante meridiem præuenire.

RESOL. CV.

Vtrum, qui ob iustam causam comederet hora octaua, aut nona ob iter agendum v.g. aut hospitibus inseruiendum teneatur illo die ad ieiunandum?

Et an qui putat se iter facturum, vel laboraturum, & ideo inculpatè summo manè comedit animo non ieiunandi, & tamen postea causa aliqua impeditus est, ne iter ageret, an in tali casu teneatur ieiunare? Ex part.1. tr.9.Ref.48.

§.1. QVi asseruit, horam non esse de essentia ieiunij, vt nos *superiùs* diximus, affirmatiuè respondebunt. Et ita docet Beja *p.1. decis. cas.45.* Vega *in sum p.1.c.14.cas.33.* Moure *in sum.p.2.c.8.§.2. num.5.* Lopez *in instruct p.2.c.112.* Rodriquez *in qq.Regular. tom.2.q.100.art.2.* & alij.

2. Sed Sancius, qui nouissimè suas Selectas disputationes edidit *in disp.53. n.5.* contrarium docet: quia hora vndecima est de substantia ieiunij, vel saltem intrinseca illa. Ergo soluitur ieiunium ex anteuersione horæ. Nec putat distinguendum esse, quando soluatur ex iusta causa, vel absque illa? & citat plures Doctores. Vnde infert, non teneri ampliùs ieiunare, qui malitiosè comedit, anticipando notabiliter horam ieiunij. Item, qui putabat, se iter facturum, vel laboraturum; & ideò inculpatè summo manè comedit, animo non ieiunandi; & tamen posteà causa aliqua impeditus est, ne iter ageret, vel laboraret; docet etiam in tali casu, quòd non teneatur ieiunare: at contrarium docet Layman *in Theol.mor.lib.4.tract.8.c.1.n.4.* qui citat Viualdum.

RESOL. CVI.

An qui è medio prandij surgit ad aliquid occurrens, possit postea redire ad continuandum prandium in die ieiunij?

Et quid, si longa mora intercesit, quamuis spatium duarum horarum intercurrerit, dummodo à principio surgat animo postea continuandi?

Et si quis surrexit à mensa animo non redeundi si forte prandium adhuc duraret, possit iterum, mutata intentione, ad conuiuas redire, a quibus recesserit? Ex p.1.tr.9.Ref.32.

§.1. REspondeo affirmatiuè cum Fagundez *Præcept.4.lib.1.c.4.n.3.* Fernandez *in exam.Theol. mor.p.2.c.8.§.3.num.8.* Toleto *lib.6. cap.2.num.7.* dummodo non habuerit animum ampliùs non comedendi, & interruptio sit parua; quæ quando talis sit, remittitur ad arbitrium boni viri. Ita Reginaldus *tom.1. lib.4. cap.14 num.177.* Azorius *part 1. lib.7. cap.11. q.1.* & alij: licèt Bonacina *de legib.disp.vlt.q.1.punct.3. n.10.* putet, hoc esse licitum, etiamsi longa temporis mora intercesserit; dummodo, vt diximus, surgat a prandio animo postea continuandi. Vnde putat Sancius *in Selectis, disput.52. num.4.* hoc etiam esse licitum, quamuis spatium duarum horarum intercurrerit.

2. Notandum tamen, quòd in hoc casu probabiliter putat etiam Lessius *lib.4.cap.2.dub.2.num.11.* & Layman *in Theol.mor.lib.4. tract.8. cap.1. num.6.* quòd si quis surrexerit à mensa animo non redeundi, si forte prandium adhuc duraret, posset iterum mutata intentione ad conuiuas redire, à quibus recesserat: quod posteà etiam docet Villal. *in sum.to.1.tr.23. diffic.6.n.2.* qui etiam addit, quòd [si el que tenia cogida ya la servilleta, pensando que se hauia acabado la comida, si despues le traen otra cosa que comer, no quiebra el ayuno comiendola, porque no es mas de vna comida, y si supiera, que hauia mas, esperara.]

3. Sed plus addit Filliuc. *tom.2.tract.27 p.2.c.2 q.10. n.41.* nempè, quòd si etiam non adesset alius conuiuas, si prandium instauraret intra breue tempus, vt quadrantem horæ, vel paulò magis probabile est, non frangi ieiunium: quia reputatur vna comestio moraliter: quod etiam antea docuerat noster Molfes. *in sum.tr.10. t.1.c.5.n.27.* vbi sic asserit: [Quando est modica interruptio, etiam sine animo repetendi prandium, non iudicatur fractio ieiunij, vt surgens à mensa accedat in aulam; vel alio, vt comedat electuaria, siue res de saccharo, & sic de aliis.] Ita Molfesius.

4. Notan

4. Notandum est etiam, quòd Portel. *in addit. ad dub. regul. verb. ieiunium, n.*10. putat, spatium mediæ horæ non esse magnam interruptionem, vt non possit quis redire ad cœnam, nisi (addit) quod manducauit, esset sufficiens ad sustentationem ieiunij: nam non posset iterum comedere absque fractione ieiunij.

RESOL. CVII.

An frangat ieiunium, si quis, vrgente aliquo negotio, per longum tempus interrumperet prandium?

Et quod sit hoc tempus longum? Ex p.10.tr.14.& Misc.4. Ref.64.aliàs 62.

§.1. NEgatiuè respondet Pater Pasqualigus, *decis. 111. n.5. & 6.* docens nullo modo frangi ieiunium, etiamsi (vrgente aliquo negotio) vsque ad nodum prandium interrumperetur. Ratio eius est; quia, cùm illa interruptio, licèt satis longa, non sit voluntaria, sed ex necessitate; secunda comestio censetur pars, & complementum prioris comestionis, quæ imperfecta fuit relicta. Sed ego alibi cum pluribus Doctoribus existimaui verè frangere ieiunium, illum, qui per longum tempus, ad arbitrium boni viri prandium interrumperet.

2. Sed nouissimè Pater Leandrus *de Præcept. Eccles. tract. 5. quæst. 33.* sub distinctione respondit, quod ille, qui etiam ob iustam causam interrumpit per amplius quam per duas horas prandium, seu cœnam, non possit absque violatione ieiunij ad ipsam complendam redire, si comedens alias in prima comestione sumpsit cibij quantitatem sufficientem ad ieiunium tolerandum: quia hoc tempus in hoc casu, sufficientissimum videtur ad diuidendas omninò illas comestiones, & consequentet ad violandum ieiunium, vt expressè docet Lessius, *lib.4. cap.1. num.11. vers. Infertur quarto.* Qui verò per minoris temporis spatium interrumperet, nullo modo violaret. Ita Leandrus, qui citat Sanctum, Angles, & Ludouicum de San Iuan: Et huic opinioni etiam ego adhæreo; quod non audeo facere cum sententia Patris Pasqualigi; contra quam sic nouissimè etiam asserit Pater Martinus de San Ioseph *in Moneta Confessar. tom.1. lib.2. tract.5. de ieiunio, num.*10. [El que en dia de ayuno, auiendo començado à comer, se leuanta dexando la comida por alguna ocasion de negocio, con animo de boluer à comer puede acabar el negocio, y boluer à comer, como la interrupcion no sea tan larga: que se iuzgue por dos comidas: porque moralmente se continua comida, aunque se interrumpa por espacio de vna hora. Trullenchez, *lib.3. tom.1. cap.1. dub.6.n.2.* Lessius, *l.2. cap.4. dub.13. numero* 11. Tomacina *de Præcept. Eccles. disput. vltim. punct.1. n.*10. Filliucius, *tom.2. tract.27. cap.2. n.*41. Nauarrus, *cap.21. num.15.* Reginaldus, *1. tom. lib.4. num.*177. Caietanus, *in summa, verb. Ieiunium.* Villalobos, *tract.2. diffic.6. n.* Toletus, *lib.6. cap.2. num.5.* Sanch. *in selectis, q.52. n.4.* qui citat Angles *in floribus, de Ieiunio, disp.9. de comica comestione, art.12. diffic.1.* que dizen ambos, que se puede boluer à comer, aunque ayan passado dos horas. Hucusque Martinus; cui adde Roccafull *in Praxi Theolog. Mor. tom.2. lib.3. de Præcept. Eccles. capite 4. num.60.*

RESOL. CVIII.

An famuli inseruientes Dominis frangant ieiunium comedendo gulosè fragmenta ciborum?

Et an seruitores, & lectores ad mensam possint assumere aliquid ante talem lectionem, & seruitium, licet nullam habeant necessitatem? Ex part.4. tract.4. & Misc. Ref.142.

§.1. HIc casus passim accidit, & ad illum affirmatiuè olim respondit quidam Confessarius, sed negatiuam sententiam tenendam esse puto, quam docet Sanch. *in opusc. t.2. lib.5. c.1. dub.24. n.3.* vbi sic asserit: Famuli qui inseruiunt mensis dominorum, non frangunt ieiunium comedendo gulosè ex iis, quæ de mensa tollunt, si statim post dominos suos sint comesturi, quia totum reputatur vnica comestio, & possunt illo modo incipere comestionem. Ita ille, qui etiam antea *n.2.* docuerat, seruitores & lectores ad mensam posse assumere aliquid ante talem lectionem, vel seruitium, non tantùm per modum medicinæ, vt possint debitè exequi officium, sed etiam per modum cibi & sustentationis, & ad subleuandam famem, licèt nullam habeant necessitatem, quia possunt tunc velle incipere comestionem, & finito seruitio, vel lectione perficere. Hæc Sanchez, satis quidem probabiliter. Sup. hoc sup. in Ref.102. §. Sed hic, à lin.7. & seqq.

RESOL. CIX.

An in die ieiunij licitum sit collationem serotinam mane sumere, & nocturno tempore cœnam capere?

Et notatur, quod mutatio talis refectiunculæ, si efficiatur ex causa iusta, vt v. g. propter studium, propter aliqua negotia agenda in die, propter iter, propter lectionem perlegendam, vel sermonem faciendum, propter vigilias nocturnas, & quid simile, non erit neque peccatum veniale. Ex p.1.tr.9.Ref.33.

§.1. NEgatiuam sententiam sub onere peccati mortalis docuerunt Azorius *p.1. lib.7 c.8 q.6.* Llamas *in summa, p.3. c.5. §.16.* Fagundez *Præcept.4. lib.1. c.4. n.16.* cum aliis, quia (ait ille) collatio serotina non à iure, sed à consuetudine introducta est: ergo serotina tantùm collatio licita erit, & non matutina, cùm adhuc matutina per consuetudinem non sit introducta. Sup. hoc sup. in Ref.8. §. Sed hanc, & seqq.

2. Hæc sententia est probabilis: sed probabiliorem esse contrariam existimo. Dico igitur, sine rationabili causa collationem serotinam manè sumere, esse tantùm peccatum veniale. Et ita docet Layman *in Theolog. moral. lib.4. tract.8. cap.1. n.*10. Fernandez *in exam. Theol. mor. p.2. cap.8. §.3. n.7.* Toletus *lib.6. c.2. num.8.* Filliuc. *t.1. tract.27 p.2. c.2. n.*18. Lessius *lib.4. c.3. dub.2. n.*11. Villalobos *in summa, tom.1. tr.23. diffic.7. n.2.* & alij. Et ratio est: quia ita faciendo non violatur substantia ieiunij, sed tantùm mutatur circumstantia illius cœnulæ.

3. Notandum est tamen, quòd mutatio talis refectiunculæ, si efficiatur ex iusta causa, vt v. g. propter studium, propter aliqua negotia agenda in die, propter iter, propter lectionem prælegendam, vel sermonem faciendum, propter vigilias nocturnas, vel quid simile; tunc, inquam, talis mutatio non erit, neque peccatum veniale. Ita docent DD. citati, quibus adde Cenedum *in quæst. canon. quæst* 45. *num.6. in fin.* Bejam *part.1. cas.3.* Naldum *in summ. verb. ieiunium, num.8.* Molfesium *in sum. tom.1. tract.*10. *cap.5. num.*37. & alios. Sup. hoc in Ref. not. præteritæ §. Sed hanc, ante med. vers. Dixe sin causa.

RESOL. CX.

An qui sine cœna accepta dormire non valet, teneatur mane collationem sumere, cœnam ad noctem differendo?

Vel

Vel an in tali casu non teneatur quis ieiunare? Ex p.1. tr.9. Res.51.

Sup. hoc sup. in Res. 8. §o vlr. cursim ad medium.

§.1. NEgatiuè respondet Sancius *in suis select. disput.*54. *n.*13. quia non seruatur ieiunium sumpta collatiuncula. Sed hoc mihi non placet. Alia ratio mihi arridet, quam etiam ipse affert, & est: quia non obligatur aliquis ordinem refectionum peruertere: sed tutò poterit se communi hominum consuetudini aptare. Igitur in tali casu non tenetur quis ieiunare, vt docet Caietanus *verb. ieiunium cap.*2. Lopez *in instruct.p.*2.*c.*111. Filliucius *tom.*2 *tract.*27.*c.*6.*n.*130. Ludouicus de S.Iuan *in sum.p.*1. *tract. de ieiun.art.*6.& alij.

RESOL. CXI.

In Vigilia Resurrectionis, & Pentecostes, an collatio serotina possit fieri in maiori quantitate?

Et docetur in Vigilia Natiuitatis Domini posse fieri in quantitate sexdecim vnciarum.

Et quid, si ieiunium Iubilæi cadat in prædicta Vigilia Natiuitatis Domini?

Et an in præfata Vigilia Natiuitatis Domini ex fructibus siue conseruis possit collatio serotina sumi sine mensura, & vsque ad satietatem: idque in casu: quo etiam Vigilia incidat in Sabbatho, & dies Natiuitatis Domini in feria secunda?

Et an hæc consuetudo vigeat in Hispania etiam inter Religiosos?

Et notatur, si ieiunium reddat inhabiles ad canendum Musicos, & cantores excusari à ieiunio, non solum pro seruitio Ecclesiæ, sed etiam pro solatio Principis.

Et additur Presbyteros causa conseruanda vocis posse in Quadragesima vesci ouis? Ex p.10. tr.12. & Misc. 2. Res.41.

* Alibi in Resolutionibus quæ hic sunt inf. 113.& 112. §. 1. & in Res.114.§.2. in fin.& in Res.115. §. Notandum in princip.& superius in tr.4.Res.24. §.1. Et pro Religiosis in hoc casu contentis etiam in hoc textu in Res. 1.huius not. §. Sed, & in Res.4.§.Notandum, ad lin.7. & in Res.5.§.2.

§.1. POsse hoc fieri in quantitate vnciarum sexdecim in Vigilia Natiuitatis, ego alibi docui, & magis amplè loquitur nouissimè Martinus de San Ioseph *in Monita Confess. tom.*1. *lib.*2. *tract.*5. *de Ieiunio, n.*3. vbi sic ait: [En la Vigilia de Nauidad ha introduzido la costumbre, que se puedan hartar los que hazen colacion de frutas, y conseruas, y cosas semeiantes, como no se coman manjares demas sustancia, como los que se suelen comer à medio dia. Sed me citato asserit aliquos docere, que esta costumbre no ha preualecido entre Religiosos. Verùm non deseram hic apponere verba Patris Pellizzarij *in Manual. Regular. tom.*1.*tract.*5. *cap.*5. *numero* 12. sic me citato, asserentis: Addo quod attinet ad refectiunculam sumi solitam in Vigilia Natiuitatis Domini; Doctores communiter ampliare eius quantitatem, nixos communi Fidelium vsui vbique inducto; vt duplò maior solito fiat refectiuncula. Quare Fagundez ait, quòd cùm iuxtà mentem Suarez ordinaria collatio 8. vncias habere possit ex fructibus, & pane, aut dulciaribus; in Vigilia Natiuitatis licebit sumere 16. vncias, plus minùs. Sancius *verò in selectis, disp.*52. *num.*10. ait in præfata Vigilia ex fructibus, siue conseruis posse sumi vsque ad saturitatem: idque etiam in casu, quo Vigilia incidat in Sabbato & dies Natiuitatis in feria secunda, cùm etiam tunc Vigilia in Sabbato celebretur, nec amplior refectiuncula negari debeat ex eo quod inter Vigiliam, & Festum Natiuitatis mediet dies Dominica; quamuis tandem concedat Sancius *num* 11. sumentem in tali casu refectiunculam adeo magnam violare ieiunium, vtpotè exigens ex essentia sua vnicam comestionem sine peccato tamen excusante consuetudine quam ipsemet Sancius addit, *numero* 10. vigere in Hispania, etiam inter Religiosos, sumendi scilicet in Vigilia Natiuitatis de fructibus, & conseruis absque mensura. Ita Sancius, non dissentiente Sanchez *qui lib.*5. *consil. cap.*1. *d.*16. admittit in peruigilio Natiuitatis posse sumi collationem duplò maiorem, imò & triplò: idque etsi Festum Natiuitatis contingat in Feria 2. & eius Vigilia in Sabbato. Idem sentiunt Diana *par* 1 *tract.*9. *resolut.*35. Azorius *p.*1. *lib.*6. *c.*8.*quæst.*8. aliique docti recentiores. Hucvsque Pellizarius.

Et pro casu, quo Vigilia incidat in Sabbato, &c. inf. in Res.114.§.2. & i. Res.115. §. Notandũ, & in Res. 112. §.2.

2. Sed difficultas est an idem dicendum sit de Vigiliis Paschatis, Resurrectionis, & Pentecostes: & affirmatiuè respondet noster Pater Pasqualigus *in praxi de Ieiunio, decis.*93. *num.*2. & 3. & nouissimè Leandrus, *de præcept. Eccles. tract.*5. *disp.*4. *q.*18. & 19. quia nimirum tale ieiunium est ieiunium lætitiæ. Lætitia enim Paschatis incipit in ipsa Vigilia, in qua non præparatio ad Festum Resurrectionis, sed ipsa Resurrectio celebratur, cantatur Missa solemnis in paramentis albis, cantatur, *Alleluia*, cantatur Hymnus *Exultet*, & omnia plena sunt lætitia, vnde etiam ieiunium debet esse mixtum lætitia, atque adeò cùm ampliori refectiuncula vespertina. Idem quoque ob eandem rationem dicendum puto de Vigilia Pentecostes; nam ieiunium quoque ipsius est ieiunium lætitiæ, sicut dies ipse Vigiliæ. Vnde est Vigilia priuilegiata, non secus ac quælibet alia, & quodammodo incipit in ipsa solemnitas Festi subsequuturi, & proinde celebratur Officium cum paramentis rubeis, quæ omnia indicant solemnitatem specialem coniunctam cum quadam specialilætitia.

3. At, vt verum fatear, non possum adhærere huic opinioni: nam in his casibus id tantùm licitè possimus, quòd consuetudo nobis permittit, vt communiter obseruant Doctores; sed in Vigiliis Paschatis & Pentecostes consuetudo non permittit maiorem quantitatem, quàm solitam: Ergo tantùm illam sumere possumus. Et ita nostram sententiam nominatim contrà Pasqualigum tenet nouissimè doctus, & amicissimus Pater Gregorius Gobat ex Societate, *de Iubilæo duplici, cap.*28. *num.*208. vbi sic asserit: Talis vespertina collatiuncula permittitur pro Iubilæo, qualis pro die ieiunij currentis; nam Bullæ nullam huic faciunt restrictionem, & vt paulò antè dixi, non impetrant nisi commune, seu vulgare ieiunium. Vnde, si ieiunium Iubilæi cadat in Vigiliam Natiuitatis Domini, fas erit duplò, aut triplò maiorem ex bellaris refectiunculam sumere, quàm alias; quia ex multorum sententia tanta permittitur illo die; & censet Pasqualigus *in praxi ieiunij, decis.*93. eandem quantitatem permitti in Vigilia Paschatis, & Pentecostes, eò quòd hæ sint etiam Vigiliæ lætitiæ. Sed nisi huic rationi suffragetur alicubi recepta consuetudo, admittenda non est, quandoquidem tota vespertinæ collatiunculæ ratio, & modus pendet non tam à iure scripto, aut ratione, quàm à consuetudine. Italle, & ego.

4. Nota hic obiter si ieiunium reddat inhabiles ad canendum, Musicos, & Cantores excusari à Ieiunio; & ita in Hispania fuisse consultum. Ratio est, quia hoc officium est pium in seruitium Ecclesiæ, & magni laboris. Et addit, Presbyteros, causa conseruandæ vocis, posse in Quadragesima vesci ouis, quia non est adstrictus quis causa Ieiunij diminuere suum exequi officium. Et ita docet me citato Ioseph Roccafull, *tom.*2.*de Præcept. Ecclesiæ lib.*3. *cap.*9. *numero* 181. & me citato Leandrus, *tom.*3.*de Præcept. Eccl tract.*5. *disput.*8. *quæst.*126. & me citato Pasqualigus *in Praxi decis.*238. & me citato Martinus de San Ioseph *in Mon. Confess. tom.*1. *lib.*2. *tract.*12. *num.*12. vbi

vbi sic : [Los Cantores conduzidos por estipendio, y los que tienen Prebenda por el canto, estan escusados de ayunar, si el ayuno estorua al exercicio de la voz. Y lo mismo es en los Cantores aquien dan salario, porque siruan de solez algun Principe.

RESOL. CXII.

An in Vigilia Natiuitatis Domini si quis vellet sumere collationem serotinam manè, possit illam sumere in quantitate, qua licitum est illam sumere sero?

Et supponitur in collatione serotina Vigiliæ Natiuitatis Domini posse sumi duplicem maiorem quantitatem, quam licitum est sumere in aliis ieiuniis etiam si Vigilia incidat in Sabbato, & festum Natiuitatis in feria secunda? Ex p.9.tr.6. & Misc.1.Resol.17.

1. DE hoc casu olim interrogatus fui à quodam Eminentissimo. Pro quo suppono id, quod alibi firmaui, in collatione serotina Vigiliæ Natiuitatis, posse sumi duplex maiorem quantitatem, quàm licitum est sumere in aliis ieiuniis. Ergo si in aliis licitum est sumere vncias octo, erit in illa licitum sumere vncias 16. & ita, me citato, tenet Ioannes Henriquez *in qq.pract. sect.16.q.5.*

2. Suppono secundò, aliquos probabiliter asserere, quòd si dies Natiuitatis veniat feria secunda, & transferatur ieiunium in Sabbathum, licitum esse in Sabbatho sumere in collatione eandem duplicatam quantitatem vnciarum 16. & ita, præter Doctores à me *alibi* citatos, docuit nunquam satis laudatus Basilius Pontius, teste Caramuele *in Regul. D.Benedicti, disp.128. n.613.* sic asserente: [In vigilia Natiuitatis poteris facere collationem secundùm vsum Patriæ, & Communitatis, non aliter; quia magna quantitas non vbicunque recepta. Incideret natalis Domini in feriam secundam, vnde ratio videbatur cessare: consultus doctissimus P.Mag. Basilius de Leon, Cathedraticus primarius in Vniuersitate Salmanticensi, respondit, posse illa die Sabbathi fieri collationem in magna quantitate, cui subscribo.] Ita ille.

3. His positis, ad casum propositum affirmatiuè respondet Pellizzarius *in Man. Regul. tom.1. tract.5.c.5. n.13.* vbi sic asserit : [Illud etiam hic moneo, in vigilia Natiuitatis sumi posse collationem pinguem modo *supra* dicto, etiam in casu, quo, dilata cœna in vesperam, sub meridiem sumat refectiunculam : & probo, tum ex eo, quod Doctores *suprà* concedunt posse sumi collationem tam copiosam, etiam in casu, quo vigilia Natiuitatis incidat in Sabbatho, & festum Natiuitatis in feria secunda, (in quo casu æquè cessat ratio concedendi refectiunculam adeò magnam ;) labor, scilicet, nocturni Officij, ac in præsenti casu, quo dilata cœna in vesperam, sub meridiem sumitur collatio : tum, quia ratio inducendi consuetudinem refectiunculæ adeò magnæ in vigilia Natiuitatis, videtur esse excellentia festi ; non autem solus labor nocturni Officij : talis autem ratio æque procedit, siue collatio sumatur meridie, siue vespere, vt patet. Ita in terminis docti viri à me consulti.] Ita ille.

4. Sed, vt verum fatear, ego magis adhæreo sententiæ negatiuæ : nam talis consuetudo in collatione nocturna tantùm prænaluit. Et ita nostram sententiam tenet Trullench *in Decal.tom.1.lib.5.c.3.dub.6. num.11.* & ante illum Sanchez *in opusc.tom.2. lib.5.c.1. dub.26. n.6.* Non audeo tamen damnare sententiam Patris Pellizarij, imò puto probabilem : est enim ieiunium illud, ieiunium lætitiæ.

RESOL. CXIII.

An collatio serotina in Vigilia Natiuitatis Domini sit sumenda in magna quantitate ratione consuetudinis?

Et an talis extensio militet etiam in Religiosis difficultas est?

Et notatur Curiales Romanos non frangere ieiunium facientes collationem, vt vulgo dicitur grossam secundùm consuetudinem Romanæ Curiæ Ex p.1.tract.9. Resol.35.

§.1. PRima opinio negatiua Nauarrus *in Man.c.21. num.15.* reprobans contrariam consuetudinem. Idem docet Rodriquez *in sum.tom.1.c.23.n.10.* Anton. Bernard. *in sum. c.22.n.23.* Angles *in 4. tract. de ieiun. q.9.art.2.diff.4. dub.1.* & alij.

Sup. hoc sup. in Resol. 111. §.1 & in Resol. 112.§.1. & in Resol. seq. §.1. & in Resol.1. post seq. §. Notandum, in princ. & sup. in tr.4. Resol. 24. §.1. & inf. in hac ipsamet Resol. in §. Quid ego.

2. Secunda opinio affirmat, vbi talis consuetudo adesset: & sic docet Villalobos *in sum. tom.1. tract.23. diff.7. num.5.* Ledesma *vbi suprà.* Llamas Beja *part.1. cas.3.* Medina *in instruct. Sac. part.1. cap.14. §.10.* & alij.

3. Tertia opinio distinguit, & est Petri de Cenedo *in quæst.canon.q.41.num.5.* vbi sic asserit : [In Diœcesibus & Prouinciis, vbi sic vsu receptum est, vt in Vigilia Natiuitatis Domini assumi possit in collationem, quantùm libuerit ex variis fructibus neque prælati reclamant ; sed potiùs ipsi Confessores, & Prædicatores eam consuetudinem sequuntur, huiusmodi certè consuetudo excusabit à transgressione præcepti ieiunij ; & in hoc casu procedit opinio affirmans. Si autem in aliquibus Prouinciis ab hac consuetudine reclamant Prælati, neque viri timorati eam acceptant, non excusentur à culpa : quia videtur potiùs corrupte-la, quàm consuetudo rationabilis. Et in hoc casu procedit opinio negans.] Ita Cenedus.

Et pro eo quantum libuerit, contento in lin. 5. §.Tertia, huius Resol. in Resol.1. huius not. in eodē §.1. & in Resol. 2. §.2. & in Resol.3.§.1.& 2. & in Resol. 2. in eodem §.& in Resol.5, §.1.

4. Quid ego sentiam, dicam breuiter. Omnes istæ tres sententiæ sunt probabiles : sed quia Azorius *p.1. lib 7.c.8.q.8.* affirmat, vbicumque in Vigilia Natiuitatis ferè esse consuetudine introductum, vt duplo maior solito collatio serotina efficiatur ; ideò puto cum Fagundez *Præcep.4.lib.1.c.24. n.19.* in tali die posse sumi pro refectiuncula vncias sexdecim plùs, minúsve ex pane, vel ex dulciaribus.

5. Sed an talis extensio militet etiam pro Religiosis difficultas est : nam Hieronymus Llamas *in sum.p.3. c.5.§.25.* putat, talem consuetudinem inualuisse apud Religiosos sed hoc mordicùs negat Villalobos, *vbi suprà, in summa, tom.1. tract.23. diff.7.num.5.* Ledesma *in summ tom.2.tr.27.c.2. concl.4. in fin.* vbi ait : [Entre los Religiosos esta costumbre no ha preualecido.] Et in nostra Religione certum est non extare. Ideò negatiuè respondendum videtur.

Sup. hoc sup. in Resol. 111. §. 1. paulò pòst init. & paulò pòst ante fin. & inf. in Resol. 115. §. Notandum, ad lin.7. & sup. in tr.4.§.24. Resol. 24.

6. Notandum est ex his, Curiales Romanos non frangere ieiunium, facientes collationem grossam, secundùm consuetudinem Romanæ Curiæ : quia tales videntur generaliter dispensati, postquàm Papa sciens eam tolerat, nec Confessores, & Prædicatores, eam damnant ; licèt hoc, vt benè obseruat Cenedo, *vbi sup. n.4.* non, quia efficitur & committitur Romæ, in aliis Prouinciis, & regnis extendendum est. Vide Caiet. *in verb.5.ieiunium, iuxta fin.* Armil. *in sum.verb.eod. n.12.* Tolerum *lib.7.cap.8.in fin.* & alios.

RESOL. CXIV.

An si quis v.g.amisit votum ieiunandi singulis sextis Feriis, & in illis aliquando incidat Vigilia Natiuitatis Domini, possit in collatione serotina sumere quantitatem pinguiorem?

Et

Et supponitur in prædicta vigilia posse sumi in maiori quantitate etiam in casu, quo ipsa vigilia cadat in Sabbatho, & dies Natiuitatis Domini in feria secunda.

Et infertur, quod Religiosus Franciscanus, qui ex voto tenetur ieiunare a festo omnium Sanctorum vsque ad Natiuitatem Domini non potest refectionem vespertinam pinguem sumere in vigilia Natiuitatis eiusdem.

Et an supradicta doctrina non procedat, si collatiuncula vespertina sumeretur mane, vel meridie in dicta vigilia Natiuitatis. Ex part. 10. tract. 12. & Misc. 2. Ref. 45.

Alibi in Ref. præterita, §. Tertia, & supra in Ref. 112. §. 1. in principio, & ad medium, à vers. Quare, & in Ref. 113. §. 2. & infra in Ref. seq. §. Notãdum est, pro triplo maiori, quam in aliis diebus.

§. 1. SVpponoid, quod alibi docui; & me citato docet nouissim è Martinus de San Ioseph *in Mon. Conf. tom. 1. lib. 2. tract. 5. de ieiunio, num. 1.* vbi sic ait: [En la Vigilia de Nauidad ha introduzido la costumbre, que se puedan hartar los que hazen colacion de frutas, y conseruas, y cosas semejantes, como no se coman manjares demas substancia, como los que se suelen comer à medio dia.] Ita ille.

2. Sed non deseram hic apponere verba Machadi, *tom. 1. lib. 2. par. 4. tract. 3. docum. 7. n. 4.* sic me citato asserentis: [A cerca de la colacion de la noche de Nauidad, si sea licita vsque ad saturitatem, siendo de las cosas permitidas en colacion, no es doctrina constante entre los Dotores; porque aunque muchos communmente defienden, que si; por auerlo entablado assi la costumbre. Nauarro, y otros que le siguen, condenan la colacion, que excede de la ordinaria; porque no juzgan por legitima la costumbre, que la ha introduzido. Otros dizen, que se puede hazer doblada la colacion, ò tres vezes mayor que la ordinaria. Però el Dotor Sanchez, no solamente prueua, que es licito hazer colacion quanto cada vno quisiere, como sea de cosas permitidas en colacion, sino que tambien goza deste priuilegio el Sabado, que se ayuna por caer el dia de Nauidad en Lunes. Ita Machadus. Supposito itaque quòd saltem in Vigilia Natiuitatis collatiuncula duplò possit sumi: v. g. secundum nostram sententiam, vsque ad vncias sexdecim; quod concedit præter Doctores à me alibi citatos Escobar *in Theol. mor. tract. 1. exam. 13. cap. 1. n. 102.*

Sup. hoc Sabbatho in Ref. 2. 3. & 4. not. præt. & in eisdem §§.

Alibi in Ref. præterita §. 1. 2. & 4. & supra in Ref. 112. §. 1. 2. & 4. & supra in Ref. 112. §. 1. & in Ref. 113. §. 1. & infra in Ref. seq. §. Notandum, in principio, & in alio §. earum annotationum.

3. Difficultas est, an hoc etiam sit licitum, si quis teneretur in illa die ieiunare ratione voti emissi; & negatiuè respondet Rodriquez, docens non posse consuetudinem introduci contrà ea, quæ sunt de iure diuino, sed solùm contrà ea, quæ sunt de iure humano positiuo, obligatio autem ex voto prouciens est de iure Diuino, idcircò contra talem obligationem nulla poterit legitima introduci consuetudo. Et hac doctrina infert idem Auctor, Franciscanus, qui ex voto tenentur ieiunare à Festo omnium Sanctorum vsque ad Natiuitatem Domini, non posse refectionem vespertinam pinguem sumere in Vigilia Natiuitatis eiusdem.

4. Verum his non obstantibus affirmatiuæ sententiæ adhæret Pater Bardi *de conscientia, discept. 6. cap. 1. §. 14. num. 2.* nisi oppositum in vouendo intentum fuerit, posse sumi ab ipso vouente pinguem refectiunculam in Vigilia Natalis Domini. Et ratio est, quia votum de aliqua materia non obligat, nisi eo modo, quo lex Ecclesiastica circa eandem materiam, quæ cum obliget eo die ad ieiunium, permittens vespertinam refectiunculam pinguiorem, eodem modo obligat votum, dum oppositum non constat de intentione vouentis. Antecedens autem est nobis probatum, illud autem tali pacto ostendo: votum est quædam lex priuata, quam vouens sibi imponit: ergo in dubio præsumendum est, quod lex ista priuata imposita fuerit eo modo, quo lex vniuersalis Ecclesiastica versatur circa eandem materiam, per illam proinde moderatur. Et hæc omnia docet Bardi *vbi supra*, qui citat Sanchez, Faustum, & Pasqualigum: quibus adde Pellizzarium *in Manu. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 5. numero 12.* & ego libenter huic sententiæ calculum meum adiungo.

5. Verùm, an supradicta opinio procedat si collatiuncula vespertina sumeretur mane in dicta Vigilia Natiuitatis, vt solent facere aliqui Eminentissimi Cardinales hic Romæ. Et negatiuè respondet Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 2. dub. 3. n. 9.* vbi docet, ea quæ dicuntur de maiori collatione in Vigilia Natiuitatis, intelligenda esse si nocte sumatur; secùs autem si in meridie; nam consuetudo in collatione nocturna tantùm præualuit: sed aliqui probabiliter affirmatiuæ sententiæ adhærent, vt Pellizzarius, *loco citato* à me alibi adductus; cui nunc addo Patrem Pasqualigum *in Praxi de ieiunio, decis. 102. n. 9.*

RESOL. CXV.

An habentes Bullam Cruciatæ possint in collatione vespertina ieiunij sumere aliquid casei, vel lactis, vulgo dicto Cascauallo, *seu* tomazzo?

Et an in Vigilia Natiuitatis Domini possit sumi collatiuncula duplo, aut triplo maior, solito?

Et quid est dicendum, si Vigilia Natiuitatis Domini sit in Sabbato, & licet in illo Sabbato, occurrat simul ieiunium quatuor Temporum?

Et an qui potest vesci carnibus in die ieiunij, & propter deuotionem vult aliquo die vesci lacticiniis, & ouis, teneatur ieiunare? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. Ref. 2.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Turrianus in *Sum. p. 1. cap. 256. dub. 37. concl. 2.* vbi sic ait: Sumi etiam potest in refectiuncula aliquid casei, vel lactis ab his, qui possunt vesci lacticiniis. Ita ille.

2. Sed negatiuam sententiam tenet Sanch. *in opusc. tom. 1. lib. 5 cap. 1 dub. 25. num. 4.* vbi sic asserit, Collatio non potest fieri cum caseo, lacte, crèmore amigdalina, & triticeo, id est, *Almendrada*, y *Almidon*. Hæc Sanchez. Et re vera si Turrian. *loco citato concl. 3.* & Sanchez docet collationem serotinam non posse fieri cum piscibus, neque cum pisciculis paruis, vel ouis, melius quare asserat posse fieri cum caseo, nisi velis dicere, quod sui fauorem DD. communiter asserere bellaria, quæ sumuntur ante, & post cœnam, licitè sumi in refectiuncula serotina, sed caseum ponendum videtur inter bellaria, quæ sumuntur post cœnam: ergo, &c. Et ita sententiam Turriani videtur etiam docere Bossius *de triplici Iub. sect. 4. cas. 18. n. 132.* vbi sic ait. Non negarem etiam in Quadragesima, vbi quis esset dispensatus quoad lacticinia, posse vnà cum pane adhibere parum casei in collatione, quia cernimus communiter caseum in ientaculis apponi. Ita ille. Licèt tutius esse abstinere, idque consulendum.

3. Notandum est etiam hìc obiter in vigilia Natiuitatis posse sumi collatiunculam duplo maiori solito, ego alibi, & nouissimè Turrian. *vbi sup. dub. 38. concl. 3.* Imò Sanchez ex doctis iunioribus *loco citato dub. 16. num. 1.* putat dictam collatiunculam in tali die sumi posse triplo maiorem, quam in aliis diebus, & testatur de vsu timoratorum etiam Religiosorum, qui extendit hoc, etiamsi Natiuitas Domini accidat feria secunda, & sic Vigilia sit in Sabbato, & licèt in illo Sabbato

Sabbato occurrat simul ieiunium quatuor temporum, quia adhuc illa vigilia est vigilia Natiuitatis, & id quod dignius est trahit ad se minus dignum, & testatur Sanchez sic determinasse multos viros doctos, re latè disputata. Sed hanc opinionem aduersùs Sanchez reprobat nouissimè Bossius *tr. de Iubilæo sect.4. cas.18. n.156.* Verùm opinionem Sanchez sequitur alter Sanchez, Ioannes videlicet, *in selectis disp.52.n.10.* & Turrianus *vbi suprà dub.38. concl.4.* asserens quòd quando dies Natiuitatis est feria secunda, & vigilia Sabbato antecedenti, licita est quantitas ex vsu.

4. Notandum etiam quòd qui potest vesci carnibus in die ieiunij, & propter deuotionem vult aliquo die vesci lacticiniis, vel ouis, non tenetur ieiunare. Ita Turrianus *loco citato dub.35. concl.6.*

RESOL. CXVI.

De quantitate, & qualitate collationis serotinæ.

Et an si quis inaduertenter sumat cibum pluries, ob id non frangat ieiunium? & ob id à collatiuncula nocturna sumi solita abstineri non tenebitur, nisi nimis proxime ad horam refectionis nocturnæ esset cibus assumptus?

Et quid est dicendum de collatione largiori Nobilium?

Et p.1.tr.9.Resol.1.

51. SVppono, tanquam certum, ex communi DD. sententia, vnicam comestionem esse de essentia ieiunij, sed collationem serotinam, in tali tempore, licitam esse ratione consuetudinis, etiamsi sumatur alendi causa. Videndum modò est, in qua quantitate & qualitate dicta collatio facienda sit.

2. Et quoad primum respondeo, quòd prima sententia docet, quantitatem trium vnciarum licitam esse. Ita Iacob. de Graffis *in decis.p.1.l.2.c.37.n.29.* Secunda sententia extendit hanc quantitatem ad vncias quatuor. Ita Homobonus *in exam.Eccles.p.1.tr.6.c.20. q.90.* Victorellus *in Notis ad Man.Nau.c.21.n.13.* & alij. Tertia sententia sex vncias concedit. Ita Villalobos *in sum. tom.1.tract.23.dub.7. num.4.* & alij. Quarta sententia vncias octo permittit. Ita Fagundez *de præcept. Eccl. tract.4.lib.1.cap.4.num.13. & 19.* qui etiam asserit, sic respondisse Suarez, cùm de tali quantitate interrogaretur. Et tandem quinta sententia putat, * quartam partem eorum quæ ieiunanti sufficerent ad ordinariam suam cœnam, non esse quantitatem notabilem. Ita Reginal. *in praxi, tom.1.lib.4 cap.14.dub.10. num.185.* Layman *in Theolog.mor. lib.4. tract.8 cap.1. num.9.* & Filliucius *tom.2.tract.27.part.2.c.1.quæst.7. num.33.* vbi ita in celebri Academia Theologorum definitum esse refertur.

3. Quid ego sentiam, dicam breuiter. Primam, & secundam opinionem puto nimis rigidam. Tertiam, & maximè quartam, tanquàm benigniorem, & probabilem, libenter amplector. Quintam verò sententiam, nimis laxam existimo. Nec valet dicere, quòd quarta pars in aliis rebus pro modica haberi solet: nam respondetur primò, hoc non esse absolutè verum: nam, si quis laboraret in die festo per spatium sex horarum, peccaret mortaliter, neque excusaretur ratione paruitatis materiæ, quam in tali casu puto esse duas horas; & tamen spatium sex horarum est quarta pars diei festi. Ergo, &c.

4. Secundò respondetur, collationem serotinam non iam esse licitam, quia sumitur in parua materia, & quantitate; nam alioquin licitè sumeretur à principio, quod est falsum: sed licita est, quia consuetudo illam introduxit. Sed numquam per consuetudinem introductum fuit, vt aliquis in dicta collatione sumeret quartam partem cœnæ. Ergo talem quantitatem sumere illicitum erit. Vnde semper mihi sumopere placuit sententia Lessij *lib.4. cap.2. dub.2. num.11.* Bonacinæ *de legib. disput. vlt. quæst.1. punct.3. n.2.* & aliorum assentium, circa quantitatem collationis serotinæ standum esse locorum consuetudini: nam, vt sæpe *suprà* dictum est, dicta collatio fuit per consuetudinem introducta: ergo sumenda erit iuxta limites receptæ consuetudinis.

5. Verùm est, quòd talis consuetudo non est intelligenda de illa, quæ viget apud viros parum timoratos; sed de illa, quæ viget apud viros bonos, & conscientiæ timoratæ, vt rectè notauit Fernandez *de exam. Theolog. p.2. cap.8. §.2. num.9.* Toletus *lib.6. cap.2.numero 4.* & alij. Hinc doctissimus Petrus Cenedo *in q.canon.q.41.numero 4.* sic asseruit, [Aduertendum est, etiam circa quantitatem collationis serotinæ, seruandam esse tantùm consuetudinem bonorum, ac timoratæ conscientiæ virorum; non verò alicrum, etiamsi dicatur contrarium esse præceptum à maiori parte populi.] Ita ille.

6. Sed, cùm quantitatem vnciarum octo in dicta collatione licitam esse *suprà* ex sententia Fagundez, & Suarez statutum sit; in hoc puncto non multos habebimus aduersarios: quia talem quantitatem ab omnibus cum acclamatione, & brachiis expansis sustinendam esse video. Difficultas ergo erit circa qualitatem ciborum dictæ collationis: nam multi pessimè in illa sumunt pisces, oua, & cætera lacticinia, quibus possunt ex priuilegio vesci. Ideò, quoad secundum punctum, de qualitate ciborum, assero, in dicta collatione, sub onere peccati mortalis, quantitatem licitam non posse sumi in piscibus, ouis, & aliis lacticiniis, seu cibis substantialibus in cœna manducari solitis. Et ratio est manifesta: quia, vt dictum est, collatio est licita propter consuetudinem: sed consuetudo, quæ introduxit dictam collationem, non solùm præscripsit, & præscribit quantitatem; sed etiam qualitatem ciborum: nunquam verò per consuetudinem in collatione introducti sunt cibi, qui communiter ordinantur ad sustentationem, & inter fercula apponuntur, vt pisces, oua, legumina, &c. ergo talia manducare illicitum, & peccatum erit. Verum, quia multi nolunt hanc veritatem intelligere, ponam per extensum verba Doctorum.

7. * Villalobos *in sum.tom.1. tract 23. dub.7. num.3.* [No se puede hazer colacion con pescado, ò hueuos, ni tan poco con legumbres, porque la materia de colacion es pan, conseruas, frutas, y yeruas, &c.]

8. Azorius *part.1.lib.7.cap.8.quæst.9* [In refectiuncula vespertina solùm edi possunt, quæ ante, vel post prandium sumi solent quales sunt, fructus arborum, herbæ, & alij quidam fructus leuiores sumi soliti ea tantùm ratione, ne potus stomacho officiat: vt proinde sit corruptela, si ij cibi sumantur, qui potissimùm ad nutriendum valent, qualia sunt legumina, & pisces.]

9. Reginaldus *in praxi, tom.1. lib.4. disp.14. dub.10. n.185.* [In collatione serotina solùm edi possunt, quæ ante, vel post prandium, aut cœnam aliàs sumi solent, qualia sunt, electuaria, fructus arborum, putà ficus, vua, nuces, pyra, poma, herbæ, &c. Si enim secùs fiat, id est, sumantur alij cibi, & qui valent potissimum ad nutriendum, vt sunt pisces, & legumina, non erit refectiuncula, sed ieiunium soluetur.]

10. * Filliucius *tom.2 tract.27.p.2.c.2. dub.6.num.30.* Cibi, qui communiter ordinantur ad sustentandam naturam, & inter fercula apponuntur, videntur prohibiti esse: tales sunt, pisces, oua, item iusculæ ex leguminibus, amygdalato, & huiusmodi: hæc enim omnia prohibentur; quia non solent numerari inter cibos ad ientacula; sed inter cibos ad alendam, & sustentandam naturam.]

11. Layman *in Theol.mor lib.4. tract.8. c.1. num.9.* [Qualitatem cibi in collatione sumendi, aiunt DD. cõmuniter

Sup. contenta to in hoc §. pro parte in Resol. præterita, §.1. & 2. & pro parte in duabus Resol. seqq. & infra in Resol. 119. & pro parte in Resol. 120. & 124. §.2.

* Sup. hoc pro ouis in §. præterito, & in aliquibus seqq. huius Resol. & in Resol. 4. & 6. not. præteritæ.

Et pro piscibus in § præterito & aliquibus seqq. in hac Resol. & in Resol.1. 2.4.5 & 6. not. præteritæ; & quoad legumina in duobus §§. seqq. huius Resol. & signãtur in Resol.6. not. præteritæ.

* Pro piscibus, & ouis contentis in hoc §. Filliucius, legè pro eis Resol. & §§. not. præteritæ.

Et pro piscibus ex leguminibus, amygdalato, &c. in Resol. præterita § 2. & in Resol.

munitèr esse fructus, aut herbas, adiuncto etiam pane; vel piscículo paruo, secundùm Azorium: sed ego puto, cum loqui de piscículo paruo, qui fumo siccatus, vel aceto maceratus sit, qualis etiam inter leuiores cibos numerari solet, vti colligitur *ex cap. Presbyter. dist.82.& c.1.de homicidio*, nam posteà ipse Azor. corruptelam esse ait, si ij cibi sumantur, qui potissimùm ad nutriendum valent, qualia sunt legumina, & pisces.]

12. Stephanus Fagund. *de Precept. Eccles. tr.4. l.1. c.4. n.18.* [Consuetudine vbique receptum est, vt in refectiuncula soli fructus, cum modico panis capiantur: & hanc consuetudinem excedere non est licitum. Et si aliqui nonnihil piscis adhibere soleant, id quidem per corruptelam faciunt, non per consuetudinem legitimam: communis enim consuetudo est, vt fructus modici, & modicum panis in collatione adhibeatur, non piscículi parui, nec tantillum magni piscis: non enim quantitas materiæ, sed materia prohibetur.]

13. Sancius *in Selectis, disp.52.n.8.* [Nec ex cibis ad cœnam aptis, etiam in minori censura, poterit accipi refectio: obstat enim ad id consuetudo contraria, quasi non excusaretur collatiuncula de herbis, & fructibus, neutiquam etiam nequiret assumi.]

14. Ioseph Angles *de ieiunio, q.9. art.2. dub.4.* [In collatione serotina ne illa sumantur, quæ per se ad nutriendum ordinantur, quales cibi sunt pisces, oua, & cætera: nam in his, quanquam similis quantitas non violaret ieiunium, ratione tamen qualitatis violaret.]

15. Vialdus *in candel. aur. p. vlt. c.11. n.25.* [In refectiuncula concedi potest frustulum panis cum pyro, pomóve, cum vua, vel paucis ficis, nucibus, vel his similibus.]

16. Berarduc. *in sum cor. p.1. c.1. n.69.* [In collatione serotina concedi possunt aliqua electuaria, confectiones, vel panis dulciarius, fructus, herbæ, &c. quæ ad nutriendum principaliter ordinata non sunt.]

17. Petrus Ledesma *in sum. tom.2. tr.17. c.2. diffic.5. concl.4.* [Vno puede hazer colacion con la cantidad de vn quarteron de pan, y tres, ò quatro azeytunas, y vn poco de conserua, ò otra cosa semejante.] Et paulò pòst fol.691. [No se pueden comer en colacion hueuos, ni otras cosas semejantes que siruen de cena.]

18. Iacobus de Graffeis *in decis. p.1 l.2. c.37. n.29.* [Collatio de sero fieri potest, vel sumendo parum fructuum, vel ficuum, vel panis solius, vel vtriusque, iuxta morem regionis.]

19. Vegha *in sum. p.1. c.14. cas.5.* [Es licito hazer la colacion, no solo con fruta, ò pan, ò yeruas disiunctiuè, sino à vn tambien conjunctim, & simul.]

20. Antonius de Litteratis *in sum p.2. c.19. n.4.* [Ieiunans in sero diei non debet sumere aliquod comestibile, quod in prandio consuetum est sumere; sed aliquid per modum medicinæ, ne potus illi noceat.]

21. Molfesius *in sum. tom.1. tr.10. c.3. n.24.* [Nihil interest, si in pane, vel fructibus fiat huiusmodi collatio, quamuis decentiùs fiat in fructibus.]

22. Syluius *in 2.2. q.147. art.6. Quæritur 2.* [Consuetudini standum est, quantùm ad qualitatem eius, quod pro collatione sumitur. Modicum panis accipi potest, vel seorsim, vel vnà cum fructibus, herbis, aliisque cibis leuioribus, cuiusmodi sunt ficus, vuæ, nuces, poma, vel alia ex saccharo condita: imò, & aliquid casei, vel butyri, vbi ita consuetudo obtinuit, non est illicitum.]

Vide etiam Lauorium *tr. de Iubileo, p.1. c.20. num.10.* Bejam *p.1. cas.3.* Sylvest. *verb. ieiunium, q.3. n.10.* Rodriquez *in sum tom.1. c.23. n.8.* Medinam *in instruct. Confess. l.1. c.13. §.10.* Llamas *in sum. p. c.3. §.24.* Ortiz, *in sum. c.15. n.10.*

Sup. hoc in Ref. seq. & in seq. §. Tertiò, & §. sed quia pro totum signanter, post medium, vers. vbi docet, & pro parte inf. in Ref. 119. §. vlt. ad medium, & in Ref. 121. & 122.

23. Ex his omnibus apparet, sine ratione, & fundamento, contra communem DD. sententiam, loquutum fuisse Bonac. *de legib. disp. vlt. punct.3. q.1. n.3.* vbi asserit, in serotina collatione non tam cibi qualitatem, quàm quantitatem attendendam esse: nam, vt *supra* ex ore omnium Theologorum probatum est, qualitas cibi in refectiuncula frangeret ieiunium. Et ita etiam sentiunt plures Patres nostræ Religionis, & ex Societate Iesv, à me de hac re consulti: vndè minimè dubitandum est, contrarium facientes peccare mortaliter, & frangere ieiunium. Scripsi hæc ad comprimendam audaciam aliquorum, qui ex authoritate Bonacinæ, contrariam sententiam in praxi consulere audebant: quæ quidem sententia non est probabilis; sed falsa: quia est destituta rationibus, & est contra communem, vt visum est. Ergo, &c.

24. Nota tamen hîc obiter, quòd si inaduertenter sumat quis cibum pluries, non ob id frangit ieiunium, neque ob id à collatiuncula noctu sumi solita abstinere tenebitur, nisi nimis proximè ad horam refectionis nocturnæ esset cibus assumptus. Et ita docet Sancius *in Selectis, disp.52. num.3.* qui etiam *n.9* notat, licere nobilioribus, ob adeptam consuetudinem, aliquantulum plus, quàm plebeiis, refectiunculam nocturnam accipere: solent enim esse debilioris valetudinis, & assueti delicatioribus, & pluribus epulis. Vide etiam Tannerum *in 2.2. D.Th. disp.3. q.3. dub.5. n.91.*

RESOL. CXVII.

An in collatione serotina ieiuniorum sit potius attendenda quantitas, quam qualitas cibi, ita vt in illa possint sumi pisces, legumina, & omne genus iusculorum, &c

Et inter multa, quæ in textu huius Resolutionis admittuntur pro materia collationis serotinæ in die ieiunij, & multa alia vetantur, tandem docetur, quod licitum est omnino sumere totam quantitatem panis, quæ est licita, & ipsam vino imbibere, quamuis ex hoc crescat in pondere, ergo & in quocumque alio liquore. Ex p.10.tr.14. & Miscel.4.Ref.60. aliàs 58.

§.1. HIc casus fuit à me sæpius pertractatus; sed quia sæpiùs oppugnatus, erit etiam sæpius defendendus, vt firma remaneat consuetudo tot sæculorum & communis Doctorum sententia. Itaque affirmatiuè ad casum propositum respondet Pater Vidal *in Arca Theolog. Moral. tit. de Ieiunio Inquis.1. num.125.* vbi sic ait: In vespertina collatiuncula, quæ fuit introducta ex consuetudine, & est necessaria ob congruam sustentationem naturæ, non est saltem grauis culpa vti piscibus tam siccatis, & sale conditis, quàm recentibus in debita quantitate. Et postea *num.138.* firmat, in collatione serotina, ieiunantem comedere posse sine ieiunij violatione, olera, legumina, iusculum confectum ex pane cocto cum amygdalis, herbas, fructus, & omne genus iusculorum, quod, in diebus ieiunij permittitur, & licitè adhiberi potest: nam iuscula solùm accidentaliter immutant substantiam illarum rerum, quæ licitè sine iusculo sumuntur, si tamen sint in debita quantitate. Adducit Pater Vidal pro hac sententia rationes, quas ante ipsum adduxerat Pater Pasqualigus *dec.113.* Primò, quia vel refectiuncula adhibetur per modum medicinæ; vel ad confortandam naturam: si propter hunc finem, non erit contra illum, sed potiùs conformius illi adhibere recentes piscículos, aut piscem quemcumque in exigua quantitate, quantumuis hic ex sua primaria institutione ordinetur ad nutriendum: Si autem adhibeatur propter medicinam, adhuc sequitur potiùs esse adhibendum piscem in collatione, quàm fructus, & alia quæ solent adhiberi; cùm hæc potiùs debili-

debilitent, & relaxent stomachum, & generent cruditates; Pisces verò stomachum corroborent, & tribuant illi virtutem, ne potus noceat, &c. Ergo. Secundò, quia pisces sunt cibus maceratiuus, & exigui nutrimenti: ergo, etiamsi in refectiuncula adhibeantur, adhuc seruabitur maceratio proportionata Ieiunio. Tertiò, quia pisces minùs nutriunt, quàm plures alij cibi concessi pro collatione, videlicet quam Panis, & quædam genera nucum, vt pinei, pistacia, caseus, & butyrum, quæ plus nutriunt, quàm pisces: ergo si concedantur cibi, qui plùs nutriunt, non videtur negandus Piscis, qui minus nutrit.

2. Sed his non obstantibus ex rationibus alibi à me adductis puto non esse recedendum à negatiua sententia, quam præter Doctores à me alibi vsque ad fetiatem adductos, tenet me citato, Pater Leand. *de Præcept. Eccles. tract.5. disp.4. q.41.* qui respondet ad argumenta Patris Pasqualigi: Et ad primum argumentum dicit verum esse; quod refectiuncula iam ordinetur ad nutriendam etiam naturam: sed ex hoc non sequitur quod debeat quis in refectiuncula nutri-neccssariò per ea, quæ ex primaria sua institutione ordinantur ad nutriendum, aliàs posset absque dubio, per optima absque distinctione cibaria, in die ieiunij non vetita, quoad vsque hæc nostra tempora, nemo ausus est dicere; quia nemo ausus est sic cibari, aut reficì. Nec rursus, *ex eo cap.* Quod refectiuncula sumatur per modum medicinæ (cui, illi ex primaria sua institutione competere, *quæst.3.* diximus) sequitur, potius esse adhibendos pisces, quàm fructus, ea de causa, quod fructus debilitent stomachum, & generent cruditatem, pisces verò corroborent stomachum, & tribuunt illi virtutem, ne potus noceat, &c. nam id falsissimum est, quia (vt bene notat Schola Salernitana *in Opus. de tuenda Valetudine, missso ad Regem Anglia, cap.30. & c.38. versic. post Pisces Nux sit, post carnes caseus adsit.*) Pisces flegmata generant; sunt-que frigidioris, & humidioris temperaturæ; & ideo, ob id difficilius concoquuntur, tardiùs subducuntur, promptissimè in ventricula corrumpuntur, & putrescunt, & putrescendo sitim generant, & veneni interdum nonnihil in se continent. Sic ibi schola. Non ergo pisces adhiberi in collatione debent, quia virtutem tribuunt stomacho & salubriores fructibus sunt, cum falsissimum id esse constet. Adhibentur ergo fructus, aut herbæ coctæ; nam istæ facilius concoquuntur, sitim mitigant, & sufficienter stomachum corroborant. Ad secundum argumentum, quod contrarium omninò primò, facto ab ipsomet Pasqualigo, est secundum: Quod dato, quod pisces sint cibus maceratiuus, exiguique nutrimenti, non ideò sequitur posse in collatione adhiberi, si aliàs per consuetudinem sint (vt sunt) prohibiti. Adde, quod magis maceratiuus cibus sunt fructus, & minoris nutrimenti, ideoque fructibus, non piscibus vsi sunt omnes sancti Monachi, & Eremitæ. Ad tertium, dicendum est, quod dato quod pisces minùs nutriant quàm panis, & aliqua alia quæ possunt in collatione adhiberi, non indè sequitur, quod etiam adhiberi pisces possint. Primò, quia hos consuetudo prohibuit, tum panem, & fructus. Secundò, quia licet panis magis nutriat, quàm piscis; magis tamen nutrit panis cum piscibus sumptus quàm sumptus cum herbis, aut fructibus. Quis enim poterit in dubium vertere, an maius nutrimentum afferat sumptio trium vnciarum panis, & quinque piscium; præcipuè magnorum vt thuni, salmonis, trutæ; Hispinet, arum, salmon, trucha, &c.) quàm sumptio panis quantitate trium vnciarum, & quinque fructuum? Nullus profectò, sicut nullus pòterit dubitare, sed pro certo habere non ieiunare illum, qui in refectiuncula vespertina cum duabus panis vnciis, sex thuni, salmonis, &c. sumeret. Hucvsque Leandrus *vbi suprà*; ex quibus patet etiam responsio ad ea quæ in fauorem suæ sententiæ adduxit etiam Pater Vidal, *vbi supra, n.126. cum seqq.*

3. Hinc dictus Pater Leandrus probat in collatiõne serotina non posse sumi pisces fumo siccatos, & sale conditos, nec cibum album, vulgò bianco manjare, si vice carnis conficiatur ex piscibus, nec legumina cum iusculo condita, nec cremor amygdalinus, aut triticeus, vulgò mendolata, & similia, & hæc omnia satis solidè tractat Leandrus, *quæst.30. 40. 42. 43.* quæ satis confirmant sententiam, quam Ego olim docui *in tr. de ieiunio, resol.1.* circa qualitatem cibi sumendi in collatione serotina. Rectè itaque dixit nouissimè Martinus de San Ioseph *in Monita Confessar. tom.1.l.2.tract.6. de Ieiunio, num.4.* [la colacion no se ha de hazer demanjares, de mucho nutrimento, como pescado, hueuos, y otros guisados, que comunmente se suelen comer, para sustento de la naturaleza, sino de pan, frutas, conseruas hechas de miel, ò azuchar, almendras, lechugas, &c. Finalmente las cosas que se suelen poner por sobre comedida. Y aunque Bonacina, y Azor admiten algunos pecezillos pequeños, ò parte pequeña de pece grande, & Turrianus, que los que pueden vsar lacticinios, pueden hazer colacion con algun poco de queso, ò leche; pero yo no me puedo persuadir à que esto sea licito, porque nunca lo he visto vsar, si bien es verdad, que donde huuiere costumbre se puede tolerar, porque por ella se introduxo la colacion, y tambien harà licitos estos manjares, *leg. fin. Cod. de testament.* Quia consuetudo est legitima Legum interpres, *cap. Cum dilectus, de consuet. leg. Si interpretatione ff. de legibus.* Ita ille. Vide etiam Rocafull, *in Praxi Theolog. Mor. tom.2. l.3. de Præcept. cap.4. n.67.*

4. Sed quia præceptum ieiunij molliendum est, dum tamen fieri potest, & non plus æquo, vt faciunt aliqui recentiores; idcò licèt Ego olim cum aliqua formidine concedebam iusculum panis cocti vnciarum octo, tamen nunc puto affirmatiuam sententiam esse satis probabilem, nec damnarem aliquem, qui in praxi illam sequi vellet. Primò, quia iusculum, quod miscetur cum pane, vel alio cibo solido, non auget substantiam cibi in ordine ad nutritionem, vt constat. Ergo eadem dumtaxat quantitas cibi nutritiui sumi ac si sumeretur crudus. Secundo; quia licitum est omninò sumere totam quantitatem panis quæ est licita, & ipsam vino imbuere, quamuis ex hoc crescat in pondere; ergo & quocumque alio liquore. Sic Pasqualigus, *decis.16.* dicens sic sentire doctissimos Recentiores, super hoc consultos, & à viris prudentibus obseruari in praxi, & Bossius *lect.4. de Iubileo, casu 18. num.128.* Nec obstat ratio Filliucij, scilicet quod panis madefactus in pondere crescat, & ideò demendum sit ex illo, quod superat debitam mensuram; quia respondetur, quod illud augmentum ponderis est omninò per accidens, nec est secundum rationem substantiæ ordinatæ ad nutritionem; sed secundùm rationem temperamenti ordinati per modum medicinæ ad commodum stomachi, & ideò non est necessarium quod adimatur illa quantitas, quæ in pondere creuit. Et hæc omnia docet Rocafull. *in Praxi Theolog. Mor. tom.2. lib.4. de Præcept. Eccles. cap.3. num.70.* Leandrus *vbi supra, quæst.35.* quibus adde à fortiori Patrem Vidal, *vbi supra, n.139.* vbi docet, in vespertina refectiuncula licitè sumi posse totam illam quantitatem cibi, quæ sumeretur si crudus esset, si coctus, cum iusculo sumatur. Ratio est, quia aqua mixta cibo cocto non auget cibi substantiam in ordine ad nutritionem, sed solum temperat cibi qualitatem in ordine ad faciliorem

Sup. his seq. in diuersis §§ Ref. præter. & signãter in 3 Filiucius, & 6, Layman. & inf. in Ref. 119. §. vlt. ad medium, & in aliis eorũ annot.

Sup. hoc in tom.6. tr.2. Ref.31. & in aliis eius not.

Sup. hoc olim inf. in Ref. 121. & 122.

concoctionem in stomacho: ergo. Neque illud ponderis augmentum in cibo cocto est secundum rationem substantiæ nutritiuæ, sed secundum rationem temperamenti ordinati per modum medicinæ ad commodum stomachi. Ita ille, cui ego adhæreo in iusculo tantum panis cocti, & in herbis elixatis aqua & oleo, vt concedit Leandrus, *q.37. & q.38.* Layman, *l.4.tract.8. cap.1. num.9.* & alij; non autem in iusculis aliorum ciborum. Itaque Confessarij, & Resp onsores casuum conscientiæ sint in diebus ieiunij liberales quoad iusculum panis cocti, dummodò abstinere faciant ab ouis, piscibus, & similibus, quæ tam libenter aliqui immeritò concedunt.

RESOL. CXVIII.

An in collatione serotina licitum sit sumere oua, & alia lacticinia, quando licitè in illis diebus possint comedi?

Et an in diebus, in quibus prohibentur oua, & lacticinia, possit quis comedere panem biscottum *in quacumque magna quantitate?*

Et an saltem in collatione serotina non sit damnandus, qui comederet vnum biscottum?

Et an capite, seu stomacho debiles possint in collatione serotina vti ouis? Ex p.10. tr.14. & Misc.4. Resol.59. alias 57.

Sup. contentis in hoc §. sup. in Res. 116. §. Sed cum, & §. Vltaloh: & in aliis eorũ not. pro his & in Res. 115. §.1. & 2.

§.1. AFfirmatiuam sententiam docet Pater Vidal *in Arca Theolog. Mor. tit.de Ieiunio.Inquisit.1. n.140.* vbi sic ait: Deducitur secundò; sine violatione ieiunij seruata debita quantitate sumi posse oua, lacticinia, nempè lac, caseum, butyrum, & huiusmodi in vespertina refectiuncula, quando hæc licitè conceduntur in diebus ieiunij. Ratio est, quia isti sunt cibi leues parum famem sedantes, vnde plus fames sedatur sumendo nuces, panem, legumina, & alios huiusmodi cibos, quàm sumendo eandem quantitatem ex ouis, & lacticiniis: ergo, &c. Confirmatur; lacticinia, & oua rationem non habent ferculi principalis in perfecta comestione, sed vt plurimum adhibentur in ientaculis, atque enumerantur inter bellaria, præcipuè lacticinia: ergo etiam stando in opposita communi sententia, oua & lacticinia non censentur prohibita in collatione serotina, cùm sint de iis, quæ ante vel post prandium solent adhiberi: ergo si hæc licitè comeduntur in vespertina refectiuncula, vt sentiunt Doctores communiter, ita etiam licitè sumuntur oua & lacticinia, vt intelligenti patet: ideò, &c. Ita ille.

Alibi in Res. & §. 1. not. præter. & in aliis eius not. sup. hoc cit. & latè in Res. præter. & in aliis eius not.

2. Sed si ipse defenderet hanc sententiam ex illo principio, quod multi à me alibi adducti tenent, nempe in collatione serotina non qualitatem cibi, sed quantitatem attendendam esse, posset forsitan sustineri; sed dicere, quod stando in nostra sententia negatiua, oua, & lacticinia in collatione serotina erunt licita, quia habentur tanquam bellaria; hoc inquam dicere videtur gratis, & sine fundamento dictum, & ideò relinquo prudentum iudicio, & communi hominum existimationi, ac consuetudini omnium Prouinciarum, si oua annumeranda sint in cænis ieiuniorum inter bellaria; & quidem nemo hoc vnquam dixit, vel dicet: nam oua, lacticinia, pisces & similia, tanquam maioris substantiæ post carnem apponuntur in medio prandij post initium, & ante finem; sunt igitur oua & lacticinia fercula principalia, quæ opponi solent in mensam nobilium. Hinc Layman, Turrianus, Syluius, & alij desudarent pro iustificatione, vt in diebus ieiuniorum possit in collatione serotina sumi parum casei; quia, (asserunt ipsi) vt patet ex vsu, inter bellaria connumerari posse videtur; nam sumitur in vltimo prandij cum herbis, & fructibus: Verùm hoc non audet concedere Martinus à San. Ioseph, *in Monit. Confessar. tom. 1. l.2. tract.6. de Ieiunio, n.4.* Sed quicquid sit de hoc, pro comperto tamen ouis, & aliis lacticiniis negandum esse existimo. Et ita me citato cum pluribus aliis firmat Pater Leandrus, *de Præcept. Eccles. tr.5. disput.4.q.40.* solidè respondens ad argumenta Patris Vidal, quæ ante illum adduxerat Pater Pasqualigus, sic asserit: Ad Primum in contrarium dicendum est, validum profectò esse hoc Pasqualigi argumentum, videlicet, ideò posse quis licitè oua in collatione sumere, quia hæc minus nutriunt quàm caro. Quid enim quæso; mi Pasqualige, refert quod plus, vel minus nutriat, si vtrumque est prohibitum? Caro communi iure; oua consuetudine immemoriali. Deinde id, quod addit, nempe quod oua concedantur à iure in ieiuniis extra Quadragesimam, tamquam cibus proportionatus pro abstinentia, & tanquam cibus leuis, parùm famem sedans, falsum est. Nam ius solùm prohibet oua in ieiuniis Quadragesimæ, eo quòd non sit cibus proportionatus pro tam solemni ieiunio, cum sit cibus proximior carnibus, delicatus, & ab abstinentia rigorosa alienus; in reliquis verò ieiuniis, id permittit, eo quòd non requirat in illis tam strictam abstinentiam, non verò, quia sunt cibus leuis, parum famem sedant, cùm potiùs valdè nutriant, vt testatur Schola Salernitana *cap.8. fol. mihi 49.* et Auicenna sic dicente: *Quandoque est nutriens parua quantitatis plurimo reficiens alimento; eius generis sunt potissimum oua & testes gallinacei, quorum nutrimentum ipsorum pensatur pondere.* Sic Auicenna. Ex illo ergo constat, & falsum esse, quod oua sint cibus leuis, & parui nutrimenti, cum in hoc, paria sint testibus gallinaceis; & etiam falsum esse consequenter quod plus sedetur fames, sumendo panem, ficus, nuces, & huiusmodi fructus, quàm sumendo panem cum ouis; vt experientia docet. Et constat, cum oua plus afferant nutrimenti, quam pisces, vt ex Graffio docet Anton. de Leon *quæst.de Chocolate part.3. num.4 fol.96.* Ita dicens: [la carne en los dias de ayuno se prohibe por ser de mucho sustento, y por esta calidad los gueuos, y lacticinios en Quaresma à los que tienen Bula, por ser de mas sustento vn gueuo, que doblada cantidad de pescado, como lo aduierte Iacobo de Graffis; los lacticinios, y hueuos, que con Bula se permitent en la comida meridiana, se excluyen en la colacion. Sic ille. Ad secundum dicendum verum esse, quòd refectiuncula sit propter confortationem stomachi, & subleuationem naturæ; sed inde non sequi, quod per ouorum esum debeat confortari, cùm sint alij cibi, qui id præstare valeant, vt panis, fructus, herbæ, & alij huiusmodi, quæ prohibita in collatione non sunt, sicut sunt per consuetudinem, oua. Ad tertium dicendum, quod data pro nunc maiori, neganda omnino sit minor. Falsum namque est, plus, & solidius, nutrire panem confectum ex ouis, quàm ipsamet oua cum pane simul; si enim ille pennis ita bene nutrit, quia confectus ex ouis, melius nutrient absque dubio oua ipsa: nam propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Ad quartum dicendum. Quod etiamsi sit falsum, imò & falsissimum, quod oua connumerentur inter bellaria, loquendo præsertim de cibis Quadragesimalibus, aut de cibis, qui mandi diebus ieiunij possunt; de his namque loquendo (vt in præsentiarum loquimur) oua inter meliora, imò & optima fercula numerari debent, & de facto ab omnibus enumerantur. Nec obstat, quod aliquando oua in ientaculis sumantur, nam ex hoc non infertur benè, quod debeant inter bellaria numerari, & ideo in collatione sumi possit quia vt notum est omnibus, multa alia, quæ habent rationem ferculi principalis, passim in ientaculis eum matutinis, quàm vespertinis apponuntur; cùm hoc

Sup. hoc casu supra in Res. 115. & ex conseq.

hoc ex appetitu, aut voluntate eorum qui prandium faciunt, aut cœnam dependent, sanè, non ex alio capite. Hucusque Leandrus docte, vt semper solet.

3. Ex dictis sequitur, non esse audiendum Pasqualigum asserentem, diebus in quibus prohibentur oua, & lacticinia, posse concedi panem biscoctum in quacumque magna quantitate. Sed hanc opinionem acriter refellit Leandrus *vbi supra, disp. 3. quæst. 18.* respondens ad omnia fundamenta Pasqualigi: Imo *disput. 4. q. 48.* putat collationem serotinam in quantitate vnciarum octo, non posse sumi ex pane ouis confecto, qui vulgò dicitur biscotto; Non tamen damnarem, qui comederet vnum biscotto. Et ita me citato docet Rocafull. *in Praxi Theol. Moral. tom. 2. l. 3. de Præcept. Eccles. cap. 4. num. 7.* Vnde Martinus de San Ioseph *in Man. Confess. tom. 1. l. 2. tr. 6. de Ieiunio, num. 4.* asserit: [No ay que escrupulear, es en comer vn biscocho en la Colacion, porque es pequeña la parte de hueuo que lleua, y lo demas es pan, y azucar. Et tandem nota Patrem Pasqualigum, *decis. 115. n. 7.* docere, quod capite, seu stomacho debiles; possunt in collatione vti ouis; Sed Leandrus *q. 47.* putat contrarium; quia alia oblata dantur, quibus licitè vti in collatione possint ad tollendam debilitatem capitis, & confortandum stomachum; vt ex dictis constat: illis ergo debent vti, stomacho, aut capite debiles, non ouis per consuetudinem prohibitis.

RESOL. CXIX.

An in collatione serotina licitum sit sumere v. g. duo oua, & quoad quantitatem an quis possit sumere quartam partem comestionis?

Et an in piscibus, caseo, lacte, cremore amygdalino, & triticeo, id est Almendrada y Almidon, *possit fieri supradicta collatio serotina?* Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Resol. 117.

§. 1. VTramque sententiam ego reprobaui *in tr. de ieiunio, resol. 1.* non tamen ita acriter, vt Turrianus Societatis Iesv *in censur. theologicis cent. 2. dub. 94. vb.* sic air. An sit censura dignum asserere in die ieiunij posse pro collatione, seu refectiuncula sumi duo oua? Respondeo, doctrina est scandalosa, temeraria & contraria bonis moribus. Ita ille. Quoad secundam quæstionem, Filliucius & alij, vt ego *vbi supra* notaui, affirmatiuè respondent, asserentes non esse quantitatem notabilem in collatione ieiunij sumere quartam partem eorum, quæ ieiunanti sufficerent ad ordinariam suam comestionem, quia quarta pars comestionis non censetur magna quantitas, sicut neque in Missa, neque in Horis canonicis. Secundò, quia quantitas, quæ fieri solet, non est minor quàm sit quarta pars. Tertiò, quia ita iudicatum est in celebri, &c. Sed hæc doctrina, ait Turrianus *loc. cit. cent. 3. dub. 27.* est omnino improbabilis, & temeraria iudicata à viris doctis Hispaniæ, neque est tuta in praxi, quia vel per comestionem intelligit meridianam, vel cœnam Vespertinam; & quicquid intelligat est falsissimum, quia in his comestionibus communiter homines ita magnam quantitatem assumunt, vt quarta pars sit quantitas notabilis, testes appello Hispanos, Gallos, Flandros, Germanos. Item non dicitur benè, quartam partem alicuius totius non censeri magnam, non est enim consideranda quantitas relata ad totum, sed secundùm se, vnde constat ad primam rationem. Ad secundam respondetur assumptum esse manifestè falsum secundùm communem consuetudinem Hispanorum, & eadem refertur apud alias nationes ab his, qui in eis habitarunt. Tertium nullius est momenti. Hæc omnia Turrianus, & ego antea, licèt magis suauiter *in d. tr. de ieiunio, resol. 1.* Non sunt igitur supradictæ opiniones in praxi admittendæ, & ita facientes frangerent omnino ieiunium. Quæ hic est sup. Resol. 116. §. 2.

2. Nota quòd post hæc scripta inueni sententiam nostram quam olim *vbi supra* docui damnantem sumentes collationem serotinam in diebus ieiunij cum piscibus, &c. docere etiam Sanchez *in opusc. tom. 2. l. 5. cap. 1. dub. 25. n. 4.* vbi ficait. Illa quæ sumuntur ad collationem simul cum pane, non debent esse cibi, qui ordinantur communiter ad perfectam sustentationem, vt oua, pisces; nam in his licèt similis quantitas non violaret ieiunium, violaret tamen ratione qualitatis, vnde non potest fieri cum caseo, lacte, cremore amygdalino & triticeo, id est, *almendrada, y almidan.* Hæc Sanchez, & ideo nescio quomodo contrarium facientes possint excusari à peccato mortali, cùm hæc opinio sit communis, neque valet consuetudo, quam aliqui asserunt, nam potiùs consuetudo est in contrarium, vt omnibus patet, nec probatione indiget; & vt consuetudo in tali casu excusaret, deberet esse introducta à maiori parte, connuentibus, & non punientibus Prælatis, nam non potest esse legitima consuetudo illa, quæ obseruatur à paucioribus, & parum, timoratis, & si forsitan aliqui viri probi hoc antea fecerunt, excusantur ex errore & bona fide, ex opinione Bonacinæ, non autem ex consuetudine, quæ reuera, vt dictum est, non adest, & contrarium asserere est falsitas; & sic tenent Patres Societ. Iesv, & nostræ Religionis. Sup. his in Resol. & §§. not. 2. huius Resol. Sup. his sup. in Resol. 115. § 2. & in Resol. 116. §. Filliuc. & in Resol. 117. §. Hæc, & inf. in Resol. 121. & 122.

RESOL. CXX.

An in collatione serotina ieiuniorum possit quis in quantitate licita comedere pisces?

Et notatur quantitatem vnciarum octo posse sumi in collatione serotina. Ex part. 9. tractat. 6. & Miscel. 1. Resol. 8.

§. 1. CVm *in meo Tractatu de ieiunio, resolut. 1.* pro affirmatiua sententia, quam ibi impugnaui, adduxerim solùm Bonacinam; postea per litteras à pluribus eruditis rogatus sum, vt si alios Doctores contra meam sententiam in fauorem Bonacinæ inuenirem, palàm facerem: quod nunc facio: & ideò eorum verba accipe, Petrus Marchant. *in Tribun. Sacrament. tom. 2. tract. 12. tit. 3. quæst. 3. dub. 1.* sic ait: [In collatiuncula vespertina de qualitate cibi non est altercandum, sed de quantitate duntaxat. Fundor: quia collatiuncula illa tolerata, vel permissa est ad aliquam confortationem naturæ, propter infirmitatem humanam. Quid igitur refert, quo cibo confortatio illa fiat, modò non excedatur; & cibus abstinentiæ ieiunij sit accommodus? vel quid singularis dispensationis, siue gratiæ interuenire potest, vt me fructibus, & pane repleam; pisciculum autem, aut subortiunculam alterius generis attingere non audeam? Igitur censeo, qualitatem cibi, modò ex prohibitis in diebus ieiuniorum non sit, collatiunculam non vitiare, si in quantitate non excedatur. Quæ hic est sup. Resol. 116, in §. Sed cfi, & §. Villalobos, & n aliis §§. eius not. assignatis sup. hoc, & in §. vlt. Resol. præter, in princ. & inf. in Resol. 124. §. 2. ad lin. 3.

2. Franciscus Ghetius *in thes. anima, tom. 2. verb. Ieiunium, c. 1. q. 4.* [In ientaculo serotino non refert, quid quisque sumat, si modum non excedat, dummodo non sit aliquis ex cibis vetitis: vnde poterit comedi caseus, pisciculi parui, vel pars exigua piscis grandis, iusculum etiam aliquod, & tandem quicquid magis vnusquisque putat prodesse suæ complexioni. Circa quantitatem non est determinanda; sed relinquenda est conscientiæ vniuscuiusque: quia, cùm diuersæ sint complexiones hominum, quantitas determinata poterit esse deficiens vni, & sufficiens alteri, excedens alteri.]

3. Nicolaus Mosciensus in *Tyroc. S. Artis Pœnitentiariæ, part.2. §. De secundo Præcepto ieiunij, num.22. fol.97.* [Materia collationis olim soli fructus erant: nunc autem sumat quilibet, quod vult, nihil refert, dummodo parvitas apud pios recepta non excedatur; & comedatur id, quod ad nutriendum potiùs valet, vt legumina, & pisces, quamuis etiam hæc in modica quantitate non obstarent ieiunio, ne collatio in cœnam transiret. Hæc autem quantitas non est taxata, sed arbitrio bonæ conscientiæ relicta, attentis circunstantiis locorum, temporum, personarum, & occupationum. Hinc etiam iusculum accipi potest, seruata paruitate.]

4. Iacobus Marchantius *in resolutionibus pastoralibus, p.2. c.5. fol. mihi 220.* [Difficultas est de qualitate, an possit quantitas illa modica sumi de cibis qualibuscunque licitis in diebus ieiunij, puta, de piscibus? Bonacina asserit, in vespertina collatione non tam cibi qualitatem, quàm quantitatem attendendam: & ita liceret, collatiunculam de piscibus, aut etiam de ouis, extra Quadragesimam, sumere, si modò quantitas non excedatur. In hunc autem insurgit acriter Antoninus Diana, & asserit, sic frangi ieiunium, peccari mortaliter ob qualitatem cibi sumpti; allegatque operosè multos Doctores, dicentes, non licere collationem facere, nisi cum modico pane, & fructibus, vel herbis, aut electuariis, & similibus leuioribus cibis, nec aliud consuetudinem permittere, sed esse corruptelam. His tamen non obstantibus, Bonacinæ sententiam nonnulli sequuntur, & dicunt, licere loco fructuum, vel piscículum, vel piscis grandioris particulam sumere, vel aliquid cibi alterius cuiuscumque liciti in diebus ieiuniorum, si modò non excedatur quantitas modica. Et quamuis non sit suadendus ordinarè huius sententiæ vsus; tamen cùm causa aliqua adest, potest fieri sine peccato; &, si fiat sine vlla causa excusante, ego non existimo esse nisi veniale.]

5. Ioannes Vvigers *de iustitia, & iure, tract. de Temperantia, c.1. dub.4. num.21.* [Petet aliquis, quid dicendum de cœnula vespertina, siue de collatiuncula, vt communiter vocatur? Respondetur, illam licitam esse, non tantùm ne potus noceat, vt solet dici; sed etiam alicuius alimenti causa. Ita docent Medina *C. de ieiunio, quæst.8.* Caietanus *verb. Ieiunium*, Nauarr. *cap.21.num.15.* Tannerus *tom.3. disput.3. quæst.3. dub.5. numero 91.* & plures alij. Fundamentum sumitur ex consuetudine: vnde & mensura illius erit sumenda, quam pro varietate locorum, scilicet, probat prudentum, & timoratorum vsus. Notat autem Bonacina *t.2. de Præceptis Ecclesiæ, disput.vlt. quæst.1.punct.3.num.3.* in hac cœnula, siue secunda refectione, vt loquitur, non ita stricte prohiberi cibi qualitatem, sicuti interdicitur quantitas. Vnde addit, quamuis magis communiter sumatur in cibis, quibus vescimur ante, vel post prandium, (vt hic in Belgio in pane, & butyro;) possit tamen etiam sumi piscículus, vel particula aliqua piscis maioris.]

6. Et hanc sententiam tenet etiam Zambellus *in Repert. Moral. ver. Ieiunium, num.9.* Pasqualigus *in Praxi de ieiunio, decis.113.* vbi citat Caiet. & Bizozerum, illam probabilem esse fatetur Trullench. *in Decal. tom.1. l.3. cap.6. n.8.* & Machado *tom.1. l.2 part.4. tr.3 docum.7 n.5.* ex authoritate Doctoris D. Garsiæ de Porras, Sacrorum Canonum vespertini Professoris, in emporio omnium scientiarum celeberrimæ Salmanticensis Academiæ.]

7. Sed, his non obstantibus, negatiuam sententiam communiter docent Doctores, ita vt falsam, me citato, affirmatiuam existimet Ioannes Henriquez *in quæst. practicab. sect.16. quæst.4.* Et nostram sententiam, me citato, docet nouissimè Pater Pellizzarius *in Man. Regul. tom.1. tr.5. cap.5. num.14.* cui adde doctum Patrem Leandrum à Murcia *in quæstion. Regularibus, ad cap.2. super cap.3. Regulæ D. Francisci, num.42.* vbi sic ait: [En quanto à la calidad, conuienen todos, que ha de ser de manjares de poca sustancia, como son frutas, conseruas, y yeruas; però no se puede hazer con manjares sustanciales, como son los, que de ordinario siruen à la comida; esto es, ni con pezes, huenos, ni lacticinios, ni con legumbres de mucha sustancia, como seria con vna escudilla de garuanços, ò con otros potajes semejantes. Esta sentencia la tienen communmente los Dotores. Y se prueua: porque la colacion, assi quanto à la cantidad, como en quanto à la calidad, se ha introduzido por la costumbre: luego à ella se ha de estar en entrambas cosas, jamas se ha introduzido en la Iglesia, que se haga colacion con los dichos manjares sustanciales, sino, con los referidos de menos sustancia, luego solo con ellos se puede hazer colacion.] Ita ille, & iterum ego, non obstante, quòd sciam id, quod Psalmista cecinit: *Si non fuerint saturati, murmurabunt.*

8. Nota hìc etiam, quantitatem vnciarum octo, quam ego probabiliter asserui posse sumi in collatione serotina, præter Suarez, Fagundez, & alios, quos citaui *in tract. de ieiunio, resolut.1.* approbare etiam Ioseph Augustinum *in Breui Notitia, &c. de Præcept. Eccles. n.1.* Escobar *in Theolog. moral tract.1. exam.13. cap.1.num.102.* & me citato, Pellizzarium *tom.1.tr.5. cap.5.num.10. & 11.* Gesualdum *in Theolog. mor. tom.3. tract.22.cap.2. num.27.* Pasqualigum *de ieiun. decis.91.* Leandrum *in qq. Regul. cap.2 super 3. Regul. §.2.num.41.* Baucium *in Miscellaneis, tract.1. q.75.* Ioan. Henrio, *in Compen. cas. consc. cap.10. n.2. & 3.* Sancium *in select. disp.52.n.7.* Machadum *tom.1.l.2. part.4 tr.3. docum.7. n.2.* Trullench *in Decalog. tom.1.l.3, cap.2. dub.3.num.9.* vnde refellendus venit Homobonus, qui *in respons. cas. consc. volum.1. part.2. respons.59.* parum modestè asseruit, supradictos viros doctos nimis laxè, & licenter loquutos fuisse.

RESOL. CXXI.

An iusculum ex pane cocto, vel pane cum amygdalis in collatione serotina adhibere possit, etiam si sonatur in ea quantitate quæ separatim sumi potest? Ex p.1. tr.9. Ref.34.

§.1. NEgatiuè respondet Layman. *in Theol. moral. l.4. tract.8. cap.1. num.9.* & Filliucius *tom.1. tract.27.p.2.cap.2.nu.31* quia, vt ipse asserit, sit aliud genus ferculi, quòd non ingredi solet ientaculum; sed apponitur in mensis ad alendum. Agente enim igne, ea quæ separatim cibi leuiores sunt, euadunt cibi ad sustentandam naturam; incrassantur enim, & fit quoddam artificiale diuersum. Vnde aqua ipsa quæ antea erat potabilis, & sumi poterat in qualibet quantitate, absque fractione ieiunij; postea sumitur per modum cibi, & certis limitibus tantùm sumi potest, nisi frangendum sit ieiunium. Vt omittam multo plus ponderare eiusmodi iuscula, quàm res separatas, ex quibus confecta sunt, atque adeò demendum esset ex his, quod superat debitam mensuram.] Ita Filliucius.

2. Non reticebo tamen Azorium, *p.1. l.7 c.9. q.8.* contrarium docere, vbi sic asserit: Quæres, an liceat aliquid suculenti sorbendo sumere loco refectiunculæ vespertinæ. Respondeo, fas esse, dummodo iusculum cum aliquo cibo in diebus ieiuniorum vetito coctum non sit; sed tantùm, vel cum pane, vel cum fructibus, aut herbis.] Ita ille, quem postea sequutus est Regi-

naldus

naldus *in praxi*, *to.1.lib.4.c.14. num.185.* & Bonac. *de leg. disp. vlt. punct.3.q.1.n.3.*

RESOL. CXXII.

An in collatione serotina ieiuniorum licitum sit sumere vncias octo in pane cocto?
Et quid de aliis iusculis? Ex part.9.tract.6. & Misc.1. Ref.8,aliàs 29.

§.1. PRima sententia negat. Ita Layman. *l. 4. tr.8. cap.1. num.9.* Filliucius *tom.2. tr. 27. num.31.* qui monet, non benè arguere illum, qui dicit: [In collatione vespertina possunt licitè sumere, quatuor vncias panis, duas vncias amygdalarum, & quantum aquæ libuerit: ergo etiam ex aqua; pane illo,& amygdalis possum conficere iusculum coctum, & illud totum sumere loco collationis: nam agente igne per concoctionem, plurimùm mutatur materia subiecta, atque ex ea alius cibus magis nutritiuus, maiúsque pondus acquirit; ita vt, iudicio peritorum, ex illis quatuor vnciis panis, amygdalis,& aqua, haberi possint duo iuscula pertingentia ad pondus viginti quatuor vnciarum, quæ vtique possent deseruire in cœnam,penè dixerim,competentem.]

2. Secunda opinio permittit iuscula, si quantitas tamen permissam frugum quantitatem non exæquet. Ita Escobar *in Theolog. moral. tract.1. exam.11. cap.1. n.101.* vnde obseruat Pellizzarius *in Man. Reg. tom.1. l.3. cap...n.16.* quod aliqui docti Neoterici, & inter illos, Pater Dominicus Zanetus, concedunt in refectiuncula vespertina sumi posse iusculum ex pane, & aqua,pertingens ad duodecim vncias.

3. Tertia opinio concedit absolutè, in collatione serotina sumi posse iusculum, absque peculiari indigentia, ac necessitate dummodo, iusculum non sit coctum in aliquo cibo vetito; sed tantùm in pane, vel cum fructibus, nec excedatur quantitas alioqui concessa Ita Pellizzarius *loco citato* qui citat ex Societate Azorium, & Reginaldum. Idem docet Nicolaus Mosensis *in Tyrocinio Sacræ Artis Pœnitentiariæ, part.2.§. De secundo præcepto ieiunij, num.22.* Ghetius *in the auro animæ, tom.1. verb. Ieiunium, cap.1.q.4.* & ideo Caramuel *in Reg. D. Benedicti, disp.128. n.1613.* docuit, non audere condemnare qualitatem collationis serotinæ quomodolibet paratam.

4. Quid ego sentiam, dicam breuiter. Puto igitur, omnia iuscula non esse in collatione introducenda: & ita adhæreo primæ sententiæ, stante consuetudine, cui in hoc standum est necessariò, vt *alibi* à nobis firmatum est. Non tamen secundam, imò & tertiam sententiam reprobo: quia in iusculis obseruatur consuetudo, quoad genera ciborum, quæ ipsa introduxit, & solum videtur variari modus. Vnde cum Trullench. *in Decal. tom.1. l.3. cap.1. dub.6. num.8.* non condemnarem eum, qui in refectiuncula vescitur pane cocto cum aqua, oleo,& sale,in quantitate aliàs licita, quidquid *alibi* etiam probabiliter asserui.

RESOL. CXXIII.

An in collatione serotina ieiuniorum quantitas licita possit toto sumi in solo pane?
Et an sine peccato mortali in serotina refectione ieiunij licitum sit sumere quantitatem excedentem vncias octo, v. g. quantitatem duarum vnciarum ratione paruitatis materiæ: Ex p.9.tract.6.& Misc.1.Ref.15.

§.1. NEgatiuam sententiam nouissimè tenet Pellizzarius *in Man. Regul. tom.1. tract.5. cap.5. num.15.* vbi sic ait: [Illud etiam hîc aduerto, quòd quando Doctores concedunt quantitatem octo vnciarum in collatione serotina; non est sensus, comedentem, si velit posse sumere octo vncias panis, aliàs nolit sumere quidquam de fructibus, aut herbis: sed sensus, ieiunantem partim ex fructibus, aut herbis, partim ex pane posse sumere quantitatem octo vnciarum. Moueor, tum ex communi modo loquendi, quo vtuntur Doctores communiter, dum loquuntur de quantitate, & qualitate refectiunculæ vespertinæ; siquidem communiter supponunt cum pane modico iungi fructus, aut herbas: tum quia panis maximè confert ad nutriendum, ideòque si concederentur octo vnciæ panis, ieiunans nimiam caperet sustentationem: puto autem,quòd si ieiunans in refectiuncula vellet vti solo pane, possent ei concedi quinque panis vnciæ circiter.] Ita ille.

2. Sed, vt verum fatear, ego non damnarem de peccato mortali qui quantitatem licitam totam in pane sumeret: nam Doctores asserunt, quantitatem licitam esse vncias octo panis cum fructibus; quia communiter cum pane talia obsonia iunguntur: sed non ex hoc sequitur, quòd quis non possit sumere quantitatem vnciarum octo solius panis, sicut posset etiam sumere quantitatem vnciarum octo, aut nucum, vel amygdalarum, aut aliorum fructuum: nam eo ipso, quòd consuetudo introduxit talia obsonia in collatione serotina, liberum est de ipsis sumere, quæ magis placuerint,& ideò licitum est illa sumere, coniunctim, vel separatim, in quantitate tamen permissa à Doctoribus.

3. Dicere autem, panem habere magnam substantiam, non facit ad rem: sufficit nobis, quòd sit cibus à consuetudine introductus: vt sunt festucæ magnæ substantiæ: vnde,si quis sumeret (vt vult Pellizzarius vncias quinque panis, & vncias tres festucarum, non frangeret ieiunium, & tamen sumeret maiorem substantiam,quàm si sumeret vncias octo panis. Igitur de cibis introductis in vespertina refectione à cõsuetudine, non est attendenda qualitas,sed quantitas: & in hoc sensu intelligendus est Caietanus *in Summ. verb. Ieiunium.* Vnde sententiam amicissimi Patris Pellizarij refellit Trullench *in Decal. to.1. l.3. c.2. dub.3. num.8.* vbi sic ait: [Quæres, quid liceat sumere in refectiuncula? Respondeo, licitè sumi posse ea, quæ communiter in ientaculis, & post prandium sumi solent, qualia sunt arborum fructus, herbæ,& cibi leuiores,vt ficus, amygdalæ, vuæ passæ, nuces,pyra poma, oliuæ, bellaria, vel alia ex saccharo, aut melle confecta electuaria: item & panis, vel solus,vel cum aliquo ex dictis.] Ita ille, cui adde etiam Iacobum Marchantium *in qq. Pastor.p.2.c.5.*

4. Sed hîc obiter quæro,an sine peccato mortali in serotina refectione licitum sit sumere quantitatem excedentem vncias octo? Respondeo affirmatiuè ratione paruitatis materiæ: & ego *alibi* ex Turriano, quantitatem duarum vnciarum existimaui paruam materiam. Sed Escobar *in Theol. moral. tract.1.exam.3.c.3.n.104.* putat hanc assignationem laxam esse, & admittit tantùm vnciam vnam. Verùm nostram sententiam nouissimè docet doctissimus Pater Leander à Murcia *in qq. Regul. in cap.2.super c.3. Regulæ D. Francisci, §.2.n.49.* sic asserens: [En la materia del ayuno se dà paruidad. Assi lo tienen Sanchez *in Summa, tom.1.l.1. c.4. n.12.* Alfonso de Leon *de officio Confessarij p.1.recoll.7. n.23.* Luis de Torre *in Summa Theologiæ moral. part.1. c.56. dub.27.num.2.* y comunemente los Doctores. Tota la dificultad està en señalar, que cantidad serà parua en esta materia. El dicho Padre Luis de Torres *en lugar citado*

Alibi sup. in Ref.90. §.1, & in Ref.92. ex doctr. §. vlt.& in Resol.96.§.vlt. in princ. & ad medium, & superius in tr. 4. Resol 24. §.2. prope fin m, verf. y no precaria.

citado dize, que la candidad de dos enças no es materia de pecado mortal, sino que se ha de juzgar por parua: però Antonio de Leon en la erudita questiõ, que tratò *del Chocolate, part. 3. n. 21.* reduze la paruidad de materia a dos onças, ò onça y media, diziendo, porque ay quien reduzga la colacion a la quarta parte de la cena comun, no es mal fondamento para dezir, que la quarta parte de la colacion sea materia parua, de donde colige, que como vnos reduzgan esto à seis, otros à ocho onças, los que dixeren, que la colacion se ha de hazer en cantidad de seis onças, diran que la paruidad de la materia se ha de reduzir a onça y media, que es la quarta parte; y los que leuaren, que la cantidad de la dicha colacion ha de ser en ocho onças diran, que la paruidad sera dos: con esta sentencia se conforma Antonino Diana *5. part. tract. 5. resol. 11.*] Hoc supposito, vt dixi, respondet affirmatiuè ad quæstionem. Et ita in terminis illam tenet Pater Pellizarius *vbi sup. in Man. Regul. tom. 1. tract. 5. c. 5 n. 11.* vbi sic ait: [Concedo tamen, quòd si quis in collatione vespertina sumat vncias decem cibi communis, peccat solùm venialiter. Idque colligo ex eo, quòd, iuxta dicta, probabile est posse licitè sumi in vespertina refectiuncula octo vncias absque vllo peccato; & aliàs probabile putant Turrianus *p. 1. Sum. cap. 256. d. 27. n. 2.* & Diana *p. 5. tract. 5. resol. 11.* ad violationem ieiunij mortalem non sufficere quantitatem duarum vnciarum cibi communis; & consequenter censent comedentem dictas duas vncias, peccare solùm venialiter contra legem ieiunij. Vnde fit, vt sumens in collatione ieiunij duas vncias, vltra octo, quæ conceduntur, peccet solùm venialiter. Quod Confessarij bene notent, ad subleuandam summam difficultatem, quam plures fideles sentiunt in obseruandis Ecclesiæ ieiuniis.] Ita ille, & ego. Quare nimis rigidum puto amicissimum Lezanam, qui *in Summa qq. Reg. tom. 1. verb. ieiunium, num. 4.* tantùm concedit in collatione serotina, tres, aut quatuor vncias. Nec deseram hîc obiter adnotare nouissimè Ioannem Henriq. *in pract. q. sect. 16. q. 4.* docere, [que la candidad de las ocho onças para colacion, no se han de entender con las frutas muy humidas, como son vuas, y ceruelas frescas, y cosas semejantes, porque doze onças desta frutas muy humidas son ocho de las frutas secas, y assi la maior candidad de lo humido, equiuale à menor cantidad de cosas secas.] Ita ille. Sed tu cogita.

Quæ hic est sup. Resol. 90. Et sup. hac q. sup. in Resol. 96. §. vlt. ad medium, vers. Infertur, & superius in tr. 4 Resol. 24. §. 2. prope finé, vers. Y no pecaria.

RESOL. CXXIV.

An licitum sit in collatione serotina ieiunij sumere legumina cocta in quantitate licita, v. g. vnciarum octo? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. Resol. 14.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Bossius *tract. de Iubileo, sect. 4. part. 18. n. 128.* vbi sic ait. Etiamsi non subsit causa, vt puta infirmitas stomachi, censeo in collatiuncula licitum esse edere iusculum ex aqua, seu vino, pane, & herbis, aut leguminibus, nullo alio præter salem, & parum olei adhibito condimento, & seruata debita quantitate, scilicet ea quantitate panis, aut herbarum, aut leguminum, quam seorsim licet sumere, quia cùm panis solùm cum aqua decoquitur, parum immutatur, & sic etiam herbæ, & legumina. Ita ille.

Sup. hoc sup. in Resolut. 116. §. Villalobos, & §. Regin. & §. Filliuc. & in aliis §§. designatis sup. hoc in sup. dicto §. Villalobos.

2. Sed contrariam sententiam docet Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 23. diffic. 7. num. 3.* vbi sic asserit.] No se puede hazer colacion con pescado, o hueuos, ni tanpoco con legunbres, como dize Azorio *part 1. lib. 7. cap. 8. q. 8.* lo qual entiendo yo, quando fuesse garbanzos tostados, o fabas crudas, sera materia de colacion.] Sic ille, & præter illum & Azorium docet etiam hanc sententiam Layman. *in Theolog. mor. lib. 4. n. 185.* Filliucius *tom. 2. tract. 27. part. 2. cap. 2. dub. 6. num. 30.* & alij communiter. Et ratio est manifesta, quia in refectiuncula vespertina solùm edi possunt quæ ante, vel post prandium, aut cœnam sumi solent, non autem alia cibi, qui valent potissimùm ad nutriendum, qualia sunt pisces & legumina. Adde quòd collatiuncula vespertina licita est ex consuetudine; sed consuetudo non introduxit, vt in ea sumantur legumina cocta, vt patet, ergo, &c. Vnde si Bossius *loco citato num. 130.* meritò negauit pisces posse sumi in collatiuncula ieiuniorum, nescio quomodo possit concedere legumina esse licita, nam, vt tradunt Doctores citati, etiam legumina ad nutriendum potissimùm valent.

Pro ouis, & pisces contentis in lin. 3. huius §. in §. 1. & 2. not. præter. & in

RESOL. CXXV.

An licitum sit eum, qui paratus est cœnare, inuitare causa vrbanitatis ad cœnandum in die ieiunij?

Et ex doctrina huius quæstionis infertur etiam vendentes in diebus ieiunij cibos prohibitos, an peccent?

Et an seruus, & ancilla, qui condiunt, & porrigunt cibos, & mensam heris non ieiunantibus sternunt, mensaque ministrant culpæ participes efficiantur? Ex p. 1. tr. 3. Resol. 38.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Lessius *l. 4. c. 1. dub. 3. n. 10.* cum Fagundez *Prec. 4. l. 1. c. 10. n. 13.* Et ratio est: quia nemo potest inuitari, aut incitari ad id quod sine peccato præstare non potest: sed hic non potest sine peccato comedere, vt supponitur: ergo non erit licitum illum ad cœnam inuitare.

2. Hæc sententia est probabilis: sed contrariam sententiam probabiliorem esse puto cum Azorio *p. 1. l. 7. c. 31. q. 12.* & Salas *de empt. dub. 47. num. 10.* qui citat Sà, & alios. Idem etiam docet Naldus *in sum. verb. ieiunium, num. 1.* Nauarrus ex Caietano *in Man. c. 21. num. 24.* Idem docet Tannerus *in 2. 2. disp. 3. q. 3. dub. 5. num. 94.* Philiarchus *de offic. Sacerd. tom. 3. part. 2. l. 3. cap. 25. in fin.* & nouissimè Franciscus Ortiz *in sum. c. 19. mand. 2. n. 10.* vbi sic asserit: [El que por causa de vrbanidad, ò de hospicio da comida al que esta aparejado à no ayunar, no peca.] Et ratio est: quia in ea circunstantia non inuitas illum ad cœnandum absolutè, sed ad cœnandum in domo tua, & non alibi; & sic non offers cœnam, sed offers locum, in quo cœna fieri potest. Probat hoc etiam Nauar. quia licitum est, ex iusta causa, inuitare ad actum per se, & suo genere bonum vel indifferentem, nullo modo consentiendo in eum, quatenus ex malitia alterius efficitur malus. Cæteras rationes vide apud Philiarchum *vbi supra.*

3. Post hæc scripta inueni, sententiam Nauarri etiam docere Layman. *in Theol. mor. l. 2. tr. 3. c. 13. n. 4.* Filliucium *tom. 2 tr. 27. p. 2. c. 5. n. 94.* & Villalobos *in sum. tom. 1. tr 23. diff. 3. n. 2.* vbi sic asserit: [Si alguno conuida à cenar al que sabe, que si no cena alli, ha de cenar en otra parte, no serà peccado conuidarle, segun Cayetano, y Nauarro: porque esto no es conuidarle à que cene, que ya hauia de cenar, sino à que cene alli, y no en otra parte, y como hauia de cenar à su costa, cena a la del, que le conuida.] Ita Ille. Vnde apparet, ex authoritate tantorum virorum quàm probabilis sit hæc opinio.

4. Ex his infertur primò, vendentes in diebus ieiuniorum cibos prohibitos, non peccare: quia tales in bona fide vendant, & non videntur cooperari peccato illorum, qui mala fide emunt; & in illis diebus multi sunt, qui iis cibis indigent, nec venditores vlla lege tenentur explorare voluntatem, & causas emptorum: ergo, si venditor certò non nouerit emptorem in

Sup. in §. 1. & 2. not.

emendo

emendo peccare, non peccat vendendo licèt vel publicè, vel secretò vendat. Ita Fagundez *Præcept.4. l.1. c.10 num.10.* & alij aduersùs Reginaldum *tom.1. lib.4. c.16. n.102.* Secundò infertur, quòd seruus, & ancilla, qui condiunt, & porrigunt cibos, & mensam heris non ieiunantibus sternunt, mensæque ministrant, nullius culpæ participes efficiuntur. Ita Azorius *p.1.lib.7. c.13.q.11.& p.2.l.12.c.vlt.q.5.* Villalob. *vbi sup.* Caietan. *in 2. 1.q.147.art.4.* & alij.

RESOL. CXXVI.

An licitum sit inuitare ad cœnam paratum frangere ieiunium?

Et hæc ratio est communis plurimis materiis.

Et an Confessarius accipiens plurium confessiones in peccato mortali, vnum tantum peccatum committat, an plura?

Idem dicendum est de illo, qui in peccato Communionem omnibus ministrat? Ex p.5. tract.7. Res.7.

NEgatiuam sententiam docet Turr. *tom.1. in 1.2.disp.95 dub.6.* Vasq. *opusc. de scandalo, quæst.43.art.1.dub.3.num.17.* quia ex opinione affirmatiua sequeretur licitum esse inuitare ad fornicationem, aut homicidium eum, qui paratus est alias fornicari, aut occidere, & reuera alibi fornicaturus est, aut occisurus. Similiter etiam liceret hominem paratum non audire Missam die festo inuitare, ad ludum, & eo ludo ipsum detinere ne audiat Missam, dummodo nihil horum fiat intentione ruinæ proximi, sed tantùm vt propriæ satisfiat voluntati, nam sicut ille, qui inuitat ad cœnandum in hoc loco & tempore, inuitat ad actum cui coniungitur malitia hîc & nunc, aut saltem si non inuitat ad actum simpliciter, sed vt fiat determinatus actus in hoc loco & tempore, & ideo non peccat, ex sententia Caietani: eadem ratione licitum esset inuitare hominem paratum fornicari, aut occidere vt fornicetur in hoc loco, & cum hac muliere, & occidat hunc hominem in hoc loco, & hoc tempore, si alium occisurus erat, vel cum alia fornicaturus. Si aliquis respondeat in hoc casu, non tantùm hominem inuitari ad locum & tempus, sed etiam ad coitum, quia signatur alia materia, idem omnino dicendum est de eo, qui inuitat paratum ad cœnandum, quia dum ipsum inuitat, non solùm signat tempus & locum, sed etiam aliam materiam cœnæ. Secundò, quia reuera ab omnibus censetur homicida & irregularis quicumque hominem paratum occidere inuitat ad occidendum in hoc loco & tempore, etiam eandem personam, quam occisurus erat, quia hoc ipso quòd consilio suo variatur tempus, & locus, variatur, etiam substantia homicidij; nam aliud homicidium est, quod hîc & nunc committitur, quàm homicidium quod alio loco & tempore committeretur, & in vniuersum omnes cooperatores alicuius damni obliganur ad restitutionem, & rei sunt peccati quotiescumque consilio suo fuere causa, vt damnum quod aliàs inferendum erat, citiùs, aut velociùs, aut alio loco, aut alio modo committatur, quia variato quocumque modo, variatur substantia operationis, & hæc est communis omnium DD. doctrina in materia de restitutione & irregularitate. Tertiò, si aliqua ratione excusaretur qui inuitat alias paratum ad cœnandum, non minùs excusaretur, si alias cœnaturus esset, quàm si cænaturus non esset, nam quotiescumque aliquis excusatur à cooperatione peccati alterius, ex eo tantùm excusatur, quia ille aliàs paratus erat ad faciendum, etsi facturus non esset, vt videbimus, ergo eodem modo excusaretur qui inuitat ad cœnandum, si inuitatus aliàs cænaturus non erat ac si cænaturus esset. Quartò, ratione à priori id probatur, quia ille, qui inuitat ad peccandum, non semper ideo peccat, quia directè intendat ruinam proximi, sed quia suadet aliquem actum talis loco & tempore, ex quo sequitur malitia contra aliquod præceptũ, sed ex actu cænæ, ad quam aliquis inuitatur tẽpore ieiunij, sequitur malitia contra præceptum ieiunij, ergo non licet ad talem actũ inuitare, inuitando autem ad cænam, non tantùm inuitat ad circũstantiam illius, hoc est, ad locum, & tẽpus, sed etiam ad ipsum actum. Et hanc opinionem docet etiam Basilius Pontius *de matrim.l.3.c.18.§.7.n.48.* vbi sic ait. Non licet inuitare ad cœnandum tempore ieiunij eum, qui paratus est cænare, quia cum illo actu tali loco & tempore inseparabiliter est coniuncta malitia: ergo, &c.

2. Verùm his non obstantibus affirmatiuam sententiam tenet Hurtado de Mend. *in 2.2. disp.173. sect.12. § 154.* vbi sic ait. Homini parato ad actum malum, illúmque, vel alium similem facturo, tametsi à me non inuitaretur, licet proponere occasionem, qua illum faciat, & ab eo petere vt faciat, e.g. Antonius est violaturus legem ieiunij, de quo ego sum moraliter certus, possum ex occasione graui illum inuitare ad meam cœnam, ita tamẽ vt ipsi constet quid à me petit, non absolute, quasi absolutè velim ne ieiunet, sed ex hypothesi quòd ipse velit non ieiunare, & quòd independenter à mea petitione est non ieiunaturus. Ita Caiet. *2.2.q.147. art.4. in fine* quamuis autem agat de solo ieiunio, ratio communis est pluribus materiis. Ita ille, & ante illum Bonac. *de leg.disp.1.q.4.punct.2.n.35.* Azor. *tom.2 l.12. c.18.q.4.* & ratio est, quia potest occurrere honesta causa illum inuitandi. Etenim illa inuitatio non est causa peccati interni, iam enim ponitur illud esse cõmissum. Neque est conditio sine qua ieiunium non violaretur externè, iam enim ponitur illum alibi cænaturum. Est igitur tãtùm oblatio materiæ, quã ille possit eligere ex suppositione, quòd sit absolutè cænaturus. Hæc oblatio non est simpliciter mala nec ex se; inuitatio enim ad cænam secundùm se nulli opponitur legi. Consilium autem vt cænet apud me, non est absolutum, sed conditionatum; ad illud autem consilium possum ego moueri honestè multis rationibus. Nam si nulla esset causa, erit peccatum eum hominem inuitare ad cœnam, etiam sub conditione: at non est opus vt causa sit multùm grauis. Sufficit enim, v. g. timere fracturum ieiunium alibi cænaturum cibos noxios, vel ne inurbanus existimetur, possum etenim in his & similibus casibus dicere, Si tu vis alibi cænare, ego tibi dabo cænam. Ad argumenta verò quæ superiùs adduxit Vasquez contra hanc sententiam, ad omnia respondet Hurtado *§.162. & seq.* Dicendum est igitur absolutè non licere aliquem inuitare ad illos actus, quantumuis aliquis sit ad illos paratus, & hæc est doctrina cõmunis ipsorum, etiam Caietani & Nauarri. At verò inuitatio conditionata non potest semper esse damnata; quia si Antonius decreuit necare hodie Franciscum, neque possum ego id impedire, possum consulere Antonio, ne illum hodie, sed cras occidat, ex suppositione, quòd illum sit occisurus, vt ea procrastinatione cõsulam vitæ Franciſci. Nec potest dici me fuisse causam, vt citiùs occideretur Franciſc Item si decernit illũ occidere in hoc loco, possum illi consulere, vt illum occidat in alio distantiori, vt eo breui tempore protrahatur vita Franc sci, vt mutato loco per temporis dilationem, aut alias causas fortè fortuna Francisco prouideatur. Teneor enim id consulere ex ea suppositione. Item si Antonius velit illum occidere domi meæ, possum illi dicere, si illam es occisurus occidas extra domum. Item si Antonius est certus ire ad fornicandum cum fœmina illi consensura, nisi alia

fœmina

fœmina illi sit præstò, possum ego illi dicere, Si peccaturus es cum altera è duabus, pecca cum hac quia licèt sit æquale peccatum cum alterutra, tamen possunt multæ supponi causæ, quibus ego honestè possum & debeam id facere. Si enim alia fœmina sit mihi affinis, aut mihi sit turpis illius consensus, aut plura ego mala timeam ex peccato vnius, quàm ex alterius, aut Antonius iratus ad quærendum alium sit occidendus, cur ego non potero ei dicere, vt si peccaturus est cum altera è duobus, peccet cum hac? Idem dico de homicidio; si enim ille certus sit occidere alterum è duobus, alter verò sit meus amicus, aut consanguineus, cur non potero dicere illi, Nec hunc occidas, sed si quidem occisurus es, occide hunc, & non alium? Si verò ille non decreuit occidere alterum è duobus, sed tantùm vnum, nihil cogitans de alio, non possum ego repræsentare simul, & persuadere alij, de quo non cogitat.

3. Quid ego sentiam in hac quæstione dicam breuiter. Prima sententia est probabilior, & illam præter DD. citatos *vbi suprà*, tenet Castrus Palaus *tom.1.tr.6. disp.6. punct.9.n.4.* Suarez *de charitate, disp.10 sect.3. n.1. & sect.4.n.5.* & alij. Secundam sententiam Hurtadi puto etiam probabilem esse & tutam in praxi; & ideò non rectè Vasquez *vbi suprà* dixit carere probabilitate; & illam præter Hurtadum tenent Doctores, quos ego ipse citaui, & secutus sum *in 1.part. tract.9. resol.38.* Vnde immeritò & parùm religiose Religiosus quidam olim contra me falsam hanc sententiam vocauit, ad cuius audaciam compescendam iterum hanc quæstionem pertractare decreui.

Quæ est Resol. antecedens, & in aliis eius primæ annot.

4. Dixerunt etiam mihi eundem Religiosum falsam vocasse aliam opinionem, quam ego olim probabilem esse dixi, nempe Confessarium accipientem plurium confessiones in peccato mortali, vnum tantùm peccatum mortale committere; & ideò etiam hîc adnotare visum est mihi supradictam sententiam, vt probabilem, non solùm docere Henriquez, Rodrig. & Fagundez alibi à me citatos, sed etiam Philippum de la Cruz. *en su Norte de Confessores, tr.1.§.7.* vbi sic ait. [El Confessor que en pecado confiessa muchos, tam poco tendra obligacion à numerar los que ha confessado, sino basta que diga, que estando en aquel estado confessò, y administro el sacramento de la Penitencia: lo mismo se ha de decir, del que estando en mal estado dà la Comunion, que fuera del pecado que haze en dezir Missa en desgracia de dios; no comete mas de otro pecado, aunque de la Comunion a infinitas personas, porque aunque parecen distintos actos, son solo vno ordenado à vn obiecto: assi lo sienten Enriquez y Manuel Rodrig. que se apartan de la opinion de Siluestro, que affirma lo contrario; ni obsta el dezir que son distintos actos los que comete vno desseando à muchas mugeres, o al contrario vna desseando muchos hombres, y tenga para cada vno su voluntad de ofender a Dios, ni el que aguarda a vna calle à muchos, y los va matando; pues este tantas quantas vezes mata, tantas iniusticias distintas haze, y la orra ò otro que tienen voluntad deshonesta, y en mala parte; pues esto no solo se ordena a la entidad, si no tambien a la malicia, siendo como son distintas.] Ita ille, licèt probabiliter etiam alij contrarium asserant; quos Theologaster, de quo loquimur, tantùm legerat,

Alibi in tom.1. tr.7. Resol.42. & 25. §.Nec obstat, & in multis aliis eius annot.

Sup. hoc in tom.2. tr.1. Res.25. & in multis aliis eius not.

RESOL. CXXII.

* Sup.prima diffic. huius tit.in tom.7. tr.5.Res.67. §.vlt.ad lin.

* *An Caupones, seu tabernarij proponentes cœnam in die ieiunij omnibus indifferenter, peccent mortaliter?*

Sed difficultas est, quando dubitant, vel credunt alterum à ieiunio non excusari? Ex part.1.tr.9.Res.59.

§.1. QVando probabiliter credunt, illos excusari à ieiunio, posse tales cibos ministrare putat Philiarchus *de off. Sacerd. tom.1. part.2. lib.3. cap.25.* & alij: imò, quando dubitant; quia suum non est hoc discutere, vnusquisque præsumitur bonus. Ita Reginaldus *in praxi, to.1.l.4.c.16. num.200.* Valentia *to.3. disp.9.q.2.punct.3.* Vnde non tenentur eos interrogare de hoc; an, scilicet, habeant causam; quidquid in contrarium asserat Lessius *l.4.c.2.dub.4.n.24.* & Filliuc. *to.1.tr.27.p.2.cap.5.n.93.* vt optimè contra illos notauit noster Molfesius *in sum.to.1.tr.10.c.5.n.30.* & Sanch. *in sum.to.1.l.1.c.7.n.34.* cum Homobono, *vbi infrà.*

2. Tota igitur difficultas est, quando credunt, alterum à ieiunio non excusari. Prima opinio affirmat, tales peccare mortaliter: ita Toletus *in sum.l.6.cap.5.* Fernandez *in exam. Theol p.2.cap.8.§.2.num.12* Nauarr. *in Man.cap.21.n.16.* Gabriel *in 4.dist.16.q.3.art.3.dub.6.* Medina, & alij. Secunda opinio negat: ita Ledesma *in sum. tom.1.tract.27.cap.2. concl.6.diff.4 fol. mihi 698.* vbi sic asserit: [Si fabiendo que algunos tienen determinacion de quebrar el ayuno, ò comer carne, no pecan los mesoneros, ministrandoles semejantes manjares? esto enseñan communmente los Dotores. La razon es, porque en tal caso los mesoneros no concurren al quebrantamiento del ayuno, pues ellos estan determinados de quebrantarle, ò comer manjar contrario. Aduiertase que en tal caso, no tienen obligacion à negar à los huespedes comer, por via de correcion fraterna; porque de ordinario los mesoneros no pueden corrigir à los huespedes que passan, particularmente siendo gente authorizada, y tambien que si les niegan los manjares, los hallaran en otros mesones, ò en otras partes, por lo qual no tienen semejante obligacion.] Ita ille: & pro hac sententia Sanch. citat Salonium, Martinum Ledesmam, Rodriq & alios, & nouissimè illam docet Homobonus *de exam. Eccl.p.1. tr.8.cap.7.q.12.* & Faustus *in thes. Relig.l.1.q.118.num.1.*

3. Tertia opinio distinguit. Vel caupo potest, sine incommodo notabili, negare supradictis cœnam; vel non potest: si non potest, non tenetur; si potest, tenetur, quia ex charitate obligatur impedire offensionem Dei, quantùm commodè potest. Sed etiam in tali casu, si supradicti essent aliò ituri, & cœnaturi, potest præbere illis cœnam; quia peccatum non potest sic impediri: & ita sentit Filliuc. *tom.2. tract.27.p.1.cap.5. num.93.* Lessius *l.4.cap.2. dub.4. num.24.* Sanch. *in sum. tom.1. lib.1.cap.7.num.35.* & alij.

4. Omnes istæ tres sententiæ sunt probabiles: sed secunda magis mihi placet, & in praxi quasi semper sustinenda videtur: quia, moraliter loquendo, vt idem met Sanch. obseruat, tabernarij, & caupones dicti nunquam ob hanc causam peccabunt mortaliter: quia, etiamsi tales cibos; & cœnam non ministrent, alibi hospites sunt empturi, aut cœnaturi. Deinde, confluentes ad eos communiter sunt viatores, operarij, aut pauperes; & ideò probabiliter possunt existimare, hos habere causam frangendi ieiunium. Et licèt apud ipsos etiam confluant viri nobiles, & deperditæ vitæ; tamen non tenentur illis denegare cœnam: quia, cùm caupones sint infimæ sortis, & illi effrænatæ linguæ, iniuriis, & contumeliis eos afficient: &, quod magis, vim facient. Ad hæc, si tali pacto cum confluentibus ad eorum tabernas tractarent, pauci ad illas confluerent; & sic notabile detrimentum in bonis sustinerent. Igitur ex his Confessarius dictis tabernariis scrupulos non iniiciat; sed illos absoluat.

In indice primo huius Tom.4. Vide Appendicem ad hunc Tract.6. vbi inuenies alias multas quæst. missas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Resol. qua simul pertinent ad hunc Tract.6. de Ieiunio.

TRACT.

TRACTATVS SEPTIMVS
DE
ELEEMOSYNA.

RESOLVTIO PRIMA.

Quadam suppositapro intelligentia dicendorum. Primo, quod indigentia pauperum est triplex, extrema, grauis, & communis.

Secundo, quod bona, quæ ad subueniendum prædictis necessitatibus erogari possunt, ad tria genera reuocantur posita in §. vltimo huius Resolutionis. Ex p. 5. tract. 8. Res. 1.

§. 1. SVppono primò quòd indigentia pauperũ est triplex, extrema, grauis, & communis. Extrema est, quando quis eis caret, quæ necessaria sũt simpliciter naturæ; hæc autem non solùm consideratur, quando nisi succurratur indigenti, statim, aut citò exhalabit animam, sed cum maiori latitudine, nam si aut vita abbreuiabitur rerum penuria, aut in grauem & diuturnum morbum incidet, etiam censetur extrema necessitas, vel, vt alij vocant, quasi extrema; extrema verò & quasi extrema in moralibus æquiparantur, in quibus parua differentia, aut distantia nulla censetur. Porrò nonnulli dubitant, an extrema necessitas sit solùm quæ merè naturaliter, vel etiam quæ alterius malitia & violentia incurritur; non videtur tamen esse locum dubio, quia quæ alterius malitia obuenit, vera necessitas est & non est voluntaria patienti; imò est maior necessitas, quia cum inopia coniungitur iniuria.

2. Grauis indigentia diffiniri solet quando desunt necessaria iuxta decentiam & conditionem status. Sed cum requisita ad statum & necessaria personæ magnam latitudinem habeant, vt diximus, non omnia quæ necessaria sunt statui, ita vt si non censeatur superflua, efficiant grauem necessitatem, & potiùs tres gradus in his distingui debent. Primus eorum, sine quibus necesse est à statu omninò decidere. Secundus eorum, sine quibus licèt non decidatur à statu, ægrè tamen & cum labore ac difficultate conseruatur. Tertius eorum, sine quibus non æquè benè, benè tamen & sufficienter status consistit. Quæ sunt in primo genere, magnificè constituunt grauem necessitatem, si deficiant, quæ autem sunt in tertio genere, nullam necessitatem constituunt, quæ sit obiectum eleemosynæ: ille enim qui eis caret, non est pauper; quæ autem sunt in secundo genere, possunt habere latitudinem, vti molestia, labor, & inopia intra proprium statum magna sit & vrgens, grauem necessitatem facit: vt si quis magnis debitis in carcere detineatur, aut sit captiuus inter hostes, aut tenui nimis victu & vestitu vitam transigat: si autem non sit adeò vrgens, sit tamen alicuius momenti & considerationis, efficit necessitatem communem. Potest etiam contingere vt necessitas, quæ cogit à statu cadere, non sit solùm grauis, sed extrema, quod fit quando nisi à statu decidat mendicando, aut seruiendo, aut artem mechanicam discendo, vitam conseruare non potest. Sunt enim multi, quibus hoc modo mutare statum adeò est indecens, & ignominiosum, vt potiùs mori malint, & non teneantur vitam conseruare cum isto dispendio, hi extremè egere censendi sunt.

3. Communis necessitas est, quæ vera indigentia est, & alicuius momenti, (nam si leuissima esset, quasi nulla reputari deberet) & tamen recedit ab extremo & grauitate præcedentium, talis censetur necessitas eorum, qui mendicant, nam quamuis valdè indigeant, & solùm poscere videantur quæ ad vitæ sustentationem arctè requiruntur, ideò censetur eorum necessitas communis, & non grauis, quia ab omnibus & à multis petunt, & ſ moraliter loquendo, non potest illis deesse, quod sufficit pro conditione status; id verò intelligendum est tam de iis, qui publicè, quam qui secretò mendicant, dummodo mendicitatem ex consuetudine exerceant. Eadem ratione censetur communis necessitas, quam aliqui etiam non mendicantes intra proprium statum patiuntur, quæ non sit nimis vrgens & grauis, vt modo dicebamus. Hæc ergo omnia præ oculis habenda sunt in iudicio de præcepto eleemosynæ, quæ quidem potius prudentis arbitrio in euentibus & circumstantiis discerni poterunt, quàm certa & fixa regula comprehendi. Et hæc omnia docet Lorca *in 2. 2. sect. 4. disputat. 39. num. 1. & num. 8. 9. 10.* & alij communiter.

4. Suppono secundò, bona quæ ad subueniendum supradictis necessitatibus erogari possunt, ad tria genera reuocantur; quædam enim sunt necessaria ad sustentandum vitam propriam, & eorum qui sub nostra degunt cura; alia solùm ad statum conseruandum, vt scilicet quis se gerat prout decet statum suum, & hæc non constituuntur in indiuisibili. Postremum ergo genus bonorum est, quod absolutè superfluum appellant, eo quòd nec ad naturæ, seu vitæ, nec ad status conseruationem necessarium sit. Ita Granados *in 2. 2. controu. 3. tract. 11. disp. 1. sect. 1. num. 3.* & alij communiter. His suppositis quæritur.

RESOL. II.

An quis teneatur in extrema necessitate dare eleemosynam, non solùm titulo charitatis, sed etiam lege iustitiæ?

Et

Et an in hoc casu possit quis cogi per iudicem ad faciendam eleemosynam?

Et an in aliquo casu quis teneatur restituere damna, quæ ex eius omissione in danda eleemosyna sunt sequuta, vt v. g. qui fame periit, relinquit filios, quibus deberentur operæ Patris, &c? Ex part. 5. tractatu 8. Resol. 2.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docent Spino *in speculi testam. gloss. 6. num. 8.* Nauarra *de restitut. l. 3. cap. 1. à num. 344.* Alexander de Ales *4. parte, quæst. 113. mem. 1.* Caietanus *in 2. 2. quæst. 118. art. 5.* Sarmiento *de reddit. Eccles. part. 3. cap. 1. conclus. 5.* Aragonius *in 2. 2. q. 32. art. 5.* & alij. Vnde D. Thom. *in 2. 2. quæst. 118. art. 4. ad 4.* docuit esse præceptum legale de eroganda stipe extremè indigenti. Probatur hæc opinio; quia in hoc casu potest quis cogi per iudicem ad faciendam eleemosynam, quia omne homicidium est contra iustitiam, vt patet; sed detractio eleemosynæ in extrema necessitate est homicidium, vt patet *in cap. pasce, dist. 86.* ibi, *Quisquis enim pascendo hominem seruare poterat, si non pauisti, occidisti.* ergo, &c. Et ideò ex hac sententia, vt obseruat Hurtado de Mendoza *vbi infrà, sect. 3. §. 31.* sequitur teneri quem ad restituenda diuina, quæ eius omissione sunt sequuta, v. g. si quis passus est fame emori alicuius seruum, tenetur pretium iustum soluere domino, quia ius illud serui erat in vtilitatem domini. Item si ille, qui fame periit, reliquit filios, quibus deberentur opera patris, possunt filij ea exigere à prætermittente eleemosynam, & sic in similibus.

Sup. hoc magis latè in Resol. seq.

2. Verùm his non obstantibus contrariæ sententiæ tanquam probabiliori adhæreo, quam tuetur Lorca *in 2. 2. sectione 3. disputatione 39. membr. 4. num. 45.* Sanchez *in opuscul. tomo primo, libro primo, cap. 5. dub. 5. num. 61.* Salonius *in 2. 2. quæstione 61. articulo 7. contr. 2.* Bannez *in 2. 2. quæstione 32. art. 6.* Malderus *in 2. 2. quæstione 32. articulo 6. dub. 3.* Azorius *tom. 2. lib. 12. cap. 9. quæst. 3.* Turrianus *tomo primo, in 2. 2. disputatione 82. dub. 3.* Sotus *de Iustitia, lib. 4. quæstione 7. articulo 1. ad 4. & lib. 5. quæstione 3. articulo 4.* Bellarminus *lib. de eleemosyna, cap. 6. in fine.* Ludouicus de San Iuan *in summa, quæst. de eleemosyna, articulo 3. dub. 3. difficult. 3. conclus. 2.* Coninck *disputatione 27. dub. 7. num. 104.* Reginaldus *tomo primo, libro quarto, cap. 20. num. 264.* Gordonus *tom. 2. l. 6. quæst. 14. cap. 5. §. 2. num. 9.* Molina *tom. 1. tract. 2. disp. 144.* Vasquez *opusc. de eleemosyna, cap. 1. num. 37.* Suarez *de charitate, disp. 7. sect. 6. num. 2.* & alij. Vnde Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 22. diffic. 2. num. 9.* sic ait. [De lo dicho se infiere, que la persona particular que en este caso no dà limosna no està obligado à restituyr, porque solo està obligado à darla de caridad, y de misericordia.] Ita ille. Probatur hæc opinio eo quòd nullum est idoneum argumentum tam strictæ obligationis, nam vel tale præceptum dicitur esse positiuum & humanum, & nullum tale potest assignari: vel ponitur naturale, & neque hoc dici potest; quòd enim dixit Caietanus in extrema necessitate omnia bona esse communia, non sic accipiendum est, quasi qui bona illa possidet, amittat dominium propter necessitatem alterius, sed solùm quòd ex charitate & misericordia obligetur ad subueniendum necessitati extremæ, prout necessitas postulauerit, vt in sequentibus explicabimus.

3. Non desinam tamen hìc admonere Hurtadum de Mendoza *in 2. 2. disp. 159. sect. 4. §. 36.* has pugnantes sententias fœdere distinctionis vnire, sic enim ait. De his duabus sententiis sic opinor. Prima est probabilior, quando extremè indigens eget pecunia, veste, pharmaco, aut alio bono, quod pertinet ad bonorum diuisionem factam iure gentium. Illa enim bona sunt cuiusuis hominis extremè indigentis, ad quæ is habet ius iustitiæ, quo iure priuari non potuit bonorum diuisione, & in hoc sensu loquuti sunt omnes Doctores, quos adduxi pro prima sententia, cuius authores grauioris ponderis sunt, quàm secundæ, argumentum item de bonorum diuisione multo efficacius. At verò quando proximus indiget nostra industria, non tenemur illam ex iustitia præbere, quia ad eam nunquam ille habuit ius iustitiæ, e. g. si hominem occidat bestia, ignis, aut aqua, non teneor ego ex iustitia neque cum bestia pugnare, neque ignem extinguere, neque hominem ex vndis eruere, neque illud periculum monere; teneor tamen ex charitate si possum absque proportionato damno. Neque tunc sum propriè homicida, Sancti enim adducti pro prima sententia loquuntur de negante bona, quæ diuisione non potuerunt alienari ab extremè indigente, impropriè autem sum homicida, quia sum immisericors in proximi vitam; hoc autem peccatum non est, nisi in specie immisericordiæ, non verò in specie homicidij, seu iniustitiæ. At verò si per immisericordiam subtraho alimentum, aut alia id genus, peccatum est immisericordiæ, & iniustitiæ simul, iniustitiæ, inquam, & homicidij, quia causa vitandæ mortis alienæ teneor ego erogare bona, quia in eo articulo datum est illi à Deo ius ad illa, quòd nunquam datum est ad meas operas, & hæc omnia docet Hurtadus *vbi suprà.*

4. Notandum est tamen hìc obiter docere Sarmientum, quem citat & sequitur Turrianus *in 2. 2. disp. 81. dub. 3.* quòd obligatio illa iustitiæ, si adesset, solùm esset pro tempore necessitatis ex mente authorum primæ opinionis, & ideò subsidiaria dicenda erit, id est, in subsidium occurrentis necessitatis.

RESOL. III.

An pauperes in extrema necessitate constituti possint contra diuites implorare Officium iudicis?

Et an iudices possint compellere diuites ad eleemosynam faciendam non solum in causa extremæ necessitatis, sed etiam quoties præceptum adest iure diuino, aut naturali?

Ex part. 5. tract. 8. Resol. 4.

§. 1. AD hanc quæstionem ita respondet Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 22. diffic. 2. n. 10.* [Ad. Bac. ad uiertase acerca desto, que es muy probable, que el pobre en caso de extrema necessidad, tiene accion à pedir al rico la limosna ante la justicia, como tienen Caietano, Sarmiento, y Aragon; el fundamento es, porque como todos dizen, en extrema necessidad todas las cosas son comunes, y assi como puede vno pedir por justicia que le dexen caminar por el camino, y coger agua del rio, y aprouecharse de las demas cosas comunes: lo mismo es aqui, que en caso de extrema necessidad no ay que acudir al derecho humano, sino al natural: entre los juristas es comun, que no tiene accion el pobre en este caso contra el rico. Assi lo dize la Glosa, y otros que refiere Tiraquelo, lo qual tanbien es probable, porque esta obligacion mas es de caridad, que de justicia. Mas en ambas opiniones es llano, que pueden los pobres implorar el oficio del juez, el qual ha dé obligar à los ricos, para que les socorrezcan, como dizen Cajetano, y Aragon por tanto en del bien comun, y assi se suele hazer en las Repu-

blicas

blicas bien ordenadas en tiempo de hambra, y peste.] Hæc Villalobos.

2. Nota verò Lorcam *in 2.2. sect. 3. disput. 39. mem. 4. num. 27.* docere iudices posse compellere diuites ad eleemosynam, non solùm in casu extremæ necessitatis, sed etiam quoties præceptum adest iure diuino, aut naturali, quoniam non solùm extremè indigentibus Respublica prouidere tenetur, sed etiam aliis paupertatibus, & in bonum commune, facit vt non solùm extremæ, sed etiam aliæ necessitates subleuentur. Ita Lorca, & Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 5. num. 65.*

RESOL. IV.

An satisfaciam præcepto, si in extrema necessitate subueniam pauperi mutuando?

Et notatur, quod si proximus indiget non re, sed vsu sufficit, si quis vsum donet mutuando rem. Ex p. 5. tract. 8. Res. 5.

§. 1. NEgatiuè respondet Villalobos *vbi infrà*, Aragon. *in 2.2. quæst. 118. ar. 5.* Bannez *dub. 3.* Granados *in 2.2. contr. 3. tract. 11. disput. 7. num. 3.* Valentia *tom. 3. disput. 3. quæst. 9. punct. 4.* Turrianus *in 2.2. tom. 1. disput. 82. dub. 6.* Suarez *de charitate, disput. 7. sect. 5. num. 2. & 5.* Becanus *in 2.2. tom. 1. cap. 21. numero 1.* Lorca *in 2.2. disp. 39. num. 54.* Sotus *de Iustitia lib. 4. quæst. 7. art. 2. ad 4.* Coninch *disput. 27. dub. 9. num. 153.* Reginaldus *tom. 1. lib. 4. cap. 20. num. 260.* Et ratio est, quia ita indigenti debita est iure naturæ sustentatio, eo solùm quòd in articulum tantæ necessitatis incidit: ergo iniuria fit illi, & contra charitatem est imponere onus restitutionis. Præterea, si quo modo liceret hoc onus imponere, foret, quia quamuis concedatur vsus eorum, quæ ad sustentationem requiruntur: non est necesse concedere dominium; sed in his quæ vsu consumuntur, consumptione ipsa perit dominium: ergo qui concedit necessaria extremè indigenti, nullum ius habet reseruandi dominium in posterum. Ex quo infero, si quis tyrannicè exigeret à paupere obligationem restituendi id, quod illi in extrema necessitate donat, pauperem liberum esse à tali obligatione, neque obnoxium manere restitutioni, nisi fortè obligationem iuramento confirmauerit, tunc enim propter Religionem iuramenti tenebitur.

2. His tamen non obstantibus probabiliter etiam affirmatiuam sententiam docent Toletus *lib. 5 cap. 24. num. 7* Nauarrus *in manuali, cap. 17. num. 61.* Couarr. *in reg. peccatum, 2. part. §. 1. num. 4.* Adrianus *in 4. de rest. quæst. vtrum qui rapiat aliena, & quodlibet o primo, art. 2. in medio*: & alij. Probatur hæc opinio, quia præceptum subueniendi egeno impletur, si detur quod sufficit vt liberetur ab indigentia in qua versatur, sed ad id sufficit mutuatio, licèt imponatur onus restituendi cùm possit: ergo nihil ampliùs imponendum est. Et confirmatur, quoniam sufficit occurrere necessitati proximi pro tempore, quò ipsa durat; sed hoc modo occurritur mutuando, & dare omnino est subuenire pro tempore, quo indigentia illa cessabit; nemo ergo ad id tenetur. Et hanc opinionem approbat Vasquez *opusc. de eleemos. cap. 1. dub. 6. num. 54.* & Lessius *lib. 2. cap. 16. dub. 1. n. 11.* si mutuum non fit absolutum, sed conditionatum, scilicet si proximus ad lautiorem fortunam deuenerit.

3. Sed si aliquis primam sententiam sequi vellet, limitanda est cum Villalobos *in summa, tom. ... tract. 2. diffic. 2. num. 1.* [De los que son pobres absolutamente, porque ay dos generos de pobres, vnos que lo son absolutamente, porque ni tienen aqui, ni en otra parte, ni lo pueden ganar, que no tienen fuerças, ni saben oficio, y a estos quando ay obligacion de darles limosnas, se les ha de dar dada. Otros pobres ay, que no lo tienen de presente, o no lo tienen en este lugar mas tendranlo otro dia, como es el oficial que no lo tiene el dia que no trabaja, y tendralo otro dia, o en auiendo donde trabajar; y estos aunque en alguna manera son pobres, no son absolutamente pobres, y se cumple con ellos bastantemente emprestandoles, que con esso de satisfaze su necessidad, y no han menester mas.] Ita ille, quod etiam adnotat Hurtadus de Mendoza *in 2.2. disp. 159. sect. 1. §. 37. 38. & 39.* Suarez *vbi suprà, n. 3.* Vasquez *n. 45.* & Tannerus *tom. 3. disp. 2. q. 5. dub. 2. num. 20.*

4. Notandum est etiam quod stando in prima sententia, quòd si proximus indiget non re, sed vsu, sufficit, si vsum dones mutuando rem. Ita Valentia *tom. 3. disput. 3. quæst. 9. punct. 4.* Suarez *disp. 7. sect. 5. num. 4.* Coninch *disput. 27. dub. 9. num. 147.* & alij *vbi suprà.*

RESOL. V.

An sapius præceptum elargiendi eleemosinas obliget diuites, ita vt peccent mortaliter illas non præbendo? Ex p. 5. tract. 8. Res. 41.

§. 1. REsolutio huius casus pendet ex quæstionibus suprà examinatis, & Respondendū est, quòd et si multi sint, qui grauiter egeant, & multi qui habeant vltra necessaria ad vitam, non esse tamē multos casus, in quibus contingat hæc obligatio, quæ iuxta antea tradita requirit, primò indigentias esse nobis notas, quæ nos plerumque latent, cùm ij etiam, qui patiuntur illas, plerumque occultent præ pudore, neque nos sub mortali tenemur de illis inquirere, quemadmodum Nauarrus expressit *in Enchirid. cap. 14. numero 9.* aut si appareant, latet esse verè graues, plerumque enim incertum est quæ & quanta sit in paupere necessitas, & sitne vera, an simulata, quæ in ipso apparet. Requiritur secundò, non subueniri per alium. Et vero nonnunquam satis certum est alios diuites non esse auaros vt nolint tali indigenti subuenire. Requiritur postremò, adesse nobis superflua, quibus possimus indigentiæ occurrenti subuenire, id, quod interdum satis non constat. Suntque multa alia incerta, vt benè monet Medina *in Cod. de eleemosina, quæst. 3. in fine*, ob quorum ignorantiam diuites non sunt facilè condemnandi de peccato mortali, si eleemosynas non faciant; sed tunc demum, & idem Medina subdit, cum superfluitatis simul, & indigentiæ certitudo liberetur. Hactenus Reginaldus *in praxi tomo. 1. libro 4. capite 20. sect. 3. numero 255.*

Quæ omnes Res. & quæstiones hanc sequentur.

2. Adde quòd, vt supra dictum est, vix in seculatibus diuitibus inueniatur superfluum status, cùm possint accumulare diuitias ad procurandum maiorem statum futurum, licèt hæc opinio admittatur in necessitatibus communibus, non autem quando adsunt necessitates graues, vt docet Castrus Palaus *tom. 1. tract 6. disputat. 2. punct. 2. numero 14.* Turrianus *in 2.2. tom. 1. disputat. 82. dub 4.* Bannez *in 2.2. quæst. 32. articul. 6. dub. 2.* Lorca *in 2.2. disputat. 39. num. 45.* Suarez *disput. 7. sect. 3. numero 11.* Ioan. de la Cruz *in direct. part. 1. pr. 5. quæst. 2. artic. 2. dub. 2. conclus. 2.* Vasquez tamen *vbi suprà* citatos *in opuscul. de eleemosyna, cap. 1. dub. 3. numero 27.* & alij, non obstante quod asserant seculares de superfluo statu

Sup. in Res. quæ hic est inf. 14. & in Res. 8. §. Quarto & in Res. 9. §. vlt. à lin. 5.

in graui necessitate teneri ad elargiendas eleemosynas, tamen simul dicunt, vt patet apud Vasquez, c. 4 n. 10. ipsos vix habere superfluum status, quando bona quæ superant: conseruant ad augendum statum. Verùm semper consulendi sunt diuites, vt largè eleemosynas præbeant.

RESOL. VI.

An sit obligatio ex bonis necessariis ad statum opitulari extremè indigenti?

Et inter alia, quæ in textu huius Resolutionis notantur tãdem quæritur, an censeatur extrema, vel quasi extrema necessitas, in quam quis venit ex alieno delicto, v. g. Titius cum sit innocens, creditur à Tyranno perimendus, nisi Caius eum pecunia redimeret.

Et qui sunt, qui teneantur restituere, si in communibus necessitatibus fámis, & infirmitatum non succurrunt Ex p. 5. tr. 8. Res. 7.

Sup. hoc. inf. in Ref. 8. §. Quinto.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, etiamsi ex opitulatione patiatur quis aliquod damnum in dignitate & statu externo. Ita Suarez *de charitate, disp. 1. 7. sect. 4. num. 5.* Turrianus *in 2. 2. tom. 1. disput. 82. dub. 4.* Valentia *tom. 3. disput. 3. quæst. 9. punct. 4.* Vasquez *opuscul. de eleemosina, cap. 1. num. 10. & 25.* Filliucius *tom. 2. tract. 28. cap. 3. num. 64.* Gordonus *tom. 2. lib. 6. quæst. 14. cap. 4. num. 7.* & Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 22. difficult. 20. num. 7.* vbi sic ait: [En caso de extrema necessidad obligacion ay de dar limosna de los bienes necessario para conseruar el estado de la persona, de suerte que en los años de muy grandes hambres tienen obligacion los ricos à disminuyr de su estado, y estrecharse en el gasto quotidiano para socorres los pobres, y no obsta contra esto dezir, que si esto fuesse verdad, tendrian obligacion los ricos en tiempo de hambre gastar con los pobres sus patrimomos por gruessos que fuessen, y aun sus mayorazgos, pues vale mas la vida de vn hombre que todo esso. A esso se rosponde, que aunque vale mas la vida, que la hazienda, mas en orden al bien publico que se deue amar, vale mas muy grande hazienda que la vida de vn particular, por ser la hazienda instrumento, de la virtud para; defender el bien publico, y assi vn particular non està obligado para defender su propria vida gastar toda su hazienda, que fuesse pongamo por caso de tres mil ducados, que en este caso mas obligacion tiene à amar su estado, y el de sus hijos que su vida, y en las necessidades de que yamos tratando, quando son ab intrinseco de enfermedades, o hambre comun, si todos ayudassen, poco bastaria para remediarlas, y la iusticia assi Ecclesiastica como seglar, tienen obligacion, y puede compeler à lo ciudanos, para que fauorezcan en estas necessidades estremas por razou de su oficio, como dizen Caietano, Syluestro, y Bañez. De lo dicho se infiere, que la persona particular que en este caso no da limosna, no està obligado à restituyr, porque solo està obligado à darla de caricad, y misericordia: mas el Obispo, y las iusticias que tienen obligacion de justicia à procurar por la vida de los pobres, obligando à los ciudadanos, como queda dicho, si no lo hiziessen, estaran obligados à restituyr; como lo dize Bañez.] Hactenus Villalobos.

Sup. hoc sup. in Ref. 3. §. vlt. & si placet, lege aliũ §. eius not.

2. Notandum est tamen, quòd licèt supradicta opinio sit vera, tamen nullus tenetur statum suum absolutè deiicere, aut deprimere ob proximi necessitatem extremam. Ita Hurtadus de Mendoza *In 2. 2. disp. 159. sect. 6. §. 56.* Suarez *vbi suprà, num. 4.* Coninch *disput 27. dub. 8. num. 134.* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6. disp. 2. punct. 2. num. 6.* Bañez *in 2. 2. quæst. 118. art. 5.* & alij. Et ratio est, quia Reipublicæ vtilior est opulentus ciuium status, quàm vita alicuius priuati; deinde non tenetur quis exquisitas medicinas quærere cum graui detrimento status: ergo multo minus tenetur aliis eodem detrimento prouidere. Et tandem, quia defectio status est grauissimum damnum, cum quo nemo tenetur prouidere homini priuato. Imò ego etiam puto te non esse obligatum magnas diuitias expendere, v. g. ter, vel quater mille aureos pro redimenda vita cuiuslibet priuati, etiamsi obinde ab statu cadere non debeas. Ita Coninch. *vbi suprà, numero* 144. Palaus *num. 7.* Suarez *disput. 7. sect. 4. num. 4.*

3. Notandum est tamen hic, quod obseruat Lorca *in 2. 2. sect. 3. disput. 39. mem. 2. num. 39.* contingere non posse, moraliter loquendo, vt sine detrimento status non valeam succurrere extremè indigenti, nam quod requiritur ad subleuandam extremam indigentiam vnius, aut paucorum, non multum est, nec detrimentum status inferre potest. Si tamen contingat extrema indigentia multorum, quæ subleuari nequeat sine iactura status, vt si valida fames prouinciam opprimat, tunc non eueniet, vt vnus solus omnium necessitatibus occurrere debeat. Et si fortè contingeret, quando necessitas tot hominum occurreret, potius publica, quàm priuata censenda est; pro publica autem necessitate eroganda essent necessaria statui.

4. Nota, quòd si quærat aliquis, an censeatur extrema, vel quasi extrema necessitas, in quam quis venit ex alieno delicto, v. g. Titius cùm sit innocens, creditur à Tyranno perimendus, nisi Caius eum pecunia redemerit? Respondeo censeri, quia non prouenit ea necessitas ex facto, vel delicto illius pauperis, sed aliunde. Secus est si pauper Titius Caio dixerit, Solue debita mea, alioqui me interficiam, hæc enim est nequitia, & Titius deprauata sua voluntate, est ea in necessitate constitutus; quare Caius nullo iure cogitur ei subuenire, neque enim sunt hominum nequitiæ iuuandæ, aut fouendæ, nisi Titius peccet ex infirmitate animi, vel aliquo cœco affectu. Ita Azorius *tom. 2. lib. 12. cap. 9. quæst. 7.* & alij.

RESOL. VII.

Dubitans, an proximus sit in extrema necessitate, tenetur veritatem indagare? Ex p. 5. tr. 8. Res. 39.

Et ad literam in p. 4. tr. 3. Res. 34. ideo hic vna tantum Res. transcribitur.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Ioannes Sanctius *in selectis, disp. 43. num. 20.* qui dubitat an proximus extremè indigeat, ex charitate teneatur veritatem indigentiæ indagare, siue in dubium inciderit, quia pauper suam inopiam proposuit, siue alia via, nisi id omittens periculo peccandi se subiiciat eo modo, quo dubitans an aliquis dies sit ieiunij, vel festiuus, perquirere veritatem erit coactus, ne de se verificetur illud Psalm. 35. *Noluit intelligere vt bene ageret;* & consequenter veritatem non indagans exponeret se voluntariè periculo frangendi illa præcepta, quòd si sibi constet necessitatem extremam esse, imò grauem, elargiri eleemosynam tenebitur, at manente dubitatione facta sufficienti diligentia, non erit compellendus eleemosynam erogare, quia tunc libertas non erogandæ eleemosynæ possidet, & non præceptum erogandi illam.

RESOL.

RESOL. VIII.

Confessarius quidam angebatur magnis scrupulis in excipiendis Confessionibus cuiusdam diuitis circa præceptum largiendi eleemosynam. Tunc ego in eius gratiam hæc ex multis Doctoribus adnotaui.

Et in textu huius Resolutionis docetur in quibus, & de quibus diuites teneantur necne largiri eleemosynam in communibus, grauibus, & extremis pauperum necessitatibus. Ex part.2.tract.16.& Misc.2.Resol.26. alias 28.

§.1. PRimò diuites, etiamsi habuerint superflua, non tenentur, neque sub veniali peccato dare eleemosynas in communi necessitate,qua solent esse quotidiani pauperes.Ita Syluest.Alensis,Armilla, & alij,& ex neotericis Malderus *in* 2. 2. *q.*27. *art.*4. *dub.*4.*prop.*2. Molfes.*in sum.tom.*1.*tract.*1.*cap.*16.*n.*20. Sotus *de iust. lib.*5. *q.*8. *art.*1. Nauarr. *in man. cap.*24. *num.*5.& 9. Medina *Cod. de eleemos. q.*3. Toletus *de septem peccatis mort.cap.*36.

2. Secundò,etiam in graui necessitate pauperum, diues qui habuerit superflua, non peccaret mortaliter, si non præberet in eleemosynam. Hæc opinio mihi placet, illamque docet Gabriel *in* 4.*dist.*16.*q.*4. *concl.*5. Alensis 4.*p.q.*113.*memb.*1. cum aliis. & probabilem vocat Malderus *in* 2.2. *D.Thom. q.*2. *art.*6. *dub.*4. §. *Respondeo.*

3. Tertiò, etiamsi esset vera opinio DD. asserentium diuites teneri sub mortali præbere eleemosynam, non solùm in externa & graui, sed etiam in communi necessitate pauperum, tamen non tenerentur inquirere pauperes, sed solùm misereri occurrentibus, & non impedire nimia austeritate, vel alio modo,ne occurrant. Neque etiam tenerentur omnibus communiter indigentibus subuenire, sed aliquibus : nec tenentur in totum alicuius indigentiam subleuare, sed satis est quid ei dare. Ita Lorca *in* 2.2. *sect.*3.*disp.*39.*memb.*2.*n.*30. Bonacina *de legibus,disp.*3. *q.*4.*punct.*6.*n.*10. Vasquez *vbi infrà*,&c.

4. Quartò, notandum est, quòd bona, quæ conseruantur ad acquirendum maiorem statum pro se, & suis consanguineis non dicuntur superflua status: alioquin enim ad superiorem statum,ad necessitatem, & conuenientiam status reuocandus est,ita vt ea non censeantur superflua, quæ licèt excedant mensuram status præsentis, conducere tamen possunt & reseruantur, vt homo altiorem statum acquirat,& acquisitum conseruet. Ita Vasquez *opusc.de restit.c.*1.*dub.*3. *n.*27.& 32. Et ideo *in c.*4.*n.*14.asserit,quòd in sæculoribus, etiam in Regibus,vix inueniuntur superflua status. Vide etiam Nauarr.*in sum.c.*24.*n.*6.Nauarram *de restit.lib.*3.*cap.*1.*num.*366. Malderum *in* 2.2.*q.*27. *art.*6. *dub.*4. *verb.contra hanc propositionem,& dub.*6. *circa finem.*

5. Quintò, diues cum diminutione,& detrimento proprij status, non tenetur subuenire proximo in extrema necessitate constituto ; quia,vt fert opinio grauissimorum DD.quamuis teneat defendere vitam innocentis, qui iniustè inuaditur, tamen si graue detrimentum facultatum interueniat , non teneor. Non ergo diues tenebitur extremam necessitatem alterius cum graui iactura status depellere. Ita Molfesius *in sum.tom.*1.*tract.*1.*c.*16.*n.*28. cum Lorca *in* 2. 2. *sect.*3. *disp.*39. *memb.... num.*39. & Ægidio de Coninch *de actibus supernat. disp.*27. *dub* 8. *concl.*4. *num.*134. & D.Antoninus 2.*p.tit.*1.*c.*24.*n.*5. putauit D.Thomam hanc opinionem tenuisse , & illam etiam tenet Rosella,& Summa Pisana *verb.eleemosyna.*

6. Ex his apparet, diuites non esse facilè condemnandos circa præceptum largiendi eleemosynam, quia non tenentur inquirere pauperes , nec tenentur largiri eleemosynam in communibus necessitatibus, & bona superflua non facilè in ipsis etiam ditissimis reperiuntur. Vnde ex his facilè Confessarij scrupulos deponere possunt, licèt consulere debeant diuitibus, vt eleemosynam pauperibus abundè erogent.

RESOL. IX.

De obligatione diuitum largiendi eleemosynas in graui necessitate proximi de necessariis ad statum ?

Ex quo infertur Aduocatum teneri sub mortali defendere causam pauperis, quando aliter defendi non potest.

Et notatur, quòd raro contingere potest, vt seculares sub mortali teneantur pauperibus erogare superflua decentiæ suæ. Ex p.4.tr.4.& Misc.Res.215.

§. 1. TEneri diuitem in graui necessitate proximi, licèt non extrema , elargiri illi eleemosynam de necessariis ad statum , docet Sotus , Cano, Victoria,quos citat,& sequitur Bañez *in* 2.2.*quæst.*32. *art.*2.*dub.*4.Valent.*hic punct.*4.& alij;& sic ait Bañez: Aduocatus tenetur defendere causam pauperis,quando aliter defendi non potest , & plura alia exempla adducit,& rationes pro hac firmanda sententia,quam puto probabilem,& consulendam. Sup. hoc in Res. seq. & pro Aduocato, & aliis inf. in Res. 17. ad lin. 5.

2. Sed contrariam non minus probabilem esse existimo,quam tuetur Caietanus *in sum. verb. eleemosynæ largitio* , Nauarrus *c.*24.*n.*7. Corduba *lib.*1.*q.*26. *propos.*2.& D.Thom.*art.*5.*ad* 3.vbi explicans quando sit mortale non elargiri eleemosynam,ait : Cùm pauper euidenti,& vrgente necessitate premitur,& diues habet superflua,etiam secundùm statum. Et clarius *in corpore articuli :* Dare (inquit) eleemosynam de superfluo in præcepto,& dare eleemosynam ei, qui est in extremâ necessitate ; alias autem eleemosynas dare est in consilio.Ecce sanctus Doctor duos tantùm casus agnoscit,in quibus præceptum illud obliget , scil. cùm pauper extremè indiget , & cùm quis habet superflua;nomine autem superflui intelligit superfluum secundùm statum , vt euidenter constat ex corpore articuli ; & alioqui si solùm intelligeret superfluum naturæ,cogeremur asserere absolutè,& sine vlla limitatione teneri diuites de necessariis ad statum elargiri eleemosynam , etiam in communibus necessitatibus, quod falsum est,& contra omnes Doctores. Confirmatur hæc opinio ex sententia illorum Doctorum asserentium præceptum eleemosynæ, etiam de superfluis naturæ,& status non obligare,saltem sub mortali,nisi in extrema necessitate. Ita Alexander *p.*4.*q.*34. *art.*1. Gabriel *in* 4.*dist.*16.*q.*4.*art.*2.*concl.*5. D.Antoninus 2.*p.tit.*1.*c.*24.§.*vlt.* Rosella *verb.eleemosyna*,Durandus *in* 4.*dist.*15.*q.*6.*ad* 2.& alij;sed quidquid sit,de hoc, dicendum est probabiliter, quòd quia vnusquisque habet ius, vt viuat sicut decet statum suum : ergo nemo potest illum obligare ad elargiendum eleemosynam de iis , quæ ad eiusmodi decentiam necessaria sunt,nisi quando proximus est in extrema necessitate. Ad exemplum Aduocati,quod affert Bañez,respondit Caiet.*in* 2.2.*q.*61.*art.*1.in sola extrema necessitate esse mortale,quòd Aduocatus non defendat causam pauperis,& ita intelligit D.Thomam : sed melius dicendum est, causam pauperis,si grauis sit, defendi debere ab Aduocato sub mortali , quia munus eius hoc est, & alioqui sæpè nihil amittit , sed potius lucrabitur, quia si propterea amitteret lucrum alicuius momenti necessarium ad statum,non teneretur sub mortali : & ita omnia supradicta pro confirmatione huius posterioris sententiæ docet Iacobus Granado *in* 2. 2. *D. Thom. controu.*3.*tract.*11.*disp.*2.*sect.*5.*n.*32.*& seq.* Sup. hoc in Res.præterita §.Secùdo. & inf.in hac ipsamet Res. §. vlt. in prine & latè inf. in Res. 11.& in Res. 50.§.vlt.paulò pòst init. vers. Et insta. & in alio vers. eius not.

Sup. hoc primo in Resol. & §§. not. præteritæ.

§. Notandum est etiam hic cum dicto Granad. *disp. 4. num. 1.* Caietano *verb. eleemosynæ largitio*, Corduba *lib. 1. quæst. 18.* quòd ratò contingere potest, quòd sæculares sub mortali teneantur pauperibus erogare superflua decentiæ suæ, quia, vt alibi ex Vasquez & aliis notauii *part. 2. tract. 16. resol. 26.* vix in magnis diuitibus inueniuntur superflua status. Dicendum est igitur cum Emmanuele Sà *ver. eleemosyna, n. 2.* quòd cùm inter Doctores non conueniat quando peccet mortaliter, qui non facit eleemosynam, non facilè condemnandi diuites, qui non faciunt; monendi tamen, vt faciant quantas maximè possint. Ita ille, & ego. Cùm igitur sæculares de necessariis ad statum non teneantur erogare pauperibus, nisi extremam necessitatem patiantur, & necessitates istæ ratò eueniant, aut saltem manifestentur diuitibus, quippè qui non tenentur eas quærere, & status decentia magnam habeat latitudinem, difficiléque inueniatur qui superfluitatis conuinci possit, difficilè est damnare ad mortale, & in casu, saltem dubiæ obligationis, nec diues tenetur elargiri, nec Confessarius sub mortali obligare. Vide me ipsum *vbi supra*.

Quæ hic est Resol. antecedens, & in §. Quarto. & in aliis eius not.

Sup. in Resol. not. præteritæ.

RESOL. X.

An in graui necessitate teneamur largiri eleemosynam de necessariis ad statum? Ex p. 5. tr. 8. Resol. 15.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Palatius *in 4. dist. 15. disp. 6.* Corduba *lib. 1. q. 26.* Medina *Cod. de eleemos. quæst. de necessitate eam faciendi.* Angles *in floribus part. 1. de eleemos. q. 3. diffic. 6.* Huttadus de Mendoza *in 2. 2. disp. 159. sect. 4. §. 92.* vbi sic ait: In necessitatibus proximi grauibus eadem dicenda sunt, quæ in extremis, quia hæc necessitas spectans ad corpus vocatur ab authoribus quasi extrema, & ad illius ordinem redigitur, quia prudenter potest timeri mors. Quapropter etiam ex necessariis ad statum eroganda est eleemosyna. Ita ille, & ante illum Bañez, Valentia, & alij, quos citaui *in 4 part. tract. 4. resol. 215.* & nouissimè Syluius *in 2. 2 q. 32. art. 6. concl 3.* Probatur hæc opinio, quia charitas Christiana obligat, vt quis subleuet notabilem proximi sui miseriam, si absque incommodo magno possit, sed elargiendo eleemosynam de superfluo naturæ, licèt necessarium sit ad statum, potest quis subleuare notabilem proximi miseriam absque magno incommodo: ergo charitas Christiana ad id obligat. Consequentia est euidens; maior patet, quia non est vera amicitia quæ patitur amicum insigni necessitate opprimi, & illi non subuenit ne leue damnum sustineas. Minor probatur, quia cùm ea, quæ ad statum pertinent, non consistant in indiuisibili, sed potiùs magnam latitudinem habeant, etiamsi quis aliqua demat de statu, leue incommodum sentiet, & alioqui subleuabit magnam proximi miseriam, quæ cùm non tam frequenter occurrat, sine magna iactura suæ rei familiaris poterit diues illi subuenire. Confirmatur primò, quia si ad statum viri nobilis pertineat, v. g. habere quatuor famulos, & parietes domus ornare aulæis ex aureo sericóque filo intertextis, quis non videat exiguam esse iacturam, si tribus famulis, & solis sericis aulæis contentus sit, vt habeat vnde subueniat quotidie alteri viro nobili, & olim ditissimo, qui ad magnam rerum inopiam propter naufragium peruenit; obligat ergo charitas interdum sub mortali ad elargitionem eleemosynæ de necessariis ad statum. Confirmatur secundò, in annis magnæ sterilitatis quis dubitabit teneri diuites diminuere aliquid magnificentiæ sui status, & minùs lautè viuere, vt pauperibus subueniant? Confirmatur tertiò, quia fratribus & consanguineis tenetur quispiam sub mortali, elargiri eleemosynam de necessariis ad statum, iuxta illud Iacobi 2. *Si frater, aut soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis, ite in pace, calefacimini, & saturamini, non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit?*

Quæ hic est Resol. antecedens.

2. Sed his non obstantibus contrariæ sententiæ tanquam probabiliori adhæsi *vbi supra*, & nunc etiam adhæreo, quam tuetur præter Doctores, quos citaui in dicta resolutione, Thomas Sanch. *in opusc. tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 5. num. 44.* Martinus Ledesma *in 2. part. 4. quæst. 28. art. 3.* D. Thom. *in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 4. quæst. 1.* Salonius *in 2. 2. quæst 71. art. 1.* Sotus *de Iust. lib. 5. quæst. 8. art. 1.* Nauarra *de restit. lib. 3. cap. 1. num. 122.* Et ratio est, quia vnusquisque habet ius vt viuat, sicut decet statum suum: ergo nemo potest illum obligare ad elargiendum eleemosynam de iis, quæ ad huiusmodi decentiam necessaria sunt, nisi quando proximus est in extrema necessitate, tunc enim agitur de vita amittenda, in quo casu charitas obligat, ne tantùm malum patiar in fratre meo, vt ab statu non cadam, saltem aliquando, aliæ enim necessitates etsi graues, minus tamen obligant; & hæc est humana conditio, vt quidam lautiùs & iucundiùs degant, quàm alij. Confirmatur, quia cùm tot graues & sapientes viri nihil in iure diuino, aut naturali reperierint, quod eos conuincat ad obligandum diuites, vt de necessariis ad statum succurrant grauibus necessitatibus, signum optimum est, saltem hoc ius, seu hanc legem esse dubiam; in dubio autem præcepti non sunt obligandi, præsertim sub mortali, ne alioqui laqueum nouum illis iniiciamus, & difficiliorem reddamus salutis viam illis, quibus alioqui Christus Dominus valdè difficilem prædicauit: ergo, &c.

RESOL. XI.

An in graui necessitate teneamur præbere eleemosynam de superfluis naturæ, & status?

Et notatur in supradicto casu posse diuitem illam elargiri non liberaliter eleemosynam dando, sed illam mutando. Ex p. 5. tr. 8. Resol. 14.

§. 1. PRo sententia negatiua adducitur D. Anton. Gerson. Alensis, & Nicolaus de Lyra; sed illos hanc sententiam non docere contendit Huttad. de Mendoza *in 2. 2. disput 159 sect. 4. §. 85.* illam docet Rosella *vers. eleemosyna*, vbi asserit, non cadere eleemosynam sub præcepto, nisi necessitas pauperis extrema sit: multos alios Doctores adducit pro hac sententia Sanchez *vbi infrà*, quibus ego adhæsi *in 1 part. tract. 2. Misc. resolut. 28.* Probatur hæc opinio, quia non tenetur homo magis subuenire proximo, quam sibi ipsi, sed nemo tenetur sibi ipsi plus velle, aut procurare, quàm quod ad sustentandam vitam necessarium est; ergo nec alter plus illi erogare; sed quis non patitur extremam necessitatem, habet id, quod ad sustentandam vitam necessarium est: ergo nullus tenetur elargiri eleemosynam ei, qui non est in extrema necessitate, aut certè si qua obligatio asserenda sit, ea non poterit esse grauis. Secundò probatur, quia nullus tenetur sub lethali culpa procurare, vt extraneus benè sit, dummodo procuret vt viuat, & absolutè sit; sed quisquis non patitur extremam necessitatem, habet quidquid requiritur vt viuat, & absolutè sit: ergo nullus est sub lethali culpa obligandus, vt extraneo elargiatur eleemosynam extra casum extremæ necessitatis.

Sup. hoc in Resol. & §. Sed ut not. præteritæ. Confirmatur §. vltimo Resol. 14. vbi casus.

2. Sed his non obstantibus modò ego contrariam sententiam teneo, quam tuetur Granadus *in 2. 2. D. Thom.*

Thom. controuers. 3. tract. 11. disp. 2. sectione. 4. num. 18. Vvigers *in* 2. 2. *quæst. 36. art. 6. conclusione 3. num.* 34. Layman *lib. 2. tract. 3. cap. 6. num. 4.* Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 5. num. 34.* Bañez. *in* 2. 2 *quæst. 32. artic. 6. dub. 1. &* 2. Sotus *de Iustit. lib. 5. quæst. 3. art. 4.* Aragon. *in* 2. 2. *quæst. 32. art. 5.* Salonius *in* 2. 2. *quæst. 71. artic. 1. controuers. 1. ad* 1. Nauarra *de restitut. lib. 3. cap. 1. num. 358.* Malderus *in* 2. 2. *quæst. 32. artic. 6. dub. 4.* Valentia *tom. 3. disputatione 3. quæst. 9. punct. 4.* Hurtadus de Mendoza *vbi supra.* §. 82. Azorius *tom. 2. libro 12. cap. 7. quæst. 4.* Valentia *tomo 3. disputatione 3. quæst. 9. punct. 4.* Coninch *disputatione 27. dub 8. numero 125. &* 130. Turrianus *in* 2. 2. *tom. 1. disputatione* 82. *dubitatione* 1. Vasquez *opuscul. de eleemos. cap. 1. num. 14.* 18. *&* 24. & alij communiter. Et probatur hæc opinio, quia vnusquisque tenetur subleuare miseriam proximi sui, saltem quando absque vllo suo detrimento potest; sed qui habet superflua naturæ & status, potest absque vllo detrimento suo subleuare miseriam pauperis elargitione eleemosynæ: ergo tenetur: ac proinde ex genere suo peccat mortaliter secus faciens, nisi paruitas materiæ excuset. Consequentia est euidens. Minor patet, quia nullum detrimentum est distribuere peuperibus id quod nullo modo nobis necessarium est, sed absolutè superfluit post sustentationem vitæ & status cum eo splendore qui decet. Maior probatur, quia charitas obligat ad amandum proximum, non verbis tantùm, sed opere & veritate, vt loquitur Ioannes Apostolus *in 1. Can. cap. 3.* hic autem verus amor exigit vt velimus proximo bonum, & remedium malorum quæ patitur, ac proinde illum subleuemus, cùm sine vllo detrimento possumus, & qui secus facit, conuincetur non diligere ex animo. Confirmatur, quia notabilis proximi necessitas, etsi extrema non sit, est graue malum. ergo grauiter lædit amicitiæ iura, qui huic amico potens absque vlla difficultate subuenire, & ab eo malo illum liberare, non subuenit, aut liberat; ergo lethaliter peccat, qui non elargitur eleemosynam de superfluis status pauperi grauem necessitatem patienti.

3. Dices, si hæc sententia esset vera maxima pars diuitum damnaretur, siquidem multi eleemosynas omittant in necessitate graui. Aragoniùs *in* 2. 2. *quæst. 32. art. 5.* respondet ex illis damnari plurimos Bañez *art. 6. dub. 2.* censet non solùm multos diuites damnari; sed etiam ipsorum Confessarios. Sed ego respondeo cum Valentia *tom. 3. disput. 3. quæst. 9. punct. 4. §. 2.* & aliis, diuites & Confessarios posse multis rationibus excusari. Primum, quia multi vel non sibi præsuadent se habere superflua ad præsentem dignitatem augendam, vel conseruandam, vel non satis cognoscunt grauem proximi necessitatem, vel sibi persuadent probabiliter alium laturum opem grauiter egenti. Et ego alibi cum Vasquez *part. 2. tract. 16. resol. 26.* obseruaui, quòd vix in diuitibus inueniuntur superflua status, de quo latiùs infrà.

4. Quæres an prima opinio negatiua sit probabilis? probabilem esse docet Bonacina *disput. 3. quæst. 4. punct. 6. num. 8. ver. ad primum argumentum.* Malderus *in* 2. 2. *quæst. 32. artic. 6. dub. 4.* & tanquam probabilem videntur illam admittere Couarruuias *lib. 3. var. cap. 14. num. 5.* oppositam enim sententiam tantùm vocat veriorem. Corduba *lib. 1. quæst. 26. nos etiam.* Neutram sententiam reprobat, ac censet probabiliorem oppositam. Palacius *in 4. distinct. 15. disput. 6.* dicit oppositam non esse certam, sed tantùm admodum probabilem, & Medina *C. de eleemosyna, q. de necessitate faciendi eam*, asserit quòd qui velit, non temerè huic sententiæ adhærebit.

5. Verùm nouissimè Hurtadus de Mendoza *in* 2. 2. *disputat. 159. sect. 4. §. 86.* tenet hac sententiam esse improbabilem, neque in conscientia tutam.

6. Notandum est tamen hic quòd in casu de quo loquimur nempe quando pauper est in graui necessitate, posse diuitem illam elargiri, non eleemosynam liberaliter donando, sed illam mutuando; nam si hoc probabiliter potest facere in extrema necessitate, quanto magis in graui. Vide Bañez *in* 2. 2. *quæst. 32. art. 6. dub. 4.* Lorcam *in* 2. 2. *sect. 3. disput. 39. num. 53.* licèt contrarium asserat Suarez *disput. 7. sect. 5. num. 7.* Valentia *tom. 3. disput. 3. quæst. 9. punct. 4* Coninch *disput. 27. dub. 8. num. 153. &* 155. vnde vtraque opinio est probabilis.

RESOL. XII.

Rem satis controuersam propono: An in communibus pauperum necessitatibus sicut in extremis, & grauibus sit obligatio faciendi eleemosynam ex bonis omnino superfluis? Exp. 2. tr. 15. & Misc 1. Res. 32.

§. 1. IN duas diuisi partes hac in re Doctores, affirmant enim D. Thom. *in* 2. 2. *quæst. 32. art. 7.* & *ibi* Caietanus, & Bañez, Paludanus *in 4. distinct. 15. quæst. 2. art....* Richardus *quæst. 3. art. 2.* & ex Neotericis Nauarr *in Man. 24. num. 1.* Valent. *tom. 3. disput. 3. quæst. 9. punct. 4. §. 2.* Becan. *in* 2. 2. *cap. 21. numero 8.* Bellarmin *lib. 2. de eleemos. capite. 7.* Ledesma *in summ. tom. 2. tract. 4. cap. 3. concl. 13. fol. mihi* 109. & Beja *in resp. cas. conse. p. 2. cas. 1. in Sabb. die* 19. *Octobr.* & alij. Et ratio est, quia diuisio rerum, quæ communi gentium consensu facta est, sine dubio rectè facta est. Ergo, qui post factam diuisionem abundant rebus, tenentur aliis, qui indigent, ex superfluis succurrere; alioquin si non tenerentur, iam licitè retinerent omnia superflua, & sic diuisio facta esset in præiudicium, & damnum indigentium, ac ideò non esset prudenter facta. Secundò, qui non dat eleemosynam ex superfluis, ostendit se non habere charitatem erga proximum; ergo charitas, & misericordia obligabit in tali casu. Secundùm ergo hanc opinionẽ, tenentur diuites ex superfluis ad decentiam status, eleemosyna succurrere communibus pauperum necessitatibus; seu, vt clariùs loquar, tenentur sub mortali, in pauperes distribuere superflua ad decentiam status.

Sup. hoc in Res. seq. & sup. in Res. 8. §. 1.

2. Sed licèt hæc opinio sit probabilis, probabilior semper mihi visa est contraria. Dico igitur neminem teneri distribuere sub mortali superflua ad decentiam status, nisi in extrema, vel graui proximorum necessitate. Ita tenet Fernãdez *in suo exam. Theol. p. 4. cap. 20. §. 2. n. 12.* Victorel. *in notis ad Nauar. cap. 23. n. 74.* Turrian. *in* 2. 2. *disp. 82. dub. 2.* Vasquez *opusc. de eleemos. cap. 1. dub. 3. n. 21.* Malderus *in* 2. 2. *q. 27. art. 6. dub. 4.* Ioan. Medina *in tract. de eleemos. q. 3.* Pet. à Nauar. *lib. 3. cap. 2. n. 357.* Couar. *lib. 3. var. cap. 14. num. 5.* & ex veteribus Gabriel *in 4. dist. 16. q. 1. concl. 5.* Alensis *p. 4. quæst. 115. memb. 1.* Abb. *in cap. si verò, de iureiurando*, D. Anton. *p. 2. tit. 1. cap. 24.* & alij. Probatur hæc opinio, nam si quis teneretur pauperibus erogare superflua, consequens erit, vt non possit talis ea donare, cui velit, aut ex eis pios aliquos sumptus ad diuinum cultum facere, vt Ecclesiam, vel collegium ædificando, &c. Hoc est absurdum: ergo.

3. Adde, quòd si contraria opinio esset vera, oporteret plurimos, imò omnes diuites damnare, qui habent superflua, & consequenter etiam illorum Confessarios. Et tandem, quia si ea de causa mortale de se esset, superfluum habere in alium finem, quàm in subuentionem pauperum, pariter esset mortale istud acquirere. Hoc est absurdum; ergo. Maior probatur,

nam quod non potest licitè retineri, non potest etiam licitè acquiri. Ergo.

4. Quæ cùm sint duriora, neque de talibus soleat pœnitentibus esse scrupulus, vel à confessariis eis inferi, neque detur ratio efficax, quæ illum admittere compellat; relinquitur sanè, nec esse admittendum quòd peccatum mortale sit superfluum, tam naturæ, quàm statui retinere in alium finem, quàm in pauperum subuentionem? excepto casu extremæ, vel quasi extremæ, seu grauis necessitatis, & non communis: pro communi autem necessitate, intelligo illam, quam patiuntur pauperes ostiatim mendicantes, & hi qui vtcumque quidem tuentur suum statum, sed non sine magno labore, nec sine difficultate: quos quidem pauperes, non tenentur diuites inquirere ad subleuandam eorum egestatem, vt ex Nauarro notat Reginaldus *in praxi tom. 2. lib. 4. cap. 20. sect. 1. n. 146.*

Sup. hoc in Resol. 2. not. præteritæ §. Tertiò, & latè infr. in Resol. 18. siguanter in fin.

5. Ex his omnibus respondeo ad propositam quæstionem negatiuè: & licet opinio affirmatiua esset vera, tamen in praxi nunquam, aut ratiùs eueniet. Nam, vt ait Vasquez *opusc. de eleemos. cap. 4. dub. 4. num. 14.* laici possunt de bonis patrimonialibus seruare ad statum suum, vel consanguineorum mutandum, & tunc illud non dicitur superfluum. Vnde vix in sæcularibus inuenies, etiam in Regibus, superfluum statui. Hæc Vasquez, quæ quidem confessariis diuitum multum plausibilia erunt.

RESOL. XIII.

An ex superfluo status teneatur quis facere eleemosinam in communibus pauperum necessitatibus?

Et an pauperibus, quid ad mendicandum publicis in locis expositi, vel ex nuditate, vel ex morbo extremæ necessitatis euidentia signa ostendunt, sub præcepto teneatur quis succurrere, si habet superfluum vitæ?

Et notatur quod si quis habens superflua ita omittit eleemosinam, vt nihil omnino det communem necessitatem patientibus, aut ita modicum pro quantitate suæ substantiæ, peccat mortaliter. Ex part. 5. tract. 8. Resolu. 17.

Quæ hic est Resol. antecedens, & sup. in Resol. 8. §. 1.

§. 1. PRima sententia affirmat, sic sentiunt Doctores, quos ego ipse citaui *in 2. part. tract. 1. misc. resol. 32.* quibus nunc adde Ioannem VVigers *in 2. 2. quæst. 32. art. 6. dub. 6. num 39.* Becanum *in 2. 2. cap. 21. dub. 4. num. 8.*

2. Secunda sententia Azorij *tom. 2. lib. 12. cap. 7. q. 4. ver. accedit.* Suarez *de charitate, disp. 7. sect. 3. n. 3.* & Lorcæ *in 2. 2. sect. 3. disp. 39. memb. 2. num. 30.* vbi docet quòd nemo tenetur omnibus communiter indigentibus subuenire, sed aliquibus, nec tenetur in totum alicuius indigentiam subleuare, sed satis est aliquid ei dare. Item potest omitti vnus & alter pauper communiter indigentes, etiamsi petant eleemosynam reseruando eam aliis. Ex quibus infero neque etiam esse necessarium totum superfluum in eleemosinam expendere, sed potest aliquid reseruari in alios vsus licitos; & præsertim pios. Quorum omnium ratio hæc est, quia præceptum occurrendi communibus indigentiis pauperum ex parte accipientium non est determinatum, sed vagum, & indeterminatum, ex parte dantium non est tale, vt singulos obliget in solidum, sed communiter omnes diuites, & habentes superflua, & sufficienter his necessitatibus subueniri censetur, si singuli aliqui dent, & aliquibus; quam latitudinem obligationis communis eleemosynæ, & propter eam non esse prætermittenda alia opera pietatis, indicauit Christus *Matth. 26.* cùm approbans obsequium Magdalenæ dixit Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis, id est, occasio benefaciendi pauperibus semper adest, & non ita vrget, quin possit in aliud tempus differri, &c. Non ergo iudicandum est quemquam peccare mortaliter omissione huius præcepti, eo quòd superflua possideat, & retineat, vel in alios vsus expendat, nec eo quòd vnum, aut alterum pauperem prætermittat, sed tunc solùm quando ita omittit eleemosynam, vt nihil det, aut ita parum pro quantitate substantiæ, vt simodem modo omitterent reliqui diuites, pauperibus deesset subsidium, id autem in specie decernere prudentis arbitrio committi debet. Ita Lorca. Vnde ex his Suarez *vbi suprà num. 7.* censet esse peccatum mortale hunc actum, Nolo de superfluis erogare eleemosynam in communibus necessitatibus, nisi sciret occursuras graues necessitates. Vide Tannerum *tom. 3. disp. 2. q. 5. dub. 2. num. 15.*

3. Tertia sententia asserit in tali casu adesse tantùm peccatum veniale, & ita docet Granadus *in 2. 2. controuers. 3. tract. 11. disp. 2. sect. 4. num. 26.* vbi sic ait. Dico tertiò, excusari non potest à culpa veniali, & periculoso statu, qui de superfluis non elargitur eleemosynam in communibus pauperum necessitatibus nisi cùm ratio aliqua pietatis, & diuini obsequij præponderat; hoc vt minimum dandum est Doctoribus posterioris sententiæ, & fortitudinis argumentis, quibus ea comprobatur, & sanè nemo est, qui non videat otiosam & auaram pecuniæ retentionem esse, quando quod tibi nullo modo, etiam ad status gloriam, & magnificentiam, necessarium est, in arca reseruas, aut nouas domus extruis, & ad honores aspiras. Meritò itaque Iacobus Apostolus *in sua Can. cap. 5.* eiusmodi diuites increpauit, *Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt, aurum, & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis, thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus:* quæ verba etsi grauem culpam significent, & intelligenda sint rigorosè de diuitibus, qui extremis, aut grauibus necessitatibus succurrere nolunt, iuxta primam assertionem, & dicta etiam videantur contra diuites, qui retinent aliena, & occasione diuitiarum alia luxuriæ & homicidij scelera perpetrarunt, vt cõstat ex sequent. immediatè in illomet capite, adhuc tamen quoad culpas veniales, & maximum mortalitè periculum extendenda sunt ad casum nostræ tertiæ assertionis. Vide egregium Commentarium Augustini de Quiros *in prædictum locum.* Addidi tamẽ, nisi ratio aliqua pietatis, aut diuini obsequij præponderet, quia si in communibus necessitatibus diues non elargiatur pauperi eleemosynam, vt templum ædificet, vel Monasterium Religiosorum erigat, vel quid simile, ab omni culpa excusabitur, vt Ecclesiæ praxis persuadet. Ratio verò est, quia cùm obligatio in prædicto casu subueniendi pauperibus non sit grauis secundùm probabilem opinionem, de qua in secunda assertione, sed leuis & orta ex charitate, cuius præcepta non solent ita strictè obligare, videtur sufficiens ad vitandum in hoc negotio omne peccatum, quòd in sumptus pios, & diuini obsequij expendantur bona superflua, nec est pauper rationabiliter inuitus, si propterea communem eius miseriam non subleuet, vt alia opera pietatis exequatur. Hactenus Granadus *loco citato.*

4. Verùm his non obstantibus mihi placet quarta sententia negans nulli hominum esse obligationem erogandi eleemosynam in necessitate communi. Ita DD. quos ego citaui *vbi suprà, in 1. part. tr. 1. Miscellan. resolut. 32.* quibus nunc addo doctum Hurtadum de Mendoza *in 2. 2. disput. 159. sect. 4. §. 131.* & ratio est, quia ego nõ teneor alicui erogare mea bona, quãdo prudenter existimo proximi necessitatem depelendam ab aliis; sed hoc contingit in necessitate communi.

muni. Ergo in illa ego non teneor errogare eleemosynam. Maior satis est probata tota hac disputatione, non solùm in necessitate communi, sed etiam in graui & extrema (dummodo non immineat periculum vitæ interim dum alius accurrit.) Minor etiam est sæpe probata quia si quis egeat alimento, & hoc non donetur ab aliis, iam est in necessitate graui, imò in extrema. Multæ enim necessitates dicuntur communes, non quod materia sit leuis, sed quia egentes à multis leuantur, ita vt me eleemosynam prætermittente, alij eam erogent: vt patet in paupere ægro, qui viuere non potest absque aliorum bonis, & tamen est in necessitate communi, quia licèt à me non curetur, est tamen Xenodochium in quo curetur, aut ego sum conscius illum ab amico, aut vicino curandum, ob quod non teneor ego illum curare; teneret autem si id alij non essent præstituri, quod argumentum efficacissimum est ad ostendendam euidenter probabilitatem & practicam securitatem huius sententiæ. Necessitas item communis potest considerari ex ipsa sola leuitate materiæ, quamuis ego sim certus egenti nullum alium opitulaturum; in hoc casu probo meam sententiam, quia necessitate proximi est leuis quicquid enim mali, aut æruinæ patitur, leue est; sed ego non teneor hominem leuare omnibus malis, etiam leuibus. Ergo neque erogare eleemosynam in eo euentu. Probo minorem, tum quia hominem leuare omni in labore, est illum constituere in magna felicitate, & illum liberare ab omni indigentia, & illū locupletare, quæ enim maior felicitas corporis esse potest post originale peccatum, quàm nihil dolere; Aut quæ opulentiores diuitiæ, quàm nullo egere? Sed ego non teneor hominem locupletare, neque illum ita curare, vt capite nec leuiter doleat; esset enim hæc intoleranda diuitibus solicitudo, quam vix parentes gerunt cum filiis, quos aliquando laboribus, ac doloribus exercent, neque à me extorquenda est maior solicitudo in alios, quàm in me ipsum debeo, & quidem argumentum quod mouit Antonium atque Durandum, magni momenti est, ne videlicet tam infiniti diuites damnentur, qui minutas istas pauperum egestates parui faciunt; & quidem quando Doctorum auctoritas & argumentorum pondus dant locum, non infinitorum conscientias opprimamus id faciendum est, ne illi pereant, quando possunt probabiliter ab illo periculo liberari. Duo igitur cum diuitibus censeo esse facienda, alterū illis consulendum, & serio persuadendum, vt liberales sint in pauperes communes, & ea ratione Deum sibi placent, ac concilient, quod sancti Patres de scripto & cōcione sæpe fecerunt; alterum diuites esse ducendos, eos non teneri ad eleemosynam erogandam in necessitate communi, melius enim est, vt multi eleemosynam tuta conscientia omittant, quàm vt eam omittant cum conscientia peccati mortalis, & quamuis aliqui pauci præ scrupulo eam essent erogaturi, id tamen leuioris est momenti, quàm tot animorum interitus, qui eam non erogabunt quamuis se ad id obligari apprehendant. Hucusque Hurtad. *loco citat.*, qui §. 136. subdit omittere eiusmodi eleemosynas in communibus necessitatibus ex obiecto, & per se nullum esse peccatum: per accidens autem frequenter est peccatum veniale, quia illa omissio oritur ex animo auaro plus iusto pecuniæ amantes, neque illi omissioni præscribitur finis honestus, sed potiùs inhonestus: ergo, &c.

5. Notandum est hîc obiter primò quòd stando in prima opinione quærit Malder. *in* 2.2. *quæst.* 32. *art.* 5. *dub.* 1. *quæst.* 4. an pauperibus, qui ad mendicandum publicis in locis exposiri, vel ex nuditate, vel ex morbo extremæ necessitatis euidentia signa ostendunt, sub præcepto teneatur quis succurrere, si habeat superfluum vitæ? & respondet rarius euenire, vt quis teneatur, quia ferè ad mouendum spectatores huiusmodi necessitas exaggerari, & aliquando etiam ab eis simulari soler, vel sanè ab aliis iuuandi faciliùs præsumuntur. Ita Malderus, & post illum Ioannes Vvigers *in* 2.2. *quæst.* 33. *art.* 6. *dub.* 6. *concl.* 2. *n.* 32. quod est valdè notandum.

6. Notandum secundò, stando etiam in prima opinione, quòd si quis habens superflua, ita omittit eleemosynam, vt nihil omninò det communem necessitatem patientibus, aut ita modicum pro quantitate suæ substantiæ, vt si alij diuites eo modo facerent, pauperibus deesset subsidium; mortaliter peccat, quia transgreditur præceptum de eleemosyna in re graui, quāuis enim singulæ tales necessitates non sint per se magni momenti, multæ tamen coniunctæ efficiunt in Republica magnam miseriam, multæ etiam omissiones eleemosynæ in similibus necessitatibus habeantur se, non vt multa peccata venialia, quæ nunquam faciunt vnum mortale, sed vt vna notabilis transgressio præcepti simili aliquo modo, quo etsi furtum paruum sit solum veniale peccatum, multa tamen parua furta constituunt peccatum mortale, quatenus continent magnā iniustitiam, ac supponunt voluntatem retinendi multum rei alienæ. Ita Syluius *in* 2.2. *quæst.* 32. *art.* 6. *quæritur* 2. *ad argum.* 6. Azorius *tomo* 2. *libro* 12. *cap.* 8. *quæst.* 1.

RESOL. XIV.

An spes ascendendi ad superiorē statum liberet ab onere elargiendi eleemosynam de superfluis? Ex p. 5. tract. 8. Resol. 20.

§. 1. NEgatiuè respondet Lorca *in* 2.2. *sect.* 3. *disput.* 39. *memb.* 1. *num.* 7. vbi sic ait: Addunt aliqui ad necessitatem, vel conuenientiam status reuocādum esse ascensum ad superiorem statum, ita vt ea non censeantur superflua, quæ licet excedant mensuram status præsentis, conducere tamen possunt, & reseruantur: vt homo altiorem statum acquirat, & acquisitum conseruet. sed si hæc sententia vera est, nihil vnquam erit superfluum, quoniam quicumque potest ad altiorem statum ascendere, & quæcumque superflua statui præsenti conducere possunt ad acquirendum altiorem statum. Nec sufficit si dicamus quod Caietanus insinuat, id solùm verum esse quando proximè speratur ascensus ad maiorem statum, quem tamen non omnes sperare possunt, hoc enim nullius est momenti, quia sequeretur illum, qui habet pauca vltra necessitatem præsentis status, habere superflua; qui habet autem plurima, nihil habere superfluum, quia isti facilè est, & proximum altiorem statum comparare, illi autem difficile & remotum; illatio verò videtur planè absurda. Mihi aliter dicendum occurrit, existimo enim non ideò bona non esse superflua, quòd conseruentur ad acquirendum maiorē statum, si quis tamē alia via speret proximè & probabiliter ascendendum sibi esse ad maiorem statum, in quo pluribus indigebit, vt quia fiet Consiliarius Regis, aut Dux exercitus, potest conseruare ea, quibus nunc non indiget tanquām necessaria statui futuro. Ita Lorca *vbi supra*, contra Caietanum & Cordubam.

2. Sed ego puto sententiam Caietani & Cordubæ esse probabilissimam, quam tuetur, vt alibi adnotaui sæpius, sapientissimus Vasq. *opusc. de eleemosyn. cap.* 4. *dub. vlt. n.* 14. vbi sic asserit. Laici de bonis patrimonialibus possunt seruare ad statum suum, vel consanguineorum mutandum. Vnde vix in seculatibus inuenies etiam in Regibus superfluum statui. Ita ille, & *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 26. ita etiam ait. Appello superfluum

Alibi in Resol. quæ hic est supr. 8 §. Quarto, & in Resol. 9. §. vlt. cursim à lin. 5. & in Resol. 5. §. vlt. & recitanter in aliis.

status, vel præsentis, vel futuri, quem ego licitè possum acquirere; & ad illum ascendere. nec enim teneor ego meum statum & dignitatem amittere vt alius non amittat suum, & simili ratione non teneor ego ob similem necessitatē futurum perdere statum, quem dignè poterasn conquirere, quod expresse sensit Nau. & Caiet. *2.2. & in sum. loc. cit.* qui licet sentiat de superfluo quemlibet teneri ad eleemosynam, sed non existimat superfluum, quando quis habet superfluum statui præsenti, illud tamen in futurum seruat, vt mutet statum digniorem, & ita vix aliquis tenetur, aut secundùm opinionem Caietani, aut secundùm nostram ad eleemosynam, quando tenetur tantùm ex superfluo status. Hæc Vasq. Vide etiam eundem *infrà num. 32. in fine*, & Cordubam *lib. 1. q. 36.* cum Granado *in 2.2. contr. 3. tr. 11. sect. 1. num. 3.* vbi adducit & approbat doctrinam Caiet. *in sum. ver. eleemosynæ largitio*, sic asserens. Hoc esse iudicandum consideratis sumptibus honorabilibus, etiam filiorum familiæ status, munificentia, magnificentia, communibus euentibus, hæredibus & aliis huiusmodi; ita; vt rarò videatur contingere, vt homo secùdùm statum gloriosè viuens, superfluum habeat. Hæc Caietanus. Vide etiam Malderum *in 22. q. 32. art. 6. dub. 4.* vbi docet etiam vix vnquam contingere, vt quis habeat superfluum status, cum possit quilibet cogitare de statu augēdo, imò status cum diuitiis crescat. Ita ille. Vide etiam Ludouicum de San-Iuan *in sum. q. de eleemos. art. 3. dub. 4. append. 3.* sic asserentem. [De aqui parece que no se ha de condenar al que detiene los dichos bienes superfluos para procurar para si, o por los suyos alguna honra, dignidad, o estado, que licitamente se pueden pretender con condicion, que no dexe de acudir à la necessidad extrema, o quasi extrema del proximo.] Quæ omnia satis pro diuitibus, eorúmque Confessariis, vt reor, plausibilia erunt consulendum est tamen eis semper, vt largè eleemosynas præbeant. Non desinam hîc adnotare supradictam sententiam non admittere Duualliū *in. 2.2. D. Th. tr. de charitate, quæst. 8. art. 4.* nam ex illa duo grauissima incommoda sequerentur. Primum nullum vnquam hominem dici posse habere superfluum, omnes quippe sperare, & aspirare, ad superiorem statum possent; saltem nulla est ratio cur, vnus potius; quàm alter ad eiusmodi statum aspiret. Secundum, eum qui nullam dignitatem sua superiorem speret, cum paucis supra necessitatem & decentiam præsentis sui status habiturum superflua; cum verò, qui hanc dignitatem speret seu qui maiori ambitione duceretur habendo plurima super decentiam sui status, non habiturum superflua.

RESOL. XV.

An quis teneatur de superfluo ad statum opitulari illi, qui in periculo versatur amittendi fortunas iniuste? Ex p. 5. tr. 8. Res. 16.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Vasquez *opuscul. de cap. 1. dub. 3. num. 26.* vbi sic ait. Si alicui imminet necessitas, seu periculum cadendi à suo statu, ob amissionem rei corporalis, tenetur quis ex superfluo status illi subuenire, non tamen ex necessario statui, quia non teneor cum æqualis rei detrimento proximo subuenire. Ita ille.

2. Verùm contrariam sententiam docet Hurtadus de Mendoza *in 2.2. disput. 159. sect. 4. §. 98.* quia hæc necessitas non est absolutè necessitas. Ergo non tenemur erogare eleemosynam in illa versanti, Probo antecedens, quia pono hominem illum habere alimenta & vestes, quibus tam congruè alatur, vt non sit neque in communi necessitate, in qua mendici versantur, sed victum habent, & ornatum, non solùm sufficientem, sed etiam honestum. Item ille homo non est infamis, sed potest honestè degere inter suos, neque cogitur mendicare, neque seruire, neque vilem artem exercere: ergo simpliciter non habet necessitatem non solum grauem, verùm, neque communem. Ratio est, quia opulentiores fortunæ, munera & tituli perillustres non spectant ad depellendam miseriam, sed ad augendam dignitatem; sed nullus tenetur lege misericordiæ alicui procurare pompam istam secularem, neque eum in illa conseruare, quamuis enim sit in periculo illam iniustè amittendi, tamen non propterea est in periculo cadendi in necessitatem aliquam. Quod differt ab homine cadente in infamiam, quæ magna miseria est absolutè. Ita Hurtadus. Non est igitur recedendum à prædicta sententia, nam alioquin sequeretur hominem Principem, aut ciuitem mercatorem teneri ad erogandos mille, vel bis mille, aut ter mille aureos illis indigenti ad sequendam litem, licèt non indigeat ad honestum victum atque vestitum; hoc autem nullus admittet, quamuis illi ter mille aurei sint superflui. Igitur illa necessitas non est arcta, qualis esse solet in petendo victum precario, in famulando, in excercenda vili arte, ideo nullus tenetur lege eleemosynæ, erogare sua bona.

RESOL. XVI.

Si plures diuites possint vni pauperi succurrere in extrema vel graui indigentia, quia omnes aque illum norunt, quis eorum teneatur eleemosynam dare? Ex p. 5. tr. 8. Res. 13.

§. 1. INtelligitur quæstio de extrema, vel graui indigentia, & ad illa respondet Lorca *in 2.2. sect. 3. disputat. 39. memb. 3. num. 50.* omnes illos teneri insolidum, & æquè, ita vt si nullus subueniat, omnes peccent &, quilibet integrè succurrere teneatur, si alij omittant. Possunt tamen inter se conuenire, vt occurrant per partes, & proportione seruata ad numerum, & ad diuitias, & eadem ratione potest vnus satisfacere præbēdo partem, si certò speret alios ex parte etiam contribuere. Nec tenetur vnus præuenire donec alios consulat, secus si videat neminem eorum opitulari Villalobos *in summa. tom. 1. tract. 22. diff. 2. n. 18.* & Gaspar Hurtado *diff. 10.*

REOL. XVII.

An diuites teneantur redimere captiuos apud Turcam:
Et quid est dicendum de aliis multis casibus passim occurrentibus, vt v. g. Aduocatus an debeat suo patrocinio gratis defendere pauperem, aut viduam indigentem eius opera?
Et quid de Medicis Chirurgis Phamarcopolis, & aliys? Ex p. 5. tr. 8. Res. 6.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Filliucius *tom. 2. tr. 28. cap. 3. num. 76.* & Azorius *tom. 2. lib. 12. cap. 8. q. 5.* vbi sic ait. Ex his perspicitur quid sit dicendum in multis casibus passim occurrentibus, v. g. an Aduocatus debeat suo patrocinio gratis defendere pauperem, aut viduam indigentem eius opera? an Medicus, aut Chyrurgus gratis mederi cogatur ei, qui nihil habet, quod soluat? an Pharmacopola obligetur ad medicinam gratis porrigendam pauperi & egeno? An

diues sciens vicinum suum captiuum teneri apud Turcas, & redemptione maxime egere, nec habere quo se redimat, eum redimere debeat ? an diuites cùm videant patriam annonæ penuria laborare, multos fame mori, aut cum sciunt vicinos suos ad turpiter viuendum, aut ad peccandum cogi ob inopiam & egestatem, qua miserè premuntur, ad erogandam eis eleemosynam Christiana lege cogantur. Maior *in 4. distinct. 15. quæst. 7. §. contra hanc conclusionem arguitur*, & Caietanus *2. 2. quæst. 71. artic. 1.* docent in his & similibus euentibus esse obligationem eleemosynam erogandi, quia sunt extremæ, vel quasi extremæ, vel graues necessitates. Ita Azorius.

2. Verùm Hurtadus de Mendoza *in 2. 2. disp. 159. sect. 3. §. 21.* non approbat hanc opinionem ; captiuitas enim per se non est extrema necessitas : ergo præcepto de opitulando indigentibus extremè, nullus tenetur ad redimendum captiuum. Probo antecedens, quia illa sola est necessitas extrema, in qua non potest aliquis sine alio viuere ; sed sine libertate potest aliquis viuere : ergo libertate nullus eget absolutè. Confirmatur, quia alioquin nullus posset retinere mancipium, præsertim illum, qui propria culpa non dedit causam captiuitati, quem redimere teneremur : ergo captiuitas non obligat per se hoc genere legis necessitatis extremæ. Ita Hurtadus, qui limitat suam opinionem, nisi captiuus probabiliter timetur occidendus iniustè, aut melancholia, aut cœlorum inclementia interiturus, in his enim casibus talis esset in extrema necessitate. Vide etiam Granadum *in 2. 2. contr. 3. tract. 11. disp. 2. sect. 4. num. 21.* qui etiam docet teneri diuitem ad elargiendam eleemosynam pro redimendo captiuo viro admodum nobili, aut alioqui magnæ sanctitatis & vtilitatis in Republica.

RESOL. XVIII.

An priuati homines teneantur inquirere pauperes ?
Et quid in tempore pestis ?
Et de multis aliis casibus agitur circa hoc. Ex part. 5. tract. 8. Res. 3.

Sanch. §. 1. vers. Circa. Hurt. *disp. 159. sect. 3. §. 13. & seq.* Sanch. vbi sup.

CIrca præsens dubium visum est mihi apponere hîc verba Hurtadi de Mendoza *in 2. 2. disp. 159. sect. 3. §. 13. & seq.* vbi sic asserit. Priuati homines non tenentur inquirere pauperes, aut qui homines egeant. Primùm, quia hæc non est ignorantia iuris, sed facti, quam quis non tenetur depellere, nisi aliud occurrat, quo obligetur. Secundò, quia molestissima esset hæc obligatio, & homines auocaret à cæteris occupationibus, quibus necessariò studeant. Tertiò, quia id munus spectat ad alios, quos illo legitimè fungi possunt sibi persuadere. Tandem egeni se produnt frequenter, & vix vnquam quis perit occultè, de contingentibus autem tam ratò non erat fenda lex. At verò vrbe deflagrante peste tenetur quis dom in ea est, diligentiam adhibere in conquirendis egenis, tunc enim est moraliter impossibile, quin multi pereant, nisi conquirantur. Duo autem excusare possunt priuatos in ea occasione. Alterum, si ita à magistratibus sit prouisum egenis, vt nullus latere possit. Alterum, si immineat probabile periculum interundi, nullus enim pro priuati hominis vita tenetur proptiam exponere morti. Est item in homine necessaria facultas tam physica, quàm moralis, etenim qui caret facultatibus, aut industria, quibus possit egenti opitulari, ad id non tenetur, quia non potest. Item quamuis aliquis habeat quibus possit physicè opitulari mendicis, non potest aliquando licitè, quia hæc facultas non est sua, sed aliena. De alieno autem nullus potest erogare stipem nisi extremè indigenti. Neque me obligat eleemosynæ lex, quando ego existimo eam re ipsa erogandam ab alio. Si autem mihi persuadeam id à nullo alio præstandum, teneor id ego præstare. Vtriusque ratio est, quia alio opitulante non indiget mea opera, quam nulli debeo, nisi indigo ; quando verò alij non opitulantur siue culpatè, siue inculpatè, iam egetur mea opera, quam ego egenti debeo ; si verò duo simul adstent, nullus tenetur alterum præuenire, sed expectare tempus, quo quis obligatur. Hoc autem adueniente tenentur singuli accurrere, non considerantes quid alij faciant ; quando verò multi simul circumstant qui opem possint ferre extremè indigenti, tenentur sumptum partiri ; quod si cæteri nihil velint ministrare, teneor ego integrum sumptum facere ; quòd si alios mouui vt conferrent singuli partem, quam debebant, tenentur illi illam mihi restituere, & possum ego per compensationem occultam eam occupare, quia omnes tenebamur egenti opitulari : quæ autem ego erogaui pro illis, fuit ob illius duritiem. Et hæc omnia docet Hurtadus *loco citato*, quibus adde Vvigers *in 2. 2. quæst. 32 art. 6. dub. 6. num. 46.* Ludouicum de San Iuar *in summa, quæst. eleemos. art. 3. dub. 2. append. 1.* Syluium *in 2. 2. quæst. 32. art. 6. quæritur 2. ad argum. 6.* Malderum *in 2. 2. quæst. 32. art. 6. dub. 2.* Vasquez *opusc. de eleemosyna, c. 1. dub. 3. num. 25.* Sanchez *in opuscul. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dubit. 39. num. 4.* Suarez *de charit. disp. 7. sect. 1. num. 6.* Valentiam *tom. 3. disp. 3. quæst. 9. punct. 4.* Azorium *tom. 2. lib. 12. cap. 10. quæst. 5.* & Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 12. difficult. 2. n. 17.* vbi sic ait : [Aduierto, que aunque vno tenga bienes sobrados, no està obligado andar à buscar los pobres que padecen extrema, o quasi extrema necessidad, o graue, que satisfaze al preceto, remediando a las necessidades que se sabien, teniendo proposito de remediar las que se ofrecieren.] Hæc ille : Lege Hurtado *in tract. de charit. disp 5. d. ff. 18.* qui obligat Beneficiarios ad inquirendas graues necessitates, vt eis succurrant.

Sup. hoc signanter in Resolutionibus not. præteritæ, & in iisdem §§.

RESOL. XIX.

An Summus Pontifex teneatur superflua ex suis redditibus elargiri in eleemosynas ?
Et an Papa in hoc præcepto possit dispensare ?
Et an hoc præceptum sit humanum, & Ecclesiasticum. Ex p. 5. tr. 8. Res. 28.

§. 1. REspondeo affirmatiuè, quia præceptum erogandi superflua in pios vsus, est præceptum diuinum & naturale, vt probat Nauarrus *opuscul. de reddit. quæst. 1. num. 48.* & Corduba *lib. 1. quæst. 18.* vnde ex his infert Sanch. *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 40. num. 3.* Summum Pontificem hoc adstringi præcepto, & teneri superflua ex suis redditibus Ecclesiasticis largiri pauperibus. Ita ille, qui citat pro hac sententia Archidiaconum, & Adrianum. Verùm Corduba *vbi suprà*, docet Papam ex causa in hoc præcepto posse dispensare, & Sotus *lib. 10. de Iust. quæst. 4. art. 3.* tenet hoc præceptum esse humanum, & Ecclesiasticum.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 2. Res. 14 §. 9. Non distinã. & inf. ex doctr. Res. seq. §. vlt. & in alio eius not. 1 & pro diffic. cõtenta in duabus vlt. lin. huius Res. latè in Res. seq &c.

RESOL. XX.

An Pontifex, si non licitè saltem validè possit dispensare cum Cardinalibus, Episcopis, & aliis Beneficiariis, ne redditus Ecclesiasticos superfluos expendant in pios vsus ?
Et an hoc etiam possit introducere consuetudo ?

Et

Et resolutio harum quæstionum pendet ex illa, an obligatio expendendi superflua status, quam habent Ecclesiastici, oriatur ex iure naturæ, vel ex iure Ecclesiastico?

Et an extet præceptum positiuum prohibens Ecclesiasticis expendere superflua in vsus non pios? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. Res. 35.

Sup. hac quæst. inf. in Res. 27. & in duabus vlt. fin. Res. præterit. & in tom. 9. tr. 2. Res. 14. §. 11. à med. & §. vlt. ad med. & in tom 6. tr. 7. Res. 4. cursim in §. vlt. & ibi in tr. 8. Res. 92. §. Tertia. ad med. & in §. Vidisti. etiam à med.

§. 1. Resolutio huius dubij pendet ex illa quæstione, an obligatio expendendi superflua status, quam habent Ecclesiastici oriatur, ex iure naturæ, vel ex iure Ecclesiastico. Et oriri ex iure Ecclesiastico, præter Sotum *de iust. lib. 10. q. 4. art. 3.* & Lessium *lib. 2. cap. 4. dub. 6. num. 47.* à me alibi adductos; tenet nouissime ex Societate Iesu Pater Baunyus *in Theolog. moral. tom. 3. lib. 2. tract. 9. quæst. 4.* qui omnino recognoscendus est; nam late probat, Præceptum Ecclesiasticorum largiendi superflua in eleemosynas, & vsus pios, esse tantùm præceptum Ecclesiasticum; & contra illud posse prævalere consuetudinem in contrarium. Sed audiamus alium Societatis Iesu Theologum, & is est Pater Escobar *in Theolog. moral. tract. 5. Exam. 5. cap. 4. num. 45.* Sic asserens: Clerici Beneficiis Ecclesiasticis fruentis obligationem exprimas. Profecto hi bonorum patrimonialium verum dominium habent, sicut Laici; possuntque pro libito disponere. Eorum autem, quæ in sustentationem congruam eis de bonis Ecclesiæ conferuntur, etiam habent dominium. Porro tam libera sunt hæc ad sustentationem bona collata ab obligatione eleemosynæ, quam patrimonialia; quia iusta est laborum merces. Enimuero eorum, quæ post congruam sustentationem superfluunt, probabile est, non habere dominium, debereque operibus piis impendere sub onere restitutionis: sed probabilius reputo cum Lessio, & aliis, eorum absolutos Dominos esse; nec obnoxios restitutioni futuros, licet ea profanè expendant: sed tamen graui crimine alligari, quia graue quidem Ecclesiæ præceptum transgrediuntur, de quo Trident. *sess. 45. cap. 1. de Reformat.* Vnde colligo, teneri superflua illa pauperibus exhibere: inter quos, Toleto Auctore, possunt propinqui præferri, accipientes quidem plus cæteris, etiam in status incrementum, non solum iuxta qualitatem eorum, sed & iuxta dantis Episcopi, Pontificis, Parochi qualitatem, etiam ex Maioratus aut vinculi institutione, modo absit scandalum, & notabilis fugiatur excessus. Ita Escobar, qui vt vidisti, nullum aliud Præceptum agnoscit, nisi Ecclesiasticum, vt bona Ecclesiæ in pios vsus expendantur.

Sup. his seq. infr. in Res. 26. ex doct. §. 1. & 2. & in aliis eius primæ not.

2. Et tandem non deseram etiam hîc apponere verba Machadi, *tom. 1. lib. 3. part. 3. docum. 9. num. 8.* Sic asserentis: [Queda dudoso, y controuerso entre los Dorores, si como la costumbre hà introduzido, que los Beneficiatios puedan testar libremente, aya introduzido tambien, que puedan testar licitamente de los Reditos, y Bienes ad quitidos de sus Beneficios para vsos profanos, como de Bienes proprios Comun opinion es, que no, y que pecan mortalmente en ello, porque si en disponer destos Bienes Espirituales en vida fuera, de lo que han menester para su congrua sustentacion, es pecado mortal: como lo dextra de serel disponer los en muerte? Pero muy probable la contraria, y por talla difiende, y sigue Garcia; iuzgando, que por no ser esta costumbre contra Derecho natural, ni Diuino: sino contra el positiuo hà podido preualecer en todo, assi en la facultad de testar liberamente, como en disponer de los frutos, y Bienes adquiridos de los Beneficios à su voluntad como de los proprios, y patrimoniales.] Ita Machadus. Et sententiam supradictorum Doctorum, nempe solum præcepto iuris positiui Ecclesiasticos teneri expendere in vsus pios bona superflua eorum debitæ sustentationi, tanquam probabilem admittunt Sanchez *in Opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 40. num. 2. in fine*, & Trullench *in Decalogum, tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 6. num. 9. & 11.* Et ideo, si Pater Vasquez nunc scriberet, non vtique diceret id, quod ait in *Opusc. de eleemos. cap. 4. num. 15.* nempe se nullum legisse, qui assereret, iure tantum humano Ecclesiasticos teneri superflua in vsus pios expendere; non vtique hoc diceret: nam vt visum est, septem DD. hanc sententiam absolutè, & tanquam probabilem tenent, Sotus, Lessius, Baunyus, Machadus, Escobar, Sanchez, & Trullench.

Sup hoc inf. in Res. 27. §. Secundo. & hic infr. in hac ipsamet. Res. §. vlt. ad med. & late in to. 6. tr. 7. Res. 92. & 94. §. vlt.

3. Sed supradictis posset aliquis plus addere nempe neque extare præceptum positiuum, prohibens Ecclesiasticis expendere superflua in vsus non pios: & ideo apponam hîc per extensum verba Petri de Lorca *in 2. 2. D. Thomæ quæst. 38. art. 9. sect. 3. disp. 40. membr. 2. num. 44.* vbi sic ait: Sunt qui dicant, ex natura rei licitum esse, quod dicimus; iure tamen positiuo interdictum. Adduntque primò aliqua iura, quæ refert Nauarrus, *quæst. 1. monit. 22.* quæ tamen non bona fide induxit; nihil enim ad rem conferunt. Sed potissimè innituntur Decreto Concilij Tridentini, post verba proximè allegata dicentis: Omnino eis interdicit (scilicet sancta Synodus) ne ex redditibus Ecclesiæ consanguineos, familiaresve suos augere studeant, cum & Apostolorum Canones prohibeant ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent. Sed si paupetes sint, iis vt pauperibus distribuant; eas autem non distrahant, neque dissipent illorum causa. In his verbis Concilij vtitur verbo præcepti, nempe interdicit, & ideo videtur esse præceptum. Sed si benè expendantur verba Concilij, nihil præcepit de fructibus, & potione, quæ singulis Clericis, vel Prælatis designata est: sed loquitur de bonis, quæ sunt in domino ipsius Ecclesiæ, qualia sunt immobilia, & ius ad redditus annuos. Hanc esse mentem Concilij, patet, ex duobus: primò, quia remittit se ad antiqua iura, præsertim ad Canones Apostolorum, in quibus de his bonis immobilibus est sermo, vt patet ex *Canon. 39. aliàs 37.* vbi dicitur, sed non eorum (scilicet cognatorum) prætexru vendat quæ sunt Ecclesiæ. Et *Canon. 75.* vbi solum agitur de assumptione ad Episcopatum, & electione in Ecclesiasticam dignitatem intuitu cognitionis. Secundò ex illis verbis: Eas autem non distrahant: distrahere idem est, ac alienare, & à possessione Ecclesiæ auellere; quod non habet locum in propriis fructibus, sed in bonis ipsius Ecclesiæ. Videtur ergo Concilium, hoc præcepto extirpare voluisse abusum, quo multi Ecclesiarum bona, aut gratis dabant consanguineis, aut vili pretio vendebant, aut in emphyteusim, vel feudum cum magno Ecclesiæ detrimento concedebant: nihil autem de fructibus singulorum decreuisse. Hucusque Lorca.

4. Verum omnibus superius dictis minimè assentior. Dico itaque cum communi Doctorum sententia, ex natura rei, & ex eorum constitutione bona Ecclesiastica ita esse expendenda, vt graue peccatum sit in prophanos vsus ea insumere; & in pios vsus erogari debere quicquid superfluit congruæ sustentationi; ita vt si pauperum indigentiæ (quorum subsidium omnibus aliis præferendum est) non exigant totum illud residuum; alia pia opera fiant: vt nullo modo prophano consumatur. Hæc propositio patet; quia bona Ecclesiæ sunt bona Christo consecrata, & intuitu pietatis Ecclesiæ donata, natura ergo sua petunt non aliter quam pie, censum. Et existimo speciem esse Sacrilegij, ea prophanè expendere; quia vt D. Thomas dicit *2. 2. quæst. 99. art. 3.* Sacra sunt, & ideò quemadmodum fit illis injuria, si furto rapiantur; ita etiam si

pro

prophane insumantur: & vtrumque est sacrilegium. Erit autem peccatum mortale, si quantitas profusionis magna sit. Et tandem censeatur magna; non est attendenda mensura furti, nam quantitas, quæ in furto constitueret in prophana effusione, sed longe maior. Quemadmodum vero hæc profusio speciale peccatum est, ita etiam auara, & inordinata retentio.

5. Ad auctoritatem Lorcæ, asserentis Concilium Tridentinum loqui de bonis immobilibus Ecclesiæ, non autem de fructibus; ideoque non obstante hoc Decreto, posse adhuc Beneficiarios Maioricatus, & feudos aliquos suis cõsanguineis emere, & donare respõdeo, bona immobilia vulgo non dicuntur redditus, sed fundamenta ipsorum reddituum; tum quia redditus nihil aliud est, quam fructus annuus, seu qui singulis annis percipitur; tum quia Episcopi non solent ex bonis Ecclesiæ immobilibus suos cõsanguineos locupletare; sed solum ex fructibus: Concilium ergo voluit, contra hanc consuetudinẽ decernere; tum quia nomẽ rei magis bonis immobilibus quadrat, quã redditus; est enim quid transcendentale, & vniuersale, quod de bonis immobilibus, non minus quam de fructibus, in recto eis prædicatur; at hoc loco Concilij nomen rei Ecclesiasticæ non conuenit, nec enunciatur de bonis immobilibus: dicit enim Concilium, res illa debere, vel posse consanguineis, si sint pauperes distribui: vbi certum est, Concilium non intelligere, quod bona immobilia, quasi intuitu paupertatis, distribui possint parentibus: tantum ergo nomine rei, fructus annuos intelligit: igitur etiam nomine redditus bona immobilia, sed fructus annuos intelligit ipsum Concilium. Obicit tamen Lorca, primùm Concilii remittere ad antiqua iura, & Canones Apostolorum, in quibus de bonis immobilibus sermo est, vt patet ex *Canone 37. siu potius 39.* vbi dicitur *Sed non eorum* (scilicet consanguineorum prætextu) *vendat quæ sunt Ecclesiæ.* Secundò, ex illis verbis *Eas autem non distrahant*, illud idem patet: nam distrahere, idem est, ac alienare, & à possessione Ecclesiæ auellere: ergo de bonis immobilibus, non autem de fructibus, seu redditibus annuis loquitur Concilium.

6. Ad primum respondeo, Lorcam hunc Apostolorum Canonem (pace eius dixerim) deprauasse; ibi enim nullum verbum extat venditionis rerum Ecclesiasticarum; sed expresè prohibetur, ne ipsæ res parentibus propriis condonentur; sic enim scribitur: omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam Episcopus habeat; & ea, velut Deo contemplante, dispensẽt nec ei liceat: ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis, quæ Dei sunt, condonare. In altera verò versione sub citatione *Canonis 37.* ita scribitur. Ne liceat autem ex his aliquid sibi vendicare, vel propriis cognatis, quæ Dei sunt, largiri. Quò fit, vt de fructibus, seu redditibus annuis intelligatur Canon, & similiter Concilium Tridentinum.

7. Ad secundum respondeo, Concilium per hoc verbum *distrahere* tantum velle, ne res Ecclesiæ à pauperum subuentione, consanguineorum ergo, distrahantur; falsum enim est verbum hoc idem esse, ac à domino, seu possessione Ecclesiæ auellere; cum minus significet, quam alienare; nam quædam dicuntur propriè distrahi, quando vel à præsentia, vel ex manibus illius, qui eas posset accipere, subtrahuntur: & quamuis significaret alienationem; tamen, quia per liberalem donationem fructus alienantur, vt satis constat; potuit optimè Concilium hoc verbo addonationem horum fructuum quæ fieret consanguineis, prohibendam, vti: Et hæc omnia docet Duuallius, Doctor Sorbonicus 2. 2. *D. Thomæ, tract. de Charitate, q. 3. de Eleemosyna, f. 598.* cui ego libenter adhæreo.

8. Verum secundum opinionem Bany, & aliorum vbi supra, ad dubium positum in titulo huius resolutionis posset aliquis affirmatiuè respondere, nempe posse summum Pontificem dispensare cum Ecclesiasticis, ne bona superflua in eleemosynas, & vsus pios teneantur expendere: & etiam posse à consuetudine introduci. Vnde Clerici in Hispania, & Gallia, vt tenet firmiter Bañyus, stante dicta consuetudine, non solum validè sed etiam licitè disponunt in Testamentis de rebus superfluis ad vsus non pios. Sed, vt dixi, ego huic sententiæ non assentior, cum sit contra communem, & omnino respuendam esse, puto; magnas enim consequentias, secum traheret.

Sup. hoc in Res. præterita propè fin. & inf. in Res. 27. §. Sed, &c.

Sup. hoc sup in hac ipsamet Res. §. Et tandem, & in aliis eius not.

RESOL. XXI.

Quo ordine Episcopi, & alij teneantur superflua bonorum Ecclesiasticorum erogare in opera pia?
Et an Ecclesiastici ex fructibus beneficij possint filios spurios alere, & dotem filiæ spuriæ dare? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. Res. 36.

§. 1. ALiqui asserunt, pauperes loci esse præferendos quibuslibet aliis inter quos ij, qui maiori penuria premuntur præferendi sunt. Quod autem spectat ad pauperes alterius prouinciæ, aut loci; existimant, præferendam iis esse refectionem Ecclesiæ, vel illius ornatum necessarium. Id autem probatur ex eo, quod in iure quando quis ob simoniam, vel confidentiam damnatur ad fructuum restitutionem; decernitur, eam esse pauperibus loci faciendam, aut Ecclesiæ, in cuius contumeliam commissa est talis simonia, vel confidentia: ideoque Ecclesiæ refectio, & ornatus necessarius, post pauperum subsidium, per quod etiam intelligimus dotationem virginum, potissimum quæ in euidens periculum propter egestatem, nonnunquam coniiciuntur, æstimari debet. Quoad autem erectionem Monasteriorum, institutionem Collegiorũ, vel alia eiusdem generis, nullus præscribitur ordo, sed arbitrio cuiusque relinquitur; ita vt quod voluerit præferre, legitimè possit. Et hæc omnia docet Duuallius *in 2. 2. Diui Thomæ, tract. de Charitate, q. 3. de eleemosyna, f. 598.* Idem asserit Lorca etiam *in 2. 2. disp. 40. memb. 2. n. 40.* vbi sic ait: est tamen hic ordo seruandus, vt primò occurratur pauperibus loci, aut prouinciæ, à quibus desumuntur Beneficij reditus: & ita præferatur hoc opus reliquis, vt non possint, hoc omisso alia eligi; sed prius sufficienter illorum pauperum necessitatibus subueniatur. Cætera autem, siue sint eleemosynæ pauperum alterius prouinciæ siue quæcumque alia, libera sui tuta vt non magis vnum, quam alterum necessarium sit, sed potest Ecclesiasticus quod maluerit exequi. Ita ille.

2. Sed nõ deseram hîc apponere verba Patris Garciæ *in summa Theol. mor. tractat. 1. difficult. 4. dub. 2. num. 10.* sic asserentis: Por pobres se entiende no solo los que necessitan de comida, ò vestido, sino tambien todos los que carecen de las cosas necessarias conforme su estado; de suerte que vn marquez, y vn Duque puede llegar à estado que se le podra dar muy licitamente de los bienes Ecclesiasticos, para que passe segun la calidad de su persona, y à fortiori se comprehendẽ debaxo de pobres, y causa pia, los Religiosos, sus Conuentos, Capellanias, Hospitales, dotar pupilas pobres, &c. Missas, sufragios por las Almas; y finalmente todo lo que se endereça à misericordia ò piedad intuitu Dei: y aunque las rentas Ecclesiasticas, cæteris pauperibus es biẽ se emplen en los pobres donde està la Iglesia, ò donde se sacan las rentas: pero no quita esto, que tal vez no se puedan aplicar à pobres

bres, y à obras pias que esten fuera destos lugares. Vide Pater Molina *de Iust. tom.1. disp.145. versus finem §. Illud verò*, dicitur necessarium non esse, vt ea pia opera fiant in loco beneficij cum Nauarro quem affert, quádo tamen aliud non postulat commune bonũ Diœcesis, Regni, aut totius Ecclesiæ; verbi gratia, si fiat Collegium in vniuersitate distante ad Ministros Ecclesiæ educandos, vel aliquid simile, vel non occurrit peculiaris aliqua ratio, debere potius eiusmodi pia opera fieri in vtilitatem populi, qui ad eos redditus concurrit: quam alterius. Vnde infert, licet congruum sit, quod Episcopus in loco Cathedralis Ecclesiæ vberiores eleemosynas, & alia pia opera efficiat: expedire tamen, vt in aliis etiam suæ Diœcesis Oppidis pro locorum indigentia, & qualitate id fiat; siquidem ab illis etiam redditus accipit. Pater Azorius, *to.2.lib.7.c.11.q.2.* cum Nauar. dicit iure communi nõ esse obligationem distribuendi, vel expendendi in eo loco, cum sacri Canones sanxerint, decimas esse soluendas ad vsus Clericorum Ecclesiatum, pauperum, & Peregrinorum etiam, atque Aduenarum. Verùm in facti contingentia, Episcopi non deferant legere Eminentissimum Card. Lugo *de Iust. to.1. disp.4. sect.3. n.38.* Ex his ego olim respondi non potuisse Cardinalem ex fructibus sui Episcopatus fabricare Ecclesiam Romæ, si pauperes suæ Diœcesis grauiter egebant. Item consului, potuisse Episcopos, si non aderat præiudicium pauperum Diœcesis, præbere Catholico Regi nostro, tam extremis necessitatibus presso, in adiutorium bellorum contra Hæreticos, aliquam summam denariorum ex fructibus Episcoporum.

Sup. hoc in tom.2. tr.6. Resol.46.§. Et ideo, & in to.6. tr. 7. Resol.48. §.1. & ibi in tr. 8.Resol.112.§. vlt. & legeriã Resol.110. & §. eius not. & prætermittas videre eas per totas, quáuis plenè non dicant sup. hoc, sed vt scias quid cũ dicto filio spurio. & aliis spuriis fieri possit, quia passim hic casus occurrere potest.

3. Notandum, posse Ecclesiasticos ex fructibus Beneficij, spurios filios alere: vt docet Castrus Palaus, *tom.1.tr.6. disp.2. punct.5.n.9.* quia posito delicto; illis sustentatio iure naturæ debetur: imo illis debetur sustẽtatio iuxta qualitatem Beneficiarij, ita vt maior debeatur dos filiæ spuriæ Sacerdotis nobilis, quàm pauperis, infimæque conditionis; intra limites tamen filiæ spuriæ, quæ longè inferioris conditionis est, ac filia legitima. Sic Molina *disp.246. in fine.* Qui antecedenti versiculo hanc doctrinam limitat, vt intelligatur casu, quo Beneficiatus non habeat alia bona, quibus possit hæc alimenta filiis spuriis præbere: quia si alia habet, ad illa filius habet ius; ac proinde pauper dici non potest. Fateor, hoc semper esse consulendum. At non audeo affirmare, ex obligatione faciendum esse; quia filius spurius ad omnia bona parentis æquale ius habet; non solum habet ius respectu personæ parentis, vt sibi detur sustentatio. Item ipse parens obligatus est alere filios spurios; ergò ex fructibus Beneficij eos alere potest, etiamsi alia bona habeat: quia omnia onera, quæ Beneficiario sunt annexa, ex fructibus Beneficij adimplere potest, aliàs non posset donationes remuneratorias facere ex fructibus Beneficij, si alia bona patrimonialia haberet. Et docet Valentia 2.2. *disput.10. quæst.3. punct.7. vers. neque ij solum Ecclesiastici.*

RESOL. XXII.

De obligatione Episcoporum, & Beneficiariorum ad eleemosinas elargiendas. Ex p.4. tract.4. & Misc. Resol.214.

Sup. hoc in Res. seq.

§. 1. DVrus erit hic sermo, sed verus; sic agitur ait Iacobus Granado *in 2. 2. D. Thomæ contr.3. tract.11. disp.3. num.21.* Ego quidem, vt in hac re dicam quod sentio, non damnare eum, qui quartam partem, si Episcopus sit, & qui quintam, aut sextam, si Episcopus non sit, elargiretur pauperibus, dummodo residuum post suam congruam sustentationem piis aliis operibus impenderet, & non occurrerent speciales, & vrgentiores pauperum necessitates. Probatur quia Ecclesiasticus non tenetur omnes redditus, qui illi supersunt post sustentationem, erogare pauperibus, quia bonam eorum partem possunt insumere in alia opera pietatis; ergo quantitas sub graui præsertim obligatione pauperibus eroganda, non potest censeri iure aliquo determinata: patet cõsequentia quia nõ de diuino, aut naturali, vt cõstat, nec Ecclesiastico, quia modo Ecclesia nihil determinauit & quãuis olim determinauerit quartã partẽ, iam cessauit illud præceptũ, cùm cessauerit fundamentũ illius, nempè quòd quarta pars redditũ esset ab aliis seiuncta, & vere extaret; solùm ergo standũ est in hoc negotio prudẽtũ arbitrio; sed prudẽter arbitrãtur quartã partẽ; imò & minorem quãtitatem esse sufficientem; ergo nõ est maior obligatio imponenda. Loquutus sum autem de quarta, & quinta parte, non quia omnibus tanta sit obligatio, quia multi Ecclesiastici erunt, quorum redditus non sufficiant, vt detrahatur quinta, imò nec octaua pars distribuenda pauperibus; sed quia ista quantitas in dictis casibus sufficiat vt vnusquisque censeatur obligationi suæ satisfacere, licet pingue sit beneficium: confirmatur, quia abundantes, & frequentes eleemosynas censetur elargiri, qui de quinque mille aureis elargitur mille, sed ex nullo capite colligi potest, teneri Ecclesiasticum, nisi ad abundantes, & frequentes eleemosynas; ergo satisfacit suæ obligationi, quartam, si Episcopus sit, & quintam, si nõ Episcopus elargiendo. Minor probatur, quia caput illud tantùm potest esse duplex; nimirum, quod sit pater pauperum, quòd non possit superfluos sumptus facere. Neutrum autem horum probat quidpiam contra nos, non primum quia pater spiritualis pauperum satisfacit huic muneri copiosè illis succurrendo, eorum necessitates inquirendo saltem in generali, & quando peculiares, & grauiores necessitates occurrunt abundantiorem stipem erogando; & totum hoc fieri potest optime, licèt in ordinariis necessitatibus non plus, quam quod diximus eroget; non enim exigit munus patris spiritualis, vt quicquid ipsi superest, illis donet, alioqui, vt dicebam, non posset in alia pia opera quidquam insumere, quod est incredibile; & contra praxim Ecclesiæ; nec secundum, quia præter eleemosynam sunt alij sumptus non superflui, sed pij, & spectantes ad diuinum cultum.

2. Ex quo tandem infero si post congruam sustentationem, & eleemosynam in quantitate dicta, & opera pietatis, in quibus magna latitudo est, velit Ecclesiasticus notabilem aliam quantitatem ex redditibus beneficij sibi reseruare ad vsus non pios, sed vanam ostentationem, aut superfluitatem, me non videre, quo iure, aut titulo excusetur à culpa lethali: nam sacri Canones Ecclesiastica bona propterea *Patrimonium Dei* appellant, quia in Ministrorum Dei sustentatione, & piis operibus insumenda sunt; & absurdum est existimare non esse contra intentionem, & iustissimam voluntatem Ecclesiæ, quòd hæc accipiantur ab Ecclesiasticis, vt prodigè, & variè insumantur. Confirmatur, quia grauissimi Doctores obligant laicos sub mortali; vt superflua omnia sui status erogent pauperibus: sed certum est, Ecclesiasticos esse multò strictiùs obligatos ad eleemosynas, & pia opera; ergo certè est, teneri sub mortali ad erogãdum, vel in aliis pietatis operibus insumendum superflua status sui; ergo peccant lethaliter, si in prophanis vsibus consumant Patrimonium Christi. Patet consequentia, quia hæc, quæ post congruam sustentationem supersunt, superflua sunt, nec ad decentiam status vllo modo pertinent. Et sanè commune est inter Doctores pronunciatum, totum quod supereſt beneficiario post suam congruam sustentationem, expendi debere in pauperes, & Sup. Resol.

& vsus pios, nec legi aliquem, qui contrarium doceat; cum hoc autem cohærere non potest quod quis consentus sit insumendo quartam, vel quintam partem inter pauperes, & alia pia opera, & reliquum vanè insumendo, etiam si sint multa millia aureorum. Prudentissime ergo noster Azorius *tom.2.lib.12.c.11. q.1. in fin.* noluit determinare quantitatem, quam sufficiat beneficiario; sed obligauit illum, vt impendat quidquid illi supersit. Et hæc omnia docet Granado *vbi suprà*, quæ quidem multum notanda erunt à Confessariis Ecclesiasticorum, qui benignas opiniones circa præsentem materiam apud neminem ex Doctoribus inuenient, secus autem circa diuites dicendum erit.

RESOL. XXIII.

De quantitate eleemosynæ necessariò ab Episcopis, & Ecclesiasticis expendenda in pauperum necessitatibus.

Et an hoc etiam procedat quoad Regulares ad Episcopatum assumptos?

Et aliqua alia deciduntur pro intelligentia illorum bonorum, quæ censentur esse vel patrimonialia, vel quasi patrimonialia, de quibus Episcopi, & Clerici possint ad libitum disponere, vt de bonis patrimonialibus, videlicet de distributionibus quotidianis, pro comitando funere defunctorum, pro facienda Missa, habenda concione, visitando Episcopatu, ferendis sententiis & tandem pro quacumque industria personali, pro labore, aut donatione, hæreditate, contractu, vel quauis alio titulo distincto à titulo beneficij.

Et an Clericus, si de grosso beneficij, & eius redditibus aliquid detrahit ex necessariis, poterit, quidquid detraxerit, expendere pro libito absque peccato mortali, dummodo non sit in vsus prophanos? Ex part. 5. tract.8. Resol.27.

§.1. BEnigna opinio circa præsentem quæstionem non potest expectari. Ego librorum helluo fui vt aliquam inuenirem, sed frustrà, ita strictè loquuntur Doctores, & meritò quoad hanc obligationem Ecclesiasticorum. Sententia igitur, quam in hac resolutione appono est inter omnes alias amplissima, & illam docet nouissimè Hurtadus de Mendoza, *de charitate in 2.2.D.Thom.vol.2 disp.160.sect.15.§.105. vsque ad §.110.* vbi sic ait: Dico Episcopi & cæteri beneficiati Clerici tenentur, vt minimum, erogare quartam partem fructuum, siue redituum in opera pia, vel medietatem residui congruæ sustentationis, nec tenentur ad plus erogandum, hoc intelligo per se, & in necessitate communi, non in graui. Hæc conclusio est omnium hac de re sententiarum probabilium amplissima, nec vidi vllum authorem, qui minorem partem designet. Eos non teneri ad erogandum omne residuum, apertè docent Sotus *lib.10. de iustit. q.4. art.4. vers. quamuis documentum.* Toletan. *lib.de 7.peccatis, cap.38.* cum Tabiena, vbi asserunt posse Episcopum donare consanguineis de redditibus Ecclesiæ, Lorca *disp.40.num.43.* Molina *tract.2. disp.146.ver.contrarium cum Maiore* Bannez, & aliis. Ratio est, quia Clerici acquirunt verum dominium redituum: ergo lege iustitiæ non tenentur erogare aliquid: ergo lege misericordiæ non tenentur erogare totum residuum, quia lex misericordiæ non obligat laicos nisi in graui necessitate, quia inopia leuis ex se non obligat; ratio autem status perfectioris non exigit omnium donationem sub peccato mortali, nec cura pastoralis, petit vt in necessitate communi totum superfluum à me abdicem, certè præter aliquorum Theologorum grauium quidem authoritatem non video vrgens argumentum, quo probetur obligatio ad omnia erogãda à Clerico non professo paupertatem, vt constat ex responsione ad omnia argumenta. At valdè durum est me obligari ad eroganda omnia, quorum sum Dominus in necessitate communi, præsertim cùm multi sint labores Ecclesiasticorum in choro, residentia, cælibatu, & aliis. Est igitur opus vt apertè constet de præcepto ad illud asserendum in re difficillima obseruatu, in qua euidens est moraliter plurimos perituros. Portò erogatio quartæ partis omnium fructuum satis est ex sententia Dominici Soti adducti, Bannez *art.6.dub.vlt. ver.ex dictis omnibus.* cùm enim admodum seuerè fuisset locutus de obligatione Episcoporum ad vberrimas eleemosynas, nec illos esse in statu salutis, nisi eas erogent in gentes, hæc ait: Ego sanè nullum Episcopum Hispaniæ absoluerem, nisi saltem quartam partem redditiuum in eleemosynas expenderet, & hoc intelligo in communibus necessitatibus: nam in grauibus, quales esse solent tempore famis, aut pestis, aut plurimarum ægritudinum, ad amplius tenentur iuxta proportionem necessitatis pauperum, qui sunt oues propriæ, ita vt aliquando teneantur ex propria supellectili, & vasis argenteis eleemosynas facere. His Bañez ostendit Episcopum esse in statu salutis, & absolui posse, si in necessitate communi eroget quartam partem fructuum, non verò in necessitate graui, tunc enim ad plus tenetur. Petrus Lorca *disputat.40. num.34.* existimat ab Ecclesiastico fieri satis eleemosynæ præcepto, si duo obseruet, alterum vt diligentiam adhibeat in pauperibus conquirendis; alterum est vt maiorem partem superflui expendat in necessitate communi. At maior superflui pars æquiualebit frequenter quartæ parti omnium fructuum. Propterea dixi in conclusione omnes teneri ad erogandam vel quartam partem omnium fructuum, vel medietatem superflui, quia hos graues authores video esse in iis sententiis, quæ parum differunt. Huius sententiæ rationem à priori reddere non possumus, quia verò res est maximi momenti, in qua Ecclesiasticorum conscientiæ magno sunt periculo expositæ, censui sententiam aliquam probabilem statuere, iuxta quam tam Confessarij, quàm Clerici pœnitentes possint tuta conscientia aliquid certum, fixúmque tenere, ne incertis sententiarum varietatibus animus fluctuet. Et quidem cùm Ecclesiastici habeant verum dominium, nec lex iustitiæ eos obliget, videtur rationi valdè consentaneum eos satisfacere legibus misericordiæ, & curæ pastoralis, si in graui necessitate erogent omnia superflua, in leui autem ita partiantur, vt cum pauperibus partem faciant æqualem de residuo, quid enim aliud potest quis exigere ab alio? Asserit Sotus omnes censuros Clericum suo muneri cumulatissimè satisfacere, si tertiam partem redditiuum in opera pia expendat, quod mihi certissimum est. Pone Episcopum habentem annuos redditus 30. mille; hic si 10. mille in opera pia distribuat, nullus meritò censebit illum esse auarum, aut crudelem, nec poterit iure scandalizari, quòd Episcopus de aliis 20. mille se alat, & efficiat quod libuerit, dum non sit in vsus profanos, licèt ea abundè communicet cum consanguineis; quid enim de congrua satisfactione illi poterit esse residui? Hoc absque vllo scrupulo fieri potest. In sententia autem proposita, qui habet 40. mille, si in communi necessitate expendat 10. mille, poterit sine scrupulo de illo cætero disponere, dum nec sit profanè, nec cum scandalo, quod vitatur facillimè data tertia parte operibus piis, data verò quarta, non vitatur tam facilè, potest tamen vitari, si constet apertè de eleemosynis datis.

2. Quia verò hac in parte non est omnibus Clericis eadem copia fructuum, libuit rem hanc explicare. Episcopi meliùs facient, si ex redditibus assi-

gnerit quartam partem, quam si medietatem superflui. Ratio est, quia dignitas Episcopalis est perampla, qui potiuntur sæpe viri Principes, nec redditus animi tam sunt copiosi aliquando, vt superesse possit multum de congrua sustentatione, vel quia Episcopatus verè est tenuis, vel quia Episcopus est Princeps. Hic fortè exiguas faciet eleemosynas, quia censebit omnia sibi esse necessaria ad suam sustentationem, ob quod tenetur semper assignare operibus piis quartam partem fructuum, ne vnquam Episcopus excusetur ab eleemosynis ingentibus pro sua facultate, esset enim graue scandalum Episcopum non esse largum, licèt aliquid detrahat de congrua sustentatione. Si autem teneat hanc rationem, vitabit hoc scandalum. Si verò Episcopatus sit pinguis, & medietas superflui æquiualeat quartæ parti, poterit eligere quam libuerit opinionem. Cæteri Clerici non tenentur ad requestrandam quartam partem, sed poterunt priùs accipere ad congruam sustentationem, & deinceps erogare medietatem superflui. Ratio est quia maior est obligatio Episcopi ad eleemosynam, quàm aliorum Clericorum, qui non sunt in tam ampla dignitate, beneficia sunt tam pinguia, quam Episcoporum, ob quod possunt sibi consulere priùs absque scandalo, quia illorum sustentatio est etiam parcior. In his ergo potest seruari ea ratio vt medietatem dent superflui, in Episcopis autem vt dent quartam partem, omnium fructuum, quod si vtrique dent tertiam partem, plenè, & planè satisfacient huic obligationi, ita vt sine peccato possint de duabus aliis partibus sibi prouidere, & disponere pro arbitratu, dummodo non profanè, eáque poterunt familiaribus & consanguineis donare, & hæc omnia docet Hurtadus *vbi suprà*.

Quamuis nō plene sup. hōc lege tamen pro his vers. Principibus. in to. 3. tr. 3. doctr. Res. 7.5.

Sup. contēto in hoc §. inf. in Res. 28. §. Notandum. & §. Sed & in to. 6. tr. 7. Res. 3. §. Dico secundo. & §. Probari potest. & ibi in tr. 4. lege doctr. Res. 8. à fin. 5. §. 1. & seqq.

3. Qui etiam §. 111. notat quod distributiones quotidianæ quæ dantur in Choro pro singulis horis, quibus Clerici assistunt, stipendia pro comitando funere defunctorum, eleemosynæ, pro facienda Missa, vel habenda concione, processione peragenda, visitando Episcopatu, ferēdis sententiis, & causis audiendis, pro agendo aliquo negotio Ecclesiæ, vel aliorum, denique quicquid datur pro industria personali, pro labore, aut donatione, hæreditate, contractu, vel quouis alio titulo distincto à titulo beneficij, pro organis pulsandis, insufflandis tibiis, audiendis confessionibus, &c. id omne censetur esse vel patrimoniale, vel quasi patrimoniale: sunt igitur bona beneficij annui redditus, qui appellantur *grossum*, apud nostrates, *la gruessa*, vbi clauduntur quæ dantur ad vestitum & victum. Igitur Clerici de his bonis possunt ad libitum disponere, vt de bonis patrimonialibus.

Sup. hoc inf. in Res. 28 & in to. 6. tr. 7. Res. 3. §. Dico tertio.

4. Nota etiam contra Panormitanum *in cap. cùm omnes, de testam. num. 27.* & Sarmientum *de reddit. part. 3. cap. 5. num. 1. & sequ.* quòd si de congrua sustentatione, quam vnusquisque Clericus potest licitè accipere de grosso beneficij, eiúsque redditibus, si velit, inquam, ex ea aliquid detrahere, poterit quidquid detraxerit expendere pro libito absque peccato mortali, non tamen ad vsus profanos. Ita ex multis Hurtadus §. 113. cui adde Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 43. num. 3.* Molinam *de primog. Hispan. lib. 2. cap. 10. num. 50.* Auendañum *resp. 19. n. 12.* & alios penes ipsos, & omnia suprādicta ego puto probabilia, & secura in praxi, non obstantibus iis, quæ cum Granado dixi *in 4. part. tract. 4. resol. 214.*

Quæ hic est sup. in Res. 22. & in aliis eius primæ not.

5. Non desinam hic etiam adnotare, omnia suprādicta procedere etiam quoad Regulares ad Episcopatum assumptos, hi enim non tenentur maiori obligatione ad eleemosynam elargiendam, quàm cæteri Episcopi, vt alibi probatum est.

Alibi into. 7. tr. 1. Res. 27. & hic inf. in Res. 26. §. Verum. difficultas, &c.

RESOL. XXIV.

An Episcopi teneantur erogare in vsus pios omne id quod supereſt ex congrua, & decenti sustentatione? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Res. 12.

§. 1. SÆpius hanc quæstionem pertracto, quia necessaria nimis est, cùm frequenter in praxi accidat, communiter affirmatiuè respondent Doctores, & ita vellem ab omnibus Episcopis & Beneficiatiis obseruari, & ita consulendum est. Sed quia aliqui aures non accommodant huic nostræ cantilenæ ideo ne peccata multiplicentur, Doctores aliqui, vt aliquantulum alleuiarent hoc præceptum, dixere, in communibus necessitatibus Episcopos satisfacere huic præcepto, si quartam partem redditum in vsus pios expendant, vel si medietatem superflui. Ita ex Dominicanorum familia Bañez, & Sotus, ex Societate Iesu Hurtad. de Mendoza, & Granadus, quos alibi adduxi: sed aduersus illos nouissimè, me citato, insurgit Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo *de Iust. tom. 1. disp. 4. sect. 2. n. 10 & seq.* Attamen hic non desinam obseruare sententiam suprādictorum, quam impugnat, & meritò, Cardinalis Lugo, probabilem existimare nouissimè, me citato Trullench. *in Decalog. tom. 1. lib. 1. c. 5. dub. 9. n. 1.* vbi sic ait. Probabile tamen est satisfacere huic obligationi, etiamsi beneficium pingue sit, qui quartam partem, si Episcopus sit, & qui quintam, aut sextam, si non sit Episcopus, pauperibus elargiatur. Ita ille, cui etiam adde, me citato, Ioan. Machadum *de perfect. Confes. tom. 2. lib. 4. p. 1. tr. 6. docum. 6. n. 3.* vbi ita asserit. [Dizen casi todos, porque algunos sienten, que el Beneficiado como quiera que sea, no tiene obligacion de gastar en obras pias todo lo sñperfluo de los frutos; porque siendo (como defienden muchos) dueño verdadero dellos, nos ay razó suficiente para obligar le en las necessidades comunes à dar de limosna todo lo superfluo. Y el doctissimo Hurtado da por regla general, que los Beneficiados complē con dar de limosna la mitad de lo superfluo.] Hæc Machādus. Quod autem Sot. Bañez, & alij docuerint hanc sententiā, videtur cōtramentē omnium, qui post illos scripserunt, & patet ex eorum verbis. Verùm, vt dixi, omnes Ecclesiastici deberēt amplecti sentētiā Cardinalis de Lugo, viri nō solùm in Scholastica, sed etiā in Morali Theologia, nemini secundi.

Sup. tract. 1. de Rest. vbi plura de his passim.

RESOL. XXV.

Quænam quantitas dicatur notabilis, vt illam expendens Episcopus, vel alius Beneficiarius in vsus prophanos peccet mortaliter? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. Res. 36.

§. 1. SVppono Episcopum teneri expendere omne id quod supereſt ex congrua sustentatione in vsus pios; vnde ad quæstionem positam satis quidem practicabilem ita respondet Eminentissimus Lugo *de iustit. tom. 1. disput. 4. sect. 3. num. 42.* Fateor itaque maiorem quantitatem requiri ad culpam grauem in hoc genere, quam in materia Iustitiæ; quia cum hæc obligatio, vt diximus, oriatur ex qualitate ipsorum bonorum, quæ sunt res Dei, & ideò debent piè & religiosè expendi; sufficiet, ad vitandam culpam grauem id quod sufficit, vt si non mathematicè, saltem moraliter dicatur aliquis piè, & religiosè ea expendere. Vnde fateor etiam cum Molina debere attendi ad maiorem, vel minorem quantitatem superfluorum, vt dicatur aliqua pars esse vel non esse sufficiens ad materiam grauem: quia eadem

Sup. tract. 1. de Rest. vbi plura de his passim.

quantitas

quantitas malè insumpta, quæ sufficit, vt aliquis non dicatur moraliter bene expendere centum, quæ habet superflua, non sufficiet, vt non dicatur expendere benè moraliter loquendo, mille, quæ habet superflua. Quid autem sit satis, vt dicatur saltem moraliter illam summam benè expendere; videtur id esse, quod sufficit, vt dicamus, expendisse benè totam illam summam vel circiter: nam quod circiter fit, dicitur etiam moraliter fieri. Quare non inuenio regulam aliam meliorem ad hoc determinandum, quam illam proposui, & probaui *disp.16. de pœnitentia sect.2. num.96. & seq.* vbi ex Iure-consultis, & rationibus concludebam, verba illa verificari additis, vel demptis quinque pro quolibet centenario, quæ est vigesima pars totius summæ, quando sermo est de numero millesimo, vel supra millesimum: nam quando sermo est de minori summa, maior eius pars sufficiet aliquando ad illa verificanda, vt si dicas, centum, vel circiter, vera erunt licet sint 100. vel si sint 90. quia in illa Minori quantitate decima pars non videtur tollere verum sensum eorum verborum, qui est affirmare illum numerum cum paruo excessu, vel defectu. Paruum, autem, vt ibi ostendi, verificatur vel propter paruitatem absolutam, qua res in se est parua, vel propter paruitatem respectiuam, qua saltem est parua respectu illius quantitatis. Vnde quando verba illa adduntur quantitati paruæ, possunt aliquando verificari etiamsi addatur, vel demptur quinta, vel minor pars, vt si dicas, ter parum plus, vel minus: vera sunt si bis, vel quater id feceris; quia licet vnum, quod additur, vel demitur, sit tertia pars, est tamen in se aliquid paruum: si verò dicas, feci centies, parum plus, vel minus: non erunt vera si 120. vicibus feci sti, quia 20. neque in se, neque respectiuè ad 100. sunt aliquid paruum. Vide quæ dixi in prædicto loco in explicatione illius regulæ, quæ cum proportione applicari potest ad præsentem materiam, nec credo posse tutò aliam laxiorem tradi; imò alicui fortasse nimis laxum videbitur quod Clericus habens viginti millia superflua possit absque peccato graui mille expendere in vsus profanos, sed tamen id admitti potest, eo quod iam ille moraliter expendit piè, & religiosè omnia superflua, cùm omnia, vel ferè omnia in pios vsus expendat. Hucvsque Cardinalis Lugo.

2. Sed plura addit P. Castrus Palaus, *tom.1. tract.6. disp.2. punct.5. num.7.* vbi sic ait: Dixi peccare mortaliter beneficiatum ex fructibus beneficij congruæ sustentationi superfluis expendentem in prophanos vsus in graui quantitate: quæ autem hæc sit? arbitrio prudentis est mensurandum; illa enim in præsenti videretur necessaria, quæ tertiam, vel quartam partem horum annuorum reddituum expenderet, aliàs non potest dici notabilis excessus. Ita ille. Vnde secundùm Palaum Episcopum qui haberet 20. millia ducatorum ex superfluo sui status, si expenderet ex illis quatuor millia ducatorum in parentes vel in vsus prophanos ratione paruitatis materiæ non peccaret mortaliter, nam in hac materia quantitas notabilis dicenda est quæ attingit quartam partem. Et hanc opinionem probabilem esse docet nouissimè Ægidius Trullench *in Decalogum tom.1. lib.1. cap.5. dub.9. num.2.* Sed an reuera probabilis sit meum nolo iudicium interponere. Vide etiam circa præsentem quæstionem Coninch. *de Act. super. disp.27. dub.11. num.193.* qui sententiam Castri Palai videtur approbare. Et si esset admittenda opinio Caramuelis *in Regulam D. Benedicti disp.4. num.47 disp.50. num.701. & 715. disp.118. num.1462.* asserentis octauam partem totius constituere materiam grauem; sequeretur, quod si Episcopus expenderet in vsus prophanos quantitatem non attingentem octauam partem ex superfluo status non peccare mortaliter ratione paruitatis materiæ; sed hoc in nostro casu ego non auderem dicere.

RESOL. XXVI.

An Ecclesiastici, si eleemosynas debitas non præbeant; non solùm peccent mortaliter, sed etiam ad restitutionem teneantur?

Et hoc procedit ex illa quæstione, an Ecclesiastici sint Domini reddituum Ecclesiarum?

Et an hoc etiam procedat quoad Regulares ad Episcopatum assumptos?

Et infertur Episcopum Regularem posse testari de patrimonialibus.

Et aduertitur Regularem Episcopum legitimè renunciationem ante emissam professionem factam, seruata Concilij forma, reuocare posse:

Et an hoc etiam procedat, si forte Episcopi essent ex illis Religiosis, qui in Societate Iesu emiserunt sola vota biennij? Ex p.5.tr.8.Ref.31.

§.1. RESolutio huius casus pendet ex alia quæstione, an videlicet Ecclesiastici sint domini reddituum Ecclesiarum? & negatiuam sententiam probabiliorem esse docet nouissimè Adamus Tannerus *tom.3. disput.4. quæst.6. dub.8. num.215. & seq.* Alensis *3. part. quæst.36. memb.5. art.2.* Richard. *in 4. dist.45. art.3 quæst.1.* Paludanus *in 4. disp.24. quæst.3. art.3.* D. Ant. *3. part. tit.35. cap.1. §.19.* Gabriel *in 4. dist.15. quæst.8.* Maior *dist.24. quæst.17.* Petrus Sotus *in inst. Sacerd. part.2. lect.3.* Michaël Medina *de recta fide lib.7 cap.21.* & mordicus Nauarrus *tract. de redditibus q.1. mon.21.* Vnde secundùm hos Doctores Ecclesiastici non præbentes debitas eleemosynas, & in profanos vsus expendentes, non solùm peccare mortaliter, sed etiam restitutionis nexu vinciri existimant.

Sup. hac qu. sup. in Ref. 24. & in Ref. 20. §. 1. post med. vers. Enimvero. & in Ref. 22. §. Ex quo per totum, & in Ref. 23. §. 1. paulo post initiū. vers. eos non teneri. & in to. 6. tr. 7. Ref. 36 §. Et tādem & in Ref. 4. §. 1. & latè in Ref. 5. & ibi in tr. 4. Ref. 8. recitatiuè in §. vlt. & hic infra lege etiā §. vlt. huius Ref.

2. Sed ego contrariæ sententiæ adhæreo, quam tuetur Gordonus *in summa tom.2 lib.8. quæst.5. cap.2. §.3. num.14.* Reginaldus *in praxi tom.2. lib.30. tract.3. c.7. à num.74.* Sanchez *in opusc. tom.1. lib.2. cap.2. dub.37. num.11.* Hurtadus de Mendoza *in 2.2. disp.166. sect.5. §.36.* Molina *tom.1. tract.2. disput.143.* Valent. *tom.3. disp.10. quæst.3. punct.7.* Azorius *tom.2. lib.12. cap.11.* Turrianus *in 2.2. tom.1. disp.82. dub.10.* Vasquez *de redditibus c.1. num.27. & 46.* Corduba *lib.1. quæst.18.* Lorca *in 2.2. disp.40. n.21.* Coninch *disp.27. dub.11. n.185.* Lessius *lib.2. cap.4. dub.6. num.43.* Castrus Palaus *tom.1. tract.6. disp.2. punct.6. n.5.* Sarmiento *de redd. tibus part.2. c.1. & 2.* & ante omnes Sotus *de Iust. lib.10. q.4. art.3. & 4.* asserentes Clericos acquirere dominium fructuum beneficiorum: vnde si illos in vsus profanos expendunt, & non in eleemosynas, & in alia opera pia, ad quæ tenentur, peccant quidē mortaliter, sed minimè ad restitutionem tenentur.

3. Verùm difficultas est, an hæc opinio procedat etiam quoad Regulares ad Episcopatus assumptos: Et plures Doctores pro negatiua sententia adduxi *in 3. part. tract.2. resol.50.* asserentes Episcopum regularem non absolui à paupertatis voto, nec effici dominum reddituum Ecclesiasticorum, sed solùm administratorem: vnde illi superuacuè & prodigè largientes atque etiam accipientes tenentur ad restitutionem; & ita etiam docēt præter Doctores citatos Granadus *vbi infra.* Valentia *tom.2. disp.10. quæst.3. punct.8.* Peirinus *in Relig. subdit. tom.1. q.1. cap.10. §. vnico.* Hieronymus Rodriquez *in compen. qq. Regular. resolut 60. num.9.* Castrus Palaus *tom.1. tract.6. disput.2. punct.9. num.5.* Coninch *disput.27. dub.11. à n.200.* Lessius *lib.2. c.4. dub.5. num 19.* Emanuel Rodriquez *in summa tom.2. cap.67. num.4.* Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib.1.*

Quæ hic est in to.7. tr.1. Ref.27. & ibi in Ref.26. & in to.6. tr.7. Ref.9. & in tom.9. tr.7. Ref.84. §.1. & 2. & in to. 3. tr.2. ex doctrina Ref. 66. §. Et ideo ad med. ad vers. an quādo, & seqq. & latè cum

ultis DD. ationibus hic inf. in tr. 8. Ref. 106. & sup. in Ref. 23. recitanter in §. vlt. quamuis ex consequentiis ejus latæ doctr.

cap. 5. dub. 4. conf. 2. falsò pro contraria sententia citans Rodriquez.

2. His tamen non obstantibus, licèt hæc opinio sit probabilis, non minùs pro babilem contrariam esse existimo, & vt talem illam docuit *in dicta resol. 50.* cum Soto, Vasquez, & aliis, quibus nunc addo Alphonsum de Leone *de offic. Consil. part. 1. recollect. 11. num. 178.* & duos præclaros inclytæ Academiæ Salmaticensis Theologos, Ioannem Marquez *lib. de orig. erem. August. cap. 5. §. 4. & 5.* & Hurtadum de Mendoza *in 2. 2. disp. 360. sect. 3. §. 156.* & hanc opinionem probabilem esse concedunt etiam ipsi aduersarij, vt Sanchez *in summa tom 2. lib. 6. cap. 6. num. 13.* Dico igitur Episcopum non manere cum voto paupertatis, sed eum acquirere verum dominium, ac si nunquam fuisset Religiosus. Vnde si aliquis Episcopus Regularis expenderet fructus redditiuum Ecclesiasticorum in vsus profanos, peccaret mortaliter, vt cæteri Episcopi seculares, sed non teneretur ad restitutionem. Rationes pro hac firmanda sententia videbis apud Hurtadum *loco citato*, recognosce illum, & non pigebit.

Sup. hoc in Resol. prima not præteritæ, §. 2. in fin. & in Ref. 4. §. vlt. & inf. in tr. 8 Ref. 106. §. vlt. ad med. vers. Tertio potest.

5. Verùm post hæc scripta inueni Antonium Yaniez *in resolut. de Episcop. Regul. num. 36.* me citato, docere contrariam sententiam, & *num. 56.* asserit me loquutum fuisse sine lege, & auctore, dum infero Episcopum Regularem posse testari de patrimonialibus, & de acquisitis propria industria; sed fallitur vir doctus, nam mea hæc illatio habet leges & auctores, vt suprà, probantes Episcopum Regularem esse liberum à voto paupertatis; & ideo sicut Episcopi seculares, vt docet Molina *tom 1. tract. 2. disp. 14. num. 1.* & alij supposita consuetudine vbi viget, possunt de supradictis bonis testari; idem dicendum est stante probabilitate nostræ sententiæ de Episcopis è statu regulari assumptis. Vnde hanc eandem illationem ante me fecit & docuit Medina *de sacr. hom. contin. lib. 5. cap. 26.* vt obseruat Rodriquez *in summa tom. 2. cap. 67. num. 4.* vbi sic ait: [Medina teniendo que los Obispos frayles quedan libres del voto de la pobreza, afirma que puedan testar de los bienes patrimoniales, y de los adquisitos por su industria.] Ex supradictis etiam sequitur decisio illius quæstionis, an legitimæ renunciatio ante professionem, & iuxta Concilij Tridentini dispositionem facta, Regulari ad Episcopatum assumpto sit impedimento, vt ad illam non habeat regressum? Et negatiuam sententiam docet Molfesius *cons. 1. post vol. 1. ad consuetud. Neapolit. & cons. 39. post vol. 2.* Paschalius *de viribus paternæ potestatis part. 1. cap. 3. num. 93.* Riccius *in praxi part. 1. resol. 152.* & Genuensis *in practicab. Eccles. quæst. 263.* asserentes Regularem Episcopum legitimæ renunciationem ante emissam professionem factam seruata Concilij Tridentini forma reuocare posse. Sed acriter contra hanc opinionem insurgit Antonius Yaniez Fajardo *vbi suprà* in sua erudita resolutione de hac quæstione *num. 24. & seq.* Fabius de Anna *vol. 1. cons. 45.* & Cutellius *in tract. de donat. tom. 1. tract. 1. part. 3. ex num. 152.* Verùm ego vtramque sententiam probabilem esse puto; sed opinioni Molfesij videtur adhærere Alphonsus de Leone *de offic. Consil. part. 1. recollect. 11. num. 178.*

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Ref. 26. §. 2. ad medium, à vers. veluti legitimus hæres. & in tom. 3. tr. 2. Ref. 66. §. 2. ad med. à ver. Et fauet. & seqq. & in tom. 6. tr. 7. Ref 9. §. Dico secundo ad literam.

6. Nota etiam quòd superiùs dicta à fortiori procedunt, si fortè Episcopi essent ex illis Religiosis, qui in Societate IESV emiserunt sola vota biennij, hos enim in Episcopatum assumptos dominium habere redditiuum Ecclesiasticorum, docent Iacobus Granadus *in 2. 2. contr. 3. tract. 11. disp. 5. num. 2.* & Hurtadus de Mendoza *vbi suprà in 2. 2. disput. 160. sect. 3. §. 33.* quia vota supradictorum sunt simplicia, & non solemnia.

7. Et tandem non desinam hic adnotare Layman *in Theolog. moral. lib. 3. tract. 2. cap. 4. num. 5.* docere quod Ecclesiastici licèt dominium redditiuum beneficiorum habeant, ex lege iustitiæ eos in pium aliquem vsum erogare debent, aliter ad restitutionem tenentur, nam sæpè fit, vt aliquis dominium alicuius rei acquirat non omninò liberum, sed restrictum, adiectione pacti, vel oneris, quod nisi impleat, contra iustitiam peccat, & ad restitutionem obligatur, sicut patet in fideicommisso, in legato donato sub modo, & grauamine, quòd bene explicat Gabriel *in 4. dist. 15. quæst. 8. art. 2. in fine.* Sed tu ne deseras communiorem sententiam liberantem supradictos ab onere restitutionis.

Sup. Ioan. Ref. 1. num. 6. & Ref. 3. num. 6. & Ref. 4. num. 6. & Ref. 5. num. 6. & Ref. 6. num. 6. & Ref. 7. num. 6. & Ref. 8. num. 6. & Ref. 9. num. 6. & Ref. 10. num. 6. & Ref. 11. num. 6. & Ref. 12. num. 6. & Ref. 13. num. 6. & Ref. 14. num. 6. & Ref. 15. num. 6. & Ref. 16. num. 6. & Ref. 17. num. 6. & Ref. 18. num. 6. & Ref. 19. num. 6. & Ref. 20. num. 6. & Ref. 21. num. 6. & Ref. 22. num. 6. & Ref. 23. num. 6. & Ref. 24. num. 6. & Ref. 25. num. 6. & Ref. 26. num. 6. & Ref. 27. num. 6. & Ref. 28. num. 6. & Ref. 29. num. 6. & Ref. 30. num. 6. & Ref. 31. num. 6. & Ref. 32. num. 6. & Ref. 33. num. 6. & Ref. 34. num. 6. & Ref. 35. num. 6. & Ref. 36. num. 6. & Ref. 37. num. 6. & Ref. 38. num. 6. & Ref. 39. num. 6. & Ref. 40. num. 6. & Ref. 41. num. 6. & Ref. 42. num. 6. & Ref. 43. num. 6. & Ref. 44. num. 6. & Ref. 45. num. 6. & Ref. 46. num. 6. & Ref. 47. num. 6. & Ref. 48. num. 6. & Ref. 49. num. 6. & Ref. 50. num. 6. & Ref. 51. num. 6. & Ref. 52. num. 6. & Ref. 53. num. 6. & Ref. 54. num. 6. & Ref. 55. num. 6. & Ref. 56. num. 6. & Ref. 57. num. 6. & Ref. 58. num. 6. & Ref. 59. num. 6. & Ref. 60. num. 6. & Ref. 61. num. 6. & Ref. 62. num. 6. & Ref. 63. num. 6. & Ref. 64. num. 6. & Ref. 65. num. 6. & Ref. 66. num. 6. & Ref. 67. num. 6. & Ref. 68. num. 6. & Ref. 69. num. 6. & Ref. 70. num. 6. & Ref. 71. num. 6. & Ref. 72. num. 6. & Ref. 73. num. 6. & Ref. 74. num. 6. & Ref. 75. num. 6. & Ref. 76. num. 6. & Ref. 77. num. 6. & Ref. 78. num. 6. & Ref. 79. num. 6. & Ref. 80. num. 6. & Ref. 81. num. 6. & Ref. 82. num. 6. & Ref. 83. num. 6. & Ref. 84. num. 6. & Ref. 85. num. 6. & Ref. 86. num. 6. & Ref. 87. num. 6. & Ref. 88. num. 6. & Ref. 89. num. 6. & Ref. 90. num. 6. & Ref. 91. num. 6. & Ref. 92. num. 6. & Ref. 93. num. 6. & Ref. 94. num. 6. & Ref. 95. num. 6. & Ref. 96. num. 6. & Ref. 97. num. 6. & Ref. 98. num. 6. & Ref. 99. num. 6. & Ref. 100. num. 6. & Ref. 101. num. 6. & Ref. 102. num. 6. & Ref. 103. num. 6. & Ref. 104. num. 6. & Ref. 105. num. 6. & Ref. 106. num. 6. & Ref. 107. num. 6. & Ref. 108. num. 6. & Ref. 109. num. 6. & Ref. 110. num. 6. & Ref. 111. num. 6. & Ref. 112. num. 6. & Ref. 113. num. 6. & Ref. 114. num. 6. & Ref. 115. num. 6. & Ref. 116. num. 6. & Ref. 117. num. 6. & Ref. 118. num. 6. & Ref. 119. num. 6. & Ref. 120. num. 6. & Ref. 121. num. 6. & Ref. 122. num. 6. & Ref. 123. num. 6. & Ref. 124. num. 6. & Ref. 125. num. 6. & Ref. 126. num. 6. & Ref. 127. num. 6. & Ref. 128. num. 6. & Ref. 129. num. 6. & Ref. 130. num. 6. & Ref. 131. num. 6. & Ref. 132. num. 6. & Ref. 133. num. 6. & Ref. 134. num. 6. & Ref. 135. num. 6. & Ref. 136. num. 6. & Ref. 137. num. 6. & Ref. 138. num. 6. & Ref. 139. num. 6. & Ref. 140. num. 6. & Ref. 141. num. 6. & Ref. 142. num. 6. & Ref. 143. num. 6. & Ref. 144. num. 6. & Ref. 145. num. 6. & Ref. 146. num. 6. & Ref. 147. num. 6. & Ref. 148. num. 6. & Ref. 149. num. 6. & Ref. 150. num. 6. & Ref. 151. num. 6. & Ref. 152. num. 6. & Ref. 153. num. 6. & Ref. 154. num. 6. & Ref. 155. num. 6. & Ref. 156. num. 6. & Ref. 157. num. 6. & Ref. 158. num. 6. & Ref. 159. num. 6. & Ref. 160. num. 6. & Ref. 161. num. 6. & Ref. 162. num. 6. & Ref. 163. num. 6. & Ref. 164. num. 6. & Ref. 165. num. 6. & Ref. 166. num. 6. & Ref. 167. num. 6. & Ref. 168. num. 6. & Ref. 169. num. 6. & Ref. 170. num. 6. & Ref. 171. num. 6. & Ref. 172. num. 6. & Ref. 173. num. 6. & Ref. 174. num. 6. & Ref. 175. num. 6. & Ref. 176. num. 6. & Ref. 177. num. 6. & Ref. 178. num. 6. & Ref. 179. num. 6. & Ref. 180. num. 6. & Ref. 181. num. 6. & Ref. 182. num. 6. & Ref. 183. num. 6. & Ref. 184. num. 6. & Ref. 185. num. 6. & Ref. 186. num. 6. & Ref. 187. num. 6. & Ref. 188. num. 6. & Ref. 189. num. 6. & Ref. 190. num. 6. & Ref. 191. num. 6. & Ref. 192. num. 6. & Ref. 193. num. 6. & Ref. 194. num. 6. & Ref. 195. num. 6. & Ref. 196. num. 6. & Ref. 197. num. 6. & Ref. 198. num. 6. & Ref. 199. num. 6. & Ref. 200. num. 6. & Ref. 201. num. 6. & Ref. 202. num. 6. & Ref. 203. num. 6. & Ref. 204. num. 6. & Ref. 205. num. 6. & Ref. 206. num. 6. & Ref. 207. num. 6. & Ref. 208. num. 6. & Ref. 209. num. 6. & Ref. 210. num. 6. & Ref. 211. num. 6. & Ref. 212. num. 6. & Ref. 213. num. 6. & Ref. 214. num. 6. & Ref. 215. num. 6. & Ref. 216. num. 6. & Ref. 217. num. 6. & Ref. 218. num. 6. & Ref. 219. num. 6. & Ref. 220. num. 6. & Ref. 221. num. 6. & Ref. 222. num. 6. & Ref. 223. num. 6. & Ref. 224. num. 6. & Ref. 225. num. 6. & Ref. 226. num. 6. & Ref. 227. num. 6. & Ref. 228. num. 6. & Ref. 229. num. 6. & Ref. 230. num. 6. & Ref. 231. num. 6. & Ref. 232. num. 6. & Ref. 233. num. 6. & Ref. 234. num. 6. & Ref. 235. num. 6. & Ref. 236. num. 6. & Ref. 237. num. 6. & Ref. 238. num. 6. & Ref. 239. num. 6. & Ref. 240. num. 6. & Ref. 241. num. 6. & Ref. 242. num. 6. & Ref. 243. num. 6. & Ref. 244. num. 6. & Ref. 245. num. 6. & Ref. 246. num. 6. & Ref. 247. num. 6. & Ref. 248. num. 6. & Ref. 249. num. 6. & Ref. 250. num. 6. & Ref. 251. num. 6. & Ref. 252. num. 6. & Ref. 253. num. 6. & Ref. 254. num. 6. & Ref. 255. num. 6. & Ref. 256. num. 6. & Ref. 257. num. 6. & Ref. 258. num. 6. & Ref. 259. num. 6. & Ref. 260. num. 6. & Ref. 261. num. 6. & Ref. 262. num. 6. & Ref. 263. num. 6. & Ref. 264. num. 6. & Ref. 265. num. 6. & Ref. 266. num. 6. & Ref. 267. num. 6. & Ref. 268. num. 6. & Ref. 269. num. 6. & Ref. 270. num. 6. & Ref. 271. num. 6. & Ref. 272. num. 6. & Ref. 273. num. 6. & Ref. 274. num. 6. & Ref. 275. num. 6. & Ref. 276. num. 6. & Ref. 277. num. 6. & Ref. 278. num. 6. & Ref. 279. num. 6. & Ref. 280. num. 6. & Ref. 281. num. 6. & Ref. 282. num. 6. & Ref. 283. num. 6. & Ref. 284. num. 6. & Ref. 285. num. 6. & Ref. 286. num. 6. & Ref. 287. num. 6. & Ref. 288. num. 6. & Ref. 289. num. 6. & Ref. 290. num. 6. & Ref. 291. num. 6. & Ref. 292. num. 6. & Ref. 293. num. 6. & Ref. 294. num. 6. & Ref. 295. num. 6. & Ref. 296. num. 6. & Ref. 297. num. 6. & Ref. 298. num. 6. & Ref. 299. num. 6. & Ref. 300. num. 6. & Ref. 301. num. 6. & Ref. 302. num. 6. & Ref. 303. num. 6. & Ref. 304. num. 6. & Ref. 305. num. 6. & Ref. 306. num. 6. & Ref. 307. num. 6. & Ref. 308. num. 6. & Ref. 309. num. 6. & Ref. 310. num. 6. & Ref. 311. num. 6. & Ref. 312. num. 6. & Ref. 313. num. 6. & Ref. 314. num. 6. & Ref. 315. num. 6. & Ref. 316. num. 6. & Ref. 317. num. 6. & Ref. 318. num. 6. & Ref. 319. num. 6. & Ref. 320. num. 6. & Ref. 321. num. 6. & Ref. 322. num. 6. & Ref. 323. num. 6. & Ref. 324. num. 6. & Ref. 325. num. 6. & Ref. 326. num. 6. & Ref. 327. num. 6. & Ref. 328. num. 6. & Ref. 329. num. 6. & Ref. 330. num. 6. & Ref. 331. num. 6. & Ref. 332. num. 6. & Ref. 333. num. 6. & Ref. 334. num. 6. & Ref. 335. num. 6. & Ref. 336. num. 6. & Ref. 337. num. 6. & Ref. 338. num. 6. & Ref. 339. num. 6. & Ref. 340. num. 6. & Ref. 341. num. 6. & Ref. 342. num. 6. & Ref. 343. num. 6. & Ref. 344. num. 6. & Ref. 345. num. 6. & Ref. 346. num. 6. & Ref. 347. num. 6. & Ref. 348. num. 6. & Ref. 349. num. 6. & Ref. 350. num. 6. & Ref. 351. num. 6. & Ref. 352. num. 6. & Ref. 353. num. 6. & Ref. 354. num. 6. & Ref. 355. num. 6. & Ref. 356. num. 6. & Ref. 357. num. 6. & Ref. 358. num. 6. & Ref. 359. num. 6. & Ref. 360. num. 6. & Ref. 361. num. 6. & Ref. 362. num. 6. & Ref. 363. num. 6. & Ref. 364. num. 6. & Ref. 365. num. 6. & Ref. 366. num. 6. & Ref. 367. num. 6. & Ref. 368. num. 6. & Ref. 369. num. 6. & Ref. 370. num. 6. & Ref. 371. num. 6. & Ref. 372. num. 6. & Ref. 373. num. 6. & Ref. 374. num. 6. & Ref. 375. num. 6. & Ref. 376. num. 6. & Ref. 377. num. 6. & Ref. 378. num. 6. & Ref. 379. num. 6. & Ref. 380. num. 6. & Ref. 381. num. 6. & Ref. 382. num. 6. & Ref. 383. num. 6. & Ref. 384. num. 6. & Ref. 385. num. 6. & Ref. 386. num. 6. & Ref. 387. num. 6. & Ref. 388. num. 6. & Ref. 389. num. 6. & Ref. 390. num. 6. & Ref. 391. num. 6. & Ref. 392. num. 6. & Ref. 393. num. 6. & Ref. 394. num. 6. & Ref. 395. num. 6. & Ref. 396. num. 6. & Ref. 397. num. 6. & Ref. 398. num. 6. & Ref. 399. num. 6. & Ref. 400. num. 6. & Ref. 401. num. 6. & Ref. 402. num. 6. & Ref. 403. num. 6. & Ref. 404. num. 6. & Ref. 405. num. 6. & Ref. 406. num. 6. & Ref. 407. num. 6. & Ref. 408. num. 6. & Ref. 409. num. 6. & Ref. 410. num. 6. & Ref. 411. num. 6. & Ref. 412. num. 6. & Ref. 413. num. 6. & Ref. 414. num. 6. & Ref. 415. num. 6. & Ref. 416. num. 6. & Ref. 417. num. 6. & Ref. 418. num. 6. & Ref. 419. num. 6. & Ref. 420. num. 6. & Ref. 421. num. 6. & Ref. 422. num. 6. & Ref. 423. num. 6. & Ref. 424. num. 6. & Ref. 425. num. 6. & Ref. 426. num. 6. & Ref. 427. num. 6. & Ref. 428. num. 6. & Ref. 429. num. 6. & Ref. 430. num. 6. & Ref. 431. num. 6. & Ref. 432. num. 6. & Ref. 433. num. 6. & Ref. 434. num. 6. & Ref. 435. num. 6. & Ref. 436. num. 6. & Ref. 437. num. 6. & Ref. 438. num. 6. & Ref. 439. num. 6. & Ref. 440. num. 6. & Ref. 441. num. 6. & Ref. 442. num. 6. & Ref. 443. num. 6. & Ref. 444. num. 6. & Ref. 445. num. 6. & Ref. 446. num. 6. & Ref. 447. num. 6. & Ref. 448. num. 6. & Ref. 449. num. 6. & Ref. 450. num. 6. & Ref. 451. num. 6. & Ref. 452. num. 6. & Ref. 453. num. 6. & Ref. 454. num. 6. & Ref. 455. num. 6. & Ref. 456. num. 6. & Ref. 457. num. 6. & Ref. 458. num. 6. & Ref. 459. num. 6. & Ref. 460. num. 6. & Ref. 461. num. 6. & Ref. 462. num. 6. & Ref. 463. num. 6. & Ref. 464. num. 6. & Ref. 465. num. 6. & Ref. 466. num. 6. & Ref. 467. num. 6. & Ref. 468. num. 6. & Ref. 469. num. 6. & Ref. 470. num. 6. & Ref. 471. num. 6. & Ref. 472. num. 6. & Ref. 473. num. 6. & Ref. 474. num. 6. & Ref. 475. num. 6. & Ref. 476. num. 6. & Ref. 477. num. 6. & Ref. 478. num. 6. & Ref. 479. num. 6. & Ref. 480. num. 6. & Ref. 481. num. 6. & Ref. 482. num. 6. & Ref. 483. num. 6. & Ref. 484. num. 6. & Ref. 485. num. 6. & Ref. 486. num. 6. & Ref. 487. num. 6. & Ref. 488. num. 6. & Ref. 489. num. 6. & Ref. 490. num. 6. & Ref. 491. num. 6. & Ref. 492. num. 6. & Ref. 493. num. 6. & Ref. 494. num. 6. & Ref. 495. num. 6. & Ref. 496. num. 6. & Ref. 497. num. 6. & Ref. 498. num. 6. & Ref. 499. num. 6. & Ref. 500. num. 6. & Ref. 501. num. 6. & Ref. 502. num. 6. & Ref. 503. num. 6. & Ref. 504. num. 6. & Ref. 505. num. 6. & Ref. 506. num. 6. & Ref. 507. num. 6. & Ref. 508. num. 6. & Ref. 509. num. 6. & Ref. 510. num. 6. & Ref. 511. num. 6. & Ref. 512. num. 6. & Ref. 513. num. 6. & Ref. 514. num. 6. & Ref. 515. num. 6. & Ref. 516. num. 6. & Ref. 517. num. 6. & Ref. 518. num. 6. & Ref. 519. num. 6. & Ref. 520. num. 6. & Ref. 521. num. 6. & Ref. 522. num. 6. & Ref. 523. num. 6. & Ref. 524. num. 6. & Ref. 525. num. 6. & Ref. 526. num. 6. & Ref. 527. num. 6. & Ref. 528. num. 6. & Ref. 529. num. 6. & Ref. 530. num. 6. & Ref. 531. num. 6. & Ref. 532. num. 6. & Ref. 533. num. 6. & Ref. 534. num. 6. & Ref. 535. num. 6. & Ref. 536. num. 6. & Ref. 537. num. 6. & Ref. 538. num. 6. & Ref. 539. num. 6. & Ref. 540. num. 6. & Ref. 541. num. 6. & Ref. 542. num. 6. & Ref. 543. num. 6. & Ref. 544. num. 6. & Ref. 545. num. 6. & Ref. 546. num. 6. & Ref. 547. num. 6. & Ref. 548. num. 6. & Ref. 549. num. 6. & Ref. 550. num. 6. & Ref. 551. num. 6. & Ref. 552. num. 6. & Ref. 553. num. 6. & Ref. 554. num. 6. & Ref. 555. num. 6. & Ref. 556. num. 6. & Ref. 557. num. 6. & Ref. 558. num. 6. & Ref. 559. num. 6. & Ref. 560. num. 6. & Ref. 561. num. 6. & Ref. 562. num. 6. & Ref. 563. num. 6. & Ref. 564. num. 6. & Ref. 565. num. 6. & Ref. 566. num. 6. & Ref. 567. num. 6. & Ref. 568. num. 6. & Ref. 569. num. 6. & Ref. 570. num. 6. & Ref. 571. num. 6. & Ref. 572. num. 6. & Ref. 573. num. 6. & Ref. 574. num. 6. & Ref. 575. num. 6. & Ref. 576. num. 6. & Ref. 577. num. 6. & Ref. 578. num. 6. & Ref. 579. num. 6. & Ref. 580. num. 6. & Ref. 581. num. 6. & Ref. 582. num. 6. & Ref. 583. num. 6. & Ref. 584. num. 6. & Ref. 585. num. 6. & Ref. 586. num. 6. & Ref. 587. num. 6. & Ref. 588. num. 6. & Ref. 589. num. 6. & Ref. 590. num. 6. & Ref. 591. num. 6. & Ref. 592. num. 6. & Ref. 593. num. 6. & Ref. 594. num. 6. & Ref. 595. num. 6. & Ref. 596. num. 6. & Ref. 597. num. 6. & Ref. 598. num. 6. & Ref. 599. num. 6. & Ref. 600. num. 6. & Ref. 601. num. 6. & Ref. 602. num. 6. & Ref. 603. num. 6. & Ref. 604. num. 6. & Ref. 605. num. 6. & Ref. 606. num. 6. & Ref. 607. num. 6. & Ref. 608. num. 6. & Ref. 609. num. 6. & Ref. 610. num. 6. & Ref. 611. num. 6. & Ref. 612. num. 6. & Ref. 613. num. 6. & Ref. 614. num. 6. & Ref. 615. num. 6. & Ref. 616. num. 6. & Ref. 617. num. 6. & Ref. 618. num. 6. & Ref. 619. num. 6. & Ref. 620. num. 6. & Ref. 621. num. 6. & Ref. 622. num. 6. & Ref. 623. num. 6. & Ref. 624. num. 6. & Ref. 625. num. 6. & Ref. 626. num. 6. & Ref. 627. num. 6. & Ref. 628. num. 6. & Ref. 629. num. 6. & Ref. 630. num. 6. & Ref. 631. num. 6. & Ref. 632. num. 6. & Ref. 633. num. 6. & Ref. 634. num. 6. & Ref. 635. num. 6. & Ref. 636. num. 6. & Ref. 637. num. 6. & Ref. 638. num. 6. & Ref. 639. num. 6. & Ref. 640. num. 6. & Ref. 641. num. 6. & Ref. 642. num. 6. & Ref. 643. num. 6. & Ref. 644. num. 6. & Ref. 645. num. 6. & Ref. 646. num. 6. & Ref. 647. num. 6. & Ref. 648. num. 6. & Ref. 649. num. 6. & Ref. 650. num. 6. & Ref. 651. num. 6. & Ref. 652. num. 6. & Ref. 653. num. 6. & Ref. 654. num. 6. & Ref. 655. num. 6. & Ref. 656. num. 6. & Ref. 657. num. 6. & Ref. 658. num. 6. & Ref. 659. num. 6. & Ref. 660. num. 6. & Ref. 661. num. 6. & Ref. 662. num. 6. & Ref. 663. num. 6. & Ref. 664. num. 6. & Ref. 665. num. 6. & Ref. 666. num. 6. & Ref. 667. num. 6. & Ref. 668. num. 6. & Ref. 669. num. 6. & Ref. 670. num. 6. & Ref. 671. num. 6. & Ref. 672. num. 6. & Ref. 673. num. 6. & Ref. 674. num. 6. & Ref. 675. num. 6. & Ref. 676. num. 6. & Ref. 677. num. 6. & Ref. 678. num. 6. & Ref. 679. num. 6. & Ref. 680. num. 6. & Ref. 681. num. 6. & Ref. 682. num. 6. & Ref. 683. num. 6. & Ref. 684. num. 6. & Ref. 685. num. 6. & Ref. 686. num. 6. & Ref. 687. num. 6. & Ref. 688. num. 6. & Ref. 689. num. 6. & Ref. 690. num. 6. & Ref. 691. num. 6. & Ref. 692. num. 6. & Ref. 693. num. 6. & Ref. 694. num. 6. & Ref. 695. num. 6. & Ref. 696. num. 6. & Ref. 697. num. 6. & Ref. 698. num. 6. & Ref. 699. num. 6. & Ref. 700. num. 6. & Ref. 701. num. 6. & Ref. 702. num. 6. & Ref. 703. num. 6. & Ref. 704. num. 6. & Ref. 705. num. 6. & Ref. 706. num. 6. & Ref. 707. num. 6. & Ref. 708. num. 6. & Ref. 709. num. 6. & Ref. 710. num. 6. & Ref. 711. num. 6. & Ref. 712. num. 6. & Ref. 713. num. 6. & Ref. 714. num. 6. & Ref. 715. num. 6. & Ref. 716. num. 6. & Ref. 717. num. 6. & Ref. 718. num. 6. & Ref. 719. num. 6. & Ref. 720. num. 6. & Ref. 721. num. 6. & Ref. 722. num. 6. & Ref. 723. num. 6. & Ref. 724. num. 6. & Ref. 725. num. 6. & Ref. 726. num. 6. & Ref. 727. num. 6. & Ref. 728. num. 6. & Ref. 729. num. 6. & Ref. 730. num. 6. & Ref. 731. num. 6. & Ref. 732. num. 6. & Ref. 733. num. 6. & Ref. 734. num. 6. & Ref. 735. num. 6. & Ref. 736. num. 6. & Ref. 737. num. 6. & Ref. 738. num. 6. & Ref. 739. num. 6. & Ref. 740. num. 6. & Ref. 741. num. 6. & Ref. 742. num. 6. & Ref. 743. num. 6. & Ref. 744. num. 6. & Ref. 745. num. 6. & Ref. 746. num. 6. & Ref. 747. num. 6. & Ref. 748. num. 6. & Ref. 749. num. 6. & Ref. 750. num. 6. & Ref. 751. num. 6. & Ref. 752. num. 6. & Ref. 753. num. 6. & Ref. 754. num. 6. & Ref. 755. num. 6. & Ref. 756. num. 6. & Ref. 757. num. 6. & Ref. 758. num. 6. & Ref. 759. num. 6. & Ref. 760. num. 6. & Ref. 761. num. 6. & Ref. 762. num. 6. & Ref. 763. num. 6. & Ref. 764. num. 6. & Ref. 765. num. 6. & Ref. 766. num. 6. & Ref. 767. num. 6. & Ref. 768. num. 6. & Ref. 769. num. 6. & Ref. 770. num. 6. & Ref. 771. num. 6. & Ref. 772. num. 6. & Ref. 773. num. 6. & Ref. 774. num. 6. & Ref. 775. num. 6. & Ref. 776. num. 6. & Ref. 777. num. 6. & Ref. 778. num. 6. & Ref. 779. num. 6. & Ref. 780. num. 6. & Ref. 781. num. 6. & Ref. 782. num. 6. & Ref. 783. num. 6. & Ref. 784. num. 6. & Ref. 785. num. 6. & Ref. 786. num. 6. & Ref. 787. num. 6. & Ref. 788. num. 6. & Ref. 789. num. 6. & Ref. 790. num. 6. & Ref. 791. num. 6. & Ref. 792. num. 6. & Ref. 793. num. 6. & Ref. 794. num. 6. & Ref. 795. num. 6. & Ref. 796. num. 6. & Ref. 797. num. 6. & Ref. 798. num. 6. & Ref. 799. num. 6. & Ref. 800. num. 6. & Ref. 801. num. 6. & Ref. 802. num. 6. & Ref. 803. num. 6. & Ref. 804. num. 6. & Ref. 805. num. 6. & Ref. 806. num. 6. & Ref. 807. num. 6. & Ref. 808. num. 6. & Ref. 809. num. 6. & Ref. 810. num. 6. & Ref. 811. num. 6. & Ref. 812. num. 6. & Ref. 813. num. 6. & Ref. 814. num. 6. & Ref. 815. num. 6. & Ref. 816. num. 6. & Ref. 817. num. 6. & Ref. 818. num. 6. & Ref. 819. num. 6. & Ref. 820. num. 6. & Ref. 821. num. 6. & Ref. 822. num. 6. & Ref. 823. num. 6. & Ref. 824. num. 6. & Ref. 825. num. 6. & Ref. 826. num. 6. & Ref. 827. num. 6. & Ref. 828. num. 6. & Ref. 829. num. 6. & Ref. 830. num. 6. & Ref. 831. num. 6. & Ref. 832. num. 6. & Ref. 833. num. 6. & Ref. 834. num. 6. & Ref. 835. num. 6. & Ref. 836. num. 6. & Ref. 837. num. 6. & Ref. 838. num. 6. & Ref. 839. num. 6. & Ref. 840. num. 6. & Ref. 841. num. 6. & Ref. 842. num. 6. & Ref. 843. num. 6. & Ref. 844. num. 6. & Ref. 845. num. 6. & Ref. 846. num. 6. & Ref. 847. num. 6. & Ref. 848. num. 6. & Ref. 849. num. 6. & Ref. 850. num. 6. & Ref. 851. num. 6. & Ref. 852. num. 6. & Ref. 853. num. 6. & Ref. 854. num. 6. & Ref. 855. num. 6. & Ref. 856. num. 6. & Ref. 857. num. 6. & Ref. 858. num. 6. & Ref. 859. num. 6. & Ref. 860. num. 6. & Ref. 861. num. 6. & Ref. 862. num. 6. & Ref. 863. num. 6. & Ref. 864. num. 6. & Ref. 865. num. 6. & Ref. 866. num. 6. & Ref. 867. num. 6. & Ref. 868. num. 6. & Ref. 869. num. 6. & Ref. 870. num. 6. & Ref. 871. num. 6. & Ref. 872. num. 6. & Ref. 873. num. 6. & Ref. 874. num. 6. & Ref. 875. num. 6. & Ref. 876. num. 6. & Ref. 877. num. 6. & Ref. 878. num. 6. & Ref. 879. num. 6. & Ref. 880. num. 6. & Ref. 881. num. 6. & Ref. 882. num. 6. & Ref. 883. num. 6. & Ref. 884. num. 6. & Ref. 885. num. 6. & Ref. 886. num. 6. & Ref. 887. num. 6. & Ref. 888. num. 6. & Ref. 889. num. 6. & Ref. 890. num. 6. & Ref. 891. num. 6. & Ref. 892. num. 6. & Ref. 893. num. 6. & Ref. 894. num. 6. & Ref. 895. num. 6. & Ref. 896. num. 6. & Ref. 897. num. 6. & Ref. 898. num. 6. & Ref. 899. num. 6. & Ref. 900. num. 6. & Ref. 901. num. 6. & Ref. 902. num. 6. & Ref. 903. num. 6. & Ref. 904. num. 6. & Ref. 905. num. 6. & Ref. 906. num. 6. & Ref. 907. num. 6. & Ref. 908. num. 6. & Ref. 909. num. 6. & Ref. 910. num. 6. & Ref. 911. num. 6. & Ref. 912. num. 6. & Ref. 913. num. 6. & Ref. 914. num. 6. & Ref. 915. num. 6. & Ref. 916. num. 6. & Ref. 917. num. 6. & Ref. 918. num. 6. & Ref. 919. num. 6. & Ref. 920. num. 6. & Ref. 921. num. 6. & Ref. 922. num. 6. & Ref. 923. num. 6. & Ref. 924. num. 6. & Ref. 925. num. 6. & Ref. 926. num. 6. & Ref. 927. num. 6. & Ref. 928. num. 6. & Ref. 929. num. 6. & Ref. 930. num. 6. & Ref. 931. num. 6. & Ref. 932. num. 6. & Ref. 933. num. 6. & Ref. 934. num. 6. & Ref. 935. num. 6. & Ref. 936. num. 6. & Ref. 937. num. 6. & Ref. 938. num. 6. & Ref. 939. num. 6. & Ref. 940. num. 6. & Ref. 941. num. 6. & Ref. 942. num. 6. & Ref. 943. num. 6. & Ref. 944. num. 6. & Ref. 945. num. 6. & Ref. 946. num. 6. & Ref. 947. num. 6. & Ref. 948. num. 6. & Ref. 949. num. 6. & Ref. 950. num. 6. & Ref. 951. num. 6. & Ref. 952. num. 6. & Ref. 953. num. 6. & Ref. 954. num. 6. & Ref. 955. num. 6. & Ref. 956. num. 6. & Ref. 957. num. 6. & Ref. 958. num. 6. & Ref. 959. num. 6. & Ref. 960. num. 6. & Ref. 961. num. 6. & Ref. 962. num. 6. & Ref. 963. num. 6. & Ref. 964. num. 6. & Ref. 965. num. 6. & Ref. 966. num. 6. & Ref. 967. num. 6. & Ref. 968. num. 6. & Ref. 969. num. 6. & Ref. 970. num. 6. & Ref. 971. num. 6. & Ref. 972. num. 6. & Ref. 973. num. 6. & Ref. 974. num. 6. & Ref. 975. num. 6. & Ref. 976. num. 6. & Ref. 977. num. 6. & Ref. 978. num. 6. & Ref. 979. num. 6. & Ref. 980. num. 6. & Ref. 981. num. 6. & Ref. 982. num. 6. & Ref. 983. num. 6. & Ref. 984. num. 6. & Ref. 985. num. 6. & Ref. 986. num. 6. & Ref. 987. num. 6. & Ref. 988. num. 6. & Ref. 989. num. 6. & Ref. 990. num. 6. & Ref. 991. num. 6. & Ref. 992. num. 6. & Ref. 993. num. 6. & Ref. 994. num. 6. & Ref. 995. num. 6. & Ref. 996. num. 6. & Ref. 997. num. 6. & Ref. 998. num. 6. & Ref. 999. num. 6. & Ref. 1000. num. 6.

RESOL. XXVII.

An Ecclesiastici extra necessitatem grauem corporalem, vel spiritualem proximi, teneantur erogare superflua in vsus pios ex præcepto tantum positiuo?

Et infertur, an Pontifex saltem validè, si non licitè possit dispensare cum aliquo Cardinali, aut Episcopo, vel Beneficiario, ne expendant redditus Ecclesiasticos in vsus pios?

Et docetur Pontificem dispensando sine causa in iure positiuo non peccare, secluso scandalo, quod de quocumque Legislatore dicendum est.

Etiamque aduertitur, in Hispania consuetudinem introduxisse contra ius positiuum Beneficiarios posse testari de fructibus in vsus non pios.

Et cursim docetur peccare Collegam, qui in aliquo Collegio, & vniuersitate alitur eo fine, vt studeat, & postea Reipublicæ profit, si otio vacet, & tempus terat. Ex p. 7. tt. 10. & Misc. 1. Res. 13.

§. 1. RESpondet affirmatiuè Ioannes Machadus *in Perfecto confess. tom. 1. lib. 3. part. 3. tract. 2. docum. 9. num. 8.* Sotus *de Iust. lib. 10. quæst. 4. artic. 3.* & Lessius *lib. 2. cap. 4. dub. 6. num. 47.* vbi sic ait: Itaque præcipua ratio cur tam strictè extra necessitatem grauem corporalem, vel spiritualem proximi, teneantur superflua illa, in pauperes, vel opera pia impendere est Eccles

docum.7.numero secundo & tertio. Et ad summum peccare tantùm venialiter dispensando sine causa per se loquendo, tradit petrus à sancto Ioseph *in Idea Theolog. mor. libro primo, capite 11.resolut.tertia.* Pontius *de matrim.libro octauo, capite 14. numero quarto,* Castrus Palaus *tomo primo,tract. tertio, disputat.6. punct.8. §.1. numero quinto* , Salas *de legibus disputat.20 sect.5. numero 55.* Valentia *tomo 2. disputat.7. quæst.5.punct.9.* Sanchez *de Matrim. libro octauo , disputat.18. numero septimo,* Layman *libro primo,tractat.4. capite vigesimo-secundo,numero decimo tertio,* & alij Quod probabile putat Trullench *in Decal.tomo primo,libro tertio,cap.2. dub.7. n.18.*

3. Secundò sequeretur obligationem talis præcepti largiendi superflua in vsus pios, si esset tantùm de iure positiuo , potuisse & posse contraria consuetudine auferri , quia consuetudo potest legitimè præscribere contra præcepta humana. Vnde Machadus *vbi supra,* docet in Hispania consuetudinem introduxisse contra ius positiuum beneficiarios posse testari de fructibus in vsus non pios.

4. Verùm non desunt Doctores prorsus contrariâ sententiam tenentes , & ideò nominatim impugnat Lessium Castrus Palaus, *tomo primo, tract.6. disput.2. punct.5. numero sexto* , & Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de iust. tomo primo,disputat.4. sect.2. numero decimo sexto* asserunt enim, non solùm præcepto positiuo, sed etiam naturali hanc oriri obligationem,& ex ipsomet statu, sunt enim Beneficiarij præcipuè curam animarum habentes, patres pauperum,iuxta Trident. *sess.28. capite primo* , Ratione cuius debent pietate & misericordia prælucere , & aliis esse in exemplum. Ergo secluso præcepto positiuo , ex ipsomet statu est illis obligatio dandi eleemosynam , amplius quàm laici.

5. Tertiò, quia bona beneficij non censentur data à fidelibus , nisi in sustentationem ministrorum , & ad pauperum miseriam subleuandam, bonàque opera facienda. Ergo qui in alios vsus insumeret , aduersùs hanc intentionem peccaret : sicuti peccat collega,qui in aliquo collegio , & vniuersitate alitur eo fine , vt studeat , & postea Reipublicæ prosit,si otio vacet,& tempus terat , quia defraudat grauiter intentionem fundatoris collegij, qui sustentationem ille suppeditat, vt studeat, non vt otiosus sit,& forte luxuriosus. Et etiam hanc sententiam præter Eminentissimum Cardinalem de Lugo & Palaum tenet Sanchez, *vbi supra,* quibus adde Coninch *de Fide, Spe , & Charitate disput.27. dub.11.conclus.2. numero* 192.& ante omnes Vasquez *Opuscul. de elemosina , cap.4.numero decimo septimo.*

RESOL. XXVIII.

An Clerici id , quod detrahunt ex necessariis ad decentiam status,viuentes parcè,teneantur pauperibus largiri sicut superflua ?

Sed difficultas est quoad obligationem conferendi superfluum pauperibus,an idem sentiendum sit de quotidianis distributionibus , ac de cæteris beneficij fructibus?

Et an idem dicendum sit de pensionibus?

Sed notatur Clericos de bonis patrimonialibus,& quæ lucrantur ratione ministerij, & pro Missis dicendis, administrandis Sacramentis , audiendis confessionibus, pro concionibus, & Officio Vicariæ, & posse disponere sicut de bonis patrimonialibus ad libitum,& hoc etiam procedit quoad bona, quæ Capellani recipiunt ex Capellania collatiua. Ex p.4.tr.4. & Misc. Res.171.

§.1. AFfirmatiuè respondet ex veteribus Panormitanus *in cap.cum omnes,num.15.de testament.* & ex recentioribus Sarmiento *lib.de redditibus par 3. cap.6.numero 1.& seq.* vbi latissimè probant hanc opinionem. & in alio §. eius primæ not.

Sed tu contrarium tene cum Alcozer *lib. de ludo, c.38.* Nauarro *lib.de redditibus q.1.n59.* Molina *de primog. lib.2. cap.10. n.50.* Auendaño *respons.19. num.12.* & aliis communiter.

2. Notandum est obiter primò contra Innocent. *in cap. quia nos, de testam.* Clericos de bonis quasi patrimonialibus quæ lucrantur ratione alicuius ministerij, vt pro Missis dicendis, pro administrandis Sacramentis , audiendis confessionibus , pro concionibus, pro officio alicuius vicariæ temporalis pro comitandis defunctis,officiis decantandis,&c. posse disponere sicut de bonis patrimonialibus ad libitum. Ita Auendanus & Alcoçer *vbi supra* , quibus adde Sotum *de iust. lib.10.quæst.4. art.3. concl.3.* & Nauarrum *lib.2. de libert. Christ. cap.4.* qui etiam docent hoc procedere quoad bona quæ Capellani ricipiunt ex Capellania collatiua, & ita tenet nouissimè Sanchez *in opusc.to 1. lib.2. c.2.dub.45. n.6.* optimè obseruans *n.7. sequenti,* idem dicendum esse de stipendiis & eleemosynis,quas Clerici accipiunt pro aliquo ministerio , ad quod ratione beneficij aliàs tenebantur , vt quod accipit Parochus pro administrandis Sacramentis suis subditis, beneficiarius pro anniuersariis,& à fortiori cõtra Sarmient.*lib.de redditibus 3.p.c.5. n.8.* dicendum est Prælatos & Clericos posse liberè disponere de stipendiis officiorum quæ à Principibus sæcularibus acceperunt. Sup. hoc in Res. præterita, §. Qui etiam , & in to 6. tract.7. Res.3 § Dico secundo , & ibi in tr.4. Res.8. §.1. à lin.5. & seq.

3. Sed difficultas est quoad obligationem conferendi superfluum pauperibus , an idem sentiendum sit de quotidianis distributionibus ac de cæteris beneficij fructibus? & affirmatiuè respondet Sarmiento *vbi sup. n.6* Nauarrus *lib. de redditib.q.1.n.74.* Verum probabiliter alij contrarium sentiunt,& ita tenet Auendañus *respons.19. n.12.* Syluester *ver.Clericus 4. q 4.* Angelus *eod. ver.13. n.3.* & alij , quia putant distributiones dari propter diurnum laborem , vt illius stipendium ; sed prima opinio est probabilior , vt asserit Sanchez *vbi suprà dub.46. n.4.* Sup. hoc in §.1. nor. præterite cursim in tribus eius primis lin. & in to. 6. tr.7. Res. 3.§ Probari potest.

4. An idem dicendum sit de pensionibus ? aliqui asserunt habentes has pensiones non titulo spirituali, sed sæculari , immunes esse ab obligatione dandi superfluum pauperibus. Ita Corduba *lib.1.q.18. ad 2.* Couarr. *cap. cùm in officiis, de testam.n.6.* Gigas *tract. de pensionib. q.52.* Sed circa præsentem quæstionem vide Sanchez *loco cit.dub.47. n.5.6.& 7.* At de obligatione Ecclesiasticorum dandi eleemosynam , *infrà* iterum redibit sermo. Sup. hoc in Res. seq. Inf. in Res. quæ hic est sup.22.

RESOL. XXIX.

An Pensionarij sicut, & cæteri beneficiarij teneantur ad eleemosynas largiendas ?

Et quid de Præstimoniariis Ex part.5. tract.8. Resolut.29.

§.1. PRima opinio affirmat. Ita Sarmiento *de redd. part.3.cap.5 num.7.* & Nauarrus *opuscul.de spoliis Cleric. §.1. num.6. & §7. num.7* vbi pensionarios beneficiariis æquiparant.Probatur hæc opinio, quia Pontifex concedit pensiones pro alimentis : ergo insinuat nolle , vt eas prodigat. Deinde obligatio elemosynæ est annexa redditibus beneficiorum : ergo ad quoscumque transeant,debent cum hoc onere transire, ex *cap. litteris, de pignoribus, & cap pastoralis,de decimis.* Sup. hoc in Res. præterita §.vlt.

2. Secunda opinio negat. Ita Vasquez *opusc. de eleemosina , dub. vltim. num.22.* vbi sic ait. Quæres an pensionarius teneatur ad eleemosynam ex superfluo, sicut beneficiarij. in materia enim de redditibus

dicemus esse verè pensionis dominos, Respondeo quòd nullum video Authorem obligantem pensionarios ex charitate adhuc, ad vberiores, vel alias eleemosynas, quàm alios seculares, licèt enim bona sint Ecclesiastica, dantur tamen in pensionem propter bonum Ecclesiæ eo modo vt vidimus in alimentis, & status pensionarij non obligat eum, nisi sit aliàs beneficiarius ad eleemosynas aliter, quàm alios laicos; & verò sit beneficiarius ille, talis tenebitur ad prædicta ex beneficij superfluo, ratione cuius in eo est constitutus status; Ita ille.

3. Tertia opinio, cui ego tanquam probabiliori adhæreo, distinguit. Ita Molina *de Iustit. tom. 1. tract. 2. disput. 145. num. 5.* sic asserens. Nauarrus ex Bulla Pij V. rectè colligit pensionarios annumerandos esse cum beneficiariis ad effectum, vt quæ vltra suam competentem sustentationem ipsis de pensione superfuerint, teneantur in vita expendere in operibus piis, & vt post mortem computanda sint in spoliis Clericorum, id quod monito 90. multis confirmat quod intelligendum est de pensionariis Ecclesiasticis, secus de laicis, quibus ob benè merita, aut obsequia, pensio est concessa. Hæc Molina. Dicendum est igitur quòd si pensio est Ecclesiastica, tunc adest obligatio largiendi eleemosynas; secus autem si sit laicalis: & ita hanc sententiam docet etiam Hurtadus de Mendoza *in 2.2. disp. 160. sect. 7. §. 117.* vnde ita ait. Clerici omnes tam præstimoniarij quàm pensionarij, tenentur erogare in eleemosyna medietatem superflui ex congrua sustentatione, quia illud est verè Ecclesiasticum beneficium, est enim pars fructuum Ecclesiasticorum. Datur item titulo Ecclesiastico, non enim datur frequenter nisi Clericis, & cum onere recitandi Officium B. Virginis; si verò datur titulo laïco, non est eadem ratio. Ita ille, qui citat pro hac sententia Azorium, cui etiam ego addo Castrum Palaum *tom. 1. tr. 6. disp. 2. punct. 7. n. 2.* Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 47. num. 5. & 6.*

4. Notandum est tamen quòd si aliquis pensionarius sequi vellet opinionem Vasquez, ego eum non damnarem de mortali, nam præter auctoritatem tanti viri, facit etiam pro dicta sententia Gigas *de pensionibus, q. 52. n. 2. & seq.* vide etiam Couarr. *cap. cum in officiis, de testam. num. 9.*

RESOL. XXX.

An Milites D. Iacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & D. Ioannis, teneantur ad eleemosinam, si beneficia possideant Ecclesiastica? Ex p. 5. tr. 8. Res. 30.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Nauarrus *de reddit. quæst. 2. monit. 38.* vbi probat hos milites habere obligationem impendendi operibus piis totum residuum de congrua sustentatione, & ita etiam docet Mota, Ayala, & Sà apud Sanchez *in summa tom. 2. lib. 7. cap. 8. num. 29.*

2. Sed ipse ibi meritò contrariam tenet, quam nouissimè tuetur etiam Hurtadus de Mendoza *in 2. 2. disput. 160. sect. 7. §. 119.* vbi censet hos milites non teneri ad expendendum residuum ex congrua sustentatione, nisi ex instituto suorum Ordinum, quod eos non obligat, nisi ad certas pensiones, vel ad Ordinis administrationem, seu gubernationem, vel ad sumptus militiæ contra infideles. Ratio est, quia illæ commendæ dantur titulo laïco: ergo non tenentur ad illas expendendas more Clericorum. Consequentia datur ab aduersariis, & probatur à simili, tum, quia Cantor, cui propter musicam organorum, tibiarum, aut alia, dátur stipendia Ecclesiasticarum facultatum, non tenetur ea expendere more Clericorum, etiamsi Clericus sit, vt ex ipso Nauarro ostendi. Secundò, quia Cathedraticus accipit interdum salaria ex tertiis partibus decimarum, quæ dispendere potest, vt velit, quia titulo laïco dantur. Antecedens autem probatur, quia Commendæ dantur ad militiam, tenentur enim milites militare quoties id imperet Magister, vt verò tota Religio sit accincta ad arma capessenda vtgenes Magistri præcepto, sunt proposita illi præmia, quorum spe redduntur animi æquiores, & quibus obtentis accipiunt præmia militarium laborum. Non tenetur Musicus sua stipendia more clericali erogare, & tenebitur miles, cui incumbit obligatio ad effundendum sanguinem? Secundò, illa obligatio esset in laqueum, milites enim non sunt tam scrupulosi, vt perpendant, quid supersit, quidve satis sit, bona autem pars obligationis, imò tota nititur perfectioni status clericalis, & curæ pastoralis, quæ in milite non reperiuntur.

3. Nec valet dicere quòd Equites D. Ioannis vouent solemne votum paupertatis, nam licèt eorum votum in solemnitate sit votum perfectum; at non tam perfectum ex parte obiecti, quàm votum Clerici Regularis, aut Monachi, vouens enim paupertatem iuxta suam regulam, quæ paucis in rebus eos obstringit, est enim laxa, quia est regula militum Nobilium, quos non expedit illaqueare minutis præceptis, sed nonnullis & laxioribus, quibus obseruetur virtus in militia, eámque ob causam illæ Commendæ sunt à Papa donatæ militibus. Ita Hurtadus *loco citato.* Vide etiam Azorium *tom. 1. lib. 13. cap. 4. quæst. 6.* vbi asserit hos Equites non teneri ad opera pia, sed sufficere, si non in vsus prauos Commendas expendant. Vide etiam Villalob. *in summa tom. 1. tract. 22. diffic. 5. num. 7.*

RESOL. XXXI.

An Priores, Abbates, & alij Clerici curam animarum non habentes teneantur inquirere pauperes; vt ipsis eleemosinas faciant de superfluis ex redditibus Ecclesiasticis? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Res. 158.

§. 1. ALibi satis firmaui ad hoc teneri Episcopos, & beneficiatos; nunc quæro an alij Ecclesiastici qui curam animarum non habent, ad id etiam teneantur? & affirmatiuè respondet Auendanus *in responsis, resp. 19. n. 9.* Abulens. Honcala & Gregor. Lopez quos citat Sanchez.

Alij pot hanc hab non tenet Rel. quia est sup. Et 22. Nisi eim prim

2. Sed ipse *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 39. n. 4. & 5.* contrarium docet, sic enim asserit. Laici non tenentur ex officio, seu statu suo quærere pauperes, sed sat est si occurrentibus subueniant: at Clerici habentes redditus Ecclesiasticos superfluos, tenentur quærere pauperes, tum quia ista bona superflua tenentur speciali vinculo pauperibus dare, & sic si non occurrant, tenentur illos quærere; tum etiam, quia ratione status specialis cura pauperum ipsis incumbit. Sed nota hoc esse verum de solis Episcopis & beneficiatis curam animarum habentibus, hi enim ratione officij tenentur ad id: at cæteri Clerici cùm pastores non sint, nec animarum curam habeant, non videntur ad id teneri. Ita Sanchez, qui citat Cordubam & doctos recentiores Magistros; sed de hac quæstione *infrà* iterum redibit sermo.

RESOL. XXXII.

An Monasteria Religiosorum, quibus prouentus redundant, teneantur de illis eleemosinas facere?

Et

Et an possit, vel debeat Prælatus Regularis omnes superabundantes redditus in eleemosynam dare? Ex p.5. tract.8. Resol.33.

§.1. AFfirmatiuè respondet Sanchez *in opuscul tom.1.lib.2.cap.2. dub.38. num.17.* & vterque Rodriquez, Emanuel, & Hieronymus, hic *in compend. qq. regular. resolut.59. num.1.* ille *in qq. regular. tom.2. quæstion.57. artic.1.* ante illos Dominicus Sotus *de iust. lib. 10. quæst.4. art.4.* vbi docent, quòd sicut Episcopi arctissimè tenentur præcepto eleemosynæ, ita etiam suo gradu Monasteria Regularium, in quibus prouentus redundant. Vnde non desinam hic apponere verba Reginaldi *tom.1.lib.4.c.21. num.283.* vbi sic ait. Octauum documentum est Religiosorum qui toti aliqui religiosæ familiæ præst, habet supremam illius administrationem, puta Abbatem, vel authoritate simili præditum in domo & familia religiosa, non modò posse facere eleemosynam, sed etiam teneri, quidquid superest vltra necessitates Monasterij erogare in pias causas, iuxta illud Christi Lucæ 11. *quod superest date eleemosynam.* In quam sententiam citatur *cap. quia tua 12. quæst.1.* cui Abulens. *ad cap.6. D. Matth. quæst.60.* rationem addit. Quia ad Abbatem & alios eiusmodi pertinet considerare totale bonum Monasterij, atque adeò iudicare quidquid in eo sit necessarium, & quid ita superabundans, vt possit & debeat in eleemosynam dari iuxta fidelium voluntatem à quibus largita sunt Monasterio, quæ non fuit vt Monachi diuites efficerentur, cùm profiteantur paupertatem, sed solùm sustentarentur, ac quod eorum sustentationi superesset, in alios pauperes erogaretur, de quo quidem superabundante non est iudicandum tantùm secundùm necessitates præsentes, sed etiam secundùm eas, quæ probabiliter possunt euenire; vt benè idem Abulensis *ibidem* ostendit. Ita Reginaldus.

2. Verùm circa præsentem quæstionem mihi placet opinio Suarez *de Relig.tom.4.tract.1.lib.2.cap.26. num.13* vbi sic ait. Specialiter quæri solet, an possit vel debeat Prælatus omnes superabundantes redditus in eleemosynam dare Respondet neque in hoc etiam posse assignari generalem regulam; regulariter autem id necessarium non est, nec conueniens, quamuis interdum possit esse laudabile, & aliquando præceptum. Pendet enim hoc ex occurrentibus necessitatibus proximorum. Nam si illæ sint extremæ, non solùm superflua, sed etiam aliqua ex necessariis, danda sunt, habita ratione aliorum, qui ad talem necessitatem subleuandam solent concurrere; si verò necessitas sit grauis, omnia superflua sunt danda, nisi ex concursu aliorum, necessitas minuatur: si autem necessitates tantùm sunt communes, licet aliquid ex superfluis dandum sit, maximè à Religiosis, propter exemplum, dare tamen omnia nec necessarium est, vt suppono ex materia de eleemosyna, neque in Prælato religioso esset consilium & ideo non opinor esse id in potestate eius, regulariter loquendo, tum quia melius est si commodè Potest augere & perficere Monasterium ipsum, vel quoad ea, quæ pertinent ad cultum diuinum, aut habitationem, vel quoad perpetuos redditus, vt ex eis plures Religiosi sustentari possint, quod maius Dei obsequium est, quàm abundans eleemosyna in communibus necessitatibus. Ita Suarez, quem postea sequitur Peyrinus *de Prælat.tom.2.q.1.cap.5.n.57.*

RESOL. XXXIII.

An Religiosi possint eleemosynas facere?
Et an quamuis Superior interdicat eleemosynas largiri, non videatur interdicere moderatas, & consuetas. Ex p.5. tr.8. Res.32.

§.1. REspondeo affirmatiuè in aliquibus casibus. Primò cùm pauper in extrema, necessitate laborat, & in hoc casu etiam remente Superiore, Secundò quando pauper aliquis magnam patitur necessitatem, nec aditus pater ad Superiorem tunc enim adest præsumptus Superioris consensus. Tertiò quando Religiosus ex legitima Superioris licentia extra Monasterium versatur causa vacandi literis, peregrinationi, aut alicuius negotij petagendi tunc enim adest tacita Superioris licentia & voluntas, vt ex his, quæ sibi ad victum dantur à Monasterio, vel aliunde eleemosynas aliquas moderatas elargiatur. Quartò quando Religiosus aliquid sibi subtrahit de his, quæ ad suam sustentationem ei tribuuntur, potest enim ea in eleemosynam expendere. Quintò quando Religioso siue intra claustrum, siue extra viuenti certi annui redditus, siue de bonis Conuentus tanquam bene merito, siue ab aliquo alio ad sumptus suos atque vsum conscientè Monasterio, aut dispensante Summo Pontifice conceduntur, & cui alia bona ex licentia Prælati concessa sunt ad vsum suum, & dispositionem, potest eleemosynas facere, & hæc omnia ex multis rationibus Doctorumque authoritatibus firmat Sanchez *in summa tom.2.lib.7.cap.19.n.96.vsque ad n.104.* vide etiam Hurtadum de Mendoza *in 2.2.disput.159. sect.6.§.140.* Granadum *in 2.2. cent. 3. tractat. 11. disputat.5. num.2.* Filliucium *tom.2. tract.28. lib.12. cap.10. quæst.3.* Valentiam *tom.3. disput 10. quæst 4. punct.3.* Nauarram *de restitutione lib.3.cap.1.num.158.* Lessium *lib.2.cap.18.dub.11. num.85.* & alios penes ipsos. Sup. hoc in tom .7. tr.3. Res. 64.

2. Non desinam temen hic adnotare Aragonium in 2. 2.q.32. *art.8.* & Graffium 1. *part. decis. lib.3. cap.5.num.62.* docere Religiosos posse eleemosynam facere, quando res, quæ in eleemosynam erogantur, sunt parui momenti, & quæ communiter solent dari pauperibus ostiatim mendicantibus, quia in tali casu præsumitur Superioris voluntas, à qua opinione non videtur discedere Cenedus *de paupertate religiosa, dub.25.n.12.* Sed illam non adimit Sanchez *in summa tom.2.lib.7.cap.19. n.103.* nisi in Religione adsit consuetudo id faciendi.

3. Nota etiam ex eodem Sanchez *num.106.* quòd quamuis Superior interdicat eleemosynas largiri, non videtur interdicere moderatas & consuetas, sed tantùm videtur velle ne modum excedant, sicut de vxore cui eleemosynas vir interdicit, asserunt communiter Doctores. Sup. hoc latè infr. in Res. 35. & in alio vers. eius not. 1.

RESOL. XXXIV.

An vxores possint facere eleemosynas?
Et in corpore huius Resolutionis explanantur septem casus, in quibus vxores possint facere eleemosynas.
Et vxor possit præbere eleemosynas filiis ex priori matrimonio indigentibus?
Et quid de fratribus?
Et an vxor possit, insciо viro, vigesimam partem annui prouentus in eleemosynas distribuere? Ex p.5. tract.8. Resol.34.

§.1. IN aliquibus casibus affirmatiuè respondeo, quos enumerat Filliucius *tom. 2. tr.28.cap.4 n. 101.* & ante illum Nauarra *de restitut.lib.3.cap.1.dub.6.* Reginaldus *tom.1.lib.4.cap.21.num.278.* & Lessius *lib.2. cap.12.dub.14.n.84.* sunt enim. Sup. his septē casibus seq. in tex. huius Res. in to.6. tr.7. Res. 5.

2. Primus de suis bonis paraphernalibus, hoc est, de bonis, quæ cùm nupsit, præter dotem sibi reseruauit ad proprios vsus, Idem dic de bonis quæ constante matrimonio illi obuenirent per hæreditatem, vel donationem. Horum enim omnium mulier habet dominium, & administrationem iure communi, ideoque etiam repugnante viro potest de iis eleemosynam facere quantumuis magnã D. Thom. *quæst.32. in articul.8.* Syluius *de eleemos. quæst.5. §.3.* Nauarrus *cap.17. num.155.* & alij. Limitat tamen dummodo eleemosyna sit moderata, & non incidant propterea filij in necessitatem. Ordine etiam charitatis his potius subueniendum esset, quàm aliis. Item nisi esset contraria consuetudo, vel statutum particulare nationis, quale dicitur in Hispania ex Nauarro *loco citato.*

3. Secundus casus est quando vxori relicta esset administratio & dispensatio bonorum, vel quia maritus est absens, vel ægrotus, vel amens, vel aliis de causis: debet tamen in hoc casu non facere maiores, quàm solebat eius vir.

4. Tertius casus quando ei assignatur à viro certa pecuniæ summa ad victum; tunc enim de eo quod supereſt, vel quod sibi subtrahit, potest facere eleemosynam.

5. Quartus casus quando propria arte atque industria aliquid lucraretur, modo propter ea non patiatur detrimentum domestica gubernatio, & prouideat sufficienter necessitatibus familiæ. Limita primo nisi familia, indigeret, ordine enim charitatis subueniendum priùs est domesticis. Secundò, nisi ex mutuo consensu, vel statuto lucra essent communia, & administratio esset reseruata viro.

6. Quintus casus, si aliqua bona habeat sibi donata, est enim istorum domina, nisi fortè data essent contemplatione viui.

7. Sextus casus, quando eas tantùm eleemosynas faciat de bonis viri, quas aliæ suæ conditionis communiter facere solent modò habeat vir superflua & non constet euidenter de contraria voluntate. In dubio enim posset interpretari virum tantum prohibere eleemosynas immoderatas.

8. Septimus casus, quando faceret eleemosynam ad damnum temporale vitandum, vel spirituale ipsius viri, tunc etiam sine eius consensu posset.

9. Non reticebo tamen hic apponere casum, de quo his diebus interrogatus fui, an vxor possit præbere eleemosynas filiis ex priori matrimonio indigẽtibus? & respondi affirmatiuè, neque in tali casu peccare mortaliter existimo, si petere omittat licentiam à marito, quia vir non est, neque esse potest inuitus in tali eleemosyna, nam negata licentia adhuc poterit vxor illam surripere vt obligationem naturalem alendi ita sibi coniunctos exequatur & hanc doctrinam extendendam esse ad fratres existimo: spectat enim ad decentem vxoris statum, ipsiúsque honorem, ne fratres permittat egere, & ita docet Castrus Palaus *tom.1. tractat.6. disput.2. punct.13. num.16.* Lessius *lib.2. capit.12. dub.14. num.88.* & Petrus Nauarra *lib.3. de restitut. cap.1. num.161.* debet tamen vxor computare in sua parte dissoluto matrimonio, quæ sic dedit.

Quæ nunc hanc sequetur, in eius §. vlt. & in tom.6. tr.7. Res.58. cursim in princ. vers. primo, & in tom.8. tr.7 Res.2. §.vlt.

10. Notandum est etiam hic quod ego *in 2. part. tr.1 miscellan. resolut.33.* satis probabiliter docui posse vxorem inscio viro vigesimam partem annui prouentus in eleemosynas distribuere. Ita Doctores quos *ibi* citaui quibus nunc addo Granadum *in 2.2. controuers.3. tract.11. disput.5. num.3.* vbi ex Molina rectè notat, non peccaturam vxorem, si non obediat marito renuenti præbere eleemosynas, dummodò dictæ eleemosynæ non excedant eas, quas mediocres mulieres sui status facere consueuerunt, & hoc etiam docet Castrus Palaus *tom.1. tract.6. disput.2. punct.13. n.12.* Coninck *disput.27. n.52.* Suarez *disp.27. dub.5. num.5.*

RESOL. XXXV.

Vxor cuiusdam Nobilis viri secundum consuetudinem aliarum mulierum suæ conditionis solebat facere moderatas donationes & eleemosynas, postea maritus hoc sciens prohibuit, vxori, quæritum à me fuit, an non obstante dicta prohibitione, vxor possit sine scrupulo dictas eleemosynas facere?

Et an vxor, nesciente viro possit dare vigesimam partem lucri annualis in eleemosinam? Ex p.2. tract.15. & Misc.1. Res.33.

§.1. TVrrianus, ex Societate Iesu *in 2.2. disp.84. dub.1.* partem negantem sequutus est, air enim: Placet posse Maritum reseruare facultatem faciendi eleemosynas: & vxorem tunc non posse illas facere, etiamsi maritus non manifestet illi causam, vtitur enim iure suo; vix autem potest mulier cognoscere certò maritum non facere aliquas communes eleemosynas, aut illas omittere sine causa & ideo consulendum est vxori, vt in hoc obediat marito. Vnde meritò Aug. *cap. quod Deo 33. quæst.5.* cuidam coniugatæ dixit: Nihil de tua veste, nihil de tuo auro, vel argento, vel quacumque pecunia, aut rebus vllis terrenis tuis, sine arbitrio mariti facere debuisti, desumptum est verò illud caput *ex epist. 199.* & vniuersim vult, nihil omnino elargiendum esse sine consensu viri. Respondent verò aliqui, ibi esse sermonem de magnis eleemosynis: sed, vt dixi licet causa esset minima quædam eleemosyna eius fœminæ, vt constat ex ea epist. tamen doctrina Augustini, sine refectione vlla videtur explicanda. Alij volunt, ibi non esse præceptum, sed consilium, quæ explicatio in contextum non cadit, vt legenti constabit. Alij docent Augustinum velle, nihil esse elargiendum in eleemosynam cum scandalo mariti. Verùm licet hanc rationem indicet, Augustinus tamen nihil omninò vult esse elargiendum sine consensu viri, & tamen si de solo scandalo ageretur solùm loqueretur de eleemosina publica, & nota marito.] Hæc Turrianus. Cuius sententiam docuerunt antea Nauar. *in manu. c.17. num.154.* D. Anton. *p.2. tit.2. cap.19. §.1.* & Iac. de Graff. *dec. aur. p.1. l.b.2. c.60. n.8. in fin.*

2. Sed ego semper in praxi contrariam opinionem sequutus sum, cum Fernandez *in suo exam. theol. p.1. c. 16. §.7. n.1.* Bonacina *de contr. disput.2. q.2. num.6.* Regin. *tom.1. lib.4. cap.27. n.282.* Lessio *lib.2. cap.12. dub.14. n.85.* Coninch *de act. supern. disput.27. dub.5. num.52.* qui citat Molin. *tom.2. disp.274.* & Nauar. *lib.3. c.1. n.83.* Et ratio est, quia tali euentu maritus est irrationabiliter inuitus, vxor enim non est mancipium, sed socia bonorum, ac proinde eam vt sociam in decenti statu tenetur maritus sustentare: sed ad decentiam status pertinet, has donationes, & eleemosynas facere. Ergo.

3. Sed dicet aliquis, Quæ quantitas particularis potest dari ab vxore, nesciente viro; Respondeo vigesimam partem lucri annualis. Ita Bannez *in 2.2. q.32. art.8.* vbi sic ait. [Nullus est scrupulus affirmare, quòd mulier diuitis dispensat, nesciente viro, vigesimam partem lucri annualis: nam talis dispensatio debet esse interpretatiuè volitæ à bono viro.] Malderus in eamdem *in 2.2. D. Thom. quæst.32. art.8.* ait: Bannesius vxori permittit dispensationem vigesimæ partis annui prouentus inscio viro.]Et hanc sententiam amplexus

amplœxus est etiam nouissimè Hieronym. Cenedo *de pauper. relig. dub. 32. num. 14.* vbi asserit: [No ay escrupulo en dezir, que la muger de vn rico puede dar cada año la vigesima parte de su renta, sin licentia de su marido como si tiene duos mil ducados de renta puede dar ciento.] Sic etiam Ledesm. *in summ. tom. 2. tract. 4. c. 3. concl. 38. fol mihi 116.* & Vegha *in summ. tom. 2. cap. 17. cas. 23.*

RESOL. XXXVI.

An vxor inscio marito possit tribuere eleemosinam, vt Deus auertat graue damnum mariti, ne scilicet eum punat, vel vt impetret eius conuersionẽ à statu malo? Et quid est dicendum, si maritus tale quid sciret & id illi displiceret? Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. Res. 23. aliàs 25.

§. 1. RAtò admittendam esse affirmatiuam sententiam in hac quæstione putat Coninch *de actibus supernat. lib. 4. dist. 27. dub. 5. 56.* præsertim quãdo manifestè non constat virum esse notabiliter negligentem in eleemosynis præbendis, & suo officio hac in re nullo modo satisfacere. Et inter alias rationes adducit quod contrarium sentiendo videtur nimium laxari libertas vxorum, nam multa imprudenter largientur sub prætextu, vt viri aliquibus peccatis emendarentur. Et hanc sententiam tenet etiam Fernandez *in exam. Theol. mor. p. 1. c. 16. §. 6. num. 2.* & Molina *de iust. tom. 2. disp. 274. n. 12.* vbi contra Nauarrum *vbi infrà*, absolutè asserit, non posse vxorem ad vitandum spirituale damnum viri contra ipsius beneplacitum facere eleemosynas.

2. Sed ego puto contrariam sententiam esse probabiliorem, & tutam in praxi, & illam docent Malder. *in 2. 2. q. 32. à n. 8.* Vasquez *opusc. de eleemosyna, c. 4. n. 4.* Bonac. *de contract. disp. 2. q. 10. punct. 2. n. 9.* Graffius *tom. 1. lib. 2. c. 60. n. 9.* Nauarr. *in man. 17. n. 154.* Idem Nauarr. *lib. 3. c. 1. n. 83.* qui citat Syluestrum & Gabrielem Lessium *lib. 2. c. 12. dub. 14. n. 85.* Lorca *in 2. 2. q. 32. art. 9. sect. 3. disp. 36. n. 9.* Turrianus etiam *in 2. 2. tom. 1. disp. 84. dub. 1.* Molfesius *in sum. tom. 1. c. 16. tr. 1. n. 36.* Filliuc. *in q. mor. tom. 2. tr. 34. c. 2. n. 44.* & alij. Et addit Reginald. *tom. 1. lib. 4 c. 22. num. 278.* cum Syluestro *ver. eleemosyna, n. 8.* hoc etiam esse verum, si vxor crederet quod si maritus tale quid sciret, id illi displiceret. Et ratio est, quia in tali casu maritus est irrationabiliter inuitus. Confirmatur exemplo Abigail *1. Reg. 15.* quæ prudenter, & piè misit munera Dauid, quæ maritus impiè negauerat.

3. Ad Argumentum, quod adducit Coninch. respondetur, non dari ex nostra sententia nimiam libertatem vxoribus, nam tales eleemosynæ sunt dandæ in moderata quantitate, considerata quantitate bonorum, nam aliter esset quidem maritus rationabiliter inuitus. Imo puto non esse faciendas, quando timerentur maximæ contentiones. Vxores igitur in tali casu se remittant ad consilium, & arbitrium pudentis Confessarij, qui considerando statum viri & quantitatem bonorum, taxabit summam eleemosynæ ab vxore pauperibus tradendam.

RESOL. XXXVII.

An Tutores, & Curatores possint facere eleemosynas de bonis pupillorum, & ipsi pupilli consentire teneantur? Et an non solum Tutores, sed etiam ipsi pupilli, & minores possint moderatas eleemosynas facere, & Tutores teneantur ad id consentire.

Et docetur, quod Tutor pro pupillo aliquid potest donare. Ex p. 5. tr. 8. Res. 35.

§. 1. REspondeo affirmatiuè. Dico igitur, tutores & curatores, & omnes illi, quibus alienorum bonorum cura demandata est, possunt moderatas eleemosynas facere, quia id pertinet ad rectam bonorum administrationem, quæ illis commissa est, & in bonum pupilli, & minoris cedunt, ipsique consentire tenentur. Ita Lorca *in 2. 2. sect. 3. disp. 36. num. 10.* Vasquez *opuscul. de eleemos. cap 4. num. 2.* Azorius *part. 2. lib. 12. cap. 10. quæst. 5.* & alij communiter. Vnde Ioannes de la Cruz *in direct. conf. part. 1. tr. 7. quæst. 1. art. 3. dubitat. 4. conclus. 2.* docuit, quòd tutor pro pupillo aliquid potest donare, & munera ex more consueta consanguineis pupilli mittere. Igitur si potest donationes moderatas facere, poterit etiam & moderatas eleemosynas præbere. Imò non solum tutores, sed etiam ipsi pupilli & minores possunt moderatas eleemosynas facere, & quales [illegible] eiusdem sortis secum solent facere, & tutores tenentur ad id consentire, & ita docet Coninx *disp. 27. dub. 5. num 61.* & plus addit Reginaldus *tom. 1. lib. 4. cap. 21. numero 270.* posse tutores & curatores pauperibus subuenire & officium pietatis taliter exercere, qualiter pupilli & minores, si adultæ ætatis essent exercere deberent.

Sup. hoc latè in to. 6. tr. 7. Res. 28 & in Res. 26. §. 2. ad lin. 5. & in Res. 13. §. Adhæc.

RESOL. XXXVIII.

An filius familias possit facere eleemosynas?

Et inter alia, quæ circa hoc discutiuntur, quæritur, quod si filius familias ludo aliquid lucri fecerit, an id etiam pauperibus erogare queat?

Et an possit filius ad vsus honestos accipere aliqua à Patre etiam inuito? Ex p. 5. tr. 8. Res. 25.

§. 1. POtest ex bonis castrensibus, vel quasi castrensibus, quia eorum plenum ius, potestatem & administrationem habet: ex bonis verò perfectitiis, vel aduentitiis non potest, ex profectitiis quidem, quia eorum proprietas & vsus fructus est penes partem ex aduentitiis autem, quia quamuis eorum proprietatem habeat, non tamen vsum fructum, quia vt apud patrem dum viuit: filius familias itidem cùm longa peregrinatione suscepta consensu patris iter facit, vel cùm in scholis versatur studij literarij gratia, vel cum paterna negotia gerit absens à domo patris, potest tuta conscientia ex bonis paternis eas eleemosynas dare, quas erogare solent alij filij familias inuicem cõditione pares, & eas, quas bona fide credit ratas habiturum patrẽ. Insuper si parcè viuendo subtrahat sibi aliquid ex his, quæ ad ipsius victum pater concedit, potest id in pauperum vsus impendere. Quid si ludo aliquid lucrifecerit, an id etiam pauperibus erogare queat? ordinariè non potest, quia id acquiritur patri; at verò ex tacita patris voluntate, quæ bona fide creditur ratum habitura, quod filius dederit ludo partem, potest tuta conscientia id facere. Ita Azorius *to. 2. lib. 12. cap. 10. q. 1.* & Hurtad. de Mend. *in 2. 2. disput. 159. sect. 6. §. 139.* qui addit posse filium ad vsus honestos accipere aliqua à patre etiam inuito, quia irrationabiliter est inuitus, quæ potest pauperibus erogare. Item si pater nullas eroget eleemosynas, potest filius pro eo erogare, quia hac in parte censetur idem esse pater & filius, neque censetur parer rationabiliter inuitus vt id fiat per filium; si verò ex bonis paternis grauem quantitatem adimat, eleemosyna ex illis neque est licita, neque valida, tenetúrque filius eam quantitatem fratribus restituere pro rata cuiusque quantitate. Vide etiã circa præsentem quæstionem Filliucium *tom. 2. tr. 28. cap. 4. num. 94.*

RESOL.

RESOL. XXXIX.

Quibus sumptibus soluenda sit elemosina Prædicatori? Ex p.3. tr.5. & Misc.1. Res.71.

§. 1. HIc casus frequenter solet accidere, & non ita facile apud Casuistas inuenitur; illum verò determinat Paponius *de iur.Franc. lib.1. arest.9. in glossa littera A.* vbi sic asserit: In quæstione, quisnam salarium Prædicatori præstare teneatur, distinctione vtendum est, nempe vt si de vrbe agatur, in qua Archiepiscopatus, vel Episcopatus, eo casu officium pastoris est prædicare vel prædicati curare, & verbum Dei annunciare gregi suo, idque expensis suis. Ex ita iudicatum fuit aduersùs Archiepiscopum Bituricensem 1. Iunij 1522. At si non de vrbe, sed oppido agatur, vbi sit Ecclesia Collegialis, vel Curio, tum omnes ij qui decimas in prædicta parochia percipiunt, ad Prædicatoris salarium conferre debent; parochiam verò ad victus expensas. Ita ille, & ante illud Mynardus *decis.*34.35. & 36.

2. Sed quod dictum est de Episcopo, procedit etiam quando dubitatur, quorum sumptibus sit conducendus Prædicator, seu alendus; & ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem, ex Vgolino, & Galetti testatur Riccius *in praxi tom.1.resol.*468.*n.*3. qui *in n.*4.*&* 5. limitat supradicta existente consuetudine in contrarium. Nam vbi consuetudo adesset, vt prædicator vel ab Episcopo eligeretur, vel ab alio; communitas, vel aliquis alius sumptus præberet, in tali casu Episcopus ad nihil teneretur. Quod etiam procedit, si populus eligeret, & nominaret concionatorem, & sumptus etiam faceret; nam tunc Episcopus hoc onere leuabitur. Igitur consuetudo consideranda videtur, & secundùm illam determinandum, qua secluſa Episcopum obligabis.

RESOL. XL.

An sit præceptum dandi eleemosinam iis, qui voluntariè pauperes fiunt, vt Religiosi? Ex part.5. tract.8. Resol. 18.

§. 1. MEdina *Cod.de eleemosina, quæst.de eleemos. danda sanis,* §. *quæret forte aliquis.* Asserit non esse præceptum titulo paupertatis his pauperibus conferre eleemosynam, quia voluntate sua eligentes, non potuerunt aliis inducere obligationem. Fatetur tamen ex alio capite posse intercedere obligationem subueniendi eorum necessitatibus, videlicet quia ministrant spiritualia, & ideò debetur illis sustentatio.

2. Sed meritò Lorca *in* 2.2. *sect.*3. *disp.*39. *mem.*4. *num.*57. asserit hanc sententiam & differentiam inter pauperes voluntarios & alios pauperes, apud nullum alium Authorem inuenire, & ideò non censet probabilem, & omninò asserendum putat his pauperibus deberi eleemosynam ex præcepto, sicut aliis, quia eorum paupertas & necessitas vera est & iusta, quod autem voluntariè contracta fuerit, nihil refert, si voluntas & causa contrahendi pia fuit, Deo grata, & rationi conformis.

RESOL. XLI.

An sit danda elemosina homini auaro indigenti, qui propriis rebus vti non valet?

Et quid de vagabundis, qui voluntariam, culpabilem, & vitiosam inopiam patiuntur? Ex part. 5. tract.8. Res. 19.

§. 1. REspondeo non esse dandam, & eamdem esse rationem ac de vagabundis, nam iste voluntariam, culpabilem, & vitiosam inopiam patitur. Excipiendum tamen est, si impotenti passione victus in hanc miseriam incideret, tunc enim compatiendum esset, & subueniendum eo modo, quo succurrendum esset ei; qui vehementi passione oppressus sibi ipsi suspendium parat, sed in hoc casu ex bonis ipsius non ex propriis subueniendum esset. Ita docet Lorca *in* 2. 2.*sect.*3. *disp.*37. *num.*11. & Azorius *tom.*2. *lib.*12. *capite* 9. *quæst* 5. cum Syluio *in* 2.2.*quæst.*32. *art.*9. *quæritur* 4.

RESOL. XLII.

An rectè excludantur aliquando à Ciuitatibus pauperes, peregrini?

Et an liceat legem ferre, ne quis pauperum publicè, & ostiatim mendicet; Ex parte 5. tractatu 8. Resolut.36.

§. 1. REctè respondet Becanus *in* 2.2. *de fide, spe & charitate, cap.*21. *dub.*9. *num.*23. si hoc efficiatur ob has causas. Primò, quia pauperes domestici peregrinis præferendi sunt, si vtrisque satisfieri non possit. Secundò, quia peregrini sæpè inferunt morbos, corruptelas, hæreses, contentiones, proditiones, Tertiò, quia multi ex illis sano & integro sunt corpore, qui si admittantur, computrescunt in otio, & aliis peccatis inde consequentibus; si excludantur, cogitant de victu per labores acquirendo, quo honestius est. Ita ille.

2. Verùm docet Syluius contrariam sententiam *in* 2.2. *D.Thom. quæst.*32. *art.*9. *quæritur tertio.* Sed in illo casu si occurrerit & in simili, an videlicet liceat legem ferre, ne quis pauperum publicè & ostiatim mendicet, Episcopi & Magistratus seculares non deserant omnino videre Adamum Tannerum *tom.*3. *disp.*2. *quæst.*5. *dub.*3. *per tot.* & Apologiam in causa pauperum Dominici Soto.

RESOL. XLIII.

An promittens eleemosynam cuidam pauperi possit alteri, vel sibi pauperiori conferre?

Et inter alia, quæ circa hoc deducuntur, tandem decetur non posse Confessarium commutare pœnitentiam erogandi eleemosinam per solam applicationem ad ipsummet pœnitentem tanquam ad pauperem. Ex p.5. tr.8. Res.37.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Sanchez *in summa tom.* 1. *lib.*4. *cap.*49. *num.*6. Deducitur eleemosynam promissam Deo elargiendum certo pauperi, dum ipsi non est ius acquisitum per acceptationem, posse propria vouentis authoritate dari alij pauperiori, dummodò cætera sint paria, id est, non concurrat peculiaris aliqua circunstantia in minùs paupere, vt eleemosyna illi collata sit Deo gratior, quia cæteris paribus, præstantior est eleemosyna pauperiori data. Posset autem quispiam existimare, posse sibi quoque applicare si pauperior sit. Sicut res incertas furto ablatas restituendas pauperibus potest restitutioni obnoxius si pauper sit, sibi applicare. Cùm tamen sit obligatio iustitiæ, quæ necessariò est ad alterum, & iussus eleemosynam inter

pauperes

pauperes incertos distribuere, potest iuxta aliquos aliquam sibi pauperi applicare. At dicendum est non posse etiam authoritate Prælati in id commutari, quia nullam eleemosynæ rationem habet, sicut eleemosynam iniunctam pœnitentia sacramentali nequit pœnitens pauper sibi applicare. Ita Sanchez, & hanc opinionem docet etiam alter Sanchez, Ioannes videlicet *in selectis disp. 14. num. 18.* vbi etiam rectè docet, nec posse Confessarium commutare pœnitentiam erogandi eleemosynas per solam applicationem ad ipsummet pœnitentem, tanquam ad pauperem, nam vel potest erogare aliis pauperibus, vel non; si nequaquam valet, immunis redditur à præcepto, & tunc commutatione opus nullatenus est, sed ad summum declaratione; si verò potest, quamvis interueniente aliqua incommoditate erogare tenebitur aliis, nam applicando illam sibi, nihil efficit boni operis, in quod commutari dicatur eleemosyna.

RESOL. XLIV.

An sit peccatum mortale inuertere ordinem in succurrendo patri, matri, filio, vxori, auo & nepoti? Ex parte 5. tractatu 14. & Miscell. 2. Resolutione 93.

§.1. AD hoc dubium ita respondet Hurtadus de Mendoza *in 2. 2. disp. 54. sect. 5. §. 57.* vbi sic ait. Hic ordo nos obligat sub peccato graui ad subueniendum prius parentibus, quàm aliis, non vero patri prius, quàm matri inter filios & vxores, nescio sanè an iste ordo grauiter obliget? inclinor in partem negantem, at filij non possunt postponi fratribus, nisi cum graui peccato in necessitate obligante per se. Pater prius est diligendus, quam auus, & filius quàm nepos, quia sunt amanti proximiores. Item auus prius, quàm nepos, filius autem priùs auo, quia est coniunctior. Ita ille.

2. Non desinam tamen etiam hîc adnotare Lorcam *in 2. 2. D. Thom. q. 26. art. 11. num. 4.* sic circa præsentem quæstionem asserere. Inquiri solet sítne peccatum mortale hunc ordinem, quem statuimus inter cognatos in primo gradu, inuertere? Nonnulli dicunt non esse peccatum mortale, quia omnes istæ coniunctiones, ex quibus oritur obligatio dilectionis, magnæ sunt; & non est tam ingens vnius ad alteram excessus, vt reatum peccati mortalis inducat, si prætermittatur. Quod mihi videtur probabile; & quod attinet ad comparationem inter patrem & matrem, & inter vxorem & filios, non dubito sine peccato mortali posse inuerti ordinem, & fortasse absque omni peccato, quamuis laudabilius esset illum seruare. Inter parentes autem, & cæteros, manifestior est excessus debiti; & ideo occurrente necessitate, qua vel ipsi, vel cæteri deserendi essent in temporalibus, vel spiritualibus; non existimarem tutum esse parentes omittere. Sed, vt S. Thom. aduertit. *art. 10.* & exposuimus *art. 8.* omnes istæ comparationes definiunt quòd per se, & considerata solùm ratione patris, matris, &c. debetur. Nam ex accidenti potest quilibet istorum bis suum amittere & diminuere iniuriis, & ingratitudine in alterum, & potest augere beneficiis, & obsequiis. Singula autem speciatim, & minutatim determinari nequeunt, & prudentis arbitrio remittenda sunt, pensatis his communibus regulis. Ita Lorca *vbi suprà.*

RESOL. XLV.

An si quis habeat patrem diuitem, & filium diuitem, & ipse sit pauper, à quo debeat prius petere alimenta?

Et quæritur, quo iure filij, & parentes alimenta præstare teneantur?

Et an ad extremam necessitatem redactis filiis, & parentibus, teneantur potius filij patribus succurrere, quam propriis filiis, & secus extra necessitatem extremam? Ex part. 10. tract. 13. & Misc. 3. Res. 3.

§.1. MOrdicus à Patre in tali casu alimenta petenda esse, docet nouissimè Franciscus Maria Pratus. *obseru. 89. num. 12.* adducens pro hac sententia Iacobum de Arena, *in l. pen.* quæ incipit: *Non quemadmodum ff. de liber. agnosc.* Bartolum, *ibi num. 2.* Alexandrum, *in leg. In suis, num. 7. ff. de liber. & posth.* Io. Fabrum, *in §. Ius naturale num. 3. Inst. de Iur. natur.* Ancharanum *in cap. Cùm haberet. num. 15. de eo, qui dux. in matrim.* Castillum *ad leges Taur. lege 60. verb. Alimenta, & verb. In casu verb. Item nota.* Albertum *in d. leg. Non quemadmodum, num. fin.* Et rationibus firmatur etiam hæc opinio: Tum quia Pater plus diligit filium, quam ipse Patrem, *leg. Isti quidem, ff. de eo quod met. caus. & leg. fin. Codice de Curator. Furios. cum concordan. adductis.* Tum etiam, quia bona Patris quodammodo dicuntur esse Filij viuo Patre, non autem è conuerso, *leg. Nam & si Parentibus. ff. de inoffic. testam.* Ac etiam quia in Patris successione, filius præfertur Auo, *lege prima, §. primo, ff. si tabul. testam. nullæ extab.* Authent. *In successione. Codice de suis, & legitimis.* Ioannes de Lignan. *in tractatu de Amicitia. §. Subuentione paterna, & finali, num. 16.* Vide etiam Cordubam *in Repert. leg. Si quis à liberis, num. 7. ff. de liberis agnoscen.* qui contra Alphonsum de Castro acriter insurgit, & asserit errasse, quia misit manum in messem alienam.

Quoad hoc lege doctr. Resp. præter. Ref. non seq. & non pigebit.

2. Sed ego in eius fauorem, nempe in tali casu alimenta esse petenda à Filio, & non à Patre diuite pondero validam rationem; quia magis tenetur filius succurrere Patri, quam Pater Filio: Vnde pro firmanda hac sententia quærendum est, quo iure filij, & Parentes alimenta præstare teneantur; & multi iuris canonici periti existimant Parentes teneri præstare alimenta filiis iure naturali, filius vero parentibus non iure naturæ, sed gentium. Ita docere etiam videtur Bartolus *in l. Si quis à liberis. ff. de lib. agnoscend.* Probant, quia natura descendit è Parentibus in filios atque adeo propensiore iure naturæ & proximiore debent Patres liberos amare, quam liberi Parentes. Deinde quia belluæ, in quibus totum ius naturæ inest, filios alunt suos non tamen filij Parentes præter vnicam Ciconiam, cui id tamquam insigne attribuitur, & ob eam causam pietatis symbolum habetur; dicendum tamen est cum communi Doctorum, & præcipuè Theologorum sententia, Filios eodem iure naturæ teneri de alimentis prouidere parentibus in extrema necessitate, aut quasi extrema constitutis, quo Parentes tenentur prouidere filiis. Primò ex genere correlatiuorum, sunt enim Pater & filius, correlatiua. Vnde quod de vno dicitur, de alio necesse est dicatur. Secundò, quia natura rationabilis strictiori vinculo obligat filios erga Parentes, quàm Parentes, erga filios, vt docet Thomas *2. 2. quæst. 26. art. 8. ad 3.* nam quicquid filius habet, à Patre habet; Pater autem nihil habet à filio, & ideò ratione beneficij accepti tenentur filij parentibus maximè prouidere; quamobrem, licet ius naturæ absolutæ magis

magis inclinet parentes ad prouidendum de alimentis filiis, vt in Belluis cernitur; at non ita ius naturæ rationabilis; plus enim natura rationabilis inclinat Filios ad prouidendum parentibus, propter beneficium totius esse, & vitæ, ab eis acceptum, quam parentes ad prouidendum Filiis, cum nihil ab illis acceperint. Et ita docet D. Thomas, *quodlibet 6. art. 14.* Sylvester *verb. Filij quæst. 22. ad finem*, Azorius *tom. 2. Instit. Mor. lib. 11. quæst. 1. cap. 3.* Toletus *lib. 5. Summæ, cap. 1. num. 3.* Et ex Iurisperitis idem docent Menochius *de Præsumpt. lib. 3. quæst 29. num. 16.* Surdus *de aliment. tit. 1. quæst. 17.* Cardoso *in praxi iudicandi, verb. Filius, num. 40.* & communiter omnes, & ideò parco allegationibus. Vide tamen Rebellum præ omnibus doctissimè hac de re loquentem *de obligat. Iustitiæ, part. 2. lib. 5. quæst. 8. num. 8.* Estque adeò vera hæc doctrina, vt ad extremam necessitatem redactis filiis, & parentibus teneantur Filij potius Patribus succurrere, quam propriis filiis. Ita docet Toletus modo citatus, Sylvester *verb. Filij, §. 26.* Azorius item allegatus, *quæst. 16.* & Schola Thomistarum post. D. Thomam *in 2. 2. quæst. 26. art. 8. ad 3.* secùs extra necessitatem extremam: nam tunc potius filiis quam parentibus succurrendum est. Aliqui contrarium putant, vt Angelus *verb. Filius, num. 24.* & alij Iurisperiti. Dicunt enim in extrema necessitate succurrendum potius esse filiis, quam parentibus, quod est probabile; id autem quod dicimus probabilius, nam filij totum suum esse & vitam, & quicquid habent, à parentibus habent, parentes autem nihil à filiis præter iacula, spinas, & curas, quibus maximè anguntur, ac stimulantur, vt eis vitæ remedium quærant, iuxta dictum Iacob. Genes. 49. *Ruben primogenitus meus, principium doloris mei*, vbi principium doloris sui eum appellat, quia cum primus illius filius esset, primò cœpit parentem curis stimulare circa vitæ illius remedium quærendum. Ex quibus omnibus satis remanet firmata Castri sententia aduersus supra citatos Iurisconsultos.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 10. Res. 12. §. Sed diffic.

3. Vnde ad maiorem confirmationem supradictorum apponam hic verba Ioannis Machadi *de Perfecto Confessario, tom. 2. lib. 6. par. 7. docum. 8. n. 1.* sic asserentis: [Aunque los Doctores interpretes del Derecho enseñan à cada passo por regla general, que la obligacion que el hijo tiene de alimentar à sus Padres pobres, nace de derecho de las gentes, y positiuo. Los Theologos comunmente sieten; que esta obligacion prouiene tambien de Derecho natura; y aun quieren que esta sea mas estrecha, y fuerte que en el Padre; porque del recibe el bijo todo el ser que goya, y no al contrario.] Ita ille, & ego. Sed audiamus etiam præter Doctores citatos verba Ioseph Rocaful. *in Prax. Theol. moral. tom. 2. p. art. 3. lib. 1. de Præcepto honorandi parentes, cap. 4. num. 15.* vbi ita asserit: An supposito, quod filij teneantur subuenire Parentibus, qui in extrema necessitate sunt, debeant potiùs subueniret ipsis Parentibus, quàm suis filiis: v. g. est Petrus, cuius Pater habet extremam necessitatem, itavt fame pereat, & habet simul filium, in eadem necessitate; quod quærimus est, si non potest duobus subuenire; cui potiùs teneatur subuenire. Duæ sunt sententiæ, vera est potiùs esse Patrem, quàm filium subueniendum, quam tenet D. Thomas, & alij. Et ratio est; quia filius plus debet patri, quàm Filio suo: nam à patre habet quicquid habet, & non contra pater à filio. Hæc ille cui adde Trullench *in Decalogum, tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 6. num. 21.* & Castrum Palaum, *tom. 1. tract. 6. disp. 1. num. 13.* qui rectè obseruat, quod beneficium à Patre acceptum est omnium maximum, siquidem ex illo habes esse. Ergo sicut Deus omnibus præferendus est, quia tibi contulit esse, ita suo modo tuus pater omnibus præferri debet; tum quia occisio patris, aut illius maledictio grauius peccatum est; quam occisio, & maledictio filij, vt constat Exod. 12. & Leuit. 20. Ergo auxilium pro conseruanda illorum vita magis est debitum. Fateor tamen appetitum sæpè inclinare magis ad amorem filiorum, quàm parentum; eaque de causa facilius patrem amare filium, quam è contrà; non tamen inde infertur Patrem non esse præferendum, cùm charitas, & inclinatio rationalis naturæ ad patrem potiùs, quam ad illum propendeat. Non valet itaque argumentum deductum ex amore Patris erga Filium: nam licet Pater magis diligat Filium, quàm Filius Patrem, tamen hoc non obstante, si quis haberet Patrem & Filium in extrema necessitate tenetur magis succurrere Patri quàm Filio, vt visum est, & docent communiter Doctores: ergo necessariò sequitur idem dicendum esse, quod si quis Pauper haberet Patrem, & Filium diuitem, alimenta potiùs à Filio diuite, quam à Patre diuite petenda, & largienda esse; quia ex D. Thoma, & aliis, plus debet, & fortiùs obligatur Filius Patri, quàm Pater filio; nam vt ait Suarez *de Charitate, disp. 9. sect. 4. numer. 15.* ius paternum est summum in humanis iuribus.

4. Verùm his non obstantibus, sententiam dictorum Iurisconsultorum non audeo improbare, & præter adductos à Prato viro eruditissimo hanc sententiam nouissimè tenuit Antonius Leoncillus, *de Priuileg. Pauperum, part. 2. priuil. 161. n. 13.* qui citat Bartolum; & Surdum: Vnde si Cynus *ad lib. 5. Codicis, tit. 21. Rubr. 251. de alien. liber. à parent. leg. Parentum, num. 5. vers. Quærò quæro.* Si inquam Cynus dubius remansit in Resolutione huius quæstionis, iudicium meum non proferam; sed docti Viri iudicent, & perpendant an argumenta superius adducta contra supradictos Iurisconsultos procedere debeant in casu extremæ necessitatis, non autem si necessitas, sit infrà extremam de qua videntur loqui Pratus & alij Iurisconsulti; Vndè posset aliquis dicere quod sit disparatio inter vtrumque casum; ex his quæ sumat Antonius Fern. *in Examine Theolog. moral. part. 1. cap. 3. §. 9. num. 2.* Ideò tu cogita.

RESOL. XLVI.

An si creditor, & pater, vel mater debitoris sint in extrema necessitate, debitor possit subuenire illis, relinquendo creditorem?

Et an id possit facere, & debeat cum vxore, & liberis, & etiam cum fratre? Ex p. 3. tr. 8. Res. 12.

§. 1. NEgatiuè respondet Azorius *tom. 2. lib. 12. cap. 8. quæst. 6.* vbi sic ait: Sed quid si creditor & pater vel mater debitoris in extremam simul necessitatem deuenerint, debitórne poterit licitè subuenire patri, vel matri, prætermisso creditore? Hæc Quæstio apud Auctores primæ sententiæ locum non habet, quia secùdum illos debitor etiam in extremam lapsus necessitatem sibi tuta conscientia nequit retinere, multò minùs poterit sibi habere ad subleuandam patris, vel matris necessitatem: at verò apud Auctores secundæ sententiæ propositæ quæstioni locus est, & Tabiensis & Ledesma censent non esse creditori reddendam. Sotus ait vtrumque esse probabile, sed videtur meo iudicio probabilius primum, tum quia res antea creditori debebatur tamquam ab eo acceptis, & solùm facta est communis debitori in extrema necessitate redacto, non autem parentibus eius. Quid si creditor & filius debitoris, vel vxor simul in extremam

mam necessitatem inciderint? Sotus ait etiam probabile esse, posse debitorem sibi, vel vxori succurrere, posthabito creditore. Sed verius creditu est creditoremtune esse præferendum, ex quo etiam intelligitur eum esse anteponendum fratri debitoris vnà cum creditore extremum vitæ periculum adeunti, quod etiam Sotus concedit.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo. Dico igitur debitorem debere priùs subuenire patri, & matri extremè laboranti, quàm creditori, imò idem potest facere, & debet cum vxore & liberis: adde etiam & cum fratre, quia non teneor res in tali casu abdicare cum detrimento vitæ meorum, & ita docet Sylui*us in 2. 2. quæst. 31. artic. 3.* Hurtadus de Mendoza *in 2. 2. disputat. 159. sect. 3. §. 69.* & Lessius *lib. 2. cap. 16. dub. 1. numero 14.* Toletus *lib. 5. cap. 24.* cum Castro Palao *tom. 1. tractat. 6. disput. 2. punct. 11. num. 4.* quamuis Vasquez *opuscul. de eleemos. cap. 1. dub. 6. num. 74.* neget quoad fratrem, cui creditorem putat esse præferendum, sed nostra sententia est probabilis.

RESOL. XLVII.

An quando debitor, & creditor sunt in extrema necessitate, debitor teneatur soluere creditori, quod debet?
Idem est dicendum de deposito, & mutuo?
Et notatur, quod cum quis extrema necessitate pressus abstulit rem alienam Domino, in extremam quoque necessitatem redacto, eam debere Domino restituere. Ex p. 5. tr. 8. Resol. 11.

§. 1. PRima sententia affirmat. Ita Scotus *in 4. distinct. 15. quæst. 2. art. 4.* Richardus *art. 5. q. 4.* Gabriel *q. 2. art. 2. concluſ. 2.* Medina *de restit. quæst. 3. in causa 4. ad 4.* Angelus *ver. restitutio, num. 3.* Rosella *eodem ver. n. 1.* Sylvester *eodem ver. 5. quæst. 2.* Armilla *num. 27.* & alij, quia melior est eius conditio, nam res illa sua est, & in his, quæ propria sunt, plus iuris habet Dominus, quàm alter, penes quem res inuenitur, & necessitas æqualis est, in qua cùm omnia sint communia, ille præferendus est, qui præoccupauit, præoccupasse autem videtur, qui verus est Dominus: ergo, &c.

2. Secunda sententia negat. Ita Palud. *in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 4. concluſ. 1.* Sotus *de Iust. lib. 4 quæst 7. art. 1. ad 4.* Caietan. *in 2. 2. quæst. 62. art. 5. ad 4.* Lessius *lib. 2. c. 16. dub. 1. n. 13.* Vasquez *opusc. de eleemos. cap. 1. n. 72.* Turrianus *in 2. 2. disp. 82. dub. 9.* Hurtad. *in 2. 2. disp. 159. sect. 3. §. 69.* & alij.

3. Tertia opinio distinguit, & ita ait Lorca *in 2. 2. sect. 3. disp. 38. n. 11.* aut res quæ restitui debet, manet in specie, in quo casu dominium eius semper est prioris domini, & non eius, qui detinet, & in hoc casu verius apparet restituendam esse creditori propter fundamentum prioris sententiæ, nam violenter est apud alium, & in vero dominio semper perseuerat ius præoccupationis, & idem censendum est de deposito & mutuo; aut res non perseuerat in specie, sed confusa est cum bonis debitoris, vt contingit in vsuris, & aliis casibus, in quibus dominium est penes debitorem, & non penes creditorem, quamuis cum debito & obligatione restituendi, & tunc si extreme indigeat debitor, potest sibi ipsi succurrere, quoniam creditori nõ suffragatur præoccupatio, & ab obligatione restituendi excusatur debitor propter vrgentem necessitatem, qua ex bonis, quæ habet, potius sibi, quàm creditori subuenire tenetur.

4. Quid ego sentiam dicam breuiter, omnes istæ tres sententiæ sunt probabiles, secunda cum Azorio *tomo 2. lib. 12. cap. 8. quæst. 6.* mihi videtur probabilior, quia in extrema necessitate potiores partes sunt debitoris, quàm creditoris, tum quia possidet, & melior est cõditio possidentis, tum quia in tali necessitate omnia sunt quoad vsum spectat, communia; nec obstat quòd ea res fuerat à creditore accepta, ac proinde illi alioqui debita, nam debebatur quidem, sed extrema adueniente necessitate facta est vsu communis; ergo potest debitor ea vti ad tuendam vitam suam.

5. Notandum est tamen, quòd cùm qui extrema necessitate pressus abstulerit rem alienam domino in extremam quoque inopiam redacto, meo iudicio tunc sententia Scoti videtur vera, eum debere domino restituere, quia sicut fur est in auferendo, sic etiam fur est in retinendo, est enim violentus non legitimus rei possessor. Ita Azorius, Lorca, & alij.

RESOL. XLVIII.

An debitor in extrema necessitate teneatur restituere, si creditor sit etiam in extrema necessitate?
Et quid, si Patres, consanguinei, & amici debitoris in extrema necessitate sint constituti?
Et notatur ob grauem necessitatem debitoris posse differri restitutionem, quamdiu necessitas durat. Ex par. 11. tr. 2. & Misc. 2. Resol. 32.

§. 1. HAnc resolutionem coactus sum componere occasione cuiusdã Scotistæ, qui suis diebus sequens suum Magistrum Scotum *in 4 dist. 15. qu. 2.* mordicus in causa occurrenti affirmatiuam sententiã tuebatur, quam ex Thomistis sustinet etiam Sylvest. *ver. rest. 5 q. 2.* Richardus *in 2. 2. dist. 1. art. 5. q. 4. ad 5.* Gabriel *q. 2. art. 2. concl. 2.* & nouissimè Philippus Faber *in 4. dist. 15. q. 2. disp. 50 cap. 3. n. 227.* omnino videndus. Ratio est: nam ille non possidet iustè aliquam rem, cuius dominium semper fuit, & manet apud alterum, sed sic est quòd dominium plenum rei alienæ in casu nostro semper fuit & manet apud dominum, à quo inuito res est ablata, neque per vllum instans illud ab se abdicauit, nec abdicat: ergo detinens, semper & pro quocumque instanti illam rem iniustè detinet: ergo semper & in quocumque instanti tenetur ad restitutionem, etiam in illo instanti vltimo, quo illam consumit pro vita sua conseruanda. Maior est euidens: quia eiusdem rei simul & semel non possunt esse duo domini totales & diuersi, neque enim Titius potest esse totalis & absolutus Dominus eiusdem panis, & simul & semel Mæuius, quia implicat contradictionem. Minor autem probatur: quia creditor antequam deueniat ad extremam necessitatem iam habebat iustum dominium super rem illam; detinens autem nullum, sed iniustè illam rem possidebat. In casu autem quo ambo deueniunt in extremam necessitatem, detinens iure naturæ non potest acquirere ius in illam rem: quia in eodem instanti iure naturæ creditor dominium illius rei retinet: creditor enim potitur eodem iure naturæ, quo debitor in illo casu, & instanti: & sic quantum ad ius naturæ sunt æquales. At præter ius naturæ quo sunt æquales pro illo instanti, quo cadunt in extremam necessitatem, & quo sunt æquales, creditor habet prælationem ratione iuris gentium, & dominij prioris quod habebat, & per euentum extremæ necessitatis illud non amisit, sed acquirit ex iure naturæ, sicut acquireret detinens, nisi ipse creditor iam illud præhaberet: ergo nulla ratio suadet, quòd creditor ab illo iure cadere debeat, & detinens debeat ius naturæ in illam rẽ acquirere: quia iam de iure naturæ sunt æquales, & deinde creditor superat debitorem ratione prioris dominij, & proinde non debet esse deterioris cõditionis

Sup. hoc in Resol. præterita, & in alio §. eius not.

quàm detinens, sed melioris cum habeat prius iuris in ea re, & sic sequitur apertè, quod detentio illa in detinente sit iniusta, & consequenter teneatur ad restituendum domino, qui habet maius ius; verum P. Hurtado *de charit. disp. 5. diffic. 12. & de Iust. disp. 9. diffic. 2.* circa præsentem difficultatem aliter Philosophatur, & ait, quòd quando debitor & creditor in eodem tempore occurrunt in extrema necessitate, si res debita sit sub domino debitoris non teneatur eam restituere, quamuis creditor prius inciderit in extremam necessitatem: si vero è contra res debita sit sub dominio creditoris, quod teneatur eam creditori restituere quamuis debitor prius incideret in eam necessitatem, nisi quando debitor secluſa ea necessitate nondum debet restituere, vt quando habet rem locatam pro tempore in quo contingit, & perseuerat ea necessitas: quia quando est sub dominio debitoris, durum fit ipsum in extrema necessitate constitutum se spoliare re sua, quamuis debita creditori existenti in simili necessitate, & non sit durum quando res debita est sub dominio ipsius creditoris, nisi quando nondum debet restitui creditori, vt in exemplo locationis adducto. Vide etiam Vasquez *opusc. de Eleemosyna cap. 1. dub. 9.*

2. Sed ego absolutè assero, non teneri debitorem ad extremam necessitatem redactum in prædicto casu, quo creditor simul extremè eget, eam rem domino restituere siue prius, siue posterius inciderit in eam necessitatem, siue res eadem numero iustè siue iniustè acquisita sit, & siue extet siue non extet. Hanc videtur tenere D. Thom. 2. 2. *quæst. 62. art. 5. ad 4.* eam expressè tenent Valentia *tom. 3. disp. 5. quæst. 6. punct. 7.* Lessius *l. 2. cap. 16. dub. 1. numero 11.* Malderus *tract. 4. cap. 7. dub. 1. §. dico primo*, Sotus *lib. 4. de Iust. quæst. 6. §. in hac difficultate*, Toletus *in sum. lib. 5. cap. 24. numero 8. & lib. 8. cap. 39. numero 3.* Sayrus *lib. 10. tract. 5. cap. 6. num. 6.* & alij qui generaliter loquuntur, siue res sit vsu consumptibilis siue non sit, siue ex contractu siue ex delicto factus quis fuerit debitor. Fundamentum est, quia in extrema necessitate cessat ius gentium, ex quo orta fuit diuisio rerum, & diuersitas dominiorum, & redduntur res pro eo statu necessitatis extremæ ad priorem statum communitatis, & naturalem, in quo omnia erant communia, & fiunt primò occupantis, saltem quoad vsum, vt alibi diximus? fuerunt enim à principio res diuisæ sub ea conditione, vt pro statu extremæ egentiæ ad priorem statum redirent. Sed debitor præoccupauit ratione possessionis quam habet, & in æquali necessitate melior est conditio possidentis; Ergo non tenetur pro nunc restituere, nec prior dominus censetur rationabiliter inuitus, quia sua voluntate non potest licitè repugnare pacto redibilitatis, quo principio res, saltem quoad vsum attinet, diuisæ fuerunt, vt diximus, Et quamuis illa possessio ante tempus necessitatis fuerit iniusta, tamen vbi primum coniuncta est cum necessitate extrema, statim propter prædictum redibilitatis pactum fuit iusta. Vide etiam præter. D D. citatos Caiet *in. 2. 2. q. 61. art. 5. ad 4.*

3. Quid verò dicendum erit, si extrema necessitas non sit, & præferendum esse in hoc casu creditorem, eam tuentur Ledesma *par. 4. q. 18. art. 5.* Azorius *tom. 2. lib. 12. cap 8. q. 6.* Tabiena *ver. restitut. q. 4.* Toletus *in sum. lib. 5. cap. 24. n. 8. in fine*, Quamuis *lib. 8. c. 27. n. 4.* hanc sententiam iudicet dũtaxat probabilem, & contrariam sequatur vt probabiliorem. Fundamentũ illorum est, quia in eo casu omnia sunt communia *l. 1. §. cum in eadem ff. ad l. Rhodiam de iactu*, & tales consanguinei aut amici non possident, & in hoc sunt æquales creditori, sed creditor habet maius ius in rem illam, quia habet ius proprietatis & dominij, seu debiti ex iustitia: ergo prævalet, & præferendus est consanguineis, amicis, & propinquis; & præsumendum esse patrem, vel matrem, vel alios consanguineos, propinquos, & amicos hanc tenent Malderus *tract. 4. c. 7. dist. 1. §. dico primo*, Vasquez *Opusc. de Eleemos. cap. 1. dub 9.* Lessius *lib. 2. cap. 16. dub. 1. n. 14.* Turrianus 2. 2. *d. sp. 82. dub. 9. in fine*, Sayrus *lib. 10. tr. 5. cap. 6. num. 9.* & 10. Salon. 2. 2. *quæst. 62. art. 5. controu. 9.* Bañez *ibi. dub. 10. concl. 2.* Lorca 2. 2. *disp. 38. sec. 3. n. 12* & alij. Fundamentũ est, quia suppositio quod in extrema indigentia omnia sint communia, res illa quæ extat apud debitorem æqualis & communis est omnibus egentibus consanguineisque debitoris & ipsi creditori, sed posita hac æqualitate, debitor tenetur ex pietate præferre consanguineos suos, & amicos: ergo, &c. Minor probatur: quia debitor existens in propria necessitate potest se præferre creditori, vt probauimus, sed consanguinei in primo gradu, adeò sunt coniuncti ipsi debitori, vt reputentur quasi eadem persona, & eadem necessitas, ergo præferendi sunt.

4. At his non obstantibus ego puto præferendum esse, quia tales consanguinei ratione æqualis necessitatis poterant sibi vsurpare pro tunc rem illam existentem in manu debitoris, quando nondum erat in manu creditoris, ergo debitor licitè, & iustè potest illis rem tradere, quia quando aliquis non habet cum quo subueniat alteri extremè egenti, nisi rem alienam, potest cum illa subuenire, vt notat Vasquez *Opusc. de Eleemos. cap. 2. dub. 1.* Tandem quia debitum pietatis est maximè naturale, debitum autem iustitiæ suppositia communitate rerum suspenditur pro tunc vt supra diximus. Amicus verò probatus, censetur (vt communiter dici solet) alter ego, & ideò aliquando præferri potest ipsis consanguineis, vt notat Sayrus allegatus *n. 10.* & Suar. *de charitate disp. 9. sect. 4. n. 14. & 15.* iuxta illud *Ecclesiastici 6. Amico fideli nihil est comparabile.* Imò Azor. & Vasq. *vbi sup.* putant, quod in tali casu non solùm possit debitor licitè, sed etiã teneatur in ea circunstantia necessitatis extremæ succurrere potius patri, consanguineis, & amicis, quàm creditori: quia ius creditoris, quamuis sit iustitiæ, pro tũc suspenditur (vt diximus) ac proinde tunc, & in ea circunstantia, supposita communitate, præceptum Iustitiæ, & restitutionis non obligat, sed præceptum pietatis: & licet præceptum & debitum iustitiæ dicatur strictiùs quàm debitum pietatis, id quidem est suppositis terminis habilibus, id est, quando data opportunitate obligat, non verò quòd simpliciter, & absolutè sit maius & fortius, quàm debitum pietatis, hoc enim est absolutius & antiquius, & maximè intrinsecum, ac proinde dicitur naturale; debitum verò iustitiæ dicitur morale, nec illæ res in eo casu extremæ necessitatis censentur alienæ, cum sint saltem quoad vsum, vt diximus, communes.

5. Aduertendum est etiam hic, asserere communiter D D. ob grauem necessitatem debitoris posse differri restitutionem, quandiu necessitas durat, Ita Petrus Nauarr. *l. 4. c. 4* Lessius *c. 16. dub. 1.* & Bonacina *disp. 1. q. vlt. punct. 1.* Sed hoc Gaspar Hurtadus *de iust. disp. 9. diffic. 2.* admittit quando res debita non est necessaria creditori ad vitam, nec ad statum, nec ad vitandum graue aliquod incommodum, quia tũc dilatio non est contra voluntatem rationabiliter creditoris, quia tunc creditor ex misericordia tenetur subuenire illi necessitati; non verò credimus verum, quando res debita est aliquo modo ex tribus dictis necessaria creditori, quia tunc dilatio est contra rationabilem voluntatem creditoris, quia tunc non tenetur ex misericordia subuenire illi necessitati, adhuc dilatione, quamuis res debita sit sub dominio debitoris.

RESOL

RESOL. XLIX.

An non solum in extrema, sed in graui necessitate sit licitum pauperibus occultè subripere ab opulentis, si aliter illud malum graue auertere nequeant? Ex p.2.tr.17. & Misc.3. Res.29.

§.1. COmmunis opinio negat, & ratio est, quia licèt diuites possint, & debeant subuenire talem necessitatem patienti, tamen sunt multi alij egeni occurrentes in pari necessitate constituti, quibus subuenire conuenientius esse iudicabunt, nam arbitrio eorum relictum esse hoc censetur, & reuera est, quia præceptum eleemosynæ non datur determinatum ad certam circumstantiam. Adde, quòd si hæc libertas daretur egenis, pateret via furtis, & rapinis, nam facile vnusquisque putaret se grauem pati necessitatem, & diuites superflua habere. Hanc opinionem sequuntur Azor. *p.2.lib.12.cap.8 quæst.8.* Turrian. *in 2.2.disp.82.dub.8.* Valentia *tom.3.disp.5.q.6.punct.5.* Sotus *lib.1. de iust. q.7. art.4.* Reginald. *tom.1. lib.4. c.10.n.267.* Cajet. *in 2.2.q 66.art.7.* cum Salonio *ibidem concl.2.* qui asserit, hoc ita esse, quia grauis necessitas non facit res communes, vt facit extrema, nec tribuit ius in aliena.

2. Non desunt tamen, pro contraria firmanda opinione, rationes, & DD. Dico igitur, cum Bonacina *de contr. disp.q.vlt.punct 1.n.22.* probabilem esse illam sententiam, quæ asserit in graui necessitate licere furari aliena occultè. Per grauem necessitatem, intelligo non quouis modo grauem, sed valde grauem, etsi non extremam; puta si fuerit necessitas morbi famis, nuditatis, &c. Nam cùm diues in isto casu teneatur dare, ita pauper potest accipere, absque iniuria ipsius, nam facit id ad quod ipse tenetur. Secundò, grauis necessitas faciliter conuertitur in extremam. Ergo si pauper potest furripere in extrema, poterit etiam in graui necessitate; cùm non appareat, cur hoc solum ad extremam necessitatem restringendum sit. Tertiò, diues in hoc casu non potest cum ratione esse inuitus circa substantiam acceptionis, licèt modus displicere possit, si accipias antequam petieris, & inopiam tuam demonstratis. Ergo talis furreptio non erit peccatum mortale, si hic ordo non seruetur. Et sic hanc sententiam amplexi sunt Malder. *in 2. 2. quæst. 32. art.6.dub.9.* Lessius *lib.2. cap.12. dub.12. num.71.* Pet. à Nauar. *lib.3.part.4.cap.1.dub.5.* Angelus *verb. furtum, num.27.* Emmanuel Sà *verb.furtum, n.1.* Medina, Sylvester, Nauarrus, & alij; quibus ego libenter assentior. Salua, &c.

RESOL. L.

An pauper non solum in extrema, sed etiam in graui necessitate possit necessaria à diuitibus furari, quando ipsi tenentur præbere eleemosynam?
Et an in extrema necessitate possit pauper cum moderamine inculpatæ tutelæ necem inferre impedienti talia furta? Ex p.5.tract.8.Res.23.

§.1. NOn est dubium in extrema necessitate posse pauperem occultè, aut vi accipere à diuite, vel quouis alio ea, quæ diues ipse tenetur eo in articulo erogare, imò in tali casu puto cum Lessio *lib.2.cap.12.num.69.* posse tunc egentem cum moderamine inculpatæ tutelæ necem inferre impedienti. Difficultas est, quando pauper est in graui necessitate, an possit furari? & negatiuè respondet Granados *in 2. 2. controu.3. tom.1. disput.7. num.4.* non solùm quia *in cap. si quis, de furtis*, imponitur pœna accipienti res alienas tempore necessitatis, quod intelligendum est extra casum necessitatis extremæ, sed potissimùm, quia in necessitatibus grauibus est valde probabile, non teneri diuites de necessariis ad statum elargiri eleemosynam. Porrò quòd quis habeat superflua status, tarum est, & difficile iudicari poterit, præsertim ab extraneo; qui paupertate quidem opprimitur, sed conditionem & statum diuitis non nouit; iniuriam ergo irrogaret illi qui ab eo acciperet pecuniam. Confirmatur, quia cùm accidere possit, vt multi grauem necessitatem patiantur, quibus omnibus diues non possit, aut teneatur subuenire, liberum illi est huic, vel illi elargiri; ergo contra iustitiam faciet quivis particularis qui ab ipso pecuniam furripit. Dices hoc ipsum argumentum effici posse, quando multi extremam necessitatem paterentur, & non posset omnibus subueniri; cùm tamen certum sit posse tunc à quolibet illam patiente accipi rem alienam sed reuera non est eadem ratio, quia & necessitates extremæ rationes sunt & magnus propriæ vitæ amor potestatem cuilibet facit sibi prospiciendi, non attendendo aliis, nisi forte apparerent tunc, & illorum vita anteponi deberet propriè, in eo enim casu non liceret furripere tibi id; quo illi ad vitam conseruandam indigerent, quia tamen accidere potest quempiam sub mortali teneri huic determinato pauperi grauiter indigenti subuenire, quia & superflua status habet, & non apparet alius pauper ea necessitate oppressus, tunc liceret quidem rem alienam accipere, & in eo euentu assentior Doctoribus prioris opinionis. Imò à iudice compelli posset diues non solùm in extrema, sed in graui necessitate proximè explicata constitutis subuenire, non quia ex iustitia ad id teneatur, sed quia tenetur strictissima lege naturali & diuina, iudexque potest etiam ad ea, quæ ex iustitia non obligant, compellere, vt ad audiendum Sacrum, & relinquendam concubinam, & similia præsertim scandalosa. Ita Granadus, & Doctores quos ego ipse citaui *in 2.part. tract.3. Miscell. resol.29.*

2. Sed ego ibi cum multis Doctoribus contrariam sententiam tanquam probabilem admisi, & nunc iterum admitto cum Coninch *disp.27.dub.10.num.162.* Ioanne Vvigers *in 2.2.D.Thom quæst.32.art.6.num.53.* Vasquez *opusc.de eleemos.cap.1.dub.7.num.60* & Hurtado de Mendoza *in 2.2. disp.159. sect.4. §.92. iunctio §.59.* & ratio est, quia, vt suprà probatum est, in grauibus necessitatibus tenetur diues eleemosynam facere: ergo si non facit, non est rationabiliter inuitus si qui indiget accipiat, & consequenter poterit alter nomine pauperis prædicti bona furripere à diuite, vt pauperi donet, vt notauit Angelus *ver. furtum n.37.* vt præter Doctores citatos nouissimè tenet etiam hanc opinionem Castrus Palaus *tom.1.tract.6.disp.2. punct 10.num.5.* vbi sic ait. Et insita diuiti obligatio ex charitate succurrendi cuilibet patienti grauem necessitatem, sicut patienti extremam, si commodè potest. Hoc autem sufficienter pauperi constat si illi constet de sua graui necessitate, & de potentia diuitis, & ignoret an alij patiantur eandem, secúmque concurrant, iis enim conditionibus positis tenetur diues succurrere, & in acceptis à paupere consentire; ergo pauper accipiens non peccat, quod si de facto plures patientes grauem necessitatem concurrant, & cognitæ sint à diuite, quibus omnibus satisfacere non potest ex bonis, quæ sibi supersunt, sed solùm vni, vel alteri, credo tunc non posse pauperem clam furripere, si ipsi non constat nolle aliis diuitem eleemosynam impertiri, quia in tantum potest, in quantum diues tenetur. At in tali casu diues non

ta, & in Res. seq. & in to. 6. tr.8 Res. 58 circa fin. princ.

Sup. hoc sup. in Res 3. §. vlt. & si placet, lege aliũ §. eius not.

Quæ hic est Res. antecedens.

Sup. in Resolutionibus quæ hic sunt 10. & 11. & in aliis earum annotationum.

Sup. hoc late in Resol. 2. not. præteritæ, & in aliis eius not. & inf. in Res. seq. §. Probatur. ad lin. 8. vers. Probatur secundo.

tenetur ei eleemosynam concedere, sed potest eam aliis seruare. Ergo. Neque obstat patientem extremam necessitatem posse à diuite clam necessaria surripere, etiamsi plures alij similem necessitatem patientes concurrant, & diues non possit omnibus prouidere, quia ius conseruandi vitam, quia est nimis exemptum, hanc tribuit facultatem, neque vllus conqueri rationabiliter potest, quod sic conseruare studeat. Fateor tamen ob hanc rationem etiam in graui necessitate esse probabile; nam cùm diues omnibus illis diuisim teneatur prouidere, qui præuenit accipiendo, iure à natura sibi concesso videtur vti. Hæc omnia Castrus Palaus *loco citato*, & tandem hanc sententiam nouissimè docet Andreas Duuallius *in 2.2. D. Thom tr. de charitate. quæst. 8. art. 3. circa finem*, vbi etiam tenet, quòd qui ægrè statum suum potest conseruare, in graui necessitate versari censeatur, vt si tenui tantùm victu & vestitu vir nobilis se ipsum, suámque familiam alere & sustentare cogeretur.

RESOL. LI.

An licitum sit non solum in extrema, sed etiam in graui necessitate furari?

Et quid, intelligatur nomine grauis necessitatis? Ex p. 11. tr. 1. & Misc. 1. Res. 13.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Caramuel *fundam. 59. §. 1. num. 1255.* Resolui raro aut nunquam milites extrema necessitate laborare, at quia graui illos sæpè laborare negaturus non sum, inquiris, an pauper non solùm in necessitate extrema, sed etiam in graui possit ab opulentis necessaria subripere? Respondet affirmatiuè Diana *part. 2. tract. 17. resol. 29.* & citat Bonacinam, Malderum, Lessium, Petrum à Nauarra, Angelum, Emanuelem Sa, Medinam, Nauartum, Syluestrum. Infero, ergo multi Europæ patibula onerant, dicuntur fures, & habentur infames, qui sunt innocentes omninò, possentque, & deberent excusari, & saluari. Ergo in Tribunalibus audiendus esset reus, qui contra asseteret se graui necessitate laborasse.

Quæ hic est sup Res. 49. & in aliis eius primæ not.

2. Progredior. Sacerdos pauper, qui ex solo missarum stipendio victitat, satis est miserabilis, & in graui est necessitate constitutus, si non habeat quantum sit necessarium ad sustentationem diurnam; Ergo stando doctrinæ Dianæ; nemo ibi offerat stipendium pro Missa, subripere à diuitibus poterit quantum sit necessarium, vt ex necessitate illa graui egrediatur. Ergo poterit recipere ab vltro offerentibus, & Missas postulantibus. Ergo poterit pro vna Missa accipere tot stipendia, quot sufficiant ad eius diurnam sustentationem, & quid ad hoc vltimum Diana? hæc opinio ait *part. 2. tract. 14. resol. 8.* modò corruit, nam sacra Congregatio in decretis, &c. & me iudice inconsequenter; nam vel corruit resolutio illa 29. *tract.* 17. aut corruit hæc Cardinalium declaratio.

Quæ hic est in to. 2. tr. 1. Res. 23. & signanter in Res. 41. §. Item quia.

3. Adhuc progredior, & inquiro, quid intelligat Diana nomine grauis necessitatis? Per grauem necessitatem intelligo, ait Diana, non quouis modo grauem, sed valde grauem, & si non extremam, puta si fuerit necessitas morbi, famis, nuditatis, &c. Ergo si æger potest subripere à diuite quantum sit opus, vt habeat medicos, & medicinas; famelicus vt expleat appetitum; nudus vt habeat decentes vestes; poterit debitor vt creditori satisfaciat; miles vt habeat arma; captiuus vt litrum; reus vt Aduocatum, &c. & aperiatur latissimus campus, & vix manebunt furta in mundo. Ita Caramuel vbi supra.

Diana in Res. nor primæ huius Res. §. 1. ad lin. 5. vers. Per grauem.

4. Sed fures qui patibula onerant, vt ipse vult, non sunt qui furantur pressi graui necessitate, vt ex praxi, & eorum processibus apparet; nec talis excusatio admittitur in foro externo, cæterùm ea, quæ doctus Caramuel postea subdit, si illa adducit, vt suam sententiam demonstret probabilem, do manus, & esse probabilem concedo: Constanter tamen nego ab ipso superius adducta tollere probabilitatem affirmatiuæ sententiæ, quam ego olim docui, & nunc iterum doceo; quam præter Doctores à me alibi citatos, illam tenet Ioannes Vvigers professor sacræ Theologiæ in inclita Academia Louaniensi *de inst. tract. 3. c. 6. dub. 1. num. 7.* Ioannes Dicastillo *etiam, de iustitia lib 2. tr. 2. disp. 9. dub. 9. n. 256.* & Coninch *de act. super disp. 27. dub. 10. n. 112.* & hanc sententiam probabilem etiam vocant ipsimet aduersarij, vt Couarruuias *ad regul. peccatum p. 2. §. 1. n. 3.* & alij.

5. Probatur nostra sententia; neque enim potestis succurrendi necessitati propriæ restricta censeri debet ad extremam tantùm, cùm grauis etiam sit satis magna per se, vt ex graui necessitate facilis sit lapsus in extremam. Ideò in diuisione, & appropriatione rerum iure gentium facta, semper debuit hæc conditio tacita intelligi, nempè nisi necessitas extrema, vel certè valdè grauis postulet; Alioquin contra rationem, & æquitatem facta esset. Probatur secundò; quia diues tenetur sub mortali succurrere existenti in graui necessitate secundùm probabiliorem, & magis communem opinionem, si possit; sufficienter autem constet pauperi posse diuitem, eo ipso quòd constet de sua graui necessitate, & de potentia diuitis, & ignoret. An alij patiantur eandem, & an veniant simul vt succurrantur, quibus conditionibus positis, tenetur diues succurrere, & in acceptis à paupere consentire. Ergo nec pauper tunc accipiens peccat. Si verò plures patientes grauem necessitatem simul confluant idque diuiti constet, nec possit ex suis bonis omnibus, sed solùm vni, vel alteri satisfacere; tunc probabilius est non posse clam subripere; nisi ipsi pauperi constet nolle diuitem aliis eleemosynam impertiri, quia ex eo tantùm potest, quod diues debeat, sed in tali casu diues non tenetur ei potius, quàm alter eleemosynam elargiri; sed potest eam aliis seruare, ergo, &c. Nihilominus si instamus in priori ratione fundamentali, non est improbabile etiam in hoc casu posse, quia si semel concedamus in prima rerum diuisione, & appropriatione non solùm non comprehendi extremam, sed etiam grauem necessitatem, vt pro illis censeantur bona communia, etiam in vtroque casu erit locus primò apprehendenti, vt vtatur re pro illo casu communi. Nec placet, quod docet Vasquez *de eleemos. cap. 1. dub. 2. num. 62.* solùm patientem extremam necessitatem posse à diuite clam necessaria subripere; etiamsi plures alij similiter patientes concurrant, & non possit diues communibus subuenire; quia scilicet, ius conseruandi vitam est nimis exemptum, & natura adeò liberam concessit facultatem propriam vitam tuendi, vt nullus conqueri possit rationaliter, quod ad id suam rem subripuerit; Oppositum tamen iudicat in graui necessitate, non extrema, quia scilicet, non habet tantum ius fugiendi necessitatem, grauem imminentem, vt ad id vsurpare possit rem alienam sine consensu Domini. Quæ ratio nulla est. Si enim in communi diuisione rerum non intelligitur casus extremæ, aut grauis necessitatis, qui in alterutra ex his constitutus est, non inuadit rem alienam, sed propriam, saltem vt libertur ab illa necessitate.

Qui etiam respondet ad omnia argumenta aduersariorum.

6. Non enim obstat primò textus à Con. adductus ex *c. si quis de furtis*, vbi dicitur, si quis ob necessitatem famis,

famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem, aut pecus pœniteat hebdomadas tres, Ergo, si imponitur pœnitentia ob acceptum in graui necessitate, qualis est fames, aut nuditas, id censetur illicitum.

7. Respondeo, textum non loqui de necessitate adeo graui, & vrgenti, neque ille textus est ex Decretalibus Pontificum; sed ex pœnitentiali Theodori, etiã respondetur loqui de iis qui indebito modo acceperunt; non petendo, quod facilè obtinere potuissent. Deinde tertiò (vt alij volunt) imponi potuit ea pœnitentia non ob peccatum propriè; Sed ob peccati similitudinem, quod non est inusitatum in iure.

8. Non obstat secundò, quòd dicit Sotus, quia hæc, bona temporalia non sunt à Deo per se instituta, neque ordinantur ad honorem tuendum, sed vitæ sustentationem, & aliàs quilibet honoratus vir posset accipere alienum, ne amitteret honorem suum.

9. Respondeo, si hoc argumentum aliquid valeret, concluderet neque in extrema necessitate licere, quia debitum dandi etiam in ea, iuxta ipsum Sotum, non est ex iustitia, sed tantùm ex charitate, & quod dicitur in vna obligatione, potest dici in alia. Item neganda est minor: ad multa enim cogi possumus per publicam potestatem ad quæ non tenemur ex iustitia, vt ad non fornicandum, blasphemandum, se inebriandum, ac proinde etiam ad succurrendum pauperi. Nam vt cogamur, satis est, quod obligemur ex præcepto cuiuscumque virtutis, sitque necessarium, vel expediens ad bonum publicum, vt id fiat.

10 Non obstat tertiò dicere Bannez quia hæc bona temporalia non sunt à Deo per se instituta, neque ordinantur ad honorem tuendum, sed vitæ sustentationem, & aliàs quilibet honoratus vir posset accipere alienum, ne amitteret honorem suum.

11. Nam respondeo; quod etiamsi hæc bona non sint creata ad honorem tuendum; tamen satis est, quod dines teneatur succurrere grauiter indigenti, vt ipse possit accipere, si alter dare non vult.

Et ideò satis remanet authoritate, & rationibus firmata nostra opinio aduersus carissimum Caramuelem.

12. Vnde ex his apparet, non debere corruere nostram *res. 29. tr. 17. p. 2.* nec etiam declarationem Sacræ Congregationis, cuius interpretationem ex dignis rationibus hic afferre nolo.

13. Et quidem in multis locis Caramuel notat me de inconsequentia; quod ego nego; Nam in dictis locis loquutus sum secundum probabilitatem vtriusque sententiæ, licèt prius alicui magis adhæsissem. Hoc passim fecerunt, & faciunt Authores magni nominis, Suarez in opere de legibus docuit, & valdè firmauit Bullas Pontificias non egere populari acceptatione; & tamen postea adhæsit cuidam sententiæ, asserendo Bullam quandam Iulij II. non fuisse vsu receptam. Sanchez in opere de matrimonio docuit in conflictu opinionum, illam esse amplectendam, quæ fauet Ecclesiæ, & tamen postea in opusculis circa aliquas quæstiones adhæsit opinioni, laicalem iurisdictionem fauenti.

14 Sed si Caramuel dicat hos Authores non fuisse loquutos consequenter ad doctrinã, quam ante docuerunt, & quod sibi non constant, & contrarij sint: Respondeo hoc esse negandum, sed dicendum esse loquutos fuisse modo affirmatiuè, modò negatiuè, quia vtraque opinio erat probabilis, quod inconsequentiam tollit, & contrarietatem, & ideo sunt excusandi antilogia, & laudandi.

15. Poterat igitur Caramuel in dictis locis contra me notatis benignè me explicare, sicuti, explicauit, vt quondam noster sapientissimus Dicastillus, qui de me loquens *tom. 1. de sacram. tract. 4. disp. 50. dub. 5. n. 110.* sic ait, ecce hic Auctor sibi contrarius est, id tamen (quod illi non semel contingit) non reprehensione, sed gratiarum actione dignum est. Nempe vir pro communi bono laborãs, & communi vtilitati seruiens; plurima lectione dives, & copiosus pro occurrenti consultantium, & quærentium necessitate, aut etiam desiderio, iam huic, iam illi parti adhæret, quando pars vtraque probabili ratione, & Doctorum virorum authoritate nititur, & in praxi vtrumuis operari tutum est: voluit autem nobis in medium proferre ad hunc ipsum finem, quid in vna, quid in alia occasione responderit quærentibus, quid quæso vtilius pro praxi? Hæc obiter dixerim, vt facessere iubeam, nescio, quos inuidos, qui hæc, si quæ, sunt similia, e rudito viro non verẽtur obiicere, & alibi *tom. 2. tr. 8. disp. 9. dub. 2. n. 88.* sic ait: Eodem modo posset impugnari Diana sed in hoc erudito, & multæ lectionis viro, non vitio vertendum; sed laudi potius tribuendum est, quòd resolutiones illius variæ sint, & quandoque oppositę. Nempe scopus illius est tam Confessarios, quàm pœnitentes instruere, vt secundùm probabiles Doctorum sententias (etiam forte contrarias) possint se tuta conscientia dirigere in praxi pro nata occasione; in quo abundè pergit quotidie bene mereri de Republica litteraria. Ita Dicastillus nominatim in mei fauorem, licet supra meritum.

16 Nota hic obiter, quòd ad eã, quæ contra me asserit Caramuel *vbi supra § 3. n. 1257.* respondeo, quòd in illo casu difficultas erat inter viros doctos de fructibus locationis mulꝰ & ego constanter respondi non esse restituendos, sed solùm mulum, sed non dixi eo modo quod tunc extabat, quia de hoc non erat tunc difficultas; Dominus enim instabat tantum super restitutione locationis, & mulum recipiebat, quia per sex solos menses penes rusticum permanserat, nec deterioratus erat. Ergo, &c.

Sup. hoc in. tom. 8. tr. 7. Res 8. per tot. & in to. 6. tr. 3. Res. 372. in fine.

RESOL. LII.

An vir honestus, cui magnum dedecus esset mendicare, possit clanculum necessaria subripere? Ex p. 5. tr. 8 Res. 24.

§. 1. NEgatiuè respondet Malderus *in 2. 2. quæst. 32. art. 6. dub. 6.* vbi notat aliquos docere, propter dedecus mendicationis posse virum honestum clanculum subripere in extrema necessitate; rectiùs tamen, ait ipse, videtur contrarium sentire post Titelmannum *in Psal. 43.* Nauarrus *in cap. quiescamus num. 39.* idque multò magis verum erit, quando non est extrema necessitas, præsertim cùm pudor ille in necessitate mendicandi non videatur Sanctus, aut Christianus; sed potius vana superbia. Ita Malderus; & post illum Vvigers etiam *in 2. 2. q. 32. art. 6. concl. 4. num. 56.*

2. Verùm contrariã sententiam docet Bannez *in 2. 2. q. 32. art. 7. dub. vlt. circa solution. ad 3.* vbi sic ait. Si homo fuerit infimæ sortis, qui absque notabili honoris sui detrimento mendicare potest, & supplere hac via suam necessitatem, non censetur adhuc esse in extrema necessitate, quemadmodum si per aliquam artem posset sibi necessaria acquirere: si autem fuerit homo cui pro tatione sui status grauissimum sit mendicare, neque alia via possit victum necessarium acquirere, non desunt opinantes posse eum clanculum accipere vbicumque inuenerit victum, aut vestitum. Ita Bannez.

RESOL. LIII.

At si in extrema necessitate constitutus accipiat, aliquam

aliquam rem teneatur postea restituere, si potest; Ex p.5. tr.8. Res.9.

Sup. hoc in tom.8. tr.7. Res.14. §. Nota tamè. & seq.

§.1. AFfirmatiuè respondet Lessius *lib.1. cap.16. dub.1.n.8.* vbi hic ait. Si res quam consumpsisti, sit magni pretij, nec putetur donata, te semper ad restitutionem teneri, quando commodè poteris. Ratio est, quia extrema tua necessitas non transfert in te dominium rei alienæ, sed tantùm tribuit ius vtendi, idque provt opus est, vt periculum euadas, & cum minimo alterius incommodo. Ergo non aufert obligationem restitutionis faciendi, si copiosior euaseris. Confirmatur quia alter non tenetur eam dare, nisi quatenus opus est, vt consulas tuæ necessitati, sed ad hoc sufficit, vt rem tibi vendat, vel mutuet, vel det cum obligatione restituendi, cum veneris ad lautiorem fortunam. Ergo Quòd res sit parui pretij, non teneris postea restituere, maximè si re & spe, seu proxima facultate pauper eras, quia talia non solent pauperibus sub onere restituendi dari, sed absolutè, ridiculus enim esset diues, qui à paupere pro aliquot panibus, vel calceis vel trita veste talem obligationem exigeret. Ita Lessius, & ante illum Couarruuias *in reg. Peccatum, part.2.§.1.num.4.* Nauarrus *in Man.cap.17. n.61.* Toletus *lib.5. cap.21.* Adrianus *in 4. de restit.§. quia dictum.*

2. Sed his non obstantibus contrariam sententiam docet Sotus *de Iust.lib.5.quæst.7.artic 1.* Aragon. *in 2. 2. quæst.31. art.6.* Sylvester Angelus, Rosella, Tabiena quos citat & sequitur Azorius *tom.1.2.lib.12.cap.8. quæst.7.* Omnis enim obligatio restituendi nascitur vel ratione rei acceptæ, vel ratione acceptionis, sed is, qui consumit in alienum in extrema necessitate, non obligatur ratione rei acceptæ, quia apud se nõ habet, cùm bona fide consumpserit, nec tenetur ratione acceptionis, quoniam acceptio rei alienæ est vel iusta, vel iniusta. In præsenti casu acceptio non est iniusta, quia accepit in extrema necessitate, & ex alia parte non accepit per contractum, vel quasi contractum, ex quo alioqui teneretur, ergo nulla est obligatio restituendi. Adde quòd secundùm aliquos, vt optimè obseruat Hurtadus de Mendoza *in 2.2. disp.159.sect.3. §.45.* extremè indigenti, quando lex charitatis me obligat ad dandum aliquid, siue paruum, siue magnum consumendum in ipso articulo necessitatis extremæ, teneor illud liberaliter donare sine mutatione aliqua absoluta, aut conditionata, quia extremè indigens habet ad illa bona pro articulo necessitatis extremæ illud ius iustitiæ, quod haberet, si bona non essent diuisa. Ergo debentur illi vt sua; sed quæ alicui debentur vt sua, sunt illi absolutè donanda, & sine vlla mutuatione. Ergo, &c. Vnde patet responsio ad argumentum Lessij. Dico igitur cum Villalobos *in sum.tom.1. tract 21. diffe.1.num 12.* [Estas sentencias son ambas probables; la segunda es masmanca, y se puede figuir en pratica.

RESOL. LIV.

An si quis ante necessitatem extremam accipiat ab alio commodatum, conductum, vel precarium, teneatur restituere, si illud in extrema necessitate consumpsit? Ex p.5. tract.8. Res.10.

Sup. hoc in tom.8. tr.7. Res.13. §. Assero, ad lin.7.& vers. non tamen.

§.1. NEgatiuè respondeo cum Petro Nauarra *lib.4. c.4.n.16.* Turriano *in 2. 2. tom.2. disput. 82. dub.7.* Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disp.159.sect.1. §.62.* & Lessio *lib.2.cap.16.dub.1.num.5.* quia talis non tenetur ratione rei, vt quæ nec in se nec in pretio extat, neque ratione acceptionis, cùm eam iure consumpserit, neque ratione contractus, quia isti contractus non obligant re pereunte, nisi culpa perierint, hic autem sine culpa perierunt. Ergo, &c.

RESOL. LV.

An si ante necessitatem extremam furatus es aliquam rem, quam postea in dicta extrema necessitate consumpsisti, tenearis ad restitutionem? Ex part.5. tract.8. Resol.8.

§.1. AFfirmatiuè respondet Lorca *in 2. 2. disp.8. numero 14.* Vasquez *opusc. de eleemosyna, cap.1. dub.8. num. 68.* Lessius *lib. 2. cap. 16. dub.1. num.6.* vbi sic ait. Si habes ex delicto (vt si furatus sis ante necessitatem) teneris etiamsi postea in necessitate consumas, quia obligatio iam ante contracta, per necessitatem superuenientem to, non est extincta, sed consopita, quare transacta illa necessitate reuiuiscit. Ita ille, & ante illum Sotus *in 4. distinct.15. q.1. §. ad argumenta*, cum Richardo & Paludano, quos citat & sequitur Sylvester *ver. restitutio 5. num.2.*

2. Verùm ego contrariam sententiam teneo, quam tuetur Petrus Nauarra *lib.4. cap.4 num.14.* Coninc *disput.27. dub.10. num.166.* Castrus Palaus *tom.1.tr.6. disput.2. punct.10. num.3.* & nouissimè Hurtadus de Mendoza *in 2.2. disp.159. sect.3. §.62* quia furtum non ademit mihi ius iustitiæ, quod habeo ad rem alienam in necessitate extrema, neque mihi ademitius communitatis rerum quantum ad vsum in necessitate extrema in qua omnia sunt communia quantum ad vsum; ergo idem ius habeo post furtum, quod sine illo haberem.

RESOL. LVI.

An recipiens eleemosynam simulans paupertatem, peccet mortaliter & teneatur ad restitutionem?

Et quid si alicui donarentur, v.g. centum aureiqui finxit se esse Episcopum, qui ab Episcopatu ab Hæreticis per vim expulsus indiget peculiaribus sumptibus, vt ad Episcopatum, redeat vel quid simile, teneatur eam restituere id, quod accepit?

Et an pauper mendicans causa otiositatis, vel cupiditatis, etiamsi sit validus corpore, an peccet mortaliter?

Et an pauper stans ad ostium diuitis, & Monasterij, & expectans eleemosynam, dicat alteri pauperi accedenti iam esse datam, an teneatur ad restitutionem? Ex p.5. tr.8. Res.21.

Sup. hoc in tom.8. tr.7. Res.14. §. Nota tamè. & seq.

§.1. AFfirmatiuè respondet Sotus, Alensis, Gabriel, & alij; quos citat & sequitur Philippus Faber *de pœnit. in 1. sentent. dist. 15. quæst.2. disput.50. cap. 4. num. 120.* quia qui decipitur circa conditionem, propter quam donat, non liberaliter omnino donat, ideò qui donat alicui, quia putat illum esse pauperem, & reuera non est pauper, non verè liberaliter donat, sicut qui donat alicui, quem putat propinquum, si non est propinquus, nulla est donatio Sotus tamen *lib.9. de iust. q.7. art.4. ad 4.* hãc opinionem dicit non habere locum in eleemosynis quotidianis, hoc enim est nimis dorum, sed solum quãdo aliquis impostor magnus ex industria magnam necessitatem, vel sanctitatem effingeret ad extrahendũ aliquam magnam eleemosynã, quia in hoc casu eleemosyna esset fraude extorta. Ratio autem ipsius est, quia qui faciunt eleemosynam, non faciunt illa præcisè sub hac cõditione, si reuera sit pauper, sed ratio præcipua est propter Deũ, licèt causa motiua sit paupertas personæ

personæ, cui sit eleemosyna, quod confirmat ex Adriano, quia quando causa finalis est vera, licèt motiua sit falsa, contractus est legitimus, & transfertur dominium, vt contingit in aliis contractibus. Nauarrus *in Man. cap. 17. num. 107.* hanc opinionem Soto reiicit, quia parum refert quòd eleemosyna sit parua, vel magna; nam quod est alienum, siue magnum sit, siue paruum, dummodo non sit adeò modica quantitas, quæ spernatur, est obnoxium restitutioni. Adiungit tamen distinctionem, quam idem Sotus ex Adriano *ibi* sumit, & acceptant Medina *quæst. 23. de rebus restituendis.* Azorius *lib. 4. cap. 21. quæst. 8.* quòd si simulatio paupertatis sit causa finalis, tenetur ad restitutionem; si verò sit causa motiua, siue impulsiua tantùm, non tenetur ad restitutionem. Causam autem finalem in proposito explicat Azorius esse eam, quæ est simpliciter causa, vt sequatur effectus, adeò quòd ea circumscripta effectus non sequeretur: causa autem impulsiua est, quæ mouet quidem, sed tamen non mouet ad simpliciter dandum, sed solùm ad promptiùs, & faciliùs dandum. Hæc distinctio de causa finali & impulsiua mihi vana videtur, quia secundum Philosophos & Theologos solus finis est causa motiua & impulsiua agentis ad opus, ideo distinctio hæc est vana, nisi accipiatur in hoc sensu, quòd causa finalis sit duplex, principalis & minùs principalis, in quo sensu eam exponere videtur Azorius; sed tunc est difficultas, an in eleemosyna facienda causa finalis principalis sit paupertas ficta? Certè dicendum est esse paupertatem, quod probatur, quia charitas & amor Dei est causa finalis faciendæ eleemosynæ in communi: at causa finalis propter quam huic personæ particulari determinatæ fiat, non est charitas Dei, sed paupertas ipsa ficta; qui enim vult facere eleemosynam propter Deum, quærit pauperem, & facit ei eleemosynam regulariter, quem putat pauperem, neque enim videmus erogari regulariter eleemosynas diuitibus, & non egentibus, his enim dona donantur, & non eleemosynæ, sed pauperibus: ergo ratio & causa principalis, propter quam huic personæ donantur eleemosynæ, est paupertas: si ergo quis decipiatur circa hanc conditionem & rationem, propter quam illi facit eleemosynam, vt dicebat Scotus, non est voluntaria donatio, & sic tenetur ad restitutionem. Ideo huiusmodi simulatores obnoxij, sunt iudicandi ad restitutionem, neque est recedendum à communi sententia, & per dicta patet ad fundamenta Soti & aliorum. Dicendum est enim quòd causa finalis principalis faciendi eleemosynam huic personæ particulari, est paupertas simulata; charitas autem Dei est finis faciendæ eleemosynæ in communi, non huic particulari vt particulare est. Patet enim ex Adriano & ex simili in contractibus, dicimus enim, quòd sicut in contractibus causa finali deficiente (admissa eius distinctione) contractus est nullus, sic in largitione eleemosynæ. At paupertas est causa finalis, non impulsiua tantùm, vt est probatum: ergo, neque hoc est durum asserere in eleemosynis quotidianis, quia maxima est fraus simulare paupertatem, & eleemosynas veris pauperibus hac simulatione iniqua auferre, & fraudare mentem facientium eleemosynas, & hæc omnia docet Faber *vbi suprà.*

2. Verùm his non obstantibus quoad ostiatim mendicantes ego puto excusari à restitutione, quia in paruis & quotidianis eleemosynis, vt præter Sotum & Azorium *vbi suprà*, non habetur vt plurimum ratio paupertatis, sed tantùm charitatis, pietatis, & misericordiæ, & Dominus ob rerum paruitatem in tali casu non censetur id onus velle supradictis pauperibus imponere. Et reuera dantes illas eleemosynas verè & absolutè eas faciunt sine vlla conditione, & consequenter transferunt dominium earum in ipsos recipientes, & conditio illa in mente retenta, quam alioqui opinantur, non obligat in conscientia, neque qualificat datum, nec facit ipsum conditionale, ex *l. si repetendi. C. de condict ob caus. dat.* Præterea præsumptio illa quòd non adfuerit animus donandi, data falsitate ex parte recipientium eas, non est pro foro interiori, sed exteriori, & ita hanc sententiam docet etiam Granadus *in 2. 2. controuers. 3. tract. 11. disp. 7. num. 4.* vbi sic ait: Quoniam in quotidianis eleemosynis præsumendum est eos, qui illas faciunt, nolle restitutionem, etiamsi mentita paupertate positas fuisse cognoscerent, non est obligandus ad restitutionem, qui eas accepit fingendo se pauperem esse, vt optimè Sotus & Nauarrus notarunt, quibus addo Henriquez *lib. 3. de Indulgent. cap. 33. §. 5.* nisi aliud de mente donantis constaret. Contra verò magna aliqua eleemosyna, v. g. centum aurei, qui alicui donarentur, quia finxit se esse Episcopum, qui ab Episcopatu per vim ab hæreticis expulsus indiget peculiaribus sumptibus, vt ad illum redeat, vel quid simile, non censetur erogata voluntariè, & ideo restituenda esset. Ita Granadus.

Sup. hoc ibidem § Quid: & hic inf. in fin. Ref. seq.

3. Et tandem non desinam hic apponere verba Ioannis de la Cruz *in direct. conscient. part. 1. pr. 5. art. 4. dub. 2. concl. 4.* vbi sic ait: Pauper fictus peccat mortaliter petendo eleemosynam, & restituere tenetur, quando sibi dantur eleemosynæ sub conditione saltem tacita, quòd sit pauper, vt contingit in amplis & extraordinariis eleemosynis, sicut cùm petitur eleemosyna pro captiuo, qui non est. Secus si donatio fit absolutè, vt præsumitur in eleemosynis ordinariis, & si aliàs fiant ob motiuum falsum.

Sup. hoc ibidem in §. 1. & hic sup in tr. 4. Ref. 30. §. vlt.

4. Nota etiam quòd pauper mendicans causa otiositatis, vel cupiditatis, etiamsi sit validus corpore, non peccat mortaliter donec manet intra latitudinem paupertatis. Ita ex Nauarro docet Aloysius Batiolà *in aphorismo lit. P. ver. Pauper.*

5. Nota insuper quod si pauper stans ad ostium diuitis & Monasterij, & expectans eleemosynam, dicat alteri pauperi accedenti iam esse datam, non tenetur ad restitutionem. Ita ex Aragonio probabiliè putat Lessius *lib. 2. cap. 2. dub. 5. num. 43.*

RESOL. LVII.

Cui facienda sit restitutio eleemosynæ receptæ, ex fictâ paupertate; an Domino ipsi danti, vel pauperibus?

Et quid vero, si aliquis quantitatem magnam in eleemosynam ficto pauperi dedisset? Ex part. 5. tract. 8. Resol. 22.

§. 1. PRima opinio est Soti *lib. 9. q. 7. art. 3.* Lessius *lib. 2. cap. 18. dub. vlt. num. 132.* & aliorum asserentium faciendam esse donanti, quia sub eius dominio adhuc manet illa eleemosyna, & hanc opinionem (maximè si quantitas eleemosynæ magna foret) sequendam esse existimat Granadus *in 2. 2. controuers. 3. tract. 11. disp. 6. num. 5.* Idem etiam docet Turrianus *in 2. 2. disp. 85. dub. 2.* ille enim qui dedit eleemosynam, solum habuit animum dandi huic pauperi in speciali, propter eius paupertatem, quòd si illa fuit ficta, pendet ab eius voluntate distributio illius eleemosynæ.

Sup. hoc ibi tom. 6. tr. 7. Ref. 125. §. Cui.

2. Secunda opinio asserit restitutionem in tali casu faciendam esse pauperibus, quia qui illam dedit abdicauit à se dominium ex affectu eleemosynæ, & ita iuxta eius voluntatem danda est alteri pauperi, aut pauperibus. Ita Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 22. diffic. 9. n. 4.* Ludou. de San Iuan *in sum. q. de eleemos. art. 3.*

dub.1. diffic.7. concluſ.8. vbi ſic ait : [La reſtitucion de la limoſne dada por la ſantidad,y pobreza fingida non ſe ha de reſtituyr al dante ſino à los otros pobres , porque el limoſnero la dio por amor de Dios para ſocorter al pobre en quanto pobre,aun al miſmo Ieſu Chriſto nueſtro Señor , que dixo , *Quod vni ex meis feciſtis , mihi feciſtis.*] Sic ille,& ante illum Nauarrus, Medina, Adrianus & Caietanus penes Molinam *de Iuſtit.tom.1.tract.2.diſp.210.num.4.* Cui licèt in rigore prima opinio placeat, quia tamen regulariter non cognoſcentur,qui eleemoſynas ita dederunt, præſertim ſi multi , & in parua quantitate eas dederunt, difficileque admodum & cum modico cuiuſque emolumento fieri illis poteſt reſtitutio , atque de ſingulis eſt præſumendum , quemadmodum amore Chriſti id dederunt , ita voluntatem eorum eſſe , vt amore eiuſdem Chriſti inter pauperes diſtribuatur, regulariter faciendâ erit pauperibus , aut in aliis piis operibus erit inſumenda ; ſi tamen aliquis quantitatem magnam dediſſet , conueniríque poſſet , interrogandus eſſet quid de ſua portione vellet fieri, ſuadendúſque eſſet,vt pauperibus diſtribueretur, aut in aliis operibus inſumeretur. Ita Molina. Vide etiam Vaſquez *opuſc. de Reſtitutione cap.3. dub.vlt. num.24.* & Caſtrum Palaum *tom.1.tract.6.diſp.2.punct.14.num.7.* aſſerentes vtrique reſtitui poſſe & domino & pauperibus , cùm vtraque opinio ſit probabilis.

Sup. hoc in Reſol. not. præteritæ , §.Cui. & §. Quid. & in Reſ.præterita §. Verũ. propè fin. verſ.Contra vero.

RESOL. LVIII.

An quando bona alicuius ſunt publicata ipſo facto, v.g. propter hæreſim , aut læſam Maieſtatem poſſit ante criminis condemnationem facere eleemoſynam ? Ex part.5.tract.8.Reſ.40.

§.1. NEgatiuam ſententiam ex Ledeſma & Medina docet Azorius *tom.2. lib.12. cap.12.qu.4.* quia etſi talis ante criminis condemnationem poſſideat,prohibetur tamen donare,alienare,& diſtrahere.

2. Ego tamen contrariæ ſententiæ tanquam probabiliori adhæreo, quam nouiſſimè tuetur Coninch *diſp.27. dub.5.num.63.* vbi ſic ait : Illi qui commiſerunt crimen, ob quod eorum bona ſunt de iure confiſcata, quamdiu hæc ipſis per ſententiam eiúſque executionem non auferuntur , poſſunt ex his dare eleemoſynas,ſicut priùs,quia tamdiu retinent eorum vſum,& poſſeſſionem,poſsúntque iis ſicut antea frui. Ita ille. Vide Suarez *de legibus,lib.5.cap.8.num.5.* & Vaſquez *in part.2. diſp.11.170. cap.3.* cum Reginaldo *tom.1.lib.4.cap.21.num.270.*

RESOL. LIX.

Quidam habebat facultatem diſtribuendi pauperibus certam pecuniarum ſummam ; quæſiuit à me documenta aliqua ad tollendos ſcrupulos.

Et difficultas eſt , quiſnam dicatur pauper ? Ex part.2. tract.15.& Miſc.1.Reſ.8.

Sup.hoc inf. in Reſ.61.& 62. & pro contento in hoc §. 1. in Reſ.2. huius not.& in to. 6. tr. 9. Reſ. 63.curſim in §. Sed.

§.1. REſpondi , quòd is cui committitur electio pauperum,non habet neceſſe eligere pauperiorem. Ita Bartol. *in l. vnum ex familia , §.in fine,de legat.2.* Bald.*in l.cum quidem,ad fin.de legat.2.* Nam locus eſt gratificationi, nec peccat, qui vnum pauperem alteri prætulit. Idem Bald.*in repet.l.1.n.31. verſ. item quæritur,de ſacroſ.Eccleſ.* Hæc omnia Cardinalis Mantica *de coniect.vltim.volunt.lib.5.tit.5.n.6.*

2. Sed difficultas manet, quiſnam dicatur pauper. Reſpondeo,& dico primò,id totum eſſe arbitrio boni viri remittendum , qui iuxta qualitatem perſonarum iudicet,quis dicatur pauper. Ita Maſcard.*vbi inf.n.14.* & DD.*in l.ſi conſtante.ff ſolut.matr.* At ita generaliter loquendo, res adhuc manet intricata ſcrupulis. Dico igitur ſecundò,ſub nomine pauperum intelligi omnia loca pia,vt Hoſpitalia, Eccleſias indigentes luminaribus,ornamentis,ædificiis,& Monaſteria Religioſorum ; vnde habens facultatem diſtribuendi aliquam eleemoſynam inter pauperes , poteſt etiam eligere Religioſos.Ita Ioan.Andr.*in c.1.in Nouella de teſtam. lib.6.* & Imol.*in l.captatoriæ,in fine,de leg.1.* Et etiam Religioſus,cui data eſt electio,poteſt bona diſtribuere inter Religioſos ſui Monaſterij , vt notat Card. *in Clem.1.num.22.*Imol.*n.18.*& Anch.16.*de teſtam.*Dico igitur, quòd tertiò ille etiam dicitur pauper , qui victum poteſt quærere , vel quærit ex labore ſuo. Ita Baldus per illum textum cum gloſſa *in l.paupertas,ff. excuſat.tutor.*& Iaſon *in l.niſi conſtante,n.111.ff.ſolut. matr.* Vnde M.Antonius Genuenſ.*in ſuis practicabilib. Eccl. tricenar.13. q.387.n.2.* aſſerit legatum relictum pro dote puellæ pauperis , etiam deberi, ſi illa poteſt viuere,vel viuat ex labore ſuo : quod eſt valdè notandum. Dico quartò,quòd pauper etiam dicitur ille,qui non ſolùm non habet vnde viuat, ſed etiam, qui non poteſt commodè , & honeſtè viuere ſecundùm ſuam conditionem,vt ſunt multi artifices,& perſonæ etiam altioris cõditionis,quæ ægrè admodum vitam ſuſtentant.Vnde Iacobus Mandellus *l.1.conſ.69.n.7.*ex Bald. *in l.ſi quis ad declinandam,col.2. verſ.circa tertium, C.de Epiſc.& Cler.*ſub nomine pauperis intelligit nobilem,cui imminet onus dotandi filias, & eas nuptui tradere,& commodè dotare non poteſt , licèt habeat tantum,quantum ſufficit ad alimenta,& ſic, ait Mandellus , debet ei tanquam pauperi diſtribui legatum factum pauperibus. Vide noſtrum Megal. *in part.1. lib.2.c.2.q.2.n.12.* & præter Doctores,quos ipſe citat, tenet etiam hanc opinionem ex Ciuiliſtis,Natta *vol.3. conſ.590.n.14.*Alciat.*in l.quos nos hoſt.§.locuples,n.11.ff. de verſign.* & alij. Ex Theologis Molina *de iuſt.tr.2. diſp.747.n.1.* Reginald.*in praxi,tom.1.lib.10.c.14.ſect.1. n.197.* Filliuc.*in quæſt.mor.tom.2.tr.32.c.4.n.93.* Nauar. *de reſt.lib.4.c.2.n.50.*Nauar.*in man.c.17.n.93.*Vaſquez *opuſc.de reſt.c.5.§.4.dub.1.n.6.* & 12. cum aliis.

3. Ex his apparet,me olim rectè conſuluiſſe, pauperem dicendum eſſe quendam , licèt vncias quadraginta annuales haberet : nam cùm ſimul haberet matrem , non poterat ſecundùm ſuam conditionem decenter viuere.Et,vt ait Bannez,& Caiet.2.2.*quæſt.43. art.8.* pauperes non ſolùm dicuntur, qui egent cibo, potu , & veſte , quæ ſunt neceſſaria naturæ , ſed qui egent opportunis ad conuenientiam ſui ſtatus.

4. Notandum eſt verò,quòd omnia ſupradicta ſunt admittenda,quando aliter non conſtaret clarè,vel ex coniecturis de mente, & intentione teſtatoris, vel legatarij : nam tunc eleemoſyna eſſet diſtribuenda inter illos pauperes,quos ipſe in particulari voluerat.

RESOL. LX.

An in diſtribuenda eleemoſyna inter pauperes præferendæ ſint Moniales viris Religioſis ?

Et an ſi inter executores teſtamenti eſt contentio ſuper electione pauperis, deuoluatur ad Epiſcopum, vt adhæreat vni ex executoribus ?

Et an hoc intelligatur data paritate inter pauperes, ab vtroque executore nominatos,& non aliter? Ex p.10. tr.13.& Miſc.3.Reſ.5.

§.1. AFfirmatiuè reſpondeo. Et ita docet Lud. Meſſia *in Prag.Taxæ panis,concl.5.n.42.* vbi ſic aſſerit:Si inter executores teſtamenti,eſtcõ rentio ſuper electione pauperum , res deuoluitur ad Epiſcopum:

pum: & poterit gratificare, cui ex pauperibus velit per modum adhæsionis, id est adhærendo vni ex executoribus: id tamen intelligendo vti intelligunt Albericus, & Doctores Textum ibi *in leg. Si quis seruum. §. Si inter duos, ff. de legat.* Secundò, videlicet data omnimoda paritate, seu æqualitate inter pauperes, ab vtroque Exequutore nominatos. Nam si essent aliqua ratione inæquales, vt puta propter aliquam qualitatem quibusdam eorum, & non aliis inhærentem, certe non esset locus recursui ad Episcopū: & sic cessaret gratificatio. Cuius rei exemplum optimū potest dari, si esset iniunctum duobus Exequutoribus, quod si distribuerent mille inter pauperes Religiosos, & vnus eorum nominasset Religiosos pauperes alter nominasset pauperes Religiosas; nam licèt essent omnes in pari gradu paupertatis, vt quia omnes tam masculi, quam fœminæ essent ordinis Franciscani in arctissima paupertate constituti, vel vtrumque Monasterium eiusdem instituti, puta Dominicani, vel Augustinenses, qui etiam ex regula sunt Mendicantes: licet ex Regula laxiores habeant habenas in adquirendo & retinendo, quam primi Minoritæ, nihilominus præferentur pauperes Religiosæ, siue Monasteria Monialium: Secundum Cynum singulariter, quem ibi sequuntur Baldus, & Salicetus, per illum Textum, *in leg. Cum multa. Cod. de donation. ante nuptias.* Et idem Baldus, qui eam decisionem commendat, *in leg. in multis ff. de stat. hominum, in fin.* dicens notandum esse quod cæteris paribus, magis fauetur Monasterio Monialium quam vtrorum Religiosorum, quia Monasterium Monialium reputatur à iure locus magis pius, & pauperior, quam vtrorum, propter earum clausuram, & imbecillitatem in acquirendo, secundùm Cynum *in d. leg. Cum multa*, quod dicit menti tenendum. Citat, & sequitur Doctor Petrus à Peralta, eruditissimus Præceptor meus *in d. leg. si quis, §. Si inter duos, n. 9.* Subiungens, multos dies elapsos non esse, quod istum casum habuit in contingentia facti. Hucusque Messa; qui etiam antea in *Concl. 1. n. 45.* sic ait: Et pauperibus Monialibus, magis quàm Viris, etiam Religiosis, eleemosyna est facienda, quod indigentia in Monialibus magis sit periculosa, *cap. 1. de stat. regul. lib. 6.* Et quia Viri, conuenientius operari possunt, quam fœminæ, *leg. Si quis, versic. Ad filias, Cod. ad leg. Iul. Maiest.* & determinat Baldus *in leg. Cum multa, Cod. de donat. ante nupt. 2. col. num. 3.* post Cynum *ibi in vltim. quæst.* & Federicus de Senis *in cons. 182. incip. fatum tale est.* & tenuit idem Baldus *in 1. dect. leg. in multis ff. de stat. homin.* Subdens Monasterium Monialium reputari à iure locus magis pius, & pauperior. Et esse tenendum menti. Quod est in praxi notandum ad explicationem Pragmaticæ suprà citatæ, Comitiorum Madritiorum ann. 1563. die vltim. Mensis Octobris, per quem vestes ibidem prohibitæ, quæ à Iudicibus condemnantur, piis applicantur locis. Et iam ita, non semel vidi Practicari. Ità ille: Et post illum inuenio hanc sententiam nouissimè docere etiam doctissimum, & amicissimum Franciscum Mariam Pratum *in Centuria Practicarum Obseruationum, Obser. 39. per totam*, cui adde Marcum Vidal *in Arca Theologiæ Moral. tit. de Legatis. Inquis. 2. n. 36.* qui citat Genuensem *in Praxi Archiepisc. cap. 57. n. 15.*

RESOL. LXI.

Sæpius in praxi occurrit ista quæstio. An executores alicuius testamenti, vel legati, qui debent inter pauperes distribuere aliquam pecuniarum summam, teneantur eligere pauperiores?

Et idem quæritur de Confessariis, & Religiosis, qui habent à sæcularibus facultatem distribuendi aliquam eleemosynam.

Et in dicto casu, an possint Religiosi eligere Religiosos Mendicantes, vel Religiosos sui Monasterij si alias tributor est Religiosus pro suis necessitatibus?

Sed quid est dicendum, quando in testamento relinquitur, vt pauperioribus detur eleemosyna, an si tantum pauperibus detur, sufficiat, vt non teneatur distributor ad restitutionem? Ex part. 2 tract. 15 & Misc. 1. Resol. 39.

§. 1 DE hac quæstione dictum est etiam suprà in Resol. sed modò aliquid ampliùs addam. Dico igitur, quod Ildephōsus de Azeuedo *cons. 24. num. 4. n. 44.* affirmatiue respondet, quam sententiam prius docuerat sapientissimus Philippus Decius *cons. 72. n. 3.* his verbis. Bona relicta pauperibus debent distribui inter illos, qui sunt pauperiores, arg. text. not. *d. si quis ad declinandam. C. de Episc. & cler.* ibi *qui pauperior esse agnoscitur*; & dato quòd distributio, quæ facta esset inter pauperes, non deberet retractari, licèt alij pauperiores reperirentur, tamen peccauit ita distribuendo, &c. Hanc opinionem sequuntur etiam Feder. de Senis *cons. 95. n. 2.* Simon de Prætis *de interp. vlt. voluntat. interp. 1. dub. 2. num. 94.* & alij.

Sup. hoc sup. in Resol. 59. §. 1. & inf. in Resol. seq. & in tom. 2. tr. 9. Resol. 63. circa fin. in §. Sed

2. At mihi opinio contraria semper Placuit, & in praxi sæpius illam consului, si quis authores, qui illam tuentur, scire desiderat, hi sunt ex Theologis Cordub. *in summ. q. 22.* & nouissimè noster Siculus D. Bartholomæus à S. Fausto *in speculo Confessariorum disp. 4. q. 17. n. 2.* qui citat Syluest. Rodriquez, & Petr. à Nauar. ex Iurist. Cardinal. Mantica *de coniect. lib. 8. tit. 5. num. 6.* & Ioan. Matienzo *lib. 5 tit. 4. leg. 14 glos. 1. n. 12.* qui citat Barthol. *in l. vnum ex familia, §. 1. de legat. 2.* & Bald. *in l. cum quidam, ad fin. cod. tit.*

3. Hinc colligo, quod qui habet facultatem distribuendi inter pauperes, potest etiam eligere Religiosos mendicantes pro suis necessitatibus, vt notat Ioan. Andr. *in c. 1. in nouella de testam. lib. 6.* & Imola *in l. captatoriæ, in fin de leg. 1.* Vnde etiam Religiosus, cui data est electio, potest bona distribuere inter Religiosos sui Monasterij. Sic Cardinal. *in Clem. 1. n. 22.* Imol. *n. 18.* & Anchar. *n. 16. de testam.* Paris. *cons 26. num. 14 vol. 4.* Matienzo *lib. 1. Recopil. tit. 4. leg. 14. glos. 1. n. 14.* Rosella *verb. Restit. 15. n. 8.* Syluius *ver testam. 2. q. 2. dist. 15.* Peralta *l. vnum ex familia, §. rogo, num. 7 ff. de legat. 2.* Rationes pro hac sententia videndæ sunt apud citatos Doctores.

Sup. hoc in Resol. 1. nor. præteritæ, §. 2. paulò post init. à vers. Vnde, vsque ad vers. Dico igitur, & in tom. 6. tr. 9. Resol. 57.

4. Nota verò circa hanc materiam, quòd quando in testamento relinquitur, vt pauperiōbus aliquid detur quamuis pauperibus detur: sufficit vt non teneatur ad restitutionem, dummodò non fuerint signati, & nominati, licèt malè fecit, qui pauperioribus non dederit, factum tamen sic tenet per executorem testamenti: sic Conradus *in suis respons. part. 1. q. 101.*

RESOL. LXII.

Solent quā plurimi in morte relinquere Confessariis aliquā pecuniarū summā pauperibus ab ipsis distribuēdā, quæsitū à me fuit, an dicti Confessarij teneātur pro supradicta eleemosyna cōsequēda eligere pauperiores?

Idem dicendum est, quando eleemosyna fuit relicta ad fœminas maritandas.

Et an legatum relictum ad pauperes possit in vnum distribui? Ex p. 2. tr. 16. & misc. 2. Resol. 19. alias 21.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Pala Ruu *rep. c. per vestras. de don. inter vir. col. 356.* & saltem peccare venialiter Confessarius eligendo idoneum pauperē, si alius est pauperior, putat Io. Valer *in suis differentiis virtusque*

Sup. hoc pro parte in Resol. præterita, §. 1. & 2. & pro

tentis in hac Resl sup in Resl 59.§.1. & in tom.& fr.9 Resl 63. cursim in §. seq.

utriusque fori, *ver. electio, differ.2 num.4.in fine.* Idem putat quando eleemosyna fuit relicta ad fœminas maritandas.

2. At ego cum Illustrissimo Cardinali Francisco Mantica *de coniectur.vlt.voluntat.lib.8.tit.5.num.6.* contrariam sententiam puto esse veriorem:eius verba sunt hæc.Notandum est, quòd is cui committitur electio pauperum, non habet necesse eligere pauperiorem. Bart. *in l.vnum ex familia,§.1.in fine,de legat.2.* Bald.*in l.cùm quidam ad fin.eod.tit.*nam locus est gratificationi, nec peccat, qui vnum pauperem alteri prætulit, idem Bald. *in rep.l.1.num.31.ver. item quæritur, de sacrosl. Ecclesl.* Ita Mantica. Sed de hac quæstione alibi in superiori tract. latiùs dictum est: an verò legatum relictum ad pauperes, possit in vnum distribui, vide Cened. *collect.114.num.2.* Petr. Magdalen.*de num.testium in testam.p.2.cap.2. num.43.* & Auilez *in cap.2. Prætorum, in glossa nisi nouno, n.3.*

Sup. hoc in Resl.seq.§.2. inter med.& fin. versl.imo plus,sed legeam per tot.

RESOL. LXIII.

An legatum relictum, vt distribuatur pauperibus,possit distribui tantum inter duos pauperes?

Et an legatum relictum distribuendum vni pauperi possit duobus distribui? Ex part.10. tract.11. & Misc.1. Resol.59.

§.1. CAsus sunt nimis practicabiles:& ad Primum dubium affirmatiuè Respondeo;pro quo tamen nullum habeo Auctorem,licet diligenter exquisiuerim. Moueor ad hanc sententiam tenendam ex Regula Iuris apposita in sexto,quòd pluralis locutio duorum numero cõtenta sit.Ergo legatum distribuendum Pauperibus,sufficit,vt duobus tantùm distribuatur. Confirmatur hæc opinio variis exemplis:nam si accuso aliquem, quod adulterium pluries commisit, aut pluries iniuria me affecit; intelligitur de duabus vicibus tantùm.Angelus *in lib. de Maleficiis, ad verbum pluribus*, Baldus *ad leg Fideicommissum.§ si quis decem ff. Legat.3.* Et si est commissa causa cum potestate arandi in locis vicinis; sufficit in duobus locis facta citatio. Rota *de rescript. decis.27.*Et si quis omnia diligenter inspiciat, facilè inueniet, & in testamentis, & in contractibus, & in feudis vsum huius Regulæ frequentissimum esse. *Cap 1.§. Quod autem;* & ibi Baldus *de notis feudorum* Et ideò plerique sunt in ea sententia, vt existiment hanc Regulam habere locum, etiamsi in plurali locutione sit hæc dictio; *Omnia*: Nam si dicatur omnia, verificabitur in duobus. Zasius *ad leg. Si pluribus, num.8. ff. de legat.1.* idque admodum vtile est ad saluandos testes à contrarietate, aut diuersitate, si dicat vnus Titium à pluribus vel omnibus esse vulneratum, & alter dicat à duobus ipsum vulneratum esse; nam, cùm dictio, *omnes*, vel plures verificetur in duobus; dicentur, Testes istos esse concordes.

2. Nec obstat dicere, quòd si Testator vsus plurali locutione, legauerit electionem seruorum; non debet Legatarius contentus esse numero duorum, sed tres eligere potest, *leg.1. ff. de optione Legat.* Secundò ex eo quod pluralis locutio videtur requirere maiorem numerum, quàm duorum; nam si quis dicat se testari velle coram Testibus, & in Patria, in qua ius Ciuile obseruatur, residet; intelligitur de septem Testibus sentire. Et si statutum haber, quòd propinquiores amici citari debent,pluralis hæc locutio,duorum numero non est contenta, sed omnes citandi sunt, Angelus *cons.289.* Haymo. *consil.12.* Et si Testator præcipiat hæredi, vt ponat Statuas Apostolorum in æde Sacra; non de duobus, sed de duodecim intellexisse videtur. Bartolus *ad leg. Titia, §.Beia.ff.de auro, & argento legat.* Non inquam hæc obstant,quia sunt, qui existimant fauore vltimarum voluntatum receptum esse, vt Legatarius tres eligat, quia scilicet in Testamento largior interpretatio fieri debet, *leg. in testamentis, ff. eod.* Albericus, Bartolus, Accursius, & alij *in d. leg.1.* Verùm nemini etiam in Testamentis, quod minimum est, deberi, *d. leg nummis*, & in his pluralem locutionem duorum numero contentam esse,*leg. Fideicomm.§.Si quis decem.ff.de Legat.3.*Vnde alij existimãt, quòd Testator ibi legauit electionem seruorum,qui serui debent vnum seruum, vel vnum equum, vel rem aliquam aliam Legatario optare, tunc enim eligit Legatarius tres de familia Testatoris seruos, qui eligent vnam illam rem,& ideò tres,quia si discordãt, statur maiori numero.Quæ solutio, etsi tutior sit, videtur tamen manifestam vim verbis legis adferre, quæ loquitur de electione seruorum:& ideò fortè dici posset,quod tres quidem eligit ex quibus tamen vnum neque optimum, neque pessimum,sit habiturus,*leg.Legato generaliter.ff. de Legat.1.* Secunda quoque dubitatio non mouet, quia quod de legato imaginum ex Bartolo adducitur, verisimilitudine ex mente Testatoris desumpta defenditur;qui cũ locutus est de Apostolis,& Christo; censetur de omnibus intellexisse, qui sicut in vita separati ab eo non fuerunt,ita eos censetur cõiungere voluisse. Sicquod statutum loquens de promixioribus requirat citationem omnium, locum habet quando omnium interest duntaxat; vt fit in causa homicidij Parentis,quod ab omnibus accusari potest; quia iniuria facta vni ex familia, omnibus facta esse censetur; & ita in eo casu Angelus respondit,*consil.289.* Sic & aduersus additionem, si petitur restitutio, omnes Creditores citandi sunt,quia ex eo lædi possent.Auth. *si omnes Cod.vt de hæred. se abstineant.* Alioqui certè, cessante interesse, statutum requirens consensum propinquorum in actu mulieris, vel alterius, duorum numero continetur. Guido Papa *consil.131.*Faber. *in §.Ex non scripto Instit. de iure naturali.* Quandocumque autem lex nominatim maiorem numerum requirit; regula nostra locum non habet. Ioannes Monachi hîc; vt in Testamentis; quemadmodum dicimus,quòd argumentum à contrario sensu non procedit, quando lex expresse disponit contrarium. Imò plus addit Martinus de San Ioseph *in Monitis Confess.tom.1.lib.2.tract.40. num.3.*vbi hæc asserit:[Quando el Testador dexa tanta candidad para que su testamentario lo reparta entre pobres,no podrá darlo à vn pobre solo,sino que laha de diuidir entre muchos: Bien es verdad, que iuzgo probable la opinion contraria cum Paulo de Castro,*leg.Cum quidam,num.4 ff. de Legat.2. & leg. vnum ex Familia,§. Sed si vno, ff.eodem,*& Antonio Gomez *leg.40.Tauri, n.48.* en especial en algun caso particular de la necessitad de Pobre à quien tenia obligacion el Testador, de cuya voluntad se puede presumir, que si lo aduirtiera le mandara dar toto el legado;quia id dispositum censetur,quod interrogatus Testator,vel id aduertens disposuisset. Gloss. *final. leg. tale pactum.ff. de pactis,*& multis citatis Tiraquell. *in leg.Si vnquam in Præfatione num.56.Cod.de reuocand. donationib.* Menoch.*de Præsumptionib.lib.4.præsump.26.num.8. & 21.*]Hucusque Martinus.

Sup. hoc in fine Resl. præcedenti

3. Nec aduersus superius dicta obstant Doctores, asserentes, legatum distribuendum pauperibus, esse distribuendum multis pauperibus,vt loquitur Martinus, *vbi suprà*, & alij: nam respondeo, quòd nobis non contradicunt, quia hæc dictio, *Multi*,verificatur non solùm in tribus, sed etiam in duobus, vt patet *ex leg.1.§. Hoc rescriptum*, & ibi Bartolus ff. *ad S.C. Syllanum,§. fin.Instit.de iure personarum,*gloss. *verb. per multos, in cap. ad nostram, de rebus Eccles.* non

non alien. Decius *cons.*429. *num.*18. *tom.*4. Natta, *cons.*649. *num.*12. *tom.*4. Rolandus à Valle, *cons.*54. *num.*2. *& seq. lib.*1. Hondedeus, *cons.*102. *num.*71. *vol.*1. Menochius *cons.* 512. *num.*12. Et ne deseras, videre Marium Antonium *var.Resol. lib.*1. *resol.*109. *num.*37. vbi ex multis probat, quòd dictio, *Multi.* verificatur etiam in duobus ex tatione à me superiùs addu&a, quod pluralis locutio duorum numero est co mu nia.

4. Ad secundum dubium superiùs positum etiam affirmatiuè respondeo, & ita respondet dictus Martinus de San Ioseph *loco citato*, *num.*4. sic asserens: [Pero, si en el Testamento se mando dar cierta candidad de maranedis à vn pobre, sin señalarle; podrà el Albacea, ò heredero rapartila entre dos pobres, por *leg. vnum ex familia. §. Sed & si fundum ff. de Legat.*2. donde claramente se decide, que *si habeo potestatem à Testatore eligendi vnum ex familia; possum eligere duos.* y por este texto dize Bartulo *ibidem*, que se puede hazer lo dicho; à quien siguen los modernos, teste Segura *ibi*, *numero* 156. Padilla *ibidem*, *vers. Duos de familia num.*4. & ibi Paulus de Castro, *vers. Duos* Sarmiento, *lib.*8. *Selectar. supr. dict. leg. cum quidam numero* 12. Anton. Gomez, *leg.*48. *Tauri, num.*48. y es comun: y añade Gomez, que el Comissario, à quie dieron comission para mejorar vno de los hijos, ò descendentes, puede mejorar dos.] Ita ille. Notentur hæc omnia, quia in Auctoribus non inueniuntur pulsm obuia.

RESOL. LXIV.

An distributor eleemosinæ ex testamento possit partem sibi applicare, si vere pauper est?

Et notatur, quod si à Confessario imponatur in pœnitentiam, vt quis aliquid in pauperes distribuat, non possit satisfacere subueniendo sibi, & si possit subueniendo consanguineis. Ex parte 5. tractat. 8. Resol.38.

§.1. POsse docet Sanchez *in summa lib.*6. *cap.*11. *numero* 55. nisi testator conscius illius paupertatis ipsum nominasset ad distribuendam eleemosynam inter pauperes, & ideo affirmatiuam sententiam putat esse veram, quando vel paupertas executoris testamento condito superuenit, vel si tempore testamenti aderat, ignota erat testatoti. Ratio huius limitationis est, quia cùm paupertas executoris erat cognita testatori, est satis verisimile fore, vt si testator vellet partem eleemosynæ applicari ipsi executori iusto distribuere, id applicaret. Ita Sanchez.

2. Sed hæc limitatio displicet, & meritò, Ioanni Sancio *in Select. disput.* 14. *num.* 18. quia in tali casu testator potuit vel ob pudorem, vel ob obliuionem, partem eleemosynæ supradicto executori non legare, qui cùm expresse non sit exclusus, & aliàs pauper sit, ius ad eleemosinas habebit cum cæteris pauperibus. Dicendum est igitur absolutè integrum esse executori testamentario, cui imperatum esset summam aliquam inter pauperes distribuere, sibi si verè pauper sit, sicut alijs pauperibus applicare, quicquid in contrarium afferat Sanchez, & ita nostram sententiam præter Sancium, docet etiam Ledesma *in summa tom.* 2. *tractat.*4. *cap.*3 *conclus.*15. vbi sic reddit rationem. [Porque por encomendarle el repartir la limosna, no es justo el excluyrle della, si es en realdad de verdad era pobre, lo qual se entiende aunque el testador supiesse que era pobre. Declaremos ma esto, el tal testador tan solamente pretendio hazer vna obra de limosna, y esta obra de limosna se halla muy bien, aplicandose à si la limosna, pues es pobre, luego cunplese muy bien con lo que mandò el testador.] Ita ille, & ego.

3. Notandum tamen est hîc cum Castro Palao *tom.*1. *tract.*6. *disput.*2. *punct.*14. *num.*10. & Suarez *disp.*7 *sect.*1. *num.*9. quòd si à Confessario imponatur in pœnitentiam, vt quis aliquid in pauperes distribuat non posse satisfacere subueniendo sibi, etsi possit satisfacere subueniendo consanguineis, quia talis subuentio sibi facta esset contra intentionem Confessarij, eo quòd non sit pœnalis quæ ad pœnitentiam requiritur.

Sup. hoc sup. in Res. 43. circa fim post med.

Pro his consanguineis in tom. 1. tr. 6. Res. 50. §. Tertio infer. tur. & in alio §. eius not

RESOL. LXV.

An qui habet licentiam petendi eleemosynam, possit hoc ius alteri locare? Ex p.10. tract.11. & Misc.1. Resol.41.

§.1. AFfirmatiuè respondet Henriquez *in Summa, lib.*7. *c.*45. *num.*5. vbi sic ait: Habens iustam licentiam, & ius vno anno petendi eleemosynas per se vel per alios; si id ius locauit alteri, quidam cogunt id quasi turpe lucrum reddi pauperibus, aut componi pro ea re. Quæ sententia non est certa; quia expresso iure non prohibetur locare; nec fit inhabilis vt pretium locationis recipiat. Ita ille. Et post illum nouissimè Martinus de San Ioseph. *in monita Confess. tom.* 1. *lib.*2. *de eleemosina, tract.*8. *numero* 3. sic asserens: [Quando ay licencia para pedir limosna para el edificio de algun Conuento, ò para otra obra pia, es licito arendar à vn tercero el derecho y accion, que tenia el que sacò lalicencia para pedir: porque aqui no se vende cosa espiritual y assi es licito, que los Prelados de las Religiones, que tienen proprio, para animar à los Religiosos, à que pidan con diligencia las lismonas para la Communidad, y à que remedien las necessitades particulares proprias, se concierten con ellos, que traygan tanto al Conuento, y que lo demas que allegaren, sea para sus vsos licitos: lo qual se prueba del Derecho *argumen. leg. si tibi rem.* 13. *ff. de præscript. verb.* Hæc Martinus. Et hoc vltimum scio in Praxi exercuisse superiores cuiusdam Religionis: quod licet non damnem, non tamen approbo; quia præbetur subditis ansa petendi eleemosynas nimis importunè.

RESOL. LXVI.

An liceat exponere sacras Reliquias videndas, vel tangendas, vt magis eleemosinæ accrescant?

Et cursim docetur absque simonia sacras Reliquias distrahi non posse pecuniis. Ex p.10. tr. 16. & Misc.6. Resol.73.

§.1. NOn desunt Doctores, qui censent, si ex præcipua intentione quæstus id facias, te mortaliter peccare: sic Nauarrus *c.* 17. *num.*169. *vers.*62. Armilla *verb. Reliquiæ, n.*1. & Tabien. *ibi:* Philiarch. *d.c.*9. *ad finem*, Azorius. *lib.*9. *c.*8. *quæst.*7. Graffis 2.*p. decis. lib.*2. *cap.*14. *n.*17. Mouentur *ex cap. fin de Reliq. & veneral. Sanct.* vbi mandatur, ne Reliquiæ exponantur venales. Clarius Trident. *sess.*25. *cap.*2. vbi dicit in Reliquiarum veneratione omnis turpis quæstus elimihetur. Ergo prohibet huiusmodi quæstum tanquam turpem. Et hanc sententiam præter Doctores citatos tenet nouissimè Pater Ferrandus *in Disquis. Relig. l.*1. *cap.*10. *art.*2. vbi, me citato, sic asserit. Absque simonia SS. Reliquias distrahi pecuniis non posse docent vulgò Theologi ad vnum omnes, nul-

Sup. hoc in tom. 5. tr. 1.

Ref. 77. §. Verum, post med.

lo enim pretio sunt æstimabiles vtpote suo modo spirituales (vt loquitur Suarez acute, & doctè) quia partes sunt hominis sancti, qui fuit templum viuum Spiritus Sancti. At in hoc argumento pluribus tractando sunt Theologi, & Iureconsulti doctissimi, quos, dum tibi per otium licebit, ac libebit, non erit infructuosum consulere, vnum tamen placet hîc te monere, videlicet, reliquias etiam aliquo modo dici vendi, vt ex Abbate iampridem obseruarunt laudati scriptores, quando exponuntur publicè adorandæ propter bonum quæstum, & vt inde copiosiores eleemosynæ colligantur potius, quam vt ad pietatem populus magis magisque accendatur, nam quando spectatur lucrum, tanquam finis principalis, & pretium rei spiritualis, non velut stipendium laboris pro reliquiarum exhibitione susceptum: vel tanquam eleemosyna gratis à fidelibus oblata, tùm in symoniæ crimen incurritur. Secus autem si aliorsum, verbi gratia, ad Gloriam Dei, Sanctorum venerationem, Christianæ plebis solatium; deinde ad aliquam corporis sustentationem ea SS. Reliquiarum exhibitio refertur. Hinc tamen æui nostri Apostatæ (Huguenotos intelligo Ecclesiæ desertores) siue per fas, siue per nefas sumpserunt occasionem venerabilium reliquiarum cultum Vigilantij animo, ac stylo traducendi. In quibus non vltimus fuit excucullatus Lutherus, cuius hæc pura, putaque mendacia, & meræ nugæ sunt. Vndecima Anti-Christi facies est, reliquiarum veneratio: bellua planè, & lucri feracissima facies. Hucusque Ferrand.

2. At Ego puto magis probabiliter in tali ostensione reliquiarum grauem culpam non committi, ratio est, quia ostensione reliquiarum solum intendis excitare videntes ad eleemosynas largiores concedêdas non tamèn illos ad eas obligare. Ergo reliquias non venaliter ostendis; quia ad venalem ostensionem intercedere debebat mutua ostendentis, & viuentium obligatio; At in supradictis textibus solum venalis quæstus prohibetur. Ergo illa ostensio, quæ venalis non est, non est prohibita. Dices in Trident. non solùm venalem quæstum, sed quemlibet turpem prohiberi; at velle ostensione Reliquiarum largiores eleemosynas recipere, est turpis quæstus, ergo hîc prohibetur. Respondeo in re non esse turpem quæstum, cùm nulla largienti eleemosynam obligatio imponatur; sed fieri turpem ex intentione: Concilium autem prohibet quæstum in se turpem, qualis erat venalis, non illum qui solum ex antecedêti, & extrinsecè sit turpis. Quod inde constat; quia Concilium non intendit nouam prohibitionem inducere, sed antiquam reuocare. Inquit enim: Omnis turpis quæstus eliminetur, id est omnis, qui in se turpis sit, & prohibitus, eliminetur. Antiquitus autem solùm venalis quæstus prohibitus erat, ex dicto *cap. fin.* Ergo à Tridentino hic est solùm prohibitus. Adde, solum esse prohibitum turpem quæstum, qui grauiter turpis sit; at acquirere eleemosynas gratis oblatas media Reliquiarum ostentione, non est quæstus turpis saltem grauiter: quia non videtur grauiter offendi Religio, ex eo quod ostensione Reliquiarum temporale lucrum consequi intendas. Sat est si leuiter offendatur: imò si talis temporalis acquisitio non esset per ostensionem Reliquiarum principaliter intenta, sed secundariò, nulla ibi adesset turpitudo. Et ita nostram sententiam tenet Sanchez *in Summa, tom. 1. lib. 2. cap. 43. n. 22.* & post illum Castrus Palaus *tom. 2. tract. 8. disp. 1 punct. 17.* quibus adde etiam P. Baldellum *in Theol. mor. tom. 1. lib. 3. disp. 17. num. 22.*

TRACTATVS OCTAVVS
DE
CONSECRATIONE EPISCOPORVM.

RESOLVTIO PRIMA.

An consecratio Episcoporum sit Ordo?
Et opinio negatiua affertur. Ex p. 12. tract. 1. Res. 1.

§. 1. MATERIA huius Tractatus non solùm Romæ, sed etiam vbiq; terrarum est satis practicabilis; ideo visum est ad communem vtilitatè, particularem de illa tractatum perficere, & varias difficultates circa illam hinc inde apud Auctores dispersas, simul magis latè, & clarè, non sine magno labore, in vnum disponere, & ideo ad dubium propositum negatiuè respondent aliqui, vt D. Thomas *in 4. dist. 24. q. 1. art. 1. quæst. 2.* cui adde D. Antonium *3. par. tit. 4. cap. 6.* S. Bonauenturam *in 3. distinct. 24. 2. part. tit. 2. quæst. 3.* Capreol. *ibid. distinct. 2. 5. q. 1. art. 1. ibid.* De zam *dist. 23. quæst. 2.* & Riccardum *ibid. art. 3. quæst. 3. ad prim.* & *art. 5. quæst. 2.* Bartholomæum à Ledesma *de Sacramento Ordinis, dub. 5. 8. 9.* & *10.* & *in dub. 5.* Sunt etiam eiusdem opinionis nonnulli Canonistæ Panormitanus *c. p. ex litteris de excessibus Prælatorum*, Turrecremata *in cap. Cleros distinct. 21. num. 16.* & *17.* Couarruuias *lib. 1. variar. resolut. cap. 10. num. 15.* & è Summistis Syluester *in verbo Ordo 1. q. 1. dub. 3.* apud Rosell. *Ordo 1. num. 4.* Tabiena *ver. Episcopus quæst. 8. punct... num. 3. ad finem*, Idem docet Sotus *in 4. distinct. 24. quæst. 2. art. 2.* Nugnus *in 3. part. tom. 2. quæst. 80. art. 5.* Candidus *tomo 4. disputatione 4. artic. 1. dubio 2.* & *alij* asserentes Episcopatum, provt superadditum Sacerdotio, esse Ordinem.

Sup. hoc proposito dubio in to. 5. tr. 3. Res. 2. à lin. 1 & hic inf. in duabus Res. seqq.

2. Probatur hæc opinio. Primò, quia Episcopatus, prout à simpliti Sacerdotio distinctus, non est potestas ad consecrandum, neque administrandum Sacerdoti consecranti. Secundò, quia aliàs essent octo Ordines Ecclesiastici. Tertiò, quia aliàs Episcopatus, vt distinctus à Sacerdotio, imprimeret peculiarem characterè. Quartò quia vnus Ordo non dependet ab alio, quantum ad necessitatem Sacramenti; ita quod non est necessarium

cessarium simpliciter susciperе priorem ad susceptionem posterioris: etenim si quis suscipiat Presbyteratum absque Ordine Diaconatus, verè ordinatur ad Sacerdotium, licet peccet, vt patet extra *de Clerico per saltum promoto*. At si quis ordinetur, seu consecretur in Episcopum sine Sacerdotio, nihil fit: ergo signum est quod Episcopatus non est Ordo per se distinctus à Sacerdotio, quia tunc sine aliis Ordinibus posset recipi, & tamen non recipitur. Quintò, Sacramentum Ordinis confertur in Sabbathis quatuor temporum, Episcopatus verò non nisi diebus Dominicis: ergo apparet non esse Ordinem propriè dictum, sicut alios septem, quia eodem tempore conferretur. Sextò, in tota Episcopi Consecratione nulla apparet forma, nec materia Sacramenti, siue spectes vnctiones, siue traditionem baculi, & impositionem mitræ, & alias cæremonias: ergo non est Sacramentum. Septimò, & hæc est efficacior ratio, quæ adduci possit. Communis, & antiqua traditio Ecclesiæ habet, quod sint tantum septem Ordines sacri Ecclesiastici: ergo Episcopatus non est Ordo sacer. Octauò, omnis Ordo sacer ordinatur ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum; hic enim est actus excellentissimus super omnes: at Ordo Episcopatus non ordinatur ad actum Eucharistiæ, ergo.

RESOL. II.

Opinio affirmatiua adducitur; & probatur Episcopatum esse verum Ordinem. Ex parte 12. tractat. 1. Resol. 2.

§. 1. His tamen non obstantibus, licet ego olim huic sententiæ adhæserim, tamen modò affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam tuentur communiter Neoterici, vt Isambertus *in 3. partem, tom. 3. de Sacramento Ordinis, disput. 1. art. 3.* Petrus Sotus *lect. 4. de Sacramento Ordinis*, Becanus *cap. 26. quæst. 3.* Tannerus *tom. 4. disput. 7. quæst. 2. dubitat. 1.* Vasquez *disput. 240. cap. 4.* Hurtadus *difficultate 7.* Gerunda *in Episcopo tom. 2. lib. 8 disput. 6. cap. 3. num. 4* Medina *lib. de Cœlibatu cap. 16.* Caietanus *tom. 1. opusculor. tract. 10.* Martinus Fornarius *cap. 1. de Ordine.* Bellarminus *lib. 1. de Sacramento Ordinis cap. 5.* Valentia *in 3. part. disp. 9 q. 1 punct. 4 § Secundum controuersum*, Emmanuel Sà *verb. Ordo, n. 7.* Gabriel Vasquez *tom. 3. in 3 p. d. sp. 240. cap. 3.* Ægidius Coninch. *de Sacram. disp. 20. dub. 2.* Tolet. *lib. 1. Summæ cap. 71.* Domitius Chimerota *tract. de Sacram. tract. 1. de Ordine sacro, cap. 1. dub. 3.* Paulus Layman. *Moral. Theologiæ, lib. 5. tract. 9. c. 7. in fine, & c. 4 n. 3.* Marchinus *de Sacram. Ordinis, tract. 1. p. 1. c. 11. n. 3.* & ex Canonistis Glossa *in Prooemio si verb. Episcopus*, Abbas *c. Aqua, de Consecratione Ecclesiæ*, & alij, tum hic, tum in *c. Cleros dist. 21. & in cap. perlectis dist. 25.* Nauar. *in Manual. c. 22. n. 18.* Cardinalis Tuschus *verb Ordo, conclus. 289. n. 10.* allegans Bartolum *in l. 1. § Si quis, ff. de appellat.* & ex Theologis veteribus Scotus *in 4. dist. 24. art. 2.* Durandus *quæst. 6. num. 8.* Maior Almayn. *eadem distinctione 24.* Altisiodor. *lib. 4. Summæ, cap. de Sacramento Ordinis.*

2. Probatur hæc opinio, primò ex sacris litteris 1. ad Timoth. *Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per Prophetam cum impositione manuum Presbyteri*, Et 2. ad Tim. 1. *Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Ex quo vtroque Scripturæ loco sic conficitur argumentum illud, quod ait ibi Apostolus se dedisse Timotheo *per manuum impositionem*, est quidam *Ordo Ecclesiasticus* propriè dictus, quia Trident. *sess. 23. cap. 3.* ex hoc vtroque loco probat Ordinem esse Sacramentum, & proinde id cui Tridentinum ait apud Apostolum ibi conuenire rationem Sacramenti, debet esse Ordo Ecclesiasticus propriè dictus; alias nulla, & vana esset talis probatio: atqui illud, quod Apostolus duobus illis locis ait se dedisse Timotheo *per manuum impositionem*, est dignitas Episcopalis, seu Episcopatus, vt interpretantur S. Chrysostomus *homil. 13. in prima Epistola ad Timotheum*, Theophylactus, S. Anselmus, & S. Thomas ad priorem locum: Igitur Episcopatus est quidam Ordo Ecclesiasticus propriè dictus. Similiter probatur ex eodem Tridentino *cap. 4.* vbi consecrationem Episcoporum vocat Ordinationem. Similiter ex eo, quod ibidem *Can. 6.* definit esse Hierarchiam in Ecclesia, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris: nam omnis, & quilibet gradus, seu status componens essentialiter Hierarchiam Ecclesiæ, est Ordo Ecclesiasticus propriè dictus: quia Hierarchia Ecclesiæ nihil est aliud quàm quædam subordinatio ministrorum Ecclesiæ, secundum quam alij aliis præficiuntur in administrandis rebus diuinis: atque Episcopatus ingreditur essentialiter tanquam nobilissimum quoddam membrum Hierarchicum Ecclesiæ, vt patet ex *cit. can. 6.* Ergo Episcopatus est Ordo Ecclesiasticus propriè dictus.

3. Probatur secundò ex Pontificibus, qui vocant Episcopatum Ordinem; sic Anacletus *epist. 3. cap. 1.* Caius Papa in enumeratione Ordinum illum recipit, dicitque duos esse Ordines Sacerdotum in Ecclesia, Maiorum scilicet, id est, Episcoporum, & Minorum, id est simplicium Sacerdotum, vide S. Epiphanium *hæresi 75.*

4. Probatur tertiò ex rationibus: Ordo enim propriè dictus, est potestas, seu gradus secundum quem alius est alio superior, vel inferior in ordine ad conficiendum Sacramentum Eucharistiæ in altari: atqui Episcopatus constituit hominem aliis Superiorem, etiam in ordine ad conficiendum Sacramentum altaris: nam etsi quatenùs condistinguitur à Presbyteratu, non ordinetur per se ad consecrandum Christi Domini Corpus, & eius Sanguinem, sed potestatem illud consecrandi supponat: nihilominùs tamen ordinatur ad illud, in quantum per huiusmodi gradum, ita homo aliis Superior constituitur, vt possit illis dare potestatem consecrandi Corpus, & Sanguinem Christi Domini in altari: quia proprium Episcoporum est generare, seu creare Sacerdotes, & hoc illis competit: ergo Episcopatus erit Ordo Ecclesiasticus propriissimè dictus. Maior habetur ex dictis, & confirmatur amplius ex eo, quod Trident. *sess. 23. cap. 2.* significet diuersos ministrorum Ordines, ideo fuisse in Ecclesia institutos, vt ex instituto inseruirent Sacerdotio: & proinde cùm dignitates, & officia gradus rectè definiantur per habitudinem ad proprios suos fines, sicut, & potentiæ per ordinem ad proprios suos actus, & obiecta, etiam Ordo Ecclesiasticus propriissimè dictus rectè definietur per respectum ad celebrationem, seu confectionem Corporis, & Sanguinis Christi Domini in altari, quæ propriè competit Sacerdoti. Deinde vbi est distincta materia, & distincta forma, ibi est distinctum Sacramentum: sed Ordinatio Episcopi habet distinctam formam à forma Sacerdotali, vt constat ex Pontificali, habet item distinctam materiam. Denique ab ipsa Ordinis definitione validum sumo argumentum. Ordo est signaculum quoddam per quod spiritualis potestas traditur ordinato: sed ordinatio Episcopi est signum sacrum, per quod ordinandi, & confirmandi potestas illi tribuitur: ergo ordinatio Episcopi est verus Ordo. Et tandem Concilium Tridentinum *sessione 23.*

cap.3. quam post docuit sacram ordinationem esse Sacramentum, id probat *ex cap.1.epist.2.ad Timotheum*, vbi de ordinatione Timothei in Episcopum Diuus Paulus agit: ex quo rectè colligitur Concilium velle ordinationem Episcopi esse verum ordinis Sacramentum.

5. Confirmatur hæc opinio auctoritate SS. Patrum, & primò S. Dionysius *cap. 5. Ecclesiastica Hierarchia.* describit tres Ordines sacros propriis eorum actibus, Pontificum, Sacerdotum, Diaconorum. S. Leo. *epist.* 84. *cap.* 4. dicit Subdiaconatum esse Ordinem quartum, Diaconatum tertium, Presbyteratum secundum, Episcopatum primum. Et *epist.* 81. *cap.* 1. Ordinationem Pauli, & Barnabæ, qua scilicet fuerunt consecrati Episcopi, *Act.* 13. benedictionis Sacramentum vocat S. Greg. *lib.* 4. *in* 1. *Reg. cap.* 5. Vnctionem eius, qui in culmine ponitur Sacramentum esse asserit: Gelasius *cap. Diaconos dist.* 93. Episcopatum, & Sacerdotium primos Ordines vocat. Concilium IV. Carthaginense, *cap.* 2. describit ordinationem Episcopi, sicut in sequentibus Presbyteri, Diaconi, & aliorum.

6. Nota, quod per hæc scripta inueni Ioannem Antonium Delphinum Theologum Franciscanum in illo erudito tractatu *de Ecclesia libro* 2. per plures paginas docere Episcopatum stricto modo non esse Ordinem, sed alij, vt supra visum est contrariam tenent sententiam quam etiam tuetur Franciscus Syluius *in Additionibus ad* 2. *part. quæst.* 40. *art.* 3.

RESOL. III.

Dissoluuntur argumenta adducta pro prima sententia. Ex p. 12. tr. 1. Res. 3.

§. 1. DIco igitur, quod Episcopatus, provt à simplici Sacerdotio distinctus, & ipsi superadditus, est gradus quidam, & potestas in Ecclesia Dei, ritu Ecclesiastico, & modo stabili collocata in ordine ad sacrificium Missæ, nempe ad efficiendos Sacerdotes potentes in Altari sacrificare, & alios ministros sacrificio Missæ deseruientes. Ergo verè, & strictè est ordo Ecclesiasticus. Ex quo patet responsio ad primam rationem aduersariorum. Ad secundam respondemus, quòd quamvis Episcopatus, provt à simplici sacerdotio distinctus sit ordo Ecclesiasticus; non tamen sunt octo ordines, quia vt sic distinctus, non est ordo totalis totaliter distinctus à simplici Sacerdotio, sed tantùm partialis ab ipso particulariter distinctus, quia ex Episcopatu, vt sic, & ex simplici Sacerdotio, integratur, & perficitur vnum Sacerdotium; quia Episcopatus, vt distinctus à simplici Sacerdotio, est ordo complens, & perficiens ordinem Sacerdotij, eo modo quo potestas absoluendi à peccatis superaddita potestati consecrandi, complet, & perficit simplex Sacerdotium: quia sicut potestas absoluendi, ita necessariò ex institutione Christi præsupponit potestatem consecrandi, vt hac non præsuppositâ, nequeat illa validè conferri? ita etiam potestas efficiendi Sacerdotes ita necessariò præsupponit ordinem, & potestatem simplicis Sacerdotij, vt hac non præsuppositâ, nequeat illa validè conferri; quia Episcopus est Sacerdos perfectus, fœcundus, & potens alios Sacerdotes creare; & ideò Episcopus comparatur cum simplici Sacerdote, sicut vir perfectus potens generare cum iuuene nondum potente.

2. Et ad tertiam eadem proportione respondemus, per Episcopatum imprimi characterem, partialiter distinctum à charactere Sacerdotis ad absoluendum à peccatis, & charactere ad consecrandum: ex quibus tribus, quasi ex partibus integrantibus, integratur vnus totalis character Sacerdotis perfecti, ita tamen vt character ad efficiendos Sacerdotes nequeat validè imprimi, non præsuppositis duobus primis; sicut neque character ad absoluendum, non præsuppositò charactere ad consecrandum, quamvis omnes hi tres possint imprimi absque characteribus inferiorum Ordinem. Et hæc omnia docet Ochagauia *de Sacram. tract. de Ordine, quæst.* 6. *num.* 6. *cum seqq.* Et post illum Hurtadus *tract. de Ordine, disp.* 3. cum aliis vbi suprà. Alias responsiones ad suptadicta argumenta, ex inferiùs adducendis inuenies.

RESOL. IV.

Quid dicendum de Patriarchatu, Archiepiscopatu, item de Cardinalatu, & Papatu?

Et explanatur, quod Ordo Episcoporum est quadripartitus; siue quatuor gradus habet, hi sunt Patriarchæ, Archiepiscopi, Metropolitani, & Episcopi, quod attinet ad Archiepiscopatum, & Patriarchatum, hi non sunt Ordine distincti ab Episcopatu.

Sed Cardinalatus non est Ordo Ecclesiasticus. Ex p. 12. tr. 1. Res. 4.

§. 1. REspondeo, Archiepiscopatum esse omninò eundem ordinem, ac Episcopatum; quia Archiepiscopus est verè Episcopus, nihil Ordinis habens supra Episcopum, sed aliquid tantùm superioritatis. Et idem est de Patriarchatu; quia Patriarcha est Episcopus, qui est Princeps Episcoporum, & Archiepiscoporum. Cardinalium verò non esse Ordinem Ecclesiasticum, quia non est potestas in ordine ad sacrificium Missæ, quamvis sit dignitas dignitate Episcopali superior quoad vniuersalitatem reginiis; quia Cardinalis suo consilio iuuat Pontificem ad regendam vniuersalem Ecclesiam. Sanctus in 4. dist. 24. q. 2. ar. 2. q. 2.

2. Dicendum est itaque, quod Ordo Episcoporum est quadripartitus, siue quatuor gradus habet: hi sunt Patriarchæ, Archiepiscopi, Metropolitani, & Episcopi, vide Granadum 1. *part. Decretal.* Hi gradus non distinguuntur intrinsecè ratione alicuius interioris potestatis, sed tantum extrinsecè, respectu facto ad Ecclesias, quas Episcopi regunt, & personas, quibus præsident, & præferuntur. Accipe quæ de iis ab Isidoro Hispal. *lib.* 7. *etym. cap.* 12. traduntur: Ordo (ait) Episcoporum quadripartitus est, ideſt, in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitis, atque Episcopis: Patriarcha, lingua Græca, Summus Patrum interpretatur, quia primum post Apostolorum tenet locum: & ideò quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus (cui adiungi debet modo Hierosolymitanus, & Constantinopolitanus) Archiepiscopus Græco interpretatur vocabulo, quod sit Summus Episcoporum, ideſt, Primas tenet enim vicem Apostolicam, & præsidet tam Metropolitanis, quàm cæteris Episcopis; Metropolitani autem, à mensura Ciuitatum vocantur; singulis enim prouinciis præminent, sine quibus nihil reliquis licèt agere Episcopis: Sollicitudo enim totius Prouinciæ Archiepiscopis commissa est. Hæc Isidorus.

3. Ex quibus quidem verbis constat Archiepiscopum, & Metropolitanum sola voce, & quodam respectu distingui: Dicuntur enim Archiepiscopi, qui vniuersitati Episcoporum in aliqua Regione præsident, siue Regio illa plures Prouincias, & diuersa etiam Regna contineat, siue vnam tantum Prouinciam; Metropolitanus autem, qui tantùm in vna Prouincia, in qua plures sunt Episcopi, præsidet, & ordinariè residet in

in Ciuitate principaliori, quæ à medio dicitur Metropolis, modo autem ista duo confunduntur,& proinde supponuntur. Et hæc omnia docet Marchant. *in Tribun. Sacram.tom.3. tract.7. tit.1. quæst.4.* Idem docet Villalobos *tom.1. tract.11. difficult.2. num.9.* [Tambien (ait) ay en la Iglesia Arçobispos, que se llaman Metropolitanos,que presiden a muchos Obispos, como se ve en la Iglesia,y consta del derecho,y ay Patriarcas, que se llaman Primados, que son superiores a los Arçobispos,como se ve tambien en derecho. Mas los destos non son verdaderamente Ordenes:y lo mismo se hade dezir del Papa,y assi quando se eligen, no le consagran de nuouo;que el ser Papa, es ser Obispo supremo, como dize Soto, y en sas Bullas se llama Obispo, y añade Soto, que los Cardenales no tien en orden de derecho diuino instituydo distinto del de los Sacerdotes,y Obispo,sino introduzido por derecho Pontificio:y llamanse Cardenales,esto es, principales, ora sean Obispos, ò Diaconos,y les pertenece la elecion del Summo Pontifice de derecho.] Merito igitur dixit Dicastillos *de Sacrament.tom.2. tract.6.d.sp.6. dub.4. num.43.* Quod attinet ad Archiepiscopatum, & Patriarchatum, & Papatum,hi non sunt Ordines distincti ab Episcopatu, quia Archiepiscopus, & idem est de reliquis, est mere Episcopus, nihil ordinis habens supra Episcopum, sed aliquid superioritatis in ordine ad regimen, & gubernationem. Itaque Archiepiscopus est quasi Princeps Episcoporum, & Patriarcha Princeps Archiepiscoporum, & Episcoporum,& Sũmus Pontifex omnium Patrum Pater. Ita Dicastillus cui adde Auersam *de Sacram. Ordinis,p.1.sect.9.* qui docet Papatum non esse specialem Ordinem, & Sacramentum, sed fuisse institutum à Christo, & primò collatum Petro, & institutum, vt deinceps iure ordinario in perpetuum retineretur per successorem vnius Pontificis post alium, cum amplissima potestate in totam Ecclesiam,omnésque Fideles; vt patet,& docent Doctores in Tractatu de Pontifice.

RESOL. V.

An consecratio Episcopalis sit verè Sacramentum? Et opinio negatiua adducitur. Ex part. 12. tractat.1. Res. 5.

§.1. ESt magna difficultas, an ordinatio Episcopi, vt distincta ab ordinatione Presbyteri, & ipsi superaddita, sit Sacramentum nouæ legis. Et negatiuè respondet D. Thomas *in 4. distinct. 24. q.3. art.2.quæst.2. ad 2.* vbi sic ait; [Ad secundum dicendum, quod Ordo secundus quod est Sacramentum imprimens characterem, ordinatur specialiter ad Sacramentum Eucharistiæ, in quo ipse Christus continetur, quia per characterem ipsi Christo configuramur. Et ideo, licèt detur Episcopo aliqua potestas spiritualis in sui promotione respectu aliquorum,non tamen illa potestas habet rationem characteris, & propter hoc Episcopatus non est Ordo, secundum quod Ordo est Sacramentum.] Ita Diuus Thomas; cui adde Richardum *in 4. distinct. 24. art.5. quæst.1.* Bonauent. *art.2. quæst.3.* Albert. *art.39.* Ferrarien. *4. contra Gentes,c.76.§.ad euidentiam Ledesmam in 4. 2. quæst.42.art.5.* Azor. *tom.2.l.3. cap.27. quæst.3.* optimè id comprobantem, & fideliter referentem omnes Summistas antiquos Angelum, & Syluestrum, Armillam, Tabienam, Rosellam; & alios, soluentem omnia facili negotio, quæ Iuris Canonici Interpretes obiiciunt. Dicendum est igitur secundùm Diuum Thomam Episcopatum non esse Ordinem Sacramẽtalem,sed esse Ordinem Hierarchicum,quatenus Ordo dicitur officium quoddam respectu quãrundam actionum sacrarum, & sic non imprimere characterem. Quare manifestum est supra Sacerdotium non esse Ordinem Episcopalem, qui sit Sacramentum;aliàs tota plenitudine Sacramenti Ordinis in Episcopali esset, & sic ista perfectior esset, quàm Sacerdotalis,quod omnino implicat, cùm nulla potestas creata ad præstãtiorem effectum ordinari possit, quàm Sacerdotalis, quæ primo, & per se ordinatur ad conuertendum panem in Corpus Christi,ad quem primò,& per se non ordinatur Episcopus,prout à Sacerdotali diuersa, sed ad aliquos actus, quibus ista accidentaliter condecoratur,& perficitur.

2.Probatur hæc opinio;nam Concilium Tridentinum *sess.23. can.2.* dogmaticè tractans de ordinibus, septem tantùm suis propriis nominibus proponit, nullam de Episcopatu mentionem faciens,manifestè sentiens non esse Ordinem Sacramentalem. Quod ex eo fit euidens,quia *can.3.*sequenti Ordinem quem diuiserat(in cuius diuisione non constituit Episcopatum)definit esse Sacramentum nouæ legis,quod confirmat *can.3.*ergo Episcopatus non intrat in Ordinis Sacramento, etsi in Hierarchica Ecclesiastica summum gradum dignitatis obtineat, aliàs si, vt Sacramentum, ordinatio Ministrorum non completur numero septenario. Et tandem probatur opinio Diui Thomæ,quia Sacramentum Eucharistiæ ex omnibus Sacramentis præstãtius de quo nullus Catholicus dubitare potest. Quod nõ obscurè colligitur ex Tridentino *sess.7.can.3.* & definiuit Alexander Papa *in Ep.1. Decret.* & refertur *in cap.nihil,de consecrat. distinct.2.* & sic Dionysius *cap.3. de Ecclesiast. Hierarchia,* appellat finem, & consummationem Sacramentorum, & omnium præstantissimum, vt ibi interpretantur Perionius,& sanctus Maxim. Pachimera *in suis Paraphrasibus,*& Corderius *in adnotat.illius cap.quos sequutus est S.Doctor. 2.part. quæst.65.art.3.* Quare Sacerdotium est apex,& consummatio Sacramenti Ordinis,in quo tota plenitudo Sacramenti Ordinis, reperitur: ergo nullus est Ordo, qui rationem Sacramenti sortiatur, qui non sit in Ordine ad Eucharistiam actualiter ministrandam,& conficiendam à Sacerdote;atque ita cùm Episcopatus non ordinetur ad ministrandum Sacerdoti,imò in ordine Hierarchico eius dignitas superior est,non est Ordo Sacramentalis. Prima consequentia patet,quia ratio Sacramenti dicitur de septem Ordinibus, sicut totum potestatiuum de suis partibus, cuius totius natura est, quod totum secundùm completam rationem est in vno;in aliis autem est aliqua ipsius participatio, atque ita cùm Sacerdotium non participet rationem Sacramenti ab aliis Ordinibus inferioribus, isti ab illo eam participant. Et hæc omnia, & alias raiones adducit doctus Pater Thom.Hurtad. *var.tom.2.tr.vlt. resolut.3. per totam.*

RESOL. VI.

Episcopatum esse Sacramentum demonstratur. Ex p.12. tr.1. Res.6.

§.1. VErùm ego puto Episcopatum esse Sacramentum verè,& propriè dictum; & ita præter Maiorem, Altisiodorensem,& alios veteres, tenet ex recentioribus Isambert *in 3.partem, tom. 3. de Sacramento Ordinis,disp.2.art.3.* vbi sic ait; *Probatur nostra propositio: Illud quod istis locis S.Paulus ait se contulisse Timotheo per manuum impositionem*: est aliquod Sacramentum nouæ legis propriissimè dictum.

Atqui id quod S. Paulus ait se contulisse Timotheo per manuum impositionem est Episcopatus: Igitur Episcopatus est Sacramentum aliquod nouæ legis propriissime dictum, sicque nostra propositio probatur: primum, ex sacris Litteris iuxta expositionem Concilij Oecumenici intellectis. Probatur secundo ex Patribus, qui dum vocant Ordinem Sacramentum sicut est Baptismus, ponunt exemplum de Episcopatu, vt S. Augustinus *c.3. contra Parmenianum.* Item ex iisdem Patribus, & Conciliis dicentibus ordinationem Episcopi pecunia emptam, esse Simoniacam, vt Chalcedonense relatum, S. Ambrosius *l. de dignit. Sacerdotali c.5.* & alij Patres, ex quibus fomatur hæc ratio: illud quod præcipuè sumptum non est beneficium, & in quo nihilominus potest committi Simonia propriè dicta, est Sacramentum propriè dictum, quia Simonia propriissimè dicta tantùm committitur in istis duobus, vt docent Theologi *secunda secundæ*, agendo de illa: atqui in ordinatione Episcopi præcisè sumpta, prout præscindit à beneficio, & quatenus dicit collationem nudæ, & simplicis potestatis conficiendi validè Sacramentum Confirmationis, & Ordinationis, & alia munia Episcopalia, potest committi Simonia propriissimè dicta, quia pro tali Ordinatione potest ex malitia, tàm eius qui ordinatur, quàm eius qui ordinat dari, & accipi pecunia pro tali potestate accipienda, & conferenda, vt patet ex citatis Patribus, & hæc potestas est quædam gratia, vt expressè docet Sanctus Ambrosius citatus, daturque à Deo tunc tanquam ministris tantùm, & instrumentis Dei, vt expressè habet S. Ambrosius ibi: ergo Episcopatus, seu Ordinatio in Episcopum est propriè Sacramentum aliquod nouæ legis. Tertiò probatur. Illud propriè Sacramentum aliquod nouæ legis, quod est signum aliquod à Christo Domino institutum practicum ex operato gratiæ sanctificantis in suscipiente non ponente obicem; atqui Ordinatio Episcopi est signum, quia habet manuum impositionem sensibiliter factam cum verbis exprimentibus potestatem, quæ in ea traditur, vt patet ex Pontificali, quando agitur de Ordinatione Episcopi: Est item institutum à Christo Domino, tum ex eo quod Episcopi dicuntur à S. Paulo *Actuum 20. positi à Spiritu Sancto regere Ecclesiam*: & hæc manuum impositio est practica gratiæ sanctificatis, quia nomine *gratiæ* Apostolus intelligit etiam gratiam sanctificantem, eiusque collationem tribuit suarum manuum impositionem factæ per Timotheum, vt notauimus ex isto loquendi modo *per impositionem manuum*: Igitur ipsa Ordinatio Episcopi est aliquod Sacramentum nouæ legis propriissimè dictum. Hactenus Isambertus Professor Regius in inclyto Musæo Sorbonico, cui adde ex eadem Sorbona etiam Professorem eruditissimum, & amicissimum Franciscum Hallier *de sacris Ordinationibus part. 2. art. 2. §. 2. num. 2.* Et Hurtadum *de Sacram. difficult. 7.* quia ait ille, *in Ordinatione Episcopi absolutè, & simpliciter confertur Spiritus Sanctus: ergo in ea confertur gratia sanctificans.* Consequentia probatur; quia Spiritus Sanctus non confertur simpliciter, nisi media gratia sanctificante. Antecedens autem constat tum ex Trid. *sess. 23 can. 4.* vbi generaliter dicitur per sacram Ordinationem conferri Spiritum sanctum, tum ex forma Ordinationis Episcopi, in qua ordinans dicit, *Accipe Spiritum sanctum.*

2. Itaque dicendum Episcopatum quatenus talem non solum esse Ordinem, sed Sacramentum. Ratio est quia Tridentinum *sess. 23. cap. 3.* definiens sacram Ordinationem Sacramentum esse, id probari *ex 1. ad Timoth. 4. & 2. ad Timoth. 1.* Neque aliundè ex Scriptura probare possumus. At in his locis expressè Paulus de Ordinatione Timothei in Episcopum loquutus est: ergo hæc Ordinatio Sacramentum est à Christo institutum. Secundò, Tridentinum colligè sacram Ordinationem Sacramentum esse; quia in ipsa Spiritus Sanctus confertur illis verbis in Episcopo dictis, *Accipite Spiritum sanctum*, quæ verba in consecratione Episcopi proferuntur: ergo Episcopi consecratio Sacramentum est. Tertiò Episcopus in sua consecratione accipit potestatem confirmandi, ordinandique Sacerdotes, quæ sunt potestates supernaturales, & diuinæ à Christo communicatæ, quas potestates, vt ritè Episcopus ministret, indiget gratia: ergo in earum collatione gratia debebat à Christo conferri.

RESOL. VII.

An Episcopatus sit ita verus Ordo, & Sacramentum, vt distinguatur à Sacerdotio, & nouum Ordinem, & Sacramentum constituat? Ex p. 12. tr. 1. Resol. 7.

§. 1. SAtis supra probatum est Episcopatum esse verum Ordinem, & Sacramentum; Nunc videndum est an distinguatur à Sacerdotio vndequaque. Sup. fuse tribuitur præsens hoc tibi aliunde notum.

2. Prima sententia affirmat Episcopatum, licet sit verus Ordo, & Sacramentum, non tamen esse distinctum à Sacerdotio, sed facere; & complere vnum cum illo Ordinem. Ita sentiunt, & loquuntur Durandus *in 4. dist. 24. quæst. 6.* Palud. *quæst. 7. Supplement.* Gabrielis *quæst. 1. art. 3. dub. 6.* Kellisonius hic *q. 40. art. 5.* Vasquez *distinct. 240.* Coninch. *disp. 20. dub. 2.* Becanus *cap. 16. quæst. 3.* Bellarm. *de Ordin. cap. 5.* Sanchez *cap. 1. dub. 9.* aliique vt plurimum, Caietanus etiam *tom. 1. Opusc. tract. 11.* affirmat Episcopatum esse Ordinem, & Sacramentum, non tamen distinctum à Sacerdotio. Et hanc sententiam tenent etiam Braunius *in Theo. Mor. tom. 1. tract. 7. q. 5.* Castro Palao *tom. 4. tract. 27. punct. 3. num. 3.* Leander *de Sacram. to. 2. tract. 6. disp. 1. q. 11.* qui citat Granadum, Gesualdum, Trullench, Dicastillium, Hurtadum, Henriquez, & alios asserentes Episcopatum esse verè Sacramentum, sed non debere dici vndequaque & omnino distinctum à Sacerdotio, nec constituere octauum Ordinem. Ratio est, quia Episcopatus est perfecta Sacerdotij plenitudo claudens in sua essentia Sacerdotium ipsum, ita vt sine illo consistere nequeat. Addo, quod sicut ex duplici potestate consecrandi, & absoluendi; vnicus sit Ordo Sacerdotalis; ita ex duplici potestate, nempe Sacerdotali & Episcopali resultat vnicum, integrum, & perfectum Sacerdotium: ex eo ergo quod Episcopatus sit à Christo institutus, & verum Ecclesiæ Sacramentum, verúmque ac distinctum characterem imprimat, non sequitur esse plusquam septem Ecclesiæ Sacramenta, cum non omnino à Sacerdotio distinguatur. Et ideo Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 6. disp. 1. dubitat. 3.* Sic ait, quod Episcopatus non est Ordo ita totalis totaliter distinctus à Sacerdotio, sed partialiter, & essentialiter supponens Sacerdotium, & censetur Ordo complens & perficiens Ordinem Sacerdotij, eo modo quo potestas absoluendi à peccatis superaddita potestati consecrandi complet, & perficit simplex Sacerdotium; quia sicut potestas absoluendi ita necessario ex institutione Christi præsupponit potestatem consecrãdi, vt hac non præsupposita nequeat illa validè conferri: ita etiam potestas efficiendi Sacerdotes necessariò præsupponit Ordinem, & potestatem simplicis Sacerdotij, qua non præsupposita non potest validè conferri, ita vt meritò Episcopus appelletur Sacerdos perfectus; & fœcundus, potens alios Sacerdotes creare? Et comparatur Episcopus cum simplici Sacerdote, sicuti vir in ætate perfecta potens

potens generare, cum iuuene nondum potente. Ita ille. Dicendum est igitur secundum hanc sententiam Episcopatum non esse Ordinem absolutè distinctum à Sacerdotali, sed vnum perfectum, & omnino completum cùm illo constituere, proptereáque Episcopum appellari Sacerdotem magnum: sicut enim homo cùm peruenit ad ætatem virilem, non dicitur nouus homo distinctus à seipso adolescente, sed idem in statu perfecto in quo possit alios sibi similes generare; ita Episcopus non affert Ordinem omnino condistinctum, sed perfectionem Ordinis Sacerdotalis, ratione cuius potest alios ordinare; seu sibi similes efficere in Ordine Sacerdotali. Vnde eleganter S. Epiphanius scribens contra Ætium, *Episcoporum*, inquit, *Ordo patrum generator est, patres enim generat Ecclesia: Presbiterorum verò Ordo, non potens generare patres*, &c. Hæc igitur est ratio, ob quam Episcopatus non constituit octauum. Ordinem.

RESOL. VIII.

Affertur opinio asserens Episcopatum absolutè distingui ab Ordine Sacerdotali. Ex part. 12. tr. 1. Res. 8.

§. 1. VErum non desunt Doctores absolutè, & simpliciter asserentes distingui Episcopatum à præuio Sacerdotio. Et ita inter alios docet Barbosa *de potestate Episc. p. 2. allegat. 1. n. 18.* qui plures plena manu adducit, quibus adde Campanilam *in diuers. Iuris Canonici, tit. 6. cap. 4. n. 4.* Caietanum, Nauarr. Petr. Soto, Ayala Couar. Torreblanca, Philibertam & communiter Canonistas pro viribus defendentes, Episcopatum octauum esse Ordinem; & ita obseruat Leander *de Sacram. tom. 2. tr. 6. disp. 1. q. 11.* Auersa *de Sacramento Ordinis, q. 1 sect 7.* Probatur quia quando aliquis titus se habet tanquam pars, vt perfectio cuiusdam Ordinis totalis, siue cuiusdam Sacramenti, solet, ac debet omnino simul moraliter adhiberi cum alia parte, nec debet vnquam confici vna pars absque alia. Sic in exemplo illo Ordinis Sacerdotalis, certè de iure diuino debet simul moraliter in eadem Ordinatione conferri potestas absoluendi cum potestate consecrandi. Et in Sacramento Extremæ Vnctionis debent coniunctim successiuè perfici omnes vnctiones quinque sensuum. Et in Sacramento Eucharistiæ debent coniunctim consecrari ambæ species panis, & vini: At Ordinatio alicuius in Episcopum potest, & solet fieri longo tempore, & annorum spatio post ordinationem illius in Sacerdotem, imò cùm tam multi sint Sacerdotes, paucis conceditur Episcopalis Ordinatio; atque ita vt plurimum remanet purum Sacerdotium: Non ergo se habet Episcopatus tanquam complementum & perfectio, siue tanquam pars vnius Ordinis, & Sacramenti totalis cum Sacerdotio: sed potius dici debet simpliciter Ordo distinctus. Item quando est vnum Sacramentum habens plures partes, non confert distinctum effectum gratiæ per vnam, & aliam partem, sed vnicum sibi adæquatum, vel in fine vltimæ partis; vel si confert in priori parte, non superaddit alium in parte, stante inquam eadem dispositione subiecti. Sic in Extrema Vnctione non confertur gratia per quinque partes, sed solum in vltima parte. Et in Sacramento Eucharistiæ qui communicat in vtraque specie, non recipit alium effectum gratiæ in specie Sanguinis præter eum quem receperat in specie Corporis; nisi inquam, interim melius disponatur; quia tunc per eandem quoque speciem Corporis quandiu perdurat, augebitur adhuc effectus gratiæ. At per se separatim in Ordinatione Episcopali confertur nouus effectus gratiæ præter illum qui collatus erat in Ordinatione Sacerdotali: ergo Episcopatus non se habet tanquam pars vnius Sacramenti cum Sacerdotio, sed simpliciter ab illo distinguitur. Huc vsque Pater Auersa. Sed circa præsentem difficultatem ne deseras videre Patrem Gerundam de Episcopo *tom. 2. l. 8. disp. 6. c. 3.* vbi latè fimat Sacramentum Confirmationis Episcopalis à Sacerdotio distingui; & Episcopatum esse verum, & proprium Ordinem, & Sacramentum, & distinctionem inter Sacramentum consecrationis Episcopalis, & Sacerdotalis esse iuris diuini.

RESOL. IX.

Iudicium de supradictis opinionibus.

Et asseritur certum esse non solum Episcopatum esse Ordinem, sed & verum Sacramentum. Ex part. 12. tr. 1. Resol. 9.

§. 1. VIdisti amice Lector; diuersitatē opinionum circa præsentem difficultatem. Ego quidem sententiam asserentem consecrationem Episcopalem, Episcopatum esse verum Ordinem, & Sacramentum libenter amplector: illam verò, quæ asserit non esse Ordinem, nec Sacramēntum distinctum à Sacerdotio, probabilem puto. Vnde Philippus Faber *in 4. sent. dist. 24. q. 1. c. 2. n. 43.* Sic ait; Propter rationes istas hæc opinio asserit Episcopatum non esse Ordinem sacrum diuersum à Sacerdotio, neque per illum imprimi characterem nouum in suscipiente, sed characterem Sacerdotalem extendi ad aliqua munera, & ad aliquos actus, ad quos non se extēdebat prius; qui actus sunt confirmare, & ordinare. Verum Auctores huius opinionis altercantur deinde inter se, an potestas ista, & gradus Episcopalis, seu characteris huius extensio sit delebilis à Papa deponente Episcopum. Scotus autem inquit hanc altercationē esse vanam, quia cùm ipsi negent Episcopatum esse Ordinem sacrum, sequitur necessariò esse delebilem talem gradum, & potestatem. Adducit rationem Scotus, quia omnis authoritas, quæ est in Ecclesia, est vel Ordinis, vel iurisdictionis, per Authores istos potestas Episcopalis non est potestas Ordinis: ergo est potestas iurisdictionis. At quæcumque potestas iurisdictionis per superiorem potest suspendi, vel totaliter tolli: ergo per Papam, qui est supremus Superior in Ecclesia, posset tolli potestas Episcopalis, ita quod si attentaret, non confirmaret, nec ordinaret, quod est falsum, & contra omnes. Propter hanc rationem Scotus videtur dissentire ab hac secunda opinione, & sentire cum Canonistis; quia certum est Episcopatus potestatem non posse tolli, nec in parte, nec in toto à Pontifice, ita quod si Episcopus attentet, non faciat, licèt faciendo peccaret: ergo videtur velle quod Episcopatus sit ordo. Vnde dicit etiam primam rationem pro hac secunda opinione, quæ est eius principale fundamentum, non concludere pro ipsa, sed potius esse pro prima opinione, quod probat sic. Ex ea ratione habetur quod Episcopatus concludit necessariò Ordinem Sacerdotij, vnde si non Sacerdos ordinetur in Episcopum nihil fit. Ad hoc concludit Episcopatum, non solum esse ordinem, sed esse simpliciter perfectiorem Ordinem quàm sit Sacerdotium Ratio est, quia includit intimius Sacerdotium, & alios Ordines, quam Sacerdotium alios Ordines: Nam Sacerdotium, potest conferri sine aliis Ordinibus, vt patet de Clerico per saltum promoto: Episcopatus autem non potest conferri sine Sacerdotio: ergo intimius includit Sacerdotium, & alios Ordines, quàm Sacerdotium, & sic

non solùm est Ordo, sed Ordo perfectior aliis ordinibus etiam Sacerdotio: Nihilominus Scotus non inhæret mordicus huic opinioni, sed inquit, *quidquid sit de ista controuersia de Episcopatu*, &c. & dat alium modum sustinendi sacros Ordines esse tantùm septem. Vnde videtur, problematicus, & dare modum sustinendi vtramque opinionem. Et hæc omnia docet Fabrus vbi suprà.

2. Sed, vt verum fatear, & obseruat Dicastillus *de Sacram. tom* 1. *tract.* 6. *disp.* 1. *dub.* 3. *n.* 30. hi Doctores non dicunt Episcopatum non esse Ordinem, sed non esse sacramentum (quidquid pro hac integra secunda sententia referat Azor. *tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 23. *q.* 3.) eandem sententiam sequitur Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 10. *num.* 15. Verum cùm prædicti Authores citati quærent etiam, vtrum Ordo sit Sacramentum, absolutè respondeant Ordinem esse Sacramentum, eo ipso, quod negent Episcopatum esse Sacramentum, videntur negare esse Ordinem, vel è contra. Eandem sententiam sequuntur, alij, quos refert Vasquez & Henriquez, Nugnus *ad* 3. *part. q.* 40. *art.* 5. Philiarchus *l.* 1. *cap.* 10. Reginaldus *lib.* 30. *tract.* 1. *n.* 5. qui ita negant Episcopatum loquendo propriè de Ordine, per quem confertur peculiaris potestas ad conficiendum Christi corpus, & ad sacrificandum, vt loquantur etiam de Ordine propriè distincto à Sacerdotio.

3. Itaque quidquid sit de mente horum Doctorum assero penes me certum esse non solum Episcopatum esse Ordinem, sed, & verum Sacramentum. Probatur iisdem rationibus quibus probatum fuit esse Ordinem. Nam in primis ex citatis illis verbis 1. *ad* Timoth. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per Prophetiam, cum impositione manuum presbyterij*, & 2. ad Timoth. 1. *Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manuum mearum*, colligitur sermonem esse de aliquo externo signo conferente gratiam; atque adeo de Sacramento Ordinationis; eam autem Ordinationem esse Episcopalem colligitur ex eo, quod sermo sit cum Timotheo, quem constat, & omnes concedunt tunc fuisse Episcopum. Deinde Concilium Trident. *sess.* 23. *c.* 3. ex eadem Scriptura indefinitè probauit Ordinationé sacram esse Sacramentum, & vnum ex septem nouæ Legis. Deinde *c.* 4. definit præter cæteros Ecclesiasticos gradus Episcopos, qui in Apostolorum locum peruenerũt ad hierarchicum Ordinem præcipuè pertinere: & *can.* 6. damnat asserentes non esse Hierarchiam in Ecclesia Catholica Ordinatione diuina institutam, quæ cõstat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris. Ratio verò nostræ, assertionis, si ad naturam rei recurramus à priori est volũtas, & institutio Christi, quæ nobis ex principiis prædictis innotescit: hæc enim semper sola ratio est in omnibus Sacramentis, cæteræ verò tantum congruentiæ esse possunt, nec tamen hæ deficiunt prò Episcopatu. Ratio verò congruentiæ, maximè in hoc Sacramento, est, quia per Episcopi Ordinationem confertur potestas quædam sacra, & singularis administrandi Sacramenta, Potestas, scilicet, ordinandi, & confirmandi, &c. quæ sine gratia rectè administrandi non possunt. Vnde cùm Christus in necessariis Ecclesiæ non defuerit, credendum non est huiusmodi potestatem, ita esse institutam, vt per illam gratia ex opere operato non conferatur, sed potius credi debet eum ritum conferentem ordinandi potestatem, Christum euexisse ad rationem Sacramenti, seu signi efficacis gratiæ; maximè cùm in ordinatione Episcopi conferatur Spiritus sanctus, & ordinans dicat: *Accipe Spiritum sanctum*: cum tamen Spiritus sanctus non conferatur simpliciter, nisi media gratia sanctificante, qui est effectus maximè primus, & proprius Spiritus sancti.

RESOL. X.

An opinio asserentium Episcopatum non esse Sacramentum mereatur aliqua censura inuri?
Et Angelus Doctor D. Thomas defenditur. Ex part. 12. tract. 1. Resol. 10.

§. 1. HIs discussis restat videre quid dicendum de sententia negantium Episcopatum esse Sacramentum. Patet Vasq. *tom.* 3. *in* 3. *partem disp.* 240. *cap.* 3. *n.* 36. sententiam hanc D. Thomæ improbat illis verbis, *Posteriorem partem nostræ sententiæ, scilicet, Sacramentum, & Ordinem esse, ita eam veram existimamus, vt sicut à nobis pronunciata est, sine graui nota hoc tempore negari non possit.* Et sanè Petrus de Soto *lib. de institut. Sacerdotum lect.* 4. *de Sacramento Ordinis*, §. *in aliis igitur*, expresè affirmat, *vt minimum certa fide credendum esse quemlibet horum duorum Ordinum* (sic enim ipse loquitur) *nempe Sacerdotium, & Episcopatum verum esse Sacramẽtum, & vero Sacramento tradi.* Michaël autem de Medina *lib.* 1. *de Sacrorum hominum continentia c.* 15. ita huic sententiæ adhæret, *vt oppositam hoc tempore periculosam existimet, & licèt ab Ecclesia expressè definita non sit, ex definitione tamen Concilij Tridentini non obscurè deducitur.* Hæc ille, cui addo Nauarrum *in Man. cap.* 22. *num.* 17. qui asserit se non scire, nec scire posse bona fide respondere ad locum Concilij *sess.* 23. *c.* 4. Ideò Turrianus *in Select. centur.* 3. *dub.* 85. sic ait Merito docet Vasquez iam hoc tempore non posse negari Episcopatum esse Sacramentum, sine graui nota, & licet non explicet censuram quam meretur opinio contraria; tamen mihi videtur non solum esse temerariam sententiam, sed errori proximam post Concilium. Ita ille vide etiam Auctam *de Sacrament. Ordinis q.* 1. *sect.* 6. §. *Dico Secundo, & Grundam de Episcopo tom.* 2. *disp.* 6. *cap.* 1. *n.* 6. & Nicolaum Isambert. *in* 3. *part. tom.* 3. *de Sacramento Ordinis disp.* 2. *art.* 2. sic asserentem; Communior tamen, & probabilior sententia est Altisiodorensis 4. *p. sua Summæ Maioris* 4. *sent. dist.* 24. & plurium aliorum, tam antiquiorum, quàm recentiorum, cum qua concludimus *Episcopatum esse Sacramentum verè, & propriè dictum.* Et hæc sententia post Concilium Trident. de tam certa inter Scholasticos, vt eius oppositа videatur erronea propter auctoritatem Concilij Tridentini explicantis sacras Scripturas primo articulo citatas pro Sacramento Ordinis. Ita Isambert. Mitius hanc sententiam tractat Doctor Franciscus Halier *de sacris Ordinationibus, p.* 2. *sect.* 2. *cap.* 1. *art.* 2. *n.* 6. vbi sic ait. Quod spectat ad Episcopatum, Albertus Magnus, Alensis SS. Thom. Bonauentura, Richardus, Dominicus Soto, & alij Catholici Doctores negant Episcopatum propriè dictum, esse Sacramentum: contra verò Altisiodorensis, Ioannes Maior, Durandus, Paludanus, Canonistæ, & recentiores Theologi pœnè omnes Episcopatum Sacramentum esse affirmant. Hanc autem affirmantem sententiam Bellarminus certissimam, Petrus Soto certa fide tenendam censent; Michaël de Medina contrariam huic sententiæ esse periculosam. Vasquez similiter quod huic sententiæ contrarium sit sine graui nota non posse tamen arbitrantur. Ego ita censeo certissimam habendam esse affirmantem eandem sententiã, nec antiquos Auctores, qui prò contraria sententia citantur, mihi videri omnino ei repugnasse, sed id fortè tantum defendisse, Episcopatum, nempè, non esse distinctum Ordinem, Episcopatum, & Sacramentum à Presbyteratu; quia tamen eorum auctoritas à recentioribus prætendi potest, nollem contrariam opinionem hæresis, aut erro-

ris

tis nota afficere, quamvis mihi falsa videatur. Ita ille.

2. Verùm supradictæ censuræ in sensu quo loquutus est D. Thomas, vt explicant Discipuli eius scholæ non procedunt, & propter reuerentiam debitam communi Magistro, ac Angelico Doctori D. Thom. ego assero eius sententiam tanquam probabilem admittere Marchinum *de Sacram. Ordinis, tract. 1. p. 1. c. 11. n. 3.* & Leandrum *de Sacram. tom. 2. tr. 6. disp. 1. q. 10.* licèt contrariam sententiam tanquam longè probabiliorem teneant. Imo nouissimè sententiam sancti Magistri absolutè tenent omnes eius Discipuli, quos referunt, & sequuntur Fr. Ioan. de S. Thoma *in disp. apologetica 2. de approbatione Doctrinæ S. Thomæ obiect. 6. p. 171.* & nouissimè Pater Thomas Hurtadus *variorum tom. 2. tract. olt. resol. 3. per totam*, cum Bonacina *tom. 1. de Sacram. disp. 8. qu. vnic. punct. 1. num. 3.* & nouissimè illam acriter tuetur Garzias *in summa, tract. 1. diffic. 1. dub. 9. num. 4.* sic asserens. [Respondeo pues à la duda, y digo, que no solo no es contra la fe afirmar que el Obispado no es Sacramento de Orden, sino que es muy prouable que no lo es. Assi lo sienten muchos Canonistas, y Theologos, y aun Marchino, con defender la parte contraria, tiene à esta por prouable; y aduierto, que todos estos Dotores, fuera los tres Santos, han escrito despues del Concilio Tridentino, para que se vea la poca razon que tuuo Luis de Torres en dexir lo que dixo. La razon potissima en fauor desta opinion es, porque en la Iglesia no ay sino siete Sacramentos, y siete Ordenes, y si fuesse el Obispado Orden, auria ocho Ordenes: luego auemos de dexir que no es en rigor Sacramento. Responden los contrarios, que el Obispado es verdadero Sacramento de Orden, pero no distinto del Sacerdotio, sino que haze vn cuerpo con el; però esto tiene su dificultad, porque si el Obispado tiene differente materia, y forma del Sacerdotio, e independente del, como puede venir à ser vna cosa con el? Lo segundo porque el poder que se da de Orden, es en orden ad conficiendam vel administrandam Eucharistiam, y en esto no tiene mas poder el Obispo, que otro qualquier Sacerdote simple, luego el Obispado no es Orden. Verdad es, que los que defienden esta segunda opinion tambien dizen, que en la recepcion del Obispado se halla cosa que tiene vez de materia, y vez de forma, y que se da caracter; esto es, que se estiende el caracter Sacerdotal al Obispal, y que el caracter Obispal viene à perficionar el Sacerdotal, y assi creo que esse punto tiene mucho de question de nomine, y que solo ay encuentro en el modo de esplicarla, si bien ay encuentro conocido en si se da gracia ex opere operato, ò no.] Et sententiam Diui Thomæ ex Societate Iesu præter Henriquez, tenet Reginaldus *tom. 2. l. 30. tract. 1. num. 5.* & Comitolus *lib. 1. disp. 48. num. 11.* sed extra difficultatem essemus, si vera esset opinio Ioannis Biescas *in Apologia pro doctrina* S. Thomæ *tom. 1. quæst. 11. art. 4. dub. 5. propos. 6. pag. 74.* in qua tradit D. Thomam verè sensisse ordinationem Episcopi esse ordinationem sacram, & Ordinem sacrum, & verum Sacramentum. Sed hic pro curiosis, & Diui Thomæ doctrinæ adductis non deferam etiam apponere verba Franciſci Syluij *in 3. p. q. 40. art. 5. concl. 2.* vbi docens sententiam asserentem Episcopatum esse Ordinem, & propriè Sacramentum nouæ legis, sic ait: Hanc sententiam tradunt communiter, & vt nobis videtur S. Thomas, nam in Opusculo de perfectione vitæ spiritualis cap. 24. sic habet. [Quod quartò proponitur quod Episcopatus non est Ordo, hoc manifestè continet falsitatem, si absolutè intelligatur, & postea. Quod autem habeat aliquem Ordinem, non iurisdictionem solam, sicut Archidiaconus, vel Curatus presbyter, patet ex hoc quod Episcopus potest multa facere quæ non potest committere sicut confirmare, ordinare, &c. & scribens *in 2. ad Timoth. cap. 1.* dicit quod in ea manuum impositione, qua Timotheus erat ordinatus Episcopus, data fuerit ei gratia Spiritus sancti. Dicimus ergo probabiliora esse quæ scripsit posterius, quàm quæ in 4. fuerat commentatus. Hæc Syluius; & post illum Mercerus *de Sacram. quæst. 40. art. 5.* Et hæc dicta sufficiant in defensionem sententiæ Angelici Doctoris D. Thomæ quam eius inclyti Discipuli doctè, vt semper solent, propugnabunt, vel explicabunt clarius.

RESOL. XI.

Respondetur ad illud argumentum, si Consecratio Episcopi est verus Ordo, & verum Sacramentum, ergo non septem, sed octo sunt Ordines, & Sacramenta? Ex p. 12. tr. 1. Res. 11.

§. 1. HOc argumentum magnam vim affert aliquibus, sed ad ipsum respondet Gerunda *de Episcop. tom. 2. lib. 8. disp. 6. cap. 4. num. 3.* qui citat Alti siodorensem, Durandum, Paludanum, Valdensem, Caietanum, Michaëlem Medinam, Petrum Sotum, & Nauarrum, quibus adde ex Neotericis Gregorium de Valentia *tom. 4. disp. 9. q. 1. punct. 11. in fine*, vbi ait; Dico tertiò, absolutè tamen loquendo esse octo Ordines propriè dictos, nempè Episcopatum, & illos septem, vt rectissime loquuntur Authores quartæ opinionis. Nec certè hoc negari potest, vt antea notauimus. Patet ex Concilio Tridentino *sess. 23 cap. 4.* Cui, quod attinet ad Episcopatum rectè vbi supra dicit Nauarrus, se non scire, nec posse bona fide respondere. Item id patet ex *cap. decernimus 28. dist.* & *cap. 1. dist. 32.* vbi satis apertè indicatur, Episcopatum esse etiam sacrum Ordinem, sicut Ordinem Presbyterorum, & Diaconorum, & Subdiaconorum, vt rectè etiam de dicto *cap. 1. Glossa explicat.* Ita Valentia. Sed hanc sententiam tanquam temerariam damnat Villalobos *in Summa tom. 1. tract. 11. difficult. 2. num. 4.* [Que el Obispado sea Orden, hablando latamente, colegese del Concil. Trident. donde dixe, (Declarat Sancta Synodus, præter cæteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc Hierarchicum Ordinem præcipuè pertinere.) Mas que de hecho de verdad no sea Orden, es de Santo Thomas. Y Fray B. de Lesma dize, que es comun de los Santos, y Concilios. Por lo menos es temerario dizir, que la primera tonsura, y el Obispado son Ordines en la Iglesia.]

2. Sed quia ego libenter abstineo à censuris operationum, dico quod Pater Auersa *de Sacram. Ordin. quæst. 4. sect. 7.* respondens ad argumentum adductum sic asserit: Ad fundamentum alterius sententiæ dici posset non oportere ab initio distinguere septem tantùm Ordines, sed benè posse distingui octo: at potest adhuc optimè retineri, vt ab initio dicantur septem quidem ordines; inter quos septimus, vltimus, ac supremus dicatur Ordo Sacerdotij. Sed tamen hoc nomen amplè sumatur, nempè pro potestate conficiendi, & conferendi validè illa Sacramenta, quæ requirunt ministrum consecratum. Ac deinde hoc tanquam genus diuidatur in duas species videlicet in duos gradus Sacerdotij; vnum ad conficienda Sacramenta Eucharistiæ, Absolutionis, & Extremæ-Vnctionis; alterum ad Sacramenta Confirmationis, & Ordinationis. Et vni quidem relictum est idem commune nomen Sacerdotij, alteri attributum est proprium nomen Episcopatus. Sic Anacletus Papa dicebat, bi-

partitum esse Ordinem Sacerdotum,& duos esse Ordines Sacerdotum, idque ex institutione Domini: Et Pelagius Papa dicebat, hos esse duos primos Ordines. Ita Auersa.

3. Itaque assero cum Isamberto *in 3. part. tom. 3. de Sacramento Ordinis, disp. 1. art. 3.* Patres; & Concilia enumerando tantum septem Ordines, comprehendere Episcopatum sub sacerdotio, ad eum modum quo enumerando septem tantùm Sacramenta nouæ legis, comprehendunt sub nomine *Ordinis* omnes illos singulos Ordines, qui sibi vendicant rationem Sacramenti: nam quemadmodum in ista enumeratione ita numerant Ordinem pro vno Sacramento, quatenus sumunt illud genericè, vt tamen rationem Sacramenti non denegent membris sub isto genere contentis: pari etiam iure quando in enumeratione Ordinum censent tantùm Presbyteratum, seu sacerdotium, recensent illud, quatenus sumitur genericè, & provt diuiditur in duas species, quarum vna est simplex Presbyteratus, & altera Episcopatus: nam Patres supra citati distinguunt duos Ordines sacerdotum, scilicet, maiorum, & minorum, quod non potest intelligi nisi de Ordine simplicium sacerdotum, & ordine Episcoporum. Et tandem Syluius *in 3. part. q 4. art. 5. concluſ. 2.* sic ait. Sub sacerdotio includitur Episcopatus, qui propterea non facit numerum cum illis: est enim sacerdotium Ordo genere vnus, sub quo continentur duæ species, scilicet Presbyteratus communiter dictus; & Episcopatus. Si quis tamen Episcopatum incompletè accipiat provt à sacerdotio distinguitur; non malè concedet esse octo Ordines. Quod autem communiter nominentur septem, accidit ex eo quod sermo fiat de ordinibus quibus communes ministri ordinantur, qualis non est Episcopus. Ita Syluius.

4. Concludo itaque cum Martino. *de Sacrament. tom. 2. disput. 66. sect. 3. num. 31.* Soto *in 4. distinct. 24. quæst. 1. art. 3.* Maiore ibid. *quæst. 1. §. 3.* Almaino *quæst. vnica, art. 3.* Vasquez *disp. 238. cap. 3. num. 26.* Bellarminus *lib. de Ordine, cap. 8. in fin.* & Ægid. Coninch. *disput. 20. dub. 6. num. 51.* Sacramentum Ordinis esse vnum, non specie atoma, sed subalterna, & generica: vel esse vnum totale constitutum ex multis partialibus coordinatis. Diuiditur enim in plures species, quæ vnum totale Sacramentum Ordinis coordinatione quadam constituunt, quatenus pertinent ad constituendum perfectum Ecclesiæ ministrum: quemadmodum multi habitus partiales, propter quandam coordinationem, & habitudinem ad vnum obiectum totale constituunt vnam totalem scientiam. Quod autem dicitur septem tantùm esse Sacramenta, non est intelligendum de specie infima, sed vel infima, vel subalterna: eadem ratione qua dicuntur esse quatuor virtutes Cardinales, quæ sub se plures diuersas species continent.

RESOL. XII.

De materia consecrationis Episcopalis.

Et prima Isamberti & aliorum opinio affertur. Ex p. 12. tr. 1. Res. 12.

Sup. in omnibus vndecim præcedentib. Res. huius tract.

§. 1. DIligenter, ni fallor, satis supra probatum est Episcopalem consecrationem non solum esse Ordinem, sed Sacramentum; nunc tractandum venit de eius materia & forma. Et quidem fateor in nullo Sacramento tantas tricas, & contractus inueniri, ac diuersitates opinionum; vt in consecratione Episcopali, & ideo ego non sine magno labore in gratiam Lectorum præsentem difficultatem pertractabo. Pro qua suppono Consecrationis Episcopalis ritus in Pontificali Romano esse sequentes.

2. Primò, Euangeliorum liber apertus, quia à Consecratore, & ab assistentibus Episcopis imponitur super ceruicem, & scapulas electi; ac mox ijdem ambabus manibus caput consecrandi tangunt, dicentes; *Accipe Spiritum sanctum.*

3. Secundò, Consecrator pollicem suum dextrum intingit in sanctum Chrisma, & caput electi inungit, formans primò signum Crucis per totam Coronam, deinde reliquum coronæ liniendo, interim dicens: *Vngatur, & consecretur caput tuum cœlesti benedictione in ordine Pontificali*, & mox producens manu dextra, tertiò signum Crucis super caput electi, dicit; *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

4. Tertiò, Manus ambas iunctas Chrismate vngit, dicens; *Vngantur manus istæ de Oleo sanctificato, & Chrismate sanctificationis, sicut vnxit Samuël, Dauid Regem & Prophetam; ita vngantur, & consecrentur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

5. Quartò, baculum Pastoralem benedictum consecrato tradit, dicens; *Accipe baculum Pastoralis Officij, vt sis in corrigendis vitijs pie sauiens, inducium sine ira tenens, in fouendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate seueritatis censuram non deserens.*

6. Quintò, Annulum dexteræ manui consecrati immittit, dicens; *Accipe Annulum fidei, scilicet, signaculum quatenus sponsam Dei, Sanctam, videlicet, Ecclesiam, intemerata Fide ordinatus illibatè custodias.*

7. Sextò, Accipit librum Euangeliorum de scapulis consecrati, & adiuuantibus Episcopis assistentibus, tradit eum clausum consecrato tangenti illum, sine apertione manuum, dicens: *Accipe Euangelium, & vade, prædica populo tibi commisso; potens est enim Deus, vt augeat gratiam tuam, qui viuit & regnat cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.*

8. Septimò, Dato pacis osculo, Mitram benedictam, & aqua lustrali aspersam, adiuuantibus Episcopis assistentibus, imponit capiti Consecrati, dicens: *Imponimus, Domine, capiti huius Antistitis, & Agonistæ tui galeam munitionis & salutis, quatenus decorata facie, & armato capite cornibus vtriusque testamenti terribilis appareat aduersarijs veritatis.*

9. Octauò, Chirothecas eadem ratione imponit manibus Consecrati, dicens: *Circunda, Domine, manus huius ministri tui munditia noui hominis, qui de cælo descendit.*

10. Ex his ritibus Michaël Medina *lib. 1. de contin. cap. 17.* significat omnes septem priores ritus, omisso postremo, pertinere ad substantiam ordinis Episcopalis. Durandus *lib. 2. Ration. cap. 11.* sex requirit, cum ait, singula autem, dum singulis verbis traduntur, & fiunt. Quæ verba, & capitis, & manuum vnctio, & pollicum, consignatio Baculi, & Annuli, & Euangelij traditio sunt huius substantia Sacramenti; cætera solemnitatis sunt.

11. Hoc supposito, Prima opinio est Nicolai Isamberti *in 3. part. D. Thom. tom. 3. de Sacramento Ordinis, disp. 3. art. 4.* vbi sic ait; Materia ordinationis Episcopalis, provt adæquatè consideratur, est triplex partialis, triplex item forma partialis triplici partiali materiæ correspondens. Prima materia partialis, est impositio manuum trium Episcoporum super caput eius qui ordinatur in Episcopum: forma ei correspondens sunt hæc verba, quæ tunc tres illi Episcopi simul proferunt, *Accipe Spiritum sanctum.* Secunda partialis materia est vnctio capitis, & manuum electi in Episcopum per consecratorem Episcopum. Partialis forma ei correspondens sunt verba quæ Epis-

copus

copus consecrator tunc profert, scilicet; *ungatur, & consecretur caput tuum cœlesti benedictione in ordine Pontificali in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Item, *ungantur manus istæ de Oleo sanctificato, & Chrismate sanctificationis, sicut unxit Samuel Dauid Regem, & Prophetam: ita ungantur, & consecrentur in nomine Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Tertia, & vltima partialis materia est traditio baculi Pastoralis, Annuli, & libri Euangeliorum: Forma ei correspondens sunt verba, quæ inter tradendum ista instrumenta Episcopus consecrator profert. Hucvsque Isambertus cui alterum Theologum Gallum subiungo, nempè Ludouicum Abelly in Medulla Theologica *tom.2. cap.7. de Sacramento Ordinis, sect.2.* qui sic asserit; Triplicem esse materiam partialem Episcopatus: triplicem item formam partialem: Prima illius materia partialis est impositio manuum à tribus Episcopis facta super caput illius, qui in Episcopum ordinatur: forma ei correspondens sunt hæc verba ab illis tribus simul prolata, *Accipe Spiritum sanctum.* Secunda materia partialis est vnctio capitis, & manuum ipsius electi in Episcopum facta per consecratorem Episcopum: forma ei respondens sunt verba quæ in ipsa vnctione ab Episcopo consecratore proferuntur. Tertia denique partialis materia est traditio baculi Pastoralis, Annuli, & libri Euangeliorum: forma ei respondens sunt verba, quæ in ipsa traditione consecrator Episcopus profert. Vasquesius quidem cum quibusdam aliis Theologis, quos citat, existimat materiam Episcopalis Ordinationis in sola manuum impositione à tribus Episcopis facta; formam item in solis verbis, quæ tunc ab illis proferuntur; obseruatque paucos admodum Theologos scripsisse de materia, & forma Episcopalis Ordinationis: nihilominus probabilior est, & in praxi tenenda sententia in assertione nostra explicata. Ita Abelly. Hanc sententiam tenet etiam Ioan. Pontius *in Cursu Theologico disp.48. quæst.2. concl.8. num.15.* Vide etiam Michaëlem Medinam *lib.1. de Contin. c.7.* & Guillelmum Durandum *lib.2.* Rationalis officiorum.

RESOL. XIII.

Adducitur secunda, tertia, & quarta sententia Fornarij, Sylnij, & Merceri. Ex part.12. tract.1. Resol.13.

§.1. SEcunda sententia est Martini Fornarij *de Sacram. Ordin. cap.1.* qui requirit solum manus impositionem, libri Euangeliorum traditionem, & capitis vnctionem. Tertia sententia est Francisci Sylnij Professoris Regij *in Academia Duacena in 3.part. quæst.40. art.5. conclus.2.* sic asserentis; Materia est Chrismatica vnctio manuum: forma verba quæ tunc profert consecrans, *ungantur manus istæ*, &c. Vnde toto præcedenti tempore semper vocatur in Pontificali, Electus, postquam verò verba ad istam vnctionem prolata sunt, Consecratus appellatur. Confert Innocentium III. *cap.cum venisset de sacra vnctione.* Ita ille.

2. Quarta sententia est Guillielmi Merceri, etiam Professoris Regij, *in Academia Louaniensi de Sacrament. q.4. art.3.* vbi sic asserit: Pro materia quoque habet Chrismaticam capitis, & manuum vnctionem: pro forma verba quæ tunc profert consecrans; *Vngantur manus istæ*, &c. vt significat Innocentius III. *cap.cum venisset de sacra Vnctione.* Et colligitur ex eo quod toto tempore præcedenti in Pontificali appelletur, Electus, postea verò, Consecratus. Materia quoque altera est manuum impositio, & forma altera, *Accipe Spiritum sanctum*, &c. Minister denique est principalis quidem Episcopus ille qui in Pontificali vocatur consecrator, secundarij verò alij duo assistentes. Hæc Mercerus.

RESOL. XIV.

Proponitur quinta sententia Doctoris Hallier. Ex p.12. tr.1. Res.14.

§.1. ERuditus, & amicissimus Franciscus Hallier Professor Regius *in Academia Sorbonica de sacris Electionibus part.2. sect.7. cap.2. §.13. num.29.* putat probabile non solam manuum impositionem, verùm etiam traditionem libri Euangeliorum in manus Episcopi consecrandi, cum iis verbis; *Accipe Euangelium, & vade, prædica populo*, &c. esse alteram materiam partialem Episcopalis Ordinis. Primò, quia Concilium Florentinum ex prædictis decernit materiam Sacramenti Ordinis esse illud, per cuius traditionem Ordo innuens in omnibus ordinationibus esse aliquid, quod tradatur, quod quidem Ordinis materiam esse dixit: nihil autem est quod in Episcopi consecratione tradatur, præterquam liber iste Euangeliorum. Secundò, quia Pontificale Romanum, Episcopum, cui manus impositæ fuerunt, vocat adhuc *Electum*, nondum autem *Consecratum* eum appellat, nisi postquam liber Euangeliorum hac prolata verborum, quæ ibidem recitatur, forma, ipsi in manus traditus fuerit. Tertiò, quia principale officium Episcopi, putà prædicandi munus, Euangeliorum libros, & prædictis verbis egregiè innotescit: Quare cùm materiæ, & formæ ordinis, saltem partiales, ea sunt, quæ præcipuum vniuscuiusque Ordinis officium indicant, porrectio libri Euangeliorum erit altera materia partialis Ordinis Episcopalis, & verba simul cum ea porrectione prolata erunt forma. Quartò, quia non est potior ratio, cur porrectio calicis cum vino, & patenæ cum pane sint materia Presbyteratus, porrectio libri Euangeliorum materia Diaconatus, & sic de cæteris ordinibus, quàm porrectio libri Euangeliorum materia Episcopatus: atqui Florentinum expresè prædictas materias Presbyteratus, & Diaconatus assignat: videtur itaque pro materia quoque partiali Episcopatus traditio libri Euangeliorum esse statuenda. Obijcies tamen primò, materiam eam non esse Ordinationis, ad quam non concurrunt, qui sunt eiusdem Ordinationis ministri: at non solùm Episcopus, qui principalis auctor est consecrationis Antistitis electi: sed alij duo ad minus Episcopi, qui cum eo consecrant sunt ministri Ordinationis Episcopalis, si ea ex communi sententia, in qua tres saltem Episcopi non adfuerint consecrantes, nulla est: cùm ergo solus Episcopus principaliter consecrans librum Euangeliorum tradat, & prædicta verba proferat, non videtur porrectio libri Euangeliorum esse materia Ordinationis, nec prædicta verba esse forma. Secundò, quia si impositio manuum est materia Ordinationis, eaque adeo efficax, vt gratiam producat, ne frustra videatur Episcopus dicere; *Accipe Spiritum sanctum*, quod ex Tridentino docuimus; certè peracta illa manus impositione videtur perfectum esse Sacramentum: nam Sacramentum gratiam non producit, nisi perfectum, proindéque sequens libri Euangeliorum traditio gratiam non conferet. Confirmatur, nam manus impositio gratiam producit, vt Scriptura sacra, Patres, ac Concilia superius innuunt: vel ergo collatio libri Euangeliorum producit gratiam, vel non: si producit: bis ergo gratia Episcopalis Ordinis, non autem semel confertur, quod

Sup. omnibus seqq. abhinc vsque in finé huius Res. ad literam inf. in Res.12. à lin.9. & §. sed difficile.

quod gratis,& sine fundamento dicitur: si non producit, nulla ratio videtur suadere hanc esse partem, aut materiam Sacramenti; quippè cum materiæ cuiuscumque Sacramenti v. g. aquæ in Baptismo, Olei in confirmatione, & sic de cæteris, gratiæ productio tribuatur. Respondemus ad primum quidem argumentum, satis esse ne qui principem in consecratione Episcopi locum tenet, solus ministet consecrationis istius dicatur, & vt alij etiam cum eo ministri censeantur, quod ad aliquam eius partialem materiam, ac partialem formam concurrant, licet non ad singulas partiales materias cooperentur: Quare cum Episcopi omnes manus capiti Antistitis consecrandi imponant, simulque dicant cum consecratore hæc verba, *Accipe Spiritum sanctum*, consecrationis ministri dici poterunt, quamvis qui inter eos simpliciter dicitur in Pontificali Romano consecrator, hanc prærogatiuam obtineat, quod, & ad impositionem manuum ipse cum cæteris, & ad porrectionem libri Euangeliorum solus ipse agat, quem proinde solum ad validam & ratam ordinationem necessariò requiri, longè probabilius esse posteà dicemus. Secundo argumento respondemus vtrumque esse probabile, & quo manus impositio non statim producat gratiam, nisi postquam porrectus est liber Euangeliorum, quo porrecto, tam gratia, quam character Episcopalis (siue nouus sit, siue extentio Presbyteralis) producantur vi non solum impositionis manuum, verùm etiam porrectionis libri Euangeliorum. Nam qui parum temporis fluit inter applicatam vtramque istam materiam, priori effectus rectè tribuitur, etsi, non nisi posteriore secuta, producatur; eo modo quo si trina immersione Baptismus conferatur, non vltimæ tantùm immersioni, verùm etiam primæ tribuetur gratia Baptismalis, quamvis non nisi post vltima producta sit: potest etiam è contrario dici, quod per impositionem manuum producatur gratia Episcopalis, & postea per porrectionem libri Euangeliorum, potestas ordinis Episcopalis, seu character conferatur, adeò vt nempè producatur per vnam materiam partialem gratia, tanquam dispositio ad diuinam potestatem Episcopi ritè consequendam: per alteram verò partialem materiam potestas illa dispositæ iam animæ ordinandi imprimatur: eo modo quo probabile est partiales gratias per impositionem Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus Panis, & Vini, producit & partialibus vnctionibus, quæ in Extrema vnctione adhibentur, peculiaria annexa esse auxilia contra peculiaria vitia, quæ singulis sensibus insident, & ab iis speciatim oriuntur, ac fouentur. Quod si in eodem Sacramento non censetur absurdum effectus gratiæ partiti, multo minus absurdum videbitur in eodem Sacramento Episcopatus; sic distinguere eius effectus, vt per vnam materiam gratia, per alteram partialem character, seu potestas Episcopalis conferatur; quod enim dicitur Sacramentum non conferre gratiam nisi perfectum, hoc licet verum sit in Sacramentis vnicam habentibus materiam; at non in iis, quæ duplicem materiam obtinent partialem. Huc vsque Hallier.

RESOL. XV.

Affertur sexta sententia Patris Dicastilli. Ex part. 12. tr. 1. Res. 15.

§. 1. SExtam sententiam ex Fumo, Diuo Antonino, & aliis adducit, & sequitur P. Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 1. disput. 2. dub. 9. num. 126.* vbi probat consecrationis Episcopalis materiam esse manuum impositionem, & simul impositionem libri super ceruicem, & scapulas Electi. Dicendum est igitur non esse necessarium ad rationem Sacramenti, vt totam materiam adhibeat ille, qui minister est, iuxta sententiam Vasquij. Ac proinde etiamsi aliqua pars materiæ adhibeatur ab alio, qui non sit minister, & etiamsi pars illa materiæ necessaria sit ad Sacramentum, posse per illam adhibitionem partis materiæ à non ministro, confici Sacramentum. Vnde in nostro casu dici etiam posset, habitionem (vt sic dicam) libri Euangeliorum supra caput consecrandi, esse partem materiæ necessariam simul cum manuum impositione, siue ea libri habitio proueniat ab alio Episcopo, siue Sacerdote, siue Diacono; itavt nec impositio libri sine manuum impositione, neque hæc impositio sine illa sit sufficiens materia, sed vtraque simul; & ea ratione potuisse institui huiusmodi Sacramentum nemo potest dubitare. Quod autem sic de facto institutum sit, colligimus ex eo, quòd ea sit magis communis sententia in Schola, & fundata in vsu Ecclesiæ adhibentis librum, non solum, quæ explicatur in Conc. Carthaginen. IV. sed etiam ab antiquis Patribus primitiuæ Ecclesiæ recepta, & tradita consuetudine, vt ex Dionysio Apostolorum discipulo constat, & latè probat Turrianus ad citata loca Clementis Romani, *maximè lib. 8. Constitutionum, cap. 4. & lib. 2. pro Epistolis Pontificum, cap. 21.* post medium. Quod autem ea impositio non necessariò fieri debeat ab Episcopis consecrantibus, constat ex vsu moderno Ecclesiæ in Pontificis Romani Clementis VIII. iussum edito.

RESOL. XVI.

Exhibetur septima, & vltima sententia Vasquez, Bellarmini, & aliorum. Ex p. 12. tr. 1. Res. 16.

§. 1. SEntentiam vltimam sustinet, & probat Vasquez *disp. 140. cap. 5. num. 58.* Bellarminus *lib. 1. de Sacrament. Ordinis, cap. 9.* Coninch. *disp. 20. dub. 7. concl. 1.* Henriquez *l. 10. c. 7. num. 3.* Bernal *de Sacram. disp. 47. sect. 6. num. 14.* Layman *de Sacramento Ordinis, cap. 5.* Petrus Sotus *de Sacrament. lect. 5.* & alij penes ipsos, asserentes quod tota materia consecrationis Episcopalis est impositio manuum Episcopalium; forma autem verba illa, *Accipe Spiritum sanctum*, &c. quæ proferuntur ab Episcopo, vel Episcopis ordinantibus. Probatur primò ex Trident. *sess. 14. cap. 3.* & aliis Conciliis. Secundò ex Patribus, vt Ambrosio *lib. de sacerdotali Dignitate, cap. 5.* Hieron. *in cap. 3. Isaiæ, & aliis.* Confirmatur, quia talis cæremonia sufficienter significat gratiam, & potestatem specialem, & totaliter ordinatum admitti in consortium Patrum Ecclesiæ, siue Episcoporum.

2. Probatur etiam ex verbis Diui Pauli 2. Tim. 1. vbi agit de Timotheo Episcopo, deinde dicit gratiam Timotheo esse datam per prophetiam cum impositione manuum: nomine autem Prophetiæ intelligunt Vasquez, & alij verba illa, *Accipe Spiritum sanctum.* Cùm ergo dicat Paulus per eam prophetiam, & manuum impositionem conferri gratiam, & hæc per Sacramentum conferatur; Sacramentum verò consistet ex materia, & forma, sequitur manuum impositionem esse materiam proximam, & verba prædicta formam. Nec obstat (inquit Vasquez *n. 60.*) verba illa; *Accipe Spiritum sanctum*, esse admodum generalia: quamvis enim in illis secundum se consideratis non denotetur specialis gradus & potestas Episcopi, sed in cuiuscunque alterius ordinatione possint dici, nihilominus, vt hîc, & nunc dicuntur à tribus Episcopis simul congregatis

gregatis, tanquam ministris illius gradus Episcopalis imponentibus manus supra caput ordinandi, satis denotant tres illos ordinandum accipere in suum consortium ad gradum Episcopalem. Quamvis autem eadem etiam verba proferat Episcopus ordinans Diaconum, non denotatur gradus Diaconi, nec sunt forma ordinationis illius (vt Vasquez idem putat) Episcopus enim qui est minister Diaconatus non tantum illius, sed etiam Presbyteratus, & Subdiaconatus, & aliorum inferiorum Ordinum minister est, ac proinde impositione manuum non potius denotat, quod admittat ordinandum in suum consortium ad aliorum Ordinum gradus, quàm ad gradum Diaconi.

RESOL. XVII.

Iudicium de supradictis sententiis. Ex part. 12. tract. 1. Resol. 17.

§. 1. VIdisti amice Lector varias Doctorum sententias circa materiam consecrationis Episcopalis; Ego breuiter exponam quid sentio. Sententiam Isamberti quoad vltimam partem non approbo: nimis enim multiplicarentur substantialia consecrationis, licet probabilem putet Filliucius *tom. 1. tract. 9. num. 4.* Sententiam Fornarij sicut & Isamberti, Syluij, Mercerij *de necessitate vnctionis Chrismaticæ puto probabilem, quia in forma vnctionis capitis expresè dicitur, Vngatur, & consecretur caput tuum cœlesti benedictione in Ordine Episcopali.* Sed hoc non placet Dicastillo, vbi supra, quia illius ritus vnctionis capitis in Concilio Carthaginensi IV. & apud Dionysium nulla fit mentio.

2. Dices hæc cæremonia vnctionis est aptissima cum suis verbis ad significandum practicè gratiam, & potestatem Episcopalem; & olim Reges, & Pontifices in populo Dei fiebant vnctione; ergo etiam Episcopi modò. Nego consequentiam; quia id etiam videmus in multis cæremoniis Baptismi, Presbyteratus, &c. quæ solummodo sunt sacramentalia, non Sacramenta, neque partes Sacramenti essentiales.

3. Dices secundò; Ille qui fit Episcopus antequam recipiat vnctionem illam Chrismatis in capite, & in manibus, non vocatur Episcopus, neque consecratus, sed tantum electus in Episcopum; statim verò, ac est perunctus Chrismate, vocatur Episcopus in Pontificali Romano: ergo signum est vnctionem Chrismatis ingredi essentialiter consecrationem Episcopi; Nego consequentiam, quia Pontificale cautè non appellat Episcopum, & consecratum illum, donec recipiat vnctionem ipsam Chrismatis; quia cùm hæc sit opinio aliquorum, non vult loqui cum aliquo periculo fallsitatis, sed hanc sententiam his non obstantibus puto, vt dixi, esse probabilem, vt etiam putat Tannerus, & Dicastillus; & quidem habet in sui defensionem doctissimos Authores. Et Gerunda *de Episcopat. lib. 8. disp. 9. cap. 2. num. 11.* Licèt nostram sententiam in sequenti resolutione amplectendam teneat; tamen in fine sic ait; [Itaque siue hanc, quam modo declaramus sententiam, siue alteram asserentem materiam huius Sacramenti remotam esse Chrisma; proximam verò esse vnctionem in capite, formam verò esse verba nempe, vngatur, & consecretur caput tuum cœlesti benedictione in Ordine Pontificali: In nomine Patris, & Filij, &c. poterit ad libitum quis problematicè, ac probabiliter amplecti.] Ita ille. Sententiam verò de traditione libri Euangeliorum Episcopo probabilem esse puto cum Hallier *de sacris Electionibus.* Sed quid dicendum de sententia Dicastilli? existimo illam probabilissimam esse, quam tuetur etiam Tannerus *tom. 4. disp. 7. quæst. 2. dub. 1. num. 84.* & Turrianus *lib. 2. Epist. Pontific. cap. 21. cum aliis.* Et probatur primò ex Concilio Carthaginensi IV. *cap. 2.* vbi dicitur: *Episcopus cùm ordinatur, duo Episcopi, ponant, & teneant Euangeliorum codicem super caput, & cervicem eius, & vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant,* consonat Dionysius *c. 5.* Hierarch. Eccles. cùm ait; *Pontifex qui ad consecrationem Pontificalem adducitur, vtroque genu flexo ante Altare, supra caput habeat Euangelia à Deo tradita, manumque Pontificis; atque hoc modo ab eo Pontifice, qui eum consecrat, sanctissimis Precibus, appellationibusque consecratur.* Et in contemplatione: *Pontifex præcipuam habet sanctissimam diuinorum librorum super caput admonitionem.*

4. Idem colligitur ex Scriptura 1. Timoth. 4. *vers. 14. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyterij,* id est Presbyterorum; seu Episcoporum: ordinatur enim Episcopus ab aliis tribus Episcopis, qui ordinando manus imponunt, vt docent Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, & alij ibidem. Ratio est, quia per eum ritum simul cum adiuncta verborum formula, optimè significatur effectus Sacramenti, nimirum plenitudo gratiæ ordinato data, simulque illapsus Spiritus sancti, eiusque directio, & protectio; & denique ordinatum velut victimam quandam Deo afferri, & consecrari, vt pluribus exponit Dionysius *de Eccles. Hierarch. cap. 5. part. 3.* Nec initio Ecclesiæ defuit Scriptura, quæ breuem Euangelij summam complecteretur, vt etiam de Diacono dictum.

5. Neque obstat, quod in Pontificali ordinandus Episcopus post vnctionem primum vocatur Consecratus, antea verò solum Electus; id enim ad Scriptorem rubricæ, & modum loquendi pertinens plus non significat, quam ante eam vnctionem nondum esse plenè consecratum. Sicut etiam Innocentius III. *c. cùm venisset,* &c. sacra vnctione significat quidem Episcopum inungi Chrismate in capite, & manibus; non tamen asserit id essentiale esse.

Vnde non est audiendus Bernal, & Vasquez, qui sententiam Dicastilli impugnant, sed contra Vasquez insurgit Isambert, & ad eius argumenta respondet.

RESOL. XVIII.

Vltima sententia, quæ asserit, quod materia, & forma consecrationis Episcopalis sit manuum impositio, & verba, Accipe Spiritum sanctum, *magis probatur, & firmatur.* Ex p. 12. tr. 1. Res. 18.

§. 1. VErùm ego omissis supradictis sententiis, vltimæ sententiæ adhæreo; Assero igitur materiam ordinationis Episcopalis solùm esse impositionem manuum: consequenter autem forma erit, illa verba; *Accipe Spiritum sanctum,* & ita tunc infundetur gratia, & character imprimetur. Probatur, quia ex nullo capite possumus colligere vnctionem, appositionem libri Euangeliorum, aut alias cæremonias pertinere ad essentiam huius ordinationis: Impositionis verò manuum esse essentialem multa persuadunt. Primùm, testimonia Scripturæ in qua huius solùm ritus fit mentio, cum agitur de ordinatione Episcopi, 2. ad Timoth. 1. *Admoneo te, vt resuscites gratiam, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Secundum, Canones Conciliorum; Antiochenum enim *can. 10.* pro eodem, videtur reputare aliquem esse consecratum Episcopum, & percepisse impositionem manuum

nuum Episcoporum. *Et can.*17.multo clarius. *Si quis Episcopus per manuum impositionem Episcopatum acceperit*, &c.

2. Nec dicas impositionem manuum collato demonstrari quidem textu D. Pauli, verùm ex eis non deduci illam esse essentialem: Nam, vt rectè ratiocinatur Bellarminus *lib.*1. *de Sacram. Ordinis cap.* 9. licet ita Scripturas exponere, eadem sane facilitate poterimus materiam negare omnium aliorum Sacramentorum, ac dicere aquam non esse de essentia Baptismi, nec vinum in Eucharistia; neque in extrema Vnctione Oleum, quo quid absurdius dici potest? Deinde gratiæ promissi non est facta accidentalibus cæremoniis, sed essentialibus. Demum cum Scriptura non soleat in aliis Sacramentis, nisi essentiales ritus, & cæremonias tradere, quis adeo hæbes erit, vt sibi persuadeat in Ordinis Sacramento accidentalem semper iudicati cæremoniam; omissa essentiali? Et ita nostram sententiam præter Doctores adductos tenet Granado *in* 3.*part. controu* 9. *tract.*1. *dist.*3.§.1 *num.*3. Franciscus Lugo *de Sacram.theoremate* 9.*num.*4. Bannius *in Theolog. Moral. tom.*1. *tract.*8. *q.*1 . Gerunda *de Episc. lib.*8.*disp.*9.*cap* 2.*num.*8 Cornel. à Lapide *in Epist.*1.*ad Tymoth.cap.*4 *num.*38. Leander *de Sacram. tom.*2. *tract* 6. *disp.*3 *q.*1. Hurtadus *de Sacram. Ordinis difficul.* 10. Sanchez *in Opusc tom.*2. *lib.*7. *cap.*1. *dub.*15. *num.*6. Palaus *tom.*4. *tract.*27. *punct.*4. *num.*1. Caspensis *in Curs. Theolog. tom.*2 *tract.*27.*disp.*1. *sect.*2. *num.*5 . Doctus & amicissimus Escobar, *in Theolog. Moral. tract.*7. *exam.*8. *cap.* 1. *num.*7. Opatouius *de Sacram.tr.de Ordine,disp.*1.*q.*4.*num.*68. Emanuël Sà, *verb.Ordo,num.*7. Auersa *de Sacram.Ordinis q.*2.*sect.*9. & alij penes ipsos.

RESOL. XIX.

An in opinione asserentium porrectionem libri Euangeliorum,& Baculi Pastoralis esse materiam partialem Consecrationis, si Episcopus dicta instrumenta non tangeret,eius Consecratio esset inualida?

Ex quo sequitur, an contactus physicus instrumentorum Sacramenti Ordinis sit de necessitate Sacramenti? Ex p.12.tr.1. Res,19.

§.1. Resolutio huius difficultatis pendet ex illa celebri quæstione an contactus physicus instrumentorum Sacramenti Ordinis sit de necessitate Sacramenti. Et ego olim negatiuè respondi, & nunc iterum Respondeo. Probatur primò, quia rationes sententiæ affirmantis, cuius est in re tam graui probare, non vrgent. Secundò, quia contactus immediatus materiæ neque requiritur ad veritatem verborum formæ, neque ipse solus iudicat consensum, siue intentionem conferentis, & suscipientis ordinem: non enim quis dat, vel accipit rem quamcunque qua tangit, neque requiritur semper ad valorem Ordinis consensus recipientis, vt infantibus: Ergo ex nullo capite est necessariis physicus materiæ contactus. Satis igitur est, vt Episcopus porrigat materiam ordinando sufficienter præsentem,& vt ipse accipiat moraliter illam, sicut quando traditur, & accipitur alia quædam potestas moralis alicui personæ præsenti per contactum humanum ad præsentiam ipsius materiæ v. g. quando quis fit Abbas traditione Baculi, fit Comes traditione clauium vrbis,&c. Et ita me citato hanc sententiam tenet Dicastillus *de Sacram.tom.*1.*tract.*6.*disp.*2.*dub.*14.*num.*203.& me citato Pater Quarti *in Rubric. Missalis*, *part.*3. *tit.*1. *dub.*5. quibus adde Bernal *de Sacram.disput.*47.*sect.*7.& alios à me alibi adductos.

Olim in Resolut. & §§. not. seq.

Alibi in to. 2.tr.5 Res.8.

2. Itaque stando in ista opinione, etiamsi in Consecratione Episcopi secundum sententiam Hallier, Hamberti,& aliorum; esset de essentia porrectio libri Euangeliorum,& traditio Baculi Pastoralis,non esset de necessitate Sacramenti physicè Baculum,& librum Euangeliorum tangere,sed sufficere contactum moralem. Vnde ex his sequitur, quod si Episcopus consecrans imponeret super caput Episcopi consecrandi manus chirothecis inuolutas, vel Episcopus consecrandus staret cum capite pileolo cooperto; in his, inquam, casibus consecratio non esset inualida, sed tantùm illicita; & hoc certum puto in nostra sententia,quæ asserit sufficere contactum moralem.

3. Sed difficultas est in opinione Doctorum asserentium contactum physicum esse necessarium. Et videtur negatiuè respondendum: nam, vt docet Pater Quartus in Rubricas Missalis, *Opus,me iudice, omni laude dign ssimum*, *p.*3.*tit.*1. *dub.*5. & alij, contactus physicus est,qui fit propria,& reali sensatione, quando inter tangibile, & organum tactus nihil mediat: sed in nostro casu inter tangibilem & organum tactus aliquid mediat, nempe pileolus & chirothecæ: ergo non potest tactus iste physicus esse,sed moralis. Nec obstat dicere,vt obseruat Pater Dicastillus,vbi supra, quod hi Authores non sunt tam scrupulosi, vt primo aspectu apparet: nec enim adeò strictè tactum physicum, materiæ remotæ exigunt, vt illum physicum,& immediatum requirant singulorum,quæ pro materia offeruntur: nec enim in ordinatione Sacerdotis requirunt tactum immediatum Calicis,& Patenæ, quibus tactis, censentur tacta, quæ in Calice, & Patena continentur; atque in Rituali Romano,in quo nihil necessarium omittitur, nulla mentio fit immediati tactus vini,nec Hostiæ; imo aliqui non pauci ex prædictis putant sufficere tactum immediatum Calicis, quo mediante tangatur vinum in Calice inclusum, Patenáque,& Hostia super Calicem posita. Respondeo hanc doctrinam Dicastilli non posse applicari in casu nostro: nam in casibus appositis à Dicastillo physicè tangitur pars materiæ Sacramenti in qua altera includitur, tangendo videlicet Calicem, in quo vinum continetur, & Patena quæ continet Hostiam. At in nostro casu nulla pars materiæ Sacramenti tangitur, sed tantum pileolus, & chirothecæ: ergo,&c. Confirmatur indiuidualiter authoritate Ioannis Præpositi *in* 3.*p.q sect.de Sacramento Ordinis*, *dub.*10, *n.* vbi quia Græci in consecratione Episcopali interponunt pallium,deducit non esse necessarium in ordinationibus contactum physicum.Et Pax Iordanus *tom.*1. *lib.*5. *tit.*1. *num.*31. sic ait; [Secundo loco numeratur manuum impositio,quæ completis Litaniis fieri debet ab omnibus Episcopis consecratoribus, dicentibus: Accipe Spiritum sanctum, & quidem super caput, illúdque tangendo; provt cauetur in Pontificali,neque sufficit sola extentio, sed requiritur tactus; alioquin supplendus esset.] Ita ille: Dicendum est igitur cum Cardin Lugo *in Respons.lib.*1.*dub.*1.*resp.*9. vt dicatur, physicè caput tangere in ministrandis Ordinibus, non autem,sed capillos tangendos esse.Ergo,&c.

RESOL. XX.

An Consecratio Episcopalis imprimat characterem diuersum à Sacerdotali?

Et negatiua sententia affertur D.Thoma,Amici,& aliorum. Ex part.12.tract.1. Res.20.

§.1. Pertractatis difficultatibus circa materiam, & formam Episcopalis consecrationis,sequitur videre, an ipsa imprimat characterem proprium, ac

ac diuersum à sacerdotali. Et negatiuam sententiam tenet Diuus Thomas *in 4. distinct. 24. quæst. 3. artic. 2.* Sotus *quæstione 2. articul. 3. & cæteri Thomistæ.* Vnus tantum subdubitat Caietanus *tom. 1. Opusc. tract. 11.* Idem docet Bonauentura *in 4. distinct. 24. articul. 4. quæstione 3.* Aureol. *artic. 2.* Argent. *artic. 4.* quibus adde ex Neotericis Franciscum Amicum inclytum Authorem ex præstantissima Societate Iesu, quæ semper ferax Doctorum virorum fuit, in Cursu Theologico *tom. 7. disp. 7. sect. 9. num. 98.* Probatur, ait ipse primò ex Augustino *in quæstionibus veteris, & noui testamenti, cap. 101. Quid est*, (inquit) *Episcopus, nisi primus Presbyter, hoc est summus Sacerdos?* idque colligit ex Apostolo 1. ad Timoth. 3. vbi promiscuè loquitur de Episcopis, & Presbyteris. Et Ambrosius *in Epist. ad Ephesios* 4. vbi ex eo, quod Apostolus Timotheum à se creatum Presbyterum, vocat Episcopum, probat, primos Presbyteros vocatos fuisse Episcopos. Demum concludit, non ordine, sed merito Episcopum vocari.

2. Secundò, si Episcopatus characterem imprimeret, non septem, sed octo forent ordines contra Ecclesiæ sensum.

3. Tertiò, omnes ordines referunt ad Eucharistiam, & penes diuersos actus ab illa distinguuntur. Cum igitur Episcopatus, nec sit sacerdotali inferior, cùm non subseruiat sacerdoti, nec sacerdotali superior, quia summa potestas, quæ per ordines datur, est conficere Corpus Christi, in qua Sacerdos est æqualis Episcopo; & licet Episcopatus superaddat potestatem iurisdictionis, non penes illam sumitur distinctio ordinum alioqui etiam Papatus esset distinctus Ordo. Quod autem Episcopatus superaddat specialem potestatem conferendi Chrisma, sacrosque Ordines, quos simplex Sacerdos non potest, non arguit nouum characterem à sacerdotali distinctum, sed mortalem dumtaxat extensionem prioris ad eos actus validè exercendos: etenim cum character non sit physica, sed moralis potestas ad actus ordinis exercendos, potuit ex institutione Dei character sacerdotalis ad ea tantùm restringi, quæ per se solum conducunt ad legitimam Christi Corporis consecrationem: quia igitur Chrisma, & Ordines conferre, per se non conferunt ad legitimam potestatem conficiendi Corpus Christi, potuit Deus Sacerdotalem characterem ita limitare, vt non nisi accedente Episcopali potestate, quæ est sola potestas dignitatis, & iurisdictionis, ad eos actus extendere: Sic enim saluatur quo pacto Episcopus non sit distinctus Ordo, & simplex Sacerdos non valeat sacros Ordines conferre; quia licèt character physicè sit idem, non est tamen idem moraliter, eo quòd Deus illum limitauit, vt non nisi in Episcopo haberet actum secundum conferendi Ordines ministrandi Sacramentum Confirmationis. Et hanc sententiam præter amicum tenet etiam Sanchez *in Opusc. tom. 3. lib. 7. cap. 1. dub. 9. num. 5. & dub. 2. num. 21.* Syluester & Sotus *quos citat, & sequitur* Vitaldus *in Candel. tract. de Ordine* asserentes per ordinationem Episcopi, non imprimi Episcopo nouum characterem; sed solum perfici extendi, & dilatari characterem sacerdotalem præexistentem ad ordinandum, & confirmandum, in qua designatione consistit potestas Episcopalis. Sed non desinam hic apponere verba Magistri Candidi *tom. 4. disput. 4. art. 1. dub. 6.* vbi sic ait; [Licet non detur Episcopo in sua consecratione noua potestas realiter distincta à sacerdotali, tamen eadem extenditur realiter per nouum modum realem, quem antea non habebat character sacerdotalis, qui nihil aliud est, quàm quædam realis ordinatio, ad effectum alios ordinandi, & confirmandi: quæ Ordini Presbyteratus superadditur; quæ quidem non est nouus character, sed noua perfectio eiusdem characteris sacerdotalis, modus quidem illius indelebilis; & non iterabilis, quia non est sola deputatio moralis, sed physica, & realis ordinatio.] Idem etiam docent Nugnus *tom. 2. quæst. 40. art. 5. difficult. vlt. ad 3. argument.* & Bonacina *de Sacramento Ordinis, disputat. 7. numero 6.* Sed Paret Amicus vbi suprà *numero* 304. putat improbabilem opinionem asserentium, quod etsi Episcopatus non addat nouum characterem, modificat tamen & perficit priorem: nam cùm character sit qualitas, non videtur qua ratione possit perfici, & modificari, nisi per additionem noui gradus: porrò nouus gradus, additus priori non potest subiectum perficere, nisi in ordine ad ea, ad quæ subiectum vi præcedentis gradus erit ordinatum; quia cùm gradus sint homogenei subiectum perficiunt in ordine ad eundem terminum, si verò character est indiuisibilis, non suscipiens intensionem, minus probabiliter dicitur vnus modificari per alium, sed potius vterque diuersum constituere characterem. Notat verò Vasquez *tom. 3. in 3. part. disp. 240. cap. 5. & disp. 140. cap. 5. & disp. 239. cap. 6.* docere in ordinatione Episcopi, nec imprimi bonum characterem, nec extendi characterem sacerdotalem præexistentem, sed designari diuina designatione, talem characterem ad ordinandum, & confirmandum, in qua designatione consistit potestas Episcopalis.

RESOL. XXI.

Adducitur opinio affirmatiua. Ex part. 12. tractat. 1. Resol. 21.

§. 1. His tamen non obstantibus alij firmant Consecrationem Episcopalem infundere nouum characterem à characterе sacerdotali distinctum. Ratio est primò, quia Consecratio Episcopi est vera Ordinatio sacra, & distincta, vt pote solemnior, & superior Ordinatione Sacerdotis, vt definit Concilium Tridentinum, *sess. 23. cap. 4. & Canticorum* 6. At omnis Ordinatio sacra est verè, & propriè Sacramentum Ordinis, & distincta realiter ab Ordinatione Sacerdotis. Tunc sic; sed Sacramentum Ordinis imprimit characterem, vt definit idem Concilium Tridentinum *loco citato, Canticorum* 4. Ergo Consecratio, seu Ordinatio Episcopi imprimit Characterem, & distinctum à characterе Sacerdotali.

2. Secundò, quia potestas, quæ tribuitur Episcopo, est distincta in specie ab illa, quæ tribuitur Sacerdoti per suam Ordinationem: ergo non possunt esse vna in specie qualitas, vnus in specie character. Consequentia patet: antecedens verò probatur, quia potestas Sacerdotalis & Episcopalis respiciunt obiecta specie distincta: illa enim habet pro obiecto consecrare Corpus Christi; hæc vero confirmare, & ordinare: ergo non sunt vna qualitas, sed diuersæ.

3. Tertiò, contra vltimum dicendi modum sic arguo: Nam per ordinationem Episcopi, datur ei potestas, tam ad ordinandum, quam ad confirmandum, at hæc nequit esse duplex, sed vnica, cùm per vnicam detur ordinationem! ergo vnicus character seu vnica potestas ad ordinandum, & confirmandum. Et hæc omnia docet Leander *de Sacrament. tom. 2. tractat. 6. disputat. 1. quæst. 12.* qui citat Biescam Marchinum, Hurtadum, & Petrum à sancto Ioseph, quibus ego addo Auersam *de Sacrament. Ordinis, quæst. 1. sect. 7.* Campilenem *in diuers. Iur. Can. rubr. 6. cap. 4. num. 4.* & Gerundam *de Episc. tom. 2. lib. 8. disp. 8. cap. 2. num. 4.* & alios.

4. Nec supradictis obstat asserere cum Amico, vbi suprà *numero* 101. quod si Episcopatus imprimeret distinctum characterem, sequeretur posse aliquem fieri Episcopum, antequam fieret Sacerdos, & exercere quidquid Sacerdos potest, siquidem Ordo superior non pendet, vt suum imprimat characterem ab inferiore: nam posset quis suscipere sacerdotium absque Diaconatu, & validè exercere quicquid Diaconus, & Sacerdos potest, quia Ordo superior virtute continet inferiorem. Cum igitur character Episcopalis non possit esse Sacerdotali inferior, erit illo superior, adeóque poterit quidquid potest character sacerdotalis. Non inquam hæc obstant, nam respondeo cum Martinon. *de Sacrament. tom. 2. disput. 66. sect. 3. num. 39.* in ordinatione Episcopi imprimi characterem: neque tamen fore propterea, vt effectum sortiretur in eo, qui non esset Sacerdos; neque potestatem illi conferret ad consecrandum Corpus, & Sanguinem Christi. Sicut reliqua Sacramenta præsupponunt Baptismum, sine quo validè conferri nequeunt. Ita probabilius est, iuxta communem Theologorum sensum characterem Episcopalem præsupponere sacerdotalem, & sine illo præsuppositò conferri non posse. Quamuis autem character Episcopalis sit superior sacerdotali, non propterea debet illum includere, aut illius vim habere. Neque enim semper vnum disparatorum, quamuis nobilius, includit aliud, aut vim illius habet. Vt calor est nobilior humiditate, quam tamen non includit, nec illius vim habet. Quin etiam character non est potestas; vt alibi ostendimus; sed nota quædam indelebilis, & insigne alicuius status per Sacramentum collati. Sicque character Episcopalis est dumtaxat insigne ordinis Episcopalis, & status illius peculiaris, eminentis supra statum simplicium sacerdotum. Et hæ sunt pugnantes sententiæ circa præsentem satis arduam difficultatem, quas ego puto omnes quidem probabiles. Dico igitur, quod Episcopalis consecratio imprimit characterem, siue addendo nouum, siue augendo veterem (provt variæ opiniones sunt) & confert duas potestates, vnam confirmandi, & alteram ordinandi, eásque indelebiles; vnde neque repetere licet, vt agnoscit S. Aug. *lib. 2. contra Parmen. c. 13. & lib. 1. de Baptism. contra Donatist. cap. 1.* ergo ordinatio Episcopalis est verus Ordo, & Sacramentum. Vnde Marchant. *in Tribun. Sacram. tom. 3. tractatu 7. tit. 1. quæst. 2. concl. 2.* sic ait: [An verò ordo Episcopalis characterem separatum à sacerdotali imprimat, & an duplex Ordo assignandus sit sacerdotalis, & Episcopalis? Respondeo absque disputatione, Characteri sacerdotali saltem aliquod augmentum aduenire per ordinationem Episcopalem, siue fiat per intentionem, & ampliationem in sua entitate, siue per virtutis nouæ acquisitionem: sufficit enim, quod ad effectus plures, & maiores intelligatur protendi. Nec errauerit, si sub ordine vno generico duas velut species, quarum altera, alteram præsupponat, assignet; aut duos gradus eiusdem Ordinis, quorum etiam ab intrinseco posterior priore perfectior, & excellentior sit.] Ita ille. Itaque bona pace Patris Amici inter præstantissimos Theologos Societatis celeberrimi assero sententias superius positas suam habere probabilitatem.

RESOL. XXII.

Quando in Consecratione Episcopali imprimatur Character?

Et quid, si Episcopus moriatur in medio, v. g. Consecrationis?

Sed difficultas est, suppositâ opinione Doctorum asserentium in Consecratione Episcopi dari plures materias & formas partiales substantialiter necessarias, quando imprimatur Character, & conferatur gratia?

Et si in Consecratione Episcopus moreretur ante cæptas omnes partiales materias, in tali casu acciperet partialem gratiam correspondentem partiali materiæ, ab Episcopo receptæ?

Et asseritur in Sacram. Extremæ-vnctionis in singulis vnctionibus partialem gratiam conferri. Ex part. 12. tract. 1. Resol. 22.

§. 1. ALiqui asserunt characterem, imprimi in vnctione capitis ex Chrismate. Sed hoc non est verum, vt patet ex *cap. vnic. de sacra Vnctione*; vbi habetur, quod si hoc omittatur, non iteretur, sed suppleatur. Vnde dicendum est characterem imprimi, quando consecrator, & assistentes Episcopi manus imponunt super caput consecrandi in Episcopum, dicuntque, vt habetur in Pontificali, *Accipe Spiritum sanctum*; & sic colligitur ex *cap. Episcopus, dist. 23.* Sic Syluester verbo *Ordo 2. quæstione 4. fin.* Angelus verbo *Ordo numero 7. fin.* Tabiena *Ordo 1. quæst. 13.* Armill. verbo *Ordo numero 11.* quibus adde Sanchez *in Opusc. tom. 2. lib. 7. capite 1. dub. 12. numero 22.*

2. Sed difficultas est suppositâ opinione Doctorum asserentium in consecratione dari plures materias & formas partiales substantialiter necessarias. Difficultas est (inquam) quando imprimatur character, & conferatur gratia? Hoc dubium resolutum inuenio apud Hallier *de sacris electionibus, part. 2. cap. 2. artic. 1. §. 13. num. 30.* vbi ponit hoc argumentum. Si impositio manuum est materia ordinationis, eaque adeo efficax, vt gratiam producat, ne frustra videatur Episcopus dicere, *Accipe Spiritum sanctum*, quod ex Tridentino docuimus, certè peracta illa manus impositione, videtur perfectum esse Sacramentum: nam Sacramentum gratiam non producit, nisi perfectum; proindéque sequens liber Euangeliorum traditio gratiam non conferet. Confirmatur: nam manus impositio gratiam producit, vt Scriptura sacra, Patres, ac Concilia superius innuunt: vel ergo collatio libri Euangeliorum producit gratiam, vel non, si producit; bis ergo gratia Episcopalis Ordinis, non autem semel confertur, quod gratis, & sine fundamento dicitur: Si non producit, nulla ratio videtur suadere hanc esse partem, aut materiam Sacramenti, quippe cùm materiæ cuiuscumque Sacramenti, verbi gratia, aquæ in Baptismo, Oleo in Confirmatione, & sic de cæteris, gratiæ productio tribuatur. Ita Hallier, qui postea huic argumento sic satisfacit; Respondemus vtrumque esse probabile, & quod manus impositio non statim producat gratiam, nisi postquam porrectus est liber Euangeliorum, quo porrecto tam gratia quàm character Episcopalis (siue nouus sit, siue extensio Presbyteralis) producantur vi non solum impositionis manuum, verum etiam porrectionis libri Euangeliorum. Nam quia parum temporis fluit inter applicatam vtramque istam materiam, priori effectus rectè tribuitur, etsi, nonnisi posteriore secuta, producatur: eo modo quo si trina immersione Baptismus conferatur, non vltimæ tantum immersioni; verum etiam primæ tribuetur gratia Baptismalis, quamuis non nisi post vltimam producta sit, potest etiam è contrario dici, quod per impositionem manuum producatur gratia Episcopalis, & postea per porrectionem libri Euangeliorum potestas Ordinis Episcopalis, seu character conferatur, adeo vt nempe produ-

catur

catur per vnam materiam partialem gratia tanquam dispositio ad diuinam potestatem Episcopi ritè consequendam: Per alteram verò partialem materiam potestas illa dispositæ iam ordinandi animæ imprimatur: eo modo quo probabile est partiales gratias per impositionem Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus Panis, & Vini, produci: & partialibus vnctionibus, quæ in Extrema-vnctione adhibentur, peculiaria adnexa esse auxilia contra peculiaria vitia, quæ singulis sensibus insident, & ab iis speciatim oriuntur, ac fouentur. Quod si in eodem Sacramento non censetur absurdum effectus gratiæ partiri, multò minùs absurdum videbitur in eodem Sacramento Episcopatus sic distinguere eius effectus, vt per vnam materiam gratia, per alteram partialem character, seu potestas Episcopalis conferatur: quod enim dicitur, Sacramentum non conferre gratiam, nisi perfectum, hoc licèt verum sit in Sacramentis vnicam habentibus materiam; at non in iis, quæ duplicem obtinent partialem. Hucvsque Hallier: quæ quidem maximè sunt notanda, & quia curiosa, & quia non facilè apud alios inuenies suppositio, vt diximus, dari plures materias partiales in Confirmatione Episcopali, quod ego nego.

3. Ex hac itaque opinione Doctoris Hallier, & aliorum, ego infero pro curiosis: quod si in Consecratione Episcopus moreretur ante receptas omnes partiales materias, quod vtique in tali casu acciperet partialem gratiam correspondentem partiali materiæ ab ipso Episcopo receptæ.

4. Confirmatur hæc illatio in doctrina aliquorum Theologorum asserentium in Sacramento Extremæ-vnctionis in singulis vnctionibus partialem gratiam conferri: & hanc sententiam probabilem putat Suarez *disp. 41. sect. 2. num. 13.* Filliucius *tom. 1. tract. 3. de Sacram. Extremæ-vnctionis, cap. vlt. num. 126.* Henriquez *lib. 3. cap. 12. num. 3.* Amicus in Cursu Theolog. *tom. 8. disp. 19. sect. 7. num. 135.* quibus fauet D. Thomas *quæst. 29. in addit. ad 3. part. art. 1. ad 1.* vbi hoc Sacramentum comparat Sacramento Eucharistiæ cuius singulæ species gratiam conferunt. Scotus *in 4. dist. 23. quæst. vnic. ad 2.* affirmans hoc Sacramentum esse vnum vnitate integritatis, non indiuisibilitatis; *sicut effectus eius*, inquit, *non est vnus indiuisibiliter, quia non remissio vnius venialis, sed vnius vnitate plenaria remissionis omnium venialium.* Medina *Cod. de confess. tract. 2. quæst. 11. de integritate absolutionis, §. secundo.* Idem probat Adrianus, vbi docet, Extremam-vnctionem ex pluribus constare partibus, quamlibet quæ est Sacramentum, habens suam propriam formam, non secus, ac Eucharistia.

5. Fundamentum huius sententiæ triplex est. Primum ducitur à paritate Eucharistiæ, & Ordinis: nam sicut quælibet species Eucharistiæ, & quiuis partialis Ordo confert suum partialem effectum: ita & in hoc Sacramento quæuis vnctio cum sua propria forma confert suum partialem effectum, & gratiam.

6. Secundum, quæuis vnctio cum sua forma constat ex partiali materia, & ex partiali forma cum significatione propria respondente proprio effectui: ergo quæuis vnctio cum sua propria forma est proprium Sacramentum gratiam conferens: nam Sacramentum ex diuina institutione efficit, quod significat, ergo si quæuis vnctio cum sua propria forma habet proprium significatum partiale distinctum ab aliis, habebit etiam suum effectum proprium partialem condistinctum ab aliis.

7. Tertium fundamentum est, quia iuxta hanc sententiam melius prouisum est casibus qui possunt in hoc Sacramento suscipiendo decurrere infirmo, vt si moriatur ante omnes quinque vnctiones expletas: nam in hac sententia infirmus accipit gratiam, saltem partialem in prima vnctione: vnde etiamsi moriatur antequam accipiat reliquas, moritur cum gratia sacramentali. Præterea fieri potest vt per talem gratiam inunctus ex attrito fiat contritus, & saluetur, qui iuxta aliam sententiam, gratiam non acciperet, & consequenter, si in peccatis esset, etiamsi esset attritus, damnaretur.

8. Vnde ex his omnibus apparet probabilitas opinionis Hallier, & simul probabilitas illationis, quam ego ab ipsa collegi, nempe quod Episcopus si in ipsa consecratione moreretur, accepisset partialem gratiam ex partiali materia ab ipso antequam mortuus fuerit receptâ. Confirmantur aliqua ex superius dictis exemplo ordinationis Sacerdotalis, in qua, vt asserit Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 6. disput. 1. dub. 10. num. 153.* & alij, cum constet duobus partialibus materiis, per vtramque seorsum distinctum gradum gratiæ confertur.

Sup. hoc exemplo in to. 1. tr. 3. lege latam doctr. Res. 2 & aliarum Res. & §§. eius not.

RESOL. XXIII.

An ratione Characteris, si Episcopus consecratus moreretur, & postea resurgeret, posset iterum munia Episcopalia exercere?

Pro quo quæritur primò, an Character ita sit indelebilis, vt etiam post mortem tam in Beatis, quam in damnatis permaneat?

Quæritur secundò, an Character ita in alia vita permaneat, vt maneat cum potestate sibi annexa, ad validè recipienda, vel danda alia Sacramenta? Ex part. 12. tract. 1. Res. 23.

§. 1. SVppono quod de subiecto immediato characteris diuersi etiam diuersimodè opinantur: magis autem videtur probanda illorum sententia, qui collocant illum immediate in essentia animæ. Ita Marsil. Gabriel, Suarez, Vasquez, Bellarminus, Tannerus, & alij quos citat Vvigers *in 3. p. D. Th. q. 63. n. 10.* Probatur primò, quia Concilium Florentinum, & Tridentinum dicunt simpliciter characterem animæ imprimi, & esse in anima, quæ conuenienter accipiuntur de subiecto proximo. Probatur secundò, quia cùm character non sit naturalis potentia, neque habitus operatiuus propriè, non videtur rectius in subiecto aliquo collocari, quàm proximè in anima, sicuti docetur de gratia habituali sanctificante ab iis qui ponunt illam à charitate realiter distinctam. Accedit quod finis characteris est, vt sit signum, quo homines inter se distinguantur? & cognoscantur, cuius sunt familiæ; vnde conuenientius est poni in ipsa hominis substantia quàm in aliqua eius potentia: & cum sit qualitas simplex & spiritualis, non potest poni in corpore sed in anima. His suppositis.

2. Quæro primò, an character ita sit indelebilis, vt etiam post mortem, tàm in Beatis, quàm in damnatis permaneat.

Negatiuam sententiam esse probabilem insinuant, Lugo *disp. 6. sect. 4. num. 69.* Hurtado *disp. 3. diffic. 14.* Suarez *q. 63. art. 5.* & Ochagauia *de Sacram. in gen. q. 16. num. 8.* Sed longè multo probabilius respondeo, manere etiam post mortem. Quia aliàs Christianus, vel Sacerdos qui post mortem miraculosè resurgeret, esset iterum baptizandus, confirmandus, ordinandus, quod dici nequit. Sic S. Thom. *in 3. part. q. 64. num. 8.* Hurtadus vbi supra. Sayrus *lib. 4. cap. 4. quæst. 1. art. 2.* Coninch *q. 63. art. 5. num. 16.* Moure *p. 3. cap. 1. §. 9. n. 7.* Castrus Palaus *tom. 4.* & alij, quos citat Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 1. disp. 3. q. 21.*

Sup. his præter doctrin. Res. not. seq. in to. 5. tr. 2. Res. 38. lege doctrin. §. 1. propè fin. & vers. Item si degradatus.

3. Quæro secundò, an character ita in alia vita Et sup. con-

tento in hoc §. Quæro secundo. inf. in Resol. III à §. Itaque paulo post initium à vers. At hic.

permaneat, vt maneat cum potestate sibi annexa ad validè recipienda, vel danda alia Sacramenta. Negant Vasquez *disp.* 134. *cap.* 3. Ægidius *loco citato, num.* 18. Hurtado, Ochagauia *locis citatis*, & Lugo *disp.* 81. *num.* 2. & 3. necnon Palaus *tract.* 18. *punct.* 11. *num.* 6. qui & citat pro se Suarium, sed male. Ratio horum est, quia frustra maneret post hanc vitam talis potentia, seu potestas, cùm nullum tunc exercitium habere posset, cum his Doctoribus est etiam Dicastillo *disp.* 2. *dub.* 16. *num.* 478.

4. Sed probabilius respondeo, permanere in æternum cum prædicta potestate: sicut permanet ipsemet character. Quod autem illa potestas nunquam (saltem post generalem resurrectionem) productura sit in actum, id nimis accidentale est. Sic S. Thomas *q.* 64. *art.* 7. *ad* 2. & Suarez *disput.* 13. *sect.* 1. Et debent docere omnes qui docent characterem esse potentiam physicam, non moralem, vt optimè docet Philibertus *tract.* 1. *de Ordine*, *part.* 3. *cap.* 6. *num.* 3. Tenet etiam expressè Henriquez *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 4. vbi loquendo de charactere Baptizati, sic ait; *Hoc charactere baptizati, quasi oues minio, aut ferro signatæ, distinguuntur à reliquis infidelibus, & manet in hæretico, & in animabus separatis, etiam damnatorum. Quod si fortè per miraculum susciteur homo, non est rebaptizandus, nec initiandus Confirmatione, & Ordine, qui Sacerdos obiit, sed retinet indelibiliter suam pristinam dignitatem, virtutem, & officium Sacerdotis, ita vt Beatus, resumpto corpore, posset absoluere, aut consecrare Eucharistiam, sed non facit de lege, quia vsus potestatis solis viatoribus commissus est à Christo*; Sic Henriquez.

Sup. hac difficultate lege Resol. & §. not. præteritæ.

5. His suppositis, apparet ad difficultatem propositam in hac resolutione affirmatiuè respondendum esse; & ita in terminis terminantibus respondet Gerunda *de Episcopo, tom.* 2. *lib.* 8. *disp.* 8. *cap.* 2. *num.* 5. vbi sic ait; *Ex his infero, sicut suprà dictum est, Sacerdotem rediuiuum charactere, & vtramque potestatem habiturum consecrandi, atque absoluendi, sic Episcopum rediuiuum eisdem ornatum esse confirmandi, & Ordines conferendi, non autem iurisdictione pollebit in Ecclesiam, quam morte reliquerat, si fuerit prouisa.* Ita ille, cui ego addo Fabritium Surianum *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *lit. l*, vbi ita ait; *Hinc sequitur, quod si quis moriatur iam Baptizatus, vel Confirmatus, vel Ordinatus, & postmodum per diuinam potentiam à mortuis resurgat, & ad vitam iterum reuocetur (quemadmodum Lazaro successit) non esset necessarium, vt iterum baptizetur, aut confirmetur, aut ordinetur, quia iam character sacramentalis adhuc in eo incorruptibilis perduraret.* Hæc ille, qui citat Suarez, Bonacinam, & alios. Et quidem esse characterem indelebilem, etiam post mortem, ex hoc probari posset, quia nimirum cùm sit qualitas spiritualis animæ inhærens, non pendet ex corpore; ita vt si anima à corpore segregetur, character, pariter ab anima separetur; vnde dato, quod corpus moriatur, & corrumpatur; character tamen, quia pendet immediatè ex anima, cui inseparabiliter inhæret, semper incorruptibilis perdurat. Hinc collige, quod in Beatis vsque in æternum character sacramentalis perdurat, eo quòd illi felicissimo statui minimè repugnet: character enim est quædam qualitas supernaturalis, & spiritualis perficiens animam, vnde potius ei quoddam ornamentum, quàm deformitatem confert: In damnatis pariter vsque in æternum perdurat, sed non est eis ad ornatum, sed ad confusionem quatenus illum considerantes de sua nimia ingratitudine conqueruntur; nam illis Sacramentis salubriter non vsi sunt, quæ eis ad consequendam gratiam, & vitam æternam fuerant diuinitus collata.

RESOL. XXIV.

Quisnam sit Minister Consecrationis Episcopalis? Et explanatur, quod olim Corepiscopi ex concessione Episcoporum ordinabant Sacerdotes. Ex part. 12. tract. 1. Resol. 24.

§. 1. SVpradictis difficultatibus enucleatis circa characterem Consecrationis Episcopalis, restat pertractare de Ministro Consecrationis.

2. Dico igitur Episcopum, & sacerdotem nonnisi ab Episcopo consecrari posse; Ita communiter Doctores, quorum authoritas hac in re, quæ pendet ex traditione, plurimi facienda est. Et in Ecclesia inauditum est, quod vnquam aliquis Sacerdos, vel Episcopus à non Episcopo fuerit ordinatus. Item antiqui Patres constanter asserunt, nullam esse ordinationem Episcoporum, & Presbyterorum factam ab illis qui non erant veri Episcopi. Quare non assentior Vasquez *disput.* 143. *cap.* 4. & Meratio *disp.* 8. *de Ordine, sect.* 2. affirmantibus posse simplicem Sacerdotem ordinare alios in Sacerdotes ex concessione Romani Pontificis, vel Concilij Generalis. Quod maximè probant ex eo, quod olim Corepiscopi ex concessione Episcoporum ordinabant Sacerdotes, vt patet ex *can.* 10. *Concilij Antioch.* Corepiscopi autem erant simplices Sacerdotes, vt Vasquez probare contendit *disp.* 238. *cap.* 7. Addi etiam potest in Conc. Ancyrano *can.* 13. ita statutum esse: *Corepiscopis non licet Presbyteros, aut Diaconos ordinare, sed neque Presbyteris ciuitatis, sine præcepto Episcopi, vel litteris in vnaquaque Parochia.* Ex quo constat licuisse olim Presbyteris ordinare Presbyteros cum Episcopi licentia. Item Leonem I. *Epist.* 92. *ad Rusticum Narbonensem Episcopum cap.* 1. respondisse ratas habeti posse Ordinationes factas à falsis Episcopis, & nominatim à duobus, vno Presbytero, & altero Diacono, de quibus ibi est quæstio, accedente consensu, & iudicio Præsidentium, id est Episcoporum in quorum diœcesi celebratæ fuerunt, sed, vt dixi, his non assentior. Ad Canonem verò Ancyranum, & testimonium S. Leonis Magni latè respondet etiam Martinon. *in* 3. *part. D. Thomæ, tom.* 2. *de Sacram. disp.* 67. *sect.* 2. *num.* 17. Dicendum est igitur solos Episcopos esse ministros consecrationis Episcopalis.

RESOL. XXV.

An simplex Sacerdos ex commissione Papæ possit esse Minister Consecrationis Episcopalis?
Et cursim explanatur, delegata à Summo Pontifice potestate, Ordinatum Clericum, posse Ordinem ministrare, quem ipse habet, & laicum confirmatum posse ex commissione Papæ Confirmationis Sacramentum conferre. Ex p. 12. tr. 1. Resol. 25.

§. 1. QVod est quærere, an Romani Pontificis mandato, consensu, sine auctoritate, si Presbyteri Episcopum consecrent, valeat consecratio, & consecratus ordinis Episcopalis potestatem recipiat. Hanc quæstionem breuiter attigerunt Dicrandus *in* 4. *distinct.* 7. *quæst.* 2. *num.* 7. & 10. Paludanus *in eodem libro & distinct. quæst.* 4. *art.* 3. *post conclusionem* 2. *in responsione ad primum.* Capreolus *eodem lib. & distinct. quæst.* 2. *art.* 3. *in responsione ad primum.* In primis Glossa *in cap. manus, de consecrat. distinct.* 5. & *cap. peruenit, distinct.* 95. regulam generalem posuit, delegata à Summo Pontifice potestate, posse quemlibet

quemlibet ad Sacramentum conferre, quod ipse suscepit. Vnde colligit Ordinatum Clericum mandato Romani Pontificis posse Ordinem ministrare quem ipse habet? & laicum confirmatum posse ex commissione Papæ Confirmationis Sacramentum conferre. Ac proinde secundùm Glossam potest Summus Pontifex delegare Diacono, vt Diaconum ordinet, Presbytero vt Presbyterum consecret, & Clerico minori, vt det Ordinem quem ipse suscepit. Quam sententiam Innocentius, & alij videntur approbare *in cap. quanto, de consuet.* Sed S. Thomas *in 4. dist. 25. quæst. 1. artic. 1. ad 3.* aliter sentit, in hunc modum scribens: Papa qui habet plenitudinem potestatis, committere potest non Episcopo pertinentia ad Episcopalem dignitatem, modò illa non habeant immediatam relationem ad Corpus Christi verum, idcóque ex eius commissione Sacerdos simplex potest conferre Ordines minores, & confirmare, non autem Sacerdos; nec Sacerdos maiores Ordines, qui habet immediatam relationem ad Corpus Christi verum, supra quod consecrandum Papa non habet maiorem potestatem, quàm simplex Sacerdos. Hæc ille. Vnde doctrinam Glossæ prorsus refello, quoniam mihi videtur cum S. Thomæ doctrina pugnare, & vnius S. Thomæ auctoritas maioris momenti est apud me, quàm Glossæ sententia. Paludanus *loco citato*, ait, posse Romanum Pontificem Presbytero delegare, siue committere, vt Episcopum consecret. Durandus *loco prædicto*, ante Paludanum docuerat hoc dicere absurdum esse, & contra Scripturam sacram. Nam Apostolus ad Hebræos *cap. 7.* scribit, maiorem à minori non benedici: at Episcopus iure diuino est Presbyter superior. Sed dicet Paludanus, Episcopum quamuis maiorem, posse à Presbytero consecrari, non quidem auctoritate, & potestate ordinaria, sed demandata, & delegata à Summo Christi Vicario. Paludani sententiam videtur Capreolus *loco prædicto* approbare. Dicendum itaque est, non posse Romanum Pontificem delegare Presbyteris, vt Episcopum consecrent; quia diuino iure Episcopus Presbytero superior est, & Ordinis potestatem habet, qua caret Presbyter: ergo eam potestatem Ordinis Presbyter dare non potest, quippe qui eam non habet, sicut nec Diaconus potest etiam Summi Pontificis mandato, vel auctoritate Presbyterum consecrare. Et hæc sententia magis congruit cum iis, quæ dixit S. Thomas *loco citato*. Vnde omnia superius dicta docet etiam Azorius *part. 2. libro 3. cap. 30. quæst. 4.* & alij. Et ideo hanc sententiam Castrus Palaus *tom. 4. tract. 27. punct. 14. num. 12.* vbi sic ait: In hac controuersia illud pro certo habendum est nemini alteri, quàm Episcopo committi Episcopi consecrationem posse: quia cum consecratio Episcopi iure diuino instituta sit ad sacerdotium perficiendum, & complendum, ob quam causam Episcopus est omnibus Sacerdotibus superior, & supremus Ecclesiæ Ordo, nequit ab alio concedi, quàm ab eo, qui in eo Ordine fuerit constitutus. Nam, vt inquit Paulus ad Hebr. 7. minor maiori benedictionem impertiri nequit: nemo enim dare potest alteri, quod in se nec formaliter, nec virtualiter habet. Atque ita tradit Vasquez *disput. 243. cap. 4. num. 42. & cap. 6. in princ.* aduersus Paludanum *in 4. distinct. 7. quæst. 4. art. 3. in 2. opinione*, asserentem, etsi sub dubio posse simplici Sacerdoti hanc potestatem consecrandi Episcopum committi, & Aureolus apud Capreolum *distinct. 25. quæst. 1. art. 2. in 2. art. cap. 5.* de omnibus Sacramentis id asserentem. Et tandem Bernal *de Sacram. disput. 49. sect. 3. num. 2.* sic asserit: [Certum est Episcopatum non posse conferri validè ab illo qui Episcopus consecratus non est. Ita docent omnes Doctores contra Syluestrum, qui dixit Episcopum ordinari posse per simplicem Sacerdotem, in aliquo casu, ex commissione Summi Pontificis; verumtamen hoc caret fundamento: illud firmat vera ratio, & authoritas; nam S. Damasus Papa Epist. 4. loquens de ministro Ordinum, sic scribit: Qui hominum licèt more humano loquamur, dare potest quod non habet? Vnde ipse colligit, Corepiscopos qui verè Episcopi ordinati non erant, non potuisse præstare illa quæ sunt propria Ordinis Episcopalis.] Ita ille, & ego.

RESOL. XXVI.

An si Pontifex diceret alicui; Esto *verbi gratia*; Episcopus Ferrarensis, *talis esset verè Episcopus?*

Idem est pro Sacerdotio?

Et asseritur, quod dum Pontifex simplici Sacerdoti committit ministerium confirmandi illum consecrat in Episcopum, quamuis hoc non placeat. Ex part. 12. tract. 1. Res. 26.

§. 1. VIdetur affirmatiuè respondisse Felinum *in capite de constitut. numero 23. versic. fallit quartò*, ex Angelo *lib. 2. C. de crim. sacrileg. & lib. 1. C. de sentent. passis*, Rebuff. *in praxi, part. 2. tit. de Clericis à quibus creentur, num. 9.* Iacobat. *de Concil. libro 4. quæst. 4. verb. hoc tamen intelligerem.* Sed ego puto supradictos rem satis obscurè tractasse, & nihil aliud docere voluisse nisi hoc videlicet, aliquem posse solo Romani Pontificis verbo Sacerdotem, vel Episcopum constitui, quod attinet ad potestatem iurisdictionis, non Ordinis, ita vt potestatem Ordinis non recipit, sed tantùm iurisdictionem Forensem: nam Ordinis potestas nequit sine ordinatione, & consecratione conferri, quamuis Innocentius *cap. Presbyter. de Sacrament. non iteran.* dicat, *credimus, quod nisi essent forma postea inuenta, sufficeret Ordinatori dicere, sis Sacerdos, vel alia æquipollentia verba*, quod licèt Hostiens. Ioann. Andr. Abbas, & alij approbent, mihi non placet: est enim facultas Eucharistiam consecrandi, pro viuis, & mortuis offerendi, & alia Sacramenta diuina ministrandi, non ab Ecclesia, sed à Christo instituta, quæ potestas characterem impressum in anima requirit, & postulat. Solùm igitur, dicere possunt isti Auctores potestatem iurisdictionis solo verbo à Romano Pontifice posse concedi; & hoc verum est, nam si prudens, ac volens Pontifex eam concesserit, data censetur? nam hoc ipso, quod Titium certæ Ecclesiæ, Episcopum sciens, ac volens nominat compellatiuè, potest illi conferre potestatem iurisdictionis, qua Titius possit illius Ecclesiæ beneficia in Clericos conferre, excommunicare, constitutiones condere, ieiunia indicere, dies Festos instituere, & id genus alia. Similiter si velit, potest aliquem Subdiaconum, vel Diaconum in Parochum in certa Ecclesia solo verbo, instituere, qui potestate Ordinis præditus non erit, habebit tamen potestatem iurisdictionis, qua illius Ecclesiæ curam suscipiat, ita vt in ea cæteros Clericos, vel populum gubernare queat, & ea quæ sunt iurisdictionis, & Ordinis potestatem non postulant, præstare, & exequi; quamuis nunc Iure Canonico Episcopus, vel quiuis alius Ecclesiæ Prælatus, iurisdictionem non acquirat sine Pontificiis litteris, quibus Ecclesiæ sibi collatæ possessionem apprehendat. Et hæc omnia optimè obseruat Azorius *tomo secundo, libro tertio, capite 30. quæsito quarto.* Vnde ex his

Sup. contento in hac Res. vsque ad vlt. eius & Caramuelis diffic. in to. 3. tr. 1. Resol. 63. à princ. vsque ad §. vlt. exclusiuè.

mihi non placet doctrina doctissimi, & amicissimi Caramuelis *in tract. Fundamentali, num.*1290. asserentis, quod dum Pontifex simplici Sacerdoti committit ministerium confirmandi, illum consecrat Episcopum; nam hoc esset conferre ordinem, & characterem Episcopalem, absque applicatione alicuius materiæ, sed hoc dicere est absurdum. Ergo.

RESOL. XXVII.

An in Consecratione Episcopi de iure Diuino requirantur tres Episcopi?

Et sententia negatiua affertur. Ex part. 12. tract. 1. Resol. 27.

§.1. CErtum est requiri de necessitate præcepti. Difficultas est an requirantur de necessitate Sacramenti. Et ex Granado, & aliis sententiam negatiuam ego adduxi *in part.8.tract.*1. quibus nunc addo Layman *lib.*80. *tract.9. cap.5. num.*1. Hugolinum *de potestat. Episc. cap.* 2. *num.* 5. Phocium *tom.*2 *lib.*3. *cap.*30. *quæst.* 2. Valentiam *tom.*4. *disput.* 9. *quæst.*3. *punct.*2. Probatur ex *Can.*1 *Apostolorum*, vbi dicitur Episcopum debere à duobus, vel tribus Episcopis ordinari. Idémque habetur apud Clementem Rò manum *lib.*3. *Constitutionum cap.*20. Si autem semel constet ad valorem Ordinationis non esse necessarios tres Episcopos, nulla ratio est, quæ cogat affirmare vnum Episcopum non sufficere. Supponi enim videtur hoc ipsum in Concilio Arausicano I. *cap.*21. dum statuitur, quod si duo Episcopi præsumpserint aliquem inuitum Episcopum facere (inuitus intelligitur non omnino, sed aliqualiter, alioqui non valeret ordinatio) vterque Episcopus ordinans deponatur, & in locum vnius substituatur, qui vim passus est: pro loco verò alterius alius ordinetur, vbi supponitur Episcopum verè ordinari à duobus Episcopis. Supponere etiam videbatur hoc ipsum sanctus Simon Cananeus Episcopus, qui teste eodem Clemente *lib.* 8. *Constitutionum cap.* 27. *alias* 33. permittebat ordinationem Episcopi fieri à duobus, vel à tribus, Ordinatum tamen ab vno, decreuit deponendum simul cum Ordinante. Omnis autem depositio supponit gaudium, aut statum à quo quis deponendus sit: nemo enim deponitur ab eo gradu, aut statu in quo non est. Ergo,&c. Et quidem pro hac firmanda sententia argumentum ex Apostolorum tempore desumitur: neque enim est probabile eo tempore, quo rari Episcopi inter se conueniebant, & soli, vt plurimum Apostoli cum aliquo, vel Presbytero, vel Diacono per vniuersi Orbis Regiones discurrebant, Episcopos omnes, qui ab Apostolis ordinati dicuntur, à tribus ordinatos fuisse, cum eorum plures ab vno tantùm Apostolorum memorentur ordinati. Confirmatur primò, quia Canon primus Apostolorum à duobus, vel tribus Episcopis consecrandum præcepit Episcopum; *Episcopus à duobus, vel tribus Episcopis ordinetur.* In quem Canonem Zonaras, & Balsamum permissam eo Canone inferunt, quæ à duobus solum peragatur Antistitis consecrationem, quæ illatio optima est: si enim à duobus, aut tribus præcipit Episcopum ordinari, à duobus permittit. Secundò, quia Constitutiones Apostolicæ clarius adhuc id docent, dum in necessitate factam, vel ab vno consecrationem Episcopalem, tanquam validam, ac legitimam admittunt, provt cuiuis verba Constitutionum intuenti, ac legenti, facilè constabit; *Ego Simon Cananeus constituo à quot Episcopis debeat ordinari Episcopus, scilicet à duobus, aut tribus Episcopis; sin verò aliquis ab vno Episcopus Ordinatus fuerit, tum is qui ordinatus est, tum is qui eum ordinauit deponatur. Quod si necessitas coëgerit ab vno ordinari, quod propter persecutionem, aut aliam causam plures adesse non possint, afferatur decretum commissionis plurium Episcoporum.* Ex iis enim verbis deduco primum præceptam non fuisse hoc tempore, nisi duorum, aut trium Episcoporum in Antistitibus consecrandis præsentiam, duos itaque suffecisse: alterum, qui ab vno consecratus fuisset validè consecratum: vtpotè qui de statu suo deiiciendus decernatur æquè, ac ordinator: tertium, in necessitate licuisse etiam ab vno consecrati Episcopum dummodo aliorum consensus accederet, proindéque ex iis apertè concluditur trium Episcoporum præsentiam consecrationi Episcopali substantialem non esse, nihilque obesse quin absque ea stare ipsa possit. Denique, quia D.Dionysius vbi explicat Episcopalem consecrationem, vnius tantùm Episcopi consecrantis meminit: at probabile non est eum essentialem ordinationis ritum omisisse.

Adduxit in Resq; nũc est in tom.3. tr.1.Res.61. §.2. & seqq. & hic infra lege duas Res.seqq.& ex Res.59.§. Que la consagracion.& Res.125. & in to.2.tr.5. cursim in Res.22.& in tom.9. tr.9. Res.2.breuiter in fine.

RESOL. XXVIII.

Alia sententia proponitur asserens ternarium numerum Episcoporum esse de iure diuino. Ex part.12.tract.1. Resol.28.

§.1. SEd his non obstantibus alij asserunt, quod vnus Episcopus solus nec habet ordinariam potestatem de iure diuino ad alterum ordinandum in Episcopum, neque ordinariè potest Episcopus validè ordinari, nisi à tribus aliis Episcopis. Ita Bellarminus *lib.*4. *de notis Ecclesiæ, cap.*8. & Vasquez *disput.*243. & alij. Probatur primò id quòd Apostoli, & deinde Ecclesia seruauerunt in ordinatione Episcopi sacramentali, receperunt illud à Christo Domino, sed Apostoli, & Ecclesia seruauerunt, vt Episcopus ordinaretur per tres Episcopos, &c. Probatur minor *ex* 1. *ad Timoth.*4. *num.*14. *Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per Prophetiam cum impositione manuum Presbyterij.* Nam in hoc loco Presbyterium significat cœtum Episcoporum manus imponentium, consequentia verò probatur, quia quod est institutum à Christo censetur essentiale Sacramento, tam Ordinis, quàm alij cuicumque Sacramento. Probatur secundò ex S.Aniceto Papa in Epistol. vbi disserit de Ordinatione S.Iacobi Minoris in Episcopum Ierosolymitanum illis verbis: *Si autem non minus quàm a tribus Apostolis tantus vir fuit Ordinatus Episcopus, patet profectò eam formam instituente Domino tradidisse, non minus quàm à tribus Episcopis debere Episcopum ordinari.* Vbi aduerte illud, *instituente Domino.* Item historiam illam de Ordinatione S.Iacobi esse veram, & acceptam, ex multis Authoribus, vt suprà attulimus. Probatur tertiò, quia S.Damasus Papa Epistol.4. in tom. Conciliorum ex eo probat. Corepiscopos non esse veros Episcopos, neque posse conferre omnes Ordines, quia illi fuerant ordinati, siue instituti ab vno tantùm Episcopo, si autem foret valida ordinatio Episcopi ab vno Episcopo facta, illud argumentum S.Damasi nullum esset. Idem docet Ioannes Papa III. in Epistola quæ habetur *tomo* 2. *Conciliorum*, verbis illis: *Omnia quæcumque maxima Concilia affirmant, illum non esse Episcopum, qui minus, quam à tribus Episcopis; Metropolitani, etiam authoritate, fuerit factum.* Concilia plura, vt Nicænum, Carthaginense, Arelatense refert Vasquez citatus, & alij Recentiores Et hæc omnia docet Bernal *de Sacrament. disput.*49. sect.

sect.2.num.5. cui ego addo Bellarminum *lib.4.de notis Ecclesiæ cap.8.* Vasquez *disput.243. cap.6.* Coninch. *disput.20. dub.9.* Philibertum Marchinum *de Ordin. part.2.cap.12.num.4.* Caietanum *in 3.part. q.67. art.3.* Ochagauia *de Sacram.disp.1.dub.18.num.556.& 261.* Iambert. *in 3.part.de Sacram.Ord.disp.6.art.1. propos. vlt.* & aliis.

RESOL. XXIX.

Iudicium de supradictis opinionibus, & prima magis confirmatur? Ex part.12.tract.1.Res.29.

§.1. VIdisti, Lector pugnantes sententias circa præsentem difficultatem. Ego puto ambas esse probabiles, & ideo rectè Doctor Hallier *de sacris Electionibus, part.2. art.2. §.1. cum seqq.* vtrasque referens respondet postea ad argumenta vtriusque: & licet secunda opinio sit inter recentiores magis communis; tamen primam sententiam puto habere maximam probabilitatem. Et vt verum fatear ego illi magis adhæreo; & præter Doctores citatos illam tenet Sanch. *Opusc. tom.2. lib.7. cap.1. dub.15. num.26.* & Auersa *quæst.3.sect.2.* Probatur primò, quia in Pontificali Romano semper agitur de Consecratore, tanquam vno, quod sine dubio fieri non deberet, si plures requirerentur ad substantiam ordinationis Episcopi, quamuis cæremoniæ accidentales ab vno peragerentur. Secundò in Sacramentis passim vnus Minister sufficit, & in præsenti ex nullo principio Theologico cogimur aliud asserere: igitur conuenientius est, vt dicatur impositionem manuum vnius Episcopi sufficere ad ordinationem Episcopalem. Minor probatur: Omnia quæ in contrarium adferri possunt, commodè possunt exponi, quòd ex illis solùm probetur necessitas præcepti; & quidem ad imitationem Apostoli, qui Timotheum ordinauit in Episcopum aliis simul manum imponentibus. Denique in Concilio Carthaginensi dicitur; *Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem super caput, & ceruicem eius, & vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.* Hoc capite, vel describitur ritus essentialis ordinationis Episcopi vel solum accidentalis; si posterius ex similibus locutionibus Concilij, vel Pontificum, nihil potest haberi pro ritu necessario ad substantiam consecrationis Episcopi; si dicatur prius, quoad admittit Vasquez *disp.240.cap.cit.num.65.* satis datur intelligi impositionem manuum plurium Episcoporum non requiri ad substantiam Consecrationis, cum dicitur, *vno super eum fundente benedictionem:* quibus verbis denotatur sufficere si forma ab vno pronuncietur: quod si vnus Minister sufficiat respectu formæ, quidni sufficiat respectu materiæ?

2. Respondet Vasquez vbi suprà, requiri, & sufficere ad substantiam Sacramenti, si omnes conueniant in applicatione materiæ, quamuis vnicus formam profetat: Sed id videtur minus probabiliter dictum, quia forma debet materiæ respondere: ergo si impositio manuum plurium Episcoporum requiratur ex parte materiæ, requiritur vt proportione quadam aliquid proferatur à singulis, quod se teneat ex parte formæ; alioquin aliquid concurreret partialiter per modum materiæ, cui nihil respondebit in forma, cum forma prolata ab vno nullo modò respiciat materiam, prout ab aliis applicatur, sed prout applicatur ab illo, qui profert formam, v.g. hæc verba, *Accipe Spiritum sanctum*, quæ omnium sententia, debent aliquo modo respicere actionem Ministri (cum tanquam oratio practica denotent implicitè conferri gratiam per manuum impositionem) prolata ab vno non respiciunt impositionem manuum factam ab aliis Episcopis, sed ab eo, qui huiusmodi verba profert: igitur ex parte materiæ ab aliis applicatæ, nihil respondet per modum formæ videtur autem minus probabile, quod in Sacramentis aliquid requiratur etiam partialiter ex parte materiæ, cui nihil respondeat in forma.

3. Confirmatur; non potest commoda ratio assignari, cur vnus dependeat ab alio ex parte materiæ, & non similiter dependeat ex parte formæ: vel ergo dicatur formam à singulis debere proferri, quod etiam fatente Vasquez, non est necessarium, vel certè asseratur impositionem manuum factam ab Episcopis non concurrentibus ad prolationem formæ non requiri ex parte materiæ ad consecrationem Episcopi & quod hinc sequitur, asseratur ad substantiam huius ordinationis sufficere impositionem manuum vnius Episcopi.

4. Tertiò, quia Gregorius I. concessit pro Anglia, vt consecratio fieret ab vno Episcopo. Gregorius XIII. concessit Patriarchæ Æthiopiæ, vt per vnum Episcopum consecraretur. Ex Can. Apostolorum, cit. Episcopus potest à duobus Episcopis ordinari: ergo ad substantiam Consecrationis tres non requiruntur; quod si tres non sint necessarij, non apparet, quod ad valorem Ordinationis duo requirantur.

5. Dices, hæc quidem ostendere non ita requiri impositionem manuum Episcoporum, vt ex concessione Summi Pontificis vnus non sufficiat, non tamen ostendere, quod non requirantur, vt factum teneat, si nulla accedat concessio: quemadmodum enim supra de Confirmatione dictum est, Sacerdotem simplicem posse quidem conferre Sacramentum Confirmationis ex concessione Pontificis, non posse tamen sine illa. Sed iure diuino Ministrum ordinarium esse Episcopum, cur in præsenti dici non possit, & debeat communiter ad substantiam & valorem actus requiri impositionem manuum trium Episcoporum, pauciores tamen posse sufficere ex Pontificis concessione.

6. Respondeo id quidem aliqua probabilitatis specie dici posse, si quid vrgeret ad asserendum tres Episcopos requiri ad actus substantiam, sed cum ex nullo principio videamur cogi ad id asserendum; imò aliqua contrarium suadeant, videtur dicendum huiusmodi concessionem non esse respectu alicuius necessarij ad substantiam, sed solum ex præcepto requisiti: & certè Canon Apostolicus nullam indicat concessionem, seu dispensationem in conditione communiter requisita ad valorem actus. Et tandem in nullo alio Ordine, vel Sacramento habetur tale exemplum, vt plures simul Ministri debeant ex integro concurrere, & singuli perficere substantiam Sacramenti. Et Vasquez ipse *disput.280.in fine*, dicebat, non esse quidem necessarium, vt omnes, ac singuli tres Episcopi verba proferrent; sed sufficere, vt duo tantùm manus imponerent vno proferente, & simul manus imponente. Quod non cohærenter dicitur & aliam nouitatem inducit, vt spectet, & ad valorem requiratur mysterium alicuius adhibentis tantùm materiam, & non formam. Accedit etiam, quod Conuentus plurium Episcoporum dici debet augere potius, quàm minuere securitatem Ordinationis: at si necessarius ad valorem, potius minuit, quia defectus in vnoquoque ex tribus illam irritam redderet: si verò non sit necessarius ad valorem, sic nec ex defectu vnius, nec duorum vitiaretur ordinatio, dum saltem ab vno ex tribus ritè ministerium compleatur.

RESOL. XXX.

An stando in opinione, quod requirantur tres Episcopi de iure diuino in Consecratione Episcopi, possit in casu necessitatis super hoc Papa dispensare?

Et obseruatur, quod quando Consecratio fit ex commissione ab vno Episcopo adhibendos simul esse ex eadem commissione alios duos Presbyteros, loco Episcoporum, qui non sunt. Ex part.12. tractatu 1. Resol.30.

§.1. NEgatiuam sententiam docet Castrus Palaus *tom.4. tractat. 27. punct.14. numero 13.* vbi sic ait: Existimo Consecrationem Episcopi, ita necessariò à tribus Episcopis faciendam esse, vt nequeat Pontifex in hac parte dispensare, & vni tantùm Consecrationem committere; vti videntur docere Henricus *lib. 10. cap. 24. §. 1.* Paulus Comitolus *in respons. moralium, lib. 1. quæst. 48. numero 23.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiepisc. Neapol. cap. 70. numero 16.* Barbos. *de potestate Episcopi, allegat. 2. numero 45.* Moueor quia Pontifex nequit dispensare in forma, vel materia Sacramentorum: at Consecrationis Episcopalis materia, non est tantùm vnius Episcopi manus impositio, sed plurium, vti constat ex illo ad Timoth. 4. *impositionem manuum Presbyterij*, iuncta communi Doctorum explicatione. Ob quam causam superius diximus; etsi forma huius Sacramenti, quæ ab vno Episcopo profertur non satis ex se effectum illius exprimebat, ex impositione manuum plurium Episcoporum sufficientem expressionem accipere. Deinde testimonia Anacleti, Damasi, aliorúmque Pontificum non solùm probant tres Episcopos esse Ministros ordinarios Episcopalis Consecrationis, sed esse omnino necessarios, sicuti Sacerdos est necessarius Minister Consecrationis; aliàs si ex commissione vnius tantùm esse posset, Pontifices decidentes debere necessariò tres adesse adderent tres Episcopos, vt ordinarium Ministrum, sicuti de Sacramento Confirmationis loquuntur. Quæ autem aduersus hanc doctrinam Vasquez, in fauorem suæ sententiæ adduxit, leuia sunt Primum namque, & secundum argumentum probarent, non solum Ministrum ex delegatione, sed ordinarium esse posse vnicum, vel duos Episcopos. Quapropter ad primum dicendum est, cum Canon. Apostolicus & Clemens expostulant pro Consecratione Episcopi duos, vel tres, supponunt Metropolitanum cum illis adesse debere, iuxta textum *in capit. Archiepiscopus, de tempor. ord.* Ad locum adductum ex *lib. 8.* respondeo, plura in illo libro contineri infirmæ authoritatis. Ad secundum, nego illum, qui à duobus Episcopis fuit per vim ordinatus, denuò ordinandum non esse: neque obstat vti Concilium nomine constitutionis: id enim factum est, quia simul cum ordinatione iurisdictio ei erat concedenda. Tertium, quod difficilius est, probaret optimè intentum, nisi, vt bene aduertit Coninch. *disputat. 20. dubitat. 9. numero 92.* locus ille mendosus esset, vt colligitur, tum ex pluribus, quæ in illa responsione referuntur, quæque censum imperfectum, præstant; tum ex tenore, quo refertur eadem responsio in operibus Diui Gregorij *in fin. lib. 12. Epist. Registri*: ibi enim dicitur: [Et quidem etiam in Anglorum Ecclesia, in qua adhuc solus sic Episcopus inuenitis ordinare Episcopum non aliter nisi cum Episcopis potes. Nam quando de Galliis Episcopi veniunt, illi in ordinationem Episcopis testes ibi adsistant.] Non igitur colligi potest Gregorium dispensasse, vt Augustinus solus Consecrationem Episcoporum præstaret. Hucvsque Palaus & alij, vt D. Antoninus, Sylvester, quos citat Solorzanus *de Indiarum, tom.2. lib.3. cap.6. numero 35.* & Leander *vbi infra.* Sed ego puto non esse diuidendum à sententia Vasquez, quam nouissime tenet doctissimus Lambert. *in 3. part. D. Thomæ, disputat. 6. de Sacrament. Ordinis, artic. 1. propositione vltima*, vbi sic ait: [Pro ordinando aliquo in Episcopum, ita tres Episcopi iure diuino requiruntur, vt tamen ex dispensatione Summi Pontificis vni tantum Episcopo, vel duobus tantùm Episcopis, vel vni tantùm Episcopo cum duobus Abbatibus infulatis, loco reliquorum duorum Episcoporum, possit Episcopalis Ordinatio committi. Probatur ex S. Clemente *lib. 8.* Constitutionum Apostolicarum, *cap. 27.* & ex eo quòd Sanctus Gregorius dispensauit cum Sancto Augustino in Angliam misso, vt quando solus ibi esset Episcopus, solus etiam ibi ordinaret Episcopum donec plures essent; & hoc videtur dicendum fuisse factum ab Apostolis, quando post diuisionem primos Episcopos constituerunt iis in locis, quibus Euangelium prædicabant, & pro hac re aliquot pensationes refert.] Henriq. *de Sacram. Ordin. cap. 24.* Ita ille.

Sup. hoc in tom.3. tr. 1. Resol.61. § Sed quidquid. & lege hîc inf. Resol. 47. signanter à §. Sed aduersus. & ex Resol.59. §. Quæ interueniendo. & lege Resol. hâc sequentem.

2. Dicendum est igitur, quod Christus Dominus ita instituit hoc Sacramentum, vt voluerit esse de substantia, & necessitate illius, fieri à tribus Episcopis quando ita fieri possit, quando autem non, vt fieret à duobus, vel ab vno solo Episcopo: ex commissione, aut determinatione Ecclesiæ, vel Summi Pontificis Ex quo fit, vt Ecclesia nec mutet materiam nec formam nec Ministrum fructus Sacramenti, quando consecratio Episcopi fit ex commissione, aut determinatione Papæ, ab vno tantùm, vel duobus Episcopis; sed tantùm pro necessitate temporum, disponit materiam, formam & Ministros huius Sacramenti, iuxta formam à Christo acceptam.

3. Probari etiam potest hæc opinio primò à simili: nam non minùs iure diuino, & ex Christi Domini institutione Episcopus est Confirmationis, & Ordinis Minister; quam tres Episcopi sint Episcopalis Consecrationis Ministri: sed vrgente necessitate potest Pontifex committere facultatem confirmandi & ordinandi non Episcopo; ergo etiam poterit vni soli Episcopo committere facultatem consecrandi alium Episcopum.

4. Secundò, hoc idem probatur exemplo Apostolorum, qui in multis ciuitatibus, sic Christo, aut eius Vicario dispensare, absque interuentu aliorum Episcoporum, qui tunc non erant, per se ipsos solos, & singulos Episcopos ordinabant.

5. Tertiò, hoc idem fatendum est Sancti Iacobi consecratione, quid dum fuit à D. Petro, Ioanne, & alio Iacobo Episcopus Ierosolymitanus consecratus, quæri potest de ipso Iacobo, & Ioanne à quibus aliis fuerint Episcopi consecrati. Sic dicas à Christo Domino fuisse Episcopos consecratos, dum eos Apostolos instituit, cum Episcopi sint Apostolorum successores, etiam ego dicam ipsum S. Iacobum fuisse à Christo in Apostolorum numerum cooptatum & ita, vel in Consecratione non eguisse, vel eandem reliquis Apostolis fuisse necessariam, quare ad hoc deueniendum erit, sanctum Ioannem, & alium Iacobum à D. Petro fuisse consecratos, deinde omnes tres Iacobum cognomento Iustum, in Episcopum Hierosolymitanum ordinasse, vt etiam bene docet Ioan. de Turrecrem. *lib.2. Summa, de Eccles. cap.32.* & Card. Bellarm. *lib.1. de Rom. Pont. cap.23.* Ex quo sequitur verum esse, quod dicebamus, vrgente necessitate, qualis esset Episcoporum penuria; posse Pontificem

Pontificem sine tribus Episcopis, duobus solùm, vel etiam vni consecrationem demandare, vt de facto fecisse Petrum demonstratum iam fuit. Et ita hanc sententiam me citato tenet Leander *de Sacram. tom. 2. tract. 6. cap. 6. quæst. 4.* vbi citat Henriquez, Marchinum, Solorzanum, Machadum, & alios, quibus addo Franciscum de Lugo *de Sacrament. theorem. 7. exemp. 9.* Martinon *de Sacram. tom. 2. disp. 67. sect. 2. num. 1.* Bernal *de Sacram. disp. 9. sect. 2. num. 9.* & Dicastillum *de Sacram. tom. 1. tr. 7. disp. 1. dub. 18. n. 166.* qui obseruat, quod quando consecratio fit ex commissione ab vno Episcopo, adhibendos simul esse ex eadem commissione alios duos Presbyteros loco Episcoporum, qui non sunt: putant enim Ministrum ordinationis, qui est Ordinarius, esse ordinarium totius ordinationis; & qui potest esse ex commissione totius ordinationis à primo gradu, vsque ad vltimum, & ex alio capite nullam esse indecentiam quod Episcopus qui est superior simplice Sacerdote consecretur, & benedicatur à simplicibus Sacerdotibus, non vt à principalibus Ministris, sed vt à minus principalibus, & ex commissione Pontificis, quorum verborum sensus satis est obscurus. Hoc autem magna ex parte gratis dicitur: neque enim ex aliquo capite probatur esse adhibendos alios Sacerdotes simplices; cur enim non poterit id facere, si Pontifex committat, solus Episcopus sine Presbyteris? & vnde probant hos esse necessarios.

RESOL. XXXI.

Exemplis demonstratur Pontifices sæpius super numero Episcoporum in Consecratione Episcopi dispensasse. Ex part. 12. tract. 1. Res. 31.

§. 1. PRobatur hoc ex Gregorio Papa: nam Augustino ab ipso in Angliam ad illius Regni conuersionem misso facultatem concessit vt ipse solus vnum, aut alterum Episcopum ordinaret; imo verò à tribus Episcopis ordinarentur vt Paludanus, & Syluester locis citatis referunt, & habetur inter eiusdem Gregorij decreta in responsionibus ad Augustini interrogationes *cap.* 8. quæ sunt inter eius opera. Item Gregorius XIII. eandem facultatem concessit Patriarchæ Æthiopiæ qui erat à Societate Iesu teste Henriquez *lib. 3. de Ordine, cap. 24.* qui testatur idem factum fuisse sæpe in India, & Iaponia, & hoc priuilegium concessum fuisse Prouinciis Indiarum testatur etiam Machadus, *tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 2. docum. 6. num. 4. & 5.* vbi sic ait, [El tercero requisito es que assistan ala Consegracion cierto numero de Obispos. Para cuya intelligencia se ha de aduertir, que antiguamente era necessariò que para el acto de la Consegracion de vn Obispo assistiessen el Metropolitano, todos los Obispos prouinciales, ò por lo menos por cartas dissen su consentimiento. Despues por Derecho comun se dispuso, que solamente assistiessen tres Obispos à consegrar al nueuo Obispos. La mayor difficultad desta materia consiste en auerigur, si el Pontifice podrà dispensar en este numero de Obispos, que como hemos dicho son necessarios para consegrar al nueuo Obispo. Algunos son de parecer que on fundados en que por derecho diuino es de necessitad del; acto de la Consegracion; que interuengan en el tres Obispos, de tal modo, que sino sean seria nula la consegracion si se celebrasse sin el dicho numero de Obispos. Si bien otros graues Autores afirman que puede el Pontifice dispensar en el dicho numero de Obispos, como vemos que ha dispensado Pio V. en las Indias; paraque con solo vn Obispo y dos Dignidades, ò Canonicos que la assistan se pueda celebrar la Consegracion del Obispo nueuo.] Ita ille. Vide etiam Leandrum *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 6. quæst. 4.* & Martinon *de Sacram. tom. 2. disp. 67 sect. 2. num. 21.* vbi sic ait: *Denique licèt ordinarie tres Episcopi requirantur ad ordinandum aliquem in Episcopum, vt patet ex Epist. Aniceti Papæ ad Episcopos Galliæ, & ex Epist. 5. Damasi Papæ contra Corepiscopos; in quo differt illius ordinatio ab ordinatione Sacerdotis, & aliorum Ordinum inferiorum, qui ab vnico Episcopo conferri possunt:* Probabilius tamen est vnicum Episcopum saltem ex commissione Summi Pontificis sufficere posse. Qua de re vide Turrianum *lib. 1. pro Canonibus Apostolorum, cap. 22. ante medium;* Vasquez *disput. 243. cap. 6.* Ægidius Coninch *disp. 20. dub. 9. num. 92.* & Henriquez *lib. 10. de Ordin. cap. 14.* vbi testatur Gregorium XIII. hanc facultatem concessisse Patriarchæ Æthiopiæ è Societate Iesu, idque in India, & Iaponia sæpe factum esse. Solet etiam ad idem confirmandum adduci exemplum S. Gregorij Magni, qui dicitur id permisisse August. Cantuariensi Episcopo à se misso in Angliam, prout habetur inter eiusdem Gregorij decreta in responsionibus ad Augustini interrogationes *cap.* 8. qui extant inter eius opera *lib. 12. Registri, Epist. 31.* Idque significant prima illius responsionis verba quidquid dicat Ægidius Coninch *loc. sup. cit.* Nam August. interroganti vtrum propter nimiam distantiam, & difficultatem habendi plures Episcopos posset vnus solus Episcopum ordinare? & sic respondet S. Gregor. *Et quidem in Anglorum Ecclesia, in qua adhuc solus tu Episcopus inuenris, ordinare Episcopum, non aliter, nisi sine Episcopis potes.* Addit verò, vt si aliquando de Galliis Episcopi veniant, illos sibi adiungat; & vt quando in ipsa Anglia Episcopi in locis satis propinquis fuerint constituti: non fiat Episcopalis ordinatio sine aggregatis tribus, vel quatuor Episcopis. Ita Martinon.

RESOL. XXXII.

An Pontifex, si concedat absque iusta causa Episcopo vt possit consecrari absque aliis Episcopis, sit non solum illicita, sed inualida?

Idem est de commissione facta simplici Sacerdoti, vt conferat Sacramentum Confirmationis. Ex part. 12. tract. 1. Res. 32.

§. 1. CIrca præsentem quæstionem videtur philosophandum sicut de commissione facta simplici Sacerdoti, vt conferat Sacramentum confirmationis, vt obseruat Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tr. 3. disput. vnica, dub. 11. num. 111.* Asserunt igitur aliqui, quod vt licitè Pontifex committat hanc administrationem simplici Sacerdoti; necessaria sit causa vrgens, & grauis; tamen, vt validè committat, non videtur necessarium. Id quod probant Henriquez *lib. 3. cap. 6. num. 4.* Suarez *disp. 26. sect. 2.* Coninch *ad cit. art. 11. num. 110.* Layman 1. *super cap. illo 6. n. 1. in fin.* quia non est illa propriè dispensatio, sed commissio potestatis secundùm Christi institutionem, ita vt voluerit Christus, quod Minister huius Sacramenti ordinarius, & ex officio esset Episcopus; extraordinarius autem & ex commissione Summi Pastoralis Ecclesiæ posset esse simplex Sacerdos.

Sup. hoc cõfirmationis Sacr. in to. 3. tr. 1. Res 14.

2. Sed in hoc aliqui philosophandum existimant sicut plerique philosophantur in modo relaxandi vota, quem seruare debet Superior, vt validè relaxet, nempe quod sicut ibi ideo non valet relaxatio, seu dispensatio Superioris sine causa sufficienti, saltem probabiliter, & quæ sit humano more talis existimata; quia scilicet, quamuis Deus commiserit Superiori (saltem supremo Pastori, & per illum cæteris) potestatem

testatem remittendi nomine ipsius Dei verbum promissionis, qua remissione facta liber manet vouens, tamen non censetur Deus id commissione, vbi non est iusta causa, saltem existimata; ac proinde non valet ea dispensatio, seu relaxatio voti, quia non censetur tunc per suum Ministrum remittere, quando hic quasi ministerialiter, & nomine Dei sine causa remittere promissionem attendat. Pari ergo ratione in nostro casu philosophari possumus, Deum quidem commisisse summo Pastori potestatem committendi administrationem Confirmationis simplici Sacerdoti, quando iusta causa subest, saltem humano modo talis reputata: non verò quando ea causa non subest: neque aliud aliunde satis constat, nec videtur admodum rationabile pro gubernatione Ecclesiæ, quod Pontifex habeat eam potestatem committendi ad abutendum illa. Et hæc omnia docet Dicastillus *tract.3. disputat. vnica, dub.11. num.113.* Quæ omnia secundum id quod dixerat applicanda sunt in casu nostro.

3. Dico igitur non solum non licere Pontificem absque iusta causa dispensando in numero ternario Episcoporum in aliqua Episcopi consecratione, sed etiam dispensationem esse nullam. Non nego tamen contrariam sententiam nempe dictam dispensationem esse validam & suam habere probabilitatem: nam vt ipse Dicastillus fatetur ex Doctoribus superius citatis, commissio Pontificis absque iusta causa facta simplici Sacerdoti valida est. Ergo hoc etiam erit in casu nostro.

RESOL. XXXIII.

An Sede Apostolica vacante possit à Collegio Cardinalium, vel ab alio, cui eorum nomine Ecclesiæ commendata est administratio, talis facultas ordinandi committi?

Et an verò possit Pontifex hanc facultatem quam habet committendi simplici Sacerdoti facultatem administrandi hoc Sacramentum, alteri alicui committere, qui tanquam delegatus nomine Pontificis quando subest iusta causa, possit hanc facultatem concedere? Ex p.12. tr.1. Res.33.

§.1. APponam etiam alia dubia; An Cardinalium Collegium Sede Apost. vacante facultatem etiam committendi communicare possit alteri, vt ille eam possit committere vni Episcopo, quando opus fuerit? Ac etiam an commissio facta alicui Episcopo à Pontifice, vt ipse solus sine aliis Episcopis possit Episcopum ordinare, expiret morte Pontificis decedentis? Hæc dubia proponit Dicastillus *tom.1.disp.1. dub.18.num.172.& 173.* qui postea *eod.Tom.1.tract.3. disput.vnica, dub.11. num.117.* ad illa sic respondet; [Vtrum autem Sede Pontificis vacante possit à Collegio Cardinalium nomine illius, ab illo; cui Ecclesiæ gubernatio est commendata, talis facultas administrandi committi? non est ita certum, nec video ab Auctoribus disputari.] Mihi videtur non posse, quia hoc extraordinarium est & solum nobis constat fuisse Pontifici concessum; sine fundamento autem ad alios extenderetur. Quamuis autem succedat Sede vacante generaliter loquendo capitulum Prælato in iis, quæ sunt iurisdictionis; huius tamen regulæ generalis fallentiæ sunt non paucæ, maxime Sede Apostolica vacante; qua de re disputare non est huius loci.

2. An vero possit Pontifex hanc facultatem, quam habet committendi simplici Sacerdoti facultatem administrandi hoc Sacramentum, alteri alicui committere, qui tamquam delegatus nomine Pontificis, quando, subest iusta causa, possit hanc facultatem concedere, non nemini vidisse in Authoribus disputatum. Mihi sanè videtur posse, tum quia ea potestas in Pontifice est ordinaria, & non video quare non sit subdelegabilis tum quia iustæ causæ esse possunt id committendi alteri maximè in hoc genere facultatis quæ solent concedi propter penuriam, & absentiam Episcoporum in Regionibus longè distantibus à Sede Apostolica, vbi an sufficientes causæ sint id committendi simplici Sacerdoti, vix potest Pontifici constare immediatè ad se relatis causis, & earum probationibus, sæpéque esset periculum in mora, vt interim multi fideles sine hoc Sacramento perirent. Quapropter sæpe consultus videri poterit, eam facultatem committendi alteri concedere alicui, qui proxime possit causas nosse, inuestigare, aut examinare, vt iis discussis eam administrationem committat, si viderit expedire. Hanc autem facultatem committendi non puto expirare morte Pontificis concedentis, maxime quando iam est acceptata per se, vel per procuratorem à prædicto Commissario; est enim gratia facta comparatione illius, non gratia facienda, atque adeò non expirat morte concedentis, vt videbimus suo loco. Propter eandem rationem non expirat commissio, seu facultas ipsa administrandi facta simplici Sacerdoti; etiamsi superueniat mors Pontificis concedentis: est enim gratia Principis facta. Hucvsque Dicastillus. Quæ omnia applicanda sunt, vt ipse asserit, quoad potestatem, quam habet Pontifex circa dispensationem in Consecratione Episcopali; quæ quidem maximè notanda sunt à Lectoribus, cum illa difficulter in aliis Auctoribus inueniant.

RESOL. XXXIV.

An consecratio Episcopalis possit fieri à pluribus Episcopis, quàm à tribus?

Et quomodo olim Archiepiscopus consecrabatur? Ex part.12.tract.1.Res.34.

§.1. AD hanc difficultatem respondet Doctor Hallier *de Sacris Electionibus part.2. cap.2. art.1.§.1.num.9.* vbi sic ait, [Certum est non solum à tribus, verum etiam à pluribus Ordinationes olim fieri solitas: puta cùm ab Episcopis omnibus Prouinciæ in vnum conuenientibus, tum etiam ab aliis, qui huius rei causa conuocarentur, vel qui casu interessent.] Vnde Nicenum I. ab omnibus, qui essent in Prouincia ordinationes celebrari voluit. Arelatense I. si fieri posset à septem, & citata omnia Conc. à tribus saltem. Antiochenum non nisi cum Synodo Episcoporum. Parisiense III. sub Pelagio, vel Episcopos Prouinciæ, vel vicinos ad Ordinationem Episcopi peragendam à Metropolitano accersiri refert. Lucius III. omnes Prouinciæ Antistites conuenire iubet ad Metropolitani Ordinationem, vt ab omnibus ordinetur. Iuxta quæ apud Cyprianum, Cornelium Summum Pontificem, pluribus etiam Aphricanis Episcopis; qui tum Romæ aderant Episcopum factum legimus; adeo vt à sexdecim Episcopis Ordinatus petiit beatur. Apud August. duodecim Episcopos numeratos reperimus, qui Maximiani Ordinationis, non solum testes, verum etiam Auctores extiterint. Apud Optatum Meleuitanum, Maiorinum à secundo Numidiæ Primate, aliisque traditoribus Episcopis pluribus Ordinatum aduertimus. Apud Socratem, Nectarium à centum quinquaginta Episcopis, qui tunc Constantinopoli aderant, ordinatum. Ioann. quoque Chrysostomum, qui in eius locum suffectus est, quo eius ordinatio celebrior esset; conuocata Episcoporum Synodo, cui etiam Theoph. Alexand. interfuit fuisse consecratum, obseruare possumus, quæ omnia breuiter percurro:

percurro : solum ex eis colligo, si plures tribus Episcopis ad aliquam Episcopi cuiuscumque ordinationem vocentur ; eique interfint non otiosos stare, non Pontificalibus indumentis ornatos assistere debere, quod iam passim obseruatur ; sed & sacris, quas rubrica & Ecclesiæ consuetudo requirit vestibus indutos assistere, & simul cum Cõsecratore, vel statim post cum ordinando manus imponere eos oportere. Ecclesiæ enim ex prædictis hanc fuisse consuetudinem patet, vt non solum à tribus, sed à pluribus tum eiusdem Prouinciæ Episcopis quos cessantibus legitimis excusationibus interesse necessum erat : tunc alterius Prouinciæ, qui honoris causa vocabantur ; manus ordinando imponerentur : imò id expresse Concilium Carthaginense IV. obseruari voluit, statuens, *vt Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem super caput, & ceruicem eius, & ipse super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant*; quæ eisdem ferè verbis habentur in veteri ordine Romano ; ex quo eadem refert Albinus Flaccus, qui tamen eisdem sese opponit, quasi nec veteri traditioni, nec vsitatæ suo tempore Ecclesiæ Romanæ praxi essent conformia ; quem sequutus Ambarius eum videtur explicasse, dum nempe hoc solum reprehendit tanquam ab Apostolica traditione, & Canonica auctoritate dissonum, quod duo Episcopi librum Euangeliorũ super caput Ordinandi teneant. Sed relinquamus hos Auctores, quibus absque vllo dubio minor auctoritas inesse debet, quam & Concil. Cartaginense IV. & veteri Ordini Romano ; non videntur tamen illi in dubium reuocasse, quòd Episcopi omnes Ordinationis alicuius præsentes, manus ipsi imponere debeant. Ex veteri verò isto Ordine Romano, & Concilio Carthaginensi IV. distincta colliguntur officia præcipui Consecratoris, qui solus benedictionem super ordinandum fundebat, orationem dicens, quæ in veteri Ordine Romano describitur, & duorum ex officio, seu ex necessitate adsistentium, qui codicem Euangeliorum super caput Ordinandi tenerent, & cæterorum Episcoporum præsentium, qui omnes caput ordinandi tangebant, in quibus paululum ab iis discrepat Pontificale Romanum formam, quæ iam inobseruanda sit, præscribens, dum nempe præcipit, *vt Consecrator, & assistentes Episcopi* (assistentes autem Episcopos vocat, quicunque intersunt, quos duos ad minus esse debere ait) *Ambobus manibus caput consecrandi tangant, dicentes ; Accipe Spiritum sanctum.* Et certè si Episcopi præsentes ab impositione manuum super ordinandum se contineant, videntur aut communionem Episcopi, qui ordinatur aspernari : aut electionem improbare, eo modo quo è contrario Lucij Alexandrini, Arriani Moses, Ioannis quoque Pergensis eadem hæresi infecti Antiochus, & alij ordinandi, hæreticorum tangere ipsos valentium manus repulerunt, quorum Societatem refugiebant. Huc vsque Hallier.

RESOL. XXXV.

An sit de essentia Consecrationis, vt fiat iussu Archiepiscopi, vel Patriarchæ ?

Et primo supponitur, quid de iure super hoc.

Et quæritur docetur Primates, seu Patriarchas, & Archiepiscopos, & Cardinales consecrari à Papa, vel ab alio de eius commissione ? Ex parte 12. tractat. 1. Resol. 35.

§. 1. SVpponendum est, quod de iure Primates, seu Patriarchas, & Metropolitanos consecrant tres Episcopi eorum suffraganei, omnibus aliis eorum suffraganeis personaliter aduenientibus, nisi essent necessitate impediti : quo casu per litteras debent consentire *cap. quia, dist. 64. cap. porro, & cap. Archiepiscopus, distinct. 66. cap. si Archiepiscopus de temp. Ordinat.* & si est Archiepiscopus, qui est consecrandus ; debet esse cum Primatis, seu Patriarchæ, cui subest, consensu, *cap. placet, distinct. 65.* ita quod sine eo non recipit executionem consecratus. Sic Syluester ibi. Innoc. *cap. nec Episcopi de temp. Ordin.* Armil. *verb. consecratio Prælatorum, num. 2.* Angel. *verb. consecratio Episcoporum, n. 1. 2. & 5.* Rosel. *verb. confirmatio electorum, num. 12. 13. & 16.* Tabien. *verb. confirmatio in communi, quæst. 10. 11. & 12.* licèt Angel. Tabien. & Rosel. dicant Primates, seu Patriarchas, & Cardinales consecrari à Papa, vel ab alio de eius commissione, hoc non est de iure, sed de consuetudine, vt bene Sylu. *ibi*, idem dicens de Archiepiscopis : consuetudo enim habet ; vt ferè nulli horum consecrentur, nisi à Papa, vel ab alio de eius commissione, *Arg. cap. pudenda 24. qu.* 1. Episcopus autem si est exemptus debet consecrari à Papa, vel ab alio de eius commissione : si verò non sit exemptus, sed alicuius Archiepiscopi suffraganeus, consecrandus est ab illo Archiepiscopo cum duobus Episcopis comprouincialibus, seu suffraganeis, aut tres comprouinciales, seu suffraganei Episcopi illum consecrabunt ex iussu Archiepiscopi : in vtroque tamen casu omnes Episcopi suffraganei requirendi sunt per Epistolam, vt consentiant, *cap. nec Episcopi de tempor. ordinat. cap. non debet, dist. 65. cap. Ordinationes, el 1. dist. 75. cap. Ordinationes, cap. Episcopi, capit. comprouinciales, dist. 64.* Quod si quis Episcoporum comprouincialium contemnatur in consecratione Episcopi, vel Archiepiscopi potest agere vt exequutione officij priuetur. Sic Innocentius, Syluester. Tabien. Rosel. Angel. *ibid.* Turrecrem. *cap. Ordinationes, el 1. dist. 75 n. 7.* Quando autem Archiepiscopus, vel aliqui ex suffraganeis Episcopis dissentirent consecrationi, quid faciendum sit, consule Turrecrem. *distinct. 64.* initio id latè disputantem.

2. Hoc supposito, assero non esse de essentia consecrationis Episcopalis, vt cõsecratio fiat de iussu Archiepiscopi, vel Patriarchæ, & ab Episcopis suffraganeis, sed hoc est de necessitate præcepti : quòd verò attinet ad essentiam consecrationis, sat est vt fiat à quibusvis Episcopis. Probatur, quia hic non est actus iurisdictionis, aliàs esset delegabilis, sed Ordinis : Ordo autem Episcopalis æquè est in omnibus Episcopis ; ergo. Secundò, quia quod fiat de iussu Archiepiscopi, & à suffraganeis, &c. pertinet ad iurisdictionem Ministri, sed hæc tantum in Sacramento Pœnitentiæ, & Matrimonij est de necessitate Sacramenti in reliquis verò solùm de necessitate præcepti : ergo. Quod si opponatur, *cap. non debet, dist. 65.* vbi habetur quod fiat de licentia Metropolitani, convocatis Episcopis suffraganeis, aliter consecratio facta non valeat : & *cap. Archiepiscopus, distinct. 66.* vbi habetur, quod Archiepiscopus ab omnibus suffraganeis consecretur, aliàs sit irrita consecratio. Respondetur cum Turrecr. *dist. cap. non debet*, & Gloss. *dist. cap. Archiepiscopus, vers. irrita*, & ibi etiam Turrecremata quod intelligitur non valere, atque esse irritam consecrationem, non quod non reuera sit valida, & maneat ille Episcopus, sed esse irritam quoad officij executionem, id est quod manebit vere Episcopus consecratus, sed non poterit exequi officium. Et hæc omnia docet Sanchez *in Opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 15. num. 18. & 24.* cui ego addo Azorium *tom. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 2.* & Hieronymum Florentum *in lib. 1. Decret. tit. 6.* Sed ego puto cum Pace Iordano *tom. 1. lib. 1. sect. 2. n. 11.*

quòd

quòd hodie consecratio; quicquid antiqua disponerent de Metropolitano,& Comprouincialibus Episcopis *in cap.fin.distinct.61.cap.1.dist.75.cap.si Archiepiscopus, & cap.Nec Episcop. de temp. Ordin.* & alibi frequenter,non fit nisi de mandato Summi Pontificis. Sicut enim reseruauit sibi Cathedralium prouisionem, sic etiam ab eius libito pendere voluit facultatem consecrandi, cùm non deceat inferiores se ingerere in iis in quibus ipse manum apposuit, *cap.cùm in distribuendis de tempore Ordin.* Abbas per illum *in cap.Meminimus,not.3.de accus.* Augustinus V.*consecr. pr.*§.2. Et apparet ex dictis rubr. Pontificalis, atque ex obseruantia Romanæ Curiæ secundum quàm Promoti ibidem consecrantur, vel commissionem obtinent ad partes.Nullus itaque potest hoc munere fungi,sine speciali mandato Papæ.Vndè primarius Consecrator requisitus à secundo, qui antiquior est ex assistentibus, de consecrando interrogat, *habetis mandatum ?* & in Curia quidem, in qua Eminentissimi Cardinales solent hanc exercere functionem,datur ei facultas viuæ vocis oraculo; reliquis verò Prælatis tam in Curia,quàm extra conceditur per literas Apostolicas,quæ legendæ sunt in principio,iuxta formam ab ipso Pontificali præscriptam,alioquin non præstaretur fides,quoniam oraculum viuæ vocis Cardinalibus communicari solet. Itaque interueniente huiusmodi Papæ delegatione non est opus requirere alium Archiepiscopi assensum:quamvis enim secundùm ius commune,non deberet suffraganeus ordinari,nisi per Metropolitanum, vt de ipsius assensu *cap.si Archiepiscopus,cap.si Episcopus de temp.Ordinat.*& alibi frequenter attamen iura illa procedunt secundum tempora,in quibus Electiones per capitula, & confirmationes à Metropolitanis fiebant, & ideo electione sublata, vt dictum est,censentur antiquata iura etiam in hac parte abrogata signanter propter manus Papæ appositionem. Ideò hodie Episcopi Comprouinciales non sunt conuocandi pro consecratione suffraganei; & cessat actio iniuriarum propter omissam conuocationem alicuius Episcopi Comprouincialis, etiamsi ageretur de Metropolitani consecratione,quæ omnia valdè notanda sunt. Concedo tamen, quod quandò consecratio fit extra Curiam, deleganda quidem esset Metropolitano.

RESOL. XXXVI.

Quomodo Episcopi in Consecratione debeant imponere manus super caput ordinandi,& proferre verba. Accipe Spiritum Sanctum, &c.

Quod idem erit dicendum pro iunctione materiæ,& formæ aliorum Sacramentorum. Ex part.12. tract.1. Resol.6.

§.1. REsolutio huius quæstionis pendet ex illa generali omnium Sacramentorum, quomodo debeat forma cum materia concurrere.

Sup. doctrina contenta in hoc & seq.§ in to.1. tr.1.Resol.5.& 62. & in to. 2. tr.5. Resol. 16.& in to. 7. tr.1. ex Resol.vnic.recitatiuè in § Nec valet, & § Respondeo non esse.

Prima opinio requirit physic.coniunctionem materiæ cum forma, saltem partialem,ita vt aliqua pars formæ simul coëxistat cum aliqua parte materiæ,scilicet ablutionis, vel vnctionis: quare si post finitam ablutionem, vel vnctionem incipiat forma proferri, vel è contra post totam formam prolatam incipiat ablutio, vel vnctio, non erit validum Sacramentum. Ita docent Scotus *in 4.dist.6.q.3.* Gabriel *in 4.dist.6. q.1.art.2.concl.8.*Maior *dist.2.q.2.argum.4.* Nauarrus *cap.22.n.7.* Toletus *lib.2.cap.19. num.1.* Zambranus *de articulo mortis,cap.1.dub.2.n.5.* Fauent Richardus *in 4.dist.3. art.4 q.2.* Syluest. V. *Baptimus 5. quæst.2. num.3.* dum aiunt ad Baptismi valorem sufficere, si prolatio verborum incipiat antequam ablutio finiatur, aut è contra. Fauet Catechismus Romanus *titulo de Baptismo*, dum monet nec ante, nec post ablutionem, sed simul cum illa proferendam esse formam.

2. Sed ego olim contrariæ sententiæ adhæsi, quæ docet validum fieri Sacramentum si post finitam ablutionem, vel vnctionem proferatur forma, vel paulo post prolatam formam incipiat ablutio, vel vnctio.Sic tradunt Sotus *in 4.dist.3.q.2.art.8.* Petrus Ledesma *tom.1. sum. tract. de Baptismo. cap.1. in fin.* Henriquez *lib.4.cap.9.n.10.& lib.2.cap.9.n.1.* Suarez *tom.3. disp.2.sect.2.* Vasquez *3.part. disp.148.num.54.* Valentia *tom.4.disp.4. quæst.1. punct.4.* Coninch *q.4. n.40.*Sà V. *Baptismus,q 4.* Vega *ibi casu 23.* Layman *lib.5. tract.2. cap.7. num.5.* Bonacina *disp.2. quæst.2. punct.1. n.23. & punct.2. n.2.* dicens esse communem Doctorum. Probatur, quia cùm Sacramentum non sit compositum physicum, sed morale, non requirit physicam coniunctionem partium, sed solam moralem, at moraliter verum censetur loqui, qui dicit, *Ego comedo panem istum,osculor istam Crucem,lauo manus*, &c. vel immediatè per actionem præsitam, vel mox illam præstiturus:ergo similiter in forma Sacramenti.

3.Itaque pro praxi(vt dixit Præpositus *in 2.p.q.on. de Sacram.Ordinis dub.10.n.79.*) curent Episcopi,vt moraliter simul,ita vt non sit morale temporis interuallum,manus imponant,ac proferant verba formæ *Accipe Spiritum Sanctum*,&c.

RESOL. XXXVII.

Quæ intentio sufficiat in Episcopo,vt Consecratio sit valida ?

Idem est de aliis Ministris aliorum Sacramentorum. Ex p.12. tr.1. Resol.37.

§.1. QVæstio potest moueri de quocumque ministro Ordinum,vel aliorum Sacramentorum; Et nouissimè Pater Pasqualigus *in sua sacra Doctrina tom.1. disp.72. sect.4. num.16.* docet sufficere intentionem, quæ moueat Ministrum ad proferenda verba supra determinatam materiam,quam adhibeat simul cum ritu Ecclesiæ, & in hoc saluari intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, ita vt stante tali intentione,etiamsi adesset intentio Ministri non conficiendi Sacramentum adhuc conficeret ita ille, qui ex Catherino plura adducit fundamenta pro hac habilienda sententia.Et poterat pro sua sententia adducere Salmeronium, & Columbum, sed vt verum fatear pace viri docti non debeat sententiam Catherini iam tumulatam cum Gallo Scribonio iterum nostris temporibus ad vitam reuocare:nam in hoc Catherinum adhærere Luthero, & Caluino tradit Hurtadus *de Sacram. in genere difficult.4.* quamvis se subiiciat Apostolicæ Sedi.Et ideo hanc sententiam variis sensuris iniustam inuenies à Doctoribus *in parte 10.* à me adductis, quibus nunc addo Bernal *de Sacram. sect. 2. §.3. num.55. vbi inuehitur contra ipsam saltem tanquam falsam*,vt facit etiam Martinon. *de Sacram. tom.1. disput.22. sect.3.num.28.* Sed actius ex Vasquez Franciscus de Lugo *de Sacram. lib.1. cap.2. quæst.4. n.72.* putat sententiam Catherini *continere errorem in fide :* Et noster Pater Quartus *in Rubricas Missalis p.3. tit.7. dub.4.* citans Vasquez, Coninch, & Cardinalem Lugo docet sententiam Catherini *non posse defendi sine errore in fide*, & Dicastillus *de Sacramentis tom.1. tract.1. disput. 3. dub.5.numero 47.* putat hanc sententiam post Tridentinum, & Florentinum non

non posse sustineri. Vnde Granadus *in 3.part.controu.3. tract.5. disp.4. sect.2. num.6.* sententiam contra Catherinum *Catholicam appellat*, quod etiam docet *disp.138.cap.3.num.28.* & addit esse in Concilio Tridentino, & Florentino expressè definitum. Suarez *in 3.part. tom.3. disp.13. sect.2.* & Ochagauia *de Sacram. in genere, quæst.22.conclus.2.num.5.* asserunt *esse de fide*. Tannerus verò *tom.3. disp.3. quæst.2. dub.2. num.21.* sic ait. [Sententia Catherini non est amplius nuta, sed planè erronea post Concilium Tridentinum *sess.7. canone 12. de Sacramentis in genere*, vbi contra sectarios huius temporis solam intentionem externæ actionis requirentes, definitur, requiri intentionem faciendi quod facit Ecclesia. Vnde Bellarminus *lib.1. cap.7.* ait se non videre quomodo opinio Catherini à sententia hæreticorum differat.] Ita Tannerus.

2. Itaque ex his apparet sententiam Pasqualigi esse omnino reprobandam, & reiiciendam. Dico igitur ad valorem Sacramenti requiri intentionem, videlicet perficiendi Sacramentum iuxta diuinam institutionem, nec sufficere solam intentionem adhibendi ritum externum. Ita Catholici communiter, S. Bonauentura, Richardus, Alensis, Scotus, Gabriel, Durandus, Adrianus, Sotus, & alij, quos sequuntur Bellarminus, Suarez, & Vasquez sup. Coninch. *quæst.64. num.62.* Tannerus *tom.4.dist.3.quæst.4.dub.2.num.22.* Petrus de Ledesma *can.6.concl.13.* Filliuc. *tract.2.n.73.* Anglez, Viualdus, Sayrus, Valentia, quos sequitur Bonacina *de Sacram.disp.1.quæst.3.punct.2.§.3.num.5.* cum aliis. Probatur primò ex Conciliis: nam Florentinum in decreto de Sacramentis, sic ait; [Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona Ministri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia quorum si quid desit, non perficitur Sacramentum.] Assonat Tridentinum *sess.7. can.11. & sess.14. can.7.* definiens requiri saltem intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, & nihil agere sacerdotem absoluentem per iocum; qui tamen intentionem habet proferendi verba. Probatur: quia ministrans Sacramentum necessariò se præbet Christi ministrum, vt docet Apostolus *1.Cor.4.* Vnde Christus dicitur in omni Baptismo baptizare Ioan.1. secundum interpretationem Augustini *tract.6. in Ioan.* Nullus autem operatur vt minister alterius, nisi dum intendit agere, quod alter instituit, & eamet ratione qua voluit institutor fieri: sed Christus instituens Sacramenta, iussit externam actionem fieri, vt ceremoniam sacram sanctificantem: Ergo qui non intendit eam perficere vt talem, non agit, vt Christi Minister, & consequenter non efficit validum Sacramentum. Et nostram sententiam definitam esse patet ab Eugenio IV. in suo Decreto fidei, & oppositum damnatum est in Tridentino *sess.7. can.10.* dum ad valorem, seu perfectionem Sacramenti dicitur necessariam esse intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia, id est faciendi totum, quod Ecclesia facit. Ecclesia autem non tantùm facit exterius illud, cui ex institutione Christi conuenit ratio Sacramenti, sed etiam efficit Sacramentum. Et id specialiter definit Tridentinum *sess.14. can.9.* de Sacramento Pœnitentiæ dum ait, Sacerdotem ioco absoluentem nihil agere, & tamen ille profert verba absolutionis ex intentione proferendi illa. Quod generaliter quoad omnia Sacramenta absque dubio constat ex perpetua Ecclesiæ traditione, cui Eugenius IV. innixus id generaliter definiuit, & cui Tridentinum innixum generaliter damnauit oppositum. Id quoque ab absurdo probatur, quia si ad valorem Sacramenti sufficeret intentio adhibendi res, & verba, quæ adhibet Ecclesia, & non esset necessaria intentio efficiendi Sacramentum, saltem confusa, fieret verus Baptismus ab illo iocosè, & irrisoriè aliquem in fonte demergere, dicens: *Ego te baptizo*, vel *ego te demergo in nomine Patris*, &c. quia iste adhibet res & verba, quæ adhibet Ecclesia, & illa adhibet ex intentione ea adhibendi. Consequens autem est absurdum, ergo etiam antecedens. Ex quibus superioribus verbis Concil. Trident. *sess.7.cap.11. de Sacram. in genere*, vbi dicitur *Ministros Ecclesia dum Sacramenta conficiunt debere hanc intentionem sortiri, scilicet faciendi id, quod facit Ecclesia*: sic argumentor contra Pasqualigum, & Catherinum; Iste canon editus fuit contra aliquem errorem hæreticorum, vt omnes alij canones nulli autem hæretici negarunt esse necessariam intentionem Ecclesiæ in Sacramentis, nisi Lutherus, & alij: hi autem non damnantur ex eo, quod alias res, alia verba ab his, quibus Ecclesia nostra vtitur, vt patet ex verbis Concilij; neque damnantur ex eo, quod negent intentionem adhibendi materiam, & formam Sacramentorum, quia hanc ipsi admittunt, ergo ex eo damnantur, quod dicunt verum confici Sacramentum dummodo adhibeantur materia & forma, quamuis iocosè id fiat. Ex eo enim ipso negant esse necessariam aliam intentionem, nisi eam quæ applicat exterius materiam, & formam Sacramentorum. Definit ergo Concilium esse aliam intentionem necessariam præter intentionem applicandi materiam, & formam. Cæteras rationes videbis apud citatos Authores, apud quos inuenies fundamenta & rationes, quas pro se adducit Pasqualigus reiectas. Et ad auctoritatem D. Th. quam aduersarij adducunt, affero eius mentem constare magis ex iis, quæ tradit eadem *q.64.art.10.in corp. & art.8.ad 1.* vbi affirmat intentionem ministri requiri, & eum qui non intendit Sacramentum conferre, sed derisoriè agere, tollere veritatem Sacramenti per illam peruersitatem, tametsi actum externum ponat. Quare cum D. Th. non sibi contradicat verbis citatis in obiectione: benignè interpretandus est, vt explicatur à Suarez, & Caietano, de perfectione Sacramenti præsumpta, non vera. Quia scilicet præsumendum est Sacramentum valere, quando nihil exterius in contratium imprimatur ex parte Ministri, aut recipientis, & alioqui ponitur materia, & forma legitima. Re tamen ipsa nihil fit nisi minister ipse intendat actu proprio: quippe qui aliter non applicat potentiam quam habet efficiendi Sacramentum humano tantùm modo applicabilem, vt ipsemet D. Thom. affirmat *art. eod. ad 1.* Vel potius loquitur S. Thomas verbis relatis in obiectione, de intentione generali, & confusa quam minister habet eo ipso quod vult nomine Ecclesiæ, aut eius more facere, id quod facit. Quæ intentio sufficit, & vix deesse potest sine extrema malitia operantis liberè cum aduertentia proferendi verba sacramentalia, vt exponit Lugo *disp.8 sect.4.* & confirmat ex eo, quod in illa responsione D. Thomæ *ad 2. pro mentalis intentio*, legebatur in quibusdam codicibus, *specialis intentio*, vt testatur Sotus *in 4.dist.1. q.5. art.8.§.in 2.argumento*.

3. Nec contra superius dicta obstat dicere, quod inter alias rationes, quare ad Sacramentorum validitatem non requiratur probitas Ministri, solet allegari graue incommodum, quod inde sequeretur, videlicet, quod nunquam satis constaret fidelibus de Sacramentis Ecclesiæ verè perceptis; atque idem incommodum sequitur, si ponatur mentalis intentio Ministri aliàs necessaria, quamque velit facere eiusmodi actus externos: ergo, &c. Confirmatur ex Diuo Thoma, qui hic ad secundum ita scribit; & ideo alij melius dicunt, quod Minister Sacramenti agat in persona totius Ecclesiæ, cuius est Minister; in verbis autem quæ profert exprimatur intentio Ecclesiæ,

quæ sufficit ad perfectionem Sacramenti, nisi contrarium exterius exprimatur, vbi ad euitandum incommodum obiectum, videtur Dius Thomas admittere, non necessariam internam intentionem ipsius administrantis, sed sufficere externam verborum pronunciationem ex parte ipsius, quæ ab Ecclesiæ intentione satis determinentur ad Sacramentum (Respondetur negando subsumptum) & ratio diuersitatis, est quia vitæ sanctitas est res ardua, quæ non absque labore, & à difficultate conseruatur, aut amissa recuperatur ab hominibus circumdatis infirmitatibus, & peccandi occasionibus expositis. Vnde contigit, quod in Ministris sæpius illa desit, præsertim cum tam multi parum de vitæ honestate sint solliciti. Intentio autem faciendi Sacramentum sit Ministris facillima; imò verò moraliter loquendo vix potest deesse in ordinario Ecclesiæ Ministro: nam hoc ipso quo vocatur ad Sacramenti administrationem, vel hoc ipso quo officium suum vult exequi, semper intentionem habet in illis actionibus faciendi, quod fides requirunt, aut quod Ecclesia facit. Intentionem (inquiam) habet confusam aliquam actualem, aut virtualem in actu exercito, vt loquitur Bonac. *tom.1.de Sacr.in genere, disp.1.quæst.13.§ 4 num.15.& 16.* quæ sufficit, vti sumitur ex Henriquez *lib.10. cap.10. n.2.* Dominic. Soto *in 4 dist.5 n.8.* & Valentia *tom.4.disp.3. q.5 punct.3.* licèt non habeat intentionem formalem qua expressè cogitet, & velit facere, quod Christus instituit, aut Ecclesia facit: quare non est par ratio fidelibus dubitandi de Sacramentis verè administratis, ex eo, quod ponatur hæc intentio Ministri necessaria, & ex eo quod requireretur Ministri Sanctitas. Ad Diuum Thomam, quod attinet, in primis ex verbis eius supra allegatis constat satis eum absolutè requirere intentionem Ministri, qua velit facere Sacramentum: verbis itaque modò obiectis solum vult docere, quod hoc ipso, quod minister agit ex persona Ecclesiæ, siue prout est Minister Ecclesiæ, eo ipso habere sufficientem intentionem faciendi Sacramentum, itavt nullus debeat anxiè esse sollicitus, an forsitan Minister in mente formauerit sufficientem, aut satis distinctam, & expressam intentionem faciendi, & conferendi Sacramentum: nam hoc ipso quod facit tales actiones; vt ab Ecclesia Ordinatus & deputatus ad tale ministerium, interdit sufficienter facere Sacramentum, nisi contingeret, quòd expressè contrariam formaret intentionem; quod præsumendum non est, imò nec de eo dubitandum, nisi exterius indicaret, vt Diuus Thomas habet. Neque Sylvest. verbo *Baptismus 3. quæst.12.* aliud videtur docere, licèt Tannerus suprà *dub.2. num.21.* illum citet pro opinione Catherini. Et ideo nostram sententiam contra Pasqualigum: & Catherinum: præter Doctores citatos mordicus sustinet Vvigers *in 3 p. quæst.64.art.8.* & Mercerus *de Sacram quæst.64 art.8.prop.1.* Caspensis *in curs. Theolog. tom.2. tract.21.disp.4.sect.6.* Ioannes Poncius *in curs. Theolog. disp.46.quæst.4.concl.1.n.25.* Auersa *tom.1 q.64.sect.3.* Sylvius *in 3.part.q.64.art.8. conclus.1. cum seqq.* & alij.

4. Dicendum est igitur pro nostra materia non sufficere ad validitatem consecrationis Episcopi, si Episcopus consecrator habeat tantùm intentionem proferendi verba, & applicandi materiam, si etiam non habeat intentionem consecrandi Ordinem, & Sacramentum, provt est à Christo institutum; & sic dicendum est de aliis Ordinibus, & Sacramentis. Vide non solum dignitate, sed etiam sapientia Eminentissimum Cardinalem de Lugo *à me in part.10.* adductum, qui nominatim inuehitur contra Scribanium, in sui fauorem à Pasqualigo allatum.

Vt in Res. not. præterit. signanter in eius §. penult.

RESOL. XXXVIII.

Vnde procedat, vt Episcopi assistentes aliquos ritus ad substantiam Consecrationis pertinentes non simul peragant? Ex part.12. tract.1. Res.38.

§.1. GRauis est difficultas: nam vnctio manuum, & capitis, & traditio Baculi pastoralis, annuli, & libri Euangeliorum efficitur ab vno Episcopo: & tamen, vt obseruat Vasquez *in 3 part.disp.240.c.5. n.55.* & alij, vt suprà visum est, ex diuina institutione tres Episcopi requiruntur tanquam necessarij Ministri Consecrationis vnde Bernal *de Sacrament.disputatione 49. sectione 2.numero 7.* dixit, quod Minister ordinatius Consecrationis Episcopi est Trinitas Episcoporum, sed in administratione Sacramentorum, vt docet Poncius *in curs. Theol. disp.48. quæst.1. conclus.8. num.15* & alij communiter, instrumenta illa, quæ traduntur ab Episcopo ordinante, dari debent immediatè ab Episcopo de necessitate Sacramenti, vt quid igitur in Consecratione Episcopi, cùm Episcopi assistentes sint ministri dictæ Ordinationis, non omnes vna cum Consecrante efficiunt eosdem ritus? attamen videmus, vt dictum est, ipsos non efficere vnctionem capitis, nec manuum, nec porrigere Annulum, Baculum pastorale, nec librum Euangeliorum, sed tantùm hæc omnia à solo Episcopo consecrante peraguntur.

2. Hæc difficultas torquet Doctorum virorum ingenia: vnde P. Dicastillus *de Sacram. tom.1. tract.6. disp.1. dub.9.n.136.* putat non esse necessarium ad rationem Sacramenti, vt totam materiam adhibeat ille qui minister est, iuxta sententiam Vasquij; ac proinde etiamsi aliqua pars materiæ adhibeatur ab alio, qui non sit minister, & etiamsi illa pars materiæ necessaria sit ad Sacramentum; posse per illam adhibitionem partis materiæ à non ministro confici Sacramentum. Vnde in nostro casu dicit etiam posse habitione (vt sic dicam) libri Euangeliorum supra caput consecrandi esse partem materiæ necessariam simul cum manuum impositione; siue ea libri habitio proueniat ab alio Episcopo siue Sacerdote, siue Diacono; ita vt nec impositio libri, sine manuum impositione, nec hæc impositio sine illa sit sufficiens materia, sed vtraque simul, & ea ratione potuisse institui huiusmodi Sacramentum, nemo potest dubitare. Quòd autem sic de facto institutum sit, colligimus ex eo, quod ea sit magis communis sententia in schola, & fundata in vsu Ecclesiæ adhibentis librum, non solùm, quæ explicatur in Concilio Carthaginense IV. sed etiam ab antiquis Patribus primitiuæ Ecclesiæ recepta, & tradita consuetudine, vt ex Dionysio Apostolorum discipulo constat, & latè probat Turrianus ad citata loca Clementis Romani, maximè *lib.8. Constitutionum, c.4. lib.2. pro Epistolis Pontificum, cap.21. post mea.* Quod autem ea impositio non necessario fieri debeat ab Episcopis consecrantibus, constat ex vsu moderno Ecclesiæ in Pontifice Romano Clem. VIII. iussu edito. Ita Dicastil.

Sequuntur in hac 2. ad finem Resol. 3. Romanum Pontificem. Suarez. Lugo.

3. Verùm magis latè explicat hanc difficultatem Nicolaus Isambert *in 3.parte D.Thomæ, de Sacram. Ordinis, disput.3. artic.5.* & firmat, argumentum à nobis allatum non obstare, nam tres Episcopi ita requiruntur ad vnius in Episcopum ordinationem, vt tamen eorum vnus sit solus, & etiam appelletur in Romano Pontificali *Consecrator*: duo verò reliqui, sint & appellentur tantum in eodem Romano Pontificali *assistentes*; quæ distinctio appellationis indicat etiam, & distinctionem officij inter illos: & quem

quemadmodum eo ipso quo quis est assistens alicui Sacramento, tanquam essentialis conditio, non requiritur absolutè, vt in ratione assistentis omnia, & singula eadem faciat munia, quæ facit is cuius comparatione est, & dicitur tantùm assistens, sed sufficit, quòd ea tantùm obeat munera, quæ talis rei institutio, vel materia postulat, etiam in speciali assistenti, prout est circa talem actum, vel negotium peragendum (patet in Sacramento Matrimonij, in quo Parochus est tantùm testis honorarius, & assistens sola eius præsentia cum sufficienti aduertentia consensus mutui, qui tunc præfertur ab vtroque contrahente sufficit, quia hoc satis est ad testificandum de contractu inito) pari ratione, quia ordinatio Presbyteri in Episcopum, ita tres Episcopos postulat, vt tamen vnus tantùm sit & dicatur consecrator, duo verò reliqui tantùm assistentes, fit vt sit opus omnes, & singulas actiones, quibus tale Sacramentum confertur, ab illis duobus peragi, sed sufficit, quod eas tantùm perficiant, quia talis ordinatio iuxta suam institutionem, & naturam postulat ab eiusmodi assistentibus, quamvis ratione alicuius singularis actionis essentialis huic Ordini in ratione materiæ, & formæ partialium, quas simul exercent cum consecratore, & etiam ratione specialis suæ assistentiæ, sint & dicantur Ministri talis Ordinationis.

4. Quare autem primam illam tantùm actionem, quæ consistit in impositione manuum, & prolatione istius formæ, *Accipe Spiritum sanctum*, omnes tres isti Episcopi simul perficiant; reliquas verò etiam huic ordinationi essentiales, soli consecratori se præsentibus perficiendas relinquant? Potest hæc esse ratio, quod prima illa actio importet, etiam exteriori, & sensibili ceremonia actualem coaptationem eius, qui tunc ordinatur in numerum Episcoporum Ecclesiæ, quæ coaptatio, cùm fiat nomine Ecclesiæ, & Ecclesia, prout est Congregatio Episcoporum, non possit repræsentari minori numero, quàm ternario, quia vt vulgò dicunt, tres faciunt numerum, sicut etiam & capitulum, duo verò minimè, fit vt traditio istius materiæ partialis, & prolatio partialis formæ ei correspondentis, debeat simul, & semel fieri à tribus Episcopis, duæ verò reliquæ, quæ important tantùm instrumentorum traditionem, & verborum illis correspondentium prolationem, quæ ex se non important realem, & physicam cooperationem assistentium, sed tantum consecratoris, ab illo solo perficiantur.

5. Non item obstat secundum; nam in Sacramentis, quæ constant pluribus materiis, & formis verborum partialibus, non est absolutè necessarium ad illorum essentiam, vt quilibet Minister illius singulas materias, & singulas formas Sacramenti adæquatè sumpti applicet, & pronunciet: sed potest Minister totalis eiusmodi Sacramenti coalescere ex pluribus partibus Ministris, & videre est in sacram. Eucharist. Presbyteralis, & Diaconalis, Ordinationis, in quibus vnus potest vnam tantùm partialem materiam applicare, & formam ei correspondentem pronunciare validè cum effectu sibi correspondente; alius verò prima non repetita secundam partialem materiam, & formam ei correspondentem applicare, & proferre etiam validè.

6. Nec est quod quis dicat, istos tamen partiales Ministros semper applicare materiam partialem, & formam ei correspondentem proferre; at in ordinatione Episcopali duos reliquos Episcopos, duas reliquas partiales materias non applicare, nec formas illis correspondentes pronunciare, & nihilominus dici, & esse Ministros huius Sacramenti; non est (inquam) quod quis hoc dicat, nam in istis Sacramentis sortiuntur purè, & simpliciter rationem Ministri: at in ordinatione Episcopali tres Episcopi, ita dicuntur Ministri, vt tamen duo assidentes, sumendo nomen Ministri in rigore pro applicante materiam & pronunciante formam, sunt tantùm Ministri per ordinem, & habitudinem ad primam illam actionem ex prædictis tribus, & per ordinem ad duas reliquas sint tantùm assistentes: consecrator verò per habitudinem ad omnes, & singulas illas tres actiones (fit enim sæpè etiam in rebus ciuilibus) vt in executione rei alicuius plures requirantur personæ, non quidem ad omnes, & singulas, istius rei exequendæ actiones, sed omnes ad vnam, & ad reliquas vnus sufficiat, modo plures alij ei assistant, qui tamen omnes communi hominum loquendi vsu non desinunt dici istius rei Ministri; exempli causa, in pronunciando Senatusconsulto, in quo tamen deliberando, & concludendo plurium Senatorum suffragia requirantur. Et hæc omnia docet Isambert. *vbi supra*; cui adhæret Franciscus Hallier *de sacris elect. parte 2. sect. 1. cap. 2. artic. 1. §. 13. num. 31.* & alij. Quæ quidem licèt ingenuè, & doctè excogitata sint, habent tamen suos anfractus; vnde ego magis persisto in opinione, quam superius docui: nempe in consecratione Episcopi solam manuum impositionem esse materiam, & formam esse verba illa, *Accipe Spiritum sanctum*, &c. nam dicta materia, & forma ab omnibus tribus Episcopis vna simul dicitur, & applicatur: ergo, &c. cæteros verò ritus puto non esse substantiales, sed accidentales; & ideò non est mirum si simul non efficiantur à tribus Episcopis, sed eo modo quo præscribantur in Pontificali Romano: & ad confirmationem supradictorum dixit Pax Iordanus *tom. 1. libro 4. tit. 1. num. 19.* Quamvis autem tres esse debeant & vnus illorum censeatur principaliter agens, totámque consecrationem perficiens, omnes tamen verba consecrationis pronunciare, & actiones simul cum ipso præstare tenentur, nec sufficeret si vnus partem ageret, alius aliam; vel si vnus manum imponat, & alius proferat verba, siue benedicat, prout etiam cauetur in collatione inferiorum Ordinum, *cap. quorundam, & ibi gloss. fin. distinct. 25.* Hostiens. *in summa, loc. cit. num. 7.* Sylvest. *verb. Consecr. quæst. 1.* Et de verbis consecrationis Eucharist. ac Baptismi tradunt passim DD. Ita ille.

Docuit super In Res. 17. & 18. huius tract. Sed lege si placet à Res. 12. vsque ad præcitatam Res. 18.

RESOL. XXXIX.

An Episcopi in consecratione debeant esse ieiuni sub præcepto? Ex p. 12. tr. 1. Res. 39.

§. 1. DE Ieiunio in die Sabbathi certum est, quod non importatur sub præcepto, vt patet ex Pontificali Romano, dicit enim tantùm esse ieiunandum ex honestate. De Ieiunio autem in die Dominica certum est quoad Episcopum celebrantem obligare sub peccato mortali, ratione Sacrificij Missæ, in qua debet communicari. Igitur difficultas procedit, quoad illos duos Episcopos etiam consecrantes, & quidem peccare mortaliter, si non ieiuni consecrarent, videtur docere Pax Iordanus qui plures textus Canonicos adducit. Sed si dicti textus loquantur imperatiuo modo magna quæstio est an obligent sub mortali: nam aliqui asserunt hæc verba importare præceptum: quia quod imperatur, necesse est fieri. Ita Decius

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Res. 28. 29. & 58. §. Et

eandem, & in to 2. tr. 1. R. sol. 8. §. Sed quid, in fine, & hic sup. in tr. 4. Resol 22. §. Verum, & in tom. 3. tr. 6. Resol. 94. §. Sed dato, à lin. 5. & in tom. 7. tr. 1. Res. 106. §. Sed, ad med. & ibi in tr. 2. ex Res un. §. vel, ad lin. 6. & in tom. 9. tr. 7. Res. 96. à lin. 3. & vers. Quæ quidem.

in cap. nam concupiscentiam, in prima lect. in fin. de consti. Suar. *lib. 3. de legib. cap. 15 n. 8.* Nauar. *in sum. c. 22. n. 49.* Emanuel Sà *verb. lex, n. 6.* Philiarc. *de offic. Sacerd. tom.... p. 2. lib. 2. cap. 2. dict. 1.* Hoc autem intelligunt Nauarrus, Philiarchus, & Emanuel Sà de præcepto, sub solo tamen veniali obligante. Et hanc opinionem videtur apertè sequi Sayr. *Claui regia lib. 3. cap. 7. n. 26.* ait enim non importare dicta verba obligationem sub mortali. Alij verò dicunt ea verba non importare præceptum aliquod, quia sunt simplicia quædam verba & quando ius, vel superior aliquid sub culpa præcipere volunt, fortioribus terminis vti solent. Ita Caietanus 2. 2. *q. 186. art. 9.* circa solutionem ad secundum, Castro *lib. 1. de pœnali, cap. 5. docum. 4.* Salon 2. 2. *q. 77. art. 1 controu. 8. col. 5. vers. ex his sequitur,* Carbon *de legibus, lib. 7. disp. 4. ad fin.* Vasquez 1. 2. *disp. 138. cap. 3. n. 24. qui hoc limitat n. 25.* præter quàm in legibus contentis in iure Canonico, & Conciliis quæ per solum verbum imperatiui modi obligant ad culpam. Quod intelligendum est iuxta materiæ grauitatem, & necessitatem. Alij denique volunt standum esse consuetudini acceptanti, & intelligenti ea verba: si enim ea explicuit tanquã verba præcepti, continebunt præceptum; si verò tanquam verba cosilij, continebunt consilium. Vbi autem consuetudo nihil explicuit, spectandam esse materiam, et si ea magni ponderis, & necessitatis sit, & ita, verisimile sit, eam sic à superiore ponderatam, continebunt præceptum, secus autem si non. Sic Anton. *in cap. nam concupiscentiam, in fin. de constit.* & vbi Panorm. *n. 4.* Imola *num. 10.* Alexand. de Neuo *n. 26.* Angel. *verb. lex, n. 3.* & ibi Tabien. *qu. 28. n. 29.* Armilla *n. 4.* Syluest. *verb. Præceptum, q. 2.* Euerard. *in suis Topicis, loco ad æquipollentibus, n. 11.* Sanchez *tom. 2. sum. lib. 6. cap. 4. n. 39.* Hoc supposito Auctores primæ, & tertiæ sententiæ assererent iura Canonica, cum verbis imperatiuis asserentibus Episcopos in Consecratione debere esse ieiunos obligare sub mortali, Auctores verò secundæ sententiæ hoc non admitterent. Et ideo doctus, & amicissimus Pater Tambutinus *Opusc. de commun. cap. 1. §. 6. n. 49.* sic ait: Doctores quærunt vniuersaliter, an verba imperatiui modi, & in actu exercito præceptum indicantia, absolutè prolata, præceptum contineant, qualia sunt, facite, cauete, soluite, abstineant omnes, nemo audeat, & his æquipollentia. Et primò sunt aliqui qui putant probabiliter hæc nequaquam continere præceptum, sed consilium. Alij secundo probabiliter censent quidem præceptum continere, sed solùm sub veniali, non autem sub mortali. Alij denique tertiò probabiliter idem dicunt prædicta imperatiua verba, tunc solum præceptum indicare sub mortali, quando sunt in materia graui; nec alias opiniones probabiles inuenies de hac re. Ita ille. Vnde probabiliter quis dicere posset in casu nostro Episcopos consecrantes non ieiunos, peccatum mortale non committere.

2. Quod potest confirmari: nam iura Canonica asserunt Episcopum ministrantem Sacramentum Confirmationis debere esse ieiunum, vt patet *ex cap. vt ieiuni, & cap. Episcopi, de Consecratione, dist. 5.* Sed hoc non obstante Doctores asserunt dicta iura non inducere præceptum, sed consilium. Et ita ex Granado, Hurtado, Ochagauia, Henriquez, Coninch, P. Suarez Layman, & aliis docet P. Leander *de Sacr. tom 1. tr. 3. d. 2. q. 12.* Ergo & idem dicendum videtur in casu nostro, videlicet iura quæ requirunt ieiunium Episcopis consecrantibus non importare præceptum, sed consilium, ideo tu cogita, & in praxi contrarium obserua, & sic sacros Antistites ieiunos alios consecrare videmus.

RESOL. XL.

An Episcopus consecrando aliquem in peccato mortali peccet mortaliter? Ex parte 12. tractatu 1. Resol. 40.

§. 1. PRima facie videtur respondendum negatiuè; quia, vt suprà visum est non desunt Authores asserentes, nec consecrationem Episcopi nec Episcopatum esse Sacramentum: ergo. Verùm contrariam sententiam tenendam esse puto. Vnde Azorius *part. 1. lib. 3. c. 3. q. 12.* sic ait: Quæritur an Episcopus lethaliter delinquat, si lethalis peccati conscius consecretur: Quidam affirmant ea ratione, quod per consecrationem potestatem Ordinis suscipit, quæ est facultas quædam Sacramenta conferendi; igitur eo ipso, quod cum lethali peccato accipit consecrationem, facit contra sanctitatem Sacramento debitam; indignè enim suscipit potestatem spiritualem Sacramenta ministrandi. Negant alij, quoniam per Consecrationem nullum Sacramentum, nullúmque characterem suscipit, quamvis quandam Ordinis potestatem consequatur. Prima opinio videtur valdè probabilis; nam quamvis per Consecrationem Episcopi character non imprimatur, datur tamen Ordinis potestas, qua Episcopus sit aptus, & idoneus; & proindè dignus minister ad quædam Sacramenta ministranda. Ita ille; qui tamen videtur sententiam contrariam improbabilem non putare. Sec hoc non admitteret Marchinus *de Sacr. Ord. p. 1. tract. 1. cap. 11. num. 18.* nam sic asserit. Probatur eadem conclusio ab absurdis; si ordinatio Episcopi non est verum Sacramentum, & verus Ordo, sequitur Episcopos ordinantes, & etiam qui ordinantur, si in peccato mortali tunc essent, nullum nouum peccatum admissuros, cùm solùm in praua Sacramentorum administratione noua peccata committant: hoc autem alienum esse ab omnium consensu quis non videt? Hæc Marchinus: & ideò nostram sententiam docent ipsimet aduersarij, qui contendunt Consecrationem non esse Sacramentum, vt Hurtadus *variar. tom. 2. tract. vlt. resol. 3. § 4. n. 111.*

RESOL. XLI.

An si Episcopus incipiat Consecrationem in peccato mortali, si in mea sententia paulò ante impositionem manuum, & verborum prolationẽ. Accipe Spiritum sanctum, *eliciat actum contritionis, excusetur à peccato mortali?*

Et adducitur in textu huius Resolutionis exemplum de Confessario, qui in peccato mortali incipit audire Confessionem alicuius, etiam si ante absolutionem conteratur, pro quo affirmatur, quod non erit liber à peccato mortali? Ex parte 12. tractatu 1. Resol. 41.

§. 1. ALiqui respondebunt negatiuè exemplo Confessarij, qui sic incipiat audire confessionem alicuius in peccato mortali; etiamsi ante absolutionem conteratur, non erit liber à peccato mortali. Et ita docet Franciscus Lugo *de Sacram. lib. 1. cap. 1. quæst. 4. num. 38.* Auersa *de Sacram. quæst. 64. sect. 4.* Suarez *in 3. part. tom. 4. disput. 18. sect. 1.* Poseuinus *de offic. Parochi, cap. 5. num. 41.* Et alij. Probatur, quia totum illud opus est sacrum, & tendit ad sanctificationem recipientis; ac subinde prærequirit san

sanctitatem ministrantis, & ita peccaret mortaliter qui vel abluere, vel vngere inciperet in mortali.

2. Sed his non obstantibus affirmatiuè aliqui respondent; & ita me citato tenet Eminentissimus Lugo *de Sacram. disput.* 8. *num.* 158. vbi sic ait: Verius tamen existimo, non esse peccatum mortale audire præcisè confessionem in peccato, dummodo quis habeat propositum, confitendi, vel habendi actum contritionis, antequam proferat verba absolutionis, vt docet Hentiquez *lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 6. *in glos. lit. V.* Et Diana *loco citato*, qui id probat ex eo, quod tunc Sacerdos non administrat Sacramentum, sed solùm quando non absoluit: Verùm de hoc ipso reddenda est ratio: nam aduersarij dicunt Sacramentum non solum administrari, quando profertur forma, sed etiam quando apponitur materia vt constat in Baptismo, vnctione, & aliis, quæ non solùm ministrantur quando proferuntur verba: sed etiam quando fit ablutio, vnctio, &c. Ergo in Sacramento Pœnitentiæ idem dicendum erit. Ratio ergo à priori, ex qua oritur discrimen ab aliis Sacramentis, hæc esse videtur, quod Sacerdos audiendo confessionem non agit, sed habet se passiuè, cuius signum est quod etiamsi Sacerdos præter intentionem auditet peccata alicuius subitò accusantis se apud ipsum, & petentis absolutionem, posset procul dubio illum absoluere: auditio ergo, licèt sit aliquo modo actus iudicialis, laté sumpto nomine *actus*, non est actio tamen stricté Confessarij, sed effectus actionis pœnitentis terminata ad Confessarium iudicem, qui habet se passiuè; & ideo non prærequiritur intentio Confessarij, sed pœnitentis, cuius illa est actio; & propter eandem rationem non requiritur status gratiæ in Sacerdote: quia tunc non agit, sed patitur à pœnitente, vt possit postea agere, & absoluere ipsum. Ex quo patet responsio ad argumentum suprà adductum pro contraria sententia. Fatemur enim requiri potestatem in Confessario, vt auditio illa sit valida, & pars Sacramenti Pœnitentiæ, quia debet confessio fieri iudici, & ab eo audiri: hoc tamen non probat illam esse actionem iudicis, per quam Sacerdos agat, & operetur gratiam. Sic vt etiam nunc Sacramentum Matrimonij sit validum, debet fieri apud Parochum, vel eius locum habentem; ipse tamen Parochus non agit, aut operatur gratiam illius Sacramenti, sed habet se passiuè, vt testis audiens consensum vtriusque coniugis, qui non erit validus, nisi exprimatur apud Parochum. Sic confessio non erit valida, nisi fiat apud iudicem; iudex tamen non agit, vel operatur gratiam; quatenus audit, sed quatenus operatur proferens sententiam absolutionis. Et hæc omnia docet Lugo, quæ quidem probabiliter applicari possunt in casu nostro.

RESOL. XLII.

An si Episcopus in peccato mortali consecret, verbi gratia, tres Episcopos vnum tantum peccatum committat, vel tria?

Et supponitur, quod duo, vel tres, & quinque Episcopi simul consecrari poterunt sine dispensatione.

Et pro prima difficultate adducitur exemplum de Confessario, qui si, verbi gratia, successiuè centum personas in peccato absolueret, non centum, sed vnum peccatum committeret? Ex parte 12. tractatu 1. Resol. 42.

§. 1. SVppono cum Alzedo *de praxi Episc. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 13. quod duo, vel tres, & quinque Episcopi simul consecrari poterunt sine dispensatione, *cap. cum sit*, §. *de consecr. Eccles. vel Altaris*, & ibi Panormit. *num.* 1. & omnes scribentes.

2. Hoc supposito, aliqui negatiuè respondent, quia licèt administret plura Sacramenta ordine, & numero diuersa, tamen quia successiuè administrantur, videntur administrata per modum vnius, & ita constituere vnum tantùm peccatum in genere moris; sicuti si confirmaret plures personas in peccato mortali, vel illas ad Sacerdotium, vel alios Ordines promoueret, exemplo Confessarij, qui si, verbi gratia centum personas in peccato mortali successiuè absolueret, non centum, sed vnum peccatum committeret. Et ita docet præter alios à me alibi adductos doctus Pater Tamburinus *Opusc. de Confess. lib.* 2. *cap.* 1. §. 8. *num.* 55.

Sup. hoc à simili de Episc. successiue aliquos ordinante, in tom. 1. tr. 7. Res. 164. §. vlt. ante medium.

Alibi in to. 1. tr. 7. Res. 25. §. Hucusque. & seq. & in multis aliis eius not.

3. Verum contrariam sententiam de Confessario alij sustinent; & sic in nostro casu de Episcopo dicerent. Sed quia prima opinio est probabilis, probabiliter puto sustineri posse in casu nostro Episcopum, non tria, sed vnum peccatum committere.

RESOL. XLIII.

An irregularis, vel excommunicatus, electus, & confirmatus Episcopus, non obtenta absolutione, aut dispensatione, possit absque peccato mortali sumere Consecrationem?

Et quid, si hic obiter quæras, quid faciendum sit, si hæreticus occultus, qui ad mentem redit, & nec ab Episcopo, nec ab alio absolutionem in foro conscientiæ obtinere potuit?

Idem est de illo, qui per pium Confessarium non potuit obtinere licentiam a Superiore, vt absoluatur à reseruatis, si absque nota non possit omittere Sacrum, aut Communionem.

Et deducitur, quod irregularis etiam ex delictis, si sit occultus, non tenetur restituere fructus? Ex part. 12. tract. 1. Res. 43.

§. 1. SVppono talem electum, & confirmatum Episcopum, ante consecrationem omnem adhibuisse diligentiam in sacra Pœnitentiaria, & non potuisse absolutionem ab excommunicatione, vel dispensationem ab irregularitate obtinere, nec posse Episcopatum renunciare, vel diutius suam Consecrationem differre absque aliorum scandalo; in tali, inquam, casu potest absque peccato se consecrare, & postea progredi in diligentiis adhibendis, pro absolutione, & dispensatione. Probatur, quia præceptum de vitando scandalo, & tuenda propria fama fortius est præcepto Ecclesiæ imponentis excommunicationem, & irregularitatem: ergo. Quod patet ex his quæ asserunt DD. & ideo Magister Serra *in* 2. 2. *D. Th. q.* 11. *art.* 4. sic ait: [Si quæras quid faciendum si hæretico occulto, qui ad mentem rediit, & nec ab Episcopo, nec ab alio absolutionem in foro conscientiæ obtinere potuit?] Respondetur, non teneri se prodere, nec crimen suum fateri coram testibus, & Notario, vt sic in vtroque foro ab Inquisitoribus absoluatur, sed posse per viam Pœnitentiariæ non detecto suo nomine ad Summum Pontificem mittere, vt sui absolutionem alicui committat. Quod si nō possit facere, nec Romam ire, & instar tempus implendi præceptum animæ confessionis, & communionis quàm sine graui scandalo, aut infamia non potest omittere, poterit cuilibet confessario approbato confiteri; qui illum directè absoluens à peccatis non reseruatis, indirectè absoluat à crimine hæresis. Et idem est de eo, qui misit ad Summum Pontificem; vt sui absolutionem alicui cōmittat, & interim si non communicet, aut celebret,

Sup. hac quæ signanter in tom. 5. tr. 8. Res. 21. & in aliis eius not.

grauem infamiam incurrat, & scandalum magnum oriatur. Nec obstat excommunicatio; qua hæreticus pœnitens innodatus est, & à qua, nec in isto casu potest Confessarius absoluere: nam sicut prædictus hæreticus naturaliter, & inuincibiliter oblitus peccati hæresis, quàm post consensum occultè protulit, bona fide, & cum debita alias dispositione accederet ad Sacramentum pœnitentiæ, & confiteretur peccata non reseruata, & absolueretur, maneret in foro conscientiæ indirectè absolutus à crimine hæresis reseruato, non obstante excommunicatione, qua est innodatus: ita & in casu prædicto, indirectè absolutus manebit à peccato hæresis, cum onere tamen illud iterum confitendi, cum copiam Confessarij authoritatem habentis habuerit. Est & huius rei exemplum de Sacerdote, qui alium Sacerdotem interfecit, & ne se prodat, & crimen eius fiat manifestum celebrat & confitetur sua peccata Confessario, qui non potest illum absoluere ab excommunicatione. Sunt etiam qui dicant, secluso quoque scandalo, & periculo grauis infamiæ supradictum hæreticum occultum procurantem pro viribus absolutionem, sed ob paupertatem, aliudve legitimum impedimentum non valentem Romam adire, vel mittere, neque ab Episcopo, vel Inquisitore absolutionem obtinere si verè pœniteat, & contritus sit, posse interim Missam celebrare, si est Sacerdos, vel Eucharistiam sumere, si est laïcus. Sed hoc aliis non placet & meritò, cum secluso scandalo, & infamia, nulla sit vrgens causa sumendi Eucharistiam in tali casu. Aliàs etiam Sacerdos, qui alium occidit, si non posset irregularitatis dispensationem obtinere, Missam celebrare posset secluso periculo se prodendi. Hucvsque Serra. Ex quibus patet ratione scandali posse aliquem Missam dicere, vel Eucharistiam sumere non obtenta absolutione ab excommunicatione post diligentias adhibitas.

Sup. doctr. & q. contenta in hoc §. in to. 7. tract. 1. Resol. 109. & 110. & in tom. 1. tr. 3. Res. 19 §. 1. propè fin. à vers. Lo mesmo, & seq. & in Res. 160.

2. Vnde ex hac doctrina, me citato, doctiss. Pater Paulus Maria Quartus *in Rubr. Missalis p. 3. tit. 7. sect. 3. dub. 3. diffic. 1.* collegit regularem, qui per pium Confessarium non potuit obtinere licentiam à Superiore, vt absoluatur à reseruatis; si absque nota non possit omittere Sacrum, vel communionem, posse aliquo ex prædictis modis, vel communicare cum sola contritione, vel confiteri solùm non reseruata, vel simul etiam reseruata, super quæ cadet in directo absolutio, & hoc etiamsi peccata reseruata adnexam habeant excommunicationem, vel aliam censuram reseruatam: quamvis enim posset confiteri Superiori, quia tamen inter Regulares hoc censetur notabile incommodum, ideo censent probabiliter Doctores illum carere copia Confessarij. Ita ille, cui adde de Theologia morali optimè meritum Patrem Tamburinum *opusc. de Communione, cap. 1. § 6. num. 44.*

Sup. hoc irregulari in tom. 5. tr. 5. Res. 142. §. 1. & cursim in aliis §§. & vers. eius primæ annot.

3. Confirmantur superius dicta ex alia doctrina P. Thomæ Hurtado *var. tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 21. n. 1156.* vbi sic ait: Irregularis etiam ex delictis, si sit occultus non tenetur restituere fructus, quia vsque ad iuridicam priuationem habet titulum beneficij; & sic facit fructus suos; dummodo per se, vel per alium præstet onera beneficij excepta pensione diuini officij, quam non potest per alium præstare, cùm sit onus personale. Ita Coninch *disp. 18. n. 5.* Filliuc. *tract. 19. n. 69 & 70.* Si tamen non possit per alium alia onera beneficij præstare, nec obtinere dispensationem irregularitatis, tenetur in conscientia beneficium resignare, nisi alia maior necessitas vrgeat, vt quia bene opinatus famam amitteret, vel est necessarium ad sustentationem vitæ, & cogeretur mendicare cum dedecore. Ita ille, cui adde Bonacinam *de cens. disp. 1. q. 1. punct. 3. n. 6.* verb. *Item potest.*

RESOL. XLIV.

An Episcopus eadem die suæ Consecrationis possit Ordines conferre? Ex part. 12. tract. 1. Res. 44.

§. 1. SVppono, quod In Episcopo Ordinante requiritur, vt non solum sit electus, & confirmatus, sed etiam consecrationem Episcopalis character imprimatur, & matrimonium spirituale inter Episcopum, & Ecclesiam suam consumatur. Quare ante Consecrationem postquam fuit electus, potest quidem dici Prælatus, & habere potestatem iurisdictionis; non tamen dici Episcopus, aut habere potestatem ordinis, vt habetur *in c. inter corporalia de transl. Episcop.* Nihilominus postquam fuit electus, & confirmatus, licèt ante Consecrationem non possit ea munera exercere, quæ sunt Ordinis Episcopalis, potest tamen delegare alteri Episcopo consecrato omnia quæ sunt Ordinis Episcopalis. Abbas *in c. Cum ex illo de transl. Episcop. n. 10. & in cap. suffraganeis, de elect. n. 6.* His suppositis, ad dubium propositum respondeo, Episcopum ea die qua est consecratus, non posse alios ordinare, licèt si ordinet, ordinatio sit valida. Ita habetur *in cap. quod sicut*, §. *Super eo de elect.* & ibi Panormitanus, & alij Doctores. Et ita docet Marchin. *de Sacram. Ordinis, tract. 1. p. 1. cap. 11. n. 2.* cui ego addo Mauricium Alzedum *de Præstantia Episcop. cap. 4. num. 15.*

RESOL. XLV.

An si aliquis ex tribus Episcopis non imponeret manus super caput Consecrandi, vel non proferret formam. Accipe Spiritum sanctum, *Consecratio esset inualida?*

Pro quo quæritur, an quilibet trium Episcoporum manus imponentium, & Euangelij Codicem tenentium consecret? Ex part. 12. tract. 1. Res. 45.

§. 1. HÆc quæstio maximè procedit in mea sententia, quæ docet materiam & formam consecrationis Episcopalis consistere in supradictis ritibus. Ad hoc dubium sic respondet Fragos. *de Regim. Reipublicæ Christianæ, tom. 2. lib. 8. disp. 18. §. 15.* Ambigi etiam potest, an quilibet trium Episcoporum, qui manus imponunt super caput Episcopi, & tenent codicem Euangelij, consecret Episcopum. Negant aliqui nullum ex tribus per se solum consecrare, sed omnes tres simul, & coniunctim. Ita Glossa, & Hugo *in c. Episcopus, dist. 23.* Syluester tamen *in verb. Consecratio primò, n. 1.* multo melius, ac verius tradit post Hostiensem, & Gofredum vnum totam consecrationem peragere, alios verò adiutores esse. Requiritur tamen, quod assistant consecrationi, & adiuuent saltem tres Episcopi, *c. ne Episcopi, per textum, sine tribus, de temporibus Ordinationum.* Henriq. *in sum. lib. 10. c. 24. §. 1.* Paul. Comitol. *responsorum moralium, lib. 1. q. 48. n. 13.* aliàs non esset consecratus, *per Gloss. in dict. cap. ne Episcopi.* Confirmantur quæ dicta sunt ex verbis Sanch. *in Opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 15. n. 17.* vbi sic ait: Nota, quod vnus Episcopus principaliter totam consecrationem perficit, & alij sunt quasi coadiutores secundum Hostiens. & Goffred. quos refert Syluester *in verb. Consecratio 1. num. 1.* & hoc dicit esse melius, vel secundùm Hugonem, & Raynerc. quos refert etiam Syluester *ibi*, sunt tres actiones, & vna passio, sicut cùm tres portant lapidem, & notat bene Syluester, quod essentialia consecrationis necessariò

necessariò facienda sunt ab eodem ministro: si enim vnus imponat manum, & alius dicat verba, nil agitur, vt patet etiam in aliis Sacramentis. Sed audiamus Azorium *part. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 3.* sic asserentem: An quilibet trium Episcoporum manus imponentium, & Euangelij codicem tenentium, consecret? Sunt qui dicant nullum per se solum consecrare, sed omnes tres simul, sicut cum tres trabem portant, trahuntur nullus eorum per se solus id facit, sed omnes simul, & coniunctim, sic Gloss. & Hugo *in cap. Episcopus, distinct. 23.* Sed verius est ait Syluester in verb. *Consecratio 1. num. 1.* quod Hostiens. & Goffredus docuerunt, vnum totam consecrationem efficere, alios verò adiutores esse. Vnde Nicolaus Isambert. *in 3. part. D. Thom. de Sacramento Ordinis, disp. 6. art. 1.* dixit, duos Episcopos assistentes propriè, & in rigore non esse ministros ordinarios Consecrationis Episcopalis, sed solùm consecratores. Vide etiam Patrem Iordanum *tom. 1. lib. 5. tit. 2. num. 24.* Sed quidquid sit de mente supradictorum Doctorum, qui non tam clarè, & definitè explicant, assero, quod resolutio propositæ difficultatis pendet ex diuersis opinionibus: Nam Authores qui tenent ternarium Episcoporum esse de iure Ecclesiastico, respondebunt hanc consecrationem esse validam ex his quæ ex mente eorum dicit Hallier *de sacris Electionibus, part. 2. cap. 2. art. 1. §. 2. num. 11.* Rationibus (ait) etiam agunt istius sententiæ defensores, tum quod in Pontificali Rom. Itemque veteri Romano ordine, vbi de Consecratione Episcopi agitur, vnus solùm consecrator vocetur, reliqui assistentes dumtaxat dicantur; atque adeo vnus solùm sit verus Minister, qui Sacramenti effectum operetur, reliqui ad solemnitatem dumtaxat, & ritum consecrationis adhibeantur, quibus proinde sublatis, validam necesse est manere Episcopi consecrationem: tum quod vnius Sacramenti, cuiusmodi est consecratio Episcopalis, vnus per se habeat esse Minister, qui per se effectum Sacramenti operetur: quare cùm consecratio Episcopalis Sacramentum vnicum sit, non debent eius plures dici per se Ministri, qui per se consecrationem perficiant, sed vni dumtaxat id debet tribui, quamuis plures materiam præbere, & verba proferre videantur.

2. Nec obstat dicere cum Hallier, §. 4. *num. 19.* quod Episcopi assistentes principali consecratori materiam exhibeant, & verba consecratoria proferant; ideoque ad substantiam consecrationis pertinere debeant: nam, verbi gratia, Sacerdotes, qui simul cum Episcopo sacrificium Missæ peragunt, materiam præsentem habent, quam consecrant, eodem modo, quo Episcopus, & consecratoria, seu transmutatoria verba panis, & vini in Corpus, ac Sanguinem Christi cum Episcopo quoque celebrante proferunt, neque tamen ad substantiam consecrationis Corporis, ac Sanguinis Christi, eo sensu spectare dici possunt, quasi ipsi ad eam necessarij sint, nec Episcopus vnicus sufficiens Minister esse possit. Itaque siue vnus tantùm ministrorum, is scilicet qui vocatur principalis Consecrator consecrationem Episcopalem perficiat; alij solùm ad testificandum suum consecrationi assensum verba proferant, & materiam cum consecratore exhibeant, siue consecrationem ipsam, omnes, & singuli indiuisim operentur, non sequitur tres istos consecrationi cooperantes ad necessitatem consecrationi esse requisitos, aut non ab eorum vno validè perfici posse. Hæc asserùt Doctores qui putant ternarium Episcoporum esse tantùm de necessitate præcepti; & ideò, vt dixi, supradictam consecrationem validam esse putarunt.

Verùm Autores putantes ternarium Episcoporum esse de necessitate Sacramenti, respondebunt illam consecrationem esse inualidam; & ideo Marchinus *de Sacramento Ordinis, tract. 1. part. 2. cap. 12. num. 8.* sic ait, vnus solus Episcopus consecrationem perficit, & alij duo assistentes, vt colligitur ex Pontificali, in quo vnus solus dicitur consecrator, ergo de necessitate Sacramenti non requiruntur tres Episcopi. Respondetur idem Pontificale etiam præcipere, omnes tres Episcopos debere simul manus super caput Episcopi ordinandi imponere, & simul verba proferre. Ex quo rectè colligitur, omnes tres essentialiter requiri, cùm omnes materiam, & formam talis Consecrationis subiecto applicare debeant: quod si vnus ibidem dicatur consecrator, & alij assistentes, hoc oritur, quia omnes, tres simul non consecrent; sed quia vnus, nempe Metropolitanus est principalis consecrator, & ipse solus omnes fere cæremonias perficit. Vnde afferam hîc verba Doctoris Hallier vbi supra §. 5. *num. 33.* Prima ratio ait, quod in Pontificali Romano vnus solùm dicatur consecrator, reliqui vocentur assistentes non conuincit vnicum esse dumtaxat necessarium Ministrum, qui solus consecrationem peragat: cùm enim librum Euangeliorum omnes super caput ordinandi teneant, omnes manus imponant, omnes verba consecratoria proferant, omnes quoque consecratores verè dici possunt, cum in iis solùm consecratio substantialiter consistat. Quod ergo vnus tantùm consecrator dicatur, ratio est, tum quod penes vnum, puta Metropolitanum, aut eum qui eius vices gerit, præcipuè consecrandi ius, & auctoritas resideat: tum quod vnus solus cæremonias omnes magna ex parte faciat; tum quod vnica fit consecratio, ad quam licèt plures adhibeantur, omnes tamen præcipuo consecratori cooperentur, coniungenturque ad vnicam consecrationem peragendam, & vnitatem Ecclesiæ demonstrandam, quæ ex pluribus etiam Pastoribus resultat vni semper tanquam capiti vnitis. Ex quibus altera quoque ratio diluitur: nam quod vnius Sacramenti vnus dicitur esse minister, hoc verum est de vnico totali ministro non de partialibus qui omnes agant per modum vnius, quod speciatim in Ordinatione seruatum fuit, vt & à pluribus ministris Episcopi in vnam causam conuenientibus sacrarentur, & tam consecrati in Episcopos, quàm in Presbyteros consecratoribus suis concelebrarent, ad vnitatem Ecclesiæ seruandam, quæ in Episcoporum vnione, inter se, & adhærentia populi cum Episcopis præsertim consistit, vt fusè ostendit Cyprianus. Ita Marchinus.

3. Sed quia ego, vt supra adnotaui ex dictis sententiis vtramque probabilem esse puto, vt rectè etiam tenet & obseruat Pater Contreras *in Scriptura contra Consecrationem Episcopi, de Peraguay art. 1. dub. 1. num. 3.* ideò assero in difficultate proposita talem consecrationem Episcopi, iterum sub conditione iterandam esse, ex doctrina inferius in particulari resolutione firmanda.

Sup. hoc in Res. 27. 28. & 29. huius tract.

RESOL. XLVI.

An Episcopus consecrandus, si non fuerit insignitus Sacramento Confirmationis, peccet mortaliter, & Episcopi eum consecrando?

At an hic Episcopus non confirmatus sic consecratus peccet postea mortaliter conferendo aliis Sacramentum Confirmationis. Ex p. 12. tr. 1. Res. 46.

§. 1. VIdetur affirmatiuè respondendum: nam Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 4. de Reform.* præcipit vt neque prima Tonsura initientur, qui Sacramentum Confirmationis antea non susceperint, & hoc sub obligatione peccati mortalis, vt

Sup. hoc præcepto Concilij latè inf. in §. seq. huius Res. & in

aliis eius nor.

docet Nugnus, Toletus, Fornariúsque & alij, quos citat, & sequitur P. Auersa *tom.1. de Sacrament. Confirmationis, quæst.72. sect.6.* quia ait, illa verba Concilij sufficientia sunt ad imponẽdum præceptum, & inducendam grauem obligationem. Et ita ipsa praxi, & vsu accepta videntur: liquidem Prælati collaturi Ordines, aũt primam Tonsuram, diligenter de præuia Confirmatione inquirunt & de hac re tanquam graui solliciti sunt; soléntque documentum susceptæ Confirmationis vel à Parocho vel à proprio Prælato, quando alienus de licentia proprij quemquam initiatus est, diligenter exigere. Accedit, quod alioqui posset quis non confirmatus promoueri absque graui culpa, vsque etiam ad Episcopatum ipsum, & tunc liberè confirmare alios. Quod sanè videtur graue inconueniens, & non sine notabili scandalo audiretur, si Episcopus quis peteret confirmari, cum non esset antea confirmatus. Imo plerique ex Authoribus oppositæ sententiæ vltrò asserunt, quod peccaret mortaliter si quis non confirmatus teneret alterum in confirmatione, & aliqui volunt, quod non contraheret spiritualem cognationem: vt planè multò plus est confirmare, quàm tenere in confirmatione: & non minor transgressio videtur ordinari quempiam non confirmatum; igitur hoc non vacat culpa mortali. Et certè si Canon iubens, vt non confirmatus non teneat alterum: accipitur cum hoc rigore, vt inducat obligationem sub culpa mortali: pariter accipi debet decretum Concilij, vt prima Tonsura non initientur qui confirmati non sunt; & similiter, vt non promoueantur deinceps ad Clericales Ordines. Et alioquin in singulis committeretur nouum mortale peccatum. Ergo si aliquis ex præcepto Concilij Trident. non potest suscipere minores Ordines, imò neque primam Tonsuram si prius non fuerit confirmatus quanto magis dicendum est in casu nostro Episcopum non confirmatum peccare mortaliter, si consecrationem Episcopalem recipiat non insignitum Sacramento Confirmationis, & idem peccatum committere Episcopum illum consecrantem consequenter dicendum erit.

2. Sed licèt hæc sententia sit probabilis, non minus probabilem, imò probabiliorem contrariam esse existimo. Ita tenet Suarez *disp.38. sect.1.* Valent. *q.2. punct 3.* Coninch *hac quæst. artic.8. num.90. & de Ordine disp.20. dub.10. num.103.* Viuald. *de Confirmat. num.41.* Victoria *de Ordin. num.232.* Auila *de censuris, part.7. disp.9. sed.1. dub.3.* Nauar. *in summa cap.22. n.9.* Azor. *tom.2. lib.3. cap.48. quæst.1.* Molfes. *tom.2. lib.28. cap.3. num.24.* Zambran. *de Casibus occurrent. temp. mort. cap.2. dub.3. num.3.* Sotus *in 3. distinct 7. q.1. art.7. propos.3.* quibus omnibus adde me citato Leandrum *de Sacram. tom.1. tract.3. disp.2. q.8.* Dicastillum *de Sacram. tom.1. tr.3. disp.10. dub.10. num.100.* Martino *de Sacr. tom.1. disp.16. sect.1. n.11.* asserentes verba Concilij Tridentini non importare præceptum sub mortali, nec in ordine ad recipientes Ordines, nec in Ordine ad Episcopos ministrantes. Et ideo, me citato, Martinus de San Ioseph. *de Monit. Confess. lib.1. tract.2 de Confirmatione, n.16.* sic ait. [Aunque muchos Autores afirman, que peca mortalmente el que recibe Orden sacro sin estar confirmando, Tolet. *lib.2. cap.71. num.6.* Bonac. *de Sacram. disput.8. quæst.1. punct.5. num.10.* y otros que pieſen, que se haze contra precepto del Concilio Tridentino *sess.22. cap.4. de reformat.* pero tengo por mas probable que no es pecado mortal, porque el Concilio no habla con los Ordenantes sino con el Obispo. Y confirmolo con que. [*Cui verba legis, non conueniunt, eidem non conuenit legis dispositio, lib.4. §. toties*, vbi Paulus, *ff. de damno infecto, quod constitutum. ff. de milit. testam. l. ita autem in princip.* & ibi Bartolus *ff. de administr. tutorum, l. has accusare, §. omnibus. ff. de accusat. l.1. §. loquitur, ff. de aqua quotidiana, l. si ancillas omnes. ff. de legat. 1 l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patr. lib.2. Cod. communia de legat. cap. indemnitatibus. & sed cum eas de elect. lib.6.* Sic Granados *tr.4. disp.1. n.9.* (que juzga, que ni aun venialmente no peca) Hurtad. *tr. Confirmat. disp.c. 11.* [y otros muchos. Y aun el Obispo juzgo, que no peca mas que venialmente ordenata a los que no estan confirmados, porque no es materia graue que como dicimo ai tiba, *tr. dict. n.17.* no es pecado mortal dexar de recibir este Sacramento.] vltrà Authores citatos Suar. *d. sp.38. sect.1.* Coninch. *art.8. n.9.* Valencia *tom.4. disp.5. q.2. punct.3.* Sà *verb. Confirmatio n.11.* Zambranus *de casibus reseruatis temp. mortis, cap.2. dub.4. n.1.* [y la razon es, por que el efecto deste Sacramento, se puede adquirir por otros medios, como por la oracion, y por la receptiõ de otros Sacramẽtos. Y assi muchos se saluan sin recibir el Sacramento de la Confirmacion.] Vnde ex hac opinione potest quis tenere Episcopum confirmandum non peccare mortaliter se consecrando non initiatum Sacramento Confirmationis, neque Episcopum illum confirmando: nam non inuenio Textum in contrarium hoc præcipientem sub peccato mortali, nisi Textum Tridentini Concilij, cuius verba, vt supra visum est, non importare præceptum sub mortali, satis probabiliter Doctores citati asserunt. Ergo, &c. Et ita in terminis de Episcopo consecrante Episcopum non confirmatum docet Setra *in 3. p. D. Thomæ, quæst.72. art.8. ad 3. fol. mihi 265.*

3. Sed hic casum curiosum inquiro, an hic Episcopus non confirmatus sic consecratus, peccet postea mortaliter conferendo aliis Sacramentum Confirmationis? Et affirmatiuè respondet Tannerus *tom.4. primæ q.4. dub.2.* At ego contrariam sententiam teneo. Dico igitur solùm peccare venialiter, quia licet sit aliqua inordinatio ministrare hoc Sacramentum ex officio, & illud nolle suscipere, non tamen est grauis. Et ita docet Nauarrus *cap.22. num.9.* Granad. *in 3 part. tr.2. disp.1. n.11.* quibus adde doctum Patrem Leandrum *de Sacram. tom.1. tract.3. disp.2. q.7.* Dicastillum vbi suprà, *dub.11. num.126.*

Sup. his signanter pro recipiẽtibus Ordines minores, & etiã Sacros in to. 1. tr.2 Resol.4. à lin.4. & vers. Nõnulli, & in Resol. 12. §. Notaui, & latè in to. 2. tr.5. Resol. 99. §. vlt. & in Resol. 100. §.1. & 2. & in Resol. 101. §. etiam 1. & 2. & in Resol.

RESOL. XLVII.

An consecratio Episcopalis ministrata cum opinione probabili sit reiteranda cum conditione?

Et docetur Baptismum, Sacerdotium, & Episcopatum collatum cum opinione probabili denuo reiterandum sub conditione.

Et quid, si ordinatio Sacerdotis fuisset facta cum Calice vacuo, vel cum Calice non consecrato, aut si ordinatus non tetigit Calicem, an in his casibus ordinatio sit cum conditione recitanda? Ex p.12. tract.1. Resol.47.

§.1. VIdetur respondendum negatiuè; probatur: nam non desunt Doctores asserentes quod si quis ex obliuione Magistri cæremoniarum Calice vacuo cum solo pane ei porrecto Sacerdotio initiaretur, talis ordinatio esset reperenda. Et ita docet Henriquez, Bonacina, Filliucius alibi à me adducti. Et hoc satis probabile putat Dicastillus *de Sacram. tom.1. disp.1. dub.10. n.160. & 161.* Et tamen adest opinio contraria asserens esse de substantia Ordinationis Sacerdotalis in Ecclesia. Latina Traditio vtriusq; speciei, videlicet Calicis cum vino, & patena cũ Pane quia id clarè videtur docet Florẽtinũ, his verbis Protobyteratus traditur *per Calicis cũ Vino, & Patena cum Pane porrectionẽ.* Sic Conc. & sic docet Gr. *tr.1. de Ord. disp.5.*

disp.3.num.12.& 13. dicens esse communem sententiam. Hurtadus *de Sacram.Ordinis,difficult.11.disp.5. prop.2.* Villalobos *tom.1. tract.11. difficult.4. num.1.* Dicastillus vbi supra,& alij.

2. Probatur secundò, quia contactum physicum esse de substantia ordinationis sacerdotalis, & aliorum maiorum Ordinum docent plures,& non ignobiles Auctores, & tamen Petrus Marchant.*in Tribunal.Sacram.tom.3. tract.6. tit.2. quæst.3. cor.2.* docuit Sacerdotem non tangentem Calicem, & Patenam in sua Ordinatione, non debere iterum ordinationem, reiterare. Ergo.

3. Probatur tertiò, auctoritate Fornierij, & Filiucij quos citat, & sequitur Gesualdus *in Theolog. moral. tom.1. tract.15. cap.3. num.6.* asserens ordinatum in Sacerdotium cum Calice,& Patena non consecrata posse acquiescere sine scrupulo.Et tamen non desunt Doctores asserentes, quod saltem in Ordinibus sacris, in Subdiaconatus, & Presbyteratus Ordine instrumenta (nempe Calicem cum Patena) quæ traduntur in manus Ordinandorum, debere esse prius ab Episcopo consecrata : Vnde dicitur eis: *Videte quale mysterium vobis traditur. Et accipite, potestatem offerendi,*&c. Non enim Sacrificium Missæ offertur,nisi in Calice consecrato : talis enim videtur esse communis Ecclesiæ vsus : nam Episcopi in collatione sacrorum Ordinum semper vtuntur Calice consecrato pro significatione mysterij : ita Paludanus *in 4.dist.24. quæst.2.* Turrecremata,& Præpositus *in Canon. per sacros, distinct.25.* Sylvest. *verb. Ordo 2.* §.4.Mar.Fornarius *in addit.ad Toiet.de Ordine,cap.2. num.6.*& alij.

4. Verùm his non obstantibus, ego olim docui cum Granado Baptismum, Sacerdotium, & Episcopatum collatum cum opinione probabili esse, denuo reiterandum sub conditione. Et hanc sententiam tenet etiam scientia, & dignitate Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo *in Respons. Moral. lib.1.dub.1.num.11.* vbi sic ait. [Quicquid sit de aliis Sacramentis, an in eorum collatione,& susceptione liceat amplecti opinionem probabilem, in Baptismo tamen,Sacerdotio, & Episcopatu propter eorum necessitatem, & damnum irreparabile, quod ex eorum inualiditate consequeretur, debemus quoties fieri potest certam & securam viam amplecti, & *dub.33. num.3.* sic ait ; ego in prædicto casu dixi,Titium potuisse in prima ordinatione quiescere absque vlla reiteratione, etiam conditionata ; non tamen peccaturum, si ad maiorem sui animi quietem iterum sub conditione ordinaretur,quod etiam Episcopus poterat licitè in eius gratiam facere. Vt verò fundamentum huius responsi intelligatur recolenda sunt quæ dixi, *disp.7. de pœnitentia, sect.13. num.273. & seqq.* vbi ostendi obligationem quidem esse repetendi sub conditione Sacramentum Baptismi ; & Ordinis Sacerdotalis ; vel Episcopalis, propter maxima inconuenientia, & damna quæ ex inualiditate horum Sacramentorum sequerentur, quoties dubius est valor, vel quoties probabilis sententia dicit, non fuisse valida. Id tamen non procedere quando sententia negans valorem non æstimatur probabilis, sententia affirmans obligationem reiterandi Sacramentum sunt enim diuersæ quæstiones an sit validus, v.g. Baptismus taliter collatus : & an sit postea sub conditione repetendus,& contingere potest non esse probabilem sententiam negantem valorem, & tamen probabilem esse sententiam affirmantem obligationem reiterandi Baptismum sub conditione. Quando ergo probabilitas versatur circa defectum valoris, fatemur esse obligationem repetendi Baptismum ; quando verò probabilitas solum versatur circa obligationem repetendi, tunc non semper tenetur homo Sacramentum repetere, sed potest amplecti opinionem contrariam probabilem negantem illam obligationem, quia sicut in aliis omnibus materiis practicis,sic etiã in obligatione repetendi Sacramentum, possumus amplecti iudicium probabile Doctorum dicentium,in eo casu non esse talem obligationem,quamuis & alij probabiliter dicant esse;quia probabilitas hæc non versatur circa valorem,sed circa licitum,& iudicium practicum dictans hîc, & nunc posse licitè non repeti Sacramentum quod iudicium probabile practicum, & vltimum in omni materia possumus licitè amplecti, vt explicaui loco citato.] Hucusq ; Lugo. Et ideo hanc sententiam tuetur etiam doctus Pater Escob.*in Theol. Moral.tract.7.exam.8. c.4.§.3. n.46.* Tannerus *tom.4. disp.7. quæst.2. dub.4. num.98.* & Franciscus de Contreras in fauorem Patrum Societatis Iesu contra Consecrationem Episcopi N.*art.1.dub.1.n.6.* Et tandem nouissimè, me citato,hanc sententiam docuit noster pater quartus *in Rubr. Missalis, part.3. tit.1. dub.16.*vbi sic ait.[Tertia sententia media,quam omnino veram existimo, sic distinguit, si loquamur de Ordine Sacerdotali, & episcopali, dicendum est in prædictis casibus, & similibus quando sunt opiniones pugnantes circa valorem Ordinis necessariò iterandam esse sacram Ordinationem sub conditione,& interim abstinendum esse à celebratione secus de aliis Ordinibus inferioribus.]

5. [Probatur primò,quia ex inualiditate Ordinis Sacerdotalis sequuntur grauissima incommoda, tum contra reuerentiam Sacramenti;tum præcipuè contra bonum animarum, quia non conficitur Sacramentum Eucharistiæ : neque sacrificium ; sicque fideles communicando non reciperent verum Sacramentum,nec consequerẽtur fructum Sacrificij,nec validè absoluerentur in Sacramento Pœnitentiæ, ergo nedum virtus religionis,sed etiam charitas omnino obligant ad cauenda ea pericula,& tollendam dubietatem iterata susceptione Sacerdotij. Probatur consequentia quia charitas obligat ad vitãda huiusmodi damna, præsertim spiritualia, quoties fieri potest.

6. Eadem autem est ratio de Ordine Episcopali, vt per se patet, ex cuius valore Ordinis Sacerdotalis in aliis.] Hæc P. Quartus. Vnde ego nuper interrogatus de his tribus casibus, respondi, Episcopum N. qui consecratus fuit ab vno tantùm Episcopo, debere iterum consecrari, Secundò, Episcopum consecratum absque vnctione Chrismatica, sed cum oleo Cathecumenotum, esse iterum in alia consecratione cum sacro Chrismate vngendum,Tertio, idem censui de consecratione Episcopi N.de qua scripsit latè Pater Contreras vbi suprà:nam licet omnes supradictæ consecrationes fuerint factæ quoad validitatem cum opinione probabili,tamen ex rationibus superius adductis existimaui iterum illas sub conditione reiterandas esse.

7. Item ex his contra Doctores superiùs adductos, apparet me rectè olim respondisse, ordinationem Sacerdotis factam cum Calice vacuo feciſſe reiterandam. Et ita,me citato,tenet doctus Pater Leander *de Sacram. tom.2. tract.6.disp.4. quæst.9.* Secundò interrogatus,an Ordinatio Sacerdotis facta cum Calice non consecrato esset sub conditione reiteranda, etiam respondi affirmatiuè;& ita, me citato, Patet Quartus vbi supra *in Rub.Missalis,part.3.tit.1.sect.2. dub.4.*Tertiò,Ordinationem Sacerdotis,qui non tetigit Calicem, esse reiterandam per ea, quæ adduxit Dicastillus *de Sacr.tom.1.tr.6.disp.1. dub.14.n.205.* & alij communiter.

Sup. contrò in hoc & tribus §§.seqq. sup.in §.1.2. & 3. huius Res. & in aliis eorum notationum.

8. Sed aduersus superiùs dicta vrgent duo fortissima argumenta ; deducta ex factis Summorum Pontificum

Sup. doctr. contenta latè in hoc & duobus seq §§.huius

Resp. lege ex hoc tr. Res. 30.31. & 39. §. Quæ intervenientes. & alium 5. earum notationum.

Pontificum. Et Primò, cùm in India aliqui Episcopi fuissent absque dispensatione Pontificia in Episcopos consecrati, Pius IV. in quadam Bulla, data apud Sanctum Marcum die 11. Augusti 1562. Pontificatus sui Anno 3. quam per extensum apponit Pater Contreras contra consecrationem Episcopi de Peraguay, *art. 1. dub. 2. num. 13.* sic asserit. [Nos igitur Sacrorum Canonum æquitatem à nemine vltra quàm præstari possit, exigere perpendentes, ac omnes & singulos venerabiles fratres Archiepiscopos, & Episcopos in Indiis præfatis constitutos, qui hactenus prædicto numero Prælatorum competendi ad id non exhibito, aliàs tamen ritè susceperint, ab huiusmodi excessu, ac suspensionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis per eos propterea incursis, Apostolica Authoritate tenore præsentium absoluentes, secumque super irregularitate, si quam inde contraxerint; & quod munere præfato, sic per eos suscepto, suisque, & Presbyteratus Ordinibus, ac Officio Pontificali vti, & in illis etiam in altaris ministerio ministrare; ac suis, & in Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis præsse libere, & licitè valeant, & specialis dono gratiæ dispensantes.] Ita Pontif. Ex quibus verbis apparet, quod illi Episcopi fuerunt ordinati cum opinione tantùm probabili; nempe non esse de substantia consecrationis tres Episcopos, non obstante, quod opinio contraria non sit minùs probabilis, vt supra ostendimus: attamen Pontifex non imposuit onus illis Episcopis, vt iterum consecraretentur sub conditione: Ergo hoc necessarium non est contra sententiam, quod suprà cum Granado, Lugo, & aliis firmauimus alioqui dicendum esset, Pontificem in tali casu rectè non processisse ex absurdis quos nos suprà adduximus, si illa consecratio Episcoporum in India sic administrata, non fuisset valida: sed hoc dicere absurdum videtur, ergo.

9. Vidit hanc difficultatem P. Contreras, vbi supra *art. 1. dub. 1.* & illam conatur dissoluere. Sic itaque asserit. [Pero parece oponerse a esta resolucion, y doctrina del Padre Granados, y los de mas, la Bula de Pio IV. que pondre en la duda seguiente: porque en ella su Santidad dize, que à los Obispos, o Arçobispos; que se huuieren consagrado en este Reyno sin dispensacion de la Sede Apostolica ab vno Episcopo, los absolue de la suspencion, y de otras censuras, y penas, que por auerse assi consagrado huuieren incurrido: y que absueltos, y dispensados puedan administrar el oficio Pontifical, y Sacerdotal liberè & licitè: luego no se deue dezir (supuesta esta Bula) que el Obispo que se huuiere consegrado ab vno Episcopo, sin dispensacion del Pontifice, se deua consagrar sub condicione, por asegurar el Caracter Episcopal; y por el riesgo, que se podria seguir de no conferir el orden Sacerdotal en los ordenados por el tal Obispo. Pues su Santidad en caso, que huuiesse sucedido tal consecracion, passa por ella para que el assi consegrado, administre el oficio Pontifical, &c. sin hazer mencion del valor, ò no valor de dicha consagracion; antes suponiendola por valida, como consta de la dicha Bula.

10. Para la solucion desta dificultad supongo, que a la Santidad de Pio IV. no le suplicò la Magestad del Rey Don Felipe II. nuestro Señor, que con la benignidad Apostolica pusiesse remedio en algun Obispo, o Arçobispo por auerse consagrado sin dispensacion ab vnico Episcopo, sino que le pusiesse en que por la penuria, que auia en estos Reynos de Obispos, se pudiessen en ellos consagrar los electos ab vno Episcopo, sin tener necessidad de tres Obispos como pide el derecho, y su Santidad obiter por si alguno se huuiesse cõsagrado de essa manera sin dispẽsacion de la Sede Apostolica, le absoluio de la suspẽciõ y de mas cẽsuras, que certissimè auia incurrido, y mandò, que el de mas administrasse en el orden, y oficio Prouincial, y recurrò a la suplica de su Magestad, dispensando paraque los Obispos destos Reynos se pudiesen consagrar ab vno Episcopo, &c. Esto supuesto respondo al argumento, y digo, que aunque tiene mucha autoridad de la Bula de Pio IV. citada en apayo de la opinion, de que la consagracion de Obispo, facta sine dispensatione Pontificis ab vno Episcopo es valida, aunque illicita, y pecaminosa, no por ello condeno la contraria, que lleuan tantos, y tan esclarecidos Doctores, fundada con tan graues y tan fuertes razones, como hemos visto, y se pueden ver apud Gabr. Vasq. *vbi sup.* Solo pues se ha dezir que su Santidad en el caso dicho se acomodò con la opinion probable: Al modo de los que dizien, que el Sumo Pontifice en cosa proporcionada, puede dispensar en el matrimonio rato non cõsumado, trayendo exemplo de muchos Pontifices que han ya dispensado, à que los Authores de la contraria sentencia, persistiendo en ella, dizen, que si tal vezha dispensado el Romano Pontifice, ha sido conformãdo se con la opinion probable, no quitando la probabilidad de la que ellos defienden. Imo el P. Th. Sanch. *lib. 2. de matr. disp. 14.* con sentir con los que lleuan, que el Papa puede dispensar en el matrimonio rato non consumado, trayendo en confirmacion de esta opinion los Pontifices, que auian dispensado en el mismo caso: dize que la opinion contraria es probabilissima. Luego lo mismo se ha de dezir en nuestro caso, que no por auerse conformado su Santidad con la opinion dicha, dio por improbable la otra; sino que nihilominus la dexò en su probabilidad, pues como es victo, no definio aquella que siguiò cathedra, si no que solo la aprouò como probable, obrãdo obiter por ella (ad precationem,) por si a caso huuiesse sucedido el caso, &c. E confirmasse valide la dicha solucion, con el *c. licet duorũ, de sponsal.* en donde se dize, que el matrimonio rato no consumado no se disuelue per aliud matrimoniũ subsequutum consummatum. Con luye el dicho capitulo non estas palabras: (quãvis aliter quibusdam prædecessoribus nostris sit aliquãdo iudicatum.) Luego no todas las vezes, que los Pontifices siguen alguna opinion la hà de dezir que loquuntur è cathedra, y que dan por improbable la contraria, vease *à Couar. 4. decret. 2. p. c. 7 § 3. n. 15.* en dõde excelentemẽte explica el capitulo dicho, y trahe vna dotrina muy a nuestro proposito.] Ita Contreras.

11. Sed hæc solutio propositæ difficultatis habet etiam suas tricas: nam Pontifex etiamsi adhæsisset opinioni asserenti ternarium Episcoporum non esse de essentia consecrationis, debebat tamen stante maxima probabilitate opinionis contrariæ dispensare illas ordinationes esse reiterandas; alioquin nimis probabiliter tunc esse dicendum illos Episcopos non esse consecratos, nec validè postea alios Episcopos potuisse consecrare, nec Sacerdotes ordinare; vnde tota illa Prouincia remaneret scrupulis, & anxietatibus implicata, cum consequentia tantorum absurdorum, quæ horrent aures audire, ergo, &c.

12. Secundò adest aliud argumentum etiam ex factis Pontificum: nam in India sæpius dispensant, vt Episcopi possint consecrari ab vno tantum Episcopo. Sed Castrus Palaus, Sylvester, & alii, sed vt supra notauimus constanter asserunt Pontificem non posse in tali casu dispensare; quam opinionem tanquam probabilem videtur admittere Dicastillus *de Sacrament. tom. 2.* Ergo dicendum est, doctrinam à nobis superius firmatam ex Granado, Lugo, & aliis non esse admittendam: nam ex ipsa sequeretur Episcopos cum dispensatione Pontificia consecratos cum vno Antistite, esse denuo consecrandos

crandos sub conditione : cùm secundùm opinionem Castri Palai, illorum consecratio esset nulla, ex defectu valoris Pontificiæ dispensationis : sed hoc dicere videtur absurdum : ergo, &c.

13. Vidisti quantum laboramus Charibdi ; sed ad primum argumentum, aliquis posset dicere, Pium IV. forsitan ordinasse, vt secretò ad vitanda scandala illi Episcopi denuo consecrarentur sub conditione : vel admittenda est responsio superius adducta à P. Contrera. Ad secundum argumentum respondere quis posset opinionem Castri Palai carere probabilitate, cùm sit contra communem sententiam Doctorum, & contra praxim Sedis Apost. & Summorum Pontificum, vt suprà probauimus, dispensantium, vt consecratio Antistitum aliquando possit fieri ab vno Episcopo. Confirmatur à simili : nam licet Philippus Faber & alij, asseruerint contractum physicum Hostiæ in ordinatione sacerdotali esse de necessitate Sacramenti, tamen Doctores existimando talem sententiam carere probabilitate, non imposuerunt onus Sacerdotibus non tangentibus Hostiam reiterare, sub conditione Ordinationem. Ergo idem dicendum in casu nostro, cùm opinio à nobis vnà cum Granado, Lugo & aliis superius explicata, procedat, & habeat locum, quando opiniones circa administrationem Baptismi, & Ordinis Sacerdotalis, & Episcopalis sint æquè probabiles, & vt tales à Doctoribus communiter receptæ, non autem in opinionibus singularibus à paucis fictmatæ, & contra communem sententiam, & praxim Ecclesiæ, vt est opinio Castri Palai : ergo, &c. si hæ responsiones ad supradicta argumenta, Amice Lector tibi non arridenr, meliores tu cogita, & nobis illas prome.

RESOL. XLVIII.

An si infans consecraretur in Episcopum eius consecratio esset valida?

Idem quæritur de infante ad Sacerdotium assumpto.

Et an validè Sacramentum Ordinis, & Episcopatus possit conferri infanti ? Ex parte 12. tractat. 1. Resolut. 48.

IDem quæritur de infante ad sacerdotium assumpto, & negatiuè respondere videtur Durandus *in 4. distinct. 25. quæst. 2. num.* 8. vbi affirmat tem satis dubiam esse. Primò, quia, inquit, satis videtur absurdum, quod paruulus carens omnino vsu rationis possit Sacerdos fieri, vel Episcopus ordinari. Secundò, quia ad susceptionem cuiuslibet Sacramenti requiritur propria intentio suscipientis, si sit adultus, vel interpretatiua, si sit paruulus. Sed in tali paruulo, si ordinetur de facto, non potest esse propria voluntas suscipiendi Ordinem, cùm non habeat vsum rationis ; nec interpretatiua, quia licèt voluntas parentum vel eorum qui parentum vices gerunt, posset esse interpretatiua voluntatis paruulorum, quantum ad ea quæ sunt de necessitate salutis ipsorum corporalis, vel spiritualis, propter quod intentio parentum eos ad Baptismum offerentium, vel Ecclesiæ sufficit illis ad susceptionem Baptismi salutaris : voluntas tamen parentum non videtur sufficere ad hoc, vt paruuli suscipiant Sacramentum Ordinis, quod non est de necessitate salutis, sed supererogationis, & constituit hominem in gradu dignitatis, quia quoad hoc non apparet quomodò voluntas parentum, vel quorumcumque aliorum sit interpretatiua voluntatis paruulorum, cùm paruuli possint licitè talibus dissentire, postquam ad annos discretionis peruenerint. Item quia Baptismus ordinatur ad electionem peccati originalis, quòd contrahit paruulus ex actu parentum, congruum est quod voluntas parentum sufficiat eis ad suscipiendum Baptismum. Sed hæc causa in aliis Sacramentis non habet locum. Hæc Durandus, in cuius sententiam inclinat Petr. Sotus *lib. de instit. Sacerd. lect. 5. de Sacram. Ord. §. Secundò etiam.* Addique potest ad illius confirmationem, formam huius Sacramenti exigere consensum recipientis, quando illi dicitur *Accipe potestatem, Accipe Spiritum sanctum* : acceptando scilicet rem quæ donatur, aut traditur, quod sine consensu non fit : paruulus autem est incapax talis consensus, perfecti scilicet, & rationabilis, qualis in re tanti momenti esse debet.

2. Et ita hanc sententiam ex Theologis neotericis tenet Granadus *in 3. part. tractat. 3. de Ord. n. disputat. 1. numero 6. & 7.* cum Marchino *tractat. 5. part. 4. capite 4. numero 4.* vbi sic ait : Rogatus si puer ante vsum rationis Episcopus consecraretur, talis consecratio esset ne valida ? videtur enim dicendum esse validam ; sicut si Sacerdos consecraretur, talis consecratio, vt dictum est, rata, ac firma foret. At oppositum cum D. Thom. *in 4. distinct. 25. quæst. 2. artic. 1. & 3. part. 9. quæst. 39. artic. 2.* est dicendum. Et ratio discriminis est, quia Episcopatus includit potestatem in corpus mysticum ; ad quam potestatem recipiendam requiritur vsus rationis : qui enim fit Episcopus pastor animarum essentialiter, exigit vsum rationis, at cum aliquis ad sacerdotium assumitur, non fit immediatè, & proximè pastor animarum, sed in habitu, & in radice. Confirmatur à simili, nam si infans vnius anni ad Pontificatum assumeretur, nulla sanè esset talis assumptio ; quia Vicarius Christi essentialiter debet ratione pollere, cùm sit supremus, ac generalis ouium pastor. Idem pari modo dicendum est de Episcopo, qui est pastor particularis in actu.

3 Verùm his non obstantibus contrariam sententiam tenent Auctores magni nominis, & idem quoad Ordines minores, & quoad Subdiaconatum supponitur in *cap. vnic. de Cleric. per saltum promoto.* Quod si infans ante vsum rationis est capax dictorum Ordinum, etiam erit aliorum, adhuc Episcopatus, quia minores Ordines, & saltem Subdiaconatus non minus sunt Sacramentum, & non minus imprimunt characterem, quàm reliqui maiores. Et ratione probatur, quia infans capax est omnium Sacramentorum, quæ non requirunt essentialitet conditionem aliquam statui infantiæ repugnantem, quia est capax Baptismi, Confirmationis, & Eucharistiæ, quia non requirunt talem conditionem, & non est capax matrimonij, nec pœnitentiæ, quia essentialiter requirunt actus liberos ; nec Extremæ-Vnctionis, quia tantùm instituta est pro his, qui pro tempore quo confertur, possint habere peccata actualia, aut debitum pœnæ testantis, & qui possint egere auxiliis ad resistendum Dæmoni ; Sacramentum autem Ordinis, adhuc Episcopatus nullam requirit conditionem repugnantem statui infantiæ. Hanc etiam sententiam tenet Coninch *disputat. 20. dub. 10. numero 97.* Meratius *disputat. 9. de Ordin. sect. 1.* Valentia *quæst. 4. de Ordin. punct. 1.* Campanil. *in diu. iur. Canon. rubric. 4. cap. 4. numer. 13.* Vasquez *disput. 146.* Bonacina *de Sacram. disput. 8. quæst. vnic. punct. 5. num. 5.* & Sanchez *in Opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 32. num. 4.* & Bernal. *de Sacram. disput. 49. sect. 2. numero 7.* vbi sic ait : [Indecens est infantem esse Sacerdotem, & esse Episcopum consecratum :] Ergo. Respondeo licet sit aliquod absurdum conferri illi Ordinem talem, de quo in præsenti non disputamus, non est absurdum posse ; & quamuis sit absurdum

surdum, quod puer septennis ordinet alios, vel habeat iurisdictionem actualem, & exerceat ipsam in Ecclesia, sicut etiamsi aliquis lunaticus: vel infamis, vel illiteratus id faceret: attamen nemo negat validè illos homines ordinari quando cum vera intentione eos Ordines Episcopus, & legitimo ritu eos promouet: ergo nulla est obiectio ista. Nota hic D. Thomam, & alios DD. videri excipere Episcopatum; quos tamen possumus interpretari de Episcopatu quoad iurisdictionem in actu secundo, siue quoad curam, & obligationem pastoralem: nam de Sacramento ipso ordinationis Episcopalis & eius charactere eadem ratio militat in puero, ac de aliis sacris Ordinibus, Sacerdotio, Diaconatu, &c. Ita Bernal, cui adde Dicastillum *de Sacram. tom.1. tract.6. disp.1. dub.11. num.317.* & me citato Leandrum *de Sacram. tom.2.tract.6 disp.6.quæst.10.*

4. Obseruandum est tamen supradictam sententiam procedere, vt recte obseruat Gerunda *de Episc. tom.1. lib.2. disp.7. cap.2. num.2.* si infans in Episcopum ordinatus, vel prius, vel simul presbyteratum suscepisset.

5. Restat modò respondere ad argumenta Durandi, & aliorum superius posita; & ad primum respondeo absurdum quidem esse, & valde indecens, grauiterque illicitum infantem vel amentem ordinare in Sacerdotem, vel in Episcopum; sed non esse absurdum illum esse verè Sacerdotem, & Episcopum quoad ordinem, si Sacramentum illi conferatur: sicut validè indecens, & absurdum est ordinari in Sacerdotem, vel Episcopum hominem publicè infamem, & scandalosum, puta manifestum concubinarium, ebriosum, homicidam, vsuarium: sed non est absurdum talem, si ordinetur, esse verè Sacerdotem, & Episcopum. Ad secundum, nego paruulis ad recipienda Sacramenta, quorum sunt capaces, vt Baptismum, Confirmationem, & Eucharistiam; similitérque Ordinis sacramentum necessariam esse intentionem, siue ipsorummet, siue parentum, aut tutorum, vel Ecclesiæ pro ipsis consentientis, & cuius voluntas sit interpretatiuè voluntas ipsorum paruulorum; Neque baptismus illis applicatus, ideo validus est, quia Ecclesia consentit eorum nomine, sed quia institutio Christi nihil aliud requirit ad ipsius valorem respectu paruulorum, nisi vt ipsis applicetur materia, & forma Baptismi, cum intentione debita, vt alibi ostendimus. Ad tertium dico, formulas illas loquendi in ordinatione vsurpatas: *Accipe potestatem, Accipe Spiritum sanctum*, non requirere necessariò consensum recipientis ea quæ vi horum verborum conferuntur; quia hæc non donantur per modum pacti, & contractus ad quem consensus vtriusque partis requireretur, sed per virtutem ipsam, & efficaciam Sacramenti ex opere operato. Neque dicas saltem hunc loquendi modum supponere recipientem habere vsum rationis; quia alioquin ineptè inuitaretur ad recipiendum moraliter, scilicet, & rationabiliter. Respondeo enim primò dici infanti, quando Baptizatur solenniter: *Accipe sal Sapientiæ; Accipe signum Crucis Domini nostri Iesu Christi:* quod tamen sine insolenti temeritate dici nequit ineptè fieri, cum vbique ab Ecclesia fiat, iuxta regulam D. August. *Epist.118.* ad Ianuarium deinde dico illo etiam verbo non inuitari infantem ad accipiendum moraliter, & rationabiliter (quod non potest) sed significari potestatem dantis, & veram traditionem ex virtute, & efficacia ipsius Sacramenti. Neque in Scriptura inusitatum est simili modo significari aliquem effectum erga res etiam inanimatas, quæ in illum consentire nequeunt: vt quando Iosue *cap.10. vers.12.* dixit ad sistendum solem, *Sol sta, & Luna super Gabaon ne mouearis.* Et Christus ad ficulneam, Matth 21. vers.19. *Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum.* Et Luc.17. vers.6. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro: eradicare, &c.* Et Matth.17. vers.19. *Dicetis monti huic, Transi illuc, & transibit.*

Alibi in to 1. tr.1. Ref.22. & in tom.5. tr.5. Ref.60. §. Nota etiã hic. ad med. vers. Et in aliis. & seq. & lege doct. Ref. not. 1. huius Ref.

6. Nota verò, quod aliqui supradicta admittunt in Ordine in infantem ordinatum in Sacerdotem; non autem ordinatum in Episcopum; & ita tradit S. Thomas, D. Bonauentura, Scot. Richard. Syluester, Henriquez, Philibertus, & Granados, *loco citato*, quorum fundamentum est, quod ordo Episcopalis ex suamet institutione est magis proprius adultorum, quàm cæteri Ordines: ille enim supponit necessariò, & intrinsecè charactere Sacerdotalem, & addit regimen animarum: ergo.

7. Sed ferè omnes Doctores superiùs adducti credent hoc esse verum de Episcopatu. Dico igitur, posse quidem conferri validè dicto puero, quantum ad charactere rem, & potestatem Ordinis (in quo bene Doctores secundæ sententiæ) non verò quantum ad iurisdictionem, & curam animarum in quo optimè Authores primæ, nam hæc suscipi nequit absque vsu rationis, cum ad requirendum beneficium acceptatio requiratur, & hoc solum probat argumentum pro prima sententia factum. Ad id quod nonnulli ex Authoribus primæ opinionis opponunt; videlicet Episcopum esse sponsum Ecclesiæ, & matrimonium nullum esse, sine contrahentium consensu, respondet enim, sponsum profectò esse, sed ratione iurisdictionis, ad quam rationis vsum requiri vitro fatemur, & defendimus.

Ex his apparet, diuersum esse, contra Coninch *disput.20. dub.10. num.100. in fin.* Bonac. *de Sacram. disput.8. quæst.vnic. punct.5. num.3.* & alios, Sacramentum Ordinis, & Episcopatum validè conferri insano. Ita Gerunda in specie *de Episcopatu, tom.1. lib.2. disput.7. cap.2. num.9.* cui adde Valentiam *tom.4. disput.9. quæst.4. punct.1.* & Reginald. *tom.1. lib.3. num.3.*

8. Et hæc omnia latè, ac disertius obseruate volui vt appareret me interrogatum rectè respondisse contra quendam Theologum posse Pontificem infantem ante vsum rationis creare Episcopum, quanto magis Cardinalem, cum Cardinalatus non sit Ordo neque Sacramentum. Et si quæras, an hoc licitè à Papa posset fieri. Resp. negatiuè, tum propter scandalum, tum quia Pontifex in conscientia tenetur eligere ad Cardinalatum digniores, vt ex sacro Concilio Tridentino probat Eminentiss. Lugo: sed implicat vt Pontifex possit ferre hoc iudicium de puero: ergo.

9. Nota hic obiter, monstrum nunquam vsum in Ecclesia Dei, ex Baronio anno Domini 925. Hugonem nempe filium Humberti Comiti Aquitaniæ, qui nondum quinquennis penè infans, Rhemensis electus est Archiepiscopus, & à Ioanne X. confirmatus, quod idem malis etiam artibus inductum exemplum propagatum postea fuisse testatur idemmet Baronius ibid. Non nego tamen ex grauissima, & vrgenti causa posse Pontificem circa ætatem dispensare, & ideo Abb. Panorm. *cap.cum in cunctis, notab.4. in fin. num.2.* ex Ioann. Andr. refert, quendam virum nobilem promotum fuisse in Episcopum ex dispensatione Pontificis anno suæ ætatis decimo octauo, à quo non est absimile, quod de Alphonso Cardinali Carafa perhibetur, cum decimum nonum agenere ætatis annum in administrationem data est Archiepiscopalis Ecclesia Toletana, vt refert Mandosius

dosius *in tract. signat. grat. rubr. de dispens. super tent.* propter promotionem sub principio, ex quo alij; atque hac nostra tempestate à Paulo V. Pontifice Maximo Ferdinandus Cardin. Sereniss. Hispaniarum Infans, qui ex ephebis non adhuc excesserat; vndecimum annum agens, in Archiepiscopum Toletanum promotus est.

RESOL. XLIX.

An si ante legitimam ætatem quis consecraretur in Episcopum incurrat aliquam censuram?

Et supponitur, quod ad Episcopatum requiritur ætas triginta annorum.

Et an hoc procedat non tantum in ipsis Episcopis verum etiam in adiutoribus eorum?

Et notatur, quod Episcopi ante præscriptam triginta annorum ætatem electio inualida est, secus postulatio.

Ex part. 12. tract. 1. Res. 49.

§. 1. SVppono, quod ad Episcopatum requiritur ætas triginta annorum, vt patet ex Concil. Agatensi *c. 6.* Et est praxis Ecclesiæ. Itaque peccaret lethaliter qui sciens, & volens ante trigesimum annum expletum, sine dispensatione, in Episcopum ordinaretur, & eo mortaliter maiori grauitate culpæ, quo magis ab ea ætate distaret, cum minus supponeretur aptus. Colligitur ex omnium Authorum sententia de singulis in ordinibus sacris docentium, vt videre est apud Sotum *in 4. dist. 25. q. 1. art. 6. vers. Ex quo*, aliósque recentiores. Hoc verò solùm, quod in aliis suscipiendis sacris Ordinibus notauit Nauar. *in cons. 60. in antiq. de temp. Ordin.* hîc libet ascribere, si quis bona fide parentum testimonio innixus, legitimæ putans esse ætatis, in Episcopum ordinaretur, non est cur scrupulis postmodum angatur.

2. Difficultas est, an in tali casu incurratur in aliquam suspensionem, vel censuram, & negatiuam sententiam sustinet Gerunda *tom. 1. lib. 2. disp. 7. cap. 3. n. 2.* vbi sic ait; [Absolutè de adulto assero sponte etiam ad talem ordinationis Episcopalis susceptionem cooperantem nulla censura ligari, probo, quia tametsi *cap. cum in cunctis* de electione comprobato à Tridentino *sess. 7. cap. 1. de reformat.* prohibeatur non modò consectatio, sed etiam ante trigesimum annum electio, nulla tamen ibi pœna iniungitur; & quamvis me non lateat Constitutio Pij II. pœnam suspensionis imponentis in præsumentes tantùm ante legitimam ætatem promoueri, vt scribit Tolet. *lib. 1. cap. 61.* quam suspensionem ab exercitio, & vsu talium Ordinum perpetuam esse docent Rebuff. *in praxi benefic. p. 2. tit. de Cleric.* ad sacros Ordines male promotis *Glos. 4. n. 3.* Tolet. *in summ. citat.* & administrantes tali suspensione velit Pontifex incurrere irregularitatem, quæ quidem constitutio à Clement. VIII. in moderatoria Bulla alterius Sixti V. contra Clericos malè promotos, & Episcopos in Ordinum collatione peccantes confirmata est. Verùm cùm in ea nulla expressa de Præsulis, vel Episcopatus ordine mentio fiat, hinc est, vt qui ad Episcopatum ante legitimam ætatem propria culpa promotus esset, suspensionem non subiret; quod patet primo ex multis illius constitutionis clausulis, ex quibus in Episcopum sancitam eam non esse vt legenti obuium erit, constat. Item quia pœna suspensionis generaliter lata, ad Antistites non se extendere, habetur *cap. quia periculosum de sententia excomm. in 6.* Nec me fugit Hostien. Episcopos à suspensione beneficij non esse immunes, sentire, sed solùm ab officij suspensione. Verum quia Glossa contrarium consensu Doctorum habet, & neutram suspensionem generaliter latam ad Episcopos latè patere meritò docet: & quia Bonifacius VIII. hoc videtur declarasse, *cap. si compromiss. de elect. in 6. §. huiusmodi*: vbi postquam compromissarium dixerat, qui scienter elegit indignum, ab Ecclesiasticis beneficiis ipso iure suspendi, compromittentes quoque, id ratum scienter, si habuerint, subiungit; Huiusmodi pœnam Episcopus non contrahit, si ad eligendum fiat compromissarius, cùm de iure nullam scientiam suspensionis incurrat, nisi de ipso expressa mentio habeatur. Cuius ratio videtur esse assignata à Gloss. *verb. de iure*, quia nimirum spiritualia sine temporalibus diu esse non possunt, quæ habent se vt connexa, *1. quæst. 3. si quis obiiceret.* Idem dictum volo de suspensione contra illos lata qui alio sacro Ordine per saltum insigniti sunt, probabiliorem penes opinionem docentem non irregularitatem eos, sed suspensionem contrahere, vt habet Sotus *distinct. 25. quæst. 1. artic. 3. col. pen. capite 3.* Henriquez & alij quos sequitur Auila *disput. 9. sect. 2. concl. 2.* Hanc inquam suspensionem per saltum ordinatus Episcopus ob dictam rationem non incurret. [Hucvsque Pater Gerunda, cui ego addo Auilam *de cens. part. 3. disputat. 5. dub. 7.* nouissimè doctum Bernal *ad Sacrament. disputat. 49. sect. 3. num. 13.* & Alzadum *de præstant. Episcop. cap. 4. num. 17.* Et tandem me citato, non deseram apponere hic verba doctissimi viri Didaci de Narbona *in Annal. Iur. anno 30. quæst. 5. num. 6.* ita asserentis [Quocirca irrefragabile existit Episcopum nullum consecrari posse, nisi trigesimo ætatis suæ anno elapso, vnde quasi monstruosum refert, Cæsar Baronius *tom. 1. annal. anno Christi 935. num. 8.* puerum nondum quinquennem Archiepiscopum Rhemensem fuisse creatum. Hæc illius sunt verba: Illud planè tunc primùm contigit in Ecclesia Dei videri monstrum nunquam hactenus in orbe Christiano visum, nec auditum; imo nec puto mente conceptum, cùm videlicet puer nondum quinquennis, nondum alicuius inferioris ordinis capax, vix ferulis prima addiscens elementa, Rhemensis eligitur Archiepiscopus;] cuius rei fidelissimum testem adducit Trodoardum *lib. 4. cap. 19.* confirmat Henriquez Spondanus in eiusdem Baronij epitome *ad ann. Christi 133. num. 2.* Subdens illi fuisse ad functiones Episcopales obeundas quoadiutorem Episcopum datum, cuius simile supra tradiderat anno Christi 933. his verbis: [Quo tempore res accidit, quæ nunquam in ea Ecclesia fuerat audita vt post Stephanum non alius nisi temporaneus substitueretur Antistes, nempe Triphon Monachus, qui sedit vsque dum Theophilactus filius Romani Imperatoris adolescens, tunc sexdecim annorum legitimæ esset ætatis, vt posset fieri Patriarcha. Quem tamen hoc anno reuera creatum fuisse Patriarcham, ex Curopalata constat, dum numerat annos sedis eius viginti tres, sed loco ipsius Triphonem constitutum esse administratorem eius Ecclesiæ.] Quamvis si trigesimo anno minimè expleto Episcopus initiaretur, non ideo in suspensionem extrauagantis Pij II. quæ incipit, *Cum sacrorum* incideret; quia, vt docet Suarius *de censuris disp. 31. sect. 1. n. 20.* quem sequitur Rodericus Acuña *in d. cap. Episcop. num. 18.* ex ipsius verbis, & circumstantiis satis colligitur ibi sermonem non esse ab Episcopis, sed tantùm de promotis ante legitimum tempus ad reliquos Ordines sacros.

3. Et procedit hæc nostra resolutio non tantum in ipsis Episcopis, verum etiam in coadiutoribus eorum, siquidem ex sententia Syluæ *de benefic. 2. p. q. 4. n. 9.* Caputaquen. *decis. 127. part. 2.* Rotæ *dec. 347. n. 9.*

& per totam,part.3. diuers. & aliorum quos refert, & sequitur Gonzales *in regul. 8. Cancell. Gloss. 5. §.9. num.6.* in coadiutore eadem ætas, & idoneitas ac in titulari desideratur: quo circa inquit, *si Episcopo assignatur coadiutor, triginta annorum esse debebit.* Et hæc omnia docet Narbona. Quæ quidem à fortiori procederent in infante, vel insano in Episcopum consecrato. Vnde ex his apparet me rectè annis elapsis respondisse quendam Episcopum hic Romæ vt dicebatur, ante legitimam ætatem 30. annorum consecratum, nullam suspensionem, vel censuram incurrisse.

4. Notandum est hic obiter, quod Episcopi ante præscriptam triginta annorum ætatem electio inualida est, secus postulatio. Prima habetur *cap. cùm in cunctis è Concil. Lateranen.* vbi Abbas, ac cæteri communiter: secunda pars probatur, quia quando postulatur aliquis in Episcopum, solùm à Romano Pontifice rogatur, vt eum soluat pro eius potestate à canonico impedimento, in quo dispensatus eligi possit & in Episcopum creari: Secus verò seres habet, vbi quis ante legitimam ætatem electus pontifici exhiberetur confirmandus: tunc enim confirmatio sola peteretur, quæ idoneum esse electum, in requisitis à iure donatum ornamentis, omníque canonico impedimento solutum certè supponit.

RESOL. L.

Aliquid relictum in Consecratione Episcopali quomodo postea sit iterandum?
Idem est in Ordine Sacerdotali, &c.
Et notatur, quod id, quod supplendum est, debet suppleri ab eodem, qui ordinauit, si est possibile.
Et quid est dicendum, si Episcopus consecrandus deficeret ex aliquo? Ex part.12.tr.1. Resol.50.

§.1. RElinquit v.g. Episcopus vnctionem chrismaticam, traditionem libri vel aliquid; Quæritur quomodo sit talis ritus reiterandus.

2. Respondet dubio Pax Iordanus *tom.1. lib.5. tit.1. num.* 30. vbi sic ait: [Si quis igitur in locis præfatis non fuerit vnctus, vel Chrismatis loco adhibitum fuerit oleum Cathecumenorum, vel infirmorum, debet iterum inungi, & suppleri, prout cauetur latius *cap.vnic.& cap.de Sacram.* non iteran. tradúntque Doctores suprà citati, Secundo loco inter solemnia non substatialia numerantur manuum impositio, quæ completis litaniis fieri debet omnibus Episcopis cõsecratoribus, dicẽtibus; Accipe Spiritum sanctum, & quidem super caput illudque tangendo, provt cauetur in Pontificali neque sufficit sola extensio, sed requiritur tactus, alioquin supplendus esset *cap.1.& fin.* de Sacramentis non iteran. Hostien. Ioan. Abbas, & alij: Imo, & in casu suppletionis non tantùm essent imponendæ manus, verum etiam simul proferenda iam dicta verba, Accipe, &c. provt in aliis ordinationibus fieri debet, quando contingit suppleri, quoniam etsi textus *in d.c.1. de Sacr. non iter.* Simpliciter statuat non esse aliquid iterandum, sed tantùm cautè supplendum quòd incautè fuerat omissum; Hostiens. tamen ibi Ioan. Andr. Abbas, & cæteri cõmuniter concludunt illud esse intelligendum de actibus, & orationibus diuersis; non autem de illis, quæ simul cum ipsa impositione proferuntur vnde inferunt quòd si v.g. Confirmationis Sacramentum fuisset cum Oleo Cathecumenorum collatum. Episcopus in suppletione cum Chrismate debetet forsan proferre; Signo te signo Crucis, &c. & sic de cæteris, facit Glosl. (supplendum) *in cap.fin. de Sacram. non iter.* In Sabbato (inquit) quatuor temporum vocabitur Sacerdos, & manus impositio, quæ defuit in ordinatione modò supplebitur, & dicentur orationes quæ præcipiũtur dici quando fit manus impositio, quia ipsa manus impositioni adhærent, & de manus impositione fit mentio in orationibus. Quamvis igitur alterutrum tantùm fuerit omissum, nempe manus impositio, aut verba, vtrumque tamen debet simultaneè suppleri: alij verò actus integrè præstiti prima vice minimè sunt iterandi; & ita intelligitur textus.] *in dict. cap.1. de Sacram. non iteran.* Hucvsque Iordanus. Itaque dicendum, quod si relinquatur in qualibet ordinatione Episcopali, Sacerdotali, &c. aliquid de necessitate Sacramenti, non est reiteranda omnis ordinatio, sed tantùm quoad partem relictam, & ita obseruat etiam Ioan. Puntius *in Curs. Theolog. disput.48. quæst.2. conclus.8. num.15. in fine.*

3. Hinc nota obiter, quod consecratio inchoata ab aliquo Episcopo, si postea propter aliquod vrgens impedimentum, illam perficere non possit, ab alio suppleri debet; quemadmodum in altaris Sacramento cautum reperitur, *cap. quorundam 3. dist.* Vnde non deseram hîc apponere ea, quæ etiam notauit Iordanus, vbi suprà, numero 53. nempe quod repetitio fieri debet tantùm ab Episcopis, siue iisdem, siue aliis tempore congruo, hoc est iis tantùm diebus, quibus eiusmodi Episcoporum Ordinationem petmillam esse diximus & cum paramentis, & reliquis solemnitatibus requisitis in prima ordinatione, quoniam ab ipsa nihil differt, v.g. si capitis vnctio fuisset prætermissa, vel manuum, supplenda erit ab iisdem tribus Episcopis si haberi poterunt, sin minus ab aliis Episcopis pontificaliter indutis, die Dominica, aut aliàs cõcessa, seruato ieiunio ab Ordinatoribus & Ordinato, & in actu delibutionis, proferenda erunt verba, & orationes à Pontificali præscriptæ pro ipsis functionibus *Vngitur, & consecretur caput tuum, &c. vel manus tuæ, &c.* provt in ipso Pontificali, & sic de cæteris supplendis; prædicta deducuntur ex *dict. cap. vnic. de Sacram. vncl.* & ibi Doctores signanter Abbas *in 5. not.* Innoc. Hostien. Butr. & alij, necnon ex *cap. pr. & vet. de Sacr. non iter.* & ab iisdem DD. item ex §. *ecce 1. quæst. 1.*

4. Sed ad confirmationem supradictorum, & ad maiorem declarationem, non deseram hic apponere ea quæ circa supplementum pro aliqua omissione facta in ordinatione obseruat Sanchez *in Opusc. tom.2. lib.7. dub.13.* dicit enim primò, quòd si id quod omittitur, sit de substantia Ordinis, vel sit dubium an sit de substantia, totum Sacramentum est iterandum, vt si omittatur pars formæ, &c. Ratio quia Sacramentum est nullum, vel quando dubitatur, est dubium an sit nullum. Et non dicitur iterari quod dubitatur, aut scitur nõ esse factum; *cap. solemnitates de consecrat. dist.1.* Hoc tamen est intelligendum, quando Sacramentum non habet duas cæremonias distinctas, & essentiales quarum vna non pendet ab altera, vt in Sacerdotio manus impositio à traditione calicis, & pœnæ; tunc enim licèt vtraque cæremonia essentialis sit, omittatur manus impositio, non est altera iteranda. Secundo si id quod omissum est, sit certum non esse de essentia, tunc non est iterandum Sacramentum, sed suppleri debet quod omissum est.

5. Nota quod id, quod supplendum est, debet suppleri ab eodem qui ordinauit; si est possibile, cum pertineat ad eiusdem Sacramenti, quod ministrauit, perfectionem: si verò id fieri non potest, debet suppleri ab alio sic Armilla verb. *Ordo num.8. & 10.* Tabien. *Ordo 2. quæst.10.* Rosella *Ordo 2.n.8.* Henric. *lib.10. de Ordine, cap.10. num.2.* Innocent. *d. cap. Presbyter, n.3.* Item nota, quod talis suppletio non potest fieri quovis tempore; sed tantùm illo tempore, quo

hac quo Ordines possunt celebrari, vt expressè definitur c.2. 2.cap. *Presbyter*, & docet ibi *Gloss.* Panorm. & Innocent. *numero* 1. Armilla *numer.*10. D. Anton. supra Sylvester *Ordo* 2. *quæst.*5. Angel. *Ordo* 1. *numero* 14. Henriquez ibi. Nota iterum, quod si suppleretur aliquis actus, debent iterari orationes actui annexæ. Sylvester *Ordo* 1. *quæst.* 10. Innocent. *supr. num.*2. Vnde si facta est iniunctio, & non dicta oratio, vel e contra est vtrumque repetendum, quia, non sunt actus diuisi, cum in oratione fiat mentio de vtroque, sed se habent sicut materia, & forma. Sic Innocent. ibi *num.*3. Panorm. *num.*2. Tabien. *Ordo* 2. *quæst.*5. D. Anton. supr. Sylvest. *Ordo* 2. *quæst.*12. Rosella *Ordo* 2. *num.* 8. Et tandem, quod si altera manus iuncta est, & dicta oratio, non debet iterari, sed debet iungi alia manus cum oratione, & vbi in ea dicitur *manus* in plurali debet, dici *manum* in singulari. Sic Panorm. supra *num.*2. Innocent. *num.*3. Tabien. *Ordo quæst.*5. Sylvester *Ordo* 2. *quæst.*10. Rosella *Ordo* 2. *num.* 8. D. Anton. vbi supra. Si verò pars Orationis est omissa; est tota iteranda, vt bene Sylvest. Tabien. Panorm. ibi.

6. Et ex prædictis in casibus contingentibus potest quis respondere quando aliquid esset supplendum in consecratione Episcopali.

7. Sed quid dicendum si Episcopus consecrandus deficeret ex aliquo deliquio, vt timebamus in consecratione nostri Patris D. Alexandri. Porro facta ab Eminentiss. Cardinali Domino meo Franciotto: tunc respondi perficiendam fore sequenti die Dominico, incipiendo ex loco vbi relicta fuit: & hoc est doctrina adducta à Bernal. *de Sacram. disp.*47. *sect.*4. *num.*8. vbi sic ait: Patrialis cæremonia vnius totalis Ordinationis dari potest tempore aliquo licèt longo priusquam alia cæremonia eiusdem Ordinis adhibeatur, quoniam illa pars ritè peracta perseuerat moraliter in subiecto, donec ponatur alia, & compleatur cæremonia. Ita colligitur *ex cap. Presbyter, cit.* & est communis Doctorum sensus. Ita ille.

RESOL. LI.

An in consecratione Episcopali contrahatur ab Episcopo matrimonium spirituale cum Ecclesia.

Vnde translatio Episcopi ex vna Ecclesia ad aliam nequit fieri absque licentia Pontificis, & absque iusta causa. Ex p.12. tr.1. Res.51.

§.1. RESpondeo affirmatiuè: Dico itaque inter Episcopum, & Ecclesiam, cuius est Episcopus, quamuis ab Infidelibus occupatam, esse matrimonium seu vinculum: tradunt Euaristus *Epist.*2. Calistus *Epist.*2. *cap.*3. & refertur *in can. sicut alterius* exur 7. q.1. & Innocentius III. *in cap. Inter corporalia de translat. Episcoporum.* Matrimonium autem hoc inchoatur electione, & fit ratum confirmatione, & consumitur consecratione, quamuis non omnino absque possessione, & dissolui nequit absque licentia Pontificis habentis ad id vicem Dei, vt constat ex Innocentio III. vbi suprà, neque absque aliqua iusta causa. Vnde translatio Episcopi ex vna Ecclesia ad aliam (quæ non fit absque dissolutione prioris vinculi) nequit fieri absque licentia Pontificis, & absque iusta causa, de quo videri potest Vasquez *disp.*241. & Hartadus *de Sacramento Ordinis, difficult.*4. Probatur hoc matrimonium inter Episcopum, & Ecclesiam ex Canon. [Inter corporalia de translatione Episcopatus, ibi, dubitari non debet, quia omnipotens Deus spirituale coniugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam suo tantùm iudicio seruauit dissoluendum, & cap. nisi cùm pridem de renunciat. ibi, Propter laboris angustias, aut persecutionis incursus non debes deserere sponsam tuam, defigendo manum apud extraneum te fide media copulasti. Hinc Hostiens. *in d. cap. Inter corporalia de translat. num.*18. verè ergo (inquit) non solùm dignius est spirituale, matrimonium, quàm carnale, honorabilius, atque spiritualiter fœcundius, salubrius, atque securius, sed firmius in aliquo sensu. Hic Euaristus, qui floruit anno 112. *Epist.*2. de Episcopis electis ad Episcopos Galliæ sic ait: Ipse enim (id est Christus) est sponsus, & Ecclesia sponsa, cuius filij nos sumus; & ideo vnum patrem habemus Deum in cœlis, Sacerdotes verò vice Christi legatione funguntur in Ecclesia; & sicut ei coniuncta est sponsa, id est in Ecclesia, sic Episcopi coniunguntur Ecclesiæ vnicuique proportione sua, & sicut vir non debet negligere vxorem suam, sed diligere & iustè custodire, & amare, atque prudenter regere; sic Episcopus & multo magis custodire, & amare, atque prudenter regere debet Ecclesiam, & velut vxor, quæ sub manu est viri, obedire debet viro suo eumque diligere: & amare vt animam suam debet quia illud fit carnaliter, hoc spiritualiter. Plura in hoc argumento congerit summus Pontifex, quæ si lubet, potuerunt facili negocio è cit. loco Epist. peti, quæ habetur 1.*to. Conciliorum*, vbi de Euar. Papa VI.

2. Nota tamen, quod rectè Suarez *tom.*3. *de reliq. lib.*1. *cap.*16. *num.*2. monuit comparationem inter hæc coniugia, nempe spiritualia carnalia non esse per similitudinem, seu continentiam vniuocam, sed per quandam proportionalitatem; etenim matrimonium carnale solo coniugum perficitur consensu, vt sit ratum, secus spirituale, quod præter electionem, atque acceptionem confirmatione Pontificis indiget, vt ex eodem capitulo *Inter corporalia*; & *cap. licet de translat.* Constat præterea, carnale matrimonium per vsum confirmatur contrahentium, quod coniugij vinculum maiorem subit indissolubilitatem, è communi Doctorum consensu, Catholicáque doctrina: at spirituale, vt modò dicebam nihil firmitatis maioris habet per consecrationem. Insuper matrimonium carnale consummatum; neque Papæ dissolui potest authoritate: quos enim Deus coniungit homo non separet: Secus spirituale, auctore Pontificis dissolubile.

3. Nec obstat dicere, matrimonium spirituale consistere minimè posse inter Episcopum titularem, & Ecclesiam in partibus infidelium existentem; ergo de ratione Episcopatus non est ratio coniugij; Andreas Freyhub. in disput. Lipsica, fusili ausus est fundamento asserere huiusmodi non esse veros Episcopos, quod in Concilio Chalcedonensi *art.*15. *can.*6. statutum sit, nullum absque Ecclesia in Episcopum ordinandum esse, & manuum impositionem absque certa Ecclesia nullam esse. Cæterum (vt bené Vasq. *disp.*241. *cap.*1. *num.*6.) Canon citatus non modò de presbyteris, verùm de Diaconis, ac de quibuscunque in Ecclesiastico gradu constitutis loquitur. At errat profectò Andreas Freyhub putans idem esse ablutum ab omni Ecclesia vel absque omni Ecclesia ordinari in Episcopum atque ordinari ad Ecclesiam impeditam: nam eos qui hac ratione ordinantur error est asserere non esse Episcopos, quos vt tales agnoscit Tridentin. *sess.*14. *cap.*2. *de reformat.* docétque modum, quo ministrare debent; & sicut qui antequam ciuitas caperetur ab hostibus, verè illius erat Antistes; ita eadem capta, non priuatur ordine Episcopali. Quòd si è vita decedat, ille qui sufficitur, verùm cùm Ecclesia destituta Pastore, etiam ab inimicis detenta, spirituale iniret matrimonium, quam teneretur adire, atque administrare, si quando è captiuitate illa emergeret.

Quapropter in litteris, quas vocant dimissorias, seu expeditionis, eis tantùm, non aliis Ecclesias expeditas habentibus Pontifex Maximus iniungit, vt ad Ecclesias sibi commissas se conferant, non quasi statim ad illas ineundas obligare illos velit, quarum nulla est spes conuersionis, vel spiritualis profectus sed moneantur spiritualis matrimonij vinculo teneri ad residentiam, earumque conuersionem, & curam statim, atque ab hostili fuerint iugo liberæ, licet in præsentia ob periculum excusentur, quod tamen nonnulli fortes Episcopi propria constanter posthabita vita per summam charitatem adiuuare: sic Bartholomæus Bononiensis authore Leandro Bononiensi *in libr. de viris illustrib.* Et hæc omnia obseruat Gerunda *de Episcopo, tom.2.lib.8.disput.10. per totam*, vbi probat latè Episcopatum esse spirituale coniugium cum sit Ecclesia, & in quo sita essentia matrimonij inter Episcopum & Ecclesiam; & an Episcopatus qua spirituale matrimonium est, dicendus sit Sacramentum, de quo statim infra.

RESOL. LII.

An Episcopus existens in peccato mortali peccet mortaliter, non solum quatenus suscipit Sacramentum Ordinis, sed etiam quatenus contrahit matrimonium cum Ecclesia?

Et quid est sentiendum de matrimonio carnali contracto in peccato mortali? Ex part.12.tract.1.Resol.52.

Sup.hoc carnali matrimonio. in tom.2.tr.6. Resol.113. & cursim cum eodē Leandro tantum hic citato in alia Resol.eius primæ not.

§.1. VIdebitur affirmatiuè respondendum. Probatur, quia qui contrahit matrimonium carnale in peccato mortali peccat mortaliter, vt probat ex multis,me etiam citato Leander *de Sacram. tom.2. tract.9.disp.5.quæst.11.* Ergo, & qui contrahit matrimonium spirituale. Nec obstat dicere, quod matrimonium carnale sit Sacramentum: nam vt probat Gerunda *tom.2.lib 8.disp.10.num.12.* Episcopatus qua spirituale matrimonium modo suo dicendum erit Sacramentum,pro quo suppono Sacramentum dupliciter sumi posse, lato modo pro quocunque signo rei sacræ diuinitus instituto. Secundò propriè pro re,vel cæremonia diuinitùs nobis data, quæ quidem si vt communis sumatur, etiam se extendens ad Sacramenta veteris legis,solam habet rationem signi veræ sanctitatis,& gratiæ,vel ab eo non collatæ,quod colligo ex Vasquez *tom.2. in 3.p. disp* 128. Hoc supposito, assero Episcopatum qua spirituale matrimonium est, aliquo pacto rationem habere Sacramenti. Primo modo quia,quatenus coniugium spirituale inter Antistitem sponsum & Ecclesiam sponsam spiritualis est signum vnionis, & vinculi perpetui inter Christum, & Ecclesiam, de quo possunt à fortiori pronunciari verba Pauli ad Ephes.5.*Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & Ecclesia.* Cùm Episcopus vicem gerens Christi Summi Sacerdotis,& Episcopi animarum nostrarum Ecclesiæ particulari se coniungat.Hinc,& secundo modo rationem etiam sibi vendicare constat, cum sit signum efficax gratiæ,& characteris quem imprimit, quod eo censu dictum volo, non quasi nouum characterem, nouamque gratiam imprimi, atque infundi contendam, per hoc Sacramentum quatenus coniugium spirituale est,quatenus ordo sacer, sed eandem gratiam per hoc Sacramentum multipliciter dari; etenim per illud, vt Ordo Sacer est,gratia significatur,& cōfertur instar sanctitatis requisitæ ad suprema Episcopalia munera exercenda per auxilia illis proportionata,ab eoque gratia significante requisita. At verò, vbi spirituale matrimonium est,gratiam significat,& confert per modum vnionis, & spiritualis nexus vinculi, & coniugij quo Episcopus, & Ecclesia coniunguntur, siue spirituales filios producendos, atque educandos, prolemque Christianis Sacramentis, legibus, & moribus imbuendam,siue ad perpetuitatem huiusmodi declarandam, firmandamque, siue ad admirabilem vnionem diuini Verbi cum humanitate firmam, omnisque expertem mutationis adumbrandam, siue hoc ipsum insolubile coniugium Christi vniuersali cum Ecclesia sua sponsa,cui adhærebit vsque ad consummationem sæculi, dum erimus in via, & postmodum in cœlesti patria per æternitatem. Hoc ipsum de Charactere dico: nam vt Ordo Sacer illum imprimit,quo signatur, & significatur Antistes tanquam minister famulus, & suo modo seruus honorarius, an dispensator. At verò coniugium spirituale characterem imprimit Episcopatus, quo insignitur Episcopus, in sponsum intercedente consecratione, vt mox declarabitur, quod sicut ex Hostiens.& Abb.iudicabam,non inuenitur in corporali cōiugio,cui vel ex hoc ipso præstat.

2. Nec aduersus superiùs dicta valet dicere: Ergo plura Sacramenta habebimus in Ecclesia, & non septem: nam respondeo, hoc coniugium spirituale à nobis asseri esse Sacramentum non quasi distinctum à Sacramento Ordinis, sed Episcopatum dicimus non modo rationem subire Sacramenti, quatenus Ordo sacer est, & quidem in omni rigore, sed aliquo etiam pacto,quatenus spirituale coniugium est cum Ecclesia.

3. His suppositis ex Gerunda ad dubium propositum ipse *num.10.* sic respondet; *Peccare existimamus Episcopum, si Sacramentum proprium Episcopalis consecrationis susciperet absque debita dispositione: at verò quatenus Episcopatus etiam rationem aliquo pacto subdit Sacramenti in ratione matrimonij, nec quando suam habet firmitatem, nōdumque perpetuum natura sua, solúmque dependentem ab absoluta Pontificis potestate: sed quando per impressionem characteris omninò censetur perfectum, cum quo, & insunditur gratia & deinceps auxilia ad illum ordinem exercendum,& gratiam, & proportionata etiam auxilia ad matrimonium obeundum ritè contractum. Quamobrem tunc si obicem poneret, atque in peccato esset, peccaret sanè peccato sacrilegij, vno quidem numericè, formalitates verò distinctas habente malitiæ, quatenus contra effectum Sacramenti propriè sumpti in ratione Ordinis: & aliqualiter accepti in rationem matrimonij spiritualis.* Ita ille, & ego.

RESOL. LIII.

An si aliquis non Sacerdos consecraretur Episcopus, consecratio esset inualida?

Et obseruatur, quod quando antiquitus Subdiaconatus non numerabatur inter sacros Ordines, scilicet ante B.Gregorium, nullus Subdiaconus poterat ad Episcopatum promoueri absque Papæ dispensatione,sed nunc potest.

Et additur,quod nullus assumitur ad Ecclesiam Cathedralem,nisi habeat sacrum Ordinem.

Idem est dicendum de Archiepiscopis, Patriarchis, & Primatibus. Ex part.12.tract.1,Resol.63.

§.1. QVod est quærere, an consecrationis Episcopalis substantia per se Iure diuino ordinem sacerdotalem, requirat; an verò solum ex Ecclesiæ præcepto id postulet? duæ sunt opiniones, teste Couarruuia *lib.1. variar.resolut. cap.10. num.15.* Prima ferè communi Canonicis iuris Interpretum consensu recepta est, eum ordinem sola iuris, & præcepti Canonici

Canonici ratione requiri, ac proinde si quis nondum Presbyter creatus sacretur Episcopus, verè Episcopus est, & Pontificiam Ordinis potestatem adipiscitur. Sic Ioannes Andreas Hostiens. Abbas, Geminian. & alij, partim *in cap. 1. de Clerico per saltum promoto*, partim *in cap. ex litteris, de excess. Prælat.* id colligunt ex eo, quod qui ante Diaconatum acceptum consecratur Sacerdos, verè Presbyter fit, & Sacerdotis potestatem consequitur: nam Ordines Ecclesiastici sunt inter se distincti, & superior inferiorem præcepto Ecclesiæ, sed non ipsa rei natura, & conditione deposcit; ergo pari ratione pontificia Ordinis potestas, cùm omninò à cæteris sit distincta, potest sine reliquis, quamuis per saltum, & contra Canones, & iura suscipi. Asserit tamen Couarruuias quod talis Episcopus posset confirmare validè; non tamen validè conferre Ordinem Sacerdotij; quia non potest dare potestatem in verum Christi Corpus, qui eam non habet.

2. Sed ego puto non esse recedendum ab opinione contraria, quam tuentur communiter Theologi, vt Valentia, & Nunus, quos citat Candidus *tom. 4. disp. 4. art. 1. dub. 4.* Idem docet Marchinus *de Sacram. Ordinis, p. 1. cap. 11. n. 20.* Leander *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 1. quæst. 13.* qui citat Gesualdum, Palaum, Sanchez, Hurtadum, & alios.

3. Probatur quia Episcopus est Presbyter, & Sacerdos perfectus, & summus: ergo sicut non potest esse magnus, & vehemens calor, quin sit calor, sic nec perfectus Presbyter, quin sit Presbyter. Nec impedit quominus potestas Ordinis in Episcopo à potestate Presbyteri distinguatur, quoniam hæ duæ potestates, quamuis inter se differant, superior tamen ipsa natura, & conditione rei, & non solum Ecclesiæ præcepto inferiorem requirit, cum differant sicut perfectum & minus perfectum: quod locum non habet in aliis Ordinibus Ecclesiasticis, in quibus, quia potestates sunt omnino distinctæ, nec se habent sicut perfectum, & minus perfectum. Superior solùm Ecclesia decreto inferiorem postulat.

4. Dico itaque, quod ordinatus v. g. per saltum ideo valet in aliis Ordinibus, quia non est essentialis subordinatio inter characteres eiusmodi Ordinum; idcòque ad illorum validitatem præcisè spectatam nihil refert quinam illorum prior conferatur: at inter characterem Episcopatus, & Presbyteratus est subordinatio, tam essentialis, quam est inter characterem Baptismi, & Confirmationis itavt quemadmodum qui caret Baptismo aquæ, non potest validè recipere Sacramentum Confirmationis, quantumcumque applicentur ei essentialia, tam ex parte materiæ quàm formæ: & intentionis ministri requisita hoc solo, quod character Confirmationis prærequirat essentialiter in suo subiecto characterem Baptismi (cum Baptismus aquæ sit ianua omnium Sacramentorum nouæ legis; ita etiam Ordo, & character Episcopalis præsupponit essentialiter in suo subiecto Ordinem, & characterem Presbyteralem, cùm prius sit esse Sacerdotem, quàm habere potestatem generandi, seu creandi Presbyteros, sicut in naturalibus prius est esse verè, & essentialiter hominem, quàm verè, & prius esse alterius hominis patrem per generationem. Et ita docet etiam Isambertus *in 3. part. D. Th. tom. 3. de Sacram. Ordin. disp. 1. art. 3.*

5. Opponunt huic sententiæ Canonistæ, quod in Episcopo potestas Ordinis Pontificia à potestate Sacerdotis omninò distinguitur est enim potestas obeundi aliud omninò quàm quod efficit potestas Sacerdotis: At potestates diuersorum effectuum penitus distinguuntur: concedunt tamen iuris Canonici Doctores, si quis qui nondum Presbyter creatus est, sacretur Episcopus, recepturum quidem eum Pontificiam potestatem, non tamen vsum, & administrationem, ac proinde si Pontificium munus præstet, & obeat, haud dubiè peccare, quamuis quod fecit sit ratum. Item fatentur ei Episcopo demandari, & delegari nòn posse vt presbyteros consecret, nimirum cum ipse presbyter non sit: quare tametsi cætera mala ab eo, per talem potestatem Ordinis facta, vim, & locum habeant; nullus tamen erit Sacerdos ab eo consecratus, etiamsi illum consecret: Couarruuias *lib. 1. variarum resolutionum, cap. 10. num. 16. ad fin.* cum Glos. *in cap. 1. de Cler.* per saltum promot. in verbo *Ministrare*. Sed tu ne deseras Theologorum opinionem, quàm præter Doctores citatos tenent plures alij, quos plena manu adducit, & sequitur Sanchez *in Opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 14. n. 8.* qui optimè tamen obseruat, quod si Sacerdos quocumque alio Ordine deficiente consecretur Episcopus, valebit consecratio, & omnes Ordines conferre posset, dempto eo quem non habet *cap. gratia 1. quæst. 1.* Non tamen debet exequi officium suum ante susceptionem Ordinis prætermissi, nec secundum Hostiens. ante habet executionem, etiam quoad Ordines, quos suscepit. Obserua etiam, quòd quando antiquitus Subdiaconatus non numerabatur inter sacros Ordines, scilicet ante Beatum Gregorium *in c. nullum, dist. 28.* nullus Subdiaconus poterat ad Episcopatum promoueri absque Papæ dispensatione, *cap. nullus Episcopus, distinct. 60.* At cùm iam numeretur inter sacros Ordines, potest Subdiaconus in Episcopum promoueri, non autem qui Subdiaconus non est, vt patet *ex cap. à multis, de ætate, & qualitate*, quod innouatum est in Tridentino, *sess. 22. cap. 2. de reformat.* Imò adducitur, quod antea saltem sex mensium spatio debet esse in sacro Ordine constitutus. Sic Bellarminus *dicto lib. 1. vnico de Sacramento Ordinis. cap. 7. §. olim* tamen Salzedo *dicto cap. 24. §. dicitur etiam*, vbi addit, quod nullus assumatur ad Ecclesiam Cathedralem; nisi habeat sacrum Ordinem, idem videtur dicendum de Archiepiscopis, Patriarchis, & Primatibus. Vide etiam Azorium *p. 2. lib. 3. cap. 30. q. 9.* qui supradictis adhæret.

RESOL. LIV.

Qui sunt incapaces Consecrationis Episcopalis?
Et fabula de Ioanna Papissa refellitur.
Et asseritur fœminas iure Diuino ab Ordinum susceptione excludi, ita vt etiam si materia, & forma ab Episcopo illis applicaretur, irrita omnino foret earum ordinatio. Ex p. 12. tr. 1. Res. 54.

§. 1. SAtis dictum est de Sacramento Consecrationis Episcopalis, de eius charactere, de eius matereria, ac de ministro nunc tangenda sunt aliqua de susciptentibus, ac de modo ministrandi &, ad propositam quæstionem.

2. Respondeo quoad illicitam susceptionem esse. Excommunicatos Irregulares, &c. quoad inualidam, Infideles, & fœminæ. De infidelibus non est dubium, cùm baptismus de iure diuino ante Ordinis receptionem requiratur, sine quo aliorũ Sacramentorum homo non est capax; & colligitur *ex c. Venimus de Presbyteris non baptizatis.* Sed quoad fœminas, hæretici dicti Pepusiani existimarunt etiam fœminas ex Christi institutione esse capaces cuiuscunque Ordinationis Ecclesiasticæ, etiam Episcopatus. Primò, quia id iudicare videtur Paulus in *Epist. ad Galat. 3.* dum ait. *Christo Iesu masculum, & fœminam vnum esse, & inter eos non esse discrimen.* Secundo, quia fœmina potest esse Prophe

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Res. 5. signãter in §. vlt. ad med. & latè in Resol. 75. & in tom. 7. tr. 1. Res. 332. §. 2. inter med.

& fin. cursim à vers. Qui tamen.

Prophetissa, qualis erat Maria soror Mosis, & Anna filia Phanuel *Luc.*2. ergo potest esse Clerica, imò Episcopa. Tertiò, quia antiquitùs in Ecclesia fuerunt Subdiaconissæ, Diaconissæ, Presbyteræ, & Episcopæ, vt constat ex abrogatione Ordinationis illarum, facta à Græcis in Concilio Laodicensi *can.*11. & refertur *Canon. Mulieres* 32. *distinct.* & à Latinis in Concilio Arausic. 2. *can.*1. & *can.*26. Et hanc opinionem tenuerunt etiam Catholici apud D. Bonauent. *in* 4. *dub.*25. *art.*2. *q.*1. Et probari potest ex eò, quòd de Ioanna Anglicana fœmina ad summum Sacerdotium, seu Pontificatum assumpta, multi Scriptores tradidere absque vllo tamen fundamento, quorum primus fuit Martinus Monachus Cistercienſis Ordinis, qui fuit Innocentij IV. Pœnitentiarius, & res gestas Pontificum vsque ad sua tempora conscripsit; vel, vt alij volunt, primus huius rei scriptor fuit Marianus Scotus, quem sequuti sunt Sigibertus, Otho, Frisingensis *in fin. lib.*7. Sot. *in* 4. *dist.*21. *quæst.*1. *art.*2. Petrus Messias in Sylua *variarum Lectionum, part* 1. *cap.*9. Platina, & alij, qui etiam addunt hanc Papissam post Leonem IV. & ante Benedictum III. duobus annis regnasse. Sed prorsus contrariam sententiam de fide tenendam esse puto, quia fœminæ de Iure Diuino ab Ordinum maiorum susceptione excluduntur. Sic definitur *in cap. Noua de pœnitent. & remission.* & tenent omnes Sancti Patres, quos omnes Theologi, & Canonistæ sequuntur S. Thomas *quæst.*39. *art.* 1. D. Bonauent. *dist.*25. *art.*2. *q.*1. Durandus, & Scotus *q.*2. Sotus *q.*1. *art.*2. Henriquez *lib.*1. *cap.*12. & *lib.*10. *cap.*16. Hurtado *diffic.*20. Granado *tract. de Ordine disp.*1. *num.*2. Philibert. *tract.*1. *part* 4. *cap.*1. *per totum.* Petr. à S. Iosepho *disput.*8. *sect.*2. Machado *tom.*1. *lib.*3. *p.*1. *tract.*4. *docum.* 1. Sanchez *tom.*2. *consil. lib.*7. *cap.*1. *dub.*30. Dicastill. *tom.*1. *tractat.*6. *disput.*1. *dub.*19. *num.*279. Palaus *tom.* 4. *tractat.* 27. *punct.* 6. Trullench. *lib.*6. *dub.*11. *num.*3.

3. Dicendum est igitur, quod Catholica veritas est, fœminas Iure Diuino ab Ordinum susceptione excludi; itaut etiamsi materia, & forma ab Episcopo illis applicaretur, irrita omnino foret earum ordinatio. Hæc conclusio habetur *in c. Noua de pœnitentiis, & remissionibus*, quam omnes Canonistæ, & Theologi sequuntur, & eam tradiderunt multi Sancti Patres, vt S. Cyrillus *super cap.*6. *Ioannis*, S. Ambrosius *cap.*15. *in Epist. ad Romanos*, Sanctus Chrysostomus, & alij D. Pauli expositores in illa verba: *Mulier autem seducta in præuaricatione fuit*, 2. ad Timoth. 2. Leo etiam IX. *in Epistola ad Michaëlem Cerulanum, Constantinopolitanum Patriarcham, & Leonem Archidiaconum, quæ est de Græcorum hæresibus, cap.*23. illos acriter reprehendit, quod in Patriarchali Sede Eunuchum, & fœminas (hi erant Ignatius, & Nicetas) permiserint sedere. Rectè itaque Martinon *de Sacram. tom.* 1. *disput.*67. *sect.* 1. *num.*1. sic ait; [Certum est apud omnes Catholicos, subiectum capax ordinationis Sacerdotalis non esse fœminam, neque non baptizatum. Nam collatio cuiuscunque alterius Sacramenti præsupponit Baptismum. Et iam pridem exposita est ab Ecclesia hæresis Pepusianorum, qui teste Epiphanio hæresi 49. & Augustinus lib. de Hæresibus, hæresi 27. Ordinabant mulieres in Sacerdotes; atque etiam, vt addit Epiphanius in Diaconissas Altaris, & Episcopas.] Ita ille.

4. Ad fundamentum hæreticorum respondemus: Paulum ibi tantum voluisse significare inter masculum, & fœminam nullum esse discrimen in Christo, quoad iustificationem, & meritum. Ad secundum concedimus fœminas posse esse, & fuisse Prophetissas, negamus tamen posse Ordinari: quia prophetia absque indecentia potest esse in fœmina, & non ordinatio; quia prophetia non constituit fœminam superiorem in Ecclesia, benè tamen Ordinatio; & ideo ex Christi institutione non fuit facta habilis ad Ordinationem ab ipso institutam. Ad tertium respondemus olim aliquas institutas Diaconissas non Ordinatione Diaconatus ad munus Ecclesiasticum Diaconi, sed ad curam fœminarum, vt eis in quibusdam necessitatibus assisterent, præsertim in Ordine ad Baptismum suscipiendum, & ad iam susceptum, vt indicat Epiphanius *hæresi* 69. & præter has fuisse alias Diaconissas non ob aliquod officium sed quia erant Vxores Virorum, qui separatione facta, quoad torum, ordinabantur Diaconi, & simili ratione erant aliæ Subdiaconissæ, & aliæ Presbyteræ, & aliæ Episcopæ, quia earum viri simili separatione facta ordinati erant, aut Subdiaconi, aut Presbyteri, aut Episcopi, de quo legendus est Vasquez *disp.*245. Laymann. *c.*6.

5. Ad exemplum Papissæ respondeo esse fabulam, & figmentum merum, vt satis demonstrarunt Papyrius Maso Gallus *in lib. quem scripsit de Vrbis Episcopis*, & latius Florimundus de Raymundo Regius Consiliarius in aureo illo commentario Gallica lingua edito, cuius inscriptio est, *Error popularis de Ioanna, seu de Pontifice dicta Papissa*, Onuphrius Panuinus *in suis annot. ad Platinam* & Bellarm. *lib.*3. *de Pontifice Romano, cap.*24. & Baronius *tom.*10. ann. Christi 955. *num.*86. Quibus adde doctum, eruditum, & amicissimum Leonem Allatium, & Andream Victorellum *in tractatibus de hac materia*, & nouissimè Ioannem Stolenum in dissertatione historica Theologica *de Papissa menstruosa per totam*, vbi eruditè, & lare hanc esse meram fabulam demonstrat; historiæ etiam mendosæ originem ducunt ab aliqua nouitate ex Panuino, putat Marchinus *tract.*1. *p.*4. *cap.*1. *num.*21. & Leander *de Sacram. tom.* 2. *tract.* 6. *disp.*5. *quæst.*2. hanc talem historiam ortum sumpsisse tempore Ioannis VII. Pontificis, apud quem cùm in eius Pontificatu primas partes haberet dicta fœmina Ioanna, cœpit vulgò Papissa nuncupari, & ita paulatim vires acquirente fama Ioannam fœminam inter viros Pontifices imperiti Scriptores enumerarunt. Vel dicendum cum Bellarmino fabulam hanc de Ioanna fœmina ad Pontificatum electa, initium traxisse ab alia quadam fœmina, que teste Leone IX. *in Epist. ad Michaëlem, c.*23. in Patriarchalem Sedem Constantinopolitanam obrepsit, quam quidem historiam Romanæ Ecclesiæ hostes à Constantinopolitano ad Romanum Pontificem conuerterunt; inde gaudendi occasionem sumentes, quod huiusmodi nomen ob temporis antiquitatem consenuerat.

RESOL. LV.

Intra quod spatium temporis Episcopus electus, & confirmatus consecrari debeat; & si non faciat, in quibus pœnis incurrat?

Et an si tribus mensibus elapsis consecratio facta non sit, & non obstent aliqua impedimenta ad resignationem fructuum perceptorum teneatur?

Et aduertitur, quod post pacificam possessionem Ecclesiæ, si prius aliqua beneficia Episcopus habet, ipso iure vacant, sed potest tamen retinere pensiones. Ex p. 12. tr. 1. Res. 55.

§. 1. REspondeo. Quod tenetur Episcopus, vel quicumque alius Ecclesiæ Cathedrali, seu superiori quocumque nomine, ac titulo præfectus, etiamsi sit Cardinalis intra tres menses consecrari, vt patet ex Concilio Calcedonensi *cap.*25. & habetur *cap. quoniam, distinct.*75. *cap. quoniam, distinct.*100. &

in

in Trident. *sess.23. cap.2. de reformat. & sess.7. cap.9. de reformat. & illa sess.23. cap.2.* decernit, quod Episcopus electus si intra tres menses non consecretur, teneatur ad fructuum perceptorum restitutionem, & si intra totidem menses id postea facere neglexerit, Ecclesia sit ipso iure priuatus, & *sess.7. dict. cap.9.* decernit, vt prorogationes vltra sex menses concessæ, nulli suffragentur, id est, vt explicat quidam Doctor Salmantinus, quod ad differendum vltra sex menses non prosit Episcopo vlla Papæ dispensatio, nisi Papa expressam illius capitis mentionem, & dispensationem fecerit, argumento *c.1.* cum ibi notat. *de constit.* Hi autem tres menses, intra quos Episcopus consecrandus est, non sunt computandi à die electionis, sed à die confirmationis. Ratio, quia ante confirmationem consecrari non potuit & ideo tempus illud computari non debet, vt patet *cap. quia diuersitatem, de conces. præbend.* vbi habetur, tempus suspensionis, in quo quis eligere non potest non esse computandum in semestri iure præfixo ad eligendum, vel conferendum beneficium, quia eo tempore eligere non potest; sic tenet Turrecremata *cap. quoniam, distinct.100. n.2.* & ibi Hugo, Tabien. *verbo, confirmatio, in communi quæst.9.* Angel. *verbo, Consecratio Episcoporum initio,* Rosella *verb. Confirmatio electorum, n.11.* D. Anton. *3. part. tit.14. cap.16.* Sylvest. *consecrat. quæst.3.* vbi bene addit cum Reynerio, quod si negligens fuit ad petendam confirmationem, tunc computandi erunt illi tres menses, nisi necessitas cogat amplius differre, vt patet *ex cap. quoniam, distinct.70. & cap. quoniam, distinct.100.* & tenet Sylvest. Tabien. Rosell. D. Anton. Angel. citati, & Turrecr. *cap. quoniam, distinct.100. & gloss. cap. quoniam, distinct.74.* & ponit exemplum Turrecrem. vt propter morbum Episcopi consecrandi, vel si impediatur ab hoste; multæ causæ (inquit) possunt accidere, quæ impediant; imò dicunt ibi Turrecremata & glossa posse contingere causam iustam, vt confirmatus Episcopus nunquam consecretur, vt si inculpabiliter ita vitietur corpore, vt postea non debeat ordinari, hic enim nunquam consecrabitur, sed dicit Turrecrem. quod administrabit ea, quæ sunt Iurisdictionis, & supplebuntur, quæ sunt Ordinis per alium Episcopum, *cap. Pontifice 7. quæst. 1.* Et hæc omnia dicit Sanchez *Opuscul. tom.2. lib.7. cap.1. dub.15. num.13.* sed audiamus post Theologum, Canonistam hæc omnia confirmantem & alia addentem; Vgolinus itaque sic ait, *de potestate Episcopi, cap.2. num.2. fol.8.* Intra tres menses consecratio hæc fieri debet, *cap. quoniam, distinct.75. & §. tempus autem Consecrationis, eadem distinct.* alioquin ipsis elapsis si consecratio facta non sit, ad restitutionem fructuum perceptorum tenetur, ita Trident. Synod. *sess.23. de reform. cap.2.* Currit autem tempus hoc à die promotionis, ei qui præsens adest, ita Calderinus *in cons.4. & cons.50. de elect.* quem refert, ac sequitur Illustrissimus Cardinalis Tuschus *in lutera C. conclus.743. n.3. & conclus. seq.* Vide etiam Squillantem *de obligat. & priuileg. Episcop. part.1. cap.1. n.29.* Henriquez *lib.10. cap.23. num.vlt.* & Thesaurum *in praxi de pœnis, part.2. verb. Episcopus, cap.2. verb. nota primò.*

2. Excipitur tamen, vbi iusto impedimento detineretur, vtpote morbo, alióve facti impedimento, tunc enim excusatur, & pœnam euadit, argum. *cit. cap. quoniam, & tot. tit. de Cleric. agrot.* Idque meritò, nam constitutio S. Synodi lex est, lex autem de re possibili esse debet, *cap. vrit autem lex, d.4.* ergo vbi consecrari nequit excusatur, argum. *l. impossibilium. ff. de reg. iur.* atque sic habetur *in cit. cap. quoniam*, & ibi gloss. *distinct.75.* Vide Squillantem *vbi suprà*, Patrium *de resignat. benef. lib.11. quæst.13. num.11.* Vgolinum *de consecr. Episcop. cap.1. §.2.* Laymam *in exam. Episcopi, lib.10. cap.8. numer.4.* & Thesaurum *loco citato.*

3. Excipitur etiam, vbi de iure impediretur, vtpote, quia excommunicatus, censuráve alia irretitus est, & per ipsum non statur, quo minus absoluatur; vel de aliquo delicto accusatus est, & antequam innocentem se probet, tempus hoc elabitur, non enim in pœnam hanc incidet; quando quidem non valenti agere non currit præscriptio; ita Felin. *in c. ex transmissa, n.7. cum sequent. de præscript.* & Parisius & alij ab eo citati, *de resignat. benefic. lib.1 quæst.13. num.11.* Quare etsi lis esset super Episcopatu, lite pendente excusabitur, si interim tempus elabatur; sicut etiam si esset promotus à Papa, & licentiam consecrandi non haberet, in eo enim casu licentia tunc petitur, ita Gemin. *in cons.42.* quem refert, ac sequitur Tuschus *eadem concl.743. n.8. & 9.* secus autem si sua culpa vtpote si per indignationem membrum sibi mutilasset. Vel igitur de iure, vel de facto impediatur, pœnam propositam euadit, vbi culpa vacat.

4. Si post tres menses, itidem intra tres alios menses id facere neglexerit, ipso iure Episcopatu priuatus est, nisi & hic vt supra impediatur, atque ob eam rem dicitur in eodem *cap.2.* Neglexerit; at qui impeditur, non negligit, & idcirco in prædictas pœnas incidere non debet; requiritur ergo negligentia, & incuria, quo prædictis pœnis afficiatur, atque sic etiam habetur *in cap.1. dist.100.* Ex his apparet non habere locum in hac consecratione dispositionem, *cap. licèt canon. & cap. commissa, de elect. lib.6.* vt scilicet intra annum consecrari possit, sicut qui Beneficium curam animarum habuit, qui intra annum Sacerdos fieri potest, vt dicitur in eisdem iuribus, atque sic. Addit, ad Diaz *in pract. Crimin. Canon cap.53. versic. deinde aduerte.* Hinc etiam apparet pœnam *citato c.1. dist.100.* contra negligentes qui se consecrandos non curant locum omnino non habere. Huc vsque Vgolinus, cui ego addo Azorium *part.2. lib.3. cap.30. quæst.1.* Mascardum *tom.2. lib.4. part.6. tract.2. document.6. n.1.* & Pacem Iordanum *tom.1. lib.1. tit.2. n.4.* & Marchinum *de Sacram. Ordinis, tract.1. part.2. cap.11. n.6.* Notandum est tamen hîc, quòd si Episcopus ex dispensatione vltra tres menses consecrationem distulit, posse omnia beneficia retinere, quæ à consecrationis die vacarunt: nam eo ipso, quod dilatio illa non est culpabilis ratione legitimæ dispensationis: nulla est ratio, cur beneficia vacantia retinere non possit. Deinde hoc colligitur ex *cap. cum ex eo, de elect. in 6.* vbi definitur, Parochum, cum quo erat dispensatum, ne intra annum promoueretur, non amisisse Beneficium illud, aut aliam pœnam incurrisse; & ideo hanc sententiam sustinent Felinus, Rebuffus, Euerardus, Decianus, Abbas, Gambera, quos adducit, & sequitur Sanchez *lib.8. de matrim. disp.1. num.14.*

5. Postquam verò Episcopus est consecratus, & habuit pacificam possessionem Ecclesiæ, si prius aliqua beneficia habebat ipso iure vacant, vt probat Parisius *lib.3. de resignatione Benefic. quæst.1. num.26.* omnino legendus, necnon Rodriquez *in summa, part.2. cap.19. in fine*, potest tamen retinere pensiones, si quas in aliquo Episcopatu habebat, cui deinde si in Episcopali dignitate succederet, postea dimitteret, vt notat Gigas *de pensionibus, quæstione 49.*

RESOL. LVI.

An Episcopi negligentes consecrationem suscipere incurrant pœnas, de quibus supra ante iudicis sententiam?

Ex quo deducitur, an qui commisit crimen propter quod, ita lege statuente, incurrit ipso iure pœnam priuationis beneficiorum, & Officij, an inquam, in foro conscientiæ statim illud amittat, & teneatur dimittere ante iudicis sententiam declaratoriam. Ex part. 12. tr. 1. Res. 56.

Quoad hoc lege doctr. Resol. & §§. not. seq.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Reginaldus *in praxi tom. 1. lib. 13. num. 181.* Squillant. *de obligat. & priuileg. Episcop. part. 1. cap. 4. num. 33.* & Thesaur. *in praxi de pœnis, part. 2. verbo Episcopus, cap. 2.* vbi sic asserit: [Nota secundò, quod pœna dictæ priuationis fructuum ligat in foro conscientiæ ante omnem sententiam, vt patet ex Trident. ita Nauarrus *cap. 15. num. 108.* quia constitutus est Episcopus sub ea conditione, vel modo; vel quia non fecit, quod debuit, vt esset idoneus minister:] Ita ille, qui etiam hoc firmat ex eo, quod Vrbanus VIII. in Breui reformationis sacræ Pœnitentiariæ, prohibuit maiori Pœnitentiario, & cæteris Officialibus Pœnitentiariæ super pœnis præfatis Concilij Tridentini dispensare, scilicet, vt non valeat titulum reualidare, vel fructus condonare, & quoad restitutionem fructuum; ita tenet etiam Bonacina *de legibus, disputat. 1. quæst. 1. parte 7. §. 2. num. 28.*

2. Verùm licèt hæc opinio sit probabilis, vt notat Lessius *de iustitia, lib. 2 cap. 34. num. 103.* tamen ipse & meritò contrariam sententiam tenet. Dico igitur, obligationem restituendi fructus, & Episcopatus priuationem ex dilatatione consecrationis in foro conscientiæ non habere locum nisi post sententiam. Ita præter Lessium docet Henriq. *lib. 20. cap. 23. n. vltimo, in glossa litera V. X.* Suarez *de legibus, lib. 5. cap. 8. num. 13.* Filliucius *de Benefic. tract. 41. cap. 5. n. 23. versic. & quidem primò,* & Fagundez *in Decalog. tract. 2. lib. 8. cap. 29. num. 15.* quia vtraque est pœna priuans iure quæsito, & verba illa, *sint ipso iure priuati*, per se non significent voluntatem Legislatoris esse, vt talis pœna in foro conscientiæ incurratur ante sententiam declaratoriam, & intelliguntur de priuatione post sententiam cum retrotractione. Item illa verba, *ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur*, nil alio addito non sufficiunt ad inducendam, vel indicandam obligationem in foro conscientiæ incurratur ante, sed tantùm post sententiam quoad priuationem Episcopatus. Ita sentit etiam Bonacina *loco cit.* Alteram tamen sententiam non parum corroborat Breue illud Vrbani, si adest. Potest tamen dici prohibitionem Breuis procedere in casibus, in quibus clarè constat Tridentinum in foro conscientiæ ante sententiam inducere priuationem tituli, & restitutionem fructuum. Et hæc omnia docet etiam doctus, & amicissimus Angelus Bossius *tract. de effectibus Matrimonij, cap. 5. n. 96.* & omnino videndus P. Thomas Hurtadus *variarum tom. 2. tract. vltim. resolut. 12. §. 4. n. 700.* qui hunc casum, & alios similes doctè, vt semper solet, pertractat.

Sup. hac quæst. latè in to. 6. tr. 1. Resol. 34. §. vlt. & in Res. 35. 36. & 78. & in to. 5. tr. 6. & Res. 14. à lin. 6. & Resol. 15. & vide in to. 7. tr. 1. Resol. 246. & 247. & in to. 1. tr. 5. lege doctr. Res. 63. per tot. & aliarũ ejus primæ

3. Ex quibus ergo interrogatus his diebus, an qui commisit crimen propter quod lege ita statuente incurrit ipso iure pœnam priuationis beneficiorum, & officij, an in foro conscientiæ statim illud amittat, & teneatur dimittere etiam ante sententiam declaratoriam. Respondi negatiuè. Ita Doctores, quos latè cumulat Garzias *de Benefic part. 11. cap. 10. n. 8. & 9.* Farinacius *de hæresi, quæst. 189. §. Cæterum 80.* Nauarrus sibi contrarius *de commodatis, & promissis, notab. 31.* Graffius *decision. aur. part. 1. lib. 2. cap. 11.* Couarruuias *dicto 8. n. 8. & duobus sequentibus*, Molina *de iustitia, disput. 96.* Azorius *dicto lib. 5. cap. 8. quæst. 3.* Sanchez *de matrimonio, lib. 9. disp. 30. & lib. 3. disp. 22. num. 56. & in summa lib. 2. cap. 26. num. 7. & cap. 39. num. 39. & lib. 6. cap. 15. num. 65. & lib. 2. Opuscul. moral. cap. 2. dub. 23. num. 3.* Bellet. *dist. 5.* Lessius *dicto cap. 29. n. 63.* Ioan. Valer. *ver. pœna, dict. difficult. 20.* Samuel. *de elect. can. tractat. 2. disput. 7. controuers. 3. num. 20. & 22.* Layman *dicto cap. 14. num. 6.* Suarez *de legibus, dicto lib. 5. cap. 8. num. 4. & 9.* Salas *dicta disp. 15. sect. num. 49.* Vasquez *de legibus, disp. 174. cap.* Villalobos *dict. tractat. 2. difficult. 26. num. 4.* Bonacina *dicto §. num. 11.* Reginaldus *l. b. 13. num. 284.* Fagundez *in Decalog. lib. 8. cap. 29. num. 8. & 9.* Filliucius *tom. 1. tract. 21. cap. 7. num. 126. & tom. 2. tract. 21. cap. vltim. dicto num. 423. & 424. & tract. 40. cap. 6. n. 149.* Lezana *tom. 1. cap. 10. num. 30. & tom. 3. verb. pœna, num. 8.* Peyrinus *de subdito, tom. 1. quæst. 2. cap. 2. §. 21. conclus. 3. & tom. 1. priuileg. in constit. 6. Iuly II. n. 19.* Portel. *in dub. regul. verb. lex, num. 6.* Probatur hæc opinio quia hæc pœna ad sui executionem exigit aliquam hominis actionem positiuam, ergo non habet locum in foro conscientiæ, nisi sequuta sententia saltem criminis declaratoria, iuxta tradita numeris citatis. Confirmatur, quia vt quis re, quam possidet, priuetur in pœnam criminis, oportet vt sententia aliqua præcedat cum natura abhorreat, vt idem sit agens & patiens, ac proinde lex humana videretur nimis acerba, & supra humanas vires, si cogeret ad exequendum in se pœnam valde grauem, Quare non censetur obligare cum tanto rigore saltem nisi exprimat, vt in conscientia ante omnem declaratoriam quis teneatur dimittere ius, quod habet, & rem quam possidet ante omnem iudicis sententiam criminis declaratoriam. Neque ideo verba illa legis, quod delinquens ipso iure Beneficium, vel Officium amittat, sunt superflua, & carent effectu; nam efficiunt, vt statim post sententiam criminis declaratoriam pœna incurratur, & non requiratur sententia condemnatoria pœnæ. Item illa verba, *ipso iure*, seu *ipso facto amittant*, operantur Sicut in casu confiscationis, vt sequuta sententia criminis declaratoria retrahatur illius effectus ad diem commissi criminis; ita vt rescindantur, & ipso iure annullentur Beneficia post crimen facta, rescindatur, omnia acta ipso iure dicti Beneficij, vel officij tanquam ex priuata auctoritate (nam quæ ex publica potestate, iurisdictio scilicet actu gesta sunt, quandiu delictum manfit occultum, valent, nec cessant per declaratoriam subsequutam: nam ad valorem actuum publica potestate gestorum tam in foro externo, quàm interno sufficit beneficij, seu officij possessio & titulus coloratus iuxta Doctores communem, & *l. Barbatus, ff. de offic. Præsid.*) Item repetuntur omnes fructus beneficij à die commissi criminis percepti. Quæ omnia non haberent locum, si beneficij, seu officij amissio, seu priuatio non esset imposita ipso facto, sed per iudicis sententiam esset imponenda.

RESOL. LVII.

An Episcopus ante Consecrationem debeat præstare iuramentum fidelitatis erga Romanum Pontificem?

Et an prædictum iuramentum, & etiam Fidei professio per procuratorem possint fieri?

Et explanatur illud, quod contingere potest, si in Bulla Commissionis alicui supradictæ committantur, in cuius manibus velit facere prædictam professionem, & iuramentum? Ex part. 12. tract. 1. Res. 57.

§. 1. COnsecrandus in Curia ante diem Consecrationis facit solemne iuramentum. Ego N. &c. de quo in Pontificali genuflexus coram Cardinali Priore Diaconorum in ædibus solitæ mansionis, vel vbi libuerit Dominationi suæ Eminentissimæ. Qui verò consecratur alibi, Iuramẽtum emittit in actu Consecrationis in manibus primarij Cõsecratoris, adstantibus

tibus duobus aliis, vt disponitur in Pontificali. Idem efficitur in consecrationibus extra Curiam; sicut etiam debet emittere professionem fidei, & ideò Machadus *tom.2.lib.4.p.6.tract.2.document.6.n.2.* sic ait; [Los requisitos con que el derecho, y los sagrados Canones disponen, que el Obispo llegue à ser consagrados, son los siguientes.

2. El primero, que segun afirma el Doctor Solorzano es antiquissimo en la Iglesia, y dispuesto, expressamente por Derecho comun, y por el Concilio Tridentino, es que antes de consagrarse aya hecho el Obispo Profession de la Fè, y iuramento de guardar fidelidad al Romano Pontifice en manos de algun Obispo, à quien el Pontifice lo suele ordinariamente cometer.] Vide etiam Azorium *p.2.lib.3.cap.30.q.3.* sed difficultas est, an supradicta possint fieri per procuratorem, & affirmatiuam sententiam tenet Felicianus à Vega *in cap. Postulati, de Iudiciis, num.7.* asserens, posse iuramentum per procuratorem præstari & etiam fidei professionem, vt tradit Nauarrus *consil.10 de iureiurando, num.2.lib.2.* Thomas Sanchez *in summa, lib.2. cap.5.num.7.* Azorius *2.tomo institutionum moralium, lib.7.cap.2.quæst 6.* Zerola *in praxi 2.parte, verbo, Fidei professo,* & Barbos. *in lib.remissionum Concilij Tridentini super cap.12. sect.24. & in Pastorali 3.parte, allegat.51.num.20.* Quod probatur præter alias rationes *ex cap.optatum,* (Solorzanus *folio 673.*) *distinct.100.* Vbi Episcopus Agripinensis per suum Nuntium à Ioanne Papa pallium postulauit, qui illud ei ob has causas non concessit, quia fidem Catholicam ad plenum in Epistola non exposuerat, & quia in Epistola non subscripserat, & quia nec aliquem Nuntium miserat, & qui pro eo iuraret, ibi: *nec aliquem qui hanc iureiurando firmaret misit.* Ergo si hæc Episcopus ille fecisset, & specialem nuncium misisset, apertè innuit textus, quòd Pontifex fidei professionem per procuratorem acceptasset, & optatum pallium Episcopo contulisset. Et ideò Sanchez *in summa, tom.1.lib.2.cap.5.n.7.* testatur, illis diebus quibus hæc scribebat, Episcopum de Malaga præstitisse iuramentum per procuratorem in manibus Episcopi de Gaudix, qui solum triginta leucis distat à Diœcesi Malacitana, qui vt faceret, retulit alium Episcopum similiter per procuratorem eandem fidei professionem emisisse.

2. Verùm licèt hæc opinio sit satis probabilis, mihi verò contraria magis placet, quam tuetur eruditissimus, & nunquam satis laudatus Illustrissimus Dominus meus Ioannes Solorzanus de Indiarum iure, *tom.1.lib.3.c.6.n.12.* vbi sic ait: [Contraria sententia communior videtur, & sic quod saltem in personis Episcoporum, & Archiepiscoporum, fidei professio, & dictum iuramentum fidelitatis Romano Pontifici præstandæ, non possit per procuratorem admitti: quod adeò substantiale esse docuit Couarruuias *in dicto cap.quamuis, §.1. n.3.* vt Prælati, debeant illud facere, tactis sacrosanctis Euangeliis, nec sufficit, quod iurent per suam consecrationem, vel imponendo manum ad pectus. Et ita videtur decidi per Concilium Tridentinum *dict. sess.24.c.12.* dum apertè requirit, quod professionem fidei faciant per se ipsos, ibi: Orthodoxæ suæ fidei publicam facere professionem, & in Romanæ Ecclesiæ obedientiam se permansuros spondeant, ac iurent: iuncta declaratione Sacræ Congregationis Cardinalium, quam refert Farinacius *ibidem pag.328.* in paruis, quæ inquit: Quod debent iurare per se ipsos, & quod si absentes sint, accedant ad hoc ad Ecclesiam, & iterum expressius, quatenus dubitanti an facturi publicam fidei professionem ad formam illius capitis, si sint absentes possint illam emittere per procuratorem, responsum fuit. Non possunt, sed debent professionem emittere per seipsos: de quibus declarationibus mentionem faciens Nicol. Garc. *dict.3 p.cap.3.dub.12.n.64.* securè affirmat, hodie procuratorem non admitti, & addit, idem antea decisum videri per Rotam in causa Carthaginensi *19.* Februarij 1588. quatenus declarauit hoc iuramentum debere corporaliter præstari, ex doctrina Abbat. *n.6. & aliorum in d.cap.ego N.* Hucvsque Solorz.

3. Qui etiam postea *num.18.* quærit, an si in Bulla Commissionis dicti iuramenti fidelitatis, & professionis fidei aliquem Prælatum, vel Prælatos designet, qui tempore receptionis mortui esse reperiantur, vel in partibus valdè remotis à loco, in quo Episcopus translatus, vel de nouo creatus, ac consecrandus, moratur, & ibi, vel in loco viciniori adsit alter Episcopus, vel Archiepiscopus, in cuius manibus velit facere dictam professionem, & iuramentum, an is licitè, & validè eam recipere possit, quamvis cum eo Bullæ verba nequaquam loquantur. Et plura argumenta pro hac parte negatiua adducens, affirmatiuam postea variis rationibus confirmat, asserens in casibus suprà relatis, consului, & obtinui mortuo, vel longè absente Prælato, cui dicti iuramenti receptio commissa fuerit, bene & validè posset quemlibet alium superstitem, vel viciniorem illud recipere. Ad quod suadendum, & probandum; hæc quæ sequuntur, argumenta perpendi. Nam licet verum sit in rescriptis delegatoriis regulariter de vna persona aliam extensionem non dari, vt *in cap.P. & G.de officio delegat.* cum aliis quæ congerit Morla *in Emporio iuris, tit. de iurisdictione omnium iudicum, quæst.21. art.1. cum sequentibus,* & alij, de quibus *suprà num.23.* hoc non procedit vbi rescripta sunt ad alios casus, quàm ad lites, quia tunc in eis benè admittitur extensio ad aliam personam aptam ad executionem eorum, vt colligitur ex gloss. *in proœm. Decretal. verbo Bonomia,* & notat Felin. *dicto cap.P. & G.n.5.* maximè quando talis personæ expressio, vel designatio rescripti substantiam non respicit. Nam si respiceret, nedum mandatum esset seruandum, sed etiam qualitas mandati, *cap. cum venissent,* vbi Bald. *de eo, qui mittitur in possess.* Ias. *in l.qui Romæ, §.Callimachus, n.10. D.de verborum obligat.* Vbi verò (vt dixi) non respicit, & ad actum peragendum, velut quid accidentale se habet, & extrinsecam formam concernit, vt in nostro casu contingit, tunc parum curare debemus de modo, & forma dummodo effectum habeamus, & bene potest per æquipollens adimpleri, vt probat textus *in l.cum seruus 102. D.de verborum obligat. l.omnes 6.C.de prohib.Imperat. offer. l.si quis mihi bona 25.§.sed quid si mandauit, D.de acquirend. hæredit. l.si mater. C.de inst.& substit. l.1. D. de venire inspiciend. l.1. D. de liberis & posthum.* notat Alexand. & alij, quos refert Cardinalis Tuschus *littera E, conclus.419. à num.1.* vbi *num.7. & seqq.* loquitur de forma data in rescripto, latè D. Hieronymus de Leon *in decis. Valentiæ 108. n.13. p.1.* & Marius Muta, omnino videndus, *ad Constitut. Siciliæ 1.tom. cap.39. num.109. & seqq.* vbi post Andream de Isernia, & alios, quos refert multum in nostris terminis, tenet quod si Summus Pontifex mandaret Archiepiscopo Panormitano: vt consecret talem Prælatum in tali Ecclesia, potest ex causa alibi illum consecrare, & iustam causam reputat, quamlibet, quæ præstet probabile impedimentum, ob quod ad designatum locum iri non possit, ex quo locus non est ex substantia consecrandi, & demonstratiue potiùs quàm taxatiuè designatus esse censetur. Et sic in nostro casu, cum non magis operetur fidei professio, & iuramentum fidelitatis factum in manibus Episcopi nominati, quàm alterius eligenda via est, per quam vtrique parti consulitur, *l.5. cum ibi notat. C.de diuers. rescript.* Hæc omnia Solorzanus,

zanus,quæ nimis possunt deseruire pro nostra materia consecrationis Episcoporum in casibus similibus.

RESOL. LVIII.

An aliquando valida sit consecratio Episcopi antequam recipiat Bullas Romæ emanatas, vt possit consecrari etiam ab vno Episcopo?

Et opinio affirmatiua adducitur. Ex p.12.tr.1.Resol.58.

§. 1. CAsus accidit his temporibus in India, & quæstio fuit audenter agitata inter viros doctos,& quia casus est curiosus, assero affirmatiuam sententiam docuisse eruditissimum Dominum meum Ioannem Solorzanum *in Politica Indiana lib.4. c.5. in fine*,vbi sic ait: [Lo que estos dias he iusto poner en questionn,y por esso lo iuzgo por digno de remarcar con ello esto capitulo, es, si podrà vn Obispo consagrarse en las Indias, ò en otra parte antes de auer recibido las Bulas Apostolicas de su promocion, y confirmacion, y solo con la noticia, ò certeca bastante de que ya le estan despachadas porque parece, que en esta forma se consagrò de proximo el Reuerendissimo D. Fr. Bernardino de Cardenas Obispo del Paraguay por mano del Reuerendissimo Tucuman. precediendo de la informacion que tuuieron por bastante,de que ya estauan despachadas las Bulas,aunque por algunos accidentes no auian llegado à su poder.Y no faltò quien lo estrañasse,y escribiesse al Consejor era caso nueuo,y en que ambos auian incurrido en graues penas, y censuras. Porque segun lo que despues de otros risiere *Augustin Barbosa*; aunque dentro de la Curia Romana se pueda consagrar vn Obispo con sola la notoriedad, *ô viuæ vocis oraculo*, de que ya està criado por tal, fuera della no se permite, sin ver las Bulas, y leerlas al tiempo de la consagracion, y aun el Ceremonial, ò Pontifical Romano, dize se pongan sobre la cabeça del consagrado. Por donde parece, que si se haze la consagracion sin preceder esto, incurrirà el consecrante en las penas de los que ordenan à Clerigos subditos de otros Prelados sin su licencia.E y el consagrado en las que incurre el Clerigo que se ordena sin licencia de su Ordinario. E ò el Obispo que se mete a exercer jurisdicion en su Iglesia,antes de hauer despachados las Bulas della de que abla vna extrauagante.En cuyo argumento,dizen vnas glossas Abad y otros muchos Authores, que aunque la gracia de Obispado, o Beneficio,se haze con solo el verbo *Fiat* del Papa,harà mal el Cabildo que le recibiere por Prelado,sino mostrare el titulo, ò letras de su dignidad, aunque por otras vias le conste ser cierto, que està promouido.

2. Pero sin embargo desto, el Consejo despues de auer ponderado el caso con su acostumbrada atencion,y prudencia se contento con escriuir à los dichos Prelados,informassen lo que auia passado en el,y con aduertirles se auia estrañado, loque se dezia, que auia decho,y que podria estar sujeto à muchos fraudes, è inconuenientes, si en otras occasiones se continuasse, y se per iudicaria el Patronazgo Beal, que està en costumbre de embiar iuntamente con las Bulas la prouision para que se cumplan,y al Obispo se le acuda con sus frutos, y rentas, que llaman Executoriales.

3. Sin poner duda de que la consagracion huuiesse sido valida porque esso no la recibe supuesto la verdad de que ya estaua criado este Obispo,como se colige de los textos citados y pue ay Auctores, que dizen,que los tres meses,que se dana los Obispos para consegrarse,despues de su promocion,ò cõfirmacion corren desde el dia de la noticia della,como lo diremos en otro lugar. La qual noticia tiene declarado la Rota Romana; que la puede vno tener por cartas particulares, como lo rifiere *Farinaccio*, y segun esto bien parece que pues en el caso de que se trata la huuo tan bastante, se pudo licitamente pedir, y recibir la Consacration.

4. Especialmente en las Indias,donde por la gran distancia de los lugares, y riesgos de tan largos caminos, y nauigaciones puede luceder quem muchas vezes, no solo se detengan sino se pierdan las Bulas. Y donde por elmismo respeto està entroducido que con sola la cedula de la presentacion Real entren luego à gouernar los Obispos nombrados, como lo dexo dicho en otro lugar.

5. A lo qual se llega,que aunque es dotrina comun, y corriente,que la confirmacion,y qual quiera otra gracia Apostolica regularmente se ha de probar por las letras Pontificias, como refiriendo omos muchos lo enseña *Alexandro Ludouico*. Esso no excluye,que tambien en algunos casos, se pueda probar por testigos,ò por otro genero de probança como lo resuelue vna decision de Rota, y latamente Tamburino, y D.Francisco Salgado,y por lo menos en el fuero interior de la conciencia,es comun opinion,que ni para tomar la possession,ni para ganar los frutos,es necessaria la expedicion de las Bulas,y basta saber que estè hecha la gracia.Y aun en el exterior se admite lo mismo, si se presentaran antes de la sentencia definitiua del pleyto, que sobre estos se huuiere mouido, como despues de Ludouico Gomezio,y otros, lo enseña Nauarro.Y no puede le parecer mucho,ni nueuo, que digamos,que la cõfirmacion se pruebe por cartas particulares,pues la presentacion se prueba por ellas, como lo dize vn testo,y latissamãte.Nicolao Genua.

9. Demas en le caso propuesto, no he hallado lei Canonica,inserta en el derecho,ni fuera del,que imponga pena alguna al Obispo,que con noticia,aunque no sea plenamente probada de la confirmacion Pontificia consagrare,o recibiere la consagracion, y assi aunque las aya de suspension,y otras en casos que parecen semejantes: no hablando como no hablan, con los Obispos en nuestros terminos,no estan cõprehendidos en ellas, sin expressa mencion: Porque nunca sue suelen comprehender, ni comprehenden en las generales, y absoluras disposiciones penales, como està dispuesto en derecho. Y se estiende,no solo à los Obispos consagrados, sino à los electos, y confirmados, como lo prueba bien *Augustin Barbosa*, trayendo algunos buenos exemplos.

7. A los quales yo añado,el del que se dexa ordenar por vn Obispo, que aya ya renunciado su Obispado, al qual se le pone expressamente pena de suspencion por derecho Canonico. Y vemos que esta pena no daña, ni comprehende al que se dexò consagrar por el tal Obispo, como la resuelue *Bonacina*. Y lo mismo dize el *P. Suar.* tratando de la pena de los que se ordenan por salto, y resoluiendo, que no comprehende al Obispo, que en esta forma se consagrare. Como ni tampoco la pena de la Extrauag.de Pio II. contra los promouidos,y ordenados antes de la edad legitima,que segnala el derecho, no comprehende à los que se consagran antes de la que para esso se requiere, como lo notat, y resuelue bien *Mario Alterio* dando razone que conducen mucho à nuestro propsito.

8. Pero aun llegando mas à lo indiuidual de las penas, que como diximos, incurren los que ordenan ò se dexa ordenar sin letras de sus Prelados,tampoco se aplican à nuestro caso, porque no hablan de la consagraicon del Obispo. Y porque aun el caso en que hablar se limitan commemente, quando no ay dolo ò quando se confieren las

las ordenes al no subdito con esperança de que el Prelado proprio las ratificara, y tenprà por bien conferidas como despues de otros Autores antiguos lo resuelven los modernos. Auria, Diana, y Marchino.

9. Y vltimamente, no es adaptable a este caso la Extrauagante, y autoridades, que ponderamos para probar, que no puede vn Obispo ser recibido por su Cabildo, sino presenta sas Bulas en forma probante: Porque sus terminos son muy diferentes de los del, y solo hablan en los que sin letras Apostolicas quieren entrometerse en la administracion de sus Iglesias, y no de los que se consagran sin ellas. Y tampoco a quella Extrauagante pone pena a los mismos Obispos sino a los Cabildos, como por su contextura parece, y lo notan Vgolino, Iulio Laborio, y refiriendo a Parisio, Azor. Y otros Augustin Barbosa. Y mejor que todos el Doctor Nauarro, que doctamente aduierte, que la disposicion de a quella Extrauagante, es exorbitante de la disposicion del derecho comun, que regularmente da tanta fee a los testigos, como a los instrumentos, y que por el conseguiente, no se hà da estender a otro caso, fuera del que alli expressa; exemplificandolo en alguno que và proponiendo: y concluyendo finalmente, que no procede en el fuero de la conciencia. Lo qual sigue tambien Iuan Balero en el tratado que ha escritos de las diferencias, que ay entre esse, y el exterior.] Ita ille.

RESOL. LIX.

Opinio negatiua contra superiùs dicta stabilitur? Et infertur: quod consecratio Episcopi facta ab vno tantum Episcopo absque dispensatione Pontificis est inualida. Ex p. 12. tr. 1. Res. 59.

§. 1. Sed his non obstantibus, contra dictam consecrationem Pater Franciscus Contreras edidit scripturam Hispano idiomate compositam, & impressam anno 1647. approbatam à sapientissimis Ripalda, & Ouiedo, ac aliis præstantissimis Sacræ Theologiæ Professoribus ex inclyta Societate Iesu, quibus ego libenter adhæreo, & ideo apponam hic verba approbationis Patris Ouiedo, quæ summatim continet ea, quæ latè Pater Contreras in dicta scriptura firmauerat, sic itaque asserit. [He leydo atencion este tratado, y los pareceres doctissimos, que en su fauor, y aprobacion se an dado, y le hallo muy digno de todos los Elogios, que en dichos pareceres se contienen, y abstengome de estos, porque aunque iuzgo que la erudicion, fuerça de razones, claridad, y magisterio con que esta tratado, merecen sobre lo que esta tratado, merecen sobre lo que podrà alcançar mi alabanca, que quedara siempre corta, en mi estimaciones corta esfera vn parecer para mostrar se en el Orador o Panegiristas; reduciendos, pues con brevedad el caso a terminos Theologicos, digo que dos cosas principalmente se controuierten en este tratado: la vna es si el Señor Obispo tomo legitima mente la possession, y en virtud della obtuuo la potestad de iurisdicion. La segunda si su consagracion ab vno tantum Episcopo fue licita, y valida. Entrambas quæstiones depende de si era necessario para estas actiones, tener, y monstrar las Bulas Pontificias de sa eleccion, de Obispo, o si bastò la informacion, que el Señor Obispo hizo, de que lo detenian malitiosamente las Bulas que estauan despachadas, de tal suerte que dicha informacion obrasse lo mismo, que la manifestacion de las Bulas, y a este articulo solo se reduze toda la dificultad del caso, vnicamente depende de la resolucion de ambas quæstiones como probare brevemente.

2. Que la Consagracion, que no se haze por tres Obispos, quando no interuenieste dispensacion de su Santidad, es inualida, es la sentencia mas comun, y recebido entre los Dotores, assi lo sienten Bellarmin. Vasquez, Coninch, y Tagnero, y nouissimè Castillo *tom. de Sacramentis, tract. 6. disput. vnicâ, dub. 18.* donde se pueden ver citados los de mas Autores. Por no alargarme solamente referire por fundamento desta conclusion, las palabras Ioan. Tertij *Epist. vnica*, vbi ait. (Omnia quæque maxima Concilia affirmant, eum non esse Episcopum qui munus quam à tribus Episcopis authoritate etiam Metropolitani fuerit factus.) Quoad hoc lege sup. doctrinam Res. 27. & Res. & §§. ibus not.

3. Que interuiniendo dispensacion de la Sede Apostolica sea valida la Consagracion facta ab vno tantum Episcopo, se hà de tener por cierto, porque de hecho los Pontifices dispensan en esta parte, y a peticion de su Magestad, tiene dispensado el Pontifice para los Obispos de a quel Reyno, que se consagren (ab vno Episcopo post eorum assumptionem, &c. electionem:) y en el caso, que se trata vinieron despues las Bulas con dicha dispensacion consecrandi ab vno Episcopo inserta en ellas. Sup. hoc lege doctr. Res. 30. & 31. & aliorum §§. earũ notat.

4. De aqui se infiere legitimamente, que si la informacion de que dichas Bulas estauan despachadas equiualiere a la manifestacion de las dichas Bulas, la Consagracion auiasido legitima, y valida, y que sino equiuale, sino que es necessario obtenerlas, y mostrarlas, que la Consagracion fue inualida, segun la sentencia mas comun entre los Theologos. Lo mismo se infiere de las possession del Obispo, en virtud de la qual se adquiere la potestad de iurisdicion. De aqui se infiere legitimamente, que toda la dificultad se reduce, a si dicha informacion equiuale à la manifestacion de las Bulas. Verdad es que el Señor Obispo, de quien se trata, parece intenta otro camino, diziendo obtuuo. dispensacion para consagrarse ab vno Episcopo del Metropolitano: Este camino es muy flaco, porque no le ay para dezir, que esta dispensacion la puede dar otro que el Papa, y aunque vamos con la opinion de que Episcopus in his quæ illi non prohibent, potest in suo Episcopatu quidquid Papa in tota Ecclesia, esto se à de entender en lo que conuiene al Papa vi suæ dignitatis, no en lo que le conuiene ex speciali commissione Christi, Como es la legitimacion del numero de los Obispos para consagrar a otros Obispos. Y quando se entendiesse generalmente, es iusto estar le prohibido, por la suma grauedad de la materia, como el dissoluer el matrimonio rato no consumado, dispensar en votes solenes, & alia huiusmodi Ni la dispensacion dada para que los Obispos de aquel Reyno se consagran ab vno Episcopo; puene obrar, sino es manifestando las Bulas, o con instrumento equiualente de su presentacion, por dezirse en ella: Post eorum assumptionem, & electionem que es dezir se dispensa paraque se consagren ab vnos en las circunstancias en que se podan consagrar a tribus. No hallo razon prudente para dudarsi ay otra dispensacion, porque no costa della, y porque en caso tan graue controuertido con tanto empeño, no se huuieta omitido hazer mencion de otro qualquier priuilegio, o dispensacion que huuira.

5. Reduciendo pues el punto a si puede equiualer la informacion que se hizo de las Bulas se detenian malitiosamente, à la manifestacion de las dichas Bulas, digo, que atendiendos à los graues fundamientos con que se pruen a la parte negatiua, a que por la afirmatiua, si ay alguno, es muy flaco, a que dando lugar a que semeiantes infirmationes tuuiessen valor, y fuerça, podian resultar grauissimos inconuenientes, y fuera en graue per iuizio de la autoridad

dad de la Sede Apostolica : iuzgo que dichas informaciones, son de ningun valor, y fuerça, y que assi la possession como la consagracion fueron inualidas, & illicitas.

6. Añado, lo que es de grandissima consideracion, que aunque se conuença euidentemente la probabilidad de que fuêron validas la possession, y consagracion, se à de dezir que fueron illicitas, porque en materia perteneciente à Sacramentos. Aliud est probabile esse, validè fieri, aliud probabile esse, licitè posse fieri, como lo sieten todos los Doctores. Y aunque lo que toca a la potestad de iurisdicion, tiene menos inconueniente el vsar de opiniones prouables en materia de Sacramentos, porque es opinion comun que quando se obra con opinion prouable, caso que no sea verdadera, la Iglesia suple el defecto de iurisdicion, esto es solo prouable, y no cierto, como lo sientе el Padre, Suarez *3.part.tom.4.disp.26.sect.6.* & Hurtad. *disp.4.de confecr.dist.8.* de hac re dubitat, & oppositum censet Salas *1.2.tract.8.disp.vnica, sect.6. n.100.* & Ioann. Sanchez *in select. disp.4.* cum Paludano, & aliis Iuristis, defiende que no suple la Iglesia la iurisdicion en este caso. Y los Doctores que dizen, que en la administracion de Sacramentos, es licito vsar de opiniones solamente probables, acerca de la iurisdicion, lo limitan à casos en que no tenga inconueniente graue como en el Sacramento de la Confirmacion, o en el de la Penitencia con el Penitente, que se presume se confessarà otras vezes, però no quando si la Confession fuera nula, el Penitente exponeretur periculo damnationis. Pudiera con facilidad referir en particular el sentimiento de los Autores en esta parte que tengo citados en mi *1.2.tract.5. controuers.3.punct.4.* donde se pueden ver, que yo no los refiero por no alargarme mas. En la legitimacion del ministro es materia mucho mas escrupulosa, y aunque alguno dirà que en esta materia es lo mismo, por poder el Pontifice dispensar para que vn Obispo solo validè consagre, assi se ha de presumir, suple el defecto de los dos, quando con probabilidad se haze la Consagracion ab vno : esto diràse solo con vna prudente conietura muy incierta.

Sup. hoc supplemẽto iurisdictionis latè in to.3. tr.1. Resol.4. & in to.1. tr.5 Resol.56.§.2. inter princ. & med. vers. Nã si aliquæ. & in to.8. tr.1. Resol.2.§.2. post med. à vers. Et tandem. & in Resol.4. & ex doctr. Resol.5. signanter §. Sed. & in to.7. tr.1. Resol.92. à med. §. Ex his. vsque in fin. Resol. & hic sup. in tr.4. Resol.68. §. vlt.

7. Concluyo pues, que como del valor de la Consagracion del Obispo, dependa el valor de tantos Sacramentos necessarios necessitate salutis, que el illicito el Consagrarse solo con opinion probable, y que en este caso sera harto esforçar la probabilidad de la Consagracion que se hizo con dichas circumstancias, y no puede exceder la esfera de probable, y que como esta no baste para exercer las actiones de Obispo, tendra obligacion el Señor Obispo de quien a qui se trata, a boluerse a consagrar, y que no abra menester consagrarse sub conditione porque basta ser probable, que no està Consagrado para que en orden a esto, se porte como no Consagrado, y de nueuo se consagre absolutamente. Sic sentio saluo meliori iudicio. En el Colleg. de la Compag. de Iesus de Alcala, à 12. de Iulio de 1647.] Huc vsque Pater Oniedo ; quæ confirmant plura ex his quæ à nobis in superioribus Resolutionibus dicta sunt.

8. Et quidem contra amicissimum, & nunquam satis laudatum Solorzanum nimis vrgens verba Pontificalis Romani, ibi : *Nemo consecrari debet, nisi prius constet Consecratori de commissione consecrandi : siue per litteras Apostolicas, si sit extra Curiam, siue per cognitionem viuæ vocis oraculo à Summo Pontifice factam. si Consecrator ipse sit Cardinalis.* Et in eodem Pontificali dum Episcopus consecrandus præsentatur Episcopo consecranti dicitur : (Reuerendissime Pater, Postulat sancta Mater Ecclesia, vt hunc præsentem Presbyterum ad onus Episcopatus subleuetis:) Statim interrogat Episcopus consecrans. *Habetis mandatum Apostolicum ?* & respondet Episcopus Assistens; *Habemus,* & Consecrans ait *Legatur*, Ex quibus patet contra Dominum Solorzanum, quod in materia Consecrationis requiritur notitia Bullarum præsentium, quæ omnia satis confirmat P. Contreras vbi supra *art.1. dub.2.n.23. cum seq.* Vnde *art.1.dub.2.n.4.* sic ait. [Sed quid si las dichas letras Apostolicas se perdiessen, ò alguno, maliciosamente las vuiesse occultado. Vtrum si en tal caso bastaria esprouarse su despacho ? Respondese, que no ; porque segun consta de la dicha extrauagante, no se admitte de uingun a manera otra alguna prueua, que la de las misma letras Apostolicas. Sic communiter DD. Canonistæ, & Theologi. Ita Azor *tom.2.lib.7.cap.1.§.* Quæres. Nauar. *cap. accept. de restit. spoliat. oppositum.8.n.24.* en donde dize desta manera Exorbitat à lege communi prædicta extrauagans iniunctæ, quia illud habet æquè probari posse factam per Testes, & per instrumenta, *lege in exercendis, C. de fide instrumentorum* : Extrauagans autem prædicta disponit probationem prouisionum Episcopatuum, & cæterarum dignitatum probari non posse, nisi per Instrumenta, imò neque per omnia Instrumenta sed tantùm per litteras Apostolicas expeditas, quales solæ Bullæ munitæ, dicuntur. Ita ille, cum *Flamin. Paris. de resignat. Benefic. lib.10. quæst.1. num.1.* en donde propone vna questiõ assi ; quæ res an Beneficio à Papa imperato, & Pontifice confecto diplomate, quod deinde casu est amissum satis sit, si testibus probetur ? Respondetur de iure communi sufficere, de vsu, & more Curiæ non idem. Sic Parisius, idem Filiucius *de Benefic. tract.41.cap.6.n.2.* Huc vsque Contreras, & ad confirmationem suæ sententiæ non deseram hîc apponere verba Vgolini *de potest. Episc. cap.1. §.1. num.2.* sic asserentis : [Vbi Episcopus apud Sedem Apostolicam, promouetur, litteras dictæ Sedis promotionem, consecrationemque continentes habere debet, alioquin ad suam Ecclesiam accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non potest, à neminéque absque huiusmodi litterarum ostensione recipi, obedientiæve ei præstari, atque audiri debet. Et si contra præsumptum fuerit, irritum habetur, & de Ecclesiæ prouentibus nihil recipere potest. Capitula verò & alij quicunque ipsum absque huiusmodi litteris Apostolicis recipientes eidémque obedientes à beneficiorum suorum fructuum perceptione suspensi sunt, donec super hoc eiusdem Sedis gratiam meruerint obtinere ; ita habetur in cit. Extr. iniunctæ nobis, & ita no. *Abb. in cap. qualiter eodem, in Antiq.* & Gloss. *in Clement. prima §.1. in verbo Sede vacante adharet.* & idem *Abb. in cap. nostri, num.4. de elect. & Petr. Aduen. in Reg. 224. n.4. & Paris. de resignat. benef. lib.10. quæst.1. n.2.* qui ait capientem possessionem litteris non expeditis intrusum dici, & omne Ius amittere, quod habuit, & id locum habere etiam in Episcopo sub pœna de qua in Extrauag. iniunctæ. Quare dispositio *c. transmissa, de elect.* & Gloss. ibi antequam prædictas litteras habeat Episcopus, & Iusiurandum præstiterit locum non habet. Idem ex his patet non sat esse probare per testes aliquem in Episcopum esse pronunciatum, ex eo quia Episcopus in Ecclesia pronunciatur, sed oportere, vt probetur per litteras Papæ, vt dicitur in *cit. Extrauag.* & ita *Abb. in cit. cap. nostri, n.4.* Idem de collatione beneficij asseruit de magis communi opinione.] Paris. *eadem q.n.33.* Hucvsque Vgolinus.

RESOL. LX.

An Episcopus adhibendo vnctionem Chrismaticam non cum pollice, sed cum indice peccet mortaliter.

Et infertur idem esse dicendum in vnctione Sacramenti

cramenti Confirmationis ? Ex parte 12. tractat. 1. Resol. 60.

§. 1. POntificale dicit adhibendum esse cum pollice; & videtur affirmatiuè respondendum exemplo Episcopi ministrantis Sacramentum Confirmationis, nam si vngeret alio digito, quam pollice, peccaret mortaliter, vt tenent Doctores, quos ego alibi duxi.

2. Sed secluso scandalo, & contemptu, Ego nodamnarem Episcopum de mortali, qui in consecratione vngeret caput alio digito quam pollice; & ita de Episcopo confirmante, me citato tenet Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 3. disp. 3. q. 13.* Probatur quia res leuis est, & parum, refert, quod vnctio fiat cum dextero pollice, vel indice, manu dextera vel sinistra: Idem docet Martinus de S. Ioseph *in man. Confess. lib. 1. tr. 1. de Confirmat. n. 13.* vbi sic ait; [Peiò non pecado mortal vngir con otro dedo, ni con la mano izquierda, porque no es materia graue *Dian. tract. 3. Resol. 22. & 28.* Y lo confirmo, porque en Derecho minima non sunt in consideratione.] l. scio. ff. de in integr. restitut. l. 4. in fin ff. de ædilitio edict. *Et modica non nocent. cap.* si proponente 42. vbi gloss. 1. de rescript. l. in rebus, §. possunt, ff. commendati. Et hanc sententiam me etiam citato tenet Dicastill. *de Sacr. tom. 1. tr. 3. disp. vnica dub. 12. n. 149.* & nouissimè me citato amicissimus, & nunquam satis laudatus Pater Escobar in sua doctissima Theologia moral. *tom. 2. lib. 12. sect. 2. cap. 13. prob. 14. num. 213* cui etiam adde Busembaum *in Medulla Theol. 51. mor. lib. 6. tract. 1. cap. 2. dub. 1.*

RESOL. LXI.

An Episcopus aliqua censura innodatus valide possit consecrare alium Episcopum ?

Et quid si talis Episcopus alios sacros Ordines maiores confert.

Et dicetur quod qui suscipit Ordinem ab Episcopo excommunicato, suspenso, hæretico schismatico, deposito, aut degradato verum ordinem suscipit, an ab illius executione suspendatur. Ex parte 12. tract. 1. Resolutione 61.

§. 1. REspondeo, quod quilibet Episcopus, siue sit hæreticus suspensus, degradatus, vel alia censura Ecclesiastica innodatus, dùmodo cum debita intentione adhibeat materiam & formam legitimam valide semper ordinat. Ita cõmuniter Doctores; Probatur ex eo, quod potestas ordinandi iuxta Christi Domini institutionem pendet fundamentaliter, & totaliter à Charactere Episcopali, character autem ille ita est indelebilis, vt quouis peccato, & censura accedente etiam maneat; vnde Ecclesia non potest huiusmodi Ordinationes sic factas inualidare. Contra vero, quia potestas benedicendi Calices, Altaria, &c. id genus est tantùm ex iure positiuo Ecclesiæ, quæ potest tollere istam potestatem benedicendi ab Episcopo: hinc quando 9. *q. 2. cap. nullum*, omnia quæ gessit Episcopus ordinarius alienum Clericum vel vsurpans aliquos actus non inuitatus ab Episcopo Prouinciæ, dicuntur, vacua, & inania, id non intelligitur de ipsa Ordinatione sacra, sed de iis tantùm, quæ spectant ad disciplinam Ecclesiasticam, & negocia Ecclesiæ, vt patet ex verbis prædictam clausulam immediatè antecedentibus, & ex can. 13. primi Conc. Antioch. sub Iulio I. ex quo citatũ *c. nullum*, fuit desumptum. Dicẽdum igitur est ordinatum ministrũ Sacramenti Ordinis non esse alium, quàm Episcopum. Patet ex Florentino in decreto Engenij, §. *sextum Sacramentum*, vbi hæc assertio iisdem ferè terminis traditur: *& ex Trid. sess. 23. can. 7.* vbi sub anathemate definitur, Episcopos esse Presbyteris superiores, & habere potestatem Confirmandi, & Ordinandi, quæ non est illis cõmunis cum Presbyteris. Neque obest valori Sacramẽti quòd Episcopus sit excommunicatus, aut hæreticus vel degradatus, dummodò verè sit Episcopus: vt rectè affirmat D. Thom. *in 4 dist. 25. q. 1. art. 2.* & communis sententia Theologorum, quam satis probat Ecclesiæ consuetudo; quippe quæ Sacerdotes à Græcis schismaticis, & hæreticis ordinatos habet pro veris Sacerdotibus. Adde quòd vt rectè ait D. Thom. 3. *part. q. 64. art. 9.* minister Sacramentorum operatur virtute, & authoritate Diuina quam Deus non aufert à ministro propter eius peccatum, aut infidelitatem: Sacramenta quoque ipsa non accipiunt suam à ministro eiúsque fide, vel bonitate, sed à Christo, eiúsque meritis. Quare vt sint, & operentur non requirunt necessariò fidem aut bonitatem ministri. Plura in eam sententiam congerit Bellarminus *lib. 1. de Sacram. cap. 26.* ex sanctis Patribus, & Conciliorum decretis: sed res iam extra controuersiam est, quippe de qua neque Catholici neque hæretici dubitant. Quod autem dicunt Innocentius Primus, Damasus, Leo I. & Gregorius Magnus verbis relatis à Gratian. *caus. 9. q. 1. initio*, Sacramenta collata ab hæreticis inquinare magis quam mundare; & Ordinatos ab hæreticis nullam accipere potestatem; &c. Hæc inquam sunt intelligenda vel de quibusdam hæreticis qui formam Sacramentorum peruertebant: vel quia communiter peccant, & inquinantur, quia ab hæreticis Sacramẽta recipiunt quamuis valide recipiãt. Dicunt enim, Ordinatos ab hæreticis nullam accipere potestatem, legitimã scilicet, & qua possint vti licitè propter indecentiam, in qua irregularitas fundata fuit, iuxta multorum sententiam, qui censent taliter Ordinatos esse irregulares. Nam in iure moraliter loquendo, dicitur quis id nullo modo ferre posse, quod non potest licitè facere. Alia quædam superioribus duriora habent nonnulli ex auctoribus citatis: sed quæ benignè explicari possunt, & communi Ecclesiæ iudicio postponenda sunt. Et hæc omnia docet Hamber. 3. *part. de Sacram. tom. 2. de Sacram. Ordin. disp. 6. art. 1.* Martinon. *in 3. part. de Sacram. tom. 2. disp. 67. sect. 1. n. 14.* & alij communiter.

2. Dicendum est igitur potestate sua non priuari Episcopum ob excõmunicationem, suspensionem, aut degradationem quippe est potestas ex institutione Christi per consecrationem collata, ac proinde à solo Christo & non ab Ecclesia tolli potest, vt multis comprobant Gregor. de Valent. *tit 4. disp. 9. quæst. 1. part. 2.* Henriquez *lib. 10. cap. 12.* Vasquez *de ord. disput. 243. cap. 1. &* Barbos. *allegat. 1. de potest. Episc. num. 3.* & colligitur ex *cap. secundum, 19. distinct. & c. Quomodo de consecratione dist. 4.* Et licèt *in cap. Ecclesia aliisque Canonibus 1. quæst. 1. & 9. quæst. 1.* afferatur ordinationem factam ab Hæretico, seu Excommunicato non esse ratam, & legitimam reputandam, intelligi debet quoad illius executionem, & vsum; secùs quoad substantiã Ordinis, & characteris. Quippe suscipiens Ordinem ab Episcopo depositio, vel excommunicato vitando, verum Ordinem suscipit: at ab illius executione suspenditur *iuxta textum in cap. 1. & 2. de Schismatico, & Ordinando ab eo*, & tradit Couar. *in cap. alma 1. part. §. 6. num. 6* Nauar. *cap. 27. num. 241.* & Palaus *tom. 4. tract. 27. punct. 4. num. 1.* Doctè itaque Villalobos *in Summa, tom. 1. tract. 4. difficult. 13. num. 1.* asserit; [Algunos decretos ay, que parece que prueuan, que el Sacramento de la Orden recibido de Obispo descomulgado, ò herege, es

Sup. hoc & sequẽti executione huius textus i f in Resol. 19 à §. 2. & in tom 2. tr. 5. Resl 24. & in aliis eius not.

irrito, y nulo: mas aquellos ciertos hanse de entender de la Ordenacion ilegitima, como declara *Hugolino*, ò se han de entender, no de los Ordenes sino, de la honra dellos, ò del Sacerdocio, como dize *Suarez*.

RESOL. LXII.

An Consecratio Episcopi possit fieri quocumque die festiuo?

Et quare Consecratio Episcopi præcipue efficitur in die Dominico? Ex p. 12. tr. 1. Resol. 62.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Salzadus *in pract.* Bernardus Diaz *cap.* 26 §. *ad Episcoporum*, B. P. Bernal. *de Sacram. disp.* 49. *sect.* 3. *n.* 18. putat enim quod ordinatio Episcopi potest fieri die Dominico vel festiuo quocunque, idem docuit Isambert. *in* 3. *part. D. Thom. de Sacramento Ordinis, disp.* 1. *art.* 3. *n.* 6.

2. Sed fallunturViri Docti ita absolutè loquendo, nam non potest Episcopus consecrari in quocunque die festiuo, nisi ex speciali Summi Pontificis licentia, vt patet ex praxi communi, & Pontificali Romano, vbi sic habetur *fol. mihi* 75. (Statuta die consecrationis, quæ debet esse Dominica, vel natalitium Apostolorum, vel etiam festiua, si Summus Pontifex hoc specialiter indulserit: & tam Consecrator quàm Electus conueniens est, vt præcedenti die ieiunent. Ita ibi, & ideo Pax Iordanus Episcopus Tragurienſis, *tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 6. sic ait, Consecratio non potest fieri quacunque die, sed tantum infra notandis, ex quo differt à Consecratione Ecclesiarum, & Altarium, quæ permittitur absque differentia dierum, dicetur sub proprio tit. In primis fieri potest die Dominico, *cap. Qui in aliquo, dist.* 51. & ibi Gloss. *(Dominica) cap. quod die distinct.* 75. quod etsi videatur loqui de sola Dominica Resurrectionis; attamen capitur pro quacumque Dominica, quia præter alia Mysteria, colitur in ea memoria Dominicæ Resurrectionis, & colligitur *ex eodem textu*; & clariùs *ex cap. Sabbato de Consecrat. dist.* 3. & notat Augustinus Barbosa *de offic. all. Episc.* 1. *n.* 43. post Henriq. *in Sum. lib.* 9. *cap.* 25. §. 1. *in comm. litt. D.* Et quod hac die sit permissa Consecratio habetur etiam, in Rubrica Pontificalis de huiusmodi Consecratione, similiter in Natalitiis Apostolorum, vt in eadem Rubrica.

3. In reliquis verò diebus Festiuis non aliter fieri permittitur, quam de speciali concessione Summ. Pontif. iuxta eandem Rubr. & pluries in facto expertus sum. Ita Iordanus, & ante illum Sanchez *in Opusc. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 15. *num.* 11. & alij penes ipsum.

4. Sed si aliquis quærat hîc obiter, quare Consecratio Episcopi præcipuè efficiatur in die Dominico, sic respondent Stanislaus Socolouius *orat.* 4. Et pronubi quidem nostrarum nuptiarum sunt hi; Circumstantiæ autem illæ. Tempus quidem Dominici diei hora tertia, idque vetustissimo more. Solam enim maiores nostri, *inquit Sacer. Leo*, resurrectionis Dominicæ diem eo honore dignam iudicauere; vt Sacerdotes, qui sumantur, hoc die potissimum consecrentur: nam quidquid est à Dominico insigniùs constitutum; in huius diei dignitate est gestum. In hac mundus sumpsit primum exordium: in hac per resurrectionem Christi, & mors interitum & vita accepit initium: in hac Apostoli à Domino prædicandi omnibus gentibus tubam sumunt, & in ferendum vniuerso mundo Sacramentum regenerationis accipiunt: in hac congregatis in vnum discipulis, Dominus dixit: *Accipe Spiritum sanctum*, quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt: in hac denique promissus à Domino Spiritus sanctus aduenit & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, provt Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Vt cælesti quadam regula insinuatum, & traditum nouerimus, in illa die celebranda nobis esse mysteria Sacerdotalium benedictionum in quo collata sunt omnia dona gratiarum.) Ita ille.

RESOL. LXIII.

Quare Consecratio Episcopi non ministratur die Sabbathi, vt ministrantur cæteri Ordines? Ex part. 12. tract. 1. Resol. 63.

§. 1. EX hoc aliqui censerunt Episcopatum non esse Ordinem, vt seruat Mercer. *de Sacram. q.* 40. *art.* 5. & alij, sic enim argumentabantur: maiores Ordines non conferuntur, nisi in Sabbathis; Episcopatus tantum in Dominicis, vel vt supra: Ergo Episcopatus non est Ordo maior. Sed falluntur, vt supra probauimus. Dico igitur cum Mercero, vbi supra. Quod ad Ius positiuum spectat determinare tempora Ordinationum: conuenienter autem Ecclesia assignat dominicam Episcopatui conferendo, quia est Ordo summus. Hinc & Hostiens. *not. at. Campanil. in Direct. Iur. Can. Rub.* 6. *cap.* 4. *num.* 4. quod alios Ordines ministrantur in die Sabbathi, Episcopatus in die Dominica, quia sicut vigilia seruit festo, ita sacris insignii seruiunt Episcopo. Nota verò cum Pace Iordano *tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 34. Quod si quis consecraretur aliis diebus, quamvis reciperet Characterem, remaneret tamen suspensus ab executione, provt regulariter cauetur de aliis ordinibus, *cap. consultationi de temporum ordinat.* Hostiens. *in sum. d. tit. de Sacram. vncti* §. *à quo num.* 1. Butr. *in cap. vnico eiusdem tit. in part. lectura, n.* 7. & alij. Benè verum est quod in casu isto non fieret de necessitate suppletio, sed satis esset Apostolica dispensatio, vt prædicti testantur.

RESOL. LXIV.

Quo loco, & hora debeat fieri Episcopi Consecratio?

Difficultas tamen est, an si Papa committat Consecrationem fieri in aliqua Ecclesia, possit fieri in alia? Ex p. 12. tr. 1. Resol. 64.

§. 1. QVoad locum assero Consecrationem faciendam esse in Ecclesia, quæ quidem in Vrbe eligitur ad libitum Consecratoris. Extra Vrbem verò in propria Ecclesia promoti, vel saltem intra Prouinciam, si commodè fieri possit Trident. *sess.* 23. *de reform. dict. cap.* 2. *& Pont. Rub.* sup. dicta. Nota verò locum non esse de essentia consecrationis, quæ non est de essentia aliorum Sacramentorum, neque Ordinum, vt rectè obseruat Sanchez *Opusc. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 15. *num.* 10. quibus adde Zoesium *in Decret. lib.* 1. *tit.* 11. *num.* 12. vbi sic ait, Consecratio *(si extra Romanam fiat Curiam)* celebranda est in ipsa Ecclesia ad quam quis est electus aut saltem in Prouincia, si commodè fieri possit. *Trident. dict. cap.* 2. Metropolitani, siue Archiepiscopi Consecratio requirit omnium suffraganeorum præsentiam *cap.* 6. *h. t.* Episcopi ordinandi sunt ab Archiepiscopo; & duobus, aut tribus comprouincialibus per Archiepiscopum requisitis aliorum accedente consensu, *cap.* 7. *h. t.* Si in prouincia desint ex vicina aduocandi, *can. Episcopus, distinct.* 23. *& can. fin. distinct.* 75. Ita Zoesius. Sed Zerola *in prax. part.* 1. *verb. Consecratio Prælatorum ad* 3. obseruat, quod hodie tam Archiepiscopi, consecrantur vbicunque eis placuerit.

2. Difficultas

2. Difficultas tamen est: an si Papa committat consecrationem fieri in aliqua Ecclesia, vtrum possit fieri in alia, & affirmatiuè respondet doctissimus Solorzanius in sua erudita Politica Indiana *lib. 4. cap. 6.* sic ait, [Lo que muy en nuestros terminos despues de *Andres de Isermia.* y otros, resuelue Mario Mura, conuiene à saber que si el Papa mandare al Arçobispo de Palermo, que consagre à tal Prelado en tal Iglesia puede con iusta causa consagrarle en otra, y tiene por iusta causa qual quiere ocasion, ò algun probable impedimiento por el qual no se pueda ir à lugar señalado. Dando por razon que el lugar no est de la substancia de la consagracion, y que se iuzga auerse puesto mas por via de demonstracion, que de precision.] Et tandem non deseram hîc apponere verba Machadi *tom. 2. lib. 4. part. 7. tract. 1. docum. 1. num. 3.* vbi sic ait: [Acerca pues de la primera, se ha de aduertir que segun Derecho el Arçobispo se deue consagrar en su propia Iglesia, si no es que la necessidad a costúbre en contrario pidan otra cosa: la qual consagracion se deue hazer con assistencia de tres Obispos suffraganeos suyos, que assistan à ella, ò que por lo menos sino pudieren assistir, le embien su consentimiento por escrito y la misma diligencia se deue hazer con el Primado: y no concurriendo todo lo dicho no adquiria el Arçobispo la execution del Orden mas como en España, y todas las Indias, y de mas partes sugestas à nuestro Catolico Rey se presentan todos los Arçobispos, y Obispos, y el Pontifice los confirma, no es necessaria para la Consagracion de los Arçobispos la assistencia, ni consentimiento de los Obispos suffraganeos, y del Primado; porque todo esto era necessario quando los Obispos suffraganeos eligian el Arçobispo: y assi en esta conformidad basta, que el Arçobispos le consagre vn Obispo Catholico el que el eligiere, como consta de las Bulas, que en esta razon despacha el Pontifice.] Ita ille. Et hæc de loco consecrandi. Quoad horam verò, dico quod deberet esse circa horam tertiam, *cap. 1. distinct 75.* Gloss. *Dominica in cap fin. distinct. 51.* Augustinus *ver. Consecratio 1. §. 3.* Azor. *dicto cap. 30. quæst. 1.* quoniam illa hora illapsus est Spiritus sanctus super Apostolos, *cap. nocte, de Consecrat. distinct. 1.* quorum locum tenere Episcopos dictum fuit suprà, *prælud. 1.* & alibi, & quia Dominus eadem hora Crucifixus est, & Apostoli ordinauerunt Paulum; & Barnabam: ac propter alias rationes de quibus in glossa (tertia) *dicto cap. 1. distinct. 75.* & ita optimum esset obseruari à Consecratoribus. Sed vt plurimum non aduertitur, & propter longitudinem ministerij solet anticipari. Et ita docet Pax Iordanus *tom. 5. lib. 1. tit. 2. num. 8. & 9.* Vide etiam Rodulphum Capers *in tract. de Ecclesia ad cap. oportebat 79. art. 20. de consecratione Episcopi num. 4.* vbi sic ait: *Fit Consecratio inter Missarum solemnia,* capite quod sicut, §. super eo, *de elect. quam celebrari statuitur circa horam tertiam,* glossin cap. fin. lib. 1. distinct. cap. tempus, & cap. ordinationes, *& ibi Scribentes 75.* distinct. *Quia eadem hora Dominus est Cruci affixus, & Spiritus sanctus super Apostolos fuit descensus,* de consecrat. distinct. 1. cap. nocte, *tum etiam quia eadem hora constat in Episcopos fuisse consecratos Paulum & Barnabam.* Ita ille. Cui adde Vallensem *in Paratitla ad decret. lib. 1. titul. 6. §. 8. numero 3.*

RESOL. LXV.

An si quis ex dispensatione Ordinaretur in die Dominica Sacerdos, possit in eadem die consecrari Episcopus? Ex part. 12. tr. 1. Res. 65.

§. 1. NEgatiuè respondet Campanil. *in diuers. Iur. Canon. rubr. 6. cap. 4. num. 5.* vbi sic asserit: *Qui autem ex dispensatione Papali ad Sacerdotium promouereturin die Dominica, non vtique posset eadem illa die consecrari Episcopus, per* Innocent. in cap. literas, de tempore ordin. *explosa contraria glossæ sententia* in cap. quod à Patribus, versic. Sabbathi, in fine 75. distinct. *Itaille,* & ante illum Suarez de Consecrat. disput. 31. sect. 1. num. 4. *& postea* Fragosus tom. 2. lib. 8. disput. 16. §. 1. num. 16. sic asserens: *Porrò promotus ex dispensatione Summi Pontificis ad Presbyteratum in die Dominico nequit eadem die consecrari Episcopus, sic* Innocentius in cap litteras, *de temporibus Ordinationum, reiecta glossæ sententia opposita verbo Sabbathi, in fin. capite quod à Patribus 75. distinct.* Ita Fragosus.

2. Sed contrariam sententiam tenet Castro Palao *tom. 4. tract. 27. punct 13. num. 4.* vbi ita asserit: [Pro Consecratione Episcopi dies Dominica ex Ecclesiæ consuetudine designata est, vti colligitur ex capite quod, dict. 75. distinct. & tradunt omnes. Solùm est dubium; an si die Dominica promotus fuisti in Presbyterum, vel quia Priuilegium suscipiendi Ordines extra tempora habuisti, vel quia Ieiunium Sabbathi antecedentis continuatum est; possis in Episcopum consecrari?] Suarez disput. 31. sect. 1. num. 41. *existimat id fieri non posse, ei quod duplici Ordine sacro ne quis eo die insigniri. In id ipsum accuit* Barbos. allegat. 1. in fine. *Sed communis sententia, de qua* Abbas in cap. Litteras, de temporibus ordin. Gloss. verbo Sabbatho, in cap. quod à Patribus 75. distinct. *contrarium firmat: quia consecratio Episcopi non reputatur Ordo distinctus à Sacerdotio; sed illius perfectio, & complementum, ac proinde non potest comprehendi sub prohibitione,* cap. Litteras, & cap. Dilectus; de tempor. ordin. *ne eodem die sacri Ordines alicui conferantur.* Ita Palaus, & post illum Leander *de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 11. quæst. 11.*

3. Sed ego negatiuæ sententiæ adhæreo, quia in tali casu Episcopus in eodem die bis communicaret, & bis consecraret, prima vice in Missa quando ordinaretur Sacerdos, & in Missa quando consecraretur Episcopus. Sed hoc facere esset contra prohibitionem sacrorum Canonum, seuerè prohibentium in eodem die bis Eucharistiam sumere, vel celebrare. Ergo. In vno tantùm casu hoc esset licitum, si illa dies, esset dies Natiuitatis, & tunc ego sentio, quod non solùm posset in vtraque Missa communionem sumere, & cum Episcopo concelebrare, sed etiam dicere aliam Missam, vt infra in peculiari Resolutione probabo, quod valdè notandum, tanquam curiosum, & nouum.

RESOL. LXVI.

An quando quis ordinarettur Sacerdos in die Sabbathi, possit consecrari in Episcopum in die Dominica, ieiunio continuato? Ex p. 12. tr. 1. Res. 66.

§. 1. REspondeo quod Ordine Sacerdotali die Sabbathi insignitus possit Dominica immediatè sequenti consecrari Episcopus, *gloss. 1. in fin. in capite quod à Patribus, 75. distinct.* Syluester *verb. Ordo el 2. num. 6. versic. Episcopatus autem,* Angelus *verb. Ordo 6. num. 2. in fin.* Astas. *lib. 6. tit. 4. versic. & potest electus,* Innocent. *in cap. Litteræ, versic. Nec valet,* ibidémque Hostiens. *num. 4. versic. sed non fingitur, de tempore ordinand.* & Henric. *lib. 10. cap. 12. §. 2. in fin.* Ita Campanil. Quoad ieiunium

asserо, quòd si Ordines sacri debeant die Dominica celebrari, licèt requiratur continuatio Ieiunij Sabbathi cum die Dominica, vt habetur *cap. quod à Patribus, dist.75.* & dicemus infra; non tamen requiritur hoc in consecratione Episcopi die Dominica facienda, sed sat est illa die esse ieiunos consecrantem, & consecratum. Ratio, quia Ordines sacri conferendi sunt de iure in die Sabbathi existentibus ordinante, & Ordinandis ieiunis: vnde quando debent in die Dominica celebrari, vt censeatur quasi diei Sabbathi continuatio, debet continuari omnino Ieiunium diei Sabbathi in die Dominica: at cum iure statutum sit, vt Episcopi consecratio fiat die Dominica, sat est illa die ieiunium seruari. Ita Sanchez. Et hæc docet Azor. *in praxi cap.4.num.10.* Campanil. *rubr.6.cap.8. num.3.* Vgolinus *de potestate Episcopi, cap.2. num.4.* Sanchez *in opuscul. tom.2. lib.7.cap.1.dub.15.num.14. & 15.* quibus omnibus adde Leandrum *de Sacram. tom.2. tractat.6. disput.11.* Marchinum *tract.1.part.2. cap.25.& part.7.cap.6.num.9.* cum Laymanno *de Sacram.Ordinis, cap.8. num.5.* quidquid in contrarium sentiat Suarez *de censur. disput.41. sect.1. num.4.* his verbis: [Est autem die aduertendum, Episcopatum non numerari in his iuribus, inter Ordines sacros: & ideo non incurri hanc suspensionem, etiamsi quis die Sabbathi, & Dominica, continuato ieiunio, ordinaretur Sacerdos, & consecraretur Episcopus, vt notarunt:] Ioannes Andreas *in dicto cap.* Quod à Patribus, & Abbas *in dicto cap. Litteras.* sic ille. Sed tunc deseras contrariæ sententiæ adhærere, videlicet posse, non continuato Ieiunio, si quis in die Sabbati suscepit Sacerdotium, suscipere die Dominica immediata Episcopatum.

RESOL. LXVII.

An expediat Eminentissimos Cardinales in Episcopos consecrare? Ex part.12.tract.1. Resol.67.

§.1. AD hoc dubium sic respondet Patet Gerunda *de Episcop. tom.2.lib.7.disp.12.cap.2.n.3.* [Plerumque non expedit Eminentissimos Cardinales Episcopatibus insigniri, Ciuitatum præsertim non insignium: ad Principes tamen, ac Metropolitanos è re Christiana, atque Ecclesiæ bonos reor esse illos promoueri. Probatur prima pars conclusionis ex capite bonæ memoriæ superius allegato, in primo de postulat. Vbi cum Cardinalis sanctæ Praxedis in Archiepiscopum Rauennaten. postulatus, ab Innocentio III. meritò denegatus sit. Considerauimus verò (inquit Sanctissimus) quod eiusdem Cardinalis præsentia vtilis sit non solùm Romanæ, sed etiam Ecclesiæ generali, tam apud Apostolicam Sedem, quàm apud Ecclesiam Rauennaten. Vnde non immeritò præferentes speciali vtilitati communem, & minori maiorem, prædictum Card. postulationi vestræ, non duximus concedendum. Vbi pondero vtilem sanè futurum fuisse Cardin. illum Ecclesiæ Rauennati; magis vtile Ecclesiæ Catholicæ per assistentiam Papæ ad vniuersales Reipublicæ Christianæ causas. Deinde perpendo, si vtilitati Ecclesiæ Rauennati meritò profertur maior vniuersalis Ecclesiæ, quantò potiori, nomine priuatæ cuiuscumque Cardinalis vtilitati proferenda est ea, quæ ex illius speratur præsentia Romæ? quippe qui talis sapientiæ, consilij, prudentiæ, ac virtutis meritò à nobis supponitur esse, qualis ad tantum optatur, ac per sacros Canones destinatur munus. Huc etiam spectat Decretum Tridentinum *sess.24. cap.1.* sic asserens, Cardinales Sanctissimus Dominus Pontifex ex omnibus Christianitatis nationibus quantùm commodè fieri poterit, provt idoneos repererit assumet, vt nimirum omnibus totius Orbis præsit Ecclesiis, quibus ex officio consulere tenentur. Quamobrem omni conatu, animique affectu orandus est Deus, vt semper Cardinales, ea, quæ par est eminentia doctrinæ, prudentiæ ac virtutis eligantur: & ne tales electi defectu reditum Ecclesiasticorum à tanto munere, vniuersali quidem Ecclesiæ in primis vtili, ad peculiares Ecclesias abducantur, minúsque vtiliter, & maximo cum Reipublicæ Christianæ detrimento alligentur.

2. Sed vt verum fatear, hanc Gerundæ opinionem videntur Pontifices non approbare: nam hodie in ciuitatibus non ita magnis prosunt pro Episcopis Eminentissimi Cardinales scientia, & experientia insignes.

RESOL. LXVIII.

An Archiepiscopus ante pallium receptum possit delegare aliis Episcopis, vt consecrent Episcopum sibi suffraganeum?

Et docetur, quod Capitulum Sede vacante committere potest alteri Episcopo, vt Clericum propriæ Ecclesiæ, vel Diœcesis Sacris initiatum Ordinibus consecret.

Et notatur, quod non potest Archiepiscopus vel Patriarcha ante pallij receptionem portare ante se Crucem, nec potest se nominare Archiepiscopum, vel Patriarcham.

Etiamque aduertitur, quod potest sine pallio in aliena Diœcesi de licentia Episcopi illius Diœcesis Ordines conferre.

Et aliud curiosum dubium affertur, videlicet, quidam est Confirmatus, & Consecratus Archiepiscopus, petit à Papa pallium, quando ne incipiant tres menses absentiæ, quam potest facere, &c. Ex part.12.tract.1. Resol.68.

§.1. NEgant aliqui. Primò, quia ille videtur facere, cuius nomine fit, *cap.mulieres, de sententent.excomm. cap. qui per actum, de regulis iuris in 6.* Secundò, quia *cap.quoniam, dist.100.* dicitur differri consecrationem Episcoporum, & quòd Archiepiscopus non petit pallium: ac si posset delegare alii, non differretur.

2. At dicendum posse, dum non est in mora petendi pallium, scilicet modò petat intra tres menses, intra quos tenetur, petere, & sic directè *cap. quoniam*, intelligitur quando est in mora petendi pallium: Regula autem iuris citata, quando alter qui facit, per se non potest facere: at Episcopi quibus delegatur consecratio, habent per se consecrandi potestatem, & tantùm eis delegatur iurisdictio. Probatur, quia tantùm prohibetur exercere ea, quæ sunt Ordinis, & cogere Concilium, vt patet ex dictis: at hæc delegatio est actus iurisdictionis: ergo. Secundò, quia *cap. suffraganeis, de elect.* expresse dicitur, quod Archiepiscopus confirmatus, licèt non receperit pallium, potest facere consecrari suum Suffraganeum.

3. Nec valet, quod quidam dixerunt, hanc non fuisse decretalem, sed quandam prouisionem fundatam super quadam æquitate, non Papæ, sed cuiusdam Ioannis Galensis; sed hoc, inquit Panormitanus *dicto cap. suffraganeis, numero 1.* non potest modò dici, postquam hæc decretalis fuit posita in tertia, quarta, & quinta compilatione, quia hæ fuerunt

fuerunt Papæ, & Papa mandat iuxta has decretales prouidendum esse in iudicio, & extra, & maximè hodie, quando in nouis Decretalibus Gregorij XIII. est posita, sic tenent Panormitanus *dicto cap. Suffraganeis, num. 1. & ibi* Innocentius & Glossa ibi, *versic. Pallium*, & ibi communis teste Panormitano. Idem Glossa *1. de translat. Prælat. & cap. quoniam, distinct. 100.* Turrecrem. *cap. Episcopo, num. 6. distinct. 100.* Et post omnes Sanchez *in Opuscul. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 16. num. 13. & 14.*

4. Sed non deseram hîc adnotare, ex Neotericis præter Sanchez hanc sententiam docere Boër. *tom. 2. cap. 29. q. 7.* & nouissimè Patrem Andream Gerund. *tom. 2. lib. 7. disp. 8. cap. vnic. num. 2.* vbi latè probat posse Archiepiscopum nondum suscepto pallio, ea quæ sunt Ordinis alij committere Præsuli, quod etiam concedit Episcopo electo, & confirmato, & acriter inuehitur aduersus contrarium opinantes. Primò, quia Præsul electus, & confirmatus, non autem consecratus alteri consecrato Præsuli munera committens Ordinis propriam tantùm exercet Iurisdictionem, proprios nempè subditos alteri Episcopo quoad illa munera submittendo, circa quos alter Antistes sua potestate in consecratione habita, vtatur, & propè notat Abbas *cit. num. 3.*

5. Confirmatur, quia Sede vacante Capitulum committere potest alteri Episcopo, vt Clericum propriæ Ecclesiæ, vel Diœcesis sacris initiandum Ordinibus consecret; *ex cap. cum nullus, de tempore Ordinandorum in 6.* seruata tamen forma præscripta à Tridentino *sess. 8. cap. 10. de reformat.* cum omnibus exploratum sit Capitulo facultatem non esse illum eundem Clericum ordinandi, quippe quod Episcopo defuncto in his quæ sunt Iurisdictionis tantùm succedit *ex cap. cum olim, de maior. & obedient.* Sic pariter potest Capitulum Sede vacante, alium inuitare Præsulem ad exercenda Pontificalia per *cap. Pontifices 74. quæst. 1.* & ex allato textu deducit Compostellanus, posse Metropolitana Sede vacante, eius Capitulum demandare consecrationem suffraganeo, cum hic fit actus solius Iurisdictionis. Et hæc Gerunda.

6. Dicendum est igitur cum Abbate *in cap. Suffraganeis, de elect. numero 6. in cap. cum ex illo, de transl. Episcop. numero 10.* Posse ea committere; vnde quamvis non possit Clericos suos ad sacros Ordines promouere, potest tamen alteri Episcopo committere, vt eis sacros Ordines conferat. Similiter tametsi Archiepiscopus nondum consecratus suum suffraganeum Episcopum consecrare non possit; potest tamen aliis Episcopis facultatem concedere; vt eum consecrent, vt colligitur *ex cap. Suffraganeis, de elect.* Pari ratione nequit Chrisma conficere, pueros baptizare, absolutos confirmare; templa, vasa, & Altaria consecrare; & tamen potest Episcopo consecrato facultatem dare, vt hæc in sua Diœcesi faciat; nam ipse non dat aliis Episcopis cum hæc committit potestatem Ordinis; quam reuera non habet, sed solùm tribuit facultatem, vt alij Episcopi in iis qui sunt ipsius potestati subiecti ea quæ sunt Ordinis, exequantur; ac idcirco solùm aliis Episcopis Clericis, vel Laicos, vel Ecclesias suas subiicit.

7. Nec obstat *cap. pro suo de regul. iur. in 6.* Quod nostro nomine non licet, nec alieno licebit, & qui per alium facit, per se ipsum facere videtur *in cap. qui per alium, de regul. iur. in 6. & cap. mulieres, de sentent. excommunicat.* Respondeo hæc in præsenti locum non habere: quia cum Episcopus electus, & confirmatus, qui nondum est consecratus, committit Episcopo consecrato, vt suæ ditionis hominibus ordines conferat, nequaquam illi dat potestatem Ordinis, ac proinde alius Episcopus ad Ordines non promouet Clericos potestate Ordinis accepta ab Episcopo, qui consecratus non est, sed ea quam ipse per suam consecrationem adeptus est, solùm igitur habet liberam facultatem consecrandi Clericos alienos, quos antea sacrare iure non poterat. Nam pari ratione Collegium Canonicorum suo viduatum Antistite, potest alteri Episcopo committere, vt Clericos consecret, *cap. cum nullus, de tempor. ordinand. in 6.* & tamen certi iuris est, non posse Collegium Clericos ordinare, solùm enim gerit vices Episcopi in quibusdam, quæ sunt Iurisdictionis. Glossa & Doctores, *in cap. cum olim, de maior. & obedient. & in cap. 1. eodem titulo in 6.* potest idem Collegium Sede Episcopali vacua, alieno Episcopo facultatem dare, qua in Diœcesi munera quædam Pontificia obeat, *cap. Pontifices 8. quæst. 1.*

8. Notandum est verò hîc obiter, quod non potest Archiepiscopus, vel Patriarcha ante pallij receptionem portare ante se Crucem, quia est insigne dignitatis Archiepiscopalis, vel Patriarchalis, quàm non plenè habet, nec nomen, vt mox dicemus. Sic Pontificale Romanum supra Turrecremat. *cap. Episcopus, distinct. 100. numero 7.* Nec potest se nominare Archiepiscopum, vel Patriarcham; nec habet plenitudinem Pontificalis officij, *cap. nisi, de auctoritat. & vsu Pallij*, & in Concilio Lateranense sub Innocentio III. *capite 5.* Vnde non potest exercere Pontificalia, & ordinare Clericos, conficere Chrisma, Episcopos consecrare, dedicare Basilicas, conuocare ad Concilium, vt expressè habetur *cap. quod sicut, de elect.* & in Pontificali suprà.

9. Nota quod, vt refert Innocentius *cap. sicut, de elect. numero 13.* aliqui dicunt, quod potest sine pallio in aliena Diœcesi de licentia Episcopi illius Diœcesis Ordines conferre: sed oppositum tenet ibi Innocentius, & meritò, quia textus generaliter loquuntur. Et tandem ponam hîc pulchrum dubium resolutum à Sanchez *vbi suprà, num. 15.* vbi sic ait: Concilium Tridentinum *sessione 23. capite 1. de reformat.* præcipit Episcopis, ne à sua Diœcesi absint vltra tres menses, sine causa iusta, *&c.* Quidam est confirmatus, & consecratus Archiepiscopus petit à Papa pallium, quandone incipiant hi tres menses absentiæ quam potest facere? Credo quod à die receptionis pallij, quando non est in mora petendi instanter ipsum. Probatur, quia (vt dixi dub. præced.) tres menses, intra quos Episcopus tenetur consecrari, procedunt à die confirmationis, quia antea non poterat consecrari. Ergo eadem ratione hi tres menses debent incipere à die receptionis pallij, quia ante receptionem pallij commodè nequit ad Ecclesiam suam venire: tum quia non potest antea Archiepiscopus nuncupari, nec gestare ante se Crucem, nec ordinare, nec confirmare, quod est magna sui officij pars: tum quia ignorat quem Prælatum Summus Pontifex destinabit, qui det illi pallium, & non sine magnis expensis, & laboribus tot itinera fierent. Ita Sanchez.

RESOL. LXIX.

An si Episcopus Consecrator prius adhiberet vnctionem Chrismaticam, & postea traditionem libri, Consecratio Episcopalis esset valida, vel saltem illicita?

Idem est de inuersione in aliis Ordinibus sacris.

Et an saltem in tali inuersione Episcopus peccet mortaliter? Ex p. 12. tr. 1. Res. 69.

§. 1. QVoad primum, difficultas procedit in sententia Isamberti, & aliorum asserentium, vnctionem Chrismaticam esse de substantia Consecrationis, & hoc non obstante, puto in tali casu Consecrationem Episcopalem esse validam. Probatur à fortiori, nam si Sacerdos in Missa prius consecraret Sanguinem, & postea Corpus Christi, peccaret quidem mortaliter, sed consecratio esset valida, vt rectè obseruat, & docet Suarez *in 3. part. tom. 3. disp. 85. sect. 2.* & Auersa *de Sacrific. quæst. 15. sect. 26.* & post illos Pater Quartus *in Rubr. Missalis, quæst. Proœm. sess. 5. punct. 6.* quod idem dico de Episcopo in ordinatione Subdiaconi tradente prius Calicem, & Patenam, & postea librum, & sic in ordinatione Diaconi. Et hanc doctrinam pulchrè confirmat Pater Amicus in Cursu Theologico *tom. 7. disp. 2. sect. 4. num. 51.* vbi sic ait: [Quod autem possit prior potestas conferri sine posteriori, patet tum in Presbyteratu in quo potestas conficiendi Corpus, & Sanguinem Christi conferri potest, non collata potestate absoluendi à peccatis: tunc etiam in Diaconatu; eadémque ratio est de Subdiaconatu: potest enim tum Diacono conferri potestas ministrandi in Altari non collata potestate legendi Euangelia, quàm Subdiacono potestas tractandi sacra Vasa non collata potestate legendi Epistolas. Quin addo in Diaconatu, & Subdiaconatu conferri posse posteriorem potestatem non collata priori. Colligo ex præcitato *cap. Presbyter*, in quo Pontifex præcipit vt si in Ordinatione Diaconi omissa sit manus impositio non debeat totus Ordo iterari, sed solùm statuto tempore cautè supplendum quod per errorem omissum fuit. Supponit igitur Pontifex validè collatam fuisse posteriorem potestatem legendi Euangelia absque priori, quæ datur per impositionem manus Episcopi: alioqui non sat fuisset supplere solam manus impositionem, sed etiam reitetare Euangeliorum traditionem, si hæc validè conferri non potuisset, non collata priori. Hæc tamen doctrina non verificatur de Presbyteratu, cuius licet prior potestas conferri possit sine posteriori, vt ex eodem *cap. Presbyter constat*, non tamen contra conferri potest posterior absque priori. Cuius ratio est, quoniam potestas supra Corpus mysticum Christi supponit potestatem suprà verùm Corpus eiusdem.] Hucvsque Amicus confirmans superiùs à nobis dicta.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Res. 228. §. Et confirmatur. propè fin. vers. Vnde ex his. & in Resol. 230. § Sed si.

2. Sed difficultas est, an in tali inuersione Episcopus consecrans peccet mortaliter, & videtur, secluso scandalo, & contemptu, peccare tantùm venialiter. Probatur quia in tali inuersione non variatur substantia consecrationis Episcopalis, sed tantùm modus. Ergo non adest, nisi culpa venialis, sicut qui recitaret paruas horas ante matutinum non peccaret, nisi venialiter; nam in tali variatione tollitur tantùm modus & non substantia præcepti, vt etiam accideret in Ieiunio, si quis mane sumeret collationem serotinam, & postea in nocte cœnaret. Adde quod dicti ritus in Consecratione Episcopi non videntur habere connexionem inter se, nec Ordinationem, ac relationem vnius ad alterum, & sat ego dicerem de Episcopo ordinante Subdiaconum & Diaconum, si adhiberet inuersionem in porrigendis instrumentis. Verùm quia pro firmanda hac sententia nullum habeo Authorem, & ego nolo esse primus ad illam docendam, ideo tu Lector cogita; & quidem me nimis vrgent in contrarium verba Cast. Pal. *tom. 4. tr. 18. punct. 4. n. 11.* vbi sic ait: [At si mutatio valorem Sacramenti non impedit, alicui videri posset non esse graue, sed solùm leue peccatum ea mutatione vti, quia est accidentalis mutatio. Sed omnino tenendum est per se, & secluso necessitate mortale peccatum esse, quia est saltem contra præceptum Ecclesiæ in Christi institutione fundatum, Ecclesia namque præscribens modum in administratione Sacramentorum illum seruandum præcipit, aliàs in re ita graui, qualis est modus administrandi Sacramenta, nihil firmum esset, si fideles obligati non essent vnicum, vniformem modum seruare.] Ita Palaus; ideo, vt dixi, tu cogita.

RESOL. LXX.

An relinquere aliquem ritum in Consecratione Episcoporum, sit tantum peccatum veniale ratione paruitatis materiæ?

Et quid, si absque Mithra Episcopus ministraret Sacramentum Confirmationis? Ex part. 12. tr. 1. Res. 70.

§. 1. PAx Iordanus *tom. 1. lib. 5. tit. 2. num. 2.* obseruat ex Abbate Butrio, & aliis sacros Ritus Consecrationis Episcopalis alios esse substantiales, quorum omissio irritam reddat consecrationem, neque suppleri possunt, sed ex integro repetendi sunt; alij solemnes dicuntur, qui non inualidant ordinationem, sed suppleri omnino debent aut per Papam dispensari. Nonnulli verò sunt dubij, an sint substantiales, nec ne, & tunc fit consecrationis iteratio. Cæteri honesti reputantur leues, quorum omissio, nec reiterationem, nec supplementum requirit, quamvis tutius sit supplere. Ita Iordanus. His suppositis credo non dari paruitatem materiæ in sequentibus: vt v. g. Primò in impositione Codicis Euangeliorum super ceruicem, & scapulas ordinandi, & in ipsa libri traditione dicendo, *Accipe Euangelium*, &c. Secundò in impositione manuum trium Episcoporum super caput Ordinandi, dicendo, *Accipe Spiritum sanctum*, &c. Tertiò in numero trium Episcoporum. Quartò in vnctione chrismatica manuum, & capitis. In his enim, & similibus omissione, quidquid sit de validitate consecrationis, puto semper adesse peccatum mortale.

2. Difficultas est de quarto genere Rituum, de quibus Iordanus, vbi supra *num. 52.* sic ait: [In Episcopi vero consecratione inter leuia, & honesta censebuntur traditio baculi Pastoralis, Annuli, Mithræ, Chirothecarum, Osculi pacis, Intronizatio, & solemnis per Ecclesiam benedictio, & his similia, quæ omitti quidem non debent, sed omissa non irritant, nec de honestate repeti debent secundùm prædicta.] Ita ille; sed vt verum fatear, quoad traditionem Annuli, & Baculi Pastoralis habeo aliquam difficultatem, nam Nicolaus Isambertus *in 3. part. tom. 3. de Sacramento Ordinis, disp. 3. art. 4.* putat traditionem Annuli, & Baculi esse materiam substantialem consecrationis; ergo in omissione istorum instrumentorum non potest dari paruitas materiæ.

3. Addo, quod per traditionem Annuli significatur coniugium spirituale initum inter Episcopum, & Ecclesiam, & ideo non excusatur de peccato mortali eius omissio.

4. Paruitatem materiæ constituentis tantum peccatum veniale, reducendam forsitan esse ad omissionem vnius interrogationis Episcopo faciendæ, vel omissionem Chirothecarum, vel Sandalium, vel Pluuialis, pertinent enim ad ornamenta, sed non omnia simul, & collectiuè omitti debent, & secluso scandalo, ac contemptu.

5. Si autem idem dicendum est de Mithra nego, & ideo alibi probaui Episcopum ministrantem Sacramentum Confirmationis absque Mithra peccare mortaliter, & idem postea, me tamen non citato, docuit Pasqua

Pasqualigus *in qq. Canon. cent. 1. quæst. 31. num. 6.* vbi sic ait: [An autem peccet mortaliter si non adhibeat vnum solum ex insignibus Episcopalibus, adhibitis tamen cæteris. Respondeo, si omitteret Mithram, peccare mortaliter, quia hæc sola est illa, quæ tanquam proprium insigne Episcopale adhibetur in exercitio ministrandi Sacramentum; secus autem existimo de cæteris, quia omissio vnius tantùm non tolleret substantiam apparatus exterioris Episcopalis, adhuc enim ratione cæterorum insignium appareret ille minister, qui reuera est.] Ita ille.

RESOL. LXXI.

Quam scientiam Episcopus ante Consecrationem habere teneatur?

Et deducitur Examinatores promouentes Episcopum in dictum, &c. lethaliter peccare.

Et quæritur, an eligendus sit ad Episcopatum Theologus an Canonista? Ex p. 1 2. tr. 1. Res. 72.

5. 1. RESpondet ad hoc dubium Petrus Marchant. in tribunali Sacramentali *tom. 3. tr. 7. tit. 2. q. 2. solut. 2.* vbi sic ait: Episcopus antequam consecretur, tenetur sub pœna peccati mortalis moraliter scire omnia, quæ in Scriptura, & Legibus ac Canonibus Ecclesiæ continentur ad sui officij executionem necessaria. Talia sunt mandata Dei, & Ecclesiæ primaria decreta & præcepta, articuli omnes ad fidem pertinentes, eo. úmque principia, & fundamenta, materiæ & formæ Sacramentorum, ac ritus ea administrandi, & alia huiusmodi, sine quibus munia Episcopi vere exerceri nequeunt.

2. Ratio clara est: Quia aliàs se, & sibi commissos exponit periculo grauium peccatorum, & abusuum, siue etiam negligentiæ, & omissionis eorum, ad quæ tam ipse, quam oues ipsi commissæ tenentur.

3. Dixi (moraliter) vt excludam scientiam Physicam, & numeralem, qua ex tempore omnia dici, & exprimi possunt: Talis enim scientia sæpissimè etiam in doctissimo viro impossibilis est: sufficit igitur, & requiritur in Episcopo prædictorum scientia moralis: moralem autem voco; Quando sciuntur illa in suis principiis, & fundamentis, ita vt addito modico studio, & diligentia cæteri sciri, & penetrari possunt, vtique inquisitione, consultatione & deliberatione adhibita. Et hoc est quod inquiri mandatur in septima Synodo suprà allegata. Si in promptu habeat legem scrutabiliter legem habere censetur, qui principia, & primas cóclusiones legis habet, ita vt modico studio, inquisitione, & diligentia occurrentibus difficultatibus sibi, & aliis satisfacere possit: Excedit autem transitiuam scientiam, quæ est eorum, qui audiuerunt quidem, & in genere perceperunt, sed ita tranſitoriè, vt principia principales conclusiones animo fortiter non inhæreant, ita vt per se ea scrutari non possunt: Hi enim verè ignari, & inscientes dici debẽt.

4. Et hoc sensu intelligendum est quod aliqui ex Græco verbo pro Doct. pronunt διδασκτὸν, id est, docibilem: Docibilis enim ille est, qui ex primis principiis facilè alia infert, vel modico studio cætera penetrant. Vnde Cyprianus ad Pompeiũ *Epist. 74.* Docibilis (inquit) ille est, qui est ad discendi patientiam lenis. Oportet enim Episcopum non tantùm docere, sed etiam discere. Quia ille meliùs docet, qui quotidie crescit, & proficit discendo meliora, & S. Ambr. *lib. de Officijs, cap. 1.* de seipso qui in ciuilibus fuerat occupatus nec Theologicis ita potuerat imbui: Discendum (inquit) mihi simul, & docendum est, quoniam non vacaui ante discere: Et quantumlibet quisque profecerit, nemo est qui doceri non egeat, dum viuit.

5. Ex quibus infero: Episcopum in consecratione sua debere duo saltem habere, Primum Principia, & fundamenta doctrinæ, & scientiæ eorum, quæ in Episcopo ad Officij sui executionem requiruntur tam in Sacra Scriptura, & Theologica Doctrina, quam in Canonibus. Secundum diligentiam, sedulitatem, promptámque voluntatem se in illis firmandi, & proficiendi studio, inquisitione, Consultationibus. Qui aliter suscipit Episcopatum peccat mortaliter, & si non conetur se in dictis scienter perficere, in periculo continuo peccati mortalis versatur.

Dices: per alios quos adhibet in Consilium ignorantiam supplere potest.

6. Respondeo primò, Episcopi officium esse personale, & Pastorem posse ipsum, quantùm impedimento vrgente non præpeditur, debere gregem pascere. Vnde est illud 1. *Petri* 5 2. Pascite qui in vobis est gregem Domini. *Et illud Act.* 20. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei: Vbi notanda sunt verba *vobis, & vos*, quæ planè personalia sunt, & alienos, & macerarios excludunt.

7. Respondeo secundò, Consiliorum munus esse Consultationibus suum iudicium, & scientiæ, ac consultationis causam, depromere: Idcirco sanctum est Consilia exponere, sed Episcoporum est resoluere, inter consilia discernere, & ex consiliis, quod satius videtur eligere: si verò Episcopus sit imperitus, & scientiæ fundamenta non habeat; quomodo inter bona, & mala, inter vtilia, & vtiliora discernere poterit, aut resoluere?

8. Addo, inter Consiliarios frequenter adhiberi qui vel Chusi, vel Achitopel partes sequuntur, & alij interdum, qui cum Consiliariis Roboam, vel inclinationes educationis sequuntur, vel ob iuuentutem minus experti sunt, etsi fortè multa legerint nullius vnquam praxim sunt adepti, aut qui ventum sequentes, placere volunt magis quàm veritatem edicere: Ab his quomodo se tutari poterit imperitus Episcopus?] Hucvsque Marchant.

9. Nec deseram etiam hîc afferre verba Patris Gerund. *de Episc. tom. 1. l. b. 3. disp. 2. cap. 1. num. 24* Ita asserentis, [Fit tertiò, Episcopum in sua ordinatione rogatum, an vtrumque sacrum sciat Testamentum: asserentémque cum re vera ignoret, nec æquiualenter sufficienti saltem ad suum munus præuitus sit scientia, lethaliter peccare, vt probè Riccard *quodlib. 3 q. 23.* Azor. *instit. moral p. 2 l. b. 3. cap. 28. quæst. 9.* Syluest. *Episcop. num. 5.* & alij. Ratio est, quia perniciosè mentitur, & in graue damnum animarum curam suscipit. Addo, quia proximè se exponit periculo sacrilegiorum, iniustitiæ, aliorúmque peccatorum, quibus scatet mala Præsulatus administratio. Quod si necessaria ad suum munus non ignoret, vt sunt, Authore Riccardo, mandata Dei, mysteria fidei, virtutes, vitia, iuramenta: addiderim Censuras, Statuta Ecclesiastica magis vsu frequentia, onus, ac rationem visitandi Ecclesias suæ Diœcesis, Ecclesiasticos distribuendi redditus, conferendi beneficia, immunitati Ecclesiasticæ seruandæ, ac defendendæ, ac si quæ sunt aliæ prudentis iudicio ad Episcopale munus pro mediocritate scitu necessaria; tametsi præstantissima cæterarum, & harum, quas memoraui, non præstet doctrina; neque ea expressè teneat quæ vtroque præterea continentur Testamento, non peccabit mortaliter, etiâsi affirmatiuè in examine responderit; quia consuetudo, quæ est optima legum interpres, *capcum dilectus de consuet.* sic prædictam interpretantur quæstionem Episcopo factâ ex suprà citatis Authoribus.] Hæc omnia Gerunda, qui postea optimè notat

hanc Episcopi ignorantiã. Vnde etiam ea quæ dicta sunt, confirmantur per P. Fragosum *de Regim Reipublice Christianæ, tom. 2. lib. 8. disp. 18. §. 1. num. 10.* Vnde ex his deducitur Examinatores promouentes Episcopum indoctum, ac sufficienti destitutum doctrina approbantes lethaliter peccare, quod à fortiori deduco, tum ex doctrina communi de Examinatoribus ad examen constitutis, periculúmque scientiæ, quod beneficiatis ineundum est; ac docetur à Petro de Ledesma *in sum part. 2. tract 7. cap. 1. concl. 7. difficil. 13.* Rota Romana apud Farinac. *decis. 572.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 60. num. 93. & aliis*; tum quia ipsi causa sunt moralis damnorum spiritualium, quæ ex indocti Episcopi administratione promanant. Hæc omnia idem Gerunda, quæ explicare volui ad deterrendos Aulicos, & curiales ne Episcopatum ambiant, nescio enim an ipsi possint in cõscientia asserere, se scire ea, quæ superius Authores citati statuunt se esse obligatos scire; ipsi tamen videant. Sed an eligendus sit ad Episcopatũ Theologus, an Canonista eruditè nouissimè tractauit Georgius Gobar Societatis Iesu, vir doctus, & ingeniosus, ac mihi arctissimis amicitiæ vinculis colligatus, in suis Vindiciis Theologicis, *sect. 16. n. 416. cum sequent.* in quibus defendit Theologos, & inter ipsos omnium minimum à stilo FERREO cuiusdam Authoris, qui contra Dianam, ac modernos scripserat, Theologos non debere in suis operibus tractare materias legales, & Canonicas. Olepidum caput?

Sup. hoc magis latè in tom. 2. tr. 3. Resol. 68.

RESOL. LXXII.

An possit Episcopus Ecclesiis præfici?

Et notatur, quod dispensatio habita à Papa in pluralitate Ecclesiarum, absque iusta causa neque valida est, neque licita?

Et an sit illicita multiplicatio beneficiorum in eadem persona, &c.

Et an sit illicita facultas testandi concessa sine causa? Exp. 12. tr. 1. Resol. 72.

§. 1. HAnc quæstionem doctè, vt sæpe soler, pertractat P. Andreas Gerunda *de Episcopo, tom. 2. lib. 8. disp. 12. c. 2. per tot.* vbi firmat ex se: vnus Episcopus ad duas præfici, & cõsecrari Ecclesias nequit, siue in titulum, siue in Commendam, sic per communem sententiam Authores passim. Probatur *ex c. 2. Concil. Later.* sub Alexandro IV. relato *in c. multa de præbendis, & dignit.* Secundò per Extrauagantẽ *execrabilis*, quæ tametsi de pluralitate loquatur beneficiorũ præsertim dignitatum, & Curam habentium animarum, potiori quidem iure competit Episcopatibus, quibus maximopere illa quadrãt, & dum non sunt proprij in singulis Ecclesiis Rectores, priuantur multis commodis, iniuriis variis expositæ, &c. Et quod amariùs est dolendum, animarum cura negligitur. Tertiò ex Trident. *sess. 7. c. 2. de reform.* nemo quamcumque dignitatẽ, &c. plures Metropolitanas, seu Cathedrales Ecclesias in titulum, seu commendam, aut alio quouis modo contra sacrorum Canonum instituta recipere, aut simul retinere præsumat. Insuper probatur ratione petita à matrimonio spirituali, quod subitè diximus Episcopatum *disp. 10.* Argumentũ autem à matrimonio carnali ad spirituale, & vsui esse in Iure, & tobotis non parum habere sæpè scripsimus *ex c. inter corporalia, & finali de translatione, c. quoniam frequenter, §. porrò, vt lite non contestata*, aliisque iuribus eruditè allatis ab Euerard. *de locis, loc. 77. à matrimon. carnali, ad spirituale*; nemini licet duas simul habere vxores matrimonio Carnali deuinctas vt communis & Catholica fert doctrina, ergo neque in matrimonio spirituali id licere dicendum est. Confirmantur superius dicta à necessitate residentiæ, quæ summa est, neque præter quam ex vrgentissimis causis maxime per Trident. indicatis dispensari poterit, & ratiõ.

2. His tamen non obstantibus potest Papa ex causa vrgenti dispensare in pluralitate Ecclesiarum Cathedralium. Deducitur hæc assertio à fortioti ex nostro suppositio primò, Authoribus ibidem citatis, atque ex assertione prima, idque etiam præstitisse Papam colligitur *ex cap. Relato adiunctio text. in cap. illud 21. quæst. 1.* vbi expressa Pontificia habetur de duabus Ecclesiis dispensatio. Notandum tamen, quod dispensatio habita à Papa in pluralitate Ecclesiarum absque iusta causa, neque valida est neque licita, sic deduco ex D. Thoma *quodlib. citat. 9. art. 15.* Sylvest. *benefic. 4. in princ. & quæst. 2.* Angel. *ibid. num. 35.* Armilla *num. 42.* Tabiena *benef. 2. num. 28.* Antonin. 3. *tract. tit. 15. cap. 1. §. 8. & 10.* Gabriel *in 4. dist. 15. quæst. 8. art. 3. dub. 2.* Gadauensi *quodlib. 2. quæst. 27.* Nauar. *capit. quando & in summ. cap. 22. n. 75.* Panorm. *cap. de multa de præbendis, num. 20.* Ioan. Andr. *ibid.* Turrecremat. *cap. 1. dist. 89. num. 14 15. & 16.* Cajet. & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 2. Conciliorum, part. 2. dub. 6. num. 13. & alij.* Ratio est quia pluralitas horum præsertim beneficiorum absque causa honestante, iuris est naturalis diuini, in quo non potest validè Papa dispensare.

3. Sed quam sit illicita multiplicatio Beneficiorum in eadem persona, cognoscat Lector ex amicissimo, & nunquam satis laudato Patre Theophylo Raynaudo in sua eruditissima lucubratione *de bonis Ecclesiæ malè, siue captis, siue dispensatis, lib. 2. sect. 2. cap. 7. per totum*: vbi doctè, vt semper solet, firmat multiplicationem beneficiorum quorumcumque in eadem persona, vltra quam necesse sit ad honestam eius sustentationem per se loquendo, grauiter illicitam esse: tametsi per accidens in talibus quibusdam euentibus honestari potest. Vide etiam nostrum Patrem Thomam Pellicionum Quinquagena Illustri quæstionum *qnæst. 50. cap. 1. num. 1. 2. 3. & 4.* sententiam Patris Raynaudi latè, & solidè confirmantem, sed non deseram hîc apponere verba Ioannis à Cochier. *in Vindiciis libertatis Ecclesiasticæ, part. 2. cap. 9. num. 7.* sic asserentis: [Aft ego abusum hunc acceptum fero ambitioni, & cupiditati multorum, qui seipsos in Deum decipientes, vt loquitur Sacr. Concilium Tridentinum, *sess. 24. cap. 17.* plura simul beneficia retinere non erubescunt cum certissimo Animarum suarum periculo, *cap. qui in tantum de præbend.* Nam cùm plerosque mediocris sortis, licèt interdum perhonestæ, vt vocationi suæ morem gerant initiati sacris appetant, titulo patrimonij fit, vt Sacerdotij carentes huic vitæ generi non respondente pattimonio concedenter viuere, & diuinis vacare ad vtilitatem animarum nequeant. Quod si singulæ Ecclesiæ, siue singula Sacerdotia singulis conferrentur, arceretur à multis egestas, cùm vix possint plura beneficia ad vnum peruenire, vt scribit Rebuff. *in praxi, tit. de dispensat. num. 20.* sine pauperrate plurimorum: Accidit quod beneficiorum fundatores fraudentur sua intentione, qui voluerunt Ecclesias prouidere suis mysteriis debitis, quod pluralitate tollitur vincent. Filliuc. *tract. moral. quæst. tract. 41. cap. 7. num. 3.* Denique litterarum studia neglecta iacent; vtrimque enim spes bonorum debilitatur, scilicet, & quod meritorum ratio non habetur, & quod auida ditiorum auaritia impedimento est, ne inhospes promoueatur. Cardin. Bellarm. *in Admonit. ad Card. Theanensem nepotem suum contra.* 5.

Sophist. in tract. Relator.

4. Quæ aliquæ causæ mouerunt sanctos Patres nouiss

nouissimi Conc. Trid. *d. cap.* 17. vt statuerent vnum tantùm beneficium Ecclesiasticum singulis conferri, quod est conforme Iuri diuino: nam vt habetur Isaiæ 5. *Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminũ loci nunquid habitabitis vos soli in medio terræ?* Væ reuera talibus: quatenus sunt genere quodam, dum aliis alimenta subtrahunt homicidæ, vt abdomini solum insaturabili luxui, aut vanæ gloriæ gratificentur; & tamen non saturantur pluralitate beneficiorum, inquit Rebuffus de loco, & dum alter esurit hic aufert alimenta aliis quos necare videtur *l. necare, ff. de liber. agnos.*

5. Neque obtendant isti, Papæ dispensationem. Nam licet in foro fori, id est exteriori tuti sint, non erunt tamen in foro poli, id est conscientiæ, nisi causa dispensationis sit necessaria; quæ sententia est sancti Thom. *quodlibeto 9. art. 15.* & Diui Bernard. (dicentis, qui non vnus, sed plures est in beneficiis; non vnus, sed plures erit in suppliciis, hæc autem causa debet esse in vtilitatem Ecclesiæ vel ob ipsius Ecclesiæ necessitatem, quando causa non est in bonũ Ecclesiæ, non est bona dispensatio: non est homo securus coram Deo? inquit Card. Toletus *lib. 5. Instruct. Sacerd. cap. 81. cap. non est*, ibi Gloss. verb. *adimplere.* Card. Bellarm. *in d. Admonit. ad Episcopum Theanensem nepotem suum, contr. 5.* & in Conciliis datis Clementi. VIII. Pont. maximo, qui extant in libro vitæ eiusdem Card. Bellar. *c. 5.* vbi exponit Pontifici, Polygamiam spiritualem esse Iuri Canonico, & naturæ contrariam, tantumdem quoque ante eum scripsit Rebuff. *in prax. tit. de dispensat. n. 55.* Dum dicit Papam etiam non esse tutum in conscientia, qui sine causa dispensat; quia Papa ad ædificationem positus est, non ad destructionem, *capitulo sunt quidam 25. q. 11.* Meminerint denique isti beneficiorum sacci sententiæ DD. Parisiensium sinter quos verisimile est, teste *Card. Bellarm. d. contr. 5.* fuisse S. Thomam, & S. Bonau.) qui omnes anno 1270. propter hoc congregati vnanimiter censuerunt duo beneficia haberi non posse, quibus, cùm duo tantùm contradicerent; ex iis vnus Cancellarius, scilicet Parisiẽsis, paulò post mortuus tertio ab obitu die Gulielmo Episcopo Parisiẽsi visus est, eique dixit se apud inferos æternis suppliciis damnatum, quorum quod senserit pluralitatem beneficiorum; vnum sufficit Iuri naturali non improbari.] Hucvsque Cokier, qui citat Azorium, sed aliqui superiùs dicta aliquantulum mitigant, quos videre poteris apud Filliucium *tom. 3. tractat. 41. cap. 7. per totum*, & Vallensem *de Benefic. lib. 3. num. 7. per totum*; Vide etiam nouissim. è Theologum Parisiensem Ludouicum Bair. de examine Pœnitentium, *q. 15. num. 12.*

6. Nota etiam Pelliccionum, vbi supra docuisse hanc doctrinã procedere etiam quoad facultatem testandi, sic enim ait: [Conclusio, quam hucvsque firmauimus, extendenda est etiam ad facultatem testandi de fructibus beneficij, nempe, vt non possit concedi de fructibus beneficij, sine causa absque peccato. Quod non placet Couar. *cap. cum in officiis, de testam. num. 7.* ex eo quia prohibitio testandi est de iure positiuo. Sed id asseritur ab *Abbat in repetit. cap. cum esset, num. 38. de testam.* Barbat. dicto *cap. in Officiis*, Philipp. Franc. *cap. 1. eodem tit. in 7. aliis*: & sequitur ex dictis, licèt enim sit de iure positiuo prohibitio testandi, est tamen consona iuri naturali, & muneri pastorali. Ecclesia enim aurum non ob aliud vult, nisi vt pauperes alat, *cap. aurum 46. distinct.* ergo iniuriam patitur, si aurum, quod sibi debetur ad prophanos vsus impendatur: Vnde idem *Barbat. in tract. de præstand. Card. part. 1 quæst. 4.* dixit licentiam concessam de fructibus beneficiorum testãdi, de dispositione ad pios vsus nõ ad prophanos esse intelligendam quod probat etiam *Molin de Iust. & Iur. disp.* Et si quis diceret licentiam testandi de beneficij fructibus ad pios tantùm vsus esse legitimam etiam absque causa verum diceret, nam eo casu, Ecclesia non fraudatur, Summus Pontifex videtur quasi transtulisse in dispensantem per testamentum, voluntatem suam, illa bona in pios vsus applicandi. Per quam doctrinam possunt conciliari Abbas, & Couarruuias.

7. Verum supradicta in dubio locum non habent, cùm semper præsumendum sit Summum Pontificem cum causa dispensasse, licèt illam non expresserit, & illi in hac parte credendum non dubito, cùm nemini rationem reddere teneatur & dispensatio in omni casu semper valebit.] Hucvsque Pelliccionus.

RESOL. LXXIII.

An possint consecrari duo Episcopi pro vna eadémque ciuitate? Ex p. 12. tract. 1. Res. 73.

§. 1. QVod est quærere, an Romani Pontificis concessu in eadem Ciuitate duo Episcopi authoritate, & potestate pares instituí possint? Respondet Panormitanus *in cap. quoniam de Offic. Ord. nari. n. 4.* Glossam secutus *in cap. non autem 7. quæst. 1.* id iusta de causa fieri posse; quod illi colligũt ex eo quod Valerius Hipponensis Antistes, vt constat ex sancto Augustino *Epist. 110.* sibi sanctum Augustinum Episcopum asciuit. Certè iure communi canonico duo Episcopi æquè pares eiusdem ciuitatis esse non possunt, quãuis vnus possit esse alterius Vicarius, vel Auditor multis de causis, vt ait Abb. *in cap. 1. de Parochis.* At quia Romani Pontificis potestas, est Iuris Canonici authoritate superior; potest in eadem ciuitate duos Episcopos constituere, nec enim hoc cum iure aliquo diuino, vel naturali pugnat: possunt enim duo in eandem ciuitatem habere iurisdictionem æque communem: sicut etiam Titius, & Caius eiusdem rei, vel seruí possunt habere æquè commune dominium. Obiicies *ex c. inter corporalia de transiat. Episcop.* Inter Præsulem, & Ecclesiam contrahitur coniugium at vnius sponsæ duo sponsi, & viri esse non possunt? Respondeo in hac parte non esse idem iuris de coniugio corporali, quod de spirituali: quia iure diuino naturali vxor non est nisi vnius viri, & sponsi, at ius diuinum, vel naturale non præcipit, vt vna ciuitas, vel Ecclesia vni tantum sit Antistiti subiecta.

2. Deinde obiicies, totius Ecclesiæ Catholicæ nequit esse nisi vnus Sũmus Pastor. Ergo similiter vnius tantùm Ciuitatis vnus Episcopus: alioqui enim erunt eiusdẽ ciuitatis duo capita, quod est mõstrũ. Respõd. esse iuris diuini, vt Ecclesiæ Catholicæ vniuersæ non Præsit, nisi vnus sũmus Christi Vicarius Petri successor, ac proinde humana potestate vt loco citato docet Glosa fieri nõ potest, vt Ecclesiæ Catholicæ sint duo Summi Pastores: Christus enim vnũ esse voluit; non duos, cùm dixit: *Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*, & alibi *Fiet vnum Ouile, & vnus Pastor.* Itẽ natura in corporibus vnum tãtùm caput constituit, atque præfecit; & ideo naturaliter eiusdẽ corporis duo capita esse non possunt: at verò nec ius diuinum, nec naturale prohibent duos esse eiusdem ciuitatis Antistites Romani Pont. potestati subiectos. Sicut etiã quia ius diuinũ, vel naturale non vetat duos esse in Ecclesia Catholicos Imperatores, qui sint ipsius in solidum Defensores, Custodes, & Patroni, Romani Põtificis authoritate fieri potest, vt duo in Ecclesia Imperatores potestate pares creentur, vnus qui toti Orienti, alter qui Occidenti præsit; vt Glossa,

Archidia

Archidiaconus Panormitanus locis supra citatis tradiderunt. Et hæc omnia docuit Azorius *tom. 2. lib. 3. cap. 29. quæst. 13.* quem postea sequutus est Gerunda *tom. 2. lib. 8. disp. 12. cap. 3. num. 3.* & alij.

3. Dico itaque, quod communiter duo Episcopi nunquam ad vnam, eandémque Ecclesiam præfici possunt. Est communis,& Catholica sententia. Probatur tum perpetua in Ecclesia traditione ab Apostolis ducta, tum *ex cap. quoniam de Offic. Iudicis ordinary*, ibi; [Prohibemus autem omnino, ne vna, eadémque Ciuitas, siue Diœcesis diuersos Pontifices habeat, tanquam vnum corpus diuersa Capita quasi monstrum:] Ad quam doctrinam dilucidandam multos text. refert Gloss. verb. *Monstrum*. Insuper probatur 7. *q.* 1. quod autem ex nonnullis Conciliis ibi citatis. Præterea id patet ex Gregorio Magno Regesti *lib. 9. Epist. 41.* ad Anatorium, & August *Epist.* 148. ad Valerium, relata *distinct* 40. Ante omnia peto vbi secundum locum in Ecclesia Hipponensi, apertis fatetur verbis, se habere. [Vis mihi facta est meritò peccatorum meorum; nam quid aliud existimatem nescio, vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram, adde Glossam verb gubernaculorum.]Nec obstat dicere Venetos habere Patriarcham simul; & Episcopum, ergo, &c. Fecere mentionem huius obiectionis Abb. *cit. & in capite quoniam de officio Ordinarij, & in capite si Episcopus de Parochijs*, & gloss. *in illis dist.* 80. *verb. singulos*, asserente illum non esse Patriarcham Venetum, sed Grandensem. Verùm his non obstantibus non nego cum Azorio,& aliis ex vrgentissima causa posse Pontifices dispensare, ac duos præficere vni Ecclesiæ authoritate, & potestate pares; Paris est, quia vnitas Pastoris singularum Ecclesiarum iuris est Canonici, in quo, vt sæpè diximus, ex legitima Causa Summus Pontifex dispensare potest, vt enim diuisio, Ecclesiarum, & Paræciarum iuris est Canonici,ita talis diuisio, vt vni Præsuli vna sit Ecclesia addita. Cæterum cum è traditione Apostolica continuo vsu firmata hanc in Ecclesia Dei vnitatem semper esse seruatam dixerimus, & cum maximè ad singularum Ecclesiarum vnitatem,& Monarchi cum regimen vnitas Antistitum summopere faciat,merito assertum volumus, non absque vrgentissima causa id fieri debere, cùm agatur de re proximè accedente ad præscriptionem iuris naturalis diuini. Quamobrem etsi vt superiori assertione indicauimus: Augustinus Valerij Episcopi pene vicarius fuisset, quod secundum ab illo in locum tenere falsus sit, vt cum Episcopi iura videretur exercere viuente Valerio modo iam dicto, fertur dixisse, si sciuissem Ecclesiæ prohibitionem,nunquam hanc ipsam administrationem, Ecclesiæ acceptauissem, sic Abb. *in cap. Quoniam, de Officio Ordin.* refert.

RESOL. LXXIV.

Quam potestatem accipiat Episcopus in Consecratione?

Et an verè Episcopus confirmatus ante Consecrationem & Sacerdotium possit concedere peccatorum condonationes, quas Indulgentias vocamus?

Et difficultas est, an talis Episcopus confirmatus possit de iure communi exequi ea, quæ superius dicta sunt, antequam possessionem de Episcopatu acceperit? Ex part. 12. tract. 1. Res. 74.

Quãvis non plene sup. contento in hoc & seq. §.

§. 1. LOngum esset de illa tractare, sed me breuiter expediam cum docto Patre Auersa, nunc merito tertia vice Generali suæ Religionis, is, itaque sic asserit tractatu *de Sacram. Ordin. quæst. 1. sect. 1.* [Iccirùm ad Episcopum præcipuè etiam spectat, regere, & gubernare populum,& Clerum sibi commissum, & subiectum, ipséque est verus Superior,& Prælatus, habens potestatem, & iurisdictionem in alios tanquam vere sibi subiectos. Quare habet authoritatem præcipiendi, & obligandi, atque transgressores plectendi, & puniendi: in rebus tam quam,spiritualibus, & ad salutem animæ ordinatis. Sub quo genere continetur potestas ferendi censuras, excommunicandi, interdicendi, & suspendendi, ac subinde ab iisdem censuris absoluendi: quæ quidem est potestas ligandi,& soluendi in foro externo. Habet potestatem concedendi etiam Indulgentias ad certos dies, habet authoritatem in causis matrimonialibus, & aliis Ecclesiasticis iudicandi,ac decidendi. Constituit Parochos, & dat eis iurisdictionem administrandi ea Sacramẽta,quæ à Sacerdotibus apta sunt conferri. Constituit Confessarios delegatos, dans eis Iurisdictionem absoluendi à peccatis,& approbans Regulares ad idem ministerium, ad quod nempe in Sacerdotibus non sufficiebat sola potestas Ordinis, etiam loquendo quoad validitatem. Hinc potest sibi reseruare certos casus non cõcedens Confessariis delegatis, & auferens quoque Parochis facultatem ab iis absoluendi absque sua noua licentia speciali. Hanc Regiminis potestatem hanc Iurisdictionem in externo foro, potest Prælatus exercere etiamsi non sit ordinatus Episcopus.] Et hæc omnia Auersa. Quæ quidem ante illum obseruauerat Batth. Vgolinus *de potest. Episcop. cap. 2. § 2. numero 2. cum seq.* & Mainard. *in disputat. de Iur. Episc. cap. 5.* per totum.

2. Sed notandum est hic quod Episcopus electus, & confirmatus, sed non adhuc consecratus licet, vt supra diximus, facere non possit, quæ potest Episcopus consecratus, de iure tamen communi potest exercere ea, quæ sunt Iurisdictionis, non quæ Ordinis. Vnde potest excommunicare,suspendere,interdicere, visitare, corrigere, punire, Synodum conuocare, Beneficia conferre, Ecclesias minores coniungere, & annectere, diuidere, voti & iurisiurandi vincula soluere, constitutiones ponere, causas audire,& cognoscere, quorumdam peccatorum absolutiones sibi reseruare. Nam *ex cap. Trãsmissam*, &c. Nosti,&c. Qualiter *cap. nihil est de elect. & cap. Inter corporalia de transl.* apertè colligitur Episcopum canonicè confirmatum potestatem Iurisdictionis, non Ordinis nanciscì, quòd, vt ait Panormitanus *in cap. inter Corporalia de transl.* locum habet in Episcopo electo, & confirmato; quamuis Sacerdos nondum sit, nihil enim impedit quominus in eo qui Presbyter non est, sit Episcopalis Iurisdictionis potestas.

3. An verò Episcopus confirmatus ante consecrationem,& sacerdotium possit concedere peccatorum condonationes,quas indulgentias vocamus? Respondeo cum Sancto Thoma *in 4. distinct. 20. quæstione 3. art. 3. & quæst. 4. art. 2.* quem etiam Panormitanus *in cap. suffragan. num. 3. de elect.* & Calderin. *in cap. accedentibus, de excess. Prælat.* sequuntur posse quoniam hæc potestas non est Ordinis, sed Iurisdictionis nam per huiusmodi condonationes peccatorum non confertur Sacramentum, sed ex Ecclesiæ thesauro, qui Christi Domini;& Sanctorum meritis constat bona impartiuntur nobis, quibus pœnæ peccatorum remittuntur.

4. Verùm difficultas est,an talis Episcopus confirmatus possit de iure communi exequi ea, quæ superius dicta sunt,antequam possessionem de Episcopatu acceperit:Hanc quæstionem tractauit Panormitanus *in cap. Transmissam de elect. num. 3.* vbi refert duas sententias

rentias: Innocent. enim Hostiens. & Ioan. Andr. quos ipse Abbas citat, affirmat, eò quod in *cap. Nosti, &c. qualiter, cap. Nihil est*, & *cap. Transmissam de elect.* iura post electionem, & confirmationem nihil aliud in Episcopo requirunt ad plenam administrandi potestatem, ergo non est necesse, vt Episcopus possessionem nactus sit, nisi alicubi fuerit consuetudine receptum, ne Episcopus administret, quæ sunt Iurisdictionis, donec fuerit possessionem assecutus.

5. Cæterum Archidiaconus, Dynus, & Petrus Ancharanus, quos etiam ibidem refert Abbas, negant posse Episcopum exequi quæ sunt Iurisdictionis, nisi possessionem consecutum. Quicquid dicat Abbas loco citato illud prius probabilius videtur. Nam iure communi antiquo, de quo Innocentius, Hostiensis, & Ioannes Andreas loquuntur, non requirebatur possessio; satis enim erat electio, & Confirmatio, vt illi tradiderunt, nisi vbi aliud vsu receptum erat, at vero iure nouo, quod habetur in Extrauaganti, Iniunctæ de elect. inter Extrauagantes communes opus est, vt Episcopus si velit ea quæ sunt Iurisdictionis exercere, obtineat literas Apostolicas, sine quibus nec admitti, & recipi tanquam Episcopus, nec possessionem Ecclesiæ sibi collatæ consequi potest: nam in ea constitutione sic habetur: [Præsenti perpetuò valitura constitutione sancimus, vt qui apud Apostolicam sedem promouentur, aut confirmationis, consecrationis, vel benedictionis munus recipiunt, ad commissas eis Ecclesias absque Apostolicæ Sedis literis huiusmodi eorum promotionem, consecrationem, seu benedictionem, continentibus, accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumant, nullique eos absque dicta literarum ostensione recipiant, aut eis pareant, vel intendant.] Hæc in ea constitutione: quæ pœnam deinde constituit in Episcopos quidem, vt sit irritum, & inane quicquid fecerint, nec aliquid sibi ex prouentibus acquirant: in Canonicos verò, & Clericos qui ipsos sine huiusmodi literis admiserint, vel ipsis paruerint, vt tandiu sint à beneficiorum suorum perceptione suspensi, donec Apostolicæ Sedis gratiam meruerint obtinere. Panormitanus *in cap. qualiter de elect.* meminit huius Extrauagantis, dicens: Nullum Episcopum antequam habeat literas Apostolicas iure posse administrare, aut recipi ab Ecclesia tanquam Præsulem, alioqui recipientes, aut receptus incurrunt in pœnas prædictæ Extrauagantis. Et hæc omnia, & plura alia latè probat, & discutit Pater Gerunda *de Episcop. tom. 2. lib. 1. disput. 4. 5. & 6.* cum aliis plenè.

RESOL. LXXV.

Potestas, quam Episcopus in sua Consecratione accipit, an possit à Summo Pontifice auferri? Et à quonam Episcopi habeant potestatem iurisdictionis?
Ex p. 12. tr. 1. Res. 75.

§. 1. AD hoc quæsitum sic respondet Martinus Becanus *de Sacram. capite 26. quæstione 8. num. 3.* per duas Conclusiones. [Prima sicut in Iurisdictione interiore, sic etiam in hac exteriore duo sunt. Primò potestas regendi, & gubernandi Ecclesiam. Secundò applicatio materiæ. Potestas regendi dupliciter confertur Episcopo electo, & confirmato, non-dum tamen consecrato. Secundò à Deo, quo pacto confertur in consecratione. Applicatio materiæ tam semper confertur ab ipso Pontifice, vel Ecclesia, nisi quòd Pontifex facta electione immediatè eam accipiat à Christo. etiam § not. seq?

2. Secunda Conclusio. Quando potestas illa confertur à Pontifice, ante consecrationem auferri, & mutari potest: quando autem confertur à Deo in consecratione, non potest auferri, licet vsus eius possit impediri per subtractionem materiæ. Ita Becanus, sed ego magis clarè assero, quod Episcopo Iure diuino ex vi Sacramenti multæ potestates conferuntur, quæ ab illis non sunt vlla superioritate amouibiles, & à Charactere indelebili procedunt: Tales sunt, quæ subiiciuntur in definitione: Nimirum; Potestas conferendi ordines, Sacerdotes consecrandi, Confirmationis Sacramentum administrandi, quæ ita ex vi ordinationis Episcopo quantumvis degradato, excommunicato, suspenso Iure diuino competunt, vt si ab illo conferantur, validè & efficaciter conferantur, etsi ratione prohibitionis, vel impedimenti Canonici illicitè.

3. Et quamvis nonnulli ex Historiis antiquis referant, Abbates, & simplices Sacerdotes Pontificum concessione Subdiaconos, & Diaconos consecrasse, & Sacramentum Confirmationis cum Chrismate ab Episcopo confecto ex delegatione summorum Pontificum administrasse (de quibus non est modo meum longas disputationes texere.) In hoc tamen potestas Episcopo ex vi suæ ordinationis concessa ab illa saltem distinguitur: Quod potestas illa delegata (supposito quòd etiam ex Institutione Christi delegari potuerit) fuerit semper reuocabilis, siue per cessationem, siue per suspensionem, aut quamvis prohibitionem, itavt stante reuocatione effectum nullum habuerit, Potestas autem Episcopo in sua ordinatione collata, ita Iure diuino ex vi Characteris eis competat, vt vlla humana potestate tolli, aut immutari possit. Vnde stat quod ex vi characteris, & Ordinationis suæ indelebiliter Episcopus ordines omnes conferat, & Baptizatos confirmet validè. Et ita docet Marchant. *in Tribun. Sacram. tom. 3. tract. 7. tit. 1. quæst. 2. concl. 1.*

4. Verùm pro resolutione dubij, etiam discutiendum videtur, à quonam Episcopi habeant potestatem iurisdictionis. Et quidem prima opinio est, Episcopos eam habere immediatè à Pontifice: Ita Caiet. *tom. 1. Opusc. tract. 1.* Heruæus *in lib. de potestate Papæ*, Gabr. *lect. 3. in Canonem Missæ*, Bellarmin *lib 4. de Pontific. cap. 22.* Probatur primò ex figura veteris Testamenti, quia *num. 2.* Deus iussit, vt Septuaginta Seniores acciperent de spiritu Moysis, & iuuarent illum in regendo Populo. Quo Deus significare voluit in Moyse residere totam authoritatem, & alios, si quam habent, à Moyse habere. At Pontifex in Ecclesia tenet eum locum, quem tenuit Moyses in populo Iudæorum. Secundò, quia Regimen Ecclesiasticum est Monarchicum. Ergo omnis authoritas est in vno, & ab hoc in alios deriuatur. Tertiò quia Cyprian. *in lib. de Vnit. Ecclesiæ*, comparat Sedem Pontificiam Capiti, Radici Fonti, & Soli. At in omni corpore virtus membrorum deriuatur à capite, & in omni arbore virtus ramorum oritur ex radice, & in omnibus riuis aqua fluit ex fonte, & omnium radiorum lux est à Sole. Ergo omnis Iurisdictio Ecclesiastica est à Pontifice. Quartò quia si Deus immediatè conferret Episcopis Iurisdictionem, omnes haberent illam æqualem; quod falsum est. Quintò Pontifex non posset illam auferre, aut mutare. quod tamen sæpè facit, vt patet ex Diuo Bernardo *Epistol. 131. ad Mediolanenses*, non ita absolutè, sed dependenter à Pontifice secunda opinio est, Episcopos suam Iurisdictionem immediatè habere à Deo, ita Francisc. Victoria *in Relectione 2. de potest. Ecclesiæ, quæst. 2.* Alphonsus à Castro *lib. 2. de iusta hæreticorum punitione*, Sup. hac qu. in to 6. tr. 1. Resol. 18 §. Vtrum Episcopi. & in tom. 1. tr. 5. lege gratam doctr. Res. 22. per tot.

punitione, cap.24. Petrus Soto *lectione 5 de Confessione*, Domin. Soto *l.b.1. de iust. q.1. art.4.* Et Ioan. Maior. *in 5. dist 17. quast.7.*

5. Probatur primò, ex illo *Actor.20. vers.28. In quo Vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Epist. *1. vers.11. Ipse dedit quosdam Apostolos, alios autem Pastores, & Doctores.* Secundò ex Patribus Dionys. Hierarch. Ecclesiæ, *cap.6.* dicit, Episcoporum Hierarchiam immediatè terminari in Christum, sicut inferiores Ordines Presbyterorum, & Diaconorum terminantur in Episc. Cypr. *l.b.3. Epist.9. ad Rogat.* dicit Episcopos à Christo fieri, à quo Apostoli creati sunt, Bernard. *lib. 3. de consideratione ad Eugenium* dicit: *Erras, si, vt summam ita & solam institutam à Deo æstimas vestram Apostolicam potestatem.* Tertiò ratione quia Episcopi succedunt Apostolis. Sed Apostoli acceperunt suam iurisdictionem immediatè à Christo. Ergo, &c. Quartò, si Episcopi à Pontifice haberent Iurisdictionem, iam mortuo Pontifice expiraret illa Iurisdictio, quod tamen falsum est. Quintò & meliùs ad Ordinem Episcopatus exercendum necessaria est iurisdictio. Ergo Deus qui confert Ordinem, confert etiam Iurisdictionem. Confirmatur ex formula qua creantur Episcopi, & est hæc: [Prouidemus Ecclesiæ tali de tali persona, & præficimus eum in Patrem, & Pastorem, ac Episcopum eiusdem Ecclesiæ, committentes ei administrationem in temporalibus, & spiritualibus. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen.] Et hæ sunt diuersæ opiniones contra præsentem difficultatem.

6. Quid ego sentiam dicam breuiter: Secunda opinio est probabilis, quam tuetur etiam Ertius *in 4. sentent. dist.24.§.25.* Vasquez *disput.240. can.4.n.45.* & alij. Verùm ego primæ sententiæ tanquam probabiliori adhæreo, per ea, quæ tradit Suar. *de potest. Iurisdictionis in foro pœnitentiæ, tom.4.* iunctis iis, quæ idem tradit *tom.5. de potest. ferendi Censuras*, & ex iis, quæ tradit *l.b 4. de legibus, lib.4 num.5.* vbi fusè ostendit, potestatem legislatiuam esse in Episcopis iure humano, quod idem insinuat etiam Palud. *distinct.24. q.6. art.1.*

7. Dico igitur Episcopum iure humano habere Iurisdictionem, & eo solo Iure quoad Iurisdictionem esse superiorem Sacerdote.

8. Probatur. Constat enim posse dari Episcopum consecratum, qui nullam habeat Iurisdictionem: nam minus probatur, quod dicunt alij habere Iurisdictionem actiuam, seu quidquid requiritur ex parte principij, sed non habere materiam applicatam, sed applicationem fieri per Ecclesiam.

9. Confirmatur primò Pontifex, vt refert Bellarm. *in cap. citat. in fin.* creans Episcopos vtitur his verbis: *Prouidemus Ecclesiæ tali, de tali persona, &c. committentes ei administrationem in temporalibus, & spiritualibus*: quibus verbis non solùm materia videtur applicari, sed etiam videtur dari ipsa Iurisdictio actiua, cùm id sonet administratio, non minus quoad spiritualia, quàm quoad temporalia: Concessio autem administrationis in temporalibus dicit concessionem veræ facultatis, & potestatis moralis agendi.

10. Confirmatur secundò, Pontifex dicitur subtrahere Episcopis Iurisdictionem, restringere, ampliare; hæc autem propriè designant non applicationem, vel subtractionem materiæ, sed ipsius moralis facultatis.

11. Aduertendum est tamen, quod licèt Episcopi non videantur immediatè iure diuino habere Iurisdictionem, Pontifex tamen eo iure obligetur eos in partem sollicitudinis adsciscere: nam constituto per Christum gradu Episcopali, simul videtur præceptum Summo Pontifici, vt per se solùm non regat Ecclesiam, solos Sacerdotes ordinando, sed etiam ordinet Episcopos, eisque Iurisdictionem aliquam concedat conuenienter illorum gradui, itavt gradus Episcopalis iuxta suam exigentiam illam postulet, eamque maiorem quam communiter deceat concedi Sacerdotibus.

12. Per ordinationem ergo Episcopalem aliquis constituitur in Ecclesia in gradu Pastoris id est, qui conuenienter suo ordini possit pascere, & cui Pontifex debeat Iurisdictionem suo gradui conuenientem concedere ob bonum Ecclesiæ; propter quod tamen dici non debet Episcopum habere Iurisdictionem immediatè Iure Diuino, cùm aliud sit Summum Pontificem iure diuino debere concedere Episcopo aliquam Iurisdictionem, & conuenientem eius gradui maiorem, quàm simplici Sacerdoti, aliud verò eandem Iurisdictionem immediatè Iure Diuino Episcopo competere. Et hæc omnia docet Ioannes Præpositus *in 3. part. de Sacram. Ordin. quæst. vnic. dub.7. num.48. cum sequent.*

RESOL. LXXVI.

An Consecratio Episcopalis sit maior Ordinatione Sacerdotali? Ex p.12.tr.1. Resol.76.

§.1. NEgant Hæretici, vt olim Ærius teste Epiphanio *tract.75.* & August. *lib. de Hæresibus, tit.6. cap.53.* Ærius enim cùm esset Presbyter, dolereque, quòd non posset ordinari Episcopus, cœpit docere Episcopum non esse maiorem Presbytero, vt refert S. August. *loc. cit.* Idem postea docuit Ioan. Vicleffius teste Valdensi *lib.2. de doctr. fidei, art.3. cap.60.* Et nostro tempore Caluinus *lib.4. Inst. cap.4.§.2.* vbi dicit solum iure humano maiorem esse Episcopum, & proinde se habere inter Presbyteros, sicut Consul se habet inter Senatores. Idem sentit Chemnitius *in examin. sess.23.* Trid. & Erasm. *in priorem ad Timoth. cap.4.* & nouissimè impius Caluinista, Claudius Salmatius de potestate Papæ.

2. Dico igitur post Tridentinum dubitari non posse, quin Episcopatus iure diuino sit maior simplici Sacerdotio. Nam Trident. *sess.23. can.6.* sic ait: [Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris, anathema sit. Et can.7. *immediatè post*; si quis dixerit Episcopos non esse Presbyteris superiores (diuina scilicet ordinatione Hierarchica, de qua superiori canone) vel non habere potestatem confirmandi: vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem, &c. anathema sit.] Idemque fusiùs docet *cap.4.* vbi ordinationem Episcoporum distinguit ab ordinatione simplicium Sacerdotum: asseritque Episcopos ad Ordinem Hierarchicum diuinitus institutum præcipuè pertinere, & in locum Apostolorum successisse, & positos esse à Spiritu sancto regere Ecclesiam Dei, atque Presbyteris esse superiores.

3. Eandémque distinctionem inter Episcopum, & simplicem Sacerdotem tradunt Clemens Rom. *in can. Apost. 1. & 2.* Ignatius *in Epist. ad Philadelphios*, Dionysius *cap.5. Ecclesiasticæ Hierarchiæ*, Anaclet. *Epist.3. cap.1.* vbi sic ait: [Sacerdotum Ordo bipartitus est (in Episcopos, & Presbyteros) & sicut Dominus illum constituit à nullo debet perturbari, *& infra*: Episcopi Domini, & Apostolorum Presbyteri quoque septuaginta discipulorum locum tonent.] Quod iisdem fere verbis dicunt Damasus Papa *Epist.5.* Hieronym. *Epist.54. ad Marcellam de erroribus Montani*; & Augustinus *in Psalm.44.* circa illa verba. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij*: Item Episcopos tenere in Ecclesia Christi

Christi eundem locum, quem in Synagoga tenebat Ordo summorum Sacerdotum, nempe Aaronis, & successorum: Presbyteros verò tenere eundem, quem tunc tenebant filij Aaronis viuente patre, id est, minores Sacerdotes: ac demum Diaconos tenere locum Leuitarum, docent SS. Patres Hieronym. *Epist. 85. ad Euagrium in fine*, Leo *Epist.* 88. *ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ*, & Concil. Hispalense 11. *can.* 7. Atque tres illi Ordines erant alij aliis superiores in Synagoga ipso iure diuino, & distincti consecratione, officiis, vestibus ex diuina institutione, vt patet *ex c.* 18. & 40. Exod. *c.* 8. Leuit. & *cap.* 20. & 34. Numer. Ergo similiter distinguuntur in Ecclesia Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, iuxta mentem illorum Patrum: atque ita ex Christi ipsius ordinatione Episcopi sunt superiores Presbyteris, vt Presbyteri Diaconis.

4. Ex his omnibus concludo primò, quòd Episcopus iure Diuino maior est Presbytero, quantum ad potestatem Ordinis. Ratio est, quia Episcopus potest ordinare Sacerdotes, quod Presbyter facere non potest. Ita enim docet Damas. *in Epist. Epiphan. hæres.* 75. Chrysostomus, Theophylactus, & Oecumenius *in* 1. *ad Timoth. cap.* 3. & 4. Leo Papa *Epist.* 8. & D. Hieronymus *in Epist.* 85. *ad Euagrium*, vbi sic ait: *Quid facit Episcopus excepta ordinatione, quod Presbyter non faciat?*

5. Confirmatur experientia, quia nullus vnquam Sacerdos, aut Diaconus ordinatus est, nisi Episcopo. Quod autem hic sit iuris diuini; patet, quia ordinatio à Presbytero facta habetur irrita secundùm Damasum *loco cit.* & Gregorium III. *in Epist. ad Bonifatium.* At non esset irrita, si Presbyter iure diuino haberet potestatem ordinandi.

6. Non obstat argumentum deductum ex D. Paulo ad Philippens. cap. 1. *Paulus & Timotheus serui Iesu Christi omnibus sanctis qui sunt Philippis cum Episcopis, & Diaconis.* Hic per Episcopos debent intelligi Presbyteri, quia si intelligerentur Episcopi, quales nunc sunt, sequeretur fuisse in vna ciuitate plures Episcopos, quod est absurdum.

7. Respondeo cum D. Thoma *in* 2.2. *q.* 184. *art.* 6. *ad* 1. Illa duo nomina, *Episcopus & Presbyter*, tempore Apostolorum fuisse communia omnibus Sacerdotibus tam maioribus, quos nunc Episcopos vocamus, quàm minoribus, quos Presbyteros appellamus, licèt res ipsæ, & potestates distinctæ essent. Itaque S. Paulus nomine Episcoporum complexus est omnes Sacerdotes.

8. Eadem solutio adhiberi potest ad alia quædam testimonia, vbi nunc Episcopi pro Presbyteris nunc Presbyteri pro Episcopis nominantur, vt v. g. 1. ad Titum 1. n. 5. *Huius gratia reliqui te Cretæ, vt constituas per ciuitates Presbyteros.* Et paulò post explicans, quales debeat constituere Presbyteros, ita subdit: *Oportet Episcopum sine crimine esse.* Vnde patet illum promiscuè vsurpare duo illa nomina, *Episcopus*, & *Presbyter.*

Secundò, non obstat authoritatem D. Hieronymi *in Epist. ad Titum, cap.* 1.

9. Ad hunc locum Hieronymi, Medina *lib.* 1. *de Sacram. hominum continentia, cap.* 5. asserit, Hieronymum, Anselmum, Sedulium, & alios Patres fuisse planè in errore Ærij, Ecclesiam tamen in illis non damnasse eum errorem, sed toleralse, eo quòd essent aliàs Catholici, damnasse autem eundem errorem in Ærio, quia ipse multis aliis punctis erat hæreticus. Sed contra, quia hoc est iniuriam facere antiquis Patribus, & toti Ecclesiæ, quasi illa vnum, eundémque errorem damnaret in vno, & toleraret in aliis.

10. Respondet igitur ad dictum obiectum ex verbis D. Hieronymi, S. Thomas *in* 2.2. *q.* 184. *art.* 6. *ad* 1. Ant. Delphin. *Lib.* 2. *de Ecclesia*; sed mihi magis placet responsio Becani *de Sacram. cap.* 28. *q.* 2. Hieronymum sensisse, quòd Episcopus licèt iure diuino sit maior Presbytero quoad potestatem Ordinis, non tamen sit maior quoad potestatem iurisdictionis. Et hoc valdè est conforme verbis S. Hieronymi. Et hanc sententiam tenet, & magis explicat Martinon. *de Sacram. tom.* 1. *disp.* 66. *sect.* 3. *num.* 37. vbi sic ait: [Nunc breuiter dico Hieronymum loqui de differentia inter Episcopum, & Presbyterum, non quoad Ordinem, quæ superiorem esse Episcopum manifestè vni alibi tradit, vt supra ostendimus num. 32. & 33. sed quoad iurisdictionem, & regimen Ecclesiæ, propter quod maximè honorati solent, quodque ille censet prius ad commune consilium, seu Collegium Episcopi, & Presbyterorum pertinuisse. Postea verò vt vitarentur schismata, fuisse commissum Episcopis, qui plenam, & independentem à Presbyteris iurisdictionem haberent. Quæ verò ex Paulo obiiciuntur, non aliud probant, nisi quod vltrò fatemur, quodque iampridem aduertit *D. Chrysost. homil. in epist. ad Philippens.* fuisse tunc temporis nomen Episcopi commune Presbyteris, & Episcopis: sicut & nomen Diaconi commune fuit aliis ministris inferioribus. Omnes enim Ordine comprehendit Apostolus his verbis initio Epistolæ, Paulus, & Timoth. seruus Iesu Christi omnibus Sanctis qui sunt Philippis (id est omnibus Christianis) cum Episcopis, & Diaconis id est cum Sacerdotibus cuiuscumque gradus, & reliquis ministris; sic enim per compendium omnes ordinum gradus complecti voluit. Quo etiam sensu D. August. loco relato in obiectione, dicit se differre ab Hieronymo, illoque Superiorem esse secundùm vocabula, & rem videlicet significatam nominibus Episcopi, & Presbyteri, quam vocabulorum differentiam vsus iam obtinuit, cum olim indifferenter pro eodem vsurpatentur. Anselmus denique & Sedulius explicandi sunt, vt Hieronymus, cuius fere verba repetunt.] Ita Martinon. Cui adde Ioan. Præpositum *in* 3. *p. punct. vnic. de Ordin. dub.* 7. *n.* 38. & *seq.* & Auersam *de Sacram. Ordin. sect.* 6. *q.* 1. Vnde ex his remanet satis firmatum, id quod efficit Ecclesia, dum ordinationem Sacerdotalem celebrat die Sabbati, Consecrationem verò Episcopalem, propter eius maiorem dignitatem in die Dominica, vt ex peculiari resolutione infra demonstrabitur.

RESOL. LXXVII.

An sit valida Consecratio Episcopalis Titularis, cum non signatur ei aliqua Ciuitas?

Et supponitur, quod Episcopi Titulares verum in Consecratione recipiunt Ordinem Episcopalem. Ex p. 12. tr. 1. Res. 77.

§. 1. SVppono, quod Episcopi Titulares verùm in Consecratione recipiunt ordinem Episcopalem.

2. Probatur, quia Episcopi Titulares habent Iurisdictionem super illas ciuitates, super quas constituuntur Episcopi, quia habent potestatem ad gubernandas illas, si conuertantur ad fidem; & ista potestas est proxima non remota: Nam potest poni in executione nulla facta mutatione ex parte ipsius Episcopi.

3. Tum quia si talis ciuitas conuertatur ad fidem, non est necessarium quod Episcopus recipiat nouam Iurisdictionem à Summo Pontifice, sed poterit; & tenebitur gubernare illam ratione Iurisdictionis, quam antea habebat, Episcopi Titulares dicuntur, qui certis Ecclesiarum titulis

constituuntur, quibus olim Episcopi præfuerunt, & nunc à Saracenis, & Turcis, in quorum potestatem deuenerunt, tenentur. Difficultas est, an Consecratio dicti Episcopi sit valida, cùm non signatur ei aliqua ciuitas, vel populus, super quem habeat Iurisdictionem; Aliqui affirmant nullam esse consecrationem Episcopi, nisi signetur ei ciuitas, vel populus, super quem habeat iurisdictionem.

4. Quia licet Iurisdictio super ciuitatem, vel populum non sit in rigore metaphysico de essentia consecrationis Episcopalis, est tamen quædam conditio necessaria à principio requisita, vt verè fiat Consecratio; ergo. Ita Nugnus *tom.2. in 3.p.q.39. art.2. in expositione articuli S.Thom.ad fin.vers.Circa quartam Conclusionem.*

5. Sed verius, & probabilius mihi videtur dicendum, supradictam consecrationem Episcopi validam esse, etiamsi de facto ei non signetur aliqua ciuitas. Nam Iurisdictio actualis non est de essentia consecrationis Episcopalis, vt ipsemet Nugnus fatetur, quia solùm sufficit ad essentiam consecrationis Episcopalis cura animarum signanda à Romano Pontifice, quam positam exercere posset ordinatus Episcopus, nulla facta mentione ex parte ipsius.

6. Tum quia, sicut Episcopus simpliciter Ecclesiam, cuius est Pastor Romani Pontificis authoritate dimittens verè, & propriè est Episcopus, & tamen sine certa Ecclesia manet, *cap. inter corporalia, de transl.* sic etiam potest initio Episcopos sine certæ Ecclesiæ titulo creare. Ita tenent Hostiens. & Abbas *in capite inter corporalia, de transl.* Et ita ex Theologis sustinet Azor. *tom.2.lib.3.cap.29.q.3.* vbi sic ait: [Hostiensis & Abbas docent, posse absolutè, & simpliciter aliquem Episcopum consecrari, qui nulli certæ Ecclesiæ obligetur, Episcopus igitur ordinari, & consecrari poterit absolutè; hoc est si tantum Episcopalem consideremus authoritatem, ita vt solam accipiat Ordinis potestatem absque Iurisdictione, & hic consensu alterius Episcopi posset in illius Diœcesi obire, & exequi ea, quæ sunt Ordinis, posset Chrisma conficere, pueros confirmare, Clericos ordinare, Templa, Altaria, Vasa consecrare. Potestas verò Iurisdictionis non datur alicui, nisi in certum populum, cui possit ius dicere. Item *ex cap. Quoniam, de offic. Iudic. ordin.* constat iure aliquando Episcopum posse sibi Vicarium adiungere, qui habeat etiam Pontificiam Ordinis potestatem, vbi Abbas annotauit in hunc modum ex quo fit, vt quis absque Episcopatu creetur Episcopus? quoniam eiusmodi Vicarius consecratur, Episcopus erit sine Episcopatu.] Ita Azor.

RESOL. LXXVIII.

An Consecratio Episcoporum Ecclesiæ Latinæ differat à Græca.

Et docetur, quod Christus non designauit rem determinatam numero, vel specie Ordinum, sed reliquit eius rei determinationem specialem Ecclesiæ. Ex p.12. tr.1. Res.78.

§.1. REspondeo affirmatiuè etiam in Ritibus substantialibus, sed difficultas est, quomodo hoc eueniat, quia materia, & forma Sacramentorum debet esse æqualis, vtpotè instituta à Christo Domino, nec potest variari ab Ecclesia. Pro hac difficultate enodanda suppono, Christum Dominum sic instituisse materias Sacramentorum, vt in aliquibus Sacramentis non determinauerit rem ponendam, vel exhibendam talem secundùm speciem infimam, sed solum per se designasse in materiam positionem alicuius signi externi, vel traditionem externam alicuius rei sensibilis aptæ, vt per ipsam significetur talis effectus Sacramentalis verbi gratia, potestas Ordinis, & gratia specialis, quæ confertur, monuisse verò Apostolos generaliter vt res apta, & commoda ad talem significationem ferendam apud homines, traderetur pro talis Sacramenti materia propria, relinquendo Ecclesiæ determinationem magis specialem rei adhibendæ.

2. Et est optimum exemplum. Instituta est pro materia Sacramenti Pœnitentiæ propria manifestatio peccatorum sensibilis, vnde quæcumque manifestatio peccatorum talis sit per verba, vel sine verbis est sufficiens, quia tale signum externum peccatorum habet substantiam signi instituti à Christo, hoc est, habet rationem illam quam Christus voluit determinatè poni, vt sit Sacramentum, & non aliter in Sacramento Ordinis instituit Christus pro materia in aliquibus Ordinibus traditionem alicuius rei accommodatæ, ad significandum talis Ordinis ministerium, potestatem, & gratiam, ipse tamen non designauit, seu determinauit rem determinatam numero, vel specie, sed reliquit eius rei determinationem specialem Ecclesiæ, vt hæc opportunè determinaret rem talem istam, vel illam esse tradendam, verbi gratia, Librum, vel Vas, Cereum, vel Candelabrum, vel vtrumque, &c. Ratio cur ita Christus instituit, præter sanctissimum eius beneplacitum, videtur esse maior congruitas ipsius rei ob diuersos status temporum & locorum, in quibus Ecclesiæ Ministri erant ordinandi: non enim ita congruum, ne & facilè semper esset eodem vti signo: nam initio Ecclesiæ non poterat esse materia ordinationis liber Euangeliorum, vel Epistolarum, vel exorcismorum, sicut modò est materia apta huiusmodi traditio libri, vt dicemus. Et hæc omnia docet Bernal. *de Sacram. disput.47. sect.1. num.2.* cui ego addo (me citato) Franciscum Lugo *de Sacram. lib.1.cap.1. quæst.7.num.78.* Martinon. *tom.4. disput.9. sect.5. num.48.* Ioannem Pontium *in Curs. Theol. disp.48.quæst.2.conclus.8.num.15.* cum Cardinali Lugo, Amico, Isamberto, Auersa, Marchino, Fornerio, Arcudio, & pluribus aliis à me alibi adductis. Hoc supposito respondeo: Consecrationem Episcoporum, vt fuit instituta à Christo Domino in genere, esse non diuersam in Ecclesia Latina, & Græca, sed in specie à Pontifice fuisse hanc, & hanc in dictis Ecclesiis determinatam.

RESOL. LXXIX.

Afferuntur aliqua ex consecratione Episcoporum Græcorum, quæ firmant plures ex supradictis? Ex p.12. tr.1. Res.79.

§.1. NOtandum ex Ordinatione Græcorum varia posse colligi, quæ inter Doctores fuerunt hactenus satis dubia; nam apud eos Episcopus consecratur impositis manu cum pallio super caput consecrandi, sub hac forma: Diuina gratia, quæ semper infirma sanat, & imperfecta perficit & promouet N. Deo amabilissimum Presbyterum in Episcopum, à Deo custoditæ Ciuitatis Nostræ; Oremus igitur pro ipso, vt veniat super eum gratia sanctissimi Spiritus, deinde Pontifex aperit librum Euangeliorum, & imponit capiti, ac Cruci illius, qui ordinatur, simul vna tangentibus aliis Pontificibus, & facta trina cruce in capite illius, impositaque

sitáque manu, precatur dicens: *Domine Dominus noster*, &c.

2. Ex his enim videtur sequi primò ad substantiam Ordinis Episcopi non requiri, vt vtraque manus superponatur capiti, quia particula, imposita manu, de vna potest intelligi: sicut intelligitur in Ordinatione Presbyteri. Secundò non requiri immediatum manus contactum, cum Græci interponant pallium. Tertiò non requiri contactum manus plurium Episcoporum. Quartò impositionem libri Euangeliorum super caput, & Ceruicem eius, qui consecratur, non videri de essentia materiæ, cum ante sit consecratus per formam realem. Quintò vnicum Episcopum, esse ministrum huius ordinationis; nam aliorum contactus videtur omnino accidentalis. Primò, quia, vt patet ex dictis, ante huiusmodi contactum est creatus Episcopus. Secundò, quia ex parte illorum nulla respondet forma (nam prædicta oratio ab vnico recitatur) cum tamen is, qui materiam adhibet, debeat etiam formam proferre. Tertiò id indicat Dionysius *Ecclesiastica Hierarchiæ*, *cap.* 5. 2. *parte.*

3. Neque obstat, quod in prædicta oratione dicitur: Tu Domine omnium, & hunc qui suffragiis electus est, & dignus factus, qui subiret iugum Euangelicum, & Pontificiam dignitatem per manum mei peccatoris, & præsentium ministrorum, & Coëpiscoporum, aduentu, & virtute, ac gratia S. Spiritus corrobora. Id inquam non obstat, quia solùm designatur ritus quidam accidentalis, per quem declaratur tantùm, quòd Episcopo vi suæ ordinationis peculiariter competat Euangelium prædicare. Et hæc omnia obseruat Ioannes Præpositus *in 3. parte D. Thomæ, quæst. vnica, de sacrament. ordinis, dub.* 10. *numero* 75. sed pace Viri docti non rectè infertur à consecratione Græca ad consecrationem Latinam; nam possunt esse aliqua substantialia, quæ differant inter dictas consecrationes, non in genere, sed in specie, eo modo quo in superiori Resolutione obseruatum est.

RESOL. LXXX.

Obseruantur aliqua circa Consecrationem Apostolorum in Episcopos, & de tempore. Ex p. 12. tract 1. Res. 80.

§. 1. Asero, quod Episcopatus secundùm illam potestatem propriam, quam addit supra Sacerdotium, & Presbyteratum, institutus est post resurrectionem à Christo Domino. Ita Pater Vasquez, & plures alij contra Filliucium, & alios opinantes fuisse in nocte Cœnæ simul omnes Apostolos ordinatos Episcopos. Probatur: quia potestas, & character Episcopalis essentialiter præsupponit in suscipiente, Presbyteratum perfectũ, nempe characterem, & potestatem sacrificandi, & à peccatis absoluendi: ergo ille non est concessus Discipulis ante istum. Istum autem datum esse post resurrectionem, constat ex secunda Conclusione, atque etiam est communis sensus Doctorum iuxta Concilium Tridentinum *session.* 6. *can.* 14. *& session.* 14. *can.* 3. Consequentia verò patet, quis enim valeat si debito modo accipiat sacros Ordines, Episcopatum accipere, hoc est potestatem ordinandi, & confirmandi, & iurisdictionem aptitudinalem, siue actiuam in Ecclesia recipere, priùs quàm habeat potestatem, & characterem absoluendi fideles à peccatis? Ergo Christus non ita contulit Discipulis Episcopalem characterem, & Ordinem antequam potestatem ligandi, atque soluendi, quam traditam esse post resurrectionem constat ex dictis Concilij Tridentini.

2. Sed difficultas magna est inter Doctores de tempore, quo Christus Dominus aliquem ordinauit, & instituit Episcopum, sicque promulgauit in sua Ecclesia talem dignitatem, & ordinem. Prima opinio asserit quando *Matth. vltim.* coram Discipulis pronunciauit: *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, Euntes ergo docete omnes gentes*, &c. Ita Vasquez, & plures recentiores, quia tunc Apostoli habebant completam potestatem Sacerdotalem, & mittebantur ad prædicandum manifestè Euangelium, etiam Gentilibus: ergo erant Episcopi, vel facti sunt Episcopi; quorum munus est prædicare Euangelium. Confirmatur, quia ad tale munus necessaria erat potestas Episcopalis ergo tunc concessa fuit ista, quando commissum fuit illud.

3. Alia sententia est, Episcopos fuisse ordinatos quando Ioan. 20. *Stetit* IESVS *in medio eorum, & dixit pax vobis, accipite Spiritum sanctum*, &c. Hæc opinio displicet, quia tunc solùm data est potestas Presbyterij ad remittendum peccata. Deinde, quia cõstat aliquos Apostolorum non fuisse tunc ordinatos Episcopatu: nempe S. Thomam, qui erat absens; nempe S. Mathiam, qui postea adnumeratus est cum vndecim Apostolis, & accepit Episcopatum, neque Paulum, & Barnabam, qui postea sunt consecrati, vt *Actorum* 3. narratur; neque ex his, qui præsentes aderant, tunc fuit ordinatus S. Iacobus minor, cognominatus Frater Domini, sicut testatur Anacletus Papa, & Gratianus refert *in Decreto* 66. *cap. Porro*, & S. Hieronymus *libro de viris Illustribus*; quia fuit Iacobus ordinatus Episcopus Hierosolymitanus à tribus Apostolis, scilicet Petro, Ioanne, & Iacobo Zebedæi. Vnde sequitur non dari fundamentum, vt dicamus esse tunc ordinatos in die Resurrectionis Domini, aut immediatè ab ipso Christo omnes Apostolos in Episcopos.

4. Alia sententia asserit, Episcopos ordinatos die Pentecostes, quando Spiritus sanctus igneis linguis descendit. Probatur, quia tunc super Apostolos fecit signum sensibile, scilicet, ignis quasi dispersis; & modo super illum qui ordinatur Episcopus, ponitur liber Euangeliorum apertus, propterea, quod liber clausus sit lingua tacens, apertus autem lingua loquens, munus verò Episcopi est prædicare Euangelium.

5. Contra, quia sequitur inde, non solùm duodecim Apostolos, sed etiam ferè 120. recepisse tunc Episcopatum: quod dictum falsum est: nam Stephanus, & Philippus tunc aderant in eadem domo, qui postea ab Apostolis fuerunt Diaconi ordinati; ergo neque Apostoli ipsi per linguas igneas facti sunt Episcopi. Et tandem Salmeron latè docet Apostolos constitutos esse Episcopos à Christo Domino, cùm in Monte Oliueti, iamiam Cœlos post resurrectionem ascensurus eleuatis manibus eis benedixit. Hæc enim benedictio vtpote tam sanctis manibus impertita non potuit non conferre singularia dona dilectis Discipulis, atque adeo supremum Ordinem, seu Episcopatum, præsertim cùm apud Græcos per manuum eleuationem creari solerent Magistratus, iuxta quam doctrinam consequenter dicendum videtur, tunc temporis Episcopalem Ordinem institutum fuisse; In re tam incerta, ego puto Episcopalem ordinem institutum fuisse à Christo Domino post resurrectionem, cum Petro commisit Ecclesiam, & eum Summum Pontificem creauit, *Ioan.* 21. dicens: *Pasce Oues meas*, Probatur, supponendo id quod asserunt Turrecrem. *lib.* 2. Summæ de

de Ecclesia *cap.* 32. 33. & 34. Bellarminus *tom.* 1. *lib.* 1. *de Rom. Pontif. cap.* 23. & Dominicus Bannez *secunda secundæ, quæst.* 1. *art.* 10. *in fusiori commentario, lib.* 4. §. *Pro quo notandum*, scilicet, solum Beatum Petrum fuisse à Christo Domino creatum Episcopũ, & ab ipso reliquos Apostolos consecratos; id quod maximum fundamentum habet in iure Canonico, præsertim *cap. Porrò, distinct.* 66. Ex hoc enim principio fit; hanc Ordinationem Beati Petri non fuisse celebratam in nocte cœnæ, vbi aderant omnes Discipuli, nec post resurrectionem cùm *Ioan.* 20. dixit: *Accipe Spiritum sanctum*; nec in die Ascensionis, cum omnibus benedixit, quia in his euentibus nihil peculiare dictum est Petro, quod hanc Ordinationem iudicaret. Ergo verisimilius est accidisse post resurrectionem in ea apparitione, in qua accepit Summum Pontificatum illis verbis *Pasce Oues meas*: rectè enim cohærebat Ordinatio Episcopalis cum constitutione Summi Episcopi, atque Pastoris: ergo ibi institutus est Ordo Sacerdotalis, cùm Apostoli instituti sunt Sacerdotes, ita institutus credendus est Episcopatus, cùm Beatus Petrus Episcopus constitutus est. Et ita hanc sententiam sustinet Granadus *in* 3. *parte, contra vers.* 9. *tractat.* 1. *disput.* 1. *num.* 10. Bellarminus *lib.* 1. *de Romano Pontifice, cap.* 23. Salmeron *tom.* 12. *in Acta Apost. tract.* 13. §. *Verum hoc posito.* Marchin. *de Sacramento Ordinis, tract.* 1. *part.* 2. *cap.* 12. Bernal. *de Sacramento, disp.* 46. *sect.* 7. *num.* 53. Leander *de Sacram. tom.* 2. *tract.* 6. *disput.* 2. *quæst.* 33. & alij. Vide Turrecrem. *lib.* 2. *cap.* 32. 33. & 34. vbi latè probat.

6. His tamen non obstantibus non nego opinionem asserentem Apostolos fuisse à Christo Domino, & non à Diuo Petro consecratos Episcopos esse satis probabilem, & illam ex Patribus tenet Diuus Augustinus *lib.* 2. *Q. Q. vers. & noui Testament.* Cyprianus *libro* 3. *Epistola* 9. Cyrillus *in Ioannem, lib.* 12. *cap.* 55. & alij. Et ex Theologis Caietanus *tract. de Auctoritate Papæ*, & *Concil. cap.* 3. Sotus *in* 4. *dist.* 20. *quæst.* 1. *art.* 2. Franciscus Vargas *de potest. Papæ*, Herueus *de potest. Papæ*, Gabriel *in can. Missæ, lib. lect* 3. & Maior *in* 4. *distinct.* 24. *quæst.* 3. quibus omnibus adde Zachariam Pouerium *in Censura Paræneticæ contra Rempublicam Marci Antonij de Dominis, lib.* 2. *cap.* 2.

RESOL. LXXXI.

An si Episcopi consecrarent in aliquo Oratorio priuato Cardinalium, Episcoporum, & Regularium, peccarent mortaliter?

Et quid de ministrantibus Sacramentum Confirmationis in supradictis Oratorijs?

Et asseritur Sacerdotes celebrantes extra Ecclesiam, Secluso scandalo, & contemptu, non peccare mortaliter

Et docetur supradicta Oratoria non esse pollutionis Ecclesiasticæ capacia. Ex p. 12. tract. 1. Res. 81.

§. 1. REspondeo consecrationem fore validam, nam locus non est de eius essentia, difficultas est, an peccarent, quia supra iam diximus consecrationem Episcoporum esse faciendã in Ecclesia, & videtur negatiuè respondendum; nam primò Sacramentum Confirmationis, licèt ordinariè ministretur in Ecclesia, tamen aliquãdo Episcopi illud ministrant in Oratorio, & ita ego olim docui, & docet Hurtadus *de Sacramento Confirmationis, difficult.* 14. Sylvest. *vers. Confirmat. num.* 4. Sancius *in Select. disp.* 40. *num.* 4. & alij: Secundò non desunt Doctores assentes, Sacerdotes celebrantes extra Ecclesiam secluso scandalo, & contemptu non peccare mortaliter: Ita tenet Sotus *num.* 4. *sentent. distinct.* 13. *quæst.* 2. *art.* 3. & Emanuel Sà iuxta correctionem Magistri Sac. Palatij *vers. Missa, numero* 20. Tertiò quia supradicta Oratoria dicuntur quodammodo Ecclesiæ publicæ, & ita loquens de Oratoriis Cardinalium non solum dignitate, sed etiam scientia Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Brancaccius in mea *part.* 6. *tract. vltim. resolut. vltim.* vnde omnes Sacerdotes possunt in dictis Oratoriis Missam dicere, & in diebus festiuis si quis in illis Missam audiret satisfaceret præcepto, vt Ego alibi satis probaui: ergo, &c. Verùm his non obstantibus posset aliquis dicere, difficulter excusari à peccato lethali Episcopos cõsecrantes in supradictis Oratoriis. Probatur, quia essent transgressores sacrorum Canonum, & facerent contra communem consuetudinem Ecclesiæ in re grauj: quod peccent lethaliter, docet Nugnus loquens *de administrat. Sacrament. Confirmationis extra Ecclesiam in* 3. *part. tom.* 1. *quæst.* 72. *artic* 2. vnde nullus Episcopus vsque abhuc ausus est Confirmationem Episcoporum extra Ecclesiam facere, nec Pontifex visum est in hoc dispensasse: ergo. Nec obstant in contrarium adducta, nam Sacramentum Confirmationis non solum potest ministrari in Oratorio, sed omni loco decenti, vt obseruat Petrus à Sancto Ioseph. *in Idea Sacramentali, cap.* 24. *resolut.* 4. Coninch. & alij, quos citat & sequitur Martinus de Sancto Ioseph. *in Mon. confess. lib.* 1. *tract.* 2. *de confirmat. num.* 8. & passim hoc esse licitum, demonstrat consuetudo omnium Episcoporum, quod quidem, in nostro casu non adest, nam vsu contrarius inuiolabiliter obseruatus est ab omnibus Episcopis: ergo ad secundum argumentum Soti, & Sà *de celebratione Missæ extra Ecclesiam*, respõdeo illam sententiam ab omnibus reiici vt me citato docet Pater Quartus *in Rubricas Missalis, part.* 3. *tit.* 10. *num.* 1. *sect. . . . dub.* 4. Ad tertium argumentum respondeo, rectè loquutum fuisse Eminentissimum Brancaccium; nam quod alia priuilegia, Oratoria Cardinalium dici possunt Ecclesiæ publ. non autem absolutè, & quoad alia; quia non sunt benedicta, & inde si in illis quis fornicaret non committeret sacrilegium, vnde ad confirmationem supradictarum, non deseram hîc apponere verba doctissimi, & amicissimi Petri Francisci Passarini *de Pollut. Eccles. disput.* 2. *cap.* 12. *num.* 4. vbi me citato sic ait. [Oratoria, seu Capellas in Palatiis, seu domibus tam Cardinalium, quàm Episcoporum, non esse Pollutionis Ecclesiasticæ capacia. Ratio est quia sunt Oratoria vere, & merè priuata, ideirco non benedicta, nec proinde propriè sunt Ecclesiæ, vnde nec pollutionis Ecclesiasticæ capacia esse possunt ex supradicta ita nobiscum sentire coguntur quotquot supradictis hæc Oratoria esse dicunt non sacra, vel priuata *Iordan. variar. elucubrat. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 1. *numero* 132. Beja *in respons. cas. conscient. part.* 4. *cas.* 33. Vgolin. *de Officio, & Potestate Episcopi, lib.* 1. *cap.* 2. §. 2. *n.* 4. Cardinalis Brancac. *in dicta dissertat. de Priuilegio Capell. Cardin. apud Dian. part.* 6. *tit.* 8. *resolut. vltim.* Sacra Congregatio Concilij *die* 22. *Septembris* 1640. *apud Dian. loco cit.* Valerius *in differentijs vtriusque fori ver. Missa, different.* 2. *Dian. ipse, part.* 9. *tract.* 1. *resolut.* 33. *in fin.* Gauant. *ver. Missa, num.* 22. Clarius autem hoc colligitur ex Thom. del Bene *de immunitate, & iurisdictione Ecclesiæ, cap.* 2. *dub* 2. *sect.* 7. *num.* 14. & 15. & etiam *cap.* 16. *dub.* 9. *sect.* 14. *numero* 14. Riccio de Fagundez *loco citato*, & ex iis omnibus, qui cum negent licere Episcopis celebrare extra loca sacra sine necessitate; vel iusta causa, ideirco negant etiam id ipsum in Sacellis, vel

Sup. in Res. 64. huius tract.

Docuit in tom. 1. tr. 2. Resol. 10. §. Notãdũ est, & in Res. 11. §. Nec etiã.

vel Oratoris Episcopalium Palatiorum, vel domorum, si iusta ibi celebrandi causa desit, nam certè talia Oratoria loca sacra non esse, & consequenter neque pollitionis huius capacia putantur. Imo clarissimè hoc asseritur, tum à Diana *part.9. tract.2. resolut.32.* in medio, *& 33. in fin.* (licet enim loquatur de Oratoriis regularium, eadem tamen militat ratio, etiam in Oratoriis Cardinalium, ac Episcoporum, vt considerati patere potest, & videre est apud Cardinalem Bonac. loco cit.) *tum à* Iord. *loco cit. lib.5. tit.11.num.1.* & aliis, *apud ipsum.* Hucvsque Passarinus, qui postea subdit, quod licet Episcoporum Oratoria ab ipsis Episcopis erecta sint, & se habeant ad modum publicorum Oratoriorum cum titulo alicuius Sancti, vt dixit Pasqualigus *decis.55.n.3.* non propterea tamen ea esse Oratoria ex se sacra, ac proinde diuino cultui in perpetuum dicata: & vt dixi multò minus esse Ecclesias, aut Ecclesiarum nomine comprehendi; non enim erecta fuere per publicam Episcopi authoritatem, quæ ad locum sacrum constituendum necessaria est, vt superius alibi dicebamus, sed per priuatam, vnde priuata etiam authoritate destrui possunt, & ad vsus prophanos conuerti, quod fieri non potest in locis publica Episcopi auctoritate erectis, ac proinde propriè sacris, & diuino cultui in perpetuum dicatis, ergo, &c.

2. Vidisti, Amice Lector, difficultates hinc inde circa præsentem quæstionem. Ego, quid sentiam, dicam breuiter: dico igitur Episcopos consecrantes in supradictis Oratoriis non peccare mortaliter, sed tantùm venialiter. Probatur, quia non transgrediuntur Canones, neque operantur contra consuetudinem in re graui, sed tantum in re leui, non enim consecrationem Episcopalem efficiunt omnino, & extra Ecclesiam, quod quidem prohibent Canones, sed tantùm in locis, qui licet strictè, & propriè Ecclesiæ non sint, quodammodo tamen, & largo modo Ecclesiæ dicuntur. Ergo tantùm venialiter peccare dicendum est, & non mortaliter: nam alioquin eadem esset transgressio, & culpa consecrare Episcopos, verbi gratia, in platea publica, ac in supradictis Oratoriis, quod dicere videtur absurdum; nam supradicta loca differre à prophanis, & publicis locis apertè patet. Ergo, &c.

3. Dices, sine scrupulo peccat venialis, Episcopi ministrant maiores Ordines in supradictis Oratoriis; Ergo idem dicendum erit de consecratione Episcoporum; nam vtraque actio est Sacramentum. Respondeo in primo casu extare consuetudinem; non autem in secundo, & ideo ego puto in tali casu peccare venialiter non autem in primo. Et ita sentio saluo meliori iudicio; sufficit enim in re noua, & à nemine pertractata superiùs dicta adnotasse.

RESOL. LXXXII.

An stando in opinione, quod vnctio, Chrismatica sit de essentia Consecrationis Episcopalis, quæritur, an illa efficiatur medio aliquo instrumento, sit valida?

Et deducitur vnctionem collatam medio aliquo instrumento, & non manu immediata Episcopi in Sacramento Confirmationis esse quidem validam. Ex p.12. tract.1.Ref.82.

Sup. hoc in Resol. not. præteritæ §. Sed, à lin. 4. vers. & ita, & in tom. 1. tr. 2. Res.8 & in aliis eius primæ not.

DIximus supra, talem vnctionem esse validam, & non illicitam, saltem mortaliter, si efficeretur non pollice, sed alio digito: nunc quæro, stando in opinione Isamberti, & aliorum, quam ego non teneo, an sit valida, & licita si efficiatur medio aliquo Instrumento, & quidem esse inualidam videtur dicendum à simili; nam asserunt DD. quod vnctio Sacramenti Confirmationis, non facta mediante manu Episcopi, sed mediante aliquo Instrumento est inualida & ideò Ludouic. Abely *in Medul. Theol. to.5. de Sacr. confirm. c.3. sect.1.* sic ait, [docet Isambertus de necessitate huius Sacramenti esse, quod vnctio Chrismatis manu, seu digito Episcopi, non verò mediante vllo alio Instrumento fiat, quod vero fiat pollice dexteræ manus, id non nisi ex præcepto Ecclesiæ esse ad maiorem decentiam, & commoditatem.] Ita ille, cui adde Busembaum *in Medul. Theolog. moral. lib.6. tract.2. cap.2. dub.1. num.* 2. qui cita Filliucium, & Layman. Idem docet doctus Escobat *in Theol. moral. tract.7. exam.3. cap.4 num.19.* & me citato, Franciscus Lugo *de Sacramentis, lib.3. cap.1.9.5. n.63.* qui citat Suarez, Auersam, Durand. Bonac. Palaum; Reginald. & alios.

3. Sed ego puto non rectè argumentari ex Sacramento Confirmationis ad Consecrationē Episcopalem, nam in ista non militat ratio pro casu, quæ militat in confirmatione, nam essentialis est huic Sacramento manus impositio, quæ propriè significat immediatum contractum, præcipuè quando manus imponitur ad sanitatem corporis, vel animæ conferendam, & per hanc immediatam manus impositionem, intelligitur Sacramentum confirmationis à primis Ecclesiæ temporibus; citam per Apostolos fuisse ministratum. Et ideo Martinon. *in 3. part. Diui Thomæ de Sacram. tom.2. disput.27 sect.3. num.22.* obseruat, aliquos existimare materiam remotā Sacramenti Confirmationis esse solùm manus impositionem, quia Apostoli *Actor.8. & 19.* sola manus impositione confirmarunt, vt interdum fecisse concedit S. Thom. *quæst.72. art.2. art.2. ad1.* & significat Innocentius III. *cap. cum venisset extra, de sacra unctione*, dicens pro frontis Chrismatione, designati manus impositionem, quam faciebāt Apostoli. Et floret in decreto, affirmans confirmationem dari loco illius impositionis manuum, quæ olim fiebat ab Apostolis: idem denique in vsu fuisse tempore Concilij Arausicani sub Leone I. docet Firmodus *Antirrhetico num.10.* motus verbi Canoni I. Arausicani à se correcti & explicati: vbi inquit: Præcipitur, vt si quis in baptismo Chrismatis fuerit, non chrismetur iterum in confirmatione: sed nimirum manus tantùm ab Episcopo ipsi imponatur, quod confirmat verbis quibusdam Hieronymi, Gennadij, Hilarij Arelatensis, & D. Augustini, qui confirmationem vocant manus impositionem.

3. Verum ego etiam puto satis probabile vnctionem in Sacramento Confirmationis, collatam medio aliquo Instrumento: & non manu immediata Episcopi, esse, quidem validam, & ita probabiliter contra Suarez cum Amico olim tenui; & nunc iterum teneo, & ita tenet Martinus de S. Ioseph. *in Mor. confir. lib.1. tr.1. de Confirmat. num.14.* vbi sic ait? Es necessario que la vncion se aga con la mano, o con el dedo; y si se hiziesse con algun Instrumento no seria valido el Sacramento, vt Suarez, Ægidius Sà, & alij plurimi quos citat, & sequitur Bonacina *loco citato, disput.3. punct.3.* [aunque otros con mas probabilidad tienen que no es creible que pusiesse Dios el valor del Sacramēto en que se haga la vncion con la mano, ò con otro Instrumēto, antes se pudiesse creer lo contrario; porque es cosa accidental, de quo vide iura suprà cit. *numero 9. in fine*, Henriquez *cap.2. num.3.* Viualdus *de confirmāt.* Hurtad. *difficult.6. in fine.* A mi me parece lò mismo, y que solamente se deue hazer por precepto de la Igkesia, porque la forma se verifia vnguiendo con algun

Tenuit in Ref. not. seq. sed non ē in Amico ibi, nec in vlla alia Ref.

Instrumento; y en tiempo de peste, o de otro mal contagioso, será licito vngir con qualquie instrumento, y por precepto de la Iglesia se ha de hazer con el dedo police de la mano derecha;] S.Thom. *quæst.70.art.9.*Suarez *loco cit. sect.4. in fine.*Angles *de Confirm art.3.concl.2.* Henriq.*cap.2. num.* & *cap.1. n.4.* Ita ille.

4. Sed audiamus Dicastillum *de Sacram.tomo 1. tract.3.disput. vnica, dub.12. num.150.* vbi sic ait: [Addit etiam Diana, non solùm esse necessarium necessitate præcepti, sed Sacramenti ad valorem vngere immediatè manu in fronte confirmati, secus verò putat in Extrema-Vnctione, in qua tempore pestis existimat posse dari Instrumento. Sanè Extremam-Vnctionem vidi non indoctos viros conferre argentea virgula affixa operculo vrceoli; in quo oleum seruari solet, non solum tempore pestis, sed in aliis occasionibus. Nec video rationem, quæ cogat negare valorem Sacramenti Vnctionis, si cum instrumento fiat; omninò tamen vitandum est.

Quæ nunc est in to.1.tr. 2. Res. 8. & in aliis eius primæ not.

5. Quod verò attinet ad Confirmationem, ipse Diana ibi resolut.18. refert diuersas sententias: Suarius quidem, & Coninch, quos nos suprà retulimus, & refert, & sequitur Layman. *lib.5. tract.3. cap.2.num.5.*Reginaldus *tom.2. praxis libro 28.cap.2. num.20.* Filliucius *tom.1. tract.3. cap.1. num.17.* Nugnus *in 3.par.tom.1.quæst.72. art.4. conclus.2.* putant necessarium necessitate Sacramenti. Probant, quia vt dicebamus *numero 60.*manus impositio est de ratione huius Sacramenti, quod si solum fiat medio Instrumento non est vera manus impositio. E contra verò aliqui recentiores, cum quibus sentit Fernandez de Heredia *in disput. de Sacramento Confirmationis, dub. vnico,num.2.* non putant pertinere hoc ad essentiam Sacramenti, & ipse Diana videtur hanc sententiam iudicare probabilem, & tutiorem. Et quidem quod sit tutior, nemo potest dubitare; si verò tantùm dicatur probabilis, relinquit locum oppositæ sanè in praxi omnino, & sub mortali mihi amplectenda videtur prior sententia, quia est communis, & ferè recepta, sed non video efficaciter probari: nam etiam manuum impositio non debet intelligi in toto rigore physico, sic in illo celebri Canone *17.quæst.4. si quis suadente*, fit mentio de iniectione manus dum ait: *si quis suademe Diabolo manus in Clericum, vel Monachum iniecerit*, & tamen vera iniectio manuum, est quæ fit instrumento, imo ipsa vnctio facta digito in toto physico rigore non est immediata manus impositio, mediat enim oleum; intelligenda ergo est moralis impositio manus, cúmque hæc impositio manus sit ad inungendum, sufficiet fieri modo quoad vngendum sufficiat, ad hoc autem sufficit si Instrumento fiat, sicut iniectio manus ad percutiendum, sufficit fieri instrumento apto ad percutiendum.] Hucvsque Dicastill. vnde ex his sequitur à fortiori esse dicendum, stando in opinione Isambert. & aliorum asserentium vnctionem Chrismaticam esse de essentia confirmationis Episcopalis, sequitur, inquam, talem vnctionem si efficeretur non manu immediata Episcopi, sed medio aliquo instrumento, esse quidem validam; Puto tamen esse illicitam, & Episcopos taliter vngentes peccare mortaliter. Probatur, quia esset contra consuetudinem, & praxim vniuersalis Ecclesiæ in re graui, & contra præscriptum in Pontificali Romano: ergo, &c.

RESOL. LXXXIII.

An Sacrum Chrisma adhibendum in Consecratione Episcopi sit necessario benedicendum ab Episcopo?

Et quæritur, an Pontifex possit delegare simplici Sacerdoti, vt benedicat Sacrum Chrisma pro Sacramento Confirmationis. Ex p.12. tr.1. Res.83.

§.1. POntificale Romanum ordinat in Consecratione Episcopali adhibendum esse sacrum Chrisma cuius vnctionem Isambertus & alij, vt suprà vidimus, putant pertinere ad essentiam Consecrationis Episcopalis, cùm sit eius materia partialis, ideo stando in sua sententia quam ego tamen non teneo, discutienda veniunt aliqua dubia circa dictum sacrum Chrisma, quorum decisio sumenda est ex his, quæ dicuntur in Sacramento Confirmationis, vnde ad propositam quæstionem dico, reiiciendam esse Caietani opinionem *in 3.part.quæst.72.art.3.* asserentis: simplicem Sacerdotem posse Chrisma benedicere, ita vt teneat benedictio, licèt peccet: qua loquendi forma videtur indicare Sacerdotem id posse validè, etiam absque commissione, & authoritate Pontificis, mouetur autem ea ratione, quod nulla sit maior consecratio, quàm ea, qua conficitur Eucharistia, cùm ergo simplex Sacerdos hanc possit efficere, poterit omnem aliam. Sed hæc sententia, videtur planè temeraria, cùm in re maximi momenti repugnet communi sensui Ecclesiæ absque ratione sufficienti: adde ex nullo Concilio, vel Patre tenuiter apparere hanc potestatem simplici Sacerdoti competere. Nec Caietanum iuuat eius ratiocinatio, nam ex ea sequeretur simplicem Sacerdotem posse etiam sine commissione Pontificis valide cóferre Sacramentum Confirmationis, immò Sacerdotem, & Episcopum consecrare, cùm hæ Consecrationes sint inferiores confectione Eucharistiæ: hæc autem sunt inaudita; vnde dicendum posse conficere Eucharistiam, quia offerre Sacrificium est Sacerdotis eique conuenit ex proprio gradu? Duces verò, & milites in Ecclesia constituere, & aptare materiam Sacramentorum, qua vtantur Ministri secundum naturalem exigentiam pertinet ad Duces, & Principes eiusdem Ecclesiæ. Itaque, quod Chrisma debeat consecrari ab Episcopo tanquam ab Ordinario consecrante, colligitur ex omnibus Patribus, & Conciliis, quæ expressè docent, hanc consecrationem pertinere ad Episcopum: ita enim Concilium Florentinum, Catechismus Romanus, *neque enim*, inquit *ad alium ea confectio, nisi ad Episcopum pertinere potest, qui eiusdem Sacramenti ordinarius Minister constitutus est.* Vnde Canones, & Concilia expressè prohibent hanc consecrationem Presbyteris, & Concilium Toletanum VIII. [Quæ de re nosse nos conuenit, quod Episcopalis eminentiæ Diuina authoritas non immeritò sacris omnibus esse summa percensuit, quæ cæteris Sacerdotibus exercenda prohibuit: scilicet Templorum Dei Sacrationem Chrismatis benedictionem, sacrorúmque Ordinum institutionem. *Ex Canone Presbiter 26. quæst.6.* (sic habetur) Presbiter inconsulto Episcopo, Virgines non consecret: Chrisma verò nunquam conficiat.] Idem docet Innocentius I V. in Bulla suprà citata. Ratio verò est, quia sicut ordinarius Minister huius Sacramenti, vt eadem Concilia, & Patres docent, est solus Episcopus, ita Ordinarius etiam consecrator materiæ Cófirmationis erit solus Episcopus, ad eundem quippe spectat materiæ consecratio, ad quem spectat Sacramenti confectio, & hæc omnia docet præpositus *in 3.part. quæstione 72.articulo 3. dub.2. numero 22.* Amicus *in Curs. Theolog. tomo 7. disputat.13.sect.2. numero 43.* & alij communiter. Vnde ex his refellendi sunt heretici, qui irridentes benedictionem Chrismatis, Caluinus *libro decimo, Instit.*

Sup. n. 12. figura eius in fine Res. 82. Quæ lege Res. 82. dub. 1. Res.

Institutionum, cap. 19. §. 8. vocat Oleum Diaboli mendacio pollutum. Chennerius Chrisma excantatum, & benedictionem superstitiosam, Magicam, illúdque summopere irrident quod Ecclesia post Chrismatis benedictionem dicat, Aue sanctum Chrisma: loquutio enim ad res animatas, & rationales dirigitur; Chrisma autem est quoddam inanime. Sed præter Hæreticos inter Catholicos existimauit etiam aliquis, non esse necessarium Chrisma consecratum, aut benedictum ad valorem Confirmationis, sed posse validè conferri cum Chrismate non consecrato. Pro hac sententia adduco Paludanum *in 4. dist. 7. quæst. vltima, in solut. ad* 1. contra communem opinionem, vbi dicit ex dispositione Pontificis posse aliquem confirmari Chrismate non consecrato, quia Christus instituit materiam huius Sacramenti iuxta sanctificationem Ecclesiæ. Vnde posset Pontifex sanctificationem omittere; Christus enim instituit quod Chrisma sit materia eo modo, quo fuerit per Ecclesiam determinata. Explicat Paludanus exemplo matrimonij, quod quidem nullum est inter personas, quas Ecclesia reddit illegitimas: sic etiam nulla erit Confirmatio, si sit in materia contra ritum Ecclesiæ, iuxta quam opinionem Paludani hæc duo simul constant, & Chrisma benedictum esse essentialem materiam, quando Ecclesia id determinauit, iuxta commissionem à Christo acceptam, & præterea posse Sacramentum hoc validè conferri cum Chrismate non consecrato, si Ecclesia vellet eam consecrationem omittere, & aliud statuere, quam quod hactenus statuit: eandem sententiam, & verba Paludani transcripsit Capreolus *in 3. dist. 7. quæst. 2. in solut. ad* 1. & probabilem iudicat Estius *in 4. eadem distinct.* §. 9. *in fine.* Sed quæ supra dixerunt Caluinus, & alij Hæretici sunt eorum deliramenta, & in primis dicimus non esse nouum, vt per figuram Prosopopeiam res inanimes alloquamur, salutemus, & benedicamus. Alloquutionis exempla complura suppeditat Daniel *in Cantico trium Puerorum*, & Dauid *Psalmo* 148. salutationis exempla habemus in Carmine Fortunati Pictauiensis, quod habetur in Ordine Romano *Salue festa dies toto venerabilis anno*, & in Hymno Crucis, *O Crux aue spes vnica*, & ibi, *Sola digna tu fuisti*, & quæ sequuntur, & S. Andreas salutans Crucem dixit, *Salue Crux diu desiderata.* Benedictionis etiam exempla extant Deuteronomij 28. *Benedicta horrea tua*, & Sapientiæ 14. *Benedictum lignum, per quod fit iustitia*, & Ecclesiastici 43. *Vide Arcum in nubibus, & benedic eum.* Addo etiam vocem illam salutationis non semper significare *Deus te seruet*, cum dicamus. *Saluete sanctissimi Pedes Christi.* Imo & Deum ipsum salutare possimus, atque aptè dicere, *Salue immensa bonitas*; non enim sensus est, Deus te seruet, qui blasphemus esset, sed est nota honoris, & submissionis. Denique dico non salutari Chrisma physicè substantialiter absolutè, sed relatiuè moraliter provt Symbolum gratiæ in sacra Scriptura, denotatque, vel gratiam nobis conferendam, vel ipsum Christum. Vnxit enim Deus Christum oleo lætitiæ, & Christi nomen à Chrismate deriuatur. Moralia autem relatiuè, non absolutè accipienda sunt, sicut, & laudamus imagines, vt quid vtile ad cultum exemplaris, quia vtilitatem hanc in se habent, qui tamen laudis honor in exemplar resultat, vide Mercerium *de Sacram. quæst.* 72. *artic.* 2. *propos.* 3. Pontium *in Cursu Theologia, dist.* 43. *quæst.* 2. *concl.* 4. *num.* 8.

2. Sed hic oritur difficultas, an Pontifex possit delegare simplici Sacerdoti, vt benedicat sacrum Chrisma, & negatiuè eam Suarez, Coninch, & Layman respondet nouissimè Pater Escobar *in Theolog. moral. tom.* 2. *lib.* 12. *sect.* 2. *cap.* 12. *probat.* 4. *memb.* 83. asserens Episcopalem benedictionem pro conficiendo Chrismate ex Christi haberi institutione, Christus enim teste Fabiano *Epist.* 2. *ad Episcop. Orient.* docuit Apostolos modum Chrisma conficiendi: quem Ecclesia semper obseruauit. At Ecclesia nunquam simplici Sacerdoti Chrismatis cõsecrationem commisit, tametsi aliquando commiserit Confirmationis administrationẽ. Ergo Chrismatis consecratio ex Christi institutione Episcopi est annexa, non igitur potest Pontifex id immutare. Neq; enim est missũ à Christo Domino relictam Pontifici potestatem communicãdi simplici Sacerdoti confirmationis ministrationem, non tamen conficiendi Chrismatis consecrationem, quia Confirmationis ministerium, non semel expostulat à simplici Sacerdote fieri ob Episcopi absentiam, at Chrismatis confectio rarò, vel nunquam, cùm vnius Chrismatis confectio pluribus Diœcesibus valeat deseruire. Verum licet hæc opinio sit probabilis, ego tamen alibi adhæsi opinioni affirmatiuæ, quam tuetur Amicus *in Cursu Theologiæ, tom.* 7. *disp.* 13. *sect.* 2. *n.* 46. cum aliis, quibus nunc addo Bizozerum *de Sacram. part.* 3. *cap.* 4. *quæst.* 5. *num.* 6. Et ad argumentum contrarium respondet, illud tantùm esse negatiuum, in quo neutra sententia neque affirmans, neque negans positiuè fundari potest, nisi abundè constet de dispensabilitate, vel indispensabilitate. Cùm igitur nobis constet de dispensabilitate, quoad ministrum huius Sacramenti, ex eadem non improbabiliter infertur dispensabilitas, quoad consecrationem materiæ eiusdem Sacramenti.

Alibi in Res. not. præteritæ.

RESOL. LXXXIV.

An in Chrismate adhibendo in Consecratione Episcopali sit necessaria mixtio Balsami cum oleo? Ex quo sequitur etiamnan sit necessaria prædicta mixtio pro Sacramento Confirmationis? Ex p. 12. tract. 1. Resol. 84.

§. 1. VIdetur negatiuè respondendum ex his, quæ asserunt Doctores in Sacramento Confirmationis. Probatur primò, hæc opinio authoritate Innoc. III. *cap. Pastor. de Sacram. non iterandis*, vbi interrogatur Pontifex an Sacramentum Confirmationis iterandum esset in eo, qui per errorem non Chrismate, sed Oleo tantùm fuit vnctus. Respondit; *non esse aliquid iterandum, sed cautè supplendum, quod incautè fuerat prætermissum.* Si autem Balsamum esset materia essentialis Confirmationis, debuisset totum Sacramentum in eo casu iterari, quia cùm non fuisset per solam Olei vnctionem Sacramentum essentialiter perfectum, iterum debuisset per vtriusque materiæ vnctionem perfici, cùm nec pars materiæ præcedentis possit componere vnum cum parte materiæ præsentis, nec pars materiæ præsentis, cum parte materiæ præcedentis, quia tota materia essentialis, debet esse moraliter præsens formæ. Confirmatur; nam eodem modo ibi Pontifex respondet supplendam tantùm esse Episcopalis manus impositionem in eo, qui sine illa fuerat per errorem ad Subdiaconatum promotus, ac Balsami vnctionem in eo, qui sine balsamo per errorem fuerat confirmatus. Sed manus impositio non de essentia Subdiaconatus: ergo neque balsamum Sacramenti Confirmationis. Probatur secundò, nam Chrisma, quod est materia necessaria Confirmationis interdum apud Patres significat solum Oleum Benedictum, videantur Cyprianus *Epist.* 70. Augustinus *lib.* 5. *de Baptismo, cap.* 20. Innocentius I. *Epist.* 1. *cap.* 3. Probatur tertiò, quia credibile non est paupertrimos Episcopos

Sup. hoc pro Sacram. Cõfirmationis lege Resolutiones & §§. not. seq. & signanter in Resol. 1. §. 2. 3. & 4. & inf. vide doctr. Resol. 86. per totam.

in Ecclesia primitiua balsamum habere potuisse, quo forsan etiam hodie multi carent, vt inquit Caietanus. Et quidem cum oleum sine balsamo significet sufficienter effectum Confirmationis, non sit verisimile, Deum eius essentiam astrinxisse rei, quæ necessaria non est, & alioquin est cognitu, paratúque valdè difficilis. Materia enim Sacramenti communissimi debet esse communissima, & facile parabilis, verùm autem balsamum est cognitu difficillimum, & rarissimum.

2. Probatur quartò, quia de facto tam modica fit admixtio balsami, vt plurimas Olei partes non tangat, ac tandem in oleum conuertatur. Vnde sequitur sæpè materiam Confirmationis esse solum oleum sine substantia balsami. Et ita hanc sententiam tenent Caietanus 3. *part. quæst.* 72. *art.* 2. Sotus *in* 4. *distinct.* 7. *quæst.* 1. *art.* 2. Nauarrus *cap.* 22. *num.* 8. Couarruuias *lib.* 2. *variar. cap.* 10. *num.* 4. Valentia *tom.* 4. *disp.* 5. *quæst.* 1. *punct.* 2. Philiarchus *de Officio Sacerdotis, tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 11. Victoria *in Summa, num.* 40. Moure *part.* 3. *cap.* 3. §. 2. *num.* 3. Viualdus, & alij, quos sequitur Barbosa *de potestate Episcopi, allegat.* 31. *num.* 3.

Sup. hoc latè in to. 3. tr. 1. Ref. 19. à lin. 2. vsque ad §. pen. & in Ref. 3. §. Quinto pos. set. à lin. 3. & in to. 1. tr. 2. Ref. 1. & 2. §. 2. ad med. & lege hic inf. doctr. Ref. 86. per tot.

3. Secunda opinio affirmat Balsamum esse de necessitate Sacramenti, & ita tenet Diuus Thomas 3. *part. quæst.* 72. *art.* 2. vbi Thomistæ communiter, Suarez cum multis *tom.* 3. *disput.* 33. *sect.* 1. Coninch. *quæst.* 72. *numer.* 30. Lessius *ibi*, *num.* 8. Auersa *sect.* 2. Basil. Legionensis *de Confirmatione part.* 2. *num.* 4. Bonacina *de Sacram. disp.* 3. *quæst.* 1. *punct.* 3. Layman *lib.* 5. *tractat.* 3. *cap.* 2. Villalobos *tom.* 1. *tractat.* 6. *difficult.* 2. Zambranus *cap.* 2. *num.* 2. Palaus *tom.* 4. *tract.* 20. *punct.* 2. Petrus Arcudius *lib.* 2. *de Confirmat. cap.* 5. & alij.

4. Probatur hæc opinio ex Sacramento Confirmationis, nam ex continuata traditione, & praxi Ecclesiæ, quæ à tempore Apostolorum ad hæc vsque semper inuiolabiliter seruata est, vt non nisi ex oleo balsamo mixto, hoc Sacramentum conficeretur. Huius traditionis testes sunt Dionysius, qui quamuis mixtionis Olei cum balsamo expressè non meminerit, illam tamen ab effectu ita describit *lib.* 1. *de Ecclesiastica Hierarchia*, *cap.* 4. *part.* 3. multò ante medium, dicimus igitur, vnguenti compositionem collationem esse quandam spirantium suauiter materiarum, habentem in se afflatim odoratas qualitates, cuius qui participes sunt, pro quantitate eius, quæ in illis sit fragrantis participationis odoris suauitate replentur. Clemens Romanus materiam huius Sacramenti appellat Chrisma, quod vt ostensum est, compositum est ex Oleo, & Balsamo. Expressè balsami meminerunt Fabianus Papa *in* 2. *Epist. decret. ad Episcopos Orientales* paulò post initium. Referens enim obiectionem eorum Episcoporum, qui se excusabant, quod singulis annis non possent Chrisma conficere veteri combusto, dicunt inquit, nec balsamum per singulos annos posse reperiri, & quod caput est, hoc ipsum docet tanquam ab ipsis Apostolis ordinatum, non quod Apostoli fuerint huius sacræ mixtionis Authores, sed tantùm primi Ministri, & Promulgatores, vt ipsemet Pontifex in eadem Epistola testatur hanc sacri Chrismatis vnctionem conficere, Apostolos doctos fuisse à Christo in vltima Cœna. Author apud Cyprianum de vnctione Chrismatis, initio; Hodie, inquit, Chrisma conficitur, in quo mixtum Oleo Balsamum Regiæ, ac Sacerdotalis gloriæ exprimit vnitatem, Gregorius I. *præcedente sect. citatus*, Gregorius VII. *Epist.* 1. *lib.* 8. *Registri*, in qua reprehendit Armenos, quod Chrisma non ex balsamo, sed ex butyro conficiant; Innocentius III. *cap. cum venisset, de sacra Vnctione*, Concilium Bracarense 11. *can.* 4. & Florentinum citatum. Eadem materia ex Oleo, & Balsamo pro Chrismate assignatur in Pontificali Romano, Eadem veritas colligitur ex ritu Ecclesiæ Græcæ, quæ pro materia adhibet Chrisma ex Oleo, & Balsamo confectum, vt Innocentius IV. & Clemens VIII. *in Bulla de Institutione Græcorum supponunt.*

5. Probatur secundò, quia Concilium Florentinum definit, Confirmationis materiam esse Chrisma confectum ex Oleo (scilicet oliuarum) quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo quod odorem significat bonæ famæ, per Episcopum benedicto. Pariter ergo requirit Concilium Oleum, & balsamum, cùm sine distinctione loquatur: Sed Oleum in omni ferè sententia censetur esse materia necessaria Confirmationis, ergo balsamum similiter; Et quidem materiam Calicis, idem Concilium non dixit esse quid mixtum ex vino, & aqua, sed esse vinum, cui ante consecrationem aqua modicissima misceri debet, satis indicans diuerso modo loquendi, diuersimodè requiri balsamum ad Confirmationem, ac aquam ad consecrationem Calicis.

6. Tertia opinio est media, quam tenet Dicastillus *de Sacram. tom.* 1. *tract.* 3. *dub.* 3. *num.* 29. nempe in materia Confirmationis mixtionem balsami esse necessariam ex præcepto Christi, non tamen esse necessariam necessitate Sacramenti, probat hoc ex pluribus rationibus, & postea subdit *numer.* 39. [Non obstat in materia Sacramentorum nihil esse necessarium ex præcepto Christi, quod etiam necessarium non sit ad essentiam Sacramenti.] Quorsum enim Christus (inquit) huiusmodi necessitates diuisisset volendo, vt aliquid esset necessarium necessitate præcepti non autem Sacramenti? aliàs enim ex nullo testimonio colligere poterimus, quid sit necessarium necessitate Sacramenti? nam fingere quisque poterit similem expositionem ei, quam adhibemus Florentino, & cuivis alij Concilio, nihilque erit firmum, scilicet, poterit quis dicere, quamcumque materiam assignatam, & declaratam à Conciliis, intelligi solùm de necessitate Præcepti Christi, non autem Sacramenti: Qua ratione impugnantur illi Doctores, qui dicunt mixtionem aquæ in Calice esse necessariam ex præcepto Christi; reiiciuntur enim ex eo, quod inde sequeretur, eam esse necessariam necessitate Sacramenti, neque apparet, vnde colligimus aliquid voluisse Christum esse necessariò adhibendum in Sacramentis, non autem ex necessitate Sacramenti.

7. Cui obiectioni respondetur ex dictis, negando primum antecedens; nam in Sacramento pœnitentiæ tres actus, tanquam materia illius, requiruntur ex præcepto diuino, neque tamen ideo requiruntur omnes ad essentiam Sacramenti, ergo ex eo præcisè, quod ex præcepto Christi necessarium sit, non sequitur esse necessarium de necessitate Sacramenti, vt patet in satisfactione. Atque hoc videtur voluisse Christus in Sacramento Confirmationis, difficilè enim futurum erat vtramque partem, olei scilicet, & balsami, in quolibet individuali Sacramento adhibere, ac proinde solum præcipit, vt in oleo esset aliquid balsami, quando ad hoc Sacramentum benediceretur.

8. Nec tamen propter hanc explicationem impedimur, quominus ex testimoniis Conciliorum intelligamus, quænam sint in Sacramentis essentialiter necessaria. Quando enim res æqualiter concurrunt ad Sacramentum quodlibet, & æqualis est traditio de illarum necessitate, dicere debemus eas omnes res esse æqualiter necessarias necessitate Sacramenti, secus verò affirmandum est, quando vel traditio Ecclesiæ non est omnino similis, vel res non simili modo concurrunt

concurrunt ad Sacramentum ; in nostro autem casu cùm nulla fuerit dubitatio , quin oleum requiratur essentialiter ad Confirmationem (nisi fortè cuiusdam leuioris momenti Authoris) controuersia verò sit, an balsamum essentialiter requiratur ? & vlterius pars negans inferatur ex responso Pontificis supra citato, peculiaris ratio est ex parte Olei,quæ non sit ex parte balsami.

8. Inde etiam sufficienter colligimus, Concilium Florentinum , quatenus refertur ad partem balsami, explicari posse de materia requisita ex præcepto Diuino , non verò ex necessitate Sacramenti : simili enim ratione aliud Decretum eiusdem Concilij,quòd scilicet tres actus , pœnitentis , sint materia Sacramenti, intelligitur de necessitate essentiali , provt refertur ad contritionem, & confessionem ; de necessitate autem Præcepti diuini , & partis integrantis, provt refertur ad satisfactionem , nimirum quia ex vsu Ecclesiæ constat satisfactionem sæpius adhiberi post administratam essentiam Sacramenti.

9.Aqua verò,quæ miscetur ante Consecrationem, eodem modo est præsens cum Vino , cui miscetur. Quapropter si diceremus illam requiri ex præcepto Christi,dicere etiam deberemus requiri ex necessitate Sacramenti , in ea enim materia nulla potest ratio occurrere,ob quam esse Christus voluerit aquam necessariam ex præcepto , non verò ex necessitate Sacramenti. Hucvsque Dicastillus.

10. Et hæc sunt circa præsentem quæstionem pugnantes sententiæ , quas ego omnes probabiles existimo, sed secundæ tanquam probabiliori adhæreo, & nunc pedes figo. Itaque restat modo respondere ad argumenta contraria, & ad authoritatem Innocentij III. *in cap. Pastoralis*,obseruandum est primò,Pontificem ibi de duobus fuisse consultum. Vnum erat an permitti debeat ministrare , qui absque impositione manuum fuerat ad ordinem Subdiaconatus assumptus ? Alterum erat vtrum Confirmationis Sacramentum in eo deberet iterari , qui per errorem non fuerat Chrismate,sed Oleo delinitus?

11. Obseruandum secundò , quod quando ista Sacramenta administrantur, adhibentur plura, sicut & in aliis quædam substantialia , & quædam accidentalia, ad decentiam, & venerationem eorundem. His potiùs.

12. Respondetur, Pontificem ibi non examinasse, neque ex proposito declarare voluisse , vtrum illius Subdiaconi ordinatio , vel huius Confirmatio fuisset valide facta , sed tantùm voluisse instruere illos à quibus erat Consultus , quomodo deberent ipsi habere se circa illa , super quibus eum consulebant, puta quod Sacramenta ista , cum suis solemnitatibus modo quo administrantur ordinariè non essent iteranda, sed cautè,videlicet priuatim, & seorsim, illud esset supplendum , quod prætermissum fuerat , siue illud sit essentiale , siue accidentarium. Atque ita responsio Pontificis nil contra nostram conclusionem facit , imò potiùs videtur facere pro nobis,quia certum est , quod ex responsione Pontificis vnctio cum balsamo esset supplenda , quæ facta non fuerat, atque hæc non debebat fieri ex solo balsamo , quia talis vnctio nunquam fieri consueuit , neque balsamum solum benedici solet, ergo ex balsamo, & oleo mixtis , idque non sine forma vti apparet , quia eiusmodi iniunctioni debetur talis informatio , quæ per verba consueta fieri solet,præsertim quia prior forma non cecidit in verum Chrisma,atque ita videtur veritate caruisse , vt ante diximus, neque fieri solet talis iniunctio sine forma verborum , ergo ex Pontificis responso , videtur hoc statuendum , quod iniunctio balsami cum iis sine quibus perfecto modo fieri non potest , debeat suppleri , & proinde id quod substantiale est,non iteratis aliis,quæ accidentalia sunt,& ad solemnitatem faciunt. Ad alia verò argumenta respondet Lugus, vbi suprà. Vide Ioannem Pontium *in Cursu Theologiæ , disput.43. quæst.2. concl.1. numer.7.* Lessium *in 3.part. quæst.72. art.3. num.12.* Granadum *tom.4. in 3.part.controuers.5.tract 1.disp.7.sect.1.num.6.* Vviggers *in 3.part. quæst.72. art.3.* Amicus *in Cursu Theologiæ,tom.7.disp.13.sect.11.* Lugo *de Sacram l.b.3. cap.5.quæst.1.*& alios penes ipsos,omnia superius dicta confirmantes.

13. Sed instabis , quæ firmata sunt non procedere in casu nostro , nam valent in ordine ad Sacramentum Confirmationis, non autem quoad Consecrationem Episcopalem. Sicut verbi gratia , in Baptismo, Aqua est de necessitate Sacramenti , & tamen non est de necessitate Sacramenti in Eucharistia ; sic verba *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti* , in forma Baptismi sunt de necessitate Sacramenti , non autem in forma aliorum Sacramentorum, sic & in casu nostro , Chrisma confectum ex oleo , & balsamo cum benedictione Episcopi , est de necessitate Sacramenti in Consecratione Episcopali.

14. Obseruo hanc difficultatem apud neminem legisse , sed respondeo , quod Episcopus , vt patet in Pontificali Romano,& ex Ecclesiæ perpetua consuetudine, vtitur in consecratione Episcopali eodem Chrismate consecrato pro vsu Sacramenti Confirmationis , ergo omnia , quæ à Doctoribus dicuntur de isto , procedunt & dicenda sunt de illo,& ea,quæ necessaria sunt pro vnctione Chrismatica Confirmationis , necessaria erunt , pro vnctione Chrismatica consecrationis Episcopalis. Probatur, sacrum enim Chrisma in Confirmatione est materia totalis Sacramenti , in consecratione verò Episcopali , licèt non sit materia totalis, est tamen materia partialis secundùm mentem Isamberti , & aliorum , ergo pari passu procedere debent , nam in vtroque Sacramento sunt materia , in Confirmatione, vt diximus, materia totalis secundum Omnes ; in Consecratione materia partialis secundùm Aliquos ; Verùm in mea opinione cessant hæ difficultates , nam ego puto in consecratione Episcopali , materiam esse solum manuum impositionem,cum verbis *Accipe,&c.*

RESOL. LXXXV.

An Episcopus peccet mortaliter , si in Consecratione Episcopali adhibeat vnctionem Chrismaticam confectam ex balsamo adulterino ?

Et quid est dicendum de dicto Balsamo pro Sacramento Confirmationis ? Ex p.12. tr.1. Res.85.

§.1. VIdetur negatiuè respondendum. Henriquez, qui fuit Magister Patris Suarez (& hoc solum asserendo ad ingentem sui gloriam sufficeret) Henriquez,inquam,*lib.3.de Sacram.cap.2.num.1.* dicit materiam Confirmationis esse oleum mixtum cùm balsamo odorifero , saltem adulterino. Pro qua sententia in Commentario littera C, citat Sotum,& Ledesmam. Niti autem poterit hæc sententia,primò in quadam dispensatione , quæ referunt Pij IV. qua concessit Episcopis Indiarum conficere Chrisma , cum quodam Balsamo illius Regionis,vbi non reperitur balsamum Syriacum.Refertur etiam alia dispensatio Pauli III. pro Indis. Dubitauit enim quidam Indiarum Episcopus , & consuluit Pontificem , an illud balsamum Indicum esset verum balsamum ; indulsit autem Pontifex , vt eo balsamo quamvis incerto vteretur , quod signum est sufficere saltem adulte

Sup. hoc in tom.2. tr.1. Resol.19. §. His duabus, post med. à vers. Sed pe nes.

adulterinum. Secundò, quia materia Sacramenti debet esse certa, & de qua non possit esse moraliter dubitatio. At de vero balsamo vix possumus esse certi, cùm facillimè adulterari possit, itavt vix queat dignosci, vt scribit Plinius *lib.12.cap.25.* Ergo dicendum est, adulterinum balsamum esse materiam sufficientem huius Sacramenti, aliàs sæpissimè essemus dubij de veritate huius Sacramenti.

2. Verum hanc sententiam meritò refellit Basilius Pontius *in suo tractatu* verè aureo *de Sacram.Confirm. part.2. cap.1. memb.10. quia* ait ipse, [nullus author, neque ex antiquis neque ex recentibus eam docet, sed antiqui omnes (nullo excepto) absolutè docent balsamum esse materiam huius Sacramenti, nomine autem balsami absolutè positi, verùm balsamum intelligitur, non adulterium, & fictum sicut in aliarum rerum appellationibus manifestè constat. Nullus enim nomine pretiosi lapidis, aut gemmæ absolutè posito, fictitias, & adulterinas intelligit, sicut etiam idem expendebamus supra, cùm ex traditione Ecclesiastica probauimus, oleum Oliuarum esse materiam Confirmationis, deinde Scholastici cum examinant, an Balsamum sit materia necessaria necessitate Sacramenti, vel præcepti, ad eam obiectionem quam opponunt, qui sentiunt totum esse necessarium ex præcepto, scilicet, quod balsamum verum difficile reperiatur, & quod de facili adulterari possit, nunquam respondent adulterinum sufficere, sed & magnam esse copiam balsami, & diligentia fieri posse, vt verum Balsamum comparetur, non adulterinum, sic Ægidius *in hac quæst. art.2.dub.1. in resol. 4.obiect. contra 2. conclus.* & explicat exemplo Viui, quod quamvis facilè adulterari possit, mixtum aqua, & aliquod genus Vini sit in quo eiusmodi adulterium difficilè deprehendi potest, hoc tamen non obstat quominus in vero Vino non in adulterino instituta sit materia Calicis à Christo Domino. Eidem obiectioni respondet Faber *in 4. distinct.7. disp.25. cap.9. in solut.3.obiect. contra 2 proposit.* Putean. *in hac quæst. dub.4.* Suarez *disp.32. cit. sect.1. in solut.3.* Gamachæus *in hac quæst. cap.3. in vlt. obiect. solut.* Pitigian. *in 4. dist.7. quæst.1. art.3. in solut. ad 2.* Layman *dict.lib.5. Summæ, tract.3. cap.2.* cùm dicat Ecclesiæ paupertatem nunquam impedimento fuisse quominus parum balsami comparari posset; & Reginaldus *lib.28. cit. tract.1.cap.1.num.7.* Præterea etiam illi Scholastici, qui sentiunt balsamum non esse materiam necessariam necessitate Sacramenti, eo inducti, quod materia Sacramentorum debet esse certa, balsamum autem facilè adulterari possit, nostræ sententiæ, & communi fauent. Nam ideo illi reiiciunt balsamum à materia huius Sacramenti, dicúntque non esse necessarium necessitate Sacramenti, sicut neque aqua est materia Calicis, sed tantùm præcepti, quod præceptum, quidam ex eis vt Caietanus dicunt, esse Ecclesiasticum, alij verò, vt Soto, dicunt esse diuinum, quare, vt dixi, nullus reperitur Scholasticus, qui dicat balsamum adulterinum esse sufficientem materiam Confirmationis, si simul etiam concedunt balsamum esse materiam necessariam necessitate Sacramenti, vt concedit Henriquez loco citato. Nec Soto citatus ab hoc Authore illi fauet, tum quia Soto apertè docet balsamum non esse materiam necessariam huius Sacramenti, sed sine balsamo posse constare, tum quia solùm dicit, in illis Regionibus ratissimum inueniri castum balsamum, sed pro illo substitui in vsu Sacramenti, quod affertur ex nouo Orbe, & habet indicia veri balsami, non tamen dicit Soto substitui in vsu Sacramenti, sed intelligi potest de substitutione ad alios vsus, & medicamenta: Quamuis in eo deceptus est Soto, cùm existimet id quod affertur ex nouo Orbe, non esse verè balsamum, vt dicam statim, asserere autem aliquid in re adeo graui, qualis est materia Sacramentorum, contra omnium Doctorum sensum, temerarium est.

3. Deinde contra Henriquez ait Pontius, perpetua Ecclesiæ traditio circa materiam huius Sacramenti dedit sufficiens fundamentum definitioni Eugenij IV. qua decreuit materiam Confirmationis esse Chrisma confectum ex oleo, & balsamo, & similiter etiam traditio, quæ absolutè loquitur de oleo, præbuit sufficiens fundamentum, vt iudicemus, cum communi Doctorum sensu definitum esse ab Eugenio IV. oleum tantum oliuarum esse materiam necessariam huius Sacramenti, quia illud est absolutè oleum. Ergo eadem etiam traditio Ecclesiæ, quæ absolutè vsurpat nomen balsami, sufficiens fundamentum est, vt intelligamus definitum esse ab Eugenio I V. balsamum verum, & non adulterinum esse materiam huius Sacramenti, omnes enim Pontifices, & Concilia, & Patres, qui balsami meminerunt, absolutè dicunt esse materiam, & alij dicunt optimum balsamum, sic Alcuinus *in l. de diuino Officio, cap. de Cœna Domini*, & Amalarius balsamum ex Arbore aromatica *lib.1. de Ecclesiast. Offic.cap.12.* qua phrasi verum, & purum balsamum intelligitur; sicut etiam, quia Eugenius I V. in citato decreto dixit, Vinum de vite esse materiam Calicis, intelligimus verum Vinum, & non adulterinum, & aliàs nihil certè haberemus in materiis Sacramentorum in decreto Eugenij. Sicut ergo veram aquam in Baptismo, verum oleum in Extrema Vnctione, verum vinum in Eucharistia, sentimus definiti ab Eugenio esse materiam Sacramentorum: ita in præsenti dicendum est de balsamo, & vrgeo magis, quia, etsi diceremus balsamum non esse materiam necessitate Sacramenti, adhuc dici deberet eo ipso, quod balsamum absolutè ponitur ab Eugenio, de vero intelligendum, quia similiter, etsi aqua non sit materia necessaria Calicis necessitate Sacramenti, sed solum adhibeatur ex præcepto, definitio Eugenij intelligitur de vera aqua naturali, ex quo quod absolutè dixit aquam miscendam cum vino in Calice. Idem ergo in præsenti dicendum esset.] Hucvsque Basilius qui ex supradictis firmat sententiam Henriquez esse tenerariam, & errori proximam.

4. Sed ego obseruo, nostris temporibus illam docuisse Patrem Leandrum, cui multum debent studiosi Theologiæ moralis *de Sacrament. tom.1. tractat. 3. disput. 3. quæst. 3.* vbi sic ait: *Chrisma ex oleo, & balsamo vero, vel saltem adulterino confectum, est materia Confirmationis.* Ita ille: At ego puto omninò non esse discedendum à sententia negatiua Pontij.

5. Ad id verò, quòd suprà assertum est de certitudine balsami ex Plinio, & dispensationibus Pontificiis vide Ioannem VViggers *3.part. quæstione 72. articulo 2. numero 19.* Lugo, & alios, locis citatis.

6. Ex his itaque respondeo ad quæstionem propositam Episcopum adhibentem vnctionem chrismaticam cum balsamo adulterino peccare mortaliter, quòd à fortiori asserunt Ilambertus & alij docentes dictam vnctionem in consecratione Episcopali esse materiam partialem Sacramenti.

RESOL. LXXXVI.

An Episcopus peccet mortaliter si ex necessitate in Consecratione Episcopali vteretur vnctione Chrismatica cum solo Oleo absque Balsamo? §.1.

Et quid est sentiendum, si in Sacram. Confirmationis Episcopus uteretur in necessitate solo oleo absque mixtione Balsami? Ex p.12. tract.1. Res.86.

§.1. CVm opinio asserens balsamum non esse de necessitate Sacramenti in Confirmatione sit satis probabilis oritur quæstio; an propter carentiam balsami possit Episcopus in simplici oleo Sacramentum Confirmationis conferre? Affirmat Suarez *disputat.16.* quia quod sit periculum nullitatis, Episcopus non tam censebitur se illi exponere, quam illud permittere (cùm non possit vitare) vt Sacramentum probabile conferat.

2. Sed vt verum fatear pace sapientissimi viri quam ego ornamentum Societatis vocare soleo, hæc sententia mihi non placet, ideò negatiuæ adhæreo cum Ioanne Præposito ex eadem Societate Iesu (semper enim societas doctissima virorum ferax erit) *in 3. part. quæst.72. art.2. dub.1.memb 71.* Probatur primò, quia quidquid sit de necessitate Sacramenti, constat strictissimo præcepto Ecclesiastico Confirmationem non posse conferri in simplici oleo, quod præceptum non censetur relaxari ex eo, quod balsamum obtineri nequeat.

3. Licèt secundo sententia sit speculatiuè probabilis, non possumus tamen ea vti absque graui necessitate, ne cum graui sacrilegio Sacramentum periculo nullitatis exponatur; moraliter autem non potest occurrere necessitas, quæ ab hoc Sacrilegio excuset, cum homo grauiter ægrotus, & in periculo mortis constitutus possit Extremam-Vnctionem in tali oleo recipere, & si bene valeat possit recipere Sacramentum pœnitentiæ, vel Eucharistiam, nec facilè occurret casus quo per Episcopum possit confirmari, & nulla alia Sacramenta recipere.

4. Dices, vt hæc ita sint, tamen magnum bonum est confirmari: præterea hoc Sacramentum potest esse necessarium ad liberam fidei promissionem: igitur subest ratio sufficiens vitanda Sacrilegij, quamuis Sacramentum exponatur periculo nullitatis.

5. Respondeo negari consequentiam, nam solus spiritualis fructus in hoc consistens, quod gratia per Sacramentum recipiatur, non est sufficiens ratio illud exponendi periculo nullitatis, vnde patet responsio ad primam partem antecedentis. Ad alteram dico, Sacramentum Confirmationis non esse omninò necessarium ad liberam fidei professionem, & proinde neque ex eo cap. Sacramentum posse exponi periculo nullitatis.

6. Ex his colligitur, stando in opinione Isamberti, & aliorum, Episcopum in nostro casu non posse vti absque peccato mortali vnctione Chrismatica sine balsamo, quia ipsi putant talem vnctionem esse materiam partialem Sacramenti, sed cum ego existimem esse tantùm ritum accidentalem puto in necessitate posse adhibere absque balsamo, quia adest iusta causa nempe, necessitas, ex carentia balsami non esset tamen differenda consecratio, per multum tempus, vel à fortiori relinquenda.

RESOL. LXXXVII.

An Episcopus peccet mortaliter, si in consecratione Episcopi uteretur vnctione Chrismatica alterius anni?

Idem est pro Sacramento Confirmationis.

Et an Chrisma censeatur benedictum, si Episcopus aliquid in Rituali positum omitteret? Ex p.12. tract.1. Res.87.

§.1. ADuertendum est, Chrisma deberi singulis annis reuocari in die Cœnæ Domini, & antiquum comburi cum quo sine magna necessitate Sacramentum conferri nequit absque peccato, debet autem benedici in Ecclesia, & quidem ritibus præscriptis, potestque benedici quemadmodum & Chrisma pro Baptismo, etiamsi terra sit interdicto supposita vt patet ex *cap. Quoniam, de sententia excommunicat. in 6.* Quod si Episcopus propter impedimenta non possit solemni ritu Chrisma conficere aliunde nouum est deferendum.

2. Aduerte secundò, non propterea Chrisma non censeri benedictum, quod Episcopus fortè aliquid in Rituali positum omiserit, quia Ecclesia non ita videtur requirere, vt omnia dicantur vel seruentur, quæ sunt præscripta, vt benedictio reddatur irrita, si quid fortè omittatur; Vnde me citato Franciscus Lugo *de Sacramentis, lib.3. cap.1. quæst. 3. membr. 36.* ait, si aliquis Episcopus pro benedictione Chrismatis in Rituali positum omiserit per incuriam, aut distractionem adhuc manere Chrisma sufficienter benedictum, vt sit apta materia Confirmationis, quippe non est credibile Pontificé de facto velle ritus omnes benedictionis Chrismatis, esse sic essentiales, vt si quis per inaduertentiam (quòd in tam multis ritibus de facili continget) aliquem omittat, inualidè Chrisma conficiat, & consequenter inualidum posteà ministret Sacramentum. His suppositis, loquentes de Episcopo ministrante Sacramentum Confirmationis cum oleo veteri Doctores asserunt peccare mortaliter licèt Sacramentum validè conferret. Ita Præpositus *in 3.part. quæst.72. art.3. dub.1. num.21.* Escobar. *in Theolog. moral. tom. 2. lib.2. sect 2. cap. 12. pro.9. num.98.* qui citat Suarez, Moure, Bonacinam, & Nauarrum quibus adde Marcum Serra *in 3. part. Diui Thomæ, quæst.72. art.3.* Dicastillum *de Sacram. tom.1. memb.3.disput.vnic.dub.4. num.53.* Sic etiam ego asfero Episcopum, vtentem in consecratione vnctione Chrismatica alterius anni absque necessitate peccare mortaliter, faceret enim contra consuetudinem in Ecclesia receptam ab Episcopis semper ministrantibus consecrationem Episcopalem cum Oleo nouo illius anni sicut faciunt ministrando Sacramentum Confirmationis.

Sup. hoc tom.3.tr.3. Res.82.

RESOL. LXXXVIII.

An vnctio Consecrationis Episcopalis differat ab vnctione Papali, & Regia?

Et quæritur, quinam Reges hodie vngantur? Ex p.12. tract.1. Res.88.

§.1. IN sententia Isamberti, & aliorum dicendum est differre essentialiter, quia vnctio Consecrationis Episcopalis est materia partialis Ordinis Sacramenti Episcopatus: At vnctio Papalis minime, quia Papatus, vt visum est supra, nō est neque Ordo, neque Sacramentum, sed in mea sententia ego puto vtramque vnctionem Episcopalem, & Papalem esse tantùm ritus accidentales ab Ecclesia institutos cum suis differentiis, & mysticis significationibus, at magna est differentia inter vtramque vnctionem: nam vnctio Episcopalis efficitur cum Chrismate, vnctio Regia oleo Catechumenorum. Deinde vnctio Episcopi fit in capite, vnctio Regis in humero, & brachio; vnde Pater Gerunda *de Episcopo, tom.2.lib.8.disp.13.cap.6. num.3.* loquens de vnctione Episcopali regali sic ait: (solum nunc assero, vngi præsertim in capite nostrum Candidatum, quia caput est suæ Ecclesiæ, quem illa loco sponsi, & capitis venerari debet, vel quia quantum

Sup. hac vnctione in Capite Episcopi leg.inf. Res.116.

quantum gratiæ in corpus Ecclesiæ eius sponsæ à Deo conferendum est per ipsum Episcopum tanquam per caput deriuandum, vel per Christum quod caput est totius Ecclesiæ, cuius personam in ordine ad hanc peculiarem Episcopus gerit.

2. Hæc autem vnctio præstat Regum vnctioni, quippe qui in humero vnguntur, & brachio, quasi ad defensionem Regni, & ad eiusdem sustentationem, vt in secunda oratione, quæ habetur in Pontificali, de vnctione Regis legitur, dum vngitur, & incipit: Deus, Dei filius. [Ita Gerunda, & ideo Innocentius III. *in Epistola decretali de sacra Vnctione*, hæc asserit: *In veteri Testamento, non solum vngebatur Sacerdos, sed etiam Rex, & Propheta, sicut in libro Regum Dominus præcipit Eliæ*, Vade & reuertere in domum tuam per desertum in Damascum, cúmque perueneris illuc, vnges Hazaël Regem super Syriam, & Iehu filium Namsi vnges Regem super Israël; Elisæum autem filium Saohat, qui est de Albemeula vnges Prophetam pro te, *sed ibi Iesus Nazarenus quem vnxit Deus Spiritu sancto* (sicut in Actibus Apostolorum legitur) vnctus est oleo pietatis pro consortibus suis, qui secundùm Apostolum est caput Ecclesiæ, quæ est corpus ipsius, Principis vnctio à capite ad brachium est translata, vt Princeps ex tunc non vngatur in capite, sed in brachio, siue in humero, vel in armo, in quibus Principatus congruè designatur; iuxta illud quod legitur: Factus est principatus super humerum eius. Ad quod etiam significandum Samuel fecit poni armum ante Saul, qui dederat locum in capite ante eos, qui fuerant inuitati. In capite verò Pontificis Sacramentalis est delibutio conseruata, quia personam capitis in Pontificali officio repræsentat. Refert autem inter Pontificis, & Principis vnctionem, quia caput Pontificis Chrismate consecratur, brachium verò Principis oleo delinitur, vt ostendatur quanta sit differentia inter authoritatem Pontificis, & Principis potestatem. Sed de hac vnctione Regia cum Episcopali comparati videndus est omnino Doctor Hallier *de Sacram. electi. part. 2. cap. 10. artic. 5. §. 3. cum sequent.* qui optimè *n.* 18. post multa sic asserit: Nihilominus quacumque vnctione non ita Reges sacri efficiuntur, aut Sancti, vt Ecclesiastici ordinis exinde censeantur, vt Ecclesiasticam aliquam exinde habeant potestatem, tum quod potestas nulla Ecclesiastica per vnctionem tradatur, sed per manus impositionem eo fine vsurpatam, vel instrumentorum singulorum ordinum traditionem, vnctio verò ad solam personæ sanctitatem, ac venerationem designandam, & efficiendam, seu ad disponendum hominem ad Sacramenti cõdignam receptionem conferatur: tum quod Imperatorum vnctio, nec eo fine fiat (provt supra vidimus) quatenus Ecclesiastica ministeria Imperatoribus, vel Regibus tractare liceat, sed potius, vt ad Ecclesiæ defensionem, ac protectionem se tanquam inunctos pugiles ardentius exurgere, & præliari bella Domini debere nouerint. Vnde Valentinianus Imperator Sancto Ambrosio Episcopalem Sarcinam scribere veranti, noli timere, inquit, quia Deus, qui te elegit, semper te adiuuabit, & ego adiutor, & defensor tuus, vt meum ordinem decet, semper existam. Circa quæ vltima verba rectè notat Glossa, Imperatorem (quod quidam putauerunt) Subdiaconatus ordine præditum esse non debere, sed militari caractere donatum. Vnde sexta Synodo Trullana Imperatores laicis accensentur, licèt cæteris maiori prærogatiua donentur. Idem quoque à Nicolao Primo inter laicos numerandi docentur, nec diuinis, sed prophanis negotiis intendere monentur, quatenus scilicet spiritualis actio carnalibus distaret incursibus, & ideò militans Deo minimè se negotiis secularibus implicaret, ac vicissim, non ille rebus diuinis præsidere videretur qui esset negotiis secularibus implicatus. Quare non crude intelligendus est Petrus Damianus, dum quintum Sacramentum inunctionem esse Regis asserit, sumpto scilicet latissimè nomine Sacramenti. Hanc autem mirificè commendat, pompámque eius describit, & præmissis eius celebratione Cleri, ac Plebis consensu, nec non solemnibus de seruandis Ecclesiæ libertatibus Sacramentis, eam adhiberi testatur: deinde ista subiungit, ex tunc exuitur Rex vestimentis suis, & oleo sanctificationis aspergitur, vt typico rore profusus cœlesti vnguenti plenitudine glorietur. Sacramentis ergo hanc vnctionem adnumerat, quæ duodecim numero statuit, eas omnes Sacramenti nomine donans Ecclesiasticas cæremonias, quæ quocumque modo Ecclesiæ membra distinguerent coordinarent inter se, & in aliquo gradu constituerent, vel in sublimi quodam statu collocarent, quo sensu vnctio Regum Sacramentum dici potest, non in Ecclesiasticæ, sed laicæ dignitatis apice suscipientem constituat. Hæc omnia doctus, & pius Hallier cui adde Marchinum *de Sacrament. Ordinis, tractat. 2. disput. 8. capite septimo, numero 7.* dicendum est itaque, Pontificem solere vngi in capite & manibus; Imperatores, & Reges in brachio, & numero; licèt Saul fuerit vnctus in capite, & Sacerdotes in manibus vngantur. Huius rei plures reddunt rationes Eluarus Pelagius *de planctu Ecclesiæ, lib. 1. cap. 56.* & Camillus Borellus *de Regis Catholici præstantia, cap. 49. num. 27.* sed duæ nobis sufficiant; quarum prior illa esse potest, quod Pontifex vngatur in capite, vt ipsum caput esse Ecclesiæ visibile cognosceremus: Reges, & Imperatores vnguntur in brachio, vt intelligant, se omnem spem, & sui Regni fortitudinem proiicere debere in Christum, qui brachium in Scriptura nuncupatur: Isaiæ cap. 52. [Parauit Dominus brachium Sanctum suum in oculis omnium gentium; *& cap.* 33. Domine, miserere nostri? te enim expectauimus; esto brachium nostrum immane, & salus nostra in tempore tribulationis.] Nec ineptè Christus dicitur brachium nostrum immane, nam sicut, vbi totum corpus morbo aliquo grauatur, vulneratur brachium, ex cuius vena sanguis profluit, vt totum corpus sanetur, ita cum totum humanum genus graui peccatorum morbo opprimeretur, vt incolumitatem obtineret Christus fuit nobis immane brachium cuius liuore sanati sumus. At Sacerdotes vnguntur in manibus, vt ad ministeria Dei obeunda se esse destinatos intelligerent, vnde Scriptura; quoties agit de ministeriis ministrorũ Dei, hac phrasi vti solet, Exodi 33. *Quæ iusserat Dominus per manum Moysis.* Leuit. 10. *Ad eos per manum Moysis.* Dici etiam potest, Pontificem vngi in capite, & Brachio, quia in illo debet esse perfectio actiuæ & contemplatiuæ vitæ. Reges in brachio, quia in actiua principaliter exercere se debent necnon in humero, qui principatum significat, vt quale sit onus, cui humeros subiiciunt, rectè ponderent, Sacerdotes verò vnguntur in manibus, vt non solum actiuæ vitæ incumbant, sed etiam, vt bonorum operum manum populis præmonstrent.

3. De significationibus verò vnctionis Episcopalis in capite infra redibit sermo, si quis verò scire deliderat, quinam Reges vngantur? Respondet Hallier olim vnctos fuisse Regem Franciæ, & Angliæ, & postea subdit ad eorum exemplum cæteri ferè Reges oleo sacro inungi cœperunt, quamvis enim Albericus, Rosatensis, Hostiensis, Goffridus, Chassiræus, Campegius, & alij solos in Occidente, Francorum, Hierosolymorum, Anglorum, & Siculorum Reges

nempe Regna cum à Francis olim possessa fuerint, nihil mirum si eorum Reges, Francorum more inungi voluerint priusquam cæteri hanc sacræ vnctionis cæremoniam vsurparint, nihilominus tamen cum per se ritus iste Augustos homines facere videretur, & ab Innocentio III. firmatus foret, ac communi iuri postea insertus, inde accidit, vt Poloniæ Reges, Bohemiæ, Hungariæ, & ante hæresim Sueuiæ, Daniæ, Norvegiæ, Scotiæ eundem ritum amplexi fuerint, sibi credentes vtile esse, & honorificum tum apud Deum, tum apud homines si sacro oleo cum benedictione Pontificali inungerentur.

RESOL. LXXXIX.

Quo pacto se gerere debeat Episcopus consecratus, qui in celebratione Missæ Hostiam simul consecrat cum celebrante?

Et infertur idem esse dicendum de Sacerdotibus, qui in prima Missa cum Episcopo consecrant. Ex p. 12. tr. 1. Resol. 89.

GRatis difficultas, & quæ torquet Doctorum (hominum ingenia, Ochagauia *de Sacramento. 3. quæst. 3. num. 1. & 4.* Amicus *in Curs. Theolog. tom. 7. disput. 24. sect. 8. num. 196.* Vasquez *in 3. part. tom. 3. disput. 219. cap. 3.* Vvliggers *in 3. part. quæst. 82. art. 1. num. 8.* Auersa *de Sacram. Eccles. quæst. 10. sect. 2.* Præpositus *in 3. part. quæst. 252. art. 2. num. 5.* Palaus *tom. 4. tract. 21. punct. 17. art. 2.* Quartus *in Rubricas Missalis, part. 3. tit. 5. eodem num. 1. dub. 8.* Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 4. disput. 3. dub. 13.* Marchinus *de Sacrament. Ordinis, titul. 2. part. 8. cap. 20. num. 1.* Huttadus *de Sacrament. disput. 11. difficult. 2.* Cospens. *in Curs. Theolog. tom. 2. titul. 22. disput. 9. sect. 9. num. 87.* putant in hoc casu de Episcopo recenter consecrato cum Episcopo Missam celebrante, & simul consecrare philosophandum esse, provt in casu Sacerdotum, qui in prima Missa consecrant cum Episcopo; & ideo Magister Serra *in 3. part. D. Thom. quæst. 82. artic. 2.* sic ait: [Vtrum plures Sacerdotes possint vnam, & eandem hostiam consecrare? Conclusio est affirmans. Constat ex consuetudine antiqua quarundam Ecclesiarum, & ex Romano Pontificali, non solùm enim quando consecratur Episcopus, ipse & qui eum consecrat, eandem consecrant Hostiam, sed etiam quando Sacerdotes ordinantur: nam noui ordinati Episcopo concelebrant, propter hoc (inquit D. Thom.) iteratur consecratio super eandem Hostiam, quia sicut Innocentius III. dicit, omnium intentio debet referri ad idem instans consecrationis, in quo, scilicet, Episcopus verba consecrationis terminat, ad quod refertur eo ipso ac noui ordinati habent intentionem debitam quam habent, vt hic Caietanus, quando proponunt apud se, intendo dicere cum ea intentione, qua debeo dicere, scilicet, verba consecrationis, vel (quod idem est) intendo facere quod intendit Ecclesia, quæ intentio conditionalis est, consecrandi scilicet, (si contingat eos simul cum Episcopo qui absolutam intentionem consecrandi habet) formam absoluere, aliàs non: necessarium tamen non est hanc conditionem exprimere, & formaliter apponere, sed satis est, vt apponatur virtualiter, vt apponitur eo ipso, ac nouus ordinatus intendit facere quod intendit Ecclesia.] Huevsque Serra. Dicendum est itaque, quod sunt tres, vel quatuor modi, vt obseruat Lessius *in 3. part. quæst. 82. tom. 2. num. 5.* quod ad praxim attinet circa præsentem difficultatem. Primus, vt recenter ordinati, etiamsi verba consecrationis ante Episcopum pronuntient, omnes tamen referant suam intentionem ad instans, quo finiet Episcopus. Ita faciendum indicat Innocentius III. *lib. 4. de Mysterio Missæ, cap. 15.* & D. Thomas, quos sequuntur plerique Thomistæ, & Sumuistæ, sed hic modus patitur nonnullam difficultatem: nam frustra refertur intentio ad illud instans, si reuera illo instanti non finiatur forma, quod rarissimè contingit. Nam virtus verborum non potest suspendi pro arbitrio totius Ecclesiæ, sed in vltimo instanti prolationis operatur, modò legitima adsit intentio.

2. Secundus modus est, vt diligenter attendat, ne ante Episcopum verba consecrationis pronuntient. Si tamen contingat ante illum finire cum intentione consecrandi, verè consecrarunt & Episcopus nihil postea faciat. Sed hoc etiam videtur incommodum non exiguum: si enim contingat eos præuenire, principalis sacrificans re vera non sacrificabit, actus enim sacrificandi potissimum in consecratione consistit. Deinde super materiam consecratam rursus verba consecrationis proferentur, quod videtur esse sacrilegium, nam materia non est amplius consecrabilis.

3. Tertius modus est, vt non intendant determinatè consecrare, vel non consecrare: sed solum intendant facere id quod Ecclesia per illam ceremoniam instituit. Ita consuluit Caietanus, estque bonum concilium & tutus modus.

4. Quartus modus vt absolutè intendant solum pronuntiare illa verba recitatiuè in signum protestatis acceptæ, cum conditione conditionatè consecrandi, si fortè contingat simul cum Episcopo absoluere. Et hic quoque modus tutus est, maximéque rationi consentaneus.

5. Quid ego sentiam, dicam breuiter, ideo deueniendo ad praxim pro casu nostro dico primò, debere in tali casu Episcopum recenter ordinatum, similiter proferre verba consecrationis super eandem Hostiam cum Ordinante & vt satis patet ex Romano Pontificali intendere consecrare, quia concelebrat; & debere ita verba temperare, vt quantum fieri potest simul veniant, quod in eo casu fit facilius cùm simul sint in eodem Altari, & ita indiuidualiter docet Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 82. artic. 2. numer. 5.* Dico secundò, magis ad euitanda incommoda, quæ afferunt Doctores, (& similiter dic de Sacerdotibus in prima Missa quando ordinantur) optimum consilium esse Episcopum consecratum habere intentionem sub conditione, siue sub distinctione consecrandi; puta quod intendat consecrare, si formam simul cum Episcopo finiat; non verò intendat si absoluerit ante illum; ne contingat principalem offerentem nihil efficere, quod foret valde incongruum, & omnibus apparet absurdum, inquit Tann. ne inaniter cum intentione consecrandi, formam pronuntiet super materiam incapacem, quia iam est consecrata. Ita docent Hentiquez *lib. 9. cap. 23.* Suarez *disput. 61. sect. 4.* Tannet. *tom. 4. disputat. 5. de Eucharist. quæst. 9. dubit. 3. numero 64.* & alij; videturque hic modus in praxi maximè conueniens, & tutissimus, quia sic Sacerdotes nouiter ordinati intendunt consecrare quatenus conuenienter fieri potest, quod videtur esse secundùm mentem Ecclesiæ, & euitantur incommoda, & pericula, quæ adducunt Doctores; sed supradicta non probantur à Vasquez, vbi suprà, eo quòd impossibile sit Sacerdotem simul proferre verba illa materialiter & cum intentione consecrandi sub quavis conditione quis enim, inquit, hoc non videat; nam vt habeat intentionem consecrandi

sub conditione, debet actu proferre illa formaliter & significatiuè; simul autem ea proferre materialiter tantum, vt non sufficiant ad consecrationem, & formaliter, vt sufficiant impossibile est, vt patet, inquit.

6. Respondetur primo: Et hoc argumentum conuinceret, iam probaret quoque baptismum non posse sub conditione conferri, fieret enim simile argumentum; impossibile est ministrum proferre verba formæ, *intendendo baptizare, & non volendo baptizare sub quacumque conditione*; ergo, &c. Et tamen passim omnes etiam ipse Vasquez *tom. 2. in 3. part. disputat. 146. cap. 4.* admittunt & docent in cæteris casibus posse, ac debere baptismum administrari sub conditione, hoc aut simili modo, *si tu es baptizatus non te baptizo*, siue, *non intendo te baptizare, sed si nondum es baptizatus, ego te baptizo*, &c. Atqui tunc validè baptismum conferri, si nondum sit baptizatus consequenter omnes sentiunt, vnde.

7. Respondetur secundo, quòd in casu quo Sacramentum confertur, aut conficitur, non habeat quis simul contradictorias intentiones, aut voluntates, sed verba pronuntiando habeat vnam videlicet si conditio sub qua administrat, subsit à parte rei, tunc simpliciter intendit conferre Sacramentum, verbi gratia, si non sit à parte rei baptizatus, intendit baptizare, si verò ea non subsistit, tunc quoque non habet intentionem baptizandi, atque ita non ponuntur simul esse contratiæ intentiones. Et sic etiam dici potest de verbis consecrationis prolatis sub conditione seu disiunctione consecrandi.

8. Vasquez itaque suo iudicio, reiectis aliis Doctoribus, tanquam inconuenienter rem explicantibus determinat difficultatem propositam hoc modo, quo omnes Sacerdotes recenter ordinati, & Episcopus recens consecratus cum Consecrante, siue Ordinante verba consecrationis cum sufficiente intentione (scilicet absoluta) ad consecrandum proferre debeant, deinde quoad fieri potest, eos curare debere, ne Episcopum præcipuè celebrantem, in prolatione præueniant, quod etiam iuxta aliorum opiniones sempèr sollicitè curandum est. Tertiò addit, si casu nihilominus accidat, vt aliquis eorum Episcoporum præueniat, & ante illum absoluat prolationem, nihil tamen fieri contra debitam Sacramenti reuerentiam, quod omnino est contra omnes, qui admittunt tunc Episcopum nihil effecturum, quod & ipse admittit, atque adeo præsupponunt tanquam per se notum, hoc valde incongruum, & absurdum esse, vt loquuntur Tannerus & Valentia suprà: imò ad illud euitandum passim laborant Doctores ad inueniendum modum, quo possint moueri Sacerdotes verba consecrationis simul proferre absque inconuenienti illo, & aliis ad mentem Ecclesiæ illa proferre. Accedit, quod iuxta principia Vasquez, poterit quoque accidere, non tantùm quod Episcopus non sacrificaret, sed quod idem sactificium à diuersis Sacerdotibus offerretur, vt verbi gratia, quod vnus Sacerdos præueniendo consecraret panem, & alius præueniendo consecraret Calicem: neque ratio quam allegat Vasquez ex Diuo Thoma, quam supra proposuimus, est tanti momenti, quod propterea eiusmodi incommoda essent toleranda. Vnde & ipse Diuus Thomas putauit modum inueniendum, quo euitarentur. Quare non videtur sententia Vasquez approbanda.

9. Et tandem dico tertiò: Suarez *disputat. 61. sect. 4. in fine*, & Dicastillus *de Sacrament. tom. 1. tractat. 4. disputat. 3. dubitat. 13. numero 248.* asserere posse Episcopum in nostro casu habere intentionem faciendi hanc actionem consecrandi meliori modo, quo potest omnia tuta, & hanc sententiam, me citato, tenet etiam Auersa *de Sacrament. Eucharist. quæst. 10. sect. 2. §. 7.* qui citat Layman, & me citato sentit etiam nouissimè Pater Quartus *in Rubric. Miss. part. 3. distinct. 5. sect. 1. dub. 3. in fine.*

10. Ex his deducitur, quid dicendum, si Episcopus consecratus in nostro casu præueniat Episcopum qui illum consecrauit, vel tardius illo proferat verba consecratoria, an, inquam, in culpam lethalem incurrat? Quod idem dicendum erit de Sacerdotibus; constat enim ex dictis non incurrere, nisi qui audacter præsumeret Episcopum præuenire, quasi illo superior foret, vel æqualis; nam ad euitandam culpam lethalem, sufficit iis Sacerdotibus eos intendere proferre verba meliori modo, quo possunt, nec habere intentionem præueniendi Episcopum, ex alia parte nulla iniuria fit Sacramento, si tardius multi præ cæteris verba pronuncient, quia omnes censentur verba protulisse cum hac intentione interpretatiua, si ibi adsit materia consecranda, sin minus accommodandi se intentioni primò proferentis, vel etiam dici potest celebrantes non peccare præueniendo, vel subsequendo prolationem aliorum, quia proferunt prædicta verba consecrationis secundum Ecclesiæ intentionem, & hoc modo lethalis culpæ scrupulus euitatur. Et hæc omnia docet Marchinus *de Sacrament. Ordin. tractat. 2. part. 8. cap. 10. numero 11.* Vide etiam circa præsentem quæstionem præter Doctores citatos sapientissimum Dominum Cardinalem Lugo *de Sacrament. Eucharist. disput. 11. sect. 8. per totam*, Nugnum, Mercerum, & Syluium *in 3. part. D. Thomæ quæst. 82. art. 2.*

RESOL. XC.

Quomodo se gerere debeat Episcopus consecratus, qui simul consecrat Calicem cum Episcopo celebrante?

Et quid de Sacerdotibus in die suæ Ordinationis cum Episcopo Ordinante etiam Calicem consecrantibus.

Et obiicitur de iure diuino esse, vt qui consecrat, simul sumat, qua consecrauit; ergo si omnes concelebrantes vtramque speciem consecrarunt, omnes debent vtramque speciem sumere, neque in hoc potest dispensare Ecclesia. Ex part. 12. tract. 1. Res. 90.

§. 1. SVppono, Episcopum consecratum, vt Sacerdotes in Missa Ordinationis, non solum consecrare Hostiam cum Episcopo celebrante, sed etiam consecrare Calicem, & de ipso participare, quod non faciunt Sacerdotes, vt tradit Dicastill. *vbi infrà, num. 231.* Iam supradictum est Episcopum consecratum quomodo se gerere debeat consecrando Hostiam, nunc dicendum est quomodo se gerere debeat consecrando Calicem. Hanc quæstionem pauci pertractant, & habet peculiarem difficultatem, vt inferiùs videbitur. Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 3. dub 13. num. 243.* docte pertractat difficultatem, & ideo sic asserit: Iam verò quod attinet ad consecrationem Calicis, ij qui propter defectum in absoluenda forma simul cum Episcopo in consecratione panis non consecrauerunt, non debent intendere consecrare Calicem, vnde omnes in forma Calicis debent habere intentionem consecrandi Calicem cum Episcopo absolutè consecrante, sed duplicem tamen conditione; prima, si consecrauerunt in priori consecratione panem: secunda si in eodem instanti

Sap. lib. præcep. 2. in alio ma prima.

stanti absoluant cum Episcopo, curando tamen cum illo absoluere, eáque ratione cessat illud inconueniens consecrandi Calicis ab eo, qui panem non consecrauit. Item cessat illud quod species vini sumantur ab eo, qui non consecrauit illas. Item quod aliquando Episcopus non consecret Calicem, nam qui non consecrauit panem non consecrat Calicem, & species vini semper sumuntur à solo Episcopo, & hic semper, & in omni euentu consecrat iuxta dicta. Tandem cessat inconueniens dicendi verba supra materiam consecratam, quia non dicuntur à Sacerdotibus illis cum absoluta intentione, sed sub conditionibus prædictis.

2. Sed aduersus superius dicta opponuntur duo inconuenientia, primum est, quod etiam admissa tota doctrina prædicta, adhuc fieri potest, vt quis vtramque speciem consecrauerit, quia simul cum Episcopo vtramque formam verborum absoluerit, & tamen non perficiat sacrificium; quia non sumit, & participat de speciebus à se consecratis, nisi tantùm de vna panis. Ad hoc inconueniens Cardinalis Lugo *de Sacram. Euchar. disp.* 11. *sect.* 8. *num.* 173. respondet non obstare. Verùm quia Couisch. *in* 2. *quæst.* 75. *art.* 1. *dub.* 5. *num.* 95. & alij asserunt esse iuris diuini, Dicastillus *n.* 245. respondet esse quidem iuris diuini præceptum, sed pro præcipuo celebrante, non pro omnibus in nostro casu; (sicut in illo Cardinalium cum Pontifice consecrantium) solum Episcopum esse præcipuum celebrantem illum iam diximus sumere vtramque speciem. Quod autem Christus solum præcipuo celebranti id mandauerit, ex ipso vsu Ecclesiæ iam dicto colligimus.

3. Secundò non obstat supradictis aliud inconueniens, nam posita nostra sententia, sequeretur, quod aliquando quis consecrauit panem, & non consecret Calicem, quia fieri potest, vt verba consecrationis panis simul cum Episcopo absoluat, atque adeo consecret panem, postea verò non simul absoluat consecrationis verba pro Calice, atque adeo Calicem non consecret, quod videtur inconueniens, consecrare scilicet, solum vnam partem, & non aliam, cùm sit de iure diuino vtramque consecrare, & non vnam sine alia, vt dicemus in eodem tractatu sequente dubit. illam 12. Et confirmari potest contra nos ad hominem: quia ideo diximus eum qui non absoluit simul cum Episcopo consecrationem panis, non debere habere intentionem consecrandi Calicem, non consecret Calicem non consecrato à se pane, ergo viceuersa erit inconueniens consecrasse panem, & non consecrare postea Calicem, cui periculo se exponit.

4. Sed ad hoc inconueniens doctè, vt semper solet, respondet Dicastillus *num.* 237. Sicut proximo inconuenienti non respondebamus, scilicet, præceptum diuinum vtramque consecrandi, sicut & vtramque sumendi, non esse pro omnibus, sed pro præcipuo celebrante, idque colligi ex vsu ipso Ecclesiæ, quia; cum exponat illos Neomystas ei periculo non consecrandi vtramque, sed alterutram, videtur ipsa Ecclesia dispensare cum eis, vt si quantum moraliter possint, procurent simul cum Episcopo finiri consecrationem, sit satis, vt non peccent, etiamsi alioquin sit periculum non consecrandi vtramque speciem. Quæ doctrina si admittatur, satis probabiliter euitabitur inconueniens. Supponit autem hæc doctrina, quod præceptum consecrandi vtramque speciem pro aliis, præter præcipuum celebrantem sit à sola Ecclesia, itavt quando recepta sententia Theologorum docet iure diuino esse obligationem vtramque speciem consecrandi, id intelligendum sit de solo præcipuo Celebrante, quod sanè difficile potest efficaciter impugnari, maximè cum hic casus sit rarissimus, & in illo etiam debeat esse aliquis, qui vtramque consecret, atque adeo nunquam fiat sacrificium, quin vtraque species, saltem ab vno principali consecretur, atque id est, quod videtur Christus præcipuè intendisse. Possemus vlterius respondere, esse diuersam rationem de consecratione Calicis suppositâ non consecratione panis, & de consecratione panis cum periculo non consecrandi Calicem, & hanc consecrationem pro eo casu licere, non illam. Nam qui consecraret Calicem, postquam non assecutus fuit consecrationem panis, quia re ipsa non simul cum Episcopo absoluit formam consecrationis panis, certò, & infallibiliter sine intentione consecrandi panem consecrat, & intendit consecrare Calicem, cum iam panis ab alio, & non à se supponatur consecratus; qui verò consecrat panem simul cum Episcopo, illum consecrat cum intentione, & spe consecrandi Calicem, licèt per accidens, & præter intentionem non succedat. Et hæc omnia docet Dicastillus vbi supra, cui adde Ochagauia *de Sacram. tract.* 3. *de ministrar. Euchar. quæst.* 3. *num.* 7.

5. Vnde non grauabor hîc apponere verba Patris Amici *de Sacram disp.* 24. *sect* 8. *num.* 214. vbi sic ait. [Dices de Iure diuino esse, vt qui consecrat, simul sumat quæ consecrauit; ergo si omnes concelebrantes vtramque speciem consecrarunt omnes debent vtramque speciem sumere, neque in hoc dispensare potest Ecclesia. Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Resol. 48. §. Nota etiam cursim post med. vers. Accedit. & in to. 2. tr. 1. Res. 128 §. Sed. inter med. & fin. cursim in vers. Cum prohibitum sit.

6. Respondetur: multos negare hoc esse de iure diuino, quod inter alios sentire videtur Suarez *disp.* 75. *de Sacrific. sect.* 5. *ad finem*; proinde potuit iuxta hanc sententiam ab Ecclesia dispensari. Secundò, esto sit de iure diuino, potuit tamen illud per iuris interpretationem ab Ecclesia declarari, in hoc casu ad factum Christi representandum non obligare; vti per eandem iuris interpretationem in Parasceue declarat ad mortem Christi representandam, ea die Sacerdotem non obligari ad consecrandam materiam, quam offert, & consumit, sed posse etiam ab alio consecratam, offerre & consumere.

RESOL. XCI.

An sit laudabilis talis consuetudo, vt Episcopus consecret simul in Missa cum Episcopo?

Idem est de Sacerdotibus in prima Missa concelebrantibus.

Et notatur, quod hic casus olim contingebat in Summo Pontifice, quo solemniter celebrante, Presbyteri Card. olim concelebrabant; & idem seruabatur in Sacerdotibus, qui Episcopo rem diuinam solemniter facienti assistebant, sed neuter casus est in vsu. Exp. 12. tr. 1. Resol. 91.

§. 1. ET negatiuè videtur respondendum, quia non desunt Catholici Theologi, qui loquentes de Sacerdotibus concelebrantibus cum Episcopo in prima Missa damnant hanc consuetudinem: sic Durandus *in* 4. *distinct.* 33. *quæst.* 2. Palatius *quæst.* 4. *subsecutè* Gabriel *lect.* 6. *in Canon. Missæ*, Sotus *eadem distinct. art.* 3. fundamentum est, quia huiusmodi consuetudo multis periculis est exposita; nempe, vt Episcopus qui est principalis minister, vel nil efficiat, si à celebrantibus Sacerdotibus præueniatur, vel vt isti otiosè verba consecrationis proferant, si Episcopus prius consecrarit, vel vt ab aliquo, ex his dicantur verba supra materiam iam consecratam, cum humano modo impossibile sit, omnes Sacerdotes in valde numerosa ordinatione, in eodem prorsus instanti physico, absoluere prolationem verborum. Sup. hac consuetudine in tom. 3. tr. 1. Resol. 48. §. Nota etiam. ante med. & in §. Et ideo.

2. Sed prorsus contra Durandum firmandum est hunc ritum, & morem, honestum, & licitum esse, cùm receptus sit, & vigeat in tota Ecclesia tum Græca tum Latina, & in Pontificali Romano præcipiatur ita fieri, & propterea noui Sacerdotes in sacro illo, in quo sacerdotalem Ordinem suscipiunt, cùm ad verba consecrationis acceditur, ex ipsius Pontificalis præcepto moueantur, vt eiusmodi verba pronuncient cum intentione consecrandi. Nec enim dici, vel cogitari potest, Ecclesiam totam in re tam graui errare, nec in Pontificali Romano aliquid iniungi, quod vel diuinæ legi, vel rectæ rationi contrarium sit: Vnde infero, legem illam libri Pontificalis pro tota Ecclesia, non fuisse adhuc latam tempore Durandi, ratióque est in promptu, quia quælibet ferè Diœcesis sicut suo Missali, & Breuiario, sic suo Pontificali, & Rituali vtebatur. Et hæc omnia docet Bernal. *de Sacram. disp.45.sect.1.§ 4.num.20.* & Amicus vbi infrà, *n.196.* apud quem extat etiam opinio de authoritate Romani Pontificalis.

3. Vnde Lessius *in 3.part.quæst.82.num.4.* sic ait: [Notandum est, consuetudinem illam, qua noui Sacerdotes consecrant in Ordinatione, non esse vniuersalis Ecclesiæ, vnde Durandus *distinct.13. quæst.3.* audet eam improbare, dicítque esse abrogandam. Verùm quia etiam in Ecclesia Romana, & plerisque aliis seruatur, non est priuatorum Episcoporum authoritate facilè abroganda, nam in vetusto Pontificali Romano, vt refert Caietanus de recenter ordinatis, dicitur: dicant omnia quæ sunt in Missali, sicut si celebrarent.] Ita Lessius, cui adde Præpositum *in 3.part.quæst.82.num.5.* & Marchinum *de Sacram. Ordinis, tract.2.part.8.cap.10.num.5.* Mercerum *in 3.part. quæst.82.art.2.* cum aliis. Dicendum est igitur rationabilem esse huiusmodi consuetudinem; multa suadent: Primò, quia credibile est, eam Apostolos à Christo didicisse, & de eius mandato ad nos peruenisse, maximè cùm non modò in Ecclesia Romana, sed etiam in Græca seruetur, quomodo ergo audent præallegati Theologi, tam Vniuersalem Ecclesiæ ritum toto Orbe terrarum diffusum, à tot Pontificibus per tot secula approbatum, damnare? Secundò quia Sacerdotes cum Episcopo Sacrum faciunt, in signum potestatis acceptæ. Quare sicut Apostoli Christo cœnanti concœnauerunt, ita noui Sacerdotes Episcopo celebranti concelebrant, vt inquit S.Thom. *3.part. quæst.82.art.2.in corp.*

4. Nota hîc obiter: quod hic casus olim contingebat in Summo Pontifice, quo solemniter celebrante, Presbyteri Cardinales olim concelebrabant, & idem ritus seruabatur in Sacerdotibus, qui Episcopo rem diuinam solemniter facienti assistebant, vt tradit Innocentius *lib.4.de mysteriis Missæ, cap.25.* sed neuter casus est vsu, vt notat Suarez *de Sacramentis, disp.71. sect.3. initio & prope finem*, & Marchinus vbi suprà, *num.1.* Ad argumenta verò superiùs adducta, respondet Amicus *in Cursu Theologiæ, tom.7.disputatione 24. sect.7.num.211.*

Sup. hoc in §.1.not.præteritæ, cursim ad lin.7. & vers. Et in Ecclesia.

RESOL. XCII.

Ponuntur duo casus circa Sacerdotes concelebrantes cum Episcopo, qui possunt applicari pro Episcopis consecratis, qui postea simul consecrant, (prout supra explicatum est,) cum Episcopo Missam concelebrante. Primus, si Episcopus celebrans Missam illam quatenus satisfactoriam offerat pro anima Petri, alius verò concelebrans pro anima Pauli, & alius pro anima Antonij, &c. cuinam harum trium animarum re ipsa proderit?

Secundus, an concelebrantes cum Episcopo integrum fructum illius Sacrificij ex opere operato referant?

Ex p.12.tr.1.Res.92.

§.1. PRimus casus proponit Bernal. *de Sacramentis, disput.45.sect.2.§.2.num.11.* sic enim asserit; [Offerat Episcopus Missam illam, quatenus satisfactoriam pro certa quadam Purgatorij anima, vt verbi gratia Antonij, & Paulus tunc recens ordinatus, & cum Episcopo consecrans pro anima Francisci, & Martinus pro anima Augustini, cuinam harum trium animarum re ipsa proderit, & cum effectu applicabitur illius sacrificij valor satisfactorius; Non vni dumtaxat, quia non videtur ratio maior cur huic, & non isti, vel illi applicentur. Non omnibus tribus, quia satisfactio est vnica, & finita, non valet nisi vni applicari, & re ipsa prodesse.

2. Respondeo primùm, si recenter ordinati Sacerdotes iuxta rectam rationem operentur, satisfactio illius sacrificij re ipsa proderit, & cum effectu applicabitur ei soli animæ, pro qua Episcopus obtulit: Quia recentes illi Sacerdotes ex norma rectæ rationis agentes quemadmodum cauere debent, ne prius perficiant verborum prolationem, quam Episcopus, vt non cum consecratione priuent, sed curare debent cum Episcopo simul perficere, vt idem cum illo sacrificium efficiant, eadem ratione debent non illud quatenus satisfactiuum offerre pro aliis animabus, sed pro illa tantùm pro qua illud offert Episcopus, sic prorsus, vt in offerenda satisfactione non etiam habeant intentionem, nisi quam habet Episcopus ita n. fiet, vt siue ipse Episc. solus consecret, cæteros anteuertens, siue non ille consecret, alio, vel aliis peruenientibus sacrificij fructum, Episcopo relinquat integrum, vt debent tanquam & per se, & independenter ab ipsis Missam celebranti, & tanquam Patri spirituali, & recens de ipsis per ordinationem optimè merito, & qui certissimè satisfactionem alicui determinatè sua intentione destinauit, quod recens ordinati in illo sacro facere non solent.

3. Respondeo deinde: si prædicti Sacerdotes valorem illius sacri satisfactorium, offerent pro distinctis animabus ab illa pro qua obtulisset Episcopus, adhuc mihi probabilius videtur Episcopi voluntatem siue intentionem, & oblationem præualituram, profuturúmque satisfactorium valorem soli ei animæ pro qua Episcopus obtulisset, quia quantumvis alij quoque verissimè consecrent, & tam Episcopus, quam ipsi consecrent instrumentaliter, adhuc tamen Episcopus cum cæteris consecrans videtur esse principalis, aliisque accessorij; quia Episcopus vbi tunc consecrat sine illorum consortio, posset consecrare non solum validè, verum etiam licitè, reliqui verò vbi tunc consecrant, nec licitè, nec validè consecrare possent, nisi dependenter ab Episcopo materiam præsentem habente, cum quo cæteri recens ordinati constituunt moraliter vnum. Igitur Missa illa principaliter est Missa Episcopi, accessoriè cæterorum, ac per consequens effectus illius sacrificij satisfactorius Episcopi intentionem sequi debet.

4. Respondeo tandem: si Episcopus re ipsa non consecraret, percurrentibus scilicet duobus, simulque & verè consecrantibus, quorum vnus valorem satisfactorium obtulisset pro anima Petri, alter pro anima Pauli, tunc valoris vna pars obueniret animæ Petri, & altera animæ Pauli. Quia illi duo Sacerdotes non se haberent, vt principalis, & accessorius, sed essent prorsus æquales, proinde non esset, cur vnius intentio alterius intentioni præualeret. Nec esset cur ambæ frustrarentur; cum valor ille non esset indiuisibilis, posséturque in duas diuidi medietates, quarum altera animæ Petri, & altera animæ Pauli obtingeret.] Et hæc omnia docet Bern. vbi supra.

§. Sed

5. Sed audiamus secundum casum à Marchino allatum, sic itaque ait *de Sacr. Ord. tr. 2. p. 8. c. 18. n. 10.* Secundò, deducitur concelebrantes cum Episcopo, integrum fructum illius sacrificij ex opere operato referre. Ratio est, quia quilibet est verus Minister totum ac integrum Christum, qui in hoc sacrificio res oblata, verè sacrificans. Item quia non esset maior ratio de vno sacerdote, quam de alio: igitur omnes secundum propriam dispositionem recipiunt fructum illum sacrificij ex opere operato, qui offerenti à Deo tribui solet. Quinimo probabile mihi est, licere vnicuique concelebranti, tunc alteri applicare pro libito suo fructum illum sacrificij, quem vocant medium; seu qui aliis à sacerdote ex diuina institutione est applicabilis; siquidem ita quilibet sacrificat propria actione, & operatione, ac si non concelebraret, sed solus offerret, consequenter omnia potest, quæ posset si solus offerret, sed si iste solus offerret, fructum Missæ medium alteri pro libito applicare posset, ergo etiam idem tunc poterit.] Hucusque March. quæ quidem omnia videntur applicari posse in casu nostro Episcopis consecratis, qui postea simul consecrant cum Episcopo Missam celebrante, modo quo suprà explanatum est, & Pontificale Rom. præscribit. Et ita hanc sententiam tenet nouissime Quintanadueña *de Præceptis Ecclesiæ tom. 2. tract. 2 singul. 3. num. 7.* omnino videndus.

RESOL. XCIII.

De reuerentia, quam debet Episcopus consecratus Episcopis, qui illum consecrarunt. Ex part. 12. tractat. 1. Resol. 93.

§. 1. NImiam reuerentiam debet filius Patri, & ego non minorem existimo deberi ab Episc. consecrato Episcopis Consecratoribus. probatur hoc, & auctoritate Tulberti *Epist. 23.* cuius verba affert, & ponderat D. Hallier *de sacris electi. part. 1. cap. 2. art. 1. §. 12. num. 23.* vbi sic ait: Ea quoque reuerentia Consecratori seu Ordinatori Episc. exhibeatur, vt spiritualis Pater haberetur; & eum accusare nefas esset? id enim ab Hadriano I. in Capitulis Angilramno datis, necnon in Capitularibus Catoli magni cautum legimus, vt Episcopi Pontifici à quo consecranti probantur, præiudicium inferre nullum possint, quod si præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est, nec posse inter Ecclesiastica vllo modo Statuta censeri, idcóque Lupus Ferrariensis Abbas Epist. ad Guenilonem Senonensem infensum redderet, multa in eum à Lupo Ferrar. mota retulerat, huius rei suspicionem ita à se remouet: Quomodo enim (inquit) tantæ possem effici paruitatis, vt depositionem eius cuperem, cuius acceperam diuinitùs consecrationem. Ideo etiam Leo Rom. Ecclesiæ Diaconus, Sixti III. Legatus Ephemium Episcopum qui Polychronium Hierosolymitanum licèt iustè, & veraciter accusauerat, reprehendisse dicitur eumque iis verbis increpasse; ex te enim damnaberis, quoniam Pontif. qui te consecrauit Coëpiscopum condemnabas, & accusabas, vt legitur in Epist. Nicolai I. Hinc etiam Fulbert. Epist. ad Leuthercium Archipræsulem Senonensem: multum, (inquit) amoris, ac fidelitatis tibi Pater me debere censeo, per cuius manum à Deo benedictionem; & sanctam Vnctionem accipi, vnde animus meus ita pendet ex tuo, vt quidquid te iusta ratione, aut contristat, aut hilarat, idem me, si respiciam simili modo afficiat. Potuitne Fulb. efficacioribus verb. necessitudinis vincula inter Ordinantem, & Ordinatum declarare, quam vt ea liberorum, ac parentum nexibus æquiparet, & amoris, atque fidelitatis obligatione ordinatum constringere doceat? ideo enim Episcopus Episcopum patrem vocat, quod ab eo ordinatus, quod eius ministerio Ecclesiæ datus, & populorum pater effectus esset: filium ergo se illius nominat, à quo se meminit ordinatum, quæ forte opinio Diui Paulini, qui Nolanam postea fœliciter Ecclesiam Episcopus administrauit, inhæsit animo, dum fraternam inter eos, qui ab eodem ordinati, vel in Clericos vendicati essent, necessitudinem inesse arbitratur; sic enim ipse Epistola ad Alipium: quod indicasti iam de humilitatis nostræ nomine apud Mediolanum te didicisse, fateor curiosus me velle condiscere; vt ex omni parte te nouerim, quo magis gratuler si à suscipiendo mihi Patre nostro Ambrosio, vel ad fidem inuitatus es, vel ad Sacerdotium consecratus, vt eundem ambo videamur habere authorem. Non parum ille necessitudinis inter eos inesse iudicabat; qui ab eodem essent ordinati, qui de eo tam curiosè sciscitatur, quia cum Alipio se strictiori vinculo coniunctum esse gestiret, scire vehementer optabat, nam ab eodem ambo, vel baptizati, vel ordinati essent, quatenus spirituali ista, seu cognitione, seu affinitate coniunctiores euaderent, & de ea ipsa congratulari, & congaudere posset.

2. Et hæc omnia docet Hallier vbi suprà, quæ vtinam obseruarent aliqui Clerici, qui quotidie Sacram Congregationem Cardinalium infestant, libellos aduersus suos Episcopos porrigentes; & faxit Deus an bono Zelo.

RESOL. XCIV.

An Episcopus consecratus in die Natiuitatis Domini post sumptam Communionem, & facta consecratione cum Episcopo celebrante, possit postea dicere duas Missas.

Idem est de Sacerdote simplici ordinato in die Natiuitatis Domini. Ex p. 12. tr. 1. Res. 94.

§. 1. CAsus est curiosus, & ad illum affirmatiuè Respondeo qui cum Quintanadueñas *de Præcept. Eccles. tom. 2. tract. 2. singul. 3. num. 8.* vbi sic ait: si quis in die Natiuitatis Dominicæ in Episcopum consecretur post primam Missam, quam celebrat cum Consecratore; seu in ipsa sua consecratione, posse consecratum alias duas celebrare, vel communes, vel Pontificias, ducor iis fundamentis, quia licèt ipse tunc communicet de manu Episcopi consecratoris, non tamen communicat, vt laicus, sed sicut Sacerdos celebrans, quia Eucharistiam sub vtraque specie suscipit, & verè celebrat, sicut dicitur in Pontificali Romano Clementis VIII. *fol.* 103. sic: Ponatur vna Hostia consecranda pro consecrante, & consecrato, & vinum consecrandum in Calice, sufficiens pro vtroque. Et post consecrationem, & pacem additur. Deinde postquam Consecrator Corpus Domini sumpserit, totum Sanguinem sumit, sed solum partem eius cum particulæ Hostiæ in calice missa. Et priusquam digitos abluit, communicat consecratum priùs de Corpore, tum de Sanguine; Deinde purificat se, deinde consecratum, &c. & consecratus prosequitur Missam, sicuti Consecrator. Et antea dicitur consecratus ante se habens Missale suum simul cum Consecratore dicit, & facit omnia, provt in Missali. Igitur cum æquè vterque celebret, & celebrando communicet consecrator, & consecratus, æquè possunt post primam Missam alias duas celebrare. Ita Quintanadueñas. Vnde ego suprà rectè docui Sacerdotem ordinatum ex concessione Apostolica in die Dominico, & postea eodem die consecratum in Episcopum

§ap. hoc in tom. 3. tr. 1. ex Res. 54. lege doctr. §. vlt. & alterius Res. & §. eius not.

posse vtique tunc in tali casu, non obstante quod bis sumpserit communionem, & consecrauerit cum Episcopi ordinantibus, posse inquam celebrare aliam Missam.

2. Ex his sequitur, Sacerdotem ordinatum in die Natiuitatis, posse post ordinationem alias duas Missas dicere, quod latè probat Quintana, *vbi suprà, num.* 2. quod verò sub vna tantùm panis specie Eucharistiam tunc nouus Sacerdos accipiat, non obstat quominus Missam absolutè celebret: cum iuxta Doctorum veriorem sensum, & cum S. Thoma *quæst.* 82. *artic.* 4. doceant Sicanius *disp.* 75. *sect.* 4. Vasquez *disput.* 222. *cap.* 5. Granados *tract.* 14. *disp.* 3. *sect.* 1. *num.* 2. & alij; in sola consecratione vtriusque speciei, quæ fit ab ordinato, Sacrificij Missæ essentiam consistere. Nec desunt oblatio, & consumptio ab ipso factæ, si ad integritatem, vel partem essentiæ consumptio pertineat, vt alij affirmant: siquidem offert ipse Hostiam: etiam consecratam consumit, & ita perfectum sacrificium ab eo celebratur. Et vt rectè Niss. *or. de resur.* [qui dedit Discipulis suis corpus ad comedendum, apertè demonstrat iam perfectam, & absolutam factam, esse Agni immolationem.]

3. Neque ad dicendam secundam, & tertiam Missam eo Natiuitatis die obstare potest, quod in prima Eucharistiam Sanguinem non sumpserit. Si enim aliquis Sacerdos ex obliuione, ignorantia, aut malitia in eius diei prima Missa illum non sumpsisset, quis diceret ideo impediri ad alias duas celebrandas, sicut neque impediretur ex eo, quod ipse verè non consecrasset, quia alius ante eum formam perfecit, Aliter Episcopus etiam hos ordinans prohiberetur tunc alias duas Missas celebrare, cùm verè dubitetur, aut forsan cognoscatur, verba consecrationis ante ipsum aliquem ex initiatis Presbyterum absoluisse.

4. Missa igitur tunc absolutè dicitur celebrari tum ab Episcopo, tum à Presbyteris, quos tunc ordinauit, & ex parte illius Pontificia, & ex parte horum solùm sacerdotalis.

RESOL. XCV.

An Episcopus per Consecrationem accipiat potestatem creandi Doctores? Ex p. 12. tract. 1. Resol. 95.

Sup. in Resol. §. 1. 74. & 75. & lege eas per totas.

DIximus suprà, Episcopum per consecrationem non solum acquirere ea, quæ pertinent ad potestatem iurisdictionis, sed etiam ea, quæ pertinent ad potestatem Ordinis, & legis Diœcesanæ, vt est probare Doctoratum; & quidem.

2. De hoc casu magna quæstio olim mihi fuit cum quodam amico Iurisconsulto Parmensi, & affirmatiuam sententiam tenet Pater Bordonus, nunc meritissimus Generalis suæ Religionis, in suis Decisionibus Miscellaneis, *decis.* 440. *per totam. Primò*, ait, quia S. Paulus creauit Timothæum Doctorem, & Episcopum Ephesinum, Titum pari modo fecit Doctorem, & Episcopum Cretensium; nam necesse est, quod Episcopus sit Doctor de iure diuino, idem Paulus *in Epist.* 1. *ad dictum Timoth. cap.* 3. *num.* 2. Si ergo Diuus Paulus illos ordinauit Episcopos, necessariò eosdem creauit Doctores, ne dicamus absurdum, Paulum legem diuinam fuisse transgressum, id autem præstitit non vt Apostolus, sed vt Episcopus, nam in eisdem Apostolis cessare debuit dignitas Apostolatus, non verò Episcopatus in successoribus perpetuandis: ergo dicendum est, Paulum creasse prædictos in DD. potestate Episcopalis iurisdictionis, nam Doctoratus in Ecclesia Dei perpetuo manere debet. Secundò, Episcopi officium est pro suis ouibus prouidere de Doctoribus, qui fideles instruant, vt dicitur, cap. de quibusdam 12. *distinct.* 38. *cap.* 24. & *fin. de Magistris*, & isti maximè necessarij sunt in Cathedralibus, & Collegiatis, vt videre est in diuersis Conciliis, præsertim Tridentino *sess.* 22. *cap.* 2. *sess.* 23. *c.* 18. *sess.* 24. *cap.* 8. & alibi ergo iure sui officij Episcopus potest doctorare personas idoneas, vt ex illis à se cognitis possit prouidere de doctrina suis ouibus. Consequentia patet, quia eodem iure quis videtur mediis, quo tendit in finem *l. Oratio ff. de sponsal.* Oratio autem Doctorum est medium, ad instruendum fideles illis egentes. Tertiò, id videtur apertè colligi ex duobus capitibus citatis in præcedenti argumento, nam in cap. de quibusdam, habentur hæc verba: Diligentia adhibeatur, vt magistri, & Doctores constituantur, & ab Episcopis creentur, qui doceant studia literarum. *In cap. Vero* 4. *de Magistris*, idem verbum exprimitur; constituatur Magister idoneus, id est fiat, & creetur homo idoneus in Magistrum, loquitur autem textus ad Episcopos, verbum Constitutio, referatur ad creationem alicuius in gradum res nota est, nam in Psalm. dicitur: *Ego constitutus sum Rex ab eo, id est factus, & creatus.* Lucæ 12. *num.* 14. *Qui me constituit iudicem?* Ista significatio est notoria in sacris Literis, ad quartum sensum trahenda sunt verba sacrorum Canonum, quia Canones processerunt à veteri, & nouo Testamento, *cap. qualiter* 24. *de accusat.* Quartò in Concilio 12. Cæsaraugustano, quod est Prouinciale, *Can.* 7. [Sancitum fuit ab illis Episcopis, ne quis nomen doctoris sibi imponat, præter illos quibus conceditur, ergo Episcopus habet de iure proprio creare Doctores, sicut prouidet, ne quis hunc honorem sibi propria auctoritate assumat. Quintò non minus necessarij sunt Doctores in Episcopatibus ex allegatis textibus, quam Parochi, ex eo, quod Episcopus hæc duo officia per seipsum non potest respectu omnium fidelium sibi subditorum immediatè præstare, sicut ergo ex iure communi, & proprio, constituit Parochos in singulis Parochiis de simplicibus Sacerdotibus faciendo, & creando illos Parochos; qui ante non erant, ita iure suo creat scholares doctos in Magistros, & DD. pro suo Episcopatu. Sextò, secundùm Hostiensem in summa tit. de Mag. gradus Doctoratus conferri potest tribus modis, iure communi, consuetudine, & priuilegio, si quis autem potest conferre lauream doctoratus de iure communi, maximè est Episcopus, quod videtur confirmari ex *Clem.* 2. illis verbis;] illis ad quos vbilibet pertinet honorem tribuere memoratum, [Non distinguendo de modo pertinendi, iure communi, an consuetudine, aut priuilegio, cùm ergo Papa loquatur indistinctè, videtur tacitè approbare præfatam distinctionem.] Hæc omnia Bordonus vbi supra.

3. Sed non desunt Authores contrarium sustinentes, quos citat, & sequitur Alexander *lib.* 6. *cons.* 110. *gloss. fin. in cap.* 2. Clement. 2. *de Magistr.* Abbas *in cap. Tuæ de Cleric. non resid.* Baldus *in proœm. prima Constitutionis Digestor.* Panormitanus *in dictam Clement.* Anchar. Gemin. Domin. Philip. Franc. *in cap.* 1. *de maiorit. in* 6. Felin. *in cap. cùm olim de maior. in cap. verum de foro competent.* quid ego sentiam, dicam breuiter; opinionem affirmatiuam Bordoni saltem in Italia non video practicari, existimo tamen suam habere probabilitatem, & inuenio illam docere Carolum Vomagen de iure Publico *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 11. & Laurentium Olim *tract. de iure Episcopali, Thes.* 17. At his non obstantibus, ego negatiuæ sententiæ adhæreo, quam ex Theologis docet Armilla verb. Episcopus, num... Et Emanuël Sà verb. *docere, num.* 7. vbi sic ait: [Doctorare, seu gradum doctoratus, dare posse Episcopum de iure communi quidam aiunt, alij negant, quod ego magis probo. Ita ille, & Ego.

RESOL.

RESOL. XCVI.

An Episcopus ex vi consecrationis sit adstrictus voto obedientiæ ad firmitatem status emissæ?

Ex quo infertur, quod Episcopus non potest Episcopatum deserere, nec ad alium se transferre sine dispensatione Pontificis, nec etiam ad Religionem transire. Ex p.12. tract.1. Res.96.

§. 1. Affirmatiuè respondet D. Th. 2.2.q.174. art.4.5. & 8. & clariùs q. 181. art.4. & q.189. art.7. & Opusc.18. Et sentit hoc votum esse solemne; & in eo fundari, quod Episcopus non possit Episcopatum deserere, nec ad aliud se trãsferre sine dispensatione Pontificis. Quam sententiam secuti sunt Carthusian. *Opusc. de regimine Episcoporum, art.3.* Soto *lib.10. de iust. q.2. art.4.* & Vvaldens. *in tom.3. doctrinalis fidei, lib.3. tit.2. cap.17.* Et hoc putant necessarium ad veritatem status Episcopalis; quia existimant non posse statum perfectionis sine voto solemni consistere. Et ratione huius voti indicat etiam D.Th. in institutione Episcopi interuenire professionem solemnem, per quam Episcopus in statu perfectionis constituitur. Cùm autem D.Th. fateatur hoc votum esse dispensabile per Papam, & id neget de votis solẽnibus Religiosorum, necesse est, vt non eodem modo de vtriusque solemnitate senserit: ac proinde solemnitatem huius voti Episcopalis esse tantum quasi extrinsecam, & accidentalem, ac iure humano introductam. Et ideo in præcedenti puncto dixi D. Thomam in ea opinione fuisse, vt vinculum Episcopi cum sua Ecclesia non sit iure diuino indissolubile.

2. Verùm his non obstantibus, Pater Suarez *de Religione, tom.3. lib.1. cap.16. num.25.* putat huiusmodi voto adstrictum non esse Episcopum, quia ad firmitatem, ac stabilitatem status Episcopalis hoc votum necessariò non desideratur: deinde nullum est fundamentum talis asserendi voti, cum consecrationi prælolis nullum esse adiunctum votum è variis ex pressis formulis pateat.

3. Dicendum est itaque quod sententia D.Th. si intelligatur de voto proprio, quod in promissione Deo facta consistit, non est probanda, quia nullum fundamentum habet; & cùm votum de se sit voluntarius, & consilij, non potest sine fundamento cogente affirmari, aut credi necessarium. Et declaratur, ac probatur; quia in primis consecrationi Episcopi, vt sic, nullum peculiare votum ex iure diuino, vel humano annexum est: nam de voto castitatis dicendum est solùm esse consecrationi Episcopi coniunctũ, quatenus illa consecratio supponit sacrum Ordinem, cui annexum est tale votum. vel obligatio castitatis, non iure diuino, sed Ecclesiastico. Potuisset autem Ecclesia illud coniungere ordinationi Episcopi, & non Sacerdotis, id tamen non fecit ideóque nunc non est alia obligatio castitatis in Episcopo, quàm in Sacerdote; licèt fortè ex circumstantia personæ, in Episcopo sit maior. De voto item paupertatis, & obedientiæ res est manifesta, Idémque de quocumque voto aliquid faciendi ex vi consecrationis: nullum enim tale potest cum fundamento cogitari, nec in eo, qui absolutè renunciauit Episcopatui, aliquid eiusmodi reperitur: vt ex *cap. inter corporalia*, colligitur. Et tamen in illo manet quidquid consecrationi Episcopali annexum est. Idémque est de illo, qui sine titulo alicuius Ecclesiæ Episcopus consecratur: nam cùm illi non imponatur Pastoralis cura, non potest Votum illius emittere.

4. Deindè nec tale votum sit ab Episcopo electo, & confirmato, acceptante, & suscipiente pastoralem curam. Quia vel illud votum est de præstandis, ac exequendis actionibus sui muneris, vel de perseuerando in illo munere: neutrum dici potest: ergo. Probatur prior pars: tum quia vel illud votum cadit in solas actiones, ad quas Episcopus tenetur ex præcepto Charitatis, vel Iustitiæ ratione officij, & sic non est verisimile imponi tale votum ex obligatione, cùm prior obligatio sufficiat. Nec peccatum Episcopi omittentis actiones debitas ratione officij habet specialem malitiam Sactilegij contra votum, sed solam quam habet ex transgressione officij, vel præcepti. Vel illud votum esse creditur de aliquibus operibus supererogationis, quæ aliàs non sunt in præcepto, & tale votum esset nimis onerosum, & propria sponte rarò, vel nunquam fit: nec credo posse Episcopum per Ecclesiam cogi ad illud emittendum: imo indefinitè factum esset indiscretum? & constat de nullo particulari actu fieri. Nam si Episcopus in sua institutione aliqua in particulari promittit, vel iura, illa non sunt vota specialia Deo facta, vel humanæ promissiones, vel iuramenta, quibus fortiores obligationes magis confirmantur: Vt videre licet *in cap. ergo N. de iureiurand. & in forma iuramenti*, quæ in Pontificali Rom. habetur.

5. Altera verò pars de voto perseuerandi in munere probatur: primò ex *dicto cap. Nisi cùm pridem, in fine.* Vbi dicitur, Episcopum esse ligatum nexibus præceptorum, ne valere possit ad Religionem trãsire sine licentia Papæ: & non dicitur esse ligatum voto. Secundò, ex eodem *cap. §. Verum si*, vbi illa obligatio perseuerandi in fide data fundari dicitur: Fides autem data fuit non per votum proprium Deo factum, & speciale, sed per pactum ipsum inclusum in acceptatione talis muneris cum tali onere, & obligatione lege Ecclesiastica præscripta. Tertiò, quia hęc obligatio sufficit, & ideò vltra illam non est cur cogatur Episcopus ad superaddendam voti obligationem; neque ipse sua spontanea voluntate tale votum facere intendit; nec vult se amplius obligare, quam iure diuino, vel Ecclesiastico teneatur. Quartò, quia quando cum aliquo dispensatur, vt renuncíet, vel transeat ad alium Episcopatum, non censetur fieri dispensatio in aliquo voto, alioqui talis dispensatio sine sufficienti causa facta, esset nulla; quod est incredibile, vt iam ostensum est. Nam si implicatur illa conditio, vt renunciatio, vel translatio non fiat sine licentia Romani Pontificis, actus sine vllo scrupulo recipitur, vt validus communi vsu Ecclesiæ, quidquid sit de honestate illius, vel culpa ob defectum rationabilis causæ.

Sup. hoc etiã cursim in to. 8. tract.4. ex doctr. Res. 73. §. Sed, in principio.

6. Vnde ad præcipuam difficultatem, propter quam hæc omnia diximus, respondemus ad immutabilitatem status Episcopi sufficere moralem obligationem permanẽdi in illo munere, ortam ex pacto inito cum Ecclesia, incluso in ipsa acceptatione Episcopatus cum conditionibus præscriptis, vel ex mutuo consensu contrahentium, vel ex iure Pontificio. Imo existimo ad rationem status sufficere pactum esse perpetuum, à quo recedere quis non possit sine consensu alterius contrahentis. Ideóque licet à Pontificibus non esset addita illa conditio, quod Episcopus non possit deserere suam Ecclesiam sine sua licentia, satis esset ad rationem status, quòd non possit illam dimittere sine consensu ipsius Ecclesiæ, seu eligentium Hucvsque Suarez.

7. Sed auersus illum acriter iusurgit nouissimè ex Clericis Minoribus Pater Thomas Hurtadus *variar. tom.2. tract.12. cap.1. §.9. limit.2. n.*1604. sequens sententiã D. Thomæ. Verùm ego sententiam Patris Sua-

rez satis probabilem existimo, quam tuetur etiam nouissimè Pater Gerunda *de Episcopo, tom.2.lib.8.dist.13. cap.3. num.15.*

RESOL. XCVII.

An in Consecratione Episcopus obligatur voto, vel iuramento ad Apostolorum limina visitanda?
Et quid si legitimo impedimento detentus fuerit? Ex p.12.tr.1. Res.97.

§. 1. SAnchez *in summa tom.1. lib.4. cap.15.n.12.* docet hanc obligationem esse voti personalis, quod tamen instar realis obligat, & posse per alium impleri: nam stylus habet & explicat hoc votum, vt per seipsos, vel alios id præstent Episcopi; atque ita solent committendo alicui Romæ vt id nomine Episcoporum, præsertim distantium faciant: nam id est de ratione voti personalis à sciente perpetuum sibi esse impedimentum, vt ab alio, emittentis nomine, possit adimpleri: & videtur approbatum ab Ecclesia sciente, nec obligante, vt aliàs hoc votum impleatur, & sanè si secus intelligeretur esset impossibile Episcopis longè distantibus, necnon irritum, cùm impediens esset residentiam iure diuino ab ipsis debitam; Tandem addit Author etiam existentem Episcopum Romæ satisfacere, si impleat hoc votum per alterum.

2. Verum circa superiùs dicta à Patre Sanch. multas habet difficultates Pater Gerunda *de Episcopo, tomo 2. libro 8.disput.13. cap.3. num.17.* [Primò hanc singularum aliarum partium huius formulæ, non esse voti, sed iuramenti promissorij super ostendi, quam specie distingui ab obligatione voti sæpè hîc docui. Deinde dico non promanare à natura voti personalis per modum realis emissi posse Præsulem per alium satisfacere huic obligationi, sed ratione modi, ac formulæ sub qua promisit, vt patet ex suprà exarata per illam clausulam. *Quod si legitimo impedimento detentus fuero, prafata omnia adimplebo per certum Nuntium, &c.* Neque scio aliter vsum habere, eo præsertim, quod in dicta forma multas amplectitur personas promouendus iurans; quibus de sensu propriæ Ecclesiæ instructis possit totum hoc negotium committere. Neque facilè dederim manum Sancho, vt asseram, absque legitimo impedimento Præsulis posse hanc rem transigi, cùm expressè caueatur id in forma iuramenti; imò vt patet è clausula penultima, legitimum impedimentum promittit Episcopus, per legitimas probationes se docturum, easque remissurum ad Cardinalem proponêtem in Congregatione Sacri Concilij, tametsi facili negocio admitti relationem Ecclesiarum longè distantium, non negauerim ob longitudinem, periculúmque itineris, & ob alias qnæ solent afferri, tricas impedientes viatores. Neque quod adfert Sanchez de impedimento residentiæ aliquid probat, cùm huiusmodi obligatio satis abundè circumspecta sit, atque attemperata, vt ex Italia. Insulisque adiacentibus: tertio quoque anno teneantur Episcopi Romam adire: Galli Hispani, Germani, Belgæ, Boemi; Hungari, Poloni, Angli, Scoti, Hiberni, ac similes quinto quoque anno, ac decimo cæteri è remotioribus regionibus, vt Asiatici, ac noui Orbis. Denique vltimũ Sanchi placitum non approbo, vtpotè contra expressum iuramentum, quo se vincit Episcopus. Itaque in Curia Romana existens Antistes, ni legitimo infirmitatis, vel alio impedimento detentus, non posset, neque suæ satisfaceret obligationi, si munus hoc alteri demandaret.] Hucvsque Gerunda.

Sed licet sententiam Sanchez sequatur nouissimè Paulus Squillante *de Priuil. & obligationib. Episcoporum, p.1. cap.9. n.4.* Ego tamen magis adhæreo opinioni P. Gerunda.

RESOL. XCVIII.

An Consecratio Episcopi inducat circumstantiam necessario in confessione explicandam?
Et deducitur à fortiori certum esse fornicationem Episcopi nondum consecrati, nec sacro Ordine initiati, secluso scandalo, non excedere malitiam simplicis fornicationis. Ex p.12.tract.1. Res.98.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Fagund. *precept.1. lib.4. cap.3. num.8.* asserens, quod si Episcopus iam sit consecratus, non satisfacere dicendo in confessione se peccasse contra statum, sed teneri declarare circumstantiam consecrationis: quia status Episcopalis est multo perfectior & sanctior, quàm status religiosi; vnde si status Religiosi est circumstantia notabiliter augens peccatum, multo magis erit status Episcopalis, Nugnus *verò in addit. ad 3. part. quæst.9. art.2. dub.3.conclus.2.& 3.* addit teneri Episcopum istam circumstantiam explicare in quocumque peccato mortali: quia Episcopi ratione proprij status tenentur ad perfectionem vitæ Christianæ habendam, at huic perfectioni ex æquo repugnat quandoque peccatum mortale.

2. Sed ego alibi negatiuam sententiam docui, quam me citato nouissimè firmat doctus, & amicissimus Pater Perez *de Sacramento pœnitentiæ, disputat.28. sect.12. numero 2.* Ratio est quia nullam aliam obligationem ad castitatem habet, quam ratione voti annexi Ordini sacro: ergo eiusdé rationis est fornicatio Episcopi, ac fornicatio cuiuscumque in Ordine sacro constituti. Quod intellige, nisi fornicatio illa ab Episcopo commissa ita publica esset, vt scandalum causaret: tunc enim specialis malitia ex statu, ac officij circumstantia contraheretur, eáque esset necessaria in Confessione explicanda; quia delinqueret aduersus specialem officij obligationem, qua tenetur subditos pascere verbo, & exemplo.

3. Ex his apparet à fortiori certum esse fornicationem Episcopi nondum consecrati, nec sacro Ordine initiati, secluso scandalo non excedere malitiam simplicis fornicationis. Ratio est, quia nulli obligationi speciali ad castitatem præter communem omnibus aliis aduersatur, & solo iure Ecclesiastico, statui Episcopali annectitur specialis castitas ratione ordinis sacri. Quare sicut non obstante maiori perfectione status Episcopalis in ordine ad alios perficiendos, nullo iure est ei annexa paupertas, quæ tamen est de essentia status Religiosi, & si minus perfecti, ita nec castitas nisi de iure Ecclesiastico ratione Ordinis sacri, qui necessariò præmittitur consecrationi Episcopali: Ergo si Episcopus est tantùm electus, & confirmatus, & nondum in sacris constitutus, non tenetur ratione status ad castitatem specialem. Vnde pace viri docti puto non bene dici à Nugno, necesse esse Episcopum in omni peccato mortali, etiam interno, vel occulto circumstantiam sui status explicare. Patet, quia, vt constat ex dictis, secluso scandalo, circumstantia huiusmodi status non transfert peccatum ad aliam speciem licet illud aggrauet ratione maioris obligationis, cùm Episcopus debet procurare perfectionem.

RESOL

RESOL. XCIX.

An Episcopus consecratus ab hæretico, seu excommunicato efficiatur irregularis, & priuetur vsu Ordinum?

Et supponitur ordinatum ab hæretico, suspenso, excommunicato, degradato, &c. prohiberi ab exercitio Ordinis accepti, atque incurrere irregularitatem, si suo Ordine vtatur.

Et quid, si à prædictis aliquis cum ignorantia Ordinaretur? Ex p. 12. tr. 1. Res. 99.

§. 1. REspondeo Episcopum consecratum, vel alium Ordinatum ab Episcopo hæretico, suspenso, excommunicato, degradato, seu non denunciato, non incurrere excommunicationem, neque irregularitatem, neque priuari vsu sui Ordinis. Suppono imprimis tum Ordines, tum alia Sacramenta, ad quorum valorem non requiritur iurisdictio, validè conferri posse ab excommunicatis, suspensis, atque etiam hæreticis.

2. Suppono secundò, Ordinatum ab hæretico suspenso, & excommunicato prohiberi ab exercitio Ordinis accepti in ordinantis execrationem, atque incurrere irregularitatem, si suo ordine vtatur. Ita Hentiquez Valent. & alij cõmuniter apud Barbosam *alleg. 3. de potest. Episcop. num. 3.* Couarruu. *in cap. Alma mater 1. part. §. 6.* qui omnium concordem sententiam esse affirmat, & patet *ex cap. 2. de Schismat.* vbi Innocent. III. scribit Bisuntino Episcopo, vt Priorem ab Schismatico ordinatũ repellat ab Ordinibus, nisi doceat ab habente potestatem secum fuisse dispensatum, & *cap. 1. de Ordinat.* ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui, statuit Alexand. III. ad Toletanum Archiepiscopum scribens, vt eiusmodi executionem Ordinis sacri non retineant; & Gregor. IX. *ibidem cap. 2. de Ordinatis ab excommunicato*, si ignoranter peccarunt, indulget, vt cum ipsis dispensetur, & sane cùm talis Episcopus hæreticus, excommunicatus, simoniacus, suspensus non habeat vsum Ordinum, illum dare non poterit, iuxta regulam Vrbani II. ad Episcopum Pistorien. *in cap. Beibertum 1. quæst. 7.* qui nihil habuit: nihil dare potuit. Dixi nihilominus ordinatorum ab Episcopo hæretico, & excommunicato non denunciato, fore irregulares, & habere liberum exercitium Ordinis à tali Episcopo accepti, quod ex communi sententia docet Sanchez *lib. 3. de Matrim. disput. 22. num. 35.* Henriquez *lib. 13. cap. 39.* Barbosa *alleg. 3. de potest. Episcop. numero 17.* Mascard. *de Probat. concl. 649. num. 45.* & alij, quia ex fauore Extrauag. *ad euitanda*, neminem non denunciatum etiam in Sacramentorum receptione, vitare tenemur. Neque Couarruu. *in cap. Alma mater, 1. part. §. 6. num. 6.* & alij Canonistæ apud ipsum rectè obiiciunt *cap. 2. de ordinat.* ab eo, qui Episcopatui renunciauit. Vbi Pontifex indulget dispensari cum ignoranter ordinatis ab Episcopo excommunicato; loquitur etiam de Episcopo publicè excommunicato, qui tamen occultus sit ordinato, vbi contingere potest: tunc enim illa ignorantia non excusat ordinatum, qui idcirco indiget dispensatione, quæ tamen facilius ad illam ignorantiam indulgetur; deinde veteri illi iuri derogatum fuit per Extrauag. *ad euitanda*. Et hæc omnia docet eruditus Gibalinus *de Censuris, disquisit. 7. quæstione 1. consect. 23. numero 48.*

RESOL. C.

An liceat tempore interdicti Consecrationem Episcopalem ministrare?

Et quid de ministratione Ordinum tempore interdicti, quamvis locus sit interdictus ab ipso Ordinante?

Et an saltem Sabbatho Sancto in loco interdicto possit Episcopus conferre Consecrationem Episcopalem? Ex p. 12. tract. 1. Res. 100.

§. 1. SVppono tempore Interdicti administrationem, receptionem Sacramentorum prohibitam esse exceptis casibus in iure expressis, vti deciditur *capite, responso, de sentent. excommunicat. & cap. si sententia eodem titul. in 6.* Hoc supposito clarè patet non posse Episcopum tempore interdicti ministrare consecrationem Episcopalem, quæ vti supra satis probatum, est Ordo, & Sacramentum. Et Sacramentum ordinis certa sententia est, in loco interdicto, vel personis specialiter interdictis nullo modo conferri posse, bene tamen generaliter interdictis in loco non interdicto; quia quælibet Sacramẽtorum receptio, & administratio in loco interdicto, vel personis specialiter interdictis prohibita est. Secus verò hic qui generaliter tantùm interdicti sunt in loco non interdicto, colligitur ex *c. responsi. de sent. excom.* Ar nullibi inuenitur Ordinis Sacramentum exceptum: ergo intelligendum est prohibitum iuxta *text. in cap. si sent. excomm. in 6.* & tradunt ferè omnes DD. teste Couarruuias *cap. Alma 2. part. §. 3. num. 4.* Nauarrus *cap. 27. num. 179.* Henriquez *lib. 13. cap. 45. num. 2.* Sayrio *lib. 5.* Thesauri *cap. 7. num. 35.* Suarez *disp. 33. sect. 1. num. 4.* Filliuccius *tract. 18. cap. 2. n. 47.* Bonac. *disput. 5. punct. 3. §. 3. num. 3.* Paulus Layman *lib. 1. summæ, tract. 5 part. 4 cap. 2. num. 1.* Quæ omnia procedunt, quamuis locus sit interdictus ab ipso Episcopo ordinante; debet enim interdictum actum tollere, vel suspendere ad istum, & ratio est, quia interdictum locale habet suos effectus ex iure communi in quo non potest Episcopus dispensare. Et ita ex Henriquez docet Auila *part. 5. disp. 4. sect. 10. dub. 8.* & Præpositus *in 3. part. cap. 4. de interdicto, dub. 3. num. 24.*

Sup. à Res. 1. vsq; ad Res. 12. exclusiuè, huius tract.

2. Sed difficultas est, an saltem Sabbatho sancto in loco interdicto possit Episcopus cõferre consecrationem Episcopalem: & videtur quod sic, quia festiuitas Paschalis à Missa incipit: at Ordinum collatio ex præscripto Ecclesiæ Missæ, diuinisque Officiis, eo die peragendis est necessaria. Ergo concessa Missa, & diuinis Officiis, censeri debet concessa Ordinum collatio. Nihilominus oppositum pro certo tenendum est cum Paludano *in 4. distinct. 8. quæst. 8. art. 2. princ. concluſ. 6.* Couarruuias *in cap. Alma, 2. part. §. 3. num. 3.* quia Ordinum collatio non est ita accessoria celebrationi, & diuinis Officiis Sabbathi sancti, quin absque illa peragi possint, non enim accedit necessariò, sed voluntariè, quia Ecclesia non præcipit Ordines conferre; sed permittit. Ergo ex concessione celebrationis, & Officiorum diuinorum hæc Ordinum collatio non intelligitur concessa, alias in diebus Quatuor Temporum seruata moderatione, *cap. Alma mater*, possent Ordines, saltem iis qui in clericalem statum sunt adscripti conferri quod est falsum. Et hæc omnia docet etiam Castrus Palaus *tom. 6. disp. 5. punct. 4. num. 4.*

RESOL. CI.

An saltem tempore interdicti liceat ministrare Cõsecrationem

tionem Episcopalem in illis quatuor festiuitatibus, in quibus ex indulto cap. Alma, *permittitur celebratio solemnis diuinorum Officiorum?*

Et an ex iure antiquo, & nouo prohibita sit Ordinum ministratio tempore interdicti?

Idem est de aliis Sacramentis exceptis Baptismi, & Pœnitentiæ. Ex p. 12. tract. 1. Res. 101.

§. 1. RESpondeo negatiuè, & ratio est, quia iure antiquo est prohibita ministratio sacramenti Ordinis tempore interdicti: at sic est quod iure nouo *cap. Alma*, confirmatur prohibitio iuris antiqui omnium Sacramentorum, exceptis Baptismi, & Pœnitentiæ, &c. Ergo sacramentum Ordinis; sicut olim non concedebatur tempore interdicti, ita nec modo. Et ita docet Alterius *tom. 2. disput. 4. cap. 6.* Couarruuias *in cap. Alma, part. 6. §. 3. num....* Auila *de censur. part. 3. disput. 4. sect. 1. dub. 8. concl. 1.* Cornejo *in 3. part. D. Thomæ, disput. 2. de interdicto, §. 1. dub. 6.* & alij, penes ipsos. Quæ omnia procedunt in consecratione Episcoporum; nam vt suprà probauimus, Ordo & Sacramentum est: ergo, &c. Et nota cum Leandro *de Sacrament. tom 1. tract. 5. disput. 5. quæst 28.* & Doctoribus citatis, non licere ministrare Sacramentum Ordinis, & per consequens consecrationem Episceporum tempore interdicti adhuc ianuis, clausis, & interdictis & excommunicatis exclusis. Nam per *cap. Alma*, solùm permittuntur Officia diuina cum moderatione ibi assignata, non verò Sacramenta alia præter dicta.

Sup. à Res. 1. vsq; ad Res. 12. exclusiuè. dempta Res. 4. huius tract.

RESOL. CII.

An sola Consecratio Episcopi, vel etiam si tantum sit electus, & confirmatus tribuat ei priuilegium, cap. fin. de priuil. in 6. *Altaris portatilis?*

Et supponitur Episcopos liberè posse in Palatio erigere Oratorium? Ex p. 12. tract. 1. Res. 102.

§. 1. SVppono ex dicto capite, quod Episcopus liberè possit in suo Palatio erigere Oratorium, vt ibi celebret vel Missam audiat. Et quamuis textus exigere videatur, vt eo priuilegio fruatur, quando non potest commodè ad Ecclesiam accedere. Nihilominus iam vsus obtinuit, & communis sensus Doctorum declarat, vt possit liberè Episcopus, & ob solam maiorem commoditatem eo priuilegio vti. Suarez *de Sacrament. disputatione 81. sect. 3.* Layman, Faustus, Marchinus, & alij. Et me citato doctissimus noster P. Quartus *in Rubr. Missalis part. 3. tit. 10. sect. 2. dub. 2.* Hoc supposito, dicendum Episcopum electum, & confirmatum non frui hoc priuilegio, sed tantùm Episcopum consecratum, quia Episcopus per consecrationem efficitur verus Episcopus, vt habet Glossa *in cap. 1. verb. dedicanda, de religiosis domibus.* Et ita tenent Alciatus *consil. 1. num. 22. lib. 2.* Hostiens. *capite cum olim 2. num. 10. de priuileg.* Anan. *cap. fin. numero 8. de regul.* Et fundantur in text. *capite vnic. 10. quæst. 1.* vbi eximitur à iugo regulæ is quem sacra ordinatio de Monacho Episcopum facit. Ergo Episcopus per solam consecrationem efficitur Episcopus.

Sup. hoc, quod hic supponitur, sup. in tr 2. Resol. 1. & cursim in alio §. eius annot.

2. His tamen non obstantibus doctissimus P. Tancred. *in qq. moral. tract. 2. quæst. 48.* latè firmat, quod Episcopus electus, & confirmatus, sed nondum consecratus, possit in suo Palatio priuato habere Oratorium, vt ibi celebret, & Missam audiat, & ita in facti contingentia consuluit Illustrissimo Domino meo Episcopo Pastensi D. Aloysio Cameros viro propter egregia sua merita nunquam satis laudato. Ergo hanc sententiam libenter amplector, & in gratiam amicissimi viri Patris Tancredi ad magis firmandam eius sententiam adduco authoritatem aliorum, & ideo ita docet Gauantus *in Enchirid. Episcoporum, verb. Episcopus, num. 8. & sequentib.* vbi sic ait? [Potest Episcopus portare secum Altare viaticum & in itinere, & in quolibet loco suæ habitationis decenti Missam celebrare, vel celebrari facere, *cap. vltim. de priuileg. in 6.* Etiam in aliena Diœcesi, etiamsi non sit consecratus.] Ita ille, cui adde Squillant. *de Priuileg. Episcop. part. 3. cap. 4. quæst. 4 numero 15.* Nec obstat *cap. vnic. 28. quæst. 1.* superiùs adductum; nam in illo textu habetur, quem canonica electio à iugo monasticæ professionis absoluit, quibus manifestum sit, quod per electionem, seu confirmationem eximitur à iure monasterij, & transfertur ad statum Episcopalem. Cùm autem subditur, & sacra Ordinatio de monacho Episcopum facit. Si nomine sacræ Ordnationis intelligatur consecratio, sensus est, quod ipsa de monacho faciat Episcopum completiuè: non quia dat statum, sed quia complet statum per potestatem Ordinis. Quod tamen non obstat quin Episcopus electus, & confirmatus non possit frui dicto priuilegio *cap. finalis.*

3. Confirmatur hæc opinio ex dicendis in sequenti resolutione. Vnde ex his ego infero, quod fuerit confirmatus Episcopus, licèt non consecratus; ita Rodriquez *in qq. Regular. tom. 3. quæst. 69. numero 4.* Sanchez *in summa, tom. 2. libro 7. cap. 32. num. 67.* Faustus *in Thesauro libro 8. quæst. 46. edit. noua Neapolitanæ.* Barbos. *de potestate Episcopi part. 3. alleg. 114. num. 24.*

RESOL. CIII.

An sola consecratio Episcopi tribuat ei priuilegium cap. cum ex eo, de pœnitent. & remiss. *conferendi Indulgentias, vel etiam post electionem, & confirmationem possit illas concedere?*

Et notatur, quod licet plures Episcopi ad Ecclesiæ dedicationem præsentes sint, non posse nisi vnius anni Indulgentiam simul concedere.

Secundo, an Episcopus possit concedendi Indulgentias delegare simplici Sacerdoti, vel cuicumque Clerico?

Tertio dicetur non posse Episcopum Indulgentias concedere pro defunctis.

Quarto aduertitur, quod largitio Indulgentiarum est actus iurisdictionis voluntariæ.

Quinto quæritur, an in loco exempto possit Episcopus concedere Indulgentias?

Sexto notatur, Episcopos præter Indulgentias vnius anni in dedicatione Ecclesiæ, & pro dierum aliis temporibus non posse in foro pœnitentiæ plures concedere?

Et obseruatur, quod Episcopus, etiam si non sit consecratus, dummodo sit electus, potest conferre beneficia.

Et tandem docetur, quod Episcopus non consecratus, sed electus, & confirmatus potest, absoluere à iuramento. Ex p. 12. tract. 1. Res. 103.

§. 1. SVppono ex dicto cap. quod Episcopi, & Archiepiscopi possunt tantùm dare Indulgentias vnius anni in dedicatione Ecclesiæ, aliis verò temporibus quadraginta solum dierum provt statuerunt Innocentius III. in Concilio Lateranens. *& cap. cum ex eo, de tit. de pœnitentiis*, Honorius III. *cap. nostro, eodem tit.* Bonifacius VIII. *cap. Indulgentia,*

Sup. lib. mi. sup. in hoc. sup. Res. Sed qu. vn.

in 6. eodem tit. & hoc siue ab vno, siue à pluribus simul Episcopis dentur. Hoc supposito, affero non solum post consecrationem, sed etiam post electionem, & confirmationem posse Episcopos Indulgentias concedere. Ita Glossa communiter recepta *in cap. transmissa, de elect.* D. Thomas *in 4. distinct. 20. q. 1. art. 4. quæstione 8.* Azor. *Institutionum moral. p. 2. lib. 3. cap. 54. quæst. 1.* & Gauantus *in manual. verb. Indulgentia.* Nam huiusmodi potestas est iurisdictionis, non Ordinis, *cap. Quod autem, de pœnit. & remiss.* Azor. cit. Vgolinus *de potestate Episcopi, num 4.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 2. disput. 9 quæst. 1.* Idem etiam docet Dicastillus *vbi infrà, num. 30.* qui citat Suarez, Graffium, Reginaldum, Nugnum, & alios, quibus ego addo Bertrandum Loth *in resolut. Theol. tract. 20. quæst. 3. art. 2.* vbi sic ait: Nota quòd sicut Episcopus potest absoluere suum subditum à peccatis, etiamsi sit extra suam diœcesim, ita similiter potest Indulgentias concedere. Similiter sicut Episcopus electus, & confirmatus antequam sit consecratus, potest excommunicare, & absoluere ab excommunicatione, & potest Confessarios approbare, dando illis facultatem absoluendi à peccatis, ita similiter potest Indulgentias concedere, quia hoc tantùm pertinet ad potestatem iurisdictionis. Ita Loth. Nota hic primò, quod Layman *lib. 5. tract. 7. cap. 4.* licèt plures Episcopi ad Ecclesiæ dedicationem præsentes sint, non posse nisi vnius anni Indulgentiam simul concedere, & habetur expresè *cap. cum ex eo, de pœnit. & remiss.* Nihilominus non obstat quominus plures, quorum singuli iurisdictionem habent, vt loci Episcopus & Metropolitanus, siue Archiepiscopus simul, vt successiuè plures quadragenas eidem Ecclesiæ concedant. Ita Suarez *disp. illa 55. sect. 2. n. 5.* Item nihil obstat secundùm Laymanum, si alicui loco, seu Ecclesiæ, vnam quadragenam concesserit, quominus alienus Episcopus eidem Ecclesiæ etiam quadragenam concedat lucrandam tantùm à suis subditis, si tali die Ecclesiam illam inuiserint: id enim non excedit limites iurisdictionis, cum illa concessio propriè non fiat loco, sed personis subditis in ordine ad talem locum, & potest postea (inquit Layman) ex Paludano *dist. 20. quæst. 4. art. 2. concluf. 4.* Episcopus proprius loci eam Indulgentiam trahere ad suos, etiam subditos, si ipsis licentiam det lucrandi, vt proindè subditi loci duas in eo casu quadragenas vna die lucrari possint. Et hæc omnia docet etiam Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 9. disp. 2. dub. 5. n. 32.* cum docto & amicissimo Georgio Gobat. *tract. de Indulgent. part. 1. cap. 6. n. 61.*

2. Nota secundò, quod, an Episcopus possit hanc potestatem delegare simplici Sacerdoti, vel cuicumque Clerico? Affirmant probabiliter Suarez *disp. 55. sect. 6. n. 5.* Sà *verb. Indulgentia, n. 16.* & Amicus *n. 112.* quia simplex Sacerdos, & quicumque Clericus est capax talis delegationis, & aliunde nullo iure contrarium prohibetur.

3. Nota tertiò, non posse Episcopum Indulgentias concedere pro defunctis, vt docent Nunius, Amicus, & alij plures. Ratio est, quia potestas concedendi Indulgentias in Episcopis, non potest se extendere vltra proprios subditos, quales non sunt defuncti, quia non sunt sub eius iurisdictione.

4. Nota quartò quod largitio Indulgentiarum est actus iurisdictionis voluntariæ, & sine strepitu Fori exercetur, potest Episcopus vbivis locorum existens concedere suis subditis vbivis locorum existentibus, Indulgentias vbivis gentium lucrandas. Suarez *disp. 55. sect. 5. num. 16. conformiter, l. 21. ff. de offic. proconf.*

3. Nota quintò, quod an in loco exempto possit Episcopus concedere Indulgentias. Affirmant Cespedes *exempt. Regul. capite 54. dub. 229. & cap. 24. dub. 464.* Negant vero Quaranta *verb. Archiepiscopi authoritas, vers. 31.* Gauant. *verb. Archiepisc.* & Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 5. num. 567.* cum concedere Indulgentias non sit dignitatis, sed iurisdictionis Episcopalis, & paria sunt locum esse exemptum omnino à iurisdictione Episcopi, & esse extra diœcesim.

6. Et tandem nota sextò, contra Valentiam *tom. 4. disp. 7. de Indulgent. quæst. 20. punct. 3.* Episcopis præter indulgentias vnius anni in dedicatione Ecclesiæ, & pro dierum aliis temporibus, non posse in foro pœnitentiali plures concedere. Ratio est, quia hanc potestatem Indulgentias concedendi Episcopi non habent, nisi iure humano à Summo Pontifice communicatam cum prædicta limitatione ad vnum annum, vel quadraginta dies. Valentia verò nititur contrario fundamento, nempe, quod Episcopi habent hanc potestatem iure diuino, quod ius est tantùm illis limitatum à Pontificibus in foro publico, non autem in foro secreto pœnitentiæ.

7. Obseruat etiam hic obiter, quod Episcopus etiamsi non sit consecratus, dummodo sit electus, & confirmatus, potest conferre beneficia. Ita Squillante *de obligationibus & priuilegiis Episcop. part. 3. cap. 3. dub. 5. num. 30.* Potest etiam Episcopus electus, & confirmatus, nondum tamen consecratus exigere charitatiuum subsidium, dummodo tamen fuerint expeditæ literæ, & possessio Episcopatus accepta, & non ante. Ita Squillante vbi suprà *capite 12. num. 4.* Sup. hoc sup. in Res. 74. §. Sed notandum.

8. Et tandem nota, quòd Episcopus non consecratus, sed electus, & confirmatus potest absoluere à iuramento. Ita doctus Iurisconsultus Carolus Rottileui *de successionibus ab intestato, cap. 2. theore. m. 101. num. 2.* Sup. hoc in §. not. præteritæ ad med.

RESOL. CIV.

An Consecratio Episcopi tribuat ei priuilegium Concilij Tridentini sess. 24. cap. 6. de reformat. circa absolutiones & dispensationes, &c.

Et quid de Episcopis Titularibus.

Et possint Episcopi vti hac facultate, vbi Concilium quoad totum non fuerit receptum?

Et notatur posse Episcopum dispensare, super irregularitate homicidij casualis, etiam si sit publica.

Et tandem quæritur, an ignorantia inuincibilis excuset ab irregularitate homicidij etiam voluntarij? Ex p. 12. tract. 1. Res. 104.

§. 1. REspondeo negatiuè, nam hac potestate Tridentini gaudet etiam Episcopus electus, & consecratus; & ita me citato tenet Tancred. *in qq. Regular. tract. 2. part. 1. quæst. 63.* qui bene obseruat hoc procedere literis Apostolicis expeditis iuxta Extrauagantem iniunctæ, *de elect. inter commun.* Vnde Castrus Palaus *tom. 1. tract. 4. punct. 3. §. 1. numero 2.* sic ait: [Nomine Episcopi, quibus hæc facultas concessa est, sunt omnes illi intelligendi, qui subditos habent, quia respectu subditorum datur facultas. Quapropter debent esse Episcopi electi, & confirmati. Nam ante confirmationem iurisdictione non gaudent, non tamen est necessarium esse consecratos, imò neque esse Sacerdotes, vt possint ab excommunicatione reseruata absoluere; quia non debet absolutio Sacramentalis impendi. Sic alios referentes, docent Cenedo *ad 6. Collect. 4. num. 2.* Sanchez *lib. 8.* Sup. hoc, & contento in hoc §. in to. 3. tr. 3. Res. 1. pe tot.

lib.8. disput.2.num.13.& lib.2. in Decalog.cap.11.n.3. Gattier *de matrim.cap.49 à num.6.* Barbosa *1.part.de potestate Episcopi,allegat.39.num.2.* Requiritur autem necessariò vt sint Episcopi illarum regionum, in quibus receptum est Concilium, aliàs vti non poterunt hac facultate: nam media receptione illis conceditur; neque fas est acceptare gratias, & repellere onera, sic Barbosa *num.3.* Sanchez *num.2.* Garcia *de beneficijs,7.part. cap.11.num.21.*Suarez *de censuris,disput.41. sect.2. num.6.*Hucvsque Palaus. Dico itaque, quod sub nomine *Episcopi in cap.6. sess.24. Concilij*, non satis est, quod Episcopus sit consecratus, si Diœcesi,ac subditis careat. Tales sunt Episcopi titulares, quia vt ex contextu dicti decreti constat, non conceditur dicta absoluendi facultas Episcopo respectu omnium fidelium,sed respectu subditorum in propria Diœcesi,Suarez *disput.41. sect... num.7.* Sanchez *lib.2 Summa, cap.11. num.3.* Granados *sect.2. citat. num.4.*

Sup. hoc in §.vlt. Resol. not. præteritæ.

2. Rursus non potest ea facultate absoluendi vti Episcopus earum Regionum, in quibus Tridentinum quoad totum non fuerit receptum (secus esset, si solum quoad partem) etiamsi subditos habeat. Quia par debet esse fauorum; & onerum ratio: ergo vbi Tridentinum non est receptum, quoad leges & onera, nequit acceptari quoad fauores,Suarez, & Sanchez *locis citatis*, Alterius *tom.2. disput.8.de suspens. cap.3.conclus.4.* vbi ait, ita declarasse sacram Congregationem Cardinalium super Concilio. Venit ergo nomine Episcopi, in dicto decreto, quicumque Episcopus electus, & confirmatus, etiamsi consecratus non sit, nec Sacerdos, dummodo habeat diœcesim, in qua Tridentinum receptum sit. Sic Suarez *tom.4. in 3.part. disput.30. sect.2. num.4.* Sanchez *libro 8. de Matrim. disput.2. num.11.& lib.2. Summæ, cap.11. cit. num.3.* Squillante *de obligat. & priuileg. Episc. part.3. cap 8. num.2.* Leander *de cens. tom.4. tract.2. disp.17.quæst.1.& 2.* & Ludouicus Bertrandus Loth.*in Resolutionibus Theologicis Belgicis,tract.1. quæst.1.num.4.*

Sup. hoc in tom.3. tr.3. Res.2. & 3.

3. Nota tamen hic obiter me olim docuisse *in p.7. tract.2. resolut.41.* posse Episcopum dispensare super irregularitate homicidij casualis etiam si sit publica: quam sententiam me citato approbat Vetricelli *in quæstionib.moral.tract.8. quæst.60.num.3.* quia quando homicidium casuale, seu voluntarium in causa,nihil innouauit Tridentinum, sed ante Concilium poterat Episcopus dispensare, quamuis esset publicum, vt *in cap.continebatur, & cap. ad audientiam de homicidio*: ergo etiam post Tridentinum dispensare potest. Tamen re melius considerata,nunc talem sententiam non approbo; & ideo dico, quod in irregularitate ex homicidio: sed si homicidium capiat, sit publicum,Episcopus non potest dispensare, nisi ad Ordines Minores, & ad beneficium simplex. Ratio est, quia iure antiquo hoc tantùm poterat;& Concilium circa hoc nihil innouauit,& & ita docet Lessius *in 3. partem Diui Thomæ, cap.5.de irregularitate, dub.4. numero 36.* & alij. Et obseruat stylus Curiæ Romanæ.

Quæ nunc est in tom.1. tr.3.Res.44 & 46. §.vlt. Et pro minoribus Ordinibus, & beneficio simplici & lege alias Res. & §§. notat.2. Res.1.huius annot. quæ est oppositæ ad principiũ textus.

4. Sed hic etiam nota, quod dum hæc scribo, interrogatus sum,an ignorantia inuincibilis excuset ab irregularitate homicidij, etiam voluntarij. Pulchra dubitatio, & ad illam affirmatiuè de dicto casu interrogatus quidam Pœnitentiarius D. Petri, & quidem suam sententiam tanquam probabilem præter Palaum, & Suarez nouissimè admittit;heu quondam amicissimus meus Fr. Hieronimus Garsias *in politica Regul.tom.2.tract.10. difficult.6. dub.5.punct.1.n.2.* vbi me citato sic ait: [Supongo primero con la corriento de los Doctores,que la ignorancia inuincibile del derecho,que pone irregularidad, escusa della, como sea de las que se contrahen por delicto, de quien hablamo en este punctо;la razon es llana, porque la pena no se incorre sin la culpa; y assi, si el excomulgado celebrase, ignorando inuincible mente que esta annexa irregularidad al acto que haze, no incorreria en ella, y Nauarro, y otros que refieren, y siguen Sanchez *lib.9.de matrim.disp.32.n.30.* Diana *4.p.tr.2. resol.85. & in p.9. tr.7. resol.19.* Castro Palao *tom.1. disput.17.num.2.& 8.*Metolla *in disput. Theol.tom.1. disp.1.cap.2.coroll.1.num.48.*los estiendan à lo morraliter vincible, *iuxta cap.1.de constit. in 6.* Donde el Pontife condena sola la crasa;y supina.Y Egidio Coninch.*de Sacram. disp.18.dub.4.num.9.* & Præpositus *in 3.part.quæst.5.de irregularitate, dub.2. num.9.* Item Castro Palao *tom.6.disp.6. punct.5. n.3.* la estienden: aunque sepa vno que va contra la ley Eccleiastico, haziendo tal occasion, como no sepa ay irregularidad annexa, ni quiere dezir otro, Villalobos *tom.1. tract.21.difficultate 6.conclusione 1.* como consta de la tercera conclusion. Solo està la difficultad en el homicidio;pongo exemplo, quando vno comete homicidio, sabe que haze contra la ley natural, pero no sabe que la Iglesia aya puesto pena de la irregularidad, este tal si incurrirà: lo comun es que si, y que no excusa la ignorancia, porque como dize Diana; *vtroque loco, includit defectum lenitatis*, y para incurrirse, basta que aste annexa propter decentiam, Pero Præpositо, Ægidio,Palao,Sanchez,y otros,quos refert, & sequitur nouissimè Quintanaduenas *tract.9. singul.5. num.3. & 4.* hablan absolutè todas las irregularidades, sin exceptuar el homicidio, y responden al capitulo,*cum illorum,*de sententia excommunications, que habla alli el Papa de la crasa, y supina ;y assi tengola con Suarez *tomo 5. de cens.disput.4. sect.9.num16.* por probable.] Hæc omnia Garsias, quæ quidem opinio liberaret à multis irregularitatibus: nam plures committunt homicidia ignorando inuincibiliter cum ipsis annexam esse irregularitatem. At ego huic sententiæ non adhæsi, neque nunc adhæreo. Primò quia scribo Romæ, vbi stylus Curiæ est in contrarium; Secundò, quia puto cum homicidio non solum adesse irregularitatem ex delicto, sed etiam ex defectu lenitatis, quæ cum ignorantia inuincibili contrahi potest: ergo,&c.

Sup. hoc in Resolution. not.seq & in aliis earum annotat. pro ista quæst.

RESOL. CV.

An sola Consecratio Episcopi tribuat ei priuilegium, cap. fin. de pœnitent. & remiss. *eligendi Confessarium?*

Et quid, si sit electus, & confirmatus non tamen consecratus?

Et quid tamen, si sit electus, & non confirmatus?

Idem est pro Episcopis Titularibus.

Et quid est dicendum super hoc de Eminentissimis Cardinalibus?

Et an Cardinales exercere possint cum suis familiaribus ea,quæ possunt Episcopi cum suis subditis,& præsertim ea, quæ potest Episcopus vigore Concilij Tridentini, sess.24.cap.6. de reformat. Ex p.12. tract.1. Res.105.

§.1. REspondeo negatiuè, nam etiam Episcopus non consecratus, sed confirmatus gaudet tali priuilegio, non tamen si tantùm sit electus: & ita docet Dicastillus *de Sacram. tom.2. tractatu 8.disputatione 20.sect.20.numero 441.* & Squillante *de priuilegiis Episcoporum, parte 3. capite 7. numero 29.* Suarez *in 3. part.tom.4. disputatione 27. sect.*

sectione 2. *numero* 3. & Bossius *de Iubilæo*, *sectione* 3. *cas.* 2. §. 4. *num.* 107. vbi sic ait: [Secunda difficultas, an intelligatur Episcopus electus tantùm, non confirmatus, & respondendum mihi videtur negatiuè cum Suarez loc. cit. quia non est Episcopus, sed designatus tantùm in Episcopum, vnde donec sit confirmatus, vel consecratus, manet subditus eidem proprio Sacerdoti, quem antea habebat, electus autem confirmatus, comprehenditur, quia est verè Episcopus Papæ immediatè subiectus quoad forum animæ.] Ita Bossius. Et nota hîc etiam quod in hoc casu nomine Episcopi intelligitur Episcopus consecratus titularis tantùm, non habens Episcopatum, & qui post consecrationem renunciauit Episcopatui, non dignitati. Respondendum est affirmatiuè cum Henriquez *lib.* 6. *cap.* 13. §. 3. & Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part. distinct.* 27. *sect.* 2. *num.* 5. *contra Paludanum in* 4. *distinct.* 17. *quæst.* 3. quia verè & propriè est Episcopus, in textu autem nihil aliud requiritur. Quod si renuntiasset Episcopatui, & dignitati, non gauderet illo priuilegio, nec comprehenderetur, Sylvest. V. *Confessor.* 1. *num.* 8.

2. Sed in his casibus an supradicti Episcopi possent eligere Confessarium tantùm, non verò approbatum ab Ordinario, discrepant Doctores, alij negant, alij affirmant; Ego vt alibi docui, negantibus adhæreo propter declarationem sacræ Congregationis, & Gregorij XIII. loquentium de Episcopo iam consecrato, & in diœcesi sua iurisdictionem habente; & ita nouissimè, me citato, docet Dicastillus, vbi suprà, *numero* 464. Sed quid dicendum de Eminentissimis Cardinalibus Ioannes Dicastillo vbi suprà *de Sacramentis*, *tom.* 2. *tract.* 8. *disput.* 10. *dub.* 22. *num.* 464. me citato sic asserit. [De Eminentissimis Cardinalibus res est controuersa, an Sacerdotes ab illis electi excipientes eorum confessiones, indigant approbatione? Diana *part.* 3. *tractat.* 2. *resolut.* 3. & *part.* 8. *tractat.* 1. *resolut.* 85. *versic.* Tertius casus affert Azorium requirentem approbationem, & in contrarium alios 5. *part. tractat.* 2. *resolut.* 10. & putat posse eligere non approbatum à suo Episcopo, dummodo sit eius commensalis, pro quo affert Ludouicum à Cruce. Ego facilè assentior, quod res sit satis probabilis, vt ipse Diana sentit, & rationi consona.] Ita ille, & hanc sententiam nouissimè tenet Mellerus *in Theologia morali*; *tom.* 1. *malleatione* 37. *pract.* 12. Ego tamen iudicium meum circa præsentem difficultatem suspendo, & eius finalem resolutionem sanctissimo D. N. remitto. Non deseram tamen obseruare pro negatiua sententia extare aliquos Doctores asserentes DD. Cardinales non posse eligere in Confessarios, nisi approbatos ab Ordinario; & ita ex Societate Iesu præter Bossium tenet doctissimus Pater Andreas Mendo. *in Bullam Cruciatæ*, *disp.* 22. *cap.* 1. *num.* 16. vbi sic ait; [Cardinales ex consuetudine, ac tacita Papæ licentia possunt eligere in suum Confessarium quemlibet Sacerdotem etiam simplicem aliàs iurisdictione non gaudentem, vt cum pluribus idem Leander tenet *quæst.* 33. Parochi autem non possunt eligere in suum Confessarium simplicem Sacerdotem, etiam approbatum, sed absque iurisdictione. Tamen eligendi à prædictis Cardinalibus debent esse approbati, vt ex Tridentino constat, ad hoc vt absolutio præstetur; esto, non habeant aliunde iurisdictionem (quæ ab approbatione separabilis est) nam qui dedit supradictis potestatem eligendi eum in Confessarium, huic iurisdictionem delegauit.] Ita Mendo, cui adde ex eadem Societate Fragosum *in Republ. Christiana*, *tom.* 2. *lib.* 6. *disp.* 15. §. 2. *num.* 10. Sic asserentem. [Cæterum Cardinales Episcopi, & qui legationis causa ab Vrbe sunt absentes, nequeunt sibi eligere Confessarium, qui ab Episcopo proprio non sit approbatus,] *ex Concilio Tridentino*, *sess.* 23. *cap.* 15. *de reformatione*, [vbi non reputatur idoneus, nisi qui aut Parochiale beneficium habeat aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur: Igitur Cardinales post Concilium debent fateri apud Confessarium ab Episcopis approbatum, non obstante *cap. vlt. de Pœnitent. remissionib.* vbi fiebat facultas Prælatis exemptis, vt possint eligere sibi Confessarium, quem maluerint, quia id procedebat ante Concilium Tridentinum, non autem post illud, vt censuit Congregatio.] Hucvsque Fragosus. Vnde ex his modo non admitto ea quæ dixi *in part.* 11. *tract.* 4. *resol.* 13. *quæst.* 2. nixus authoritate Patris Pasqualigi *decis.* 93. qui pro sua sententia malè citat Tannerum, & Ludouicum à Cruce cum aliis: nam Tannerus dicit contrarium, vt ipsi Patri Pasqualigo demonstraui. Ludouicus à Cruce loquitur cum limitatione, nempe quando Cardinalis eligit in Confessarium Sacerdotem simplicem suum familiarem; alij verò asserunt posse Cardinales eligere Confessarium, sed non asserunt posse eligere non approbatum; & hoc tantum vt verum fatear, docet Cardinalis Lugo in loco à me vbi suprà *in part* 8. *tract.* 1. *resolut.* 85. citato, nempe Cardinales posse eligere Confessarium, non autem asserit etiam non approbatum ab Ordinario, vt patet apud doctissimum Dicastillum vbi suprà *de Sacramentis*, *tom.* 2. *tract.* 8. *disput.* 10. *dub.* 22. Sed dicet aliquis ad quid ergo deseruiet priuilegium eligendi Confessarium? Respondeo, deseruire, vt possit eligere carentem alioqui iurisdictione. Et sic veniunt limitanda plura quæ asserit Pasqualigus *in illo tractatu de Electione Confessarij decisione* 92. consequi; nam absolutè probata mihi non placent: at ego, vt dixi, quoad Eminentissimos Cardinales quidquid alibi dixerim nunc me negatiuè habeo, & nihil definio, quamuis Garsias *in Politica Regulari tom.* 2. *tract.* 10. *difficult.* 5. *dub.* 3. *punct.* 4. *num.* 7. tenet posse Cardinales exercere cum suis familiaribus ea quæ possunt Episcopi cum suis subditis; & præsertim, ea quæ potest Episcopus vigore Concilij Tridentini *sess.* 24. *cap.* 6. *de Reformat.* Vnde quidam Modernus *de Officio Datarij*, *lib.* 1. *c.* 15. §. 1. *num.* 8. docet Cardinales esse ordinarios in suis domibus; sed ego, vt dixi, ante omnia remitto sacræ Congregationi Concilij determinanda.

Quæ hic est in to. 1. tr. 3. Resol. 23. §. Quæro secundo, & seqq. & in aliis §§. eius not. pro hac quæst.

Quæ hic est in to. 3. tr. 1. Resol. 38. ex lege eam à principio.

Alibi in Resolutionib. & §§. trium præteritarum notat. huius Resol. Sup. hoc in to 9 tract. 7. Resol. 37. & in aliis §§. eius not.

RESOL. CVI.

An consecratio Episcopalis liberet Regularem à vinculo voti paupertatis?

Et an possit talis Episcopus Regularis dimittere habitum Religionis, & habeat potestatem, vt legitimus hæres vindicandi paternam sibi hæreditatem; & in vita de bonis suis, ac de acquisitis intuitu Ecclesiæ tam amplè disponere, vt valet licite Episcopus sæcularis?

Et an etiam testamentum ante professionem factum reuocare possit, & etiam possit aliquid donare? Ex p. 12. tr. 1. Resol. 106.

§. 1. NEgatiuam sententiam docent communiter Doctores, & ex Theologis *Diuus Thom. secunda secundæ*, *quæstione* 185. *articulo* 8. & ibi Caietanus, Pater Valentia, post alios *disputatione* 10. *quæstione* 3. *puncto* 8. *columna* 3. Pater Molina *tom.* 1. *disputatione* 140. Lessius *de Iustitia*, & *Iure*, *lib.* 2. *cap.* 4. *dubitat.* 5. *numer.* 29. & *cap.* 41. *dubitatione* 11. *numero* 92. Pater Thomas Sanchez pluribus relatis

Sup. hoc late sup. in tr. 7. Resol. 26. § Verùm difficultas, & seq. & in to. 7. tr. 1. Resol. 26. & 27. & in to. 3. tr. 2. Resol. 66. §. Et ideo

de medium & vers. an quando, & seq. & in tom 6. tr. 7. Res. 9. & in tom 9. tr. 7. Res. 84. §. 1. & 2.

libro 6. Decalogi, cap. 6. num. 8. & 10. Pater Ioan. de la Cruz *de Statu Religionis, cap. 2. dub. 4.* Azor. *Institutionum Moralium, part. 1. lib. 12. cap. 7. quæst. 2.* Bartholomæus à sancto Fausto *in Theat. Relig. lib. 6. quæst. 190.* Ægidius de Coninch. *disputat. 27. dub. 1. num. 200.* nouissimè Pater Ferdinandus à Castro *in opere moralis tract. 6. disp. 2. punct. 8. ex num. 3.* Rodriquez *Quæst. Regular. 2. tom. quæst. 58. art. 3.* Henriquez *in Summa, lib. 20. cap. 33. litera* L.

2. Ex Iuris Cæsarei professoribus post Bald. & Paul. Molina *de primogenit. lib. 2. cap. 10. num. 28.* Alexand. *cons. 32. num. 8. lib. 5.* Pacianus pluribus relatis *cons. 132. à numero 24.* Capicius *decis. 200.* Surdus *de aliment. tit. 8. priuileg. 79. num. 96.* Carol. de Tapia *in Authent. integri, verb. Sua, cap. 6. num. 85. C. de Sacrosanct. Eccles.* Fab. de Anna latè *dict. cons. 45. ex num. 84.* Gabriel Pereira *decis. Portugall. 75. num. 1.* Thadæus Piso post alios, *lib. 1. variar. resolut. cap. 8. numero 38.* Ioan. Harprechtus ad Iulium Clar. *in §. Testamentum, quæst. 38.* Marius Cutell. *in dicto tractat. de donat. tom. 1. tractat. 1. discurs. 2. partic. 3. num. 135. & 150.*

3. Ex Canonistis Glossa *in d. cap. statutum 18. quæst. 1. & in cap. quorundam verb. Mendicantium, de elect. in 6.* Specul. *lib. 4. part. 3. tit. de stat. Monachorum, num. 29.* Hostien. *in cap. Clerici el secundo de vita, & honest. Clericorum*, & in Summa *tit. de stat. Monach. §. vtrum*, Lælius Zechius *de Republic. Christ. tit. de Regular. cap. 3. num. 14.* Petr. Rebuff. *cons. 14. per totum.* Couarruuias *in capit. 1. num. 18. de testament.* Martha *tomo 2. de succes. legal. 4. part. quæst. 1. art. 4. num. 13.* Stephan. Durant. *quæst. iuris 10.* Laurent. de Peyrinis *in Religios. subdit. tom. quæst. 1. cap. 10. §. vnic.* Pelag. *de planctu Eccles. lib. 2. cap. 24.* Zened. *de paupertate Relig. dub. 44. num. 5. & ex num. 31.* Nicol. Garcia *de Benef. tom. 1. part. 7. cap. 10. num. 89.* Augustinus Barbosa *in Pastoral. 1. partit. 1. cap. 4. num. 11.* Riccius *tom. 3. Praxis Resol. for. Eccles. resol. 18. num. 1. & 2.* Hieron. Rodriguez Lusitanus *in compend. 99. Regul.* patrui, *resolut. 60. num. 9.* Alexand. Ludouis. *decis. 109. num. 5.* Campanil. *in diuers. iur. rubr. 12. cap. 14.* Rota Romana apud Farinac. *in nouiss. tom. 2. decis. 87. num. 2.* Et ratio est, quia cum status Religiosus tribus illis paupertatis, castitatis, & obedientiæ consistens votis, *cap. inter Monasterium de statu Monachorum* ad perfectionem pertineat, quasi quædam via in perfectionem tendendi: & Episcopalis status sit perfectior, vt ad perfectionem pertinens tanquam quoddam perfectionis magisterium: hinc est quod illius perfectio non supprimitur, aut supplantatur per istius adeptionem, sed potius conseruatur, custoditur, & validatur.

4. Itaque Episcopo Regulari ex administratione Episcopali à iure concessa illi plenum dominium, & alienandi facultatem tribuere non debemus, cùm nuda solùm bonorum post Episcopatum quovis titulo acquisitorum administratione fungatur, proprietatem autem Ecclesiæ, cui præest, procul dubio quærat, *dicto cap. Statutum 18. quæst. 1.* ibi: postquam enim Episcopus ordinatur ad altare quod sacrificatur, quod acquirere potuit, restituat, *cap. cum olim 14. vers. Præterea de Priuileg.* Couarruuias *in cap. de testament. num. 17. & 19.* Molina *de primogen. cap. 10. num. 28.* Pereira Iunior *decisione 75. numero 1. & 3.* Cened. *de Paupertate Religionis, dubitatione 44. numero 5. & à numero 31.* Pelagius *de planctu Ecclesiæ, libro 2. capite 24.* Fab. de Anna *dicto consilio 45. numero 107.* Campanilla *rubric. 12. capite 14. numero 8.* Lessius *de Iustitia, & Iure, libro 2. capite 4. dubitatione 11.* post alios Sanchez *libro 6. dicto capite 6. numero 8. & libro 7. capite 32. numero 62. & 63.* Barbosa *in dicto capite Statutum, numero 12. & 3. sequentibus.* Nam indubitata est differentia inter Episcopum à Monachismo promotum, vel à Clericatu, quòd iste omnia post Episcopatum sibi obuenientia, siue iure hæreditario, siue quovis alio ad eum velut ad verum Dominum pertinent, deque illis liberè disponere potest; ille verò nudam tantùm habet administrationem ex munere Episcopali ipsi iniuncto competentem, Sanchez *dicto capite 6. numero 8. & 10.* & ex plurium sententia resoluit Nicolaus Garcia *de benefic. 7. part. cap. 10. num. 89.* & hanc sic restrictam, ac limitatam, quod exceptis sumptibus necessariis, nihil de bonis quomodocumque quæsitis in præiudicium Ecclesiæ, cui præest, disponere, aut alienare valet, text. *in cap. Non dicatis 12. quæst. 1. cap. cum ad Monasterium de Statu Monachorum, cap. cum olim, vers. Præterea, de Priuileg.* & ibi Glossa *verb. Restitutionem.* Et resoluunt post Emanuel. Rodriguez, Nauarram, Sanchez, & alios, Hieronymus Rodriguez, Lusitanus *in Compendio Quæstionum Regularium, patrui resolut. 60. num. 9.* Gabriel Pereira *dicta decisione 75. num. 3.*

5. Sed his non obstantibus affirmatiuam sententiam probabilem esse olim putaui, & nunc iterum puto ad compescendam audaciam Theologastri, qui his diebus improbabilem, & nimis laxam notauit hanc opinionem. O perfrictæ frontis hominem! Ergo improbabilis erit opinio, quam docuerunt Sotus, Angles, Medina, Palacios, Vasquez, Matquez, Pontius, Puente, Hurtado, VVadingus, & alij plures à me alibi citati, qui meritò Gigantes Theologiæ alibi vocati possunt, & qui validissimis rationibus firmant Regularem ad Episcopatum assumptum liberum remanere à voto paupertatis. Et hanc sententiam contra dictum Theologastrum etiam Auctores opinionis contrariæ asserunt esse probabilem, & tutam in praxi fatentur, ita docet Sanchez *in Summa Theologia, tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 13.* Probatur probabilitas huius sententiæ ex textu *in cap. statutum 18. quæstione 1.* ibi; *Monachus quem canonica electio à iugo Regulæ Monasticæ professionis absoluit, & sacra Ordinatio de Monacho Episcopum facit, velut legitimus hæres paternam sibi hæreditatem postea, iure vindicandi, potestatem habeat.* Tum quia liber euadit, & est absolutus à iugo Regulæ, id debet intelligi de iugo, seu nexu principali Religionis, hoc est professione, quæ illum verum constituebat Religiosum, aliàs paternam sibi hæreditatem vindicare non posset, vt potest; cùm si obedientiæ, & paupertatis vinculo arctaretur, Superioris indigeret placito, & cum eo solum Religioni acquireret, non autem sibi vindicaret, vt incapax dominij, sine quo vindicatio non procedit, *leg. in rem, ff. de rei vindic.* Tum quia verba, *& sacra Ordinatio de Monacho Episcopum facit* designantia terminos *à quo, & ad quem*, quorum vnus alterum excludit, clarè denotant Religiosum non manere illum, qui est creatus Episcopus, cum de statu Religioso: ad Episcopatus dignitatem ascenderit; *cap. nisi cum pridem de renunc.* ibi *Facilius indulgetur, vt ascendat Monachus ad Præsulatum, quam Præsul ad Monachatum descendat.* Secundò talis Episcopus qui Monachus existens habitum Religionis præcisè portare tenebatur dimittere potest, Manuel Rodriguez *quæst. regul. tom. 2. quæst. 58. artic. 3.* Tapia *in Authent. ingressi, Cod. de Sacrosanct. Eccles. verb. Sua, cap. 6. numero 61.* Graff *in Summ. lib. 2. cap. 57. numero 9.* Azor. *institut. moral. lib. 11. cap. 7.* Pater Hurtado de Mendoza *de Fide, Spe, & Charitate, tom. 2. disput. 160. sub sect. 3. §. 64. vers.*

Sed

Sed in aliquibus. Tertiò potest in vita de bonis suis, ac de acquisitis intuitu Ecclesiæ tam amplè disponere, vt volet licitè Episcopus secularis. Cardin. *in Clem. 2. vers. Sed & tales, not. 1. de vita, & honestate Clericorum,* Farinac. *tom. 2. nouiss. decis. 241. num. 4.* Sanchez *in præcept. Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 6. n. 14.* Augustinus Barbosa *de offic. & potestate Episcopi, part. 3. allegat. 114. num. 22.* Mar. Cutel. *d. tract. de donat. tom. 1. tractatione 1. discurs. 2. partic. 3. num. 136.* Quartò testamentum ante professionem factum, quod existens Religiosus reuocare non poterat, Abbas *in cap. in præsentia, numero 61. de probat.* Ioan. Gutier. *Canonic. quæst. lib. 2. cap. 1. à n. 37* factus Episcopus euertere valet. Iaf. post Bart. *in Authent. ingressi, num. 7. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* post Tabiam *ibid. verb. Ideóque neque de iis, cap. 1. num. 67.* Molfes. *d. cons. 1. num. 21. cum duobus seqq.* id confirmat exemplo mortui reuiuiscentis, & omnia sua recuperantis. Quintò, donare potest, Baldus *in cap. Cleric. el 2. n. 7. de vita, & honestate Cleric.* Cardin. *in Clem. 2. §. sed & tales, in princip. eod. tit.* Nauar. *cons. 15. de regul. & cons. 78. num. 4.* Rota *diuers. 77. part. 1.* Farinac. *tom. 2. nouiss. decis. 241. num. 4. & per totam, & decis. 306.* Ludouis. *decis. 401. per totam.* Cùm autem id sit dominium transferre, *§. si itaque diserenis,* Institut. *de actionibus,* inde planum fieri videtur in eo rei donatæ dominium residere. Cæteras rationes videbis apud citatos Authores, & præsertim apud Hurtadum, & Vvadingum. Vnde licèt ego adhæream primæ sententiæ negatiuæ tanquam communiori, & iustiori, assero tamen secundam sententiam affirmatiuam esse probabilem, consulo tamen Episcopis regularibus ne discedant à prima sententia Diui Thomæ, quæ, vt dixi, est communis, & practicanda.

RESOL. CVII.

An Consecratio Episcoporum efficiat, vt ipsos offendentes incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ contra offendentes Cathedrales?

Et quia, si Episcopus tantum sit electus, & confirmatus non tamen consecratus?

Et deducitur, quod Cardinales ex quo electi sunt à Summo Pontifice, & electionem acceptauerunt, tamesi Capellum non obtinuerint, gaudent prædicto priuilegio.

Et aduertitur, quod in appellatione Pontificis, seu Episcopi non venit nisi consecratus Episcopus, quia electus, & non consecratus non est Episcopus. Ex p. 12. tract. 1. Res. 107.

§. 1. Respondeo negatiuè. Dico igitur quod in dicta excommunicatione 11. Bullæ includuntur primò Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ, qui sic dicuntur ex quo electi sunt à Summo Pontifice, & electionem acceptauerunt, tametsi capellum nondum obtinuerint, vti tradit Sayrus *lib. 3. cap. 15. num. 3.* Filliucius *tract. 16. n. 1.* Bonacina *disp. 1. q. 12. punct. 2. n. 2.* Secundò Patriarchæ, id est, Summi Patres inter Episcopos primum locum tenentes. Tertiò, Archiepiscopi, id est, Episcopi Metropolitani pluribus Episcopis præsidentes, sic nuncupati post Pallij receptionem, *cap. transmissa de Electione, cap. Nisi specialis de Authoritate, & Vsu Pallij.* Quartò Episcopi vnius Ciuitatis, vel Diœcesis. Debent autem secundum probabiliorem sententiam, quam defendit Caietanus verb. *Excommunicatio, cap. 12.* Sayrus *vbi suprà, n. 4.* Nauarrus *cap. 27. n. 67.* Hugolinus *in præsenti, verb. Patriarcha, n. 3.* Filliucius *q. 5. n. 240.* Suarez *disp. 21. sect. 2. n. 69.* Bonac. aliis relatis *disp. 1. quæst. 12. punct. 2. n. 7.* aduersus Graff. *1. part. decis. lib. 4. cap. 18. num. 101.* esse consecrati. Neque sufficit esse electos, & confirmatos; quia ante consecrationem non sunt Episcopi verè & propriè, cum non sint charactere Episcopali insigniti, tametsi Episcopali iurisdictione gaudeant. Et cùm versemur in materia odiosa, non debet nomen Episcopi vltra propriam, & strictam significationem extendi. Quintò, Legati, seu Nuncij, qui à Summo Pontifice causa negotiorum ad Principes mittuntur, dum eorum Legatio durat. Itaque nostram sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Leander *de censuris, tom. 4. tract. 3. disp. 11. q. 12.* Rubeus *in Aphor. Episc. verb. Consecratio, n. 13.* Dico itaque quod interficiens, aut capiens Episcopum electum confirmatum, etiam post acceptam possessionem Episcopatus, nondum tamen consecratum, non remaneat obstrictus hac Bullæ excommunicatione, quamvis remaneret alia: etiam reseruata Papæ, *cap. si quis suadente 17. quæst. 4.* Sic Caietanus *verb. Excommunicatio, cap. 12.* ibi. Aduerte hîc quod appellatione Pontificis, seu Episcopi, non venit, nisi consecratus Episcopus: quia electus, & non consecratus non est Episcopus, licet sit administrator, & Episcopus electus, Syluester *excommunic. 7. §. 44.* Nauar. *cap. 27. num. 67. vers. octaua.* Toletus *lib. 1. c. 25.* Abbas, Felinus Cardinalis, & Diuus Antoninus, quos omnes refert, ac sequitur Alterius *lib. 5. disp. 12. cap. 3. dub 2.* Suarez *disput. 21. sect. 3. num. 69.* vbi ad fundamentum oppositæ sententiæ respondet, quod licet Episcopus electus, & confirmatus sit verè Episcopus, quoad ea, quæ iurisdictionis sunt, quia tamen deest illi consecratio, propter quam immunitas hæc, & priuilegium Episcopis est concessum, ideo hoc priuilegium solis Episcopis consecratis esse concessum censendum est. Et licet infra, vt videbimus pluries nomine Episcoporum veniunt electi, & confirmati, licet non consecrati, hoc tamen procedit in fauorabilibus, non autem in odiosis, vt est casus noster. Ergo, &c.

RESOL. CVIII.

An qui consecratur in Episcopum ante legitimam ætatem, triginta annorum, incurrat suspensionem, vel irregularitatem? Ex parte 12. tract. 1. Resol. 108.

§. 1. Hoc dubium mouet, & sic respondit Suarez *in tertia parte, tom. 5. disput. 31. sect. 1. n. 29.* Aliud dubium est; An hæc pœna locum habeat in eo, qui ante legitimam ætatem Episcopus consecratur. Nam in sactis Canonibus certum etiam ætatis tempus ad Episcopatum præscribitur, scilicet triginta annorum; consecratio etiam Episcopi iuxta communem, satisque probabilem sententiam, Ordo quidam est, & consequenter inter sacros Ordines numerandus; ergo suspensio lata in eum qui suscipit Ordinem sacrum ante legitimam ætatem, comprehendet eum, qui ante trigesimum annum fuerit consecratus Episcopus. Nihilominus dicendum est illam pœnam, & constitutionem non extendi ad Episcopos. Primò quidem ob illud principium generale, quod suspensio generatim lata non comprehendit Episcopos, nisi eorum fiat specialis mentio, iuxta *cap. Quia periculosum, de sententia excommunic. in 6.* Secundò, quia ex multis circumstantiis constat illam Extrauagãtem non loqui de Episcopo; tum quia licet Episcopatus sit Ordo, tamen eius collatio propter excellentiam consecratio dicitur potius, quam ordinatio. Tum etiam quia illæ particulæ *literæ dimis. extra tempora.*

Sup hoc sup. in Res. 49 à §. diffic. est, & in alio §. eius not.

&similes non accommodantur Episcopatus. Ita Suarez, Cui ego addo Scipionem de Rubeis *in Aphorism. Episcop. verb. Consecratio, numero* 11. & Mauritium Azeuedum *de Præst. Episcop. parte* 1. *capite* 4. *num*....

RESOL. CIX.

An Consecratio Episcopalis suscepta per saltum inducat suspensionem? Ex p. 12. tr. 1. Res. 109.

§. 1. AD hanc difficultatem sic respondet Suarez *de consecrat. disp.* 31. *sect.* 53. vbi sic ait: [Dubitari tandem circa hunc casum potest, an suscipiens per saltum consecrationem Episcopalem, hanc suspensionem incurrat, & irregularitatem, si Pontificale ministerium exerceat. Sed cum supra dictum est, appellatione Ordinum non venire in his legibus consecrationem Episcopalem, neque etiam suspensionem generatim latam Episcopos comprehendere: ideoque certum est hanc suspensionem ad casum illum non extendi. Solùm oportet obiter hîc aduertere, quod (Deo dante) latius in sequenti Tomo dicemus, si quis ita consecretur Episcopus per saltum, vt Sacerdotij ordinem prætermittat eum non solum manere suspensum, verum etiam non manere consecratum, quia character Episcopalis si quis est, essentialiter requirit characterem Sacerdotalem, vel ab eo non distinguitur: quod secus est in inferioribus Ordinibus: nam licèt inferior, vel inferiores prætermittantur, collatio Superioris valida est, quantum ad impressionem characteris. At vero si in illo saltu non sacerdotalis Ordo, sed alius inferior sit prætermissus, consecratio quidem Episcopalis valida erit, quamuis ex sententia Glossæ vlt. *in cap. vnico de clerico per saltum promoto*, ordinem quem non habet, aliis conferre non possit. Dicendum est igitur quod qui suscipit per saltum consecrationem Episcopalem, non incurrit suspensionem latam contra Ordinatos per saltum: nam appellatione Ordinum non venit in his legibus consecratio Episcopalis. Et ita etiam docet Rubeus *in aphorism. Episc.* verb. *Consecratio num.* 4. qui postea *num.* 5. Cum Suarez vbi supra rectè obseruat, quòd Episcopus, qui scienter consecratur ab Episcopo hæretico, schismatico, excommunicato, interdicto non toleratis, aut à simoniaco per sententiam declarato, est à Pontificalibus suspensus. Sed de hoc supra à nobis actum est.

Sup. in Res. 99. & lege etiam doctr. Res. 61.

RESOL. CX.

An antequam Episcopus consecretur rectè prætermittantur processus de vita, & moribus? Ex p. 12. tract. 1. Res. 110.

§. 1. SVggillat hæc omnia more suo Marcus Anton. de Dominicis *in sua Republica*, contra quem sic effatur Zacharias Bouerius *in Censura paranetica, lib.* 2. *cap.* 2. [Velut indubitatum statuis (inquit) manuum impositionem, & alias sacras Ceremonias ab Apostolis, Apostolicisque viris, ab ipso nascentis Ecclesiæ exordio in deputatione Episcoporum fuisse adhibitas, & à nobis inuiolabili Ecclesiæ sanctæ consuetudine esse adhibendas, in quo sanè Catholici hominis personam induis: & adhuc præclarius, cum Caluino his verbis, suggillas; Mirotaque Caluinum dixisse præter manuum impositionem, nihil præterea ceremoniarum adhibitum se legere: aliàs enim legi, & inueniri in vsu antiquissimas ceremonias iam ostendi? Multo magis mitor eundem dixisse, Ordinationem nihil aliud esse, quam merum ludibrium: grauis enim sit iniuria, & Paulo super Timotheum manus imponenti, eumque sic in Episcopum ordinati, & toti antiquitati, quam vidimus piè & sanctè in ordinationibus Episcoporum ceremonias adhibuisse. At non diu Lupus ouis pelle contectus se ouem persuadere potest, quin statim se suo vlulatu lupum prodat; Hactenus ouem, mutato vellere simulasti, iam te lupum ex vlulatu agnoscimus, cum voce mutata scribis, Nisi velis (vt videtur) modernas aliquas nouas nostras ceremonias respuere, & actus aliquos in ordinatione Episcoporum, ad speciem tantùm; & verè ad ludibrium vsitatos, suggillare: Vt quod, v.g. de vita, & moribus formentur processus, vt plurimum in Curia Romana, vbi ab Ordinando testes offeruntur, qui ei placuerint; aut vbi nulli testes personam nouerint: quod, & illiterati, & vitiis insignibus deprauati promoueantur; examina tamen dicuntur præcedere, ieiunia illa quidem, & inania, non sine fuco fortasse, & fallatiis. Optimè quidem, Marce Antoni, non quæ erga alios, sed quæ in te vno cùm ad Episcopatum assumptus es, exactius fortè obseruari, debuissent, tuis verbis admones. Nam si in processu de vita, & moribus tuis formando, cùm primum ad Segniensem Episcopatum vel Spalaten. Metropolim inhiabas, non ita oscitanter, ac nimia cum indulgentia, fortè sub melioris vitæ pollicitatione, ac iuramento itum fuisset; Si superba literarum pompa, omni Religione, ac pietate vacua, quæ ad hæreses, ac Schismata currebas, paulò diligentiùs explorata fuisset? si tumidum ambitione pectus, si Regularis disciplinæ odium, si effrenis viuendi licentia: si denique tuæ anteactæ vitæ ratio grauissimis vndique sceleleribus contaminata paulo exactius, ac seuerius examinata ad Summum Pontificem delata fuisset; certè Ecclesia Marcum Antonium Episcopum non habuisset; neque modo schismaticum, atque hæreticum lugeret. In te vno si quid oscitantiæ obrepsit, delictum fuit: in cæteris enim hoc delictum non agnoscimus: Sed fortasse id vitio tuo, beneficij in Ecclesiam conferres, vt in Episcoporum promotionibus, non tam vitæ, probitatis, quam piæ, ac vtilis doctrinæ (vti fieri solet) seuerior atque austerior in posterum ratio exigatur?] Hucvsque Boërius contra hostem illum infensum Romanæ Ecclesiæ. Circa diligentiam cum qua formantur processus de vita, & moribus, & aliis requisitis ad Episcopum promouendum, vide Gerundam de Episcopo *tom.* 2. *lib.* 8. *disp.* 8. *per totam.*

RESOL. CXI.

An Consecratio Episcopalis facta per Angelum sit valida?

Et an soli homines viatores, & cum vocibus naturalibus possint ministrare Sacramenta non vero Angeli siue sint boni, siue sint mali?

Et docetur in Beatis manere Characterem.

Et discutitur, an de facto fuerit aliquod Sacramentum, ab Angelis, vel Beatis ministratum.

Vbi aliqua alia circa hoc pro Angelis, & Beatis. Ex p. 12. tr. 1. Res. 111.

§. 1. CAsus accidit in facti contingentia teste Nicephoro *lib.* 11. *Histor. Eccles. cap.* 10. in personam sancti Amphilophij. Deus (ait ille) misit, qui mysteria, & Arcana benedictione, & Episcopali arrogatione eum dignitati, intellectuali modo cõsecraret.

Sed

Sed resolutio huius difficultatis pendet ex sua quæstione. An soli homines viatores possint ministrare Sacramenta; Respondetur, quod error fuit Lutheri non solum homines, sed etiam Angelos, imo etiam, Diabolum ipsum posse efficere Sacramenta, cuius verba refert Bellarminus *lib.1. de Sacram.in genere,c.24.* propter illud scilicet falsum fundamentum, quod verba Sacramentorum concionatoria sint, & nullo alio modo concurrant ad iustitiam, quam excitando, ad fidem, eámque casualitatem ceremoniæ sensibiles possint habere, etiamsi fiat à Dæmone assumente aliquam humanam figuram.

2. Verum hæc sunt Hæresiarcharum deliramenta. Ideo negatiuæ sententiæ adhæreo, quam esse de fide existimo: ex prima Christi institutione constat, ne Angelos quidem habere potestatem ministrandi illa; Christus enim solis hominibus dixit: baptizantes eos, *In nomine Patris, &c.* aut *hoc facite in meam commemorationem, & quorum remiseritis peccata remittuntur eis.* Accedit quod formam Sacramentorum esse voluit naturales voces quales sunt tantum illæ, quæ ab homine formantur. Non nego tamen, quod si aliquis post mortem suscitaretur futuram in illo authoritatem ministrandi validè Sacramentum. Præterea si quis bonus Angelus actionem sacramentalem præstaret putandum esse validum Sacramentum: boni enim Angeli sine peculiari authoritate ad tale munus huiusmodi actionem non præstant. Si tamen de ordinaria potestate loquendum sit omnino certum est, vt diximus tantùm esse in hominibus. Si verò aliquod Sacramentum administraretur à Diabolo non est habendum validum, sed inualidum, nec enim credendum est Deum vnquam daturum Diabolo eam facultatem; non tamen repugnat de potentia absoluta Dæmonem baptizare de mandato Dei, qui illum potest cogere tanquam creaturam sibi subiectam: ita Franciscus Pitigianus *dist.1. q.1. art.3.concl.3.* & alij citati. Neque obstat, quod Angelus non possit propriè loqui, Deus enim bene potest velle, vt sufficiant in eo casu voces, aut soni similes vocibus humanis, & hæc omnia docet Dicastillus *de Sacramentis, tom.1. tract.1. disput.3. dub.4. num.32. cum seqq.* Vasquez *in 3.part. disput.135. num.29.* Suarez ibidem *disput 13.* Coninch *de Sacramentis, quæst.64.art.4.* Cardinalis Lugo *disp.8. sect.1.* Ochagauia *de Sacramentis, tract. vnic. quæst.21.num.10.* Castrus Palaus *tom.4. tract.18. disput.vnica,punct.5.num.1.* Leander *de Sacram.tom.1. tract.1. disput.4. quæst.1.* Granadus *in 3.part.controu.3. tract.5 disp.2.num.3.*

3. Itaque ad dubium propositum respondet cum Diuo Thoma *in 3.part. quæst.64. art.7.* vbi sic ait: [Quod sicut Deus virtutem suam non alligauit Sacramentis, quin possit sine Sacramentis effectum Sacramentorum conferre, ita etiam virtutem suam non alligauit Ecclesiæ ministris, quin etiam Angelis possit virtutem tribuere ministrandi in Sacramentis;] Hoc idem docuit Diuus Augustinus *lib 2. contra Parmenianum, cap.15.* quod attinet ad Baptismum adest Deus qui dat siue per hominem, siue per Angelum, &c. At hic omnis difficultas quod si aliquis Beatus in corpore, & anima, vel certè si miraculosè resurgeret aliquis Sacerdos, vel Episcopus cum corpore tamen glorioso, an iste Sacerdos, vel Episcopus Beatus posset verum Sacramentum, vt modo fit, efficere, seu an talis beatus esset tunc Sacramentorum minister ordinarius, nam de extraordinario non est dubium, patet ex dictis de Angelis & animabus separatis; Aliqui mordicus negant, ita Coninch. *de Sacram. quæst.64.art.7.* Mercerus & Ioannes Vviggers *in 3.part.quæst.64.art.7.* Hurtad. *de Sacram.disp.4.dist.3.* Gabriel à S.Vincentio *tract.de Sacram.disp.7.quæst.2.* Cardinalis de Lugo *de Sacram. Euchar. disp.8. sect.1.* & alij, & ratio est, quia videtur Christus Dominus potestatem huius ministerij solis hominibus commisisse ad quos solos dirigitur vbique in scripturis sermo eius, vbi de Sacramentorum dispensatione agitur. Neque obstat, quod remaneat in beatis character, quia non manet in illis ad ministerium obeundum, vt supra diximus, sed tantum ad ornatum, & in signum ministeriorum probè functorum: neque ille est potentia aliqua physica, quæ per se valeat operari physicè Sacramentum, aut eius effectum. Supra in Rel. 2.

4. Sed licèt hæc opinio sit satis probabilis; ego contrariam non minus probabilem esse existimo, & ideo illam tenet Nugnus *de Sacram. tom.1.q.64.art.7.* Dicastillus *de Sacram. tom.1. tract.1. disp.4. num.38.* Auersa *de Sacram. tom.1. quæst.64 sect.2.* Turrian. *de Sacram. tom.1.lib.3.cap 19.* Henriquez *de Sacram. in genere, lib.1.cap.26.n.2.* & alij, & ratio est, quia anima quando corpus verum reassumit, tunc enim concurrunt omnia necessaria ex parte ministri ad substantiam Sacramenti; potest enim proferre verba humana, applicare materiam, & ex alio capite supponimus habere characterem necessarium, & cætera alia requisita, si Sacramentum postulet. De anima verò separata, sicut de Angelis philosophandum est.

5. Neque aliud probat Coninch. primum enim, quod ait de corpore non verè humano reassumpto, concedimus tunc non valere; neque id est contra nostram doctrinam; tunc enim non erit verè homo. Quod verò addit, si resumant Beati proprium corpus, sed beatum non valere, quia Sacramenta pro solis hominibus viatoribus instituta sunt, ac proinde ordinarios eorum ministros institutos solum esse viatores verum quidem est; non tamen ex eo, quod ministri non viatores non esse possint, sed quod ministri ordinarij Sacramentorum solum sint viatores; nempè, quia isti sunt qui ordinariè agunt cum viatoribus: si tamen extraordinaria facultate, & permissione Dei homo non viatoribus ageret, & apud illos versaretur sine noua alia concessione ad validè conferendum Sacramentarium posset illud validè conferre: itaque aliud est esse ordinarium ministrum Sacramenti, aliud verò, esse ordinarium statum, in quo ministet alias ordinarius posset ministrare.

6. Hoc postremum non habent, nisi viatores, illud primum possunt non habere non viatores, qui tamen per extraordinariam concessionem in eo loco, aut modo agendi constituti possint vti potestate quam habebant ordinariam. Ad argumenta verò Coninch. & alios contra nostram sententiam Doctores latè respondet Dicastill. vbi supra. Dicendum est itaque, quod quamuis verum sit Christum tradidisse potestatem conficiendi, & ministrandi Sacramenta hominibus viatoribus: tamen ex sacra Scriptura non constat hanc potestatem in solis viatoribus limitasse, ita vt eam aliquis beatus videre non possit iam corpori glorificato vnitus.

7. Sed his, omnibus rectè suppositis quæro pro curiosis, an de facto fuerit aliquod Sacramentum ab Angelis, vel Beatis ministratum. Aliqui ex Doctoribus citatis videntur affirmatiuam sententiam supponere, verum doctus, & acutus Augustinus Bernal. *de Sacram. disput.17. sect.1. num.15* contrariam sententiam sustinet; nam legimus quidem sanctos Angelos, & Animas Beatas sacram præbuisse Eucharistiam, vt quod, & alij de Thoma Apostolo referant, nempè, anno 1220. Ioannem quendam Indorum Patriarcham Summo Pontifici Calisto II. & Cardinalibus in Consistorio testatum esse, quod Sanctus Thomas Apostolus singulis annis Sacrosanctam Eucharistiam Populo distribueret, & quod in vita Beati

Staniſlai Koſtka Societatis Ieſu, nempè ſanctos Angelos ſemel, ac iterum ſacram Eccleſiaſticam ei miniſtraſſe. Nunquam tamen legimus illam conſecraſſe, ac proinde, nec Sacramentum effeciſſe.

8. Id ipſum roboratur egregiè in hiſtoria quam refert Baronius *tom. 8. anno 650.* nempè Sanctum Petrum in Anglia apparuiſſe, & Eccleſiam ſuo nomini dicatam quæ die ſequenti conſecranda erat conſecraſſe, & Epiſcopum admoniſſe per internuntium, ne iterum eam conſecraret, ſed ſuppleat, inquit, quod omittimus Domini mei Corporis & Sanguinis ſacroſancta myſteria. Itaque Anima ſancti Petri, cum ceremonias alias adhibuiſſet, Sacramentum tamen non confecit.

9. At obſtat exemplum ſancti Amphilophij adductum in principio huius Reſolutionis ex Nicephoro, qui teſtatur fuiſſe conſecratum in Epiſcopum ab Angelo. Verùm Bernal *loco citato*, putat illam conſecrationem non fuiſſe verè Sacramentum, ſed purè intellectuale: Deinde addit Bernal, illam hiſtoriam difficilem eſſe creditu, primò, quia ſingulariſſima in Eccleſia, vt patet? ſecundò, quia citra neceſſitatem, ſi enim Epiſcopi aderant, vel ſtatim adfuturi erant quorſum Angeli ordinaſſent. Tertiò, quia licèt reuera ordinaſſent Angeli, debuiſſent profectò homines adiicere in Eccleſia ceremonias ordinationis accidentales, vt populus eum pro Epiſcopo haberet, eáque reciperet. Cúmque hoc ibi non aſſeratur, ſed potiùs negetur, ſuſpecta mihi eſt huiuſmodi narratio. Ita Bernal, cui etiam adde Ioannem Præpoſitum *in tertia parte Diui Thomæ, quæſtione 64. articulo 4. dub. vnico, numero decimo*, vbi docet illam narrationem Nicephori minus ſolidè intentum probare.

10. Verùm plures Authores videntur ſupponere, & admittere Nicephori hiſtoriam, & conſecrationem ſancti Amphilophij factam ab Angelo, vt noniſſimè doctus Pater Ioannes Morandus *in ſuo ſatis erudito curſu Theologico tom. 2. tract. 2. de Sacrament. in genere, quæſt 17. num. 433.* Gabriel à Sancto Vincentio *tract. de Sacrament part. 1. diſput. 7. quæſtione 2.* Hurtad. *de Sacram. diſput. 4. difficult. 3.* Becanus *de Sacram. cap. 5. quæſt. 2. num. 4.* Sayrus *de Sacram. lib. 2. cap. 3. quæſt. vnic. art. 1. propoſ. 5.* & alij; quos citat, & ſequitur Sorianus *de Sacram. tom. 1. lib. 3. cap. 17.* vbi ſic ait: [Collige ſecundò, quod ſi contingat aliquem hominem ab Angelo in Epiſcopum ordinari, & ex certa reuelatione conſtet illum fuiſſe Angelum bonum, talis ordinatio valet, & vt tota habenda eſt quemadmodum docent Suarez, Bellarminus, Henriquez, & alij locis citatis, qui ad hoc comprobandum quondam exemplum adducunt à Nicephoro *lib. 11. cap. 20.* relatum, vbi dixit S. Amphilophium ab Angelis fuiſſe ordinatum, & conſecratum Epiſcopum, quam conſecrationem poſtmodum ratam habuerunt cæteri illius Prouinciæ Epiſcopi, quibus credendum eſt, ex certa reuelatione clarè conſtaſſe, quod ille Angelus, cui hoc miniſterium diuinitus fuerat aſſignatum, fuerat Angelus bonus.

11. Vnde ſuppoſita tanquam vera dicta hiſtoria, dicendum eſt tunc Angelos conſecraſſe in Epiſcopum ſanctum Amphilophium non de lege ordinaria Dei, ſed de potentia abſoluta, vt poſſet conſecrare alios, ſi Deus vellet, vide præter Doctores citatos Sapientiſſimum & Illuſtriſſimum Epiſcopum Franciſcum Araujo *in tertia parte Diui Thomæ tom. 1. inſpect. 64. articulo ſeptimo*, & Carolum Malletum *in auro Theologiæ moralis, tom. 1. malleatione 1. practica 14.*

RESOL. CXII.

Hermafroditus conſecratus Epiſcopus, ſi poſtea in eo prænaleat ſexus fœmineus, an ſi conſecraret alios Epiſcopos, valida eſſet talis conſecratio?

Idem eſt de Epiſcopo Ordinante.

Et ſupponitur prænalente in Hermafrodito fœmineo ſexu non poſſe ordinari, poſſe tamen prænalente virili ſexu.

Et infertur æquè vtrumque ſexum participantem, non poſſe in aliqua determinata Religione ſolemnem profeſſionem emittere.

Et quid eſt agendum, ſi prædictus Hermafroditus, prænalente ſexu virili, contrahit matrimonium, vel Ordines ſacros recipit, ſi poſtea fœmineus ſexus prænaleat?

Et an Ordinari poſſit fœmina, ſi erumperet in virum?

Et ſi anima Sacerdotis defuncti, iubente Domino, reſurgeret in corpore fœmineo, an eſſet capax ſanctionis Sacerdotalis. Ex part. 12. tract. 1. Reſol. 112.

§. 1. CAſus eſt curioſus, vt ſuppono, prænalente in Hermaphrodito fœmineo ſexu non poſſe validè ordinari, quia vt fœmina eſt habendus *l. quæritur 10. ff. de ſtatu hominum*, ſed fœmina eſt incapax ordinis. Idem dic, ſi æquè vtrumque ſexum participaret: quia quamuis ex ea parte quia vir eſt validè ordinari; tamen, quia æquè eſt fœmina, abſolutè incapax Ordinis dici debet: nam in eo caſu Sacramentum Ordinis ſuſpenſum maneret, nec characterem imprimeret. Sylueſter *verb. Hermaphroditus*, Nauarr. *conſil. 8. de ætate & qualitate ordinandi*, Auila *de cenſuris, part. 7. diſput. 3. dub. 5.* Quod ſi ſexus virilis prænaleat, tunc poſſet validè ordinari; quia vt vir eſt cenſendus dicta *l. quæritur, ff. de ſtatu hominum*, opus tamen eſſet tunc Pontificis diſpenſatione cum Hermaphroditus ſit irregularis. Nauarr. *in manual. cap. 27. num. 203.* Toſt. *lib. 1. cap. 25. num. 4.* Sayrus *lib. 6. de cenſur. cap. 8. num. 25.* Suarez *de cenſur. diſput. 52. ſect. 3.* Vaſquez *tom. 3. in 3. parte diſp. 245. cap. 2. num. 3.* Molfeſius *in ſumma, tract. 2. cap. 1. num. 48.* Quamuis nec certum ſit eum eſſe irregularem, quia nullus eſt textus hoc prohibens, & ſi res eſſet occulta ceſſante ſcandalo, & monſtruoſitate corporis prænalentéque ſexu virili poſſet etiam licitè ordinari, licèt tutius eſſet à Papa diſpenſationem petere.

2. His ſuppoſitis ad caſum propoſitum loquens de Sacerdote conſecrante, & idem dicendum eſt de Epiſcopo ordinante, affirmatiuè reſpondet Dicaſtillus *de Sacram. tom. 1. tract. 6. diſp. 1. dub. 20. num. 295.* vbi ſic ait: [Maior difficultas eſt, an qui prius validè ordinatus fuit prænalente virili ſexu; poſtea decurſu temporis (quod non videtur impoſſibile) prænalente fœmineo maneat, non ſolùm irregularis, vt licitè non poſſit in ſuo ordine miniſtrare, ſed etiam, vt nec validè, v.g. ſi fiat ille talis prius Sacerdos, & poſtea decurſu temporis prænaleat fœmineus ſexus, dubitari poteſt, an de facto proferat verba conſecrationis panis, & vini ſupra debitam materiam, validè conficiat? Res non videtur omnino clara, vt ſequentes rationes dubitandi oſtendent.

3. Pro parte enim affirmatiua facit, quod character ſacerdotalis impreſſus eſt in anima, eaque poteſtas collata, ac proinde quantumuis ſexus mutetur, non deletur ille character ſacerdotalis: Ergo non eſt caput vnde affirmemus illam poteſtatem non perſeuerare, & conſecrationem non eſſe validam.

4. Pro parte verò negatiua videtur facere, ſi non inſtitutio

institutio ipsa Sacramenti, (quæ in fieri consistit, & quando Sacramentum fiebat, subiectum erat capax) saltem institutio gradus sacerdotalis, quæ virum requirit, vt talem gradum habeat, nec enim Christus instituit Presbyteras, sed Presbyteros. Vnde fit actionem illam consecrandi non habere effectum, quia actio consecrandi debet fieri à Presbytero, & illa cum sit simpliciter fœmina, non est Presbyter.

5. Confirmatur à simili; nam probabile est non valere Sacramentum administratum ab homine non viatore, solum, quia Sacramenta instituta sunt fieri à Ministris viatoribus, vt latè contendit Coninch. ubi citatus, qui vult neminem, v. g. damnatum, etiam (non tamen ad statum viatoris) rediret ad corpus suum, non consecraturum, & tamen non minus verum est, aut certum, quod Christus pro munere sacerdotali, & consecranda Eucharistia elegerit solum viros, & non fœminas, quàm, quod elegerit viatores, & non eos, qui iam sunt extra viam: ergo, sicut quamuis characterem Sacerdotalem haberet vir non iam viator, non consecraret iuxta illam opinionem; ita neque fœmina, quantumvis eo tempore, quo erat in prævalente sexu virili, acceperit indelebilem characterem in anima.

6. Probabiliorem nihilominus puto partem affirmatiuam. Nam licèt ad primo conferendam potestatem sacerdotalem, & characterem requiratur sexus virilis saltem prævalens; tamen ad retinendum characterem semel in anima impressum, non videtur requiri, neque ad retinendam potestatem. Imò à paritate non viatoris possumus argumentum sumere, sicut enim non viator retinet suum characterem, & potestatem, quam acceperat dum viator esset, eamque non amittit, quia acceperat in tempore, quo erat capax accipiendi; ita similiter in Hermaphrodito philosophandum est maximè, cum, & in citato loco tanquam probabiliorem sententiam D. Thomam, & Suarium sequuti dixerimus contra Coninch. hominem non viatorem posse ministrare Sacramentum. Hucvsque Dicastillus, cui adde doctum Fratrem Leandrum *tom. 2. tract. 6. disp. 6. quæst. 7.*

7. Verùm his non obstantibus ego puto in tali casu Hermaphroditum Sacerdotalem, nec validè consecrare, & Episcopum factum neque validè conferre Ordines, nec alios Episcopos validè consecrare, & hanc sententiam tenet Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo *in respons. lib. 1. dub. 51. num. 4.* sic asserens: [Consequenter in quæstione proposita dicendum videtur, Hermaphroditum illum validè antea ordinatum, quando virilis sexus in eo prævalebat, prævalente postea sexu fœmineo, retinere quidem illum characterem Sacerdotalem animæ impressum; non tamen posse validè consecrare, vel absoluere. Et quidem quod character adhuc remaneat, probari facilè potest, quia cum hic non sit qualitas materialis: sed spiritualis animæ impressa; & suapte natura indelebilis, vt suppono ex tractatu de Sacramentis in genere, manente eadem prorsus anima in illo composito non deberet deleri character sacerdotalis, sicut nec deletur character Baptismi, vel Confirmationis, quod à fortiori explicari potest posito alio casu, naturaliter quidem impossibili, non tamen supernaturaliter, & miraculosè, si Deus, v. g. animam viri Christiani, & Sacerdotis transferret in corpus fœminæ, & anima Sacerdotis esset quidem fœmina cum corpus esset fœmineum, anima tamen retineret gratiam, & characterem Baptismi accepti in corpore priori, & characterem etiam Sacerdotalem; sed non posset fœmina illa consecrare, cum fœmina sit incapax eiusmodi functionis, imò nec in rigore fœmina illa esset baptizata, cum eius corpus nunquam fuisset ablutum aqua Baptismi; sed deberet denuo baptizari; sicuti contra compositum alterum resultans ex corpore Sacerdotis, & anima fœminæ infidelis, licèt esset vir, non tamen esset Sacerdos, nec baptizatus, cum anima neutrum characterem haberet. Nec obstat ex characteris impressione argui tria illa Sacramenta, quæ illum imprimis non posse reiterari; nam fatemur id de facto bene probari, & in ordine ad idem subiectum. Nunc autem loquitur ex Hypotesi impossibili in qua baptismus non esset reiterandus in eodem, sed in diuerso composito humano: vnde nec illa est propriè reiteratio baptismi, cum ille homo nunquam fuisset baptizatus. Vides ergo in hoc casu non sufficere characterem Sacerdotalem in anima impressum, & perseuerantem ad hoc, vt compositum illud esset Sacerdos, vel posset validè celebrare propter impedimentum proueniens ex incapacitate sexus fœminei. Similiter ergo in casu nostro licèt anima Hermaphroditi retineret characterem Sacerdotalem, non tamen posset pro eo statu validè Sacerdotij actus exercere propter impedimentum proueniens ex fœmineo sexu prævalente iam in illo composito; eadem enim videtur esse ratio quoad hoc in vtroque casu.

8. Neque obstat manere characterem, qui est signum potestatis Sacerdotalis, nam etiam in anima separata manet idem character, qui quidem in statu illo adhuc est signum potestatis, non tamen potestatis exercendæ in illo statu, sed potestatis acceptæ ad actus exercendos in illo corpore in quo erat anima quando accepit illam potestatem. Si ergo in casu nostro maneret adhuc in anima Hermaphroditi character Sacerdotalis, qui esset signum potestatis acceptæ ad actus Sacerdotales validè exercendos in corpore, & sexu illo, quem habebat homo quando potestatem accepit, non in alio corpore vel sexu diuerso.] & hæc omnia docet Lugo vbi supra; Dicendum est itaque puto in casu nostro Episcopum non solum in Missa minimè consecraturum sacram Hostiam, & Sanguinem sed etiam nec validè, neque ministrare consecrationem Episcopalem, ex his infertur Hermaphroditum æque vtrumque sexum participantem, non posse in aliqua determinata Religione solemnem professionem emittere: quia, si profiteatur in virorum Monasterio, professio eius non est valida, quia æque est fœmina, ac vir: si autem in Monialium Monasterio, professio eius non tenet quia æque est vir, ac fœmina, magnamque scandali occasionem, & libidinis ansam in vtroque loco præberet. Itaque, sicut tunc est incapax ordinis, ita est incapax professionis, vt rectè docuit Henriquez *lib. 14. de irregular. cap. 18. num. 6.* & Nauarr. *vbi supra*; secus autem est dicendum si prævalente sexu viri in Monasterio virorum profiteretur, vel prævalente sexu fœmineo in Monasterio Monialium solemniter voueret, tunc enim professio valida esset. Idem dicendum est de Hermaphrodito, qui matrimonio iungi voluisset, eademque regula est vtendum cum eadem prorsus ratio militet, vnde Hermaphroditus æque vtrumque sexum participans matrimonij incapax videtur, nisi prius cautionem det sub iuramento se determinato sexu semper vsurum.

9. Sed quid dicendum si postea in Hermaphrodito sexus fœmineus prævaleat an matrimonium sit dissoluendum & affirmatiuè respondet Cardinalis Lugo *loc. citato, num. 5.* sic enim asserit. [Si Hermaphroditus in quo prævalebat sexus virilis, matrimonium contraxisset cum fœmina, & postea per possibile vel impossibile inciperet in eo prævalere sexus fœmineus, in quo statu non potuisset denuò matrimonium cum fœmina contrahere consequenter dicendum, quod

matrimonium dissolueretur, quia sicut non potuisset incipere, ita nec posset consistere verum matrimonium inter duas fœminas, qui casus facilius posset contingere, si Hermaphroditus, in quo prævalebat sexus fœmineus, contraxisset matrimonium cum viro, & postea inciperet in ipsa prævalere sexus virilis: tunc enim proculdubio dissolueretur prius matrimonium, eo quod non posset iam verum matrimonium consistere inter duos viros, quem casum miror apud Thomam Sanchez prætermissum fuisse in magno illo suo opere de matrimonio, ego saltem id inuenire non potui, vbi de impedimentis agit, & vbi agit de matrimonij insolubilitate, ad quem locum pertinet hæc exceptio singularis continens casum, quo matrimonium ratum, & consummatum dissoluitur, etiam quoad vinculum & id obiter pro comperto supposuit Basilius Pondus *lib. 7. de matrimonio cap. 57. num. 2.* Quare consequenter etiam dicendum esset, si post dissolutum hac occasione matrimonium; Hermaphroditus, vel fœmina illa, quæ transierat in virum rediret per possibile, vel impossibile ad sexum fœmineum, non ideo debere conualescere prius matrimonium, quod cum iam fuisset omninò dissolutum non posset stare, nisi denuò celebraretur, & sæpe contingeret, quod prior maritus cum alia iam contraxisset, quod secundum matrimonium cùm validum fuisset, & consummatum non possit dissolui per reditum prioris vxoris ad sexum fœmineum, vt constat.] Hæc omnia Lugo.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. Res. 61. §. Hoc supposito & seq. & lege etiam eius §. 1. & in tom. 7. tr. 1. Res. 341. signater prope finem, à vers. Igitur si casus.

10. At quid dicendum si fœmina erumperet in virum an ordinari posset respondet Marchinus *de Sacramento Ordinis tract. 1. part. 4. cap. 2. num. 18.* quod non licebit Episcopo hanc Ordinibus initiare, ob admirationem, & scandalum, quod homines conciperent, vt quem fœminam agnouissent nunc ad Altare ministrantem viderent: & ideo hæc difformitas canonicum gignit impedimentum *cap. de Cleric. ægrot.* Simon Maiolus *lib. 1. de irregular. cap. 27. num. 5. vers. Huc pertinet.* Verum cognito sexu virili talis ordinatio, si non licita, saltem valida foret, cum iste verè esset vir, & consequenter capax Ordinis. Sed circa superiores difficultates, & alias vide Gibalinum *de irregularitate, cap. 3. q. 2. sect. 6. n. 19.* Martinum Perez *de Matrimonio, disp. 37. sect. 24. & 15.* & alios penes ipsos.

RESOL. CXIII.

Quare Episcopus consecrandus ducitur vestitus veste candida, & in habitu Sacerdotali?

Ac de eius præsentatione, postulatione, & interrogationibus agitur. Ex part. 12. tractat. 1. Resolutione 113.

§. 1. ET tandem pro coronide huius Tractatus deueniendum est ad mysticas interpretationes omnium, quæ obseruantur ab Episcopis in ministranda Consecratione noui Episcopi; de quibus pertractat ex Neotericis Augustin. Barbos. *de potestate Episcopi, part. 1. tit. 1. cap. 5. per tot.* sed pereant manes amicissimi heu quondam viri nam posset accusari de crimine Plagearij; nam omnia quæ de mystica interpretatione prædictorum Rituum obseruat, fuerunt ab ipso desumpta, tacito tamen eius nomine, à sapientissimo Stanislao Socolouio Canonico Cracouiensi, & Concionatore Regio, *in Epithalamio de Consecratione Episcoporum, siue Oratione quarta impressa in suis operibus Cracouiæ, anno 1561. à fol. 411. vsque ad fol. 484.*

2. Itaque ego his quæ ab ipso desumam, addo authoritatem Neotericorum post ipsum scribentium; vnde ad dubium præsentis Resolutionis sic ipse respondet.

[Ducitur igitur ad suum sponsorem nouus sponsus, ducitur in vestitu candido propter delignationem illius candoris, & nuptialis vestis sine qua qui ingressus nuptias fuerat, in tenebras exteriores iectus est Nemo enim magno & Deo, & Sacrificio, & Pontificatui, dicit Gregorius dignus est nisi quis prius seipsum Deo Hostiam viuentem, & sanctam exhibuerit, rationabilémque cultum gratum, atque acceptum ostenderit, Deoque Sacrificium laudis spiritúmque afflictum, atque contritum obtulerit. Vestis ergo candida, innocentiam, vel anima indicat; ducitur autem in vestitu Presbyterali, atque Sacerdotali. Nequit enim in primæua illa Ecclesia licuit quēquam Episcopum creari, qui non prius per omnes Ecclesiasticos gradus transierit, qui non per multos annos functiones omnium Ordinum exercuerit. Vnde illa laus Cornelij apud beatissimum Martyrem, & Pontificem Cyprianum non iste, inquit, ad Episcopatum subitò peruenit, sed per omnia Ecclesiastica officia promotus, & in diuinis administrationibus Dominium sæpè promeritus, ad Sacerdotij sublime fastigium, cunctis religionis gradibus ascendit: nec, vt quidam, vim fecit, vt Episcopus fieret, sed ipse vim passus est, vt Episcopatum coactus exciperet. Eodem modo Gregorius laudat Athanasium, laudat Basilium, & adfert hac de re suum iudicium: Nauticam legem præclaram censeo, quæ gubernatori primùm remos committit, deinde ad proram collocat, sicque prioribus muneribus commissis; tandem eum post diuturnam maris verberationem, ac ventorum gubernationem ad gubernacula constituit. Eadem rei militaris est ratio: Miles primò, deinde Centurio, tum Imperator hic optimus ordo est, iisque qui subsunt in primis conducibilis. Sed & ipse Pastorum Iesus Christus, per omnia primum tentatus est pro similitudine absque peccato, priusquam Pontifex factus est, vt posset compati infirmitatibus multorum. Sic pertractus, sic vestitus, sistitur Principi Hierarchæ, magni, & Sacrosancti Tabernaculi administro, nouus sponsus; postulatur. Postulari enim debet Episcopus, non postulare. De Dei enim, & Christi eius iudicio, dicit Cyprianus de Clericorum omnium testimonio, de plebis, quæ adest, suffragio, & de Sacerdotum antiquorum, & bonorum virorum collegio, loco, & gradu Cathedræ Sacerdotalis vacante, Dei voluntate, atque omnium consensione, creati, & consecrati debet Episcopus, postulat dicunt sacri pronubi, Reuerendissime Antistes, sacra mater Ecclesia, vt hunc præsentem Presbyterum ad onus Episcopatus subleuetis. Faciunt autem id, vt doceant neque Reges, neque Principes, neque Plebem aut Ciuitatis Magistratum, sed Hierarchicam ordinationem atque benedictionem Episcopum constituere illorum testimonium tantùm, huius authoritatem esse. Interrogatur postea: Num ea quæ in diuina Scriptura legit, & intelligit; plebem cui præferendus est, & verbis & exemplis docere velit. Num traditiones orthodoxorum Patrum, ac decreta Sanctæ, & Apostolicæ Ecclesiæ & ipse seruare, alios studiosè docere propositum habeat? Num ipse superiori potestati Beati Petri, eiusque successorum, penes quos, Summam regiminis sui primus, & Summus Pontifex reliquit Iesus Christus per fidem, subiectionem & obedientiam, secundùm Canonum authoritatem, & more, & lege vetteri sese subiiciat? Num mores ab omni malo temperare, quantum poterit, Domino adiuuante, ad omne bonum commutare: castitatem & sobrietatem, cum Dei, auxilio custodire, & docere: diuinis negotiis

negotiis mancipari, & à terrenis negotiis, & lucris alienus esse: ne scilicet oculos, qui moderandis gressibus præeunt, cura pulueris obscuret, caput namque subiectorum sunt cuncti, qui præsunt; & vt rectè valeant pedes itinera carpere, hæc proculdubio caput debet ex alio prouidere: Num humilitatem, & patientiam in se ipso custodire, & alios docere velit pauperibus item & peregrinis; omnibusque egentibus, propter nomen Domini, affabilis & misericors esse.

3. Quæ omnia vbi ille sanctè, & bona fide seruaturum se quantum humana fert conditio, promiserit summa eius oneris, quod subeundum est, illi ob oculos, tanquam in compendio, ponitur: Episcopum oportere iudicare, interpretari, consecrare, ordinare, offerre, & baptizare. Quod onus cùm humanarum virium non sit, sed Angelicis etiam ipsis humeris sublimis, cumque ab eo solo portari possit, à quo est omnis sufficientia nostra; conferunt se omnes, Consecrator simul sponsas pronubi, ac tota Ecclesia, ad communem orationem, & vt recognoscant Ciues Sanctorum, Domesticos Dei se esse, populum supernæ Hierusalem, adiungunt suis orationibus orationes Sanctorum: Vt quod eorum fragilitas non potest, istorum victorialis authoritas impetret, vt qui iam sunt securi de suis, sint solliciti de nostris. Super nouũ igitur sponsũ pronum ante conspectum Dei iacentem, Deum Patrem, ac Christum Dominum exornant, vt illi viro, vtilitati Ecclesiæ prouidens benignitas omnipotentis diuinæ gratiæ suæ tribuat largitatẽ; vt illũ benedicere, sanctificare, & consecrare ipse dignetur:] Hucvsque Socolouius. Sed audiamus eius Echum Barbos. videlicet, *vbi suprà n.* 5. sic asserentem: Deducitur postea consecrandus in veste, & ornamento Presbyterali, atque Sacerdotali: neque enim in primæua Ecclesia licuit quemquam Episcopum creari qui non per omnes Ecclesiasticos gradus transierit, qui non per multos annos functiones omnium Ordinum exercuerit. Cum, inquit Cyprianus *lib.* 4. *Ep.* 2. de Clericorum omnium testimonio, de plebis, quæ adest suffragio, & de Sacerdotũ antiquorum & bonorum virorum Collegio, loco, & gradu Cathedræ sacerdotalis vacante, Dei voluntate atque omnium consensione, creari, & consecrari debeat Episcopus, ideo senior Episcoporum assistentium versus ad consecrationem sic dicit Reuerendissime Pater, postulat sacra Mater Ecclesia Catholica, vt hunc præsentem Presbyterum ad onus Episcopatus subleuetis. Illud apertè declarantes, neque Reges, neque Principes, neque Plebem, aut ciuitatis Magistratum, sed Hierarchicam ordinationem atque benedictionem Episcopum constituere, illorum testimonium tantum huius authoritatem esse. Hæc dum sanctè professus fuerit, proponitur illi vniuersæ fidei summa eorum præsertim capitum, quibus vniuersa Religio Christiana continetur, summæ scilicet, ac diuinissimæ Trinitatis confessio, Incarnationis, salutisque nostræ œconomia, spes vitæ, & resurrectionis futuræ sanctorum communis ac vnius Sanctæ Chatholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ authoritas. Quæ omnia vbi ille sanctè, & bona fide seruaturum se quantum humana fert conditio, promiserit, summa eius oneris, quod subeundum est, ad oculos illi, tanquam in compendium ponitur, Episcopum oportere iudicare; interpretari, consecrare, ordinare offerre, baptizare, & confirmare. Ex quibus apparet in hac consecratione Episcopos nullum votum emittere, neque se ad aliquid obligare, nisi ad ea ad quæ tenentur ratione sacerdotij, iurant tamen fidelitatem Sedi Apostolicæ, & se honoraturos Legatos de Latere, & Ecclesiam suam indemnem habere. *cap. ego N. de iureiurand.* Vgolinus *de off. Episcop. part.* 1. §. 1. *n. præterit.* Alzed. *d. p.* 1 *cap.* 4. *num.* 18. Hæc omnia Barbosa.

RESOL. CXIV.

Quare Episcopis consecrandis calceantur pedes, & aliquibus Tunicis induuntur, & de aliis vestibus? Ex p. 12. tract. 1. Res. 114.

§. 1 REspondeo cum verbis Socolouij. [Absoluto fidei examine, augustiore sibique magis proprio habitu induitur Sponsus. Calceantur pedes, ad annunciandum Euangelium pacis, vt eat, non fleti, laboret non otiosus delitescat. Induitur item interioribus quibusdam tunicis, penitioris inquam deuotionis innocentiæque, ac integritatis perfectionem denotantibus, cuius solus Deus puratum animarum vnicus amator inspector est, & cuius suauitatem illi soli norunt qui, quæ & qualis sit experiuntur; intus enim est qui iudicat, intus quod iudicatur, vt internorum cura in externorum nimia occupatione nõ minuatur; induitur item Dalmatica, latas manicas habente, Oportet enim Episcopum sicut Dei dispensatorem, hospitalem esse, benignum, liberalem non turpis lucri cupidũ. Vberioris enim peculij dispensatorem largiorem esse oportet: qui opes veras esse putet non vt studio aliena bona corrodat: sed vt indigentium penuriam sua liberalitate retineat: qui sua commoda propinquorum bona deputet. Egentis enim mentem doctrinæ sermo non ita facilè penetrat, inquit Gregor. si hunc apud eius animum manus misericordæ non commendat. Verum de munificentia Pastoris satis. Adiicitur autem hic mysticus vestitus super sacerdotalem habitum ad eas actiones atque operationes; quas ipse supra alios sacerdotes, peculiari quodam modo exercere solet iudicandas: quales sunt, vltra regiminis, doctrinæ, ac iurisdictionis authoritatem, ille quas ex Græcis quidem D. Areopagita: ex Latinis verò Leo Papa, ex antiquissimo ritu recensent; Præsbyterorum, & Diaconorum, atque Virginum consecratio (vt eorum verbis vtar) constitutio Ecclesiæ atque Altaris, benedictio item eorundem, & vnctio per impositiones manuum fidelibus baptizandis, vel conuersis ex hæresi Paracleti Spiritus sancti traditio, quale item est Chrisma conficere, Chrismate baptizatorum frontes signare, publicè in Missa pœnitentes reconciliare, formatas Epistolas mittere. Hæc enim omnia illicita sunt Chorepiscopis, atque Præsbiteris (inquit S. Leo) qui ad exemplum, & formam septuaginta discipulorum esse noscuntur: qui quanquam consecrationem habeant, Pontificatus tamen apicẽ non habent. Quæ omnia solis deberi Summis Pontificibus, authoritate Canonum præcipitur, vt per hoc, & discretio graduum, & dignitatis fastigium Summi Pontificij demonstretur. Sed neque coram Episcopo licet Presbyteris in baptisterium introire: nec præsente Antistite infantem vngere, aut signare: nec pœnitentem, sine præceptione Episcopi sui, reconciliare, nec eo præsente, nisi illo iubente, Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi conficere; nec eo cõram posito populum docere vel benedicere, aut salutare, nec plebem vtique exhortari. Sup. hoc cursim in to. 3. tr. 3. Res. 77. §. 1.

2. Induitur autem, vestimentis eorum omnium ordinum, quorum conferendorum potestatem habet; vt & omnibus se ipsum exemplum præbeat, & omnium onera quodammodo portet, pro omnibusque, si indignos ordinat, responsurus sit, & omnium item defectus suppleat, omniúmque infirmitatibus condolere

dolere sciat, vt item omnium potestatem, & dignitatem in se sustineat.] Hæc Socolouius, & ante illum Durandus *lib.3. cap.12.* Vide etiam ex veteribus Alcuinum *lib. de offic. Diuin.c.Quid,significant vestimenta.* Amalarium *lib.2. de Eccles. Offic.cap.25.* Ioannem Carnotensem *Serm.Synodali de significatione indumẽtorum.* Rupertum *de diuin. Offic. lib.1. cap. 24.* Honorum *in Gemma animæ, lib.1.cap.10.* Sed ne deseras Neotericos vide etiam Fragosum *de Regim. Reip. Christ. tom.2. lib.8. disp.18. §. 1. n.10.* vbi sic ait: [Peti etiam potest, quare Episcopi pedes calceantur, & interioribus quibusdam tunicis induuntur: Certi iuris est calceari pedes ad annunciandum Euangelium pacis, vt eat, & redeat, laboret, & non quiescat, nec delitescat otiosus, Interioribus quibusdam tunicis vtitur,quæ puritatem, & innocentiam vitæ denotant,quarum virtutum interiorum solus Deus animarum sponsus est verus speculator. Induitur item Dalmatica latas manus habente, significantéque quanta debeat esse in pauperes Episcopi liberalitas, & hospitalitas. Decet enim, & oportet, Episcopum sicut Dei dispensatorem hospitalem esse benignum, liberalem ad Titum 1. vt inquit Apostolus. Traditur item anulus sacer nouo Præsuli, vt sanctam Ecclesiam sponsam suam intemerata fide custodiat. *Durandus in Rationali diuinorum lib.3. cap.14.* Insuper chirothecis manus operit, vt nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, non tamen chirothecis semper vtitur, sed interdum chirothecas exuit,oportet enim ad ædificandum,opera bona exibere, & exemplo omnibus prælucere.] Et hæc omnia iisdem verbis notat Barbosa *de Potestate Episcoporum, part.1. tit.1. cap.5. n.8.*

3. Sed non deseram hîc apponere ea, quæ obseruat eruditus Andreas Suassay *in Panoplia Episcop. lib.7. cap.6.* Sandalia Dominus Apostolos suos, quos ad mundi salutem gratiæ suæ nuntios,ac dispensatores delegant habere voluit in pedibus, cum Orbem peragrarent. Vt igitur Populus Christianus, Apostolos in Episcopis quasi rediuiuos conspiceret, ac eorum in locum subiectos, ad salutis ministerium exequendum, ipsos Antistites, eadem obseruationis obseruantia exciperet insignia quædam eis indidit, quorum aspectu in intuentium oculis Apostolorum excitaretur memoria simul & erga eorum successores reuerentia conciliaretur, hòcque ipso calceatu Episcopi sui officij commouefierent, huius scilicet, quod superno irradiatus homine Propheta prænunciauit atque præ sua excellentia admiratus est, vbi ait: O quam speciosa pedes Euangelizantium pacem Euangelizantium bona? Ea nimirum quæ vt ipse dicit, oculus non vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis comprehendit, sed Deus diligentibus se præparauit.

4. Mirum tamen, quod in Sacramentario sancti Gregorij, vbi de Episcopi ordinatione agitur, & cætero contextu toto, nihil sit de Sandaliis memoratum, magis mirum quod Ioannes Diaconus, qui Iconas scribendo ipsius sancti Gregorij, & Gordiani, ac Syluiæ eius parentum, ipsi Gordiano Sandalia in vsu fuisse, sicut calceos Syluiæ insinuat; sileat tamen penitùs de sancti Gregorii Sandaliis.Lapsu memoriæ id factum Angelus Rocca imaginum illarum illustrator, & dictorum Ioannis ipsiusDiaconi solers;ac accuratus scholastes arbitratur, qui Sandaliorum Pontificalium annosiorem longè iudicat ipsa in Romana Ecclesia esse vetustatem. *Et postea cap.7. loquens de Compagis*, sic ait.

5. [In Pontificali Romano recognita authoritate Clementis VIII. tit. de Consecratione electi in Episcopum, vbi enumerantur quæ ipsi imponenda sunt Pontificalia ornamenta,Sandaliorum fit expressa mẽtio nulla compagorum. Attamen Innocentius III. distinctè tam horum quàm illorum meminit *lib.1.* de Ministeriis Missæ,*cap.48.*quo agit discretim de vtriusque.Inter hæc,*inquit*,pedes Pontificis in præparatione Euangelij pacis caligis, & sandaliis calceantur. *Et infrà*: Sandalia, *inquit*, de subtus integram habeant soleam,desuper autem corium fenestratum. *Et sub finem capitis.* Prius autem,*ait*, caligis induitur vsque ad genua protensis,ibique constrictis.Quibus verbis etsi caligas idem esse, ac compagos censeat, has tamen apertè distinguit à Sandaliis.Tametsi vero Pontificale Romanum recens præcitatum, in recensione Episcopalium ornamentorum sileat prorsus, de compagis,& caligis, sed Sandaliorum duntaxat memoretur; vsus tamen antiquus etiamnum perdurat,vt primum compagos, seu caligas induat Episcopus, deinde assumat Sandalia, ita re ab his, vt nomine distincta. Vnde liquet in ipso Ponrificali sub Sandaliorum vocabulo etiam compagos,seu caligas vocabulo comprehendi, quasi præcipui insignis denominatione.] Hucvsque Sauarsay.

RESOL. CXV.

Quare Episcopo consecrando imponitur liber super caput, & humeros? Ex p.12. tr.1.Resl.115.

§.1. EX ordine sic respondet Socolouius. Quartum symbolum sacraque actio est sactorum librorum super caput & humerum eius, qui consecratur, sanctissima imposito. Cuius modum & rationem sic explicat Carthaginense Concilium: Duo assistentes Episcopi ponunt, & tenent Euangeliorum codicem super caput, & ceruicem eius qui consecratur,& vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes qui adsunt, manibus suis caput eius tangunt. Quid autem sibi ea actio velit, diuinus explicat Areopagita: Quoniam, inquit, perficiens omnis Sacerdotij vis,& scientia,à diuina mysteriorum Authore bonitate diuinis Pontificibus datur, iure ac merito in capitibus Pontificum, scripta diuinitùs tradita ponuntur, quæ compendio scientérque omnem Theologiam, omnem Dei operationem, doctrinam sanctam, diuina & sacra verba, & opera, orationes, & actiones, quas Hierarchia nostra habet Dei beneficii concessu,ac munere:quòd diuinus Pontifex omni quidem facultate, quæ Pontifice digna est, præditus esse debeat, & omnium sacratum interpretationum, atque factorum, quæ Hierarchiam attingunt, vera atque à Deo tradita scientia,non illustrari modò,verùm etiã aliis,vt Pontifici consentaneum est,tradere perficereque diuinis scientiis,ac summis, vt ita dicam, promotionibus ex Pontificis dignitate omnia,quæ in tota Hierarchia maximã vim perficiendi habent.Ex multis enim, & variis functionibus, quæ Episcopum attingunt, illa propria, ac quasi peculiaris est Euangelium prædicare: Vt potens sit, inquit Palaus,in doctrina sana exhortari,& eos, qui contradicunt arguere. Itaque in prisca illa,& veteri Ecclesia nemo hoc docendi pulpitum conscendebat,nisi is qui Episcopus esset; vel si fortè aliqua infirmitate præpediebatur,Præsbytero quidem probato hoc munus delegabat:ita tamen vt ipse eius doctrinæ testis, & iudex præsens adesset. Itaque ægri etiãm Pontifices, nonnunquam in lectis ad templum adferebantur, vt eius doctrinæ, quæ populo tradebatur, iudices, & arbitri interessent; ne quid illis insciis, atque incautis hæreticæ labis, & pestis subreperet.Non in capite autẽ tantùm facer

Codex

Codex Episcopi ponitur, sed in humero etiam: vt primus ipse hoc iugum subeat, ac in Societate Iesu Christi trahat, vt populo Dei, more sancti Mosis, atque adeo Iesu Christi præeat, ac viam per huius vitæ turbulentum pelagus pandat, angustamque illam semitam, & asperam, primus terat, ac muniat. Vt illud possit dicere cum Christo: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Exemplum enim dedi vobis, vt quemamodum ego feci, ita & vos faciatis. Ita ille.

2. Sed circa præsentem Ritum vide etiam Pontificem Iordanum *tom. 1. lib. 5. tit. 2. num. 8. cum seqq.* vbi inter alia, sic ait: [Vt non tantùm impositio præfata censenda sit de substantia Ordinationis, verùm etiã ipsa libri traditio, quæ fit ad finem Ordinationis, dum consecrator adiurantibus Episcopis assistentibus librum ipsum capit de scapulis consecrati, & tradit clausum Ordinato dicens: Accipe Euangelium, & vade, prædica populo tibi commisso, potens est enim Deus, vt augeat gratiam suam.

3. Quamuis enim Doctores suprà citati loqui videantur de sola impositione: mysterium tamen æqualiter versatur in vtroque, & inchoatũ in impositione perficitur in traditione cum præfata forma verborum; impositio etenim super scapulas, & ceruicem denotat præcipuum Episcopi pondus in addiscendo, & ferendo Euangelio consistere: traditio autem, cum sua forma verborum, insinuat officiũ prædicationis Episcopi proprium esse,] vt diximus *suprà in tit de D D.* & cauetur *in Trident. sess. 5. cap. 2. & sess. 24. cap. 4. alibique passim.* Hæc omnia Iordanus.

RESOL. CXVI.

Quare Episcopo consecrando vngantur manus, & caput? Vbi plura pro illorum significatione. Ex p. 12. tr. 1. Res. 116.

§. 1. VNgitur *inquit Scolouius* futurus Hierarcha primùm in capite per quod mens eius designatur: quo admonetur, vt Deum ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex omnibus viribus suis, & proximum suum, sicut seipsum diligat: quarum rerum omnium caput fons est, & principium. Deinde vt simul authoritas, & dignitas eius declaretur, eum scilicet esse caput, & Principẽ Ecclesiæ suæ, quomodo vir vxoris suæ caput dictus est. Honor enim & sublimitas Episcopalis, inquit Ambrosius, nullis poterit comparationibus adæquari: si Regum fulgori compares, & Principum diademati, longè erit inferior, quàm si plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cùm videas Regum colla, & Principum submitti genibus Sacerdotum, & exosculatis eorum dextris, orationibus eorum se commendare, & communire, qui item cornu suo Reges, & Sacerdotes vngunt. Sed prouidendum est, inquit Ambrosius, ne sit honor sublimis, & vita deformis, ne sit deifica professio, & illicita actio: ne sit Religiosus amictus, & irreligiosus prouectus: ne sit gradus excelsus, & deformis excessus: quia sicut nihil esse diximus Episcopo excellentius; sic nihil esse miserabilius, si de sancta vita Episcopus pereditetur, si Sacerdos in crimine teneatur. Nam quantò gradus altior est, tantò ruina grauior: honor grandis, & grandiori debet sollicitudine circumuallari. Ideo igitur prærogatiua honoris monstratur, vt merita congrua requirantur. Vngitur demùm in capite, vt ostendatur esse Vicarius Christi, eiusque locum, & officium tenere, qui est super omnia: & quem constituit Deus caput super omnem Ecclesiam.

2. Vnguntur amplius manus eius, qui consecratur, vt operetur bonum, ad omnes quidem, sed maximè ad domesticos fidei; vt manus suas mittat ad fortia, vt panem otiosus non comedat, vt manus eius distillent myrrham, vt sit beatus ille seruus, quem cùm venerit Dominus eius, inuenerit vigilantem, & operantem.

3. Vngitur autem sancto Chrismate, quod ex Oleo, & Balsamo confici, & commisceri solet, vt per oleum quidem, nitor & puritas conscientiæ denotetur.

4. Balsamo autem designatur odor bonæ famæ: Eum enim, qui sacerdotio fungitur, inquit Chrysost. odorem spirare optimum conuenit: vt sit pastor sine crimine: vt habeat testimonium etiam ab his qui foris sunt: vt item luceat lux eius, quo videntes homines bona opera glorificent Patrem, qui in Cœlis est. *Hæc Socolouius.*

5. Sed plura circa præsentem vnctionem latè, & erudite obseruat Francisc. Hallier *de sacris Eleci. p. 4. c. 10. a. 4.* vbi sic asserit: Ex dictis etiam emicat purior rationis scintilla, ob quam nimirũ tot tamque singulares, prout superiùs docuimus, & fusiùs infrà disseremus, vnctionis Episcopalis suprà Presbyteralem sint prærogatiuæ, vt Presbyterum solùm manus, & quidem Oleo simplici, non admixto balsamo delibutæ esse debeant, Episcoporum verò tam caput, quàm manùs sacro Chrismate perungantur. Id verò non alia ratione constitutum ab Ecclesia constat, nisi vt plenitudinem sacerdotalium donorum, & gratiarum in solo Episcopo, non in presbytero reperiri pateat; expressionem quoque eos præ inferioris Ordinis Sacerdotibus Christi imaginem referre innotescat. *Et post multa sic in n. 11. subdit.* Ex iis omnibus authoritatibus concludo, sacerdotum tam superioris, quàm inferioris Ordinis manus inungi: primò, vt ad laborem, ad ministerium, ad diligentem, & sedulam operam vtrorumque manus indurentur, & confirmentur. Secundò, vt ad misericordiæ opera charitatis oleo diffluentes manus habere moneantur, non aridas, non contractas, non illiberales. Tertiò, vt ad benedicendum; & Sacramenta conficienda idonei reddantur. Quartò vt ad ligandum, & soluendum habiliores efficiantur. Item non sufficere Episcopis, quod eorum in inferiori Sacerdotio manus inunctæ fuerint, sed iterum cùm consecrantur, inungi debere; tum quia ad benedicendum manus eorum sanctiores efficiendæ: tum quia sacerdotum consecratio, Altarium, Ecclesiarum, & cæterorum benedictio, Sacramẽtorúmque quorundam confectio tunc ipsis confertur: tum quia ad operosius ministeriũ, & honorificentius officiũ cõsecrantur: tum denique, quia cùm opes Ecclesiæ in ipsorum potestate consistant, maiorem largiendi habent occasionem, & ex suo statu, ad pietatis, & supererogationis opera arctiùs deuinciuntur. Chrismate verò, Episcopalis manus, Oleo, Presbyterales inungi: tum quòd perfectionem illæ operentur, quæ Chrismate bene olenti significatur, hæc illuminandis præsertim mentibus incumbant, quæ illuminatio oleo, quod ignis pabulum esse solet, conuenienter exprimitur: tum quod in Corpus Christi mysticum (ad quod bono odore, & famæ celebritate maximè opus est) Episcopi Presbyteris maiorem habeant potestatem; vtrique verò in Corpus Christi verùm per se virtutem æqualem habeant: quæ scilicet præsertim conscientiæ puritate, & nitore indiget: si quid proinde detrahi debet Presbyterali vnctioni, quo præcellere ipsi possit Episcopalis, non oleum, quòd conscientiæ puritatem designat, sed balsamum, quòd famæ claritatem signficat, detrahendum, illúdque Episcopalis vnctionis materiæ adiungendum. Denique infero, caput solius Episcopi inungi, quia solus regiminis perfectam scientiam, solus gratiæ præfidendi perfectionem

nem, solus tegendi absolutam authoritatem, solus perfectæ Ecclesiæ caput est Episcopus, solus tandem caput Ecclesiæ Christum perfectiùs exhibet: Presbyteri, nec plenitudinem omnem sacerdotij sibi vendicant, nec sine Episcopis aliquid gerendi authoritatem, nec perfectæ Ecclesiæ capita sunt, nec Christi perfecta, vt mox docuimus, exemplaria.] *ita Hallier.*

6. Et tandem Barbosa *de potest. Epist. p. 1. tit. 1. c. 5. num* 10. hæc ait. [Vngitur in capite primùm is, qui consecratur, vt authoritas, & dignitas eius declaretur, cum esse scilicet caput, & principem Ecclesiæ suæ, quomodo vir vxoris suæ caput dictus est: & vt ostendatur eum esse Vicarium Christi, eiusque dignitatem, & authoritatem gerere, qui est super omnia, & quem constituit Deus caput super omnem Ecclesiam.

7. Deinde in manibus vngitur primùm propter officium, & ministerium eius, vt se sciat dignitatem non propter otium, sed propter negotium suscipere, vt sciat ex illo se numero operariorum esse debere, qui sustinent pondus diei, & æstus: deinde vt illis manibus adsit virtus Spiritus sancti, eas teneat, & dirigat, cum illis laboret & operetur, vt quidquid benedixerit, benedicatur; quidquid sanctificauerit, sanctificetur. Demum vnguntur manus eius, vt operentur bonum, ad omnes quidem, sed maximè ad domesticos Fidei; vt manus suas mittat ad fortia; vt panem otiosus non comedat, vt manus eius distillent mirrham, vt sit B. seruus ille, quem cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantem, & operantem.]

RESOL. CXVII.

Quare Episcopo consecrando tradatur liber Euangeliorum? Ex part. 12. tract. 1. Resol. 117.

§. 1. DOctè, & piè, vt semper solet respondet Socolouius vbi supra [Pastor consecratur, pascua igitur illi traduntur. Accipit Consecrator Euangeliorum librum, cúmque nouo Præsuli tradit: Accipe, inquit, Euangelium, & vade, prædica populo tibi commisso. Potens est enim Deus tibi augere gratiam suam. Ac si diceret: Ne putes in Paulo, & Petro, in Tito item, & Timotheo, Chrysostomo, & Augustino solo, munus, & functionem Apostolicam desiisse: ne putes cœlestem illam benedictionem, & auxilium æterni Patris iam sublatum esse; quo illi subnixi, profecti annunciauerunt Euangelium vniuerso mundo: potens est Deus etiam tibi dare gratiam suam, ac per te similia operari. Etsi enim illi plus omnibus, inquit Bernardus, laborarunt, non tamen totum elaborauerunt, & tibi adhuc locus relictus est. Neque te illud tantopere terreat, quod sublimibus humanæ sapientiæ verbis careas, quòd seriùs ad sacrarum literarum lectionem accessisti, quòd nunquam antea Cathedram Doctoris fortè conscenderis. Aude, & fac aliquid. Potens est enim Deus tibi augere gratiam suam. Nihil agentem, impossibile est bene operari. Meliùs serò, quàm nunquam: nam, & vndecimæ horæ operatij, diurnum acceperunt denarium. Petro nihil indoctiùs, Paulo nil imperitiùs, inquit Chrysostomus. Et hoc illi profitebantur, nec eos hoc fateri pudebat. Etsi imperitus sum, inquit Paulus, sermone, non tamen scientia. Sed tamen hic imperitus, & ille indoctus, sexcentos Philosophos superarunt; sexcentis Rhetoribus os obturarunt: suo ipsorum studio, propensáque voluntate, & Dei gratia, omnia peragentes.

2. In qua sacri Codicis traditione, tria nobis præcipuè sunt obseruanda. Primum illud, quòd non ipse sibi, is qui populo Dei præficitur, codicem sumit: hoc enim hæreticorum proprium & peculiare semper fuit: sed de sede Christi, sed ex manu diuini Hierarchæ accepit. Nam neque Moyses sibi ipsi tabulas, in quibus Lex Dei continebatur, sumpsit; sed de manu Dei, acceptas populo tradidit. Et Paulus id, quod à Domino accepit, se tradidisse docet. Et Timotheum monet idem Paulus, vt id custodiat, non quod sibi priuata authoritate sumpserit, sed quod apud eum depositum est. Secundum verò illud videndum erit, tradi illi Codicem, in quo omnia simul Euangelia, non vnum aliquod Euangelium, non pars aliqua Euangelij contineatur: nam hoc item hæreticorum peculiare est; vt partem quidem sacræ Scripturæ vsurpent, partem autem, vel negligant, vel tanquam Apocryphum, & profanam penitùs reiiciant. Huic autem nostro totum simul traditur Euangelium; vt ita eius vnam partem tueatur, ita interpretetur, ne reliquarum sensum, & veritatem peruertat: ita vni parti adhæreat, vt reliquarum conseruet sanctitatem. Tertium demùm illud hoc loco notandum, quòd Ecclesia, quæ Pastori tradit Euangelium, eandem mentem, interpretationem eius Euangelij eum docet ne ipse nouos sensus quærat, ne sua figmenta pro Catholica doctrina obstrudat; vt Spiritus sancti, non humani sensus, sequatur doctrinam; Prophetia enim, atque vniuersa Scriptura, inquit sanctus Petrus, priuatæ interpretationis non est. Vt enim illud Euangelium adfert, quod omnium temporum, atque locorum est; vt & eam interpretationem eius Euangelij sequi debet, si verus, & Catholicus Doctor esse, & haberi vult, quæ omnium ætatum, & temporum, omnium item gentium, & nationum, iudicio & authoritate sit comprobata. Hæque illa est vera inter Doctorem Catholicum, & hæreticum magistrum differentia; quod vterque sacræ Scripturæ testimoniis nititur, vterque Euangelium laudat, vterque pro hoc vitam, sanguinémque, si ita opus sit, se profundere paratum esse dicit: hic tamen hoc Euangelium, eiusque ministerium, priuata sibi sumit authoritate; ille à potestate à Deo ordinata accepit: hic partem aliquam tuetur; ille totum simul corpus defendit: hic suos proprios, ille Ecclesiasticos astruit sensus. Et ideo Catholici magistri doctrina, ad Deum reuelantem, & Spiritum sanctum interpretantem, enarrantémque, ac suggerentem refertur. Hæreticus diuina quidem verba adfert, sed suum sensum verbis diuinis astruit: & verbo quidem Dei, summa, & prima fides habenda est; sed illi tamen, quod procedit de ore Dei, & quod os Domini loquutum est.] *Hæc omnia Socolouius.*

RESOL. CXVIII.

Quare Episcopo consecrando imponantur manus super caput? Ex p. 12. tract. 1. Resol. 118.

§. 1. TRactat de significationibus impositionis manuum Hallier. *de Sacr. Electi. c. 9. cap. 1. §. 3. n. 6.* sic asserens: [Duplex ergo, tum ex Dionysio, tum ex eius Paraphraste manus impositionis in ordinatione significatio: prior est, iuxta quam diuinum auxilium ea manus impositione significari dicitur. Cuius significationis duplex est ratio, prima quia cum manus sit operationis principium, & instrumentum cætera applicans instrumenta, vt alibi docuimus, rectè concursus Dei, cooperationis, vocationis, & inspirationis symbolum esse potest: quæ explicatio Scripturæ sacræ valde conformis est, in qua nempe protegentium, fauentium, & consulentium manus in iis, vel super eos esse dicuntur, quibus consilium, fauorem,

norem, vel adjumentum quodlibet impendunt: sic enim deduxisse dicitur Deus populum suum in manu Moysis, & Aaron: sic de Davide dicitur, quod manus Domini cum illi fuerit, eumque confortaverit, & deduxerit: sic à Thecuite petiit Rex David num manus Ioab esset cum ipsa, id est an à Ioab de negotio, quod ipsa proposuerat; instructa, præmonita, & ad illud inducta fuisset: sic facta dicitur manus Domini super Ezechielem Prophetam: sic denique (ut innumera prope alia omittamus) Sacerdotes, & Levitæ Deum laudasse dicuntur per manum David. Altera ratio est, quia cùm ad periculum capitis avertendum manus statim accurrat: cùm imminentem ensem, securim, vel baculum incidentem lapide, aliamve calamitatem imposita manus à capite propulset, imò & à solis ardore caput defendat, ipsum tegendo, & velando: convenientissimè manus præsens subsidium, & tegmen (quod utrumque verbum, quo Dionys. utitur σκέπω alias σκίπως, σκέπασμα σκεπάσων, significat) seu velamen repræsentat, ad quam proinde significationem alludens Tertullianus de manus impositione in alio Sacramento usurpata hæc ait: *Caro* manus impositione adumbratur, ut & anima spiritu illuminetur.

2. Secunda significatio manus impositionis, seu potiùs instructio, quam ex hoc ritu Ordinandorum, singuli percipere debent, secundùm Dionys. hæc est, ut moneantur omnes ita sacris ministeriis incumbere, quasi sub Deo, & divinas capiti suo impositas manus semper habeant, ac si nimirum Deo movente, dirigente, & manibus veluti eos deducente, divina omnia munia aggrediantur, prosequantur, perficiant. Fœlices illi, qui manus Domini super se habent præmiatrices virtutum suarum coronlá que texẽtes, & capiti ipsorum innocuo imponentes. Infelices autem isti, super quos manus Domini aggravatur, quorum capitibus vindices scelerum manus divinæ incumbunt: unum tamen è duobus necessum est, ut vel super capita nostra benignas Dei manus, & liberales experiamur, vel punitrices sentiamus, prout nempe, vel nos ab eadem divina manu deduci passi fuerimus, vel eadem reiecerimus: si super nos expensæ illæ fuerint, plurima quotidie ab iis in nos beneficia derivabuntur: si restrictæ extiterũt, non solùm illiberales in nos futuræ sunt, sed & armatam in nos divinam vindictam minabuntur. *Ita Hallier. Et individualiter de nostro casu sic asserit Durand. in Rationale D. Offic. lib. 3. c. 11. n. 10.* Manus verò impositio sumpsit exordium ab Isaac, qui dum Iacob benedixit, imposuit sibi manum *Gen. 27.* & Moyses Iosue, cum eum populo præfecit. *Num. 27.* & Dominus Apostolis, cùm eos Principes mundi constituit, sed & ipsi Apostoli per manus impositionem Spiritum S. dederunt. *Act. 19.* & *c. 9.* sic etiam ait. Ideo fit manus impositio super ordinandos: quia per manum opera, per digitos Spiritus S. dona: per caput verò mentem intelligimus, Rectè ergo manus imponitur: quia donis Spiritus sancti in mente imbuti ad opera Christi mittuntur.]

menta, ac gubernacula. Et cùm omne regimen, omnisque administratio, authoritate, & amore contineatur: Oderunt enim peccare mali formidine pœnæ: Oderunt peccare boni, virtutis amore: tradit in primis in manus novi Antistitis consecratum baculum; authoritatis scilicet, & disciplinæ insigne; ut sit in coërcendis vitiis piè severus, judicium sine ira tenens, lenis in fovendis virtutibus, audientium animos demulcens in tranquillitate severitatis censuram non deserens; ut revocet errantes, regat justos, pungat, & stimulet ignavos & inertes, repellat nocẽtes, ac juxta Ezechielem, attrahat vagum, sustentet languidum, stimulet pigrum, portet in humeris suis, exemplo Principis pastorum, ægrum & debilem. Vt increduli, inquit Bernadus, convertantur ad fidem, conversi non avertantur, aversi revertantur, perversi ordinentur ad rectitudinem, subversi ad veritatem revocentur, subversores convincantur; ut vel emendentur ipsi, si fieri potest; vel si non, perdant authoritatem, facultatémque alios subvertendi. Verum cum hæ nuptiæ hocque regimen, non tam timoris, quàm amoris sit; non tam severitatis, quàm charitatis: Nam & Christus Dominus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lavacro aquæ, in verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata. Et eum quem Vicarium loco sui relicturus erat, priusquam illi despondisset, ter interrogavit, num se diligeret, & propter se spõsam suam. Quod cum ille summa asseueratione ter professus fuisset, tum demum illud audivit: *Pasce oves meas, pasce agnos meos.* Sanè qui dicit, Amice ascende superius, ait Bernardus, amicum fore fidit, si minùs inveniat non expedit quidem. Qui elevavit, & deiicere potest, Sacra querela, quoniam elevans allisisti. Ideò ejus amoris, & charitatis symbolum, sacer Consecrator novo sponso, consecratum annulum confert, monens eum, ut accipiat annulum, fidei scilicet, & amoris signaculum, quatenus sponsam Dei, sanctam videlicet Ecclesiam, intemerata fide, illibatam custodiat. *Ita ille, quem postea transcribit Barbosa* de potest. *Episc. p. 1. tit. 2. c. 5. n. 13. & 15.* Vide etiam Lotherium *de Benefic. tom. 1. lib. 1. q. 9. num. 97.*

2. Sed hunc Ritum magis latè tractat Dominus Hallier. *de Sacram. elect. p. 2. cap. 8. art. 4. §. 1. tit. 1001.* & quia ab eo observata satis sunt curiosa, & erudita, hic in gratiam Lectorum per extensum apponam, sic itaque asserit.

3. Alia verò apud Latinos consecrato Antistiti tradi solẽt, annulus scilicet, & baculus pastoralis: ex veteri nempe ordine Romano, Sacramentali Gregorii, & Pontificali Romano, necnon Authoribus infra citandis. Tradebatur Pontifici annulus in Ordinatione, sicut in renuntiatione ab eodem reddebatur, teste Carnotensi Episcopo Ivone; Benedictio autẽ annuli, qui Pontifici traditur, iis verbis præscribitur in veteri Ordine Romano,] Creator humani generis, dator gratię spiritualis, largitor ætetnę salutis, tu Domine emitte tuã benedictionẽ super hunc annulũ, ut quicumque hoc Sacrosancto fidei signo insignitus incedet, in virtute cælestis defensionis ad æternam vitã sibi proficiat. [Verborum quoque proferendorum, dum traditur idẽ annulus, variæ formulæ proferuntur: prima, cujus solius meminit Sacramentale Gregorii, amplissima hæc est:] Accipe annulum discretionis, & honoris, fidei signũ, ut quæ signanda sunt signes, quæ aperienda prodas, quæ liganda sunt liges, quæ solvenda sunt solvas: atque credentibus per fidem baptismatis, lapsis autem, sed pœnitẽtibus, per ministerium reconciliationis, januas regni cælestis aperias; cunctis verò de thesauro Dominico nova, & vetera proferas

RESOL. CXIX.

Quæ Episcopo consecrando traditur Baculus, & Annulus? Ex p. 12. tr. 2. Res. 119.

§. 1. ASsignat pulchras rationes Socolovius. *Consecto*, ait, [Sacramento, atque matrimonio, confert se divinis Hierarcha ad spiritualem œconomiam, sanctæque prolis gubernationem. Arsit igitur primùm, & instruit novis præsidiis novum sponsum: dat regendæ, & gubernandæ familiæ instru-

ad æternam salutem hominibus, cõsolatur gratia Domini nostri. [Altera, quæ admonitio dicitur, & quæ fusiori præcedenti aliquando, ut opinor, adnectebatur, iis verbis traditur.] Memor sponsionis, & desponsationis Ecclesiasticæ, & dilectionis Domini tui, in die qua assecutus hunc honorem, cave ne obliviscaris illius. *Tertia ibidem refertur*, Accipe Annulum Pontificalis honoris, ut sis fidei integritate ante omnia munitus, misericordiæ operibus insistens, infirmis compatiens, benevolentibus congaudens, aliena damna propria deputans, de alienis gaudiis tanquam de propriis exultans : [Sic enim affectus esse solet sponsi erga sponsam suã animus, ut ejus sive bona sive mala sibi adscribat, ad condolendũ, vel congratulandũ paratus. Quarta denique quam solum tradit Pontificale Romanum ea est:] Accipe Annulum, fidei, scilicet signaculum, quatenus sponsam Dei, sanctam videlicet Ecclesiam, intemerata fide ornatas, illibatè custodias.

4. Ex quibus formulis multiplex ratio eruitur, ob quam Episcopo annulus consecrato tradatur. Prima est, ut species nuptiarum, inter Episcopum, & Ecclesiam exhiberetur; annulus enim sponsæ pignoris loco mitti solitus fuit, quem pronubum idcirco Tertullianus vocavit, Juvenalis *Sponsaliorum pignus*; cujus etiam in nuptiis tradendi causam hanc refert Hispalensis Isidorus. Illud verò, *inquit*, quod in primis annulus à sponso sponsæ datur, sit hoc nimirum, vel propter naturæ fidei signum, vel propter id magis, ut mutuo pignore eorum corda jungantur. [Plura hac de re passim apud Authores prophanos, Agellium, Macrobium, Plinium, & alios.]

5. Ad significandum ergo spirituale fœdus conjugii, quod inter Episcopum, & Ecclesiam, quod in electione initiatum, ratum in confirmatione, & in consecratione, intelligitur consummatum : annulus Pontifici rectè datur, ut nieminerit se cum Ecclesia sua sanctè copulatum, & angustissima consecratione devinctum. Altera annuli significatio est, ut Episcopi per annuli traditionem dignitas innotescat, & apud ipsum signatorius esse Dei annulus ostendatur; potestasque nobis beneficia conferendi, quæ à Deo omnibus potissima tribui possunt: nec peccata nostra remitti nobis solere, nisi Episcopi, vel Sacerdotum ab ipso delegatorum ministerio divina gratia consignetur.

6. Annulum autem Principatus signum seu, ut loquitur *Augustinus*, mirabile dignitatis insigne censeri nemo ferè nescit; potestatem quoque annuli datione significari discès ex Curtio, Iustino, & Arriano, apud quos, quod Alexander Macedo extractum ex digito annulum Pérdicæ tradidisset, successorem Imperii eum designatum multi credidisse referuntur : eâque authoritate ipse fretus cæteris Ducibus Provincias divisit. Discès ex Suetonio referente Caligulam Imperii insignia avide expetentem Tiberio cum morte luctanti annulum detraxisse. Discès ex Niceta, qui Isaacum Comnenum è digito patris Alexii signatorium annulum subduxisse narrat, ut eo viso milites sibi majus palatium aperirent. Discès maximè ex Ambrosio Patriarchæ Joseph dignitatis à Pharaone collata ornamẽta exponẽs, è quibus unus erat annulus, quẽ Scriptura sacra Pharaonẽ è digito suo extraxisse, & manui Iosephi inseruisse testatur, hæc verba profert. [Quid enim sibi vult annulus digito ejus insertus, nisi ut intelligamus Pontificatum ei fidei esse delatum; ut alios ipse signaret?] Nam quod Pontificatum annulo exprimi doceat Ambrosius, ad præsentẽ expositionem idoneum est argumentum: sed cur Pontificatum fidei annuli traditione significari docuit, non ita constat: nisi forte quia quemadmodum scriptæ tabulæ fidem apud Romanos minimè merebantur, nisi quæ signatorio annulo essent munitæ; ita nec prædicatio divini Verbi, neque Sacramentorum collatio legitima, sed furtivè usurpata censetur, nisi Pontificia authoritate approbata fuerit. Annulis autem ad signandum veteres usos fuisse Lippis, & Tonsoribus notum est. Verùm etiam quandam rationem, ob quam annulus daretur Episcopo, suggerunt verba Ambrosii, quod propria Episcopi potestas annulo convenientissimè significetur; nam cùm tria tantùm sint Sacramenta, quæ characterem conferunt, seu animæ spirituale signum imprimunt ex Theologis; ex his tribus Baptismum soli Episcopi solemniter conferre olim solebant, Confirmationem autem, & sacrum Ordinem soli ipsi tanquam Ordinarii ministri concedere possunt : quo fit, ut quia animarum consignandorum peculiarem potestatem habent, annulum signatorium in sui consecratione accipiant : Quantum addere possumus, per annulum scilicet dona Spiritus sancti, variasque gratias gratis datas significari, quæ instar annuli in circulum gerantur, quia inter se connexa, & à Deo derivata in Deum tendunt; ad quod illudens Ecclesiastes,] Iustrans universa in circuitu porrigit spiritus, & in circulos suos revertitur.

7. [Baculi porrò pastoralis variæ mysticæ significationes referuntur : primò enim baculus Pastoralis datus est dignitatis insigne : nam virga, seu baculus apud veteres potestatis, & dignitatis insigne habitus est; quarum formam Pastorales iam baculi exprimunt,] Laconum in pretio fuerunt, *teste Platone*, *pastoralia ferè omnia officia baculo pastorali significari possunt. Docet Isidorus Hispalensis, cujus verba exscripsit Synodus Aquisgranensis*, huic autem, dum consecratur, datur Baculus, ut ejus judicio subditam plebem vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum sustineat. *Beda* Baculum habet Episcopus ut subditos regat, infirmos sustineat. *Innocentius III.* Baculus correctionem significat Pastoralem. *Item* ideò est acutus in fine, rectus in medio, retortus sivè recurvus in summo, quia Pontifex debet tangere pigros, regere debiles, colligere vagos. [Hoc ipsum olim lapis quidam Marmoreus Tholosæ repertus nos docuit, cui Sanctorum Petri, & Saturnini pedum pastorale gestantis imagines cum hoc versu inculptæ sunt.]

Curva trahit, quos recta regit, ultima pungit.

[Sed Honorius Augustodunensis expressius ipsum significat,] per baculum quo infirmi sustentatur authoritas doctrinæ designatur : per virgam, qua improbi emendantur, potestas regiminis figuratur; Baculum ergo Pontifices portant, ut infirmos in fide per doctrinam erigant : virgam bajulant, ut per potestatem inquietos corrigant : quæ virga, vel baculus est recurvus, ut aberrantes à grege, docendo, ad pœnitentiam trahat; in extremo est acutus, ut rebelles excommunicando retrudat, hæreticos velut lupos ab ovili Christi potestativè exterreat. *A quo non discedit Hugo à S. Victore iis verbis*, Episcopo dum regimen Ecclesiæ committitur baculus, quasi pastori traditur : in quo tria notantur, quæ significatione non carent, recurvitas, virga, cuspis significatio hoc carmine continetur,

Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.
Hoc est Pastoris, hoc virga figurat honoru.

Item :

Attraho peccantes, istos rego, pungo vagantes.
Officio triplici servio Pontifici.

Et hæc omnia notavit Hallier loco citato, cui adde omnino videndum non minus eruditum Andream Saussajum in Panoplia Episcopali *lib. 3. per totum*, & præcipuè *disp. 8.* pro nostro instituto latè explicatam Mysticam Annuli Episcopalis significationem.

RESO

RESOL. CXX.

Quare Episcopi consecrandi manus Chirothecis induantur? Ex part. 12. tract. 1. Res. 120.

§. 1. SÆpius citatus Andreas Saussay *in Panoplia Episcopali lib. 1. per totum* multa eruditè observat de Chirothecis Episcopalibus, & individualiter pro casu nostro, ubi sic ait.

2. [Cæterum dato, quod Bernaldus aliqua mutaverit in ordine Romano, seu ut ait Menardus, quædam detraxerit, quædam addiderit, juxta usum quem in Ecclesia suo tempore videbat; hinc tamen non sequitur, neque elici potest, quod ritum tradendi Episcopo in Ordinatione sua manicas, seu chirothecas benedictas, hâsque deinceps cum pontificio fungitur gerendi, fuerit à Betnoldo additus: cum mos iste in Ecclesia vigeret diu antequam Bernaldus ipse natus esset. Id porrò ex Sacramentorum Codice Ratoldi Abbatis, qui anno 986. excessit ab humanis, fit omninò exploratum: sicut ex exceptis ex eo supra latè patet, ubi ex more Ecclesiastico jam receptissimo, constat Episcopum manicas cùm præscripta orationis formula induisse: & postea cùm consecratus esset oblata, exuisse, prout etiam nunc fieri solet.] Itaille, qui usum chirothecarum in Episcopis antiquissimum esse in Ecclesia Latina ex multis probat; sed deveniendo ad mysticas earum significationes, ponam verba veterum authorum. Primo sic asserit. Honorius *de antiquo Missæ Ritu lib. 2. c. 215.* inscripto de chirothecis chirothecarum, (inquit) usus ab Apostolis est traditus per manus operationes; per chirothecas designantur earum occultationes. Sicut enim aliquando manus chirothecis velantur, aliquando exactis chirothecis denudantur. Sic opera bona interdum propter arrogantiam declinatam celantur, interdum propter ædificationem proximis manifestantur. Chirothecæ induuntur cùm hoc impletur: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in Cœlis est. Chirothecæ sunt inconsutiles, quia actiones Pontificis, debent rectæ fidei esse concordes.

3. Secundò Innocentius III. *lib. 1. Misteriorum Missæ, c. 57.* Quia verò plerique (ait) bonum opus quod faciunt inani favore corrumpunt, statim, (ac induit Dalmaticam) manus operit chirothecis, ut neciat sinistra sua, quid faciat dextera: per chirothecam ergò, congruè cautela designatur quæ sic fecit opus in publico, quod intentionem continet in occulto. Nam etsi Dominus dixerit: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in Cœlis est, *propter quod chirotheca circulum aureum desuper habet, ipse tamen præcepit.* Attendite ne justitiam vestram facietis coram hominibus, ut videamini ab eis alioquin mercedem non habetis apud Patrem vestrum, qui in Cœlis est.

4. Tertio. Gulielmus Durandus *lib. 3. nation. divin. Offic. cap. 12.* [Per chirothecas quoque in manibus exempla Sanctorum quæ in operibus habenda sunt intelliguntur: quæ opera ab omni inquinamento mundata sunt ne modicum fermenti totam massam corrumpat. Per ipsas vero chirothecas albas, castitas, & munditia denotatur, ut manus, id est operationes, sint mundæ, & ab omni inquinamento immunes. Porrò secundùm quod capiti scilicet Christo conveniunt chirothecæ, sunt hœdorum pelliculæ quas manibus Jacob, Rebecca mater, id est Spiritus sancti gratia: manibus veri Jacob id est operibus Christi circumdedit, ut similitudinem majoris, ac prioris Adæ secundus exprimeret: Christus enim similitudinem peccati sine peccato suscepit, ut Incarnationis mysteriũ diabolo celaretur. Nã ad similitudinẽ peccatorũ esuriit, & sitivit doluit, expavit, dormivit, & laboravit. Unde cum jejunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, ac postea esuriisset, accedens ad eum diabolus, eum ad similitudinem peccati Adæ tentare tentavit. Sed qui primum vicerat eisdem modis victus est à secundo. Hactenus Durandus. Sed ut verum fatear admodum speculativè.

5. Sed Saussay ubi suprà, ait in chirothecis, & in Pontificali Romano; surgens Consecrator Mitra deposita chirotecas benedicens, dicit. *Oremus Omnipotens Creator, &c.* & postea reponit illas manibus Consecrati dicens: *Circunda Domine, &c.* ex quibus Ecclesiæ Orationibus redditur ratio, quare ipsa ornat manus Episcopi consecrati chirothecis; verum mihi etiam nimis placet alia chirothecarum mystica significatio. Dico igitur, quod dantur Episcopis consecratis chirothecæ, ob reverentiam unctionis, quàm in manibus suscepit. Quod enim chirothecæ dentur Episcopo ob unctionis sacræ, qua sunt ejus delibutæ manus reverentiam, ex eo facilè colligi potest, quod in Romano Pontificali, titulo, de derogatione ab Ordine Pontificali, ablato Pastorali baculo, ei qui tanto culmine honoris deiicitur; mox sequitur. Deinde extractis per Ministros chirothecis Pôtifex degradator abradit degradando pollices, & manus leviter cum cultello, aut vitro dicens. Sic spiritualis benedictionis, & delibutionis misticæ gratia, quantum in nobis est, te privamus, ut sanctificandi, & benedicẽdi perdas officium, & effectum. Igitur chirothecæ, tum auferuntur, cum unctionis tollitur efficacia: sicut cùm infunditur unctio, ipsæ chirothecæ imponuntur.

RESOL. CXXI.

Quare Episcopo consecrando traditur Mitra? Ex p. 12. tr. 1. Res. 121.

§. 1. DE Mitra Episcopali latè petractat Andreas Saussay *in Panoplia Episcopali, lib. 1. per totum:* nam in *c. 2.* proponit argumenta Hæreticorum contra Mitram: *in c. 2.* respondet ad dicta argumenta; & postea *in cap. 3.* firmat ex antiquis testimoniis, & exemplis Mitræ. Sed directè ad casum propositum respondet Fragosus *de Regimine Reipublicæ Christianæ, tom. 2. cap. 8. §. 1. n. 13.* Præterea (ait) imponitur novo Præsuli sacra Cydarus in capite, bicornisque galea cum Patris Omnipotentis invocatione, vulgò *Mitra*, quæ scientiam utriusque Testamenti in eo residere testantur duo Mitræ cornua, duo designant testamenta: anterius novum, posterius vetus, quæ duo Episcopus scire debet *c. Episcopus 23. q. 1.* quibus fidei inimicos terrere, ferire ac lacerare potest. His cornibus armatus Ambrosius Theodosio; Basilius Valentino; & Chrysostomus Arcadio fortiter se opposuerunt, & terribiles apparuerunt.] Sed omnia ab ipso dicta latè confirmantur à Steph. Durando *in Rationale Divinorum officiorum, lib. 3. cap. 13. num. 2.* Sup. hoc in tom 3. tr. 3. Res. 77. brevi. viter in §. 1.

2. Unde ex his Socolovius ubi supra, ait. Imponitur capiti ejus sacra Cydarus, bicornisque galea, cum Patris Omnipotentis invocatione cujus præclara est bonitas, & virtus immensa, totiusque decoris ornamentum. Imponimus; (inquit divinus Hierarcha) capiti hujus Antistitis, & Agonistæ tui, galeam munitionis, & salutis; quatenus decorata facie, & armato capite, non generis, & prosapiæ vetustate, non stipatorum vi, & armata manu, non magnis necessitatibus, & clientelis, sed cornibus utriusque

testamenti terribilis appareat adversariis veritatis: & te ei largiente gratiam, impugnator eorum robustus existat. Qui Moysis famuli tui faciem, ex tui sermonis consortio decoratam ludissimis claritatis ac veritatis cornibus insignisti, & capiti Aaron Pontificis tui tiaram imponi jussisti. Tali armatura muniebantur primi Religionis nostræ Duces, & Asitistites, per quam devicerunt Regna, obturaverunt ora Leonum, extinxerunt impetum ignis, effugaverunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum. Hoc eodem modo instructus Petrus Neroni; Liberius Constantio, Ambrosius Theodosio, Basilius Valentino, Chrysostomus Arcadio, Leo Genserico, atque Attilæ; Stanislaus noster Bo.eslao, aliisque alis quamplurimi restiterunt, terrorique fuerunt. His præsidiis omnis Arriana, Macedoniana, Nestoriana, Dioscori, Euthichetis; ac reliquorum monstrorum dissipata est impietas, his demum omnis hæreticorum pravitas cessit.

3. Vobis amplissimi Patres nimis hæc ipsa Moysis cornua obtusa, attrita reddita sunt. Quietem, & tranquillitatem nostram curamus: Cælum ruiturum existimamus si quid liberius pro Ecclesia Dei dixerimus, aut fecerimus. Nimis timidi sumus, nimis otio & desidia torpemus.] Hæc ille.

4. In signum Ordinis, Episcopus habet Mitram & Baculum, quæ ejus commissionis arma sunt, ut dixit *glos. ult. ad fin. in capite disciplina* 43. *dist.* & in signum administrationis subjectus, curæ habet Cathedram, Lotter. *de re Benefic. libro* 1. *quæst.* 9. *num.* 47. Hinc quando prædicat Episcopus; cùm causam Dei agat, & alleget, minis id facit, & ideò baculum, & Mitram assumit; quando verò offert in altari, quia tunc causam populi apud Deum precibus agit, & allegat, & ideò, ut humilitatem ostendat in conspectu Dei Omnipotentis, deponit judicia, insignia altitudinis, & terroris, baculum scilicet, & Mitram, quemadmodum videmus *in dict. cap. disciplina de Moyse*, qui quando Dei causam apud Populum allegavit gladiis usus est; quando verò apud Deum causam Populi, precibus, & humilitate rem totam confecit, vide Turrecrem. *num.* 2. *Præpos. num.* 11. & D. Annam *in dict. cap. disciplina num.* 12. Barb. *de potest. Episcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. *num.* 19.

RESOL. CXXII.

Quare Episcopus consecratus offerat Episcopo consecranti panem, & vinum? Ex p. 12. tract. 1. Res. 122.

§. 1. OLim de hoc casu interrogatus fui à Clemente Merlino Sacræ Rotæ Decano Viro incomparabili, & qui ex præcordiis teste experientia me supra meritum, & magni faciebat, & amabat. Tunc in promptu respondi in demonstrationem gratitudinis ex potestate ab ipso accepta ordinandi Sacerdotes, qui debent consecrare Corpus, & Sanguinem Christi, & ideò Panem illum, & Vinum ob reverentiam Faces accensæ præibant; non displicuit tunc viro accuratissimi ingenii hæc explicatio, sed nunc invenio illam etiam docere sæpius citatum Socolovium *Orat.* 4. ubi sic ait, [Accepto deinceps novus Pontifex à suo Consecratore, ac reliquis assistentibus: osculo pacis, de quo paulò post nobis dicendum erit; eo tempore, quo populus Christianus dona, & munera ad Altare Dei, more veteri, eoque laudatissimo, offerre solet: ipse quoque suo Consecratori tanquam spirituali patri, munera adfert. Sunt autem ea ex antiquissima Melchiadis Pontificis institutione, panis, & vinum, quibus duæ anteferuntur faces. Offert panem, & vinum velut ostendat se in cujus Sacerdotis functionem, & munus succedere, cui fine omni in futurum pœnitentia juravit Dominus, eum esse Sacerdotem secundùm Ordinem Melchisedech: vel, ut quidem ego judico, ad designandam paupertatem Episcoporum primitivæ illius Ecclesiæ, in qua summæ opes, summæ divitiæ, Panis, & Vinum fuerunt. Dantur autem hæc munera clara luce, & amplius duabus facibus accensis, ne quid inter hæc levia munera speciosius colore, pondere pretiosus (scitis quid intelligam) subrepat, ac subjiciatur. Male enim igitur: cùm ea, quæ virtuti, & pietati debentur, asino onusto auro conferuntur.

2. Assumitur demùm novus Antistes à suis Collegis, in communionem, & participationem, orationis, ac mysticæ mensæ. Ac ut quondam Elias quadraginta dierum, & noctium ad Montem usque Horeb Dei visionis iter emensurus, cœlitùs delato communiter viatico: sic iste contra omnia prolixi, & difficillimi itineris pericula contra omnes visibilium, & qui videri non possunt, inimicorum insidias, contra principes, & potestates tenebrarum mundi hujus, confirmatur, & roboratur Pane illo, qui de Cœlo descendit quem qui dignè manducat, non succumbit, non moritur, sed habet vitam æternam. Super quem panem juxta Isaïam, requievit Spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: replevit eum spiritus timoris Domini. Quorum donorum participes efficiuntur omnes illi, qui dignè, & religiosè tanto reficiuntur viatico] Ita ille, & post illum more suo, Barbosa *de potestate Episcopi*, *part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. *num.* 17.

RESOL. CXXIII.

Quare Episcopo consecrando præbeatur osculum pacis? Ex p. 12. tr. 1. Res. 123.

§. 1. TAngit hunc morem doctus Halliet *de Sacramento Ordinis, part.* 2. *cap.* 11. *art.* 2. *num.* 2. ubi sic ait. [Confirmatur ex veteri Ordine Romano, in quo præcipitur, ut cum Diaconi consecrati fuerint, dent osculum Episcopo, & Sacerdotibus, & stent ad dexteram Episcopi. Item perfecta Pontifex Presbyterorum ordinatione, tunc osculetur singulos dicens, Pax Domini sit semper vobiscum, & per manus commendet se orationibus eorum. Denique Episcopo, ubi non consecratus fuerit, jubet, ut tunc det osculum Pontifici, & Diaconis omnibus, & tenens eum Archidiaconus deportet in Presbyterum, & det osculum Episcopis, & Presbyteris, scilicet ex more Graecorum, quibus cum salutatio ista in Hierarchicis ordinationibus exhibenda præcipiatur, exhibito, ac recepto osculo ordinati ei satisfaciunt, ut osculati testes passim renuntiant. Nec aliena hæc interpretatio moribus antiquis Ecclesiæ Catholicæ, utpote cùm priscis sæculis usitatissimum esset, ut sese invicem fideles osculantes salutarent: quod ostendunt non semel sanctus Paulus, semélque sanctus Petrus, dum salutare invicem fideles in osculo sancto admonent: ad eundem veterem morem probandum plura probata testimonia proferre possemus, quæ libenter omittimus. Sed & favet huic ritui salutandi de novo ordinatum per osculum, Innocentius III. Epistola decretali ad Episcopum Trecensem, ubi Episcopum consecratum cùm Ecclesiæ suæ possessionem adiret, ad osculum Canonicos omnes Ecclesiæ admittere solitum ostendit, itaque, (inquit) cùm ad eandem accessisset Ecclesiam consecratus, eum cum Canonicis

alii

aliis ad osculum recipitur, cùm tunc non nisi Canonici ad osculum admittantur. Ex quo sanè arguitur, quod sicut in institutione, ita & in consecratione Episcopi salutatio per osculum ab ipso fieret.] Ita ille, qui *numero* 3. observat mysticam hujus osculi significationem dedisse Dionysium *de Caelesti Hierarchia, cap.* 3. sic asserentem. [Hinc consultatio illa inter Ecclesiastici ordinis homines servatur, & perficitur, quæ sanctam parium, similiumque mentium societatem indicat, lætitiamque mutuam, quæ amore digna est, quippe quæ divinam pulchritudinem salvam & incolumem Ecclesiastici Ordinis formæ conservet.

2. Sed non deseram hic pro curiosis adducere ea, quæ circa præsentem materiam de osculo observat ex Societate Iesu Pater Iacobus Lobbetius *in speculo Ecclesiasticorum, capite* 8. §. 4. ubi sic ait. Inter sacras cæremonias, ritúsque quos usurpat Ecclesia, reponitur osculum quòd vulgò dicitur Pacis. Omni ævo osculum symbolum fuit amoris, ac benevolentiæ singularis: à qua factum, ut apud Græcos & Xenophontem eadem vox, φιλεῖν & amare, & osculari significaret, nimirum amor qui in cordis regia, & arcano residet, ac latet, subit quodammodo ipsos, & per illud tanquam per ostium animi elabitur. Adeam osculi, & amoris, tum in voce, tum in re ipsa communionem accessit omnium prope gentium usus, ac sensus, qui amorem suum unico fere osculo prosequi: ita apud Romanos invaluit illud, ut amici in morte catissimorum, & filii in obitu parentum sese eorum oscula demitterent, spiritum abiturientem aperto ore, & hiantibus quasi labris excepturi, quod summæ charitatis erat argumentum. Et illud ita cuique pervium est, ac tritum, ut pluribus probare sit nefas.

Arcanum magis, ac reconditum illud, quod osculum antiquis, etiam fuerit indicium prærogativæ dignitatis imperii, gratiæque per illud conferendæ.

Exempla si voles, tibi dabunt sacræ paginæ, Doctorum scholæ, ac pulpita, ipsique ritus in Sacerdotum consecratione quondam servari soliti.

1. Caligarat Isaac, & oculorum orbes prope amiserat lucisque hujus usuram; cum ad eum de venatione rediit Iacob, & à Parente sene quàm optimo sibi bene precari benedici petiit: tunc senex: Accede, (inquit) ad me, & da mihi osculum fili mi.

4. Quid opus osculo, pueris abulensis? opus enim verò quàm maximè. Ambiebat Iacob jure primogeniti, & amplissimi in fratres, ac posteros principatus: eum bonus Isaac in Iacobum filiorum natu minorem uno osculo transfudit.

5. Ita deinde posteris seculis, cùm Saülem in Regem unxit, erexitque Samuël deosculatus est eum, & osculo ei regios animos, dignitatem, & majestatem gratiam impertiit: ita censuere Theodoretus, & Procopius: Quamquam alii id referri malim ad observantiam, quam Saüli osculo testabatur Samuël: moxque recepto ut populus in signum submissionis Regem oscularetur. Quod si à Regia ad lyceum transire velit, & in hoc osculo sua vis, & authoritas. In conferenda laurea doctorali, & novellorum Doctorum inauguratione, Academiæ Principes dabant osculum, ut quam habebant in docendo authoritatem, per osculum quodammodo transmitterent.

6. Neque mirum si ea legendi, docendique potestas ita diffundi potuit, cum & ipsa gratia, quæ cœli quodammodo, beatæque æternitatis dos est, semenque gloriæ, sic possit participari. Certè quondam in Consecrationibus Sacerdotũ mystica fiebat osculatio: & Episcopus Neomistæ incumbens, impertito osculo consecrationem perficiebat. Imo & ipse Salvator optimus in discipulos insufflavit, & illo suo spiritu, benignáque ad osculum inclinatione, Spiritũ sanctum, ejúsque dona, ac chrismata immisit, atque inspiravit] Hucusque Libbetius; qui alia plura nimis eruditè subdit, & postea magis ad nostrum casum accedens, sic asserit: [Elaborad postremum, quod in hoc argumento mihi propositum fuit, osculum, quod pacis appellamus. Originem illud habuit à familia Christi, in qua discipuli reduces Magistro suo osculum offerre soliti in pignus amoris, & in signũ venerationis, hinc illæ querelæ, & amica expostulatio Christi ad Simonem Pharisæum: Intravi in domum tuam, osculum mihi non dedisti, de more scilicet meorum familiarium, & domesticorum. Ex illo Ecclesia avitæ pietatis amans, ac retinens in sacris Missæ solemniis osculum offerri voluit. Ideóque Diaconus olim contenta voce clamabat. Osculemur nos invicem. Ad ea verba, quasi data, acceptáque venia: viri viros, fœminæ fœminas osculabantur, ut mihi testis est Clemens Alexandrinus, qui osculum illud mysticum appellat. Divus Paulus Sanctum; salutate, inquiebat, invicem in osculo sancto. Divus Ambrosius, pietatis, & charitatis pignus.

7. Tertullianus venerandæ antiquitatis observator, & interpres, osculum pacis, signaculum orationis: quod à Sacerdote sacrificium immortali Deo offerente, primum ad Diaconum, & ab hoc ad alios longius emanabat. In quo ritu doctè observat Ioannes Balethius antiquissimus Theologus Parisiensis, sacris operantem osculum accepisse primum ab ipsa sacrosancta Eucharistia, ac deinde aliis dedisse: ut sentias unde tibi totique populo amor, charitas, pax esset, alta scilicet ab ipso Altaris Sacramento.

8. Ea basiorum in templis consuetudo, non diu tenuit, subeunte per osculum flagitio, imo duobus scelerum monstris perfidia, & impudicitia, quibus animi polluebantur. Hinc Ecclesia (quæ labentibus annis collapsa etiam filiorum suorum innoxia pietate, prospectum voluit) osculum illud sustulit, & tantùm sacros inter Ministros servandum se existimavit.] Hæc Lobbetius.

RESOL. CXXIV.

Explicantur cætera mysteria sacrorum Rituum, qui in Consecratione Episcopi adhibentur: Ex p. 12. tr. 1. Resol. 124.

§. 1. COllocatur deinceps Episcopus, hoc est, inspector omnium, in editiore supra omnes specula, inquit Ambrosius, ut ita cunctos respiciat, & cunctorum oculi in eum respiciant. Quidni locetur in eminenti, ait Bernardus, unde prospectet omnia, qui speculator super omnia constituitur? Collocatur in sede Iesu Christi homo mortalis, qui aliquando judicium, & sententiam, vel æternæ salutis, vel perpetuæ damnationis, ex eadem sede, prout eandem tutatus fuerit, reportaturus est. Collocatur in Solio illius, cujus Sedes Cherubim sunt, mentes tranquillissimæ, & placidissimæ, pace perenni, quæ exuperat omnem intellectum, perpetuò gaudentes. In quem desiderant, & Angeli prospicere, cui omnes Patriarchæ serviunt: cui omnes Prophetæ testimonium reddunt: cujus pedum vel ipsam corrigiam calceamenti qui solvat, indignum se judicat ille, quo nullus major extitit inter natos mulierum. Cujus loci consideratio, inquit Bernardus facit honoris contemptorem in honore etiam ipso. In alto positum, non altum sapere difficile est, & omninò inusitatum; sed quanto inusitatiùs, tantò gloriosiùs: timor de adepta iam altitudine, tædere magis facit, quam placere ipsam altitudinem. Nulla splendidior gemma in omni

præcipuè ornatu Pontificis; ipsa humilitate: quo enim celsior, eò humilitate apparet illustrior, & seipso. Blanditur Cathedra, specula est, non domus: qui elevavit, deiicere potest. Consideras gradum, & casum metue: consideras fastigium dignitatis, & vide faciem abyssi deorsum. Occupare enim locum; & non facere fructum, nec loco expedit, nec personæ. Hæc quidem hactenus divinitus Bernard.

Sic igitur collocato Pastore in sua Sede, prorumpit universa Ecclesia in confessionem, & laudes Omnipotentis Dei; in quas omnis humana actio & institutum, meritò desinere debet. Ducitur per templum novus Antistes, ut omnibus innotescat commendatur Summo Pastori, & Rectori omnium Deo; ut quem Ecclesiæ suæ Pastorem præesse voluit, propitius respiciat, det illi verbo, & exemplo proficere, & ad vitam unà cum grege sibi commisso sempiternam pervenire. Quantumlibet enim fuerit peritus gubernandi, inquit Chrysostomus, nisi inter hujusmodi gubernacula gratiam habeat, & pacem, quæ à Deo est, & naviculam simul, & navigantes procella involvet, mergétque profundo.

3. Sic vestitus, sic ornatus novus Præsul benedicit populo, ac dimittit Ecclesiam. Pleni autem amore, & spiritu divini Antistites, in mutuas salutationes, & in mutua oscula, mutuóque amplexus effunduntur, mutuam sibi pacem tradentes, & accipientes.

4. Precatur sacer consecrator novo Præsuli tanquam spirituali filio suo in omni cura, ac solicitudine subjecti sibi gregis, omnes salutares, & optatos successus; Præcatur novus Pontifex consecratori suo quem in Patris loco vetustissimis institutis, per omnem vitam habere, ac venerari jubetur ter elata voce, multos, felices, & prosperos annos.

5. Amor siquidem Pastorum, & concordia, salus, & incolumitas est gregis. Decet enim eos, qui omnis pacis, & amoris cæteris omnibus hominibus duces, & authores esse debet: ad cujus rei designationem, in veteri lege, non alii, quam Sacerdotes ignem in templo Dei, accendere jussi sunt; eos ipsos inter se nullis dissensionibus, nullis simultatibus dissidere, sed mutuam pacem, & charitatem perpetuò colere. Sic enim animis conjuncti, atque concordes, viribus quoque magis pollebunt, omnésque inimicorum fraudes, atque insidias, omnem vim, & impetum, faciliùs sustinebunt, atque superabunt penitùs. Amor, & Concordia Pontificum, amorem, & mutuam charitatem fovet Principum; Principum consensus, & concordia populi salus est.] Hucusque Socolovius, & ex illo Barbosa *de potest. Episcopi. part.1. tit.4. c.5. num.2.*

6. Sed scias, amice Lector, divinum ingenium sancti Præceptoris Divi Thomæ paucis verbis omnia à nobis superiùs dicta, complecti *in Addit. ad 3. par. quæst.40. cap.7. in corpore*, ubi docet, Episcopum habere supra Sacerdotem novem vestimenta; quæ sunt Caliga, Sandalia, Succinctorium, Tunica, Dalmatica, Mitra, Chirothecæ, Annulus, & Baculus; quia novem sunt, quæ ipse super Sacerdotes potest; scilicèt Clericos ordinare; Virgines benedicere; Basilicas dedicare vestes & Vasa consecrare. Vel per caligas significatur rectitudo gressuum: per Sandalia, quæ pedes tegunt, contemptus terrenorum: per Succinctorium quo stola ligatur cum alba, amor honestatis: per Tunicam perseverantia, quia Iosephum tunicam talarem habuisse legitur, quasi descendentem usque ad talos, per quos significatur extremitas vitæ, per Dalmaticas largitas in operibus misericordiæ: per Chirothecas cautela in opere: per Mitram scientia utriusque testamenti; unde & duo cornua habet: per Baculum cura pastoralis, qua debet colligere vagos quod significat curvitas in capite baculi; sustentare infirmos, quod ipse stipes signat baculi & pungere lentos, quod significat stimulus in pede baculi. Per Annulum Sacramenta fidei, qua Ecclesia desponsatur Christo: Episcopi enim sunt in Ecclesia loco Christi.

7. Horum Pontificalium ornamentorum antiquitas clarè constat ex Sancto Bernardo *Epist.42.* circa finem, ubi inter ornamenta Episcopalia enumerat Mitram, Annulum, & Sandalia. Idem faciunt Innocentius III. *lib.2. mist. Missa cap.41. lib.1. de Divino Offic. cap.24.* & alii de rebus Ecclesiasticis Scriptores; quare multa hìc missa faciemus apud prædictos Authores legenda. Et hæc omnia minutatim, & latè explicare volui circa mysticam interpretationem Rituum, qui in consecratione Episcopali ministrantur, nam dubito aliquos Episcopos, illos tantùm materialiter adhibere, non autem formaliter, intelligendo videlicet quid ex illis Ritibus adhibendis mysticè significentur.

RESOL. CXXV.

*Quare in Consecratione Episcopali tres Episcopi adhibeantur, ut visum est * supra; & an sit de necessitate præcepti, vel ut alii volunt, de necessitate Sacramenti?*
Ex p.12. tract.1. Res.125.

§.1. CVm mysticas rationes aliorum Rituum consecrationis Episcopalis in superioribus Resolutionibus explicaverimus, visum est hìc pro curiosis exquirere cur statutum sit Consecrationem Episcopalem à tribus Episcopis ministrandam esse, Et hoc cum Hallier *de Sacram. Ordin. part.2.cap.2.art.1.§.2. n.9.* Quadruplicissimum de causa statutum esse conicio, ut tres saltem Episcopi Episcopali Ordinationi interessent, primum ad Episcopatus unitatem servandam; quia enim, ut habet Cyprianus, Episcopatus unus est Episcoporum multorum concordi numerositate diffusus, nec Episcopus legitimus, esse potest qui à Coëpiscoporum suorum Corpore & ab Ecclesiæ unitate descisit: ideo ad eandem unitatem fovendam, strictiúsque colligendam prudenter institutum est ne quis nisi ab Episcopis simul adunatis, & collectis ordinaretur. Secundò ut divina Gratia, quæ in iis ordinationibus maximè necessaria est, magis appareat. Cum enim promiserit Christus, ubi duo vel tres congregati fuerint in ejus nomine, se in medio eorum futurum, consentaneum visum est, ut in nomine Christi, id est authoritate Metropolitani, vel alterius potestatem habentis, duo vel tres Episcopi congregentur, ut ordinationem futuri Antistitis perficiant. Tertiò ne in re tanti momenti, quanta Episcopalis est ordinatio unius judicio cum periculo fidei fideretur, & ambitioni exinde, ac tyrannicæ cuidam potestati via aperiretur: Nam, ut ait Anacletus & post eum Isidorus Hispalensis, Rabanus Maurus Concilii Aquisgranensis Patres & alii, quod Episcopus non ab uno, sed à cunctis cõsensu, aut præsentia Comprovincialium est ordinandus, & non minus quàm à tribus, cæteris consentientibus instituente Domino, fieri jubetur, ne aliquid contra fidem Ecclesiæ, unius authoritas moliretur, & regula, vel fides confunderetur credentium. Consentit Syricius vetans, ne unus Episcopus Episcopum ordinare præsumat propter arrogantiam, ne furtivum beneficium præstitum videantur. Quæ ultima verba habentur etiam in Epistola Innocentii I. ad Victricium Rotomagensem. Quartò, quia ut docet S. Gregorius in ipsis rebus spiritualibus, & sapienter, & maturè disponantur, & exemplum trahere à rebus Cardinalibus possumus. Certè enim dum conjugia in mundo

mundo celebrantur conjugari quique vocantur, ut quia in via iam conjugii præcesserunt, in subsequentis quoque copula gaudio misceantur, cur non ergo, & in hac spirituali ordinatione, qua per sacrum ministerium homo Deo conjungitur, tales conveniant, qui vel in profectu ordinati gaudeant, vel pro ejus custodia Omnipotenti Deo preces pariter fundat.

2. Nota Lector, quod plures alias mysticas significationes omnium Rituum Episcopalis consecrationis eruditè, & latè invenies apud Gerundam, doctum quidem Authorem ex Societate IESV, *de Episcopo, tom. 2. lib. 8. disput. 13. cap. 3. cum seq.* sed ex industria illas hic adducere nolui, contentus tantùm eo, quæ notat Socolovius proferre, nam liber Patris Gerundæ facilè invenitur; non autem Socolovii, vide etiam Petrum Gregorium Tholosanum *in Syntag. Juris univer. lib. 15. cap. 12. num. 38. cum seqq.* & hæc dicta sufficiant circa præsentem Tractatum de Consecratione Episcopali, quem post tot exhantlatos labores in Theologia Morali ultimo loco scripsi, annum agens sexagesimum novum. Faxit Deus, quod qui tantos libros scripsi, in uno vitæ libro, scriptus sim.

RESOL. CXXVI.

In quo sensu Episcopus, quando consecratur vocat Pontificem Vicarium D. Petri, & an dicta verba sint in Pontificali corrigenda? Ex p. 12. tract. 3. & Misc. Resol. 1.

5.1. REspondeo, quod Paulus Lopis *de Sedium Patriarch. erect. cap. 15. n. 13.* Franciscus del Castillo *in 4. sent. tom. 2. disp. 15. q. 4. numero 23.* Cardin. Baronius, *tom. 9. anno 740.* in nota marginali, & Cardinalis Bellarminus *lib. 2. de Reform. Pontif. capite 17.* docent talem loquutionem esse impropriam: nam vox *Vicarius* supponit subjectionem ejus, cujus vices geruntur; nam est officium subalternum, ut observat Baldus *cons. 353. num. 2. lib. 1.* & ideò *Vicarius* propriè loquendo, minor est eo, cujus est Vicarius, ut docet Becanus *Opusc. de Prim. Regis Angliæ, part. 2. cap. 1. num. 4.* & etiam ipsimet Hæretici, Bodinus *de Republica lib. 1. cap. 9. n. 127.* Gasp. Rovius *in Commentario Iuridico Hispanico Politico ad legem Regiam Germanorum, cap. 11. sect. 11. num. 4.* & Reinking *de regimine Seculari, & Ecclesiastico lib. 1. Class. 3. cap. 9. num. 307.* Unde rectè Doctores inclyti Musæi Sorbonici, ut patet apud Duvallium *De Roman. Pontif. part. 1. quæst. 2.* damnarunt quandam propositionem M. Antonii de Dominis, asserentis Spiritum Sanctum esse Vicarium Christi in regimine Ecclesiæ; nam talis propositio redolet hæresim Macedonianam, in verbo Vicarii; nam, ut dictum est, *Vicarius* minor, seu inferior est eo, cujus & Vicarius: Ex hoc sequitur ut optimè observat Ioan. Driedonic. *tom. 1. lib. 4. cap. 3. part. 1.* Mendoz. *in quodlibet quæst. 4. scholastica num. 2.* Pontificem non esse dicendum Vicarium Divi Petri, cùm Summus Pontifex, in regimine Ecclesiæ, non sit minor, nec inferior D. Petro, sed æqualis. Et ideo Divus Bernardus *lib. 2. de Considerat. cap. 8.* vocavit Eugenium Papam, potestate, Petrum; quod negat Calvinus *lib. 4. Instit. cap. 6. §. 8.* & alii hujus farinæ homines: contra quos, & solidè insurgit Suarez *contra Regem Angliæ lib. 3. cap. 12. & 15. per totum*, & Duvallius, *ubi supra de Rom. Pontif. part. 2. quæst. 7.* Ergo non est Romanus Pontifex, vocandus Vicarius, sed successor Petri; & ideò Patres, & Concilia loquentes de Pontifice, vocant illum Vicarium Christi, & successorem D. Petri, sic loquitur D. Thomas *lib. 1. contra Gentes, cap. 33. & lib. 1. de Regim. Princ. cap. 14.* & alii Patres, quorum ad satietatem possem huc nomina adducere, sed sufficit mihi tantum verba Concilii Florentini proferre, ubi sic asseritur. *Definimus Pontificem Romanum successorem esse Divi Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ Caput.* Vide quomodo Concilium, quando loquitur de Pontifice, in ordine ad Christum vocat illum ejus Vicarium, quando vero loquitur de Pontifice in ordine ad Petrum, vocat ejus successorem, unde *in cap. fin. de Translatione Episc.* vocatur Pontifex successor D. Petri, & Vicarius Iesu Christi. Ergo ex his Pontificem non esse vocandum Petri Vicarium apertè patet: & ideo talis loquutio videtur in Pontificali à Sanctissimo corrigenda, tum quia est loquutio impropria, ut tenent Castillo, Baronius, & Bellarminus locis citatis: tum etiam, ne præbeatur occasio hæreticis asserendi, *Summum Pontificem esse inferiorem D. Petro*; & ideo illa terra pestis Ecclesiæ M. Antonius de Dominis, olim Archiepiscopus Spalatensis, *lib. 4. cap. 1. num. 4.* tenet, Pontificem esse D. Petri purum Ministrum, & substitutum, & ideò inferiorem, nixus authoritate asserentium, & vacantium Summum Pontificem D. Petri Vicarium.

2. His tamen minimè suffragantibus, inhærendo vestigiis Pii V. & Clem. VIII. existimo nullam à Sanctiss. D. N. in dictis verbis Pontificalis correctionem adhibendam esse: nam aliter essent corrigendi S. Canones, Concilia Generalia, & S. Patres. Probatur, nam ego invenio hæc verba, quibus utitur Pontificale, desumpta esse à Sacris Canonibus, & sic *in cap. non quales, q. 1.* Nicolaus Papa ad Melchiadem Imperatorem sic ait: [Non quales Sacerdotes Domini sint, sed quid de Domino sint, sed quid de Domino loquantur est vobis magnopere prævidendum, nec in Vicariis D. Petri Apostoli vobis est attendendum qui sint, sed quod pro salute vestra satagant.] *Et in cap.* Ego Ludou. *dist. 63.* Summus Pontifex vocatur etiam Vicarius D. Petri. Sed textus aureus in favorem Pontificalis invenitur *in cap. Quoties, q. 7.* in quo adest formula Iuramenti à schismate redeuntium sub istis verbis: [Spondeo sub Ordinis mei casu, & anathematis obligatione, atque promitto tibi, & per te S. Petro Apostolorum Principi, atque ejus Vicario Beatissimo Gregorio, vel successoribus ipsius me nunquam quorumlibet suasionibus, vel quocumque alio modo ad schisma reversurum.] quæ quidem verba sunt ipsissima cum verbis appositis in Pontificali, de quibus nunc est quæstio, an sint corrigenda, nec ne; quæ quidem à dicto Canone desumpta fuisse reor. Deinde ego observo, non solùm apud Sacros Canones, sed etiam apud Concilia Generalia Summum Pontif. D. Petri Vicarium vocari: unde Philippus Presbyter Legatus Cœlestini Papæ, sic loquitur ad Patres Concilii Ephesini, *tom. 2. cap. 16. D. Petri Ordinarius, Successor, & Vicarius, sanctus, Beatissimusque Papa, & Episcopus noster Cœlestinus, nos suos pro se, quasi Vicarios ad hanc Synodum misit.* Et in Conc. Ticinen. sub Joan. VIII. *tom. 3. Concil. p. 2.* sic habetur. *In Ecclesia Romana Apostolorum viget successio & Romani Pontifices Principum Apostolorum Petri, & Pauli Vicarii sunt.* S. Bonif. Archiep. I. Moguntinus ut patet in Conc. Gall. *tom. 2. art. 723.* & Ludovicus Pius in Decreto Confirmationis donationum Avitarum an. 817. vocarunt Pontifices Vicarios D. Petri. Et tandem etiam Sancti Patres hoc titulo Summos Pontifices decorarunt: Et ideò D. Bernard. licèt *lib. de Considerat. cap. 8.* vocaverit Pontificem Vicarium Iesu Christi, tamè in Ep. 83. vocat illum etiam Vicarium D. Petri, nam exponens illa verba D. Pauli: *Omnis anima potestatibus subdita sit*, sic effatur ad Conradum. *Hanc*

sententiam cupio vos, & moneo custodire in exhibenda reverantia summæ, & Apostolicæ Sedi, & B. Petri Vicario; sicut ipsam vobis vultis ab universo servari imperio. Arnolphus etiam Lexoviensis *in Epistola ad Alexandrum de promotione sua*, sic ait: *Interim ego minor, licèt omnibus, non minore, tamen gaudeo, quàm cæteri, gloriam vestræ promotionis amplector, & vos Apostolum Christi Petri Vicarium, Pastorem, & Episcopum omnium, qui Christiano nomine censentur, agnosco,* Symmacus Papa, *in Apologet. adversus Anastasium Imperatorem*, sic asserit. *Quia Petrum Alexandrinum recipis, B. Petrum Apostolum in suo Vicario calcare cõtendis*, Gelasius etiam Papa Ep. 10. ad Anastasium, vocavit Pontificem D. Petri Vacarium. Idem fecerunt Episcopi Provinciæ Tarraconensis ad Hilarium Papam scribentes, ut patet inter ejus Epistolas, & plures alii, quos, ne sim longior, omitto. Si ergo clarè apparet sacros Canones, Acta Concilii Generalis, & Sanctos Patres vocasse Pontifices D. Petri Vicarios, non video, quare talis loquutio in Pontificali non sit toleranda.

3. Solùm itaque nunc superest explicandum, quo pacto Põtifex dicatur Vicarius D. Petri. Aliquit asserunt, Patres & Pontifices veneratos esse D. Petrum, ac Ecclesiæ suæ gubernacula, per se etiam modo tractantem. Vnde Petrus Ravennas *Epist. ad Eutychen. tom. 2. inter Ep. præambulas in Conc. Calcedonensi.* sic ait. *Quoniam B. Petrus, qui in propria Sede, & vivit, & præsidet, præstat quærentibus veritatem.* S. Leo *serm. 2. de Anniversario suæ assumptionis*, dixit: *Quòd Beatus Petrus in accepta fortitudine petræ perseverans, susceptа Ecclesiæ gubernacula, non reliquit.* Hinc factum est, ut B. Petri, velut in Sede Apostolica perpetuò sedentis, Pontifices Romani, Vicarios, se ipsos vocarint, & à Sanctis Patribus vocati fuerint; ita docet Nicolaus Coëffereau Episcopus Massilienfis, contra Rempublicam M. Antonii de Dominis, *lib. 4. c. 1. n. 5.*

4. Alii verò existimant dicendum cum M. Antonio Cappello in disputatione *posteriori de successione Episcopi Romani in Pontificatum B. Petri, c. 9. fol. mihi 275.* quod nomẽ Vicarii à vice derivatur. Quare quicquid alterius cujusque, vel personę, vel rei vices subit, ejus Vicarius dicitur: idque (ait Cappellus,) iis qui mediocriter latinè sciunt, magis exploratum est, quàm ut probari queat. Hinc Bechmannus de Originibus linguæ Latinæ verb. *Vices*, sic ait. *A vice Vicarius, hoc est qui alterius vicem obiit.* Hoc suppositio asserunt, Pontifices, non solùm ritè vocari Vicarios Iesu Christi, sed etiam Vicarios D. Petri, non tamen in eodem sensu: nam vocantur Vicarii Christi quia vicem in terris gerunt, ex ejus institutione: nam in illis verbis, *Pasce oves meas, Tibi dabo claves Regni Cœlorum*, & similibus, non solùm fuit inclusus D. Petrus, sed etiam omnes futuri Pontifices: ut contra hæreticos probat Suarez, & Duvallius, ubi supra quibus adde Boverium *tom. 3. disput. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 35.* & alios. Vocantur etiam Pontifices Vicarii D. Petri, quia ejus vices gerunt, ex successione: In primo sensu *Vicarius Christi* importat inferioritatem, ratione institutionis: in secundo sensu, *Vicarius D. Petri* non importat subjectionem, sed æqualitatem ratione successionis. Itaque vocare Pontificem B. Petri Vicarium, in subjecta materia de qua loquimur, idem est, ac vocare illum B. Petri successorem. Et quidem, qui succedit alicui in quacumque re, seu functione, ejus Vicarius dicitur. Sic Horatius *lib. 3. Od. 24.* loquens de Getis, ait.

Nec cultura placet longior annua
Defunctumque laboribus
Æquali recreat sorte Vicarius.

5. In quibus verbis, ut advertit Dionysius Lambinus, & Ioannes Bond, significatur Getas ad colendos agros singulis annis alterna vice, alios aliis succedere: Unde vox illa, *Vicarius*, ut patet apud Horatium, nullam importat subjectionem, & inferioritatem, sed tantùm meram successionem. Hinc M. Tullius etiam dixit: *Orat. 5. in Verrem: Vnum & quinquaginta aratores, ita video dejectos, ut his ne Vicarii quidem successerint.* Quòd egregiè confirmatur ex authoritate D. Cypriani, *Epist. 67. in qua appellat Stephanum Papam non Vicarium D. Petri, sed Vicarium Cornelii, & Lucii, eorum Prædecessorum*, sic enim ait. *Servandus est antecessorum nostrorum Beatorum Martyrum Cornelii, & Lucii honor glorioſus, quorum memoriam, quum nos honoremus, multo magis tu frater carissime honorare, & servare gravitate tua debes, qui Vicarius, & Successor eorum factus es.* Ita ille. Ergo clarè patet in dictis verbis S. Cypriani, *Vicarium*, & *successorem*, esse aliquando synonima, & unum pro alio accipi; & ideò vocavit Stephanum Vicarium Cornelii & Lucii. Vide etiam Manclenum *de Monarch. Eccl. tom. 1. p. 2. lib. 4. cap. 10.* Alvarum Pelagium *de Planctu Eccles. lib. 2. cap. 10.* Et recognosce etiam Salmasium, utinam pius esset Author, qui in impio libro de Primatu Papæ *cap. 3. fol. 328. Vicarium, successorem* significare concedit, & Antonium Delphinum *de Eccles. lib. 2. fol. 141.*

6. Nec obstat supradictis, quod si *Vicarius* idem est, quod *successor*, ergo quando Pontifex dicitur Vicarius Christi posset quis dicere, idem esse, ac Christi successorem, ut hæreticus Sutlivius falsò asserit, se facere Pontifices Romanos. Respondeo hoc esse purum mendacium, Christo enim succedi non potest, quia est Sacerdos in æternum, & perpetuum habet Sacerdotium, ut rectè observat Gretserus *in Controversis pro Bellarmino, tom. 2. in defens. lib. 1. de Rom. Pontif. cap. 9. fol. 500. & lib. 2. cap. 12. fol. 711.* Hinc idem Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis, putavit libros de Regimine Principum D. Thomæ non esse D. Thomæ, quia in *lib. 3. cap. 10.* non semel vocat Author Summum Pontificem successorem Christi. Dicendum est igitur, tunc vocem *Vicarii* sumi posse pro *successore*, quando quis est *Vicarius*, id est *successor*, alicujus, qui defecit ex munere suo; ut est Pontifex in ordine ad D. Petrum, secus autem quando est *Vicarius*, id est, vicem gerit alicujus qui in officio & munere adhuc permanet, ut est Pontifex in ordine ad Christum, ergo nullo pacto vox *Vicarii* potest sumi pro *successore*, quando Pontifex vocatur Vicarius Iesu Christi.

7. Unde ex his patet responsio ad omnia superiùs in contrarium adducta: negandum est enim in nostro casu vocem *Vicarii* indicare inferioritatem, & subjectionem, sed dicimus significare æqualitatem per successionem, & etiam negandum est Bellarmino, & Baronio hanc loquutionem esse omninò impropriam; at si demus talem esse, quid ad rem? cùm ad verum sensum reducatur, & ritè à Sanctis Patribus usurpetur, ut visum est supra, & si Bellarminus observat Patres hanc loquutionem, licèt impropriam, usurpasse ob reverentiam Divi Petri, quare ob eandem reverentiam, non est à nobis in Pontificali relinquenda?

8. Non desinam tamen hic obiter adnotare, non bene Baronium in illa nota appositа in anno 740. dixisse hanc loquutionem fuisse usurpatam, secundum usum illius temporis, quia non solum in octavo seculo, (ut ipse ait) sed etiã in prioribus, mediis, & posterioribus seculis Ecclesiæ, Pontifices, & Patres, ita loquuti sunt, nã Cyprian. floruit anno 230. Conc. Ephesinum fuit celebratũ an. 431. Episcopi Tarracon. scripserunt Hilario, qui extitit an. 461. Symmach. vixit anno 500. Gregorius anno 590. Bernaldus an. 1130. Arnolphus an. 1160. & hi omnes, & alii vocaverunt Pontificem Vicarium

Vicarium D. Petri, non debebat igitur Baronius asserere hunc modum loquendi octavo sæculo usurpatum fuisse.

9. Ad id verò, quod dicebatur M. Antonium de Dominis ex hac loquendi forma arripuisse occasionem dicendi, Pontificem esse D. Petro inferiorem; respondeo, non esse novum, Hæreticos ex locis Sanctorum Patrum, malè intellectis, imò ex sacra scriptura, eorum deliramenta confirmare. Vocatur enim Pontifex Vicarius Jesu Christi, quia ejus vices gerit, ex institutione, & hæc vox in hoc sensu, importat subjectionē. Vocatur Vicarius D. Petri, quia vices ejus gerit, ratione successionis, & in hoc sensu, vox ista, nullam significat superioritatem, sed æqualitatem. Blaterat ergo more suo impius Spalatensis; nam in materia de qua loquimur idem est *Vicarius*, ac *Successor*: ideò Patres, vocando Pontificem D. Petri Vicarium, non intenderunt illum esse ejus purum ministrum, & servum, substitutum, (ut ipse perperam effutit) sed æqualem successorem in ejus Cathedra; eo sensu quo Tullius *Act. 6.* in Verrem dixit; *Succedam ego Vicarius muneri suo.*

10. Igitur cum ex his omnibus appareat hoc modo loquendi sanctos Patres usos fuisse in omnibus sæculis Ecclesiæ, eo sensu quo supra explicatum est, non videtur à Sanctissimo D. N. nunc in Pontificali Romano emendandum, sicuti non emendaverunt Pius V. & Clemens VIII. ejus Prædecessores. Et reverà si in Pontificali talis locus corrigeretur, quid ad rem? si adhuc remaneret in Decreto Gratiani, in Concilio Ephesino, & in aliis libris Patrum, qui in diem passim omnium manibus teruntur, cùm Pontificale paucis legatur: Deinde, cum hæretici falsò asserant, ut observat Gretserus, *in controvers. pro Bellarmino tom. 2. lib. 2. cap. 19. & alii*: nos mutilare, & corrumpere Codices prout licet, ex hac correctione, quænam quæso ore impio non effutirent? Imò ex illa magis in suo errore confirmarentur, quòd videlicet, Pontifex sit minor D. Petro: nam dicerent Romanenses, (sic ipsi nos vocant) quia videbant Sanctos Patres, asserendo Pontificem esse Vicarium D. Petri, sensisse D. Petro esse inferiorem, ut hanc veritatem opprimerent talem modum loquendi à Pontificali Romano sustulerunt. Sed qua sancti Patres vocando Pontificem Vicarium D. Petri, nullam ejus indicarunt (ut ipsi perperam asserunt) inferioritatem, sed æqualitatem ratione successionis? Ideò talis loquutio non est à nobis respuenda, cum eorum hæresi non faveat: & si à nobis novissimè in Pontificali corrigeretur, ex hoc, ut suprà dixi, magis ipsi excuterent, & in eorum magis firmarentur errore. Et ne in terminis, ut dici solet, terminantibus nostra sententia careat Authore, sciendum est. M. Antonium Cappellum in disputatione posteriori de successione Episcopi Romani in Pontificatum B. Petri, c. 9. docere hanc loquutionem, qua utitur Pontificale Romanum in consecratione Episcoporum, ritè usurpari. Itaque in dictis verbis puto nihil innovandum esse.

11. Nota quod circa prædictam difficultatem fuit inita Congregatio Theologorum coram Eminentiss. Cardinalibus Falconerio & Poli, in qua etiam ex mandato felicis recordationis Urbani VIII. ego interfui. Et plures fuerunt in voto, ut pro *Vicario, Successor*, poneretur. Ego verò in negativa sententia steti, quam etiam approbavit sapientissimus Joannes de Lugo, nunc merito S. R. E. Cardinalis, & ex eadem Societate Jesu Pater Terentius Alciatus, nec non Palatii Apostolici Magister; unde relatis votis ad Sanctissimum, ipse ordinavit, quod nihil in Pontificali mutaretur circa præsentem difficultatem ut factum fuit, & Pontificale impressum erat antea tempore Pii V. & Clementis VIII.

INDEX

INDEX
RERUM NOTABILIUM,
Hujus Tomi Quarti.

Prima Littera indicat Tractatum, Secunda Resolutionem, Tertia Paragraphum, Quarta Paginam.

A

Abbas.

ABBATES, & alii Prælati Episcopo inferiores an possint erigere Oratorium in domo pro Missa celebranda? Tract. 2. Resolut. 10. §. 1. pag. 32

Et quid si habeant jura Episcopalia, & territorium distinctum? ibid. §. 2

Abbates supradicti an possint dispensare, ut aliquando celebretur extra Ecclesiam? ibid. §. 5

Abbates, an sub nomine Ordinarii loci intelligantur? tract. 3. res. 17. §. 5. p. 73

Abbates habentes curam animarum, & jurisdictionem in foro Confessionis, an includantur sub nomine beneficii Parochialis, ita ut per Bullam Cruciatæ possint eligi in Confessarios? tract. 3. res. 18. §. 5. p. 74

Abbates curam animarum non habentes, an teneantur inquirere pauperes, ut ipsis eleemosinas faciant de redditibus Ecclesiasticis? tract. 7. res. 31. §. 1. & 2. p. 294

Abbatissa.

Si Abbatissa non vult aliquid dare pro eleemosina ad lucrandum Jubilæum, an Moniales subditæ possint clam accipere à Monasterio illam? tract. 4. resp. 30. §. 1. p. 154

Abesse.

* Vide verb. *Chorus.*

Abortus.

Abortum procurantes, causantes, aut consulentes, an possint ab excommunicatione lata contra tales per Cruciatam absolvi? t. 3. r. 66. §. 1. p. 99

Ubi, quòd à peccato, & excommunicatione omnes supradictos quilibet Confessarius approbatus tam sæcularis quàm Regularis absolvere possit, Gregor. XIV. concessit motu proprio. ibid. §. 2

Abrogare.

Abrogare legem latam in Concilio Provinciali an Episcopus possit? Et quid de lege lata in synodo Diœcesano? t. 6. r. 69. §. 4. & 5. p. 238

Absens. Absentia.

Absens potest absolvi à suspensione per Cruciatam, vel habentem privilegium? t. 3. r. 128. §. 2. p. 119

Absentes vigore Cruciatæ possunt absolvi ab irregularitatibus, quæ includuntur sub nomine censuræ? t. 3. r. 133. §. 1. p. 122

In absentia, & per scriptum dispensari possunt ad petendum debitum per Cruciatam, & privilegia Regularium? ibid. §. 2

Absenti moribundo an possit in casu valide taxo indulgentia Bullæ Cruciatæ applicari? t. 3. r. 138. §. 3. p. 130

Absenti moribundo indulgentia pro tempore mortis applicari potest etiam à laico, si non adsit Confessarius, vel saltem Clericus? t. 5. r. 38. §. 1. p. 198

Ubi, quòd non solùm in articulo mortis, sed etiam extra illud potest absolutè & per se absentibus indulgentia applicari? ibid. §. 3. p. 199

Qui absens est, an teneatur ad jejunia sui loci, & oppidi? t. 6. r. 45. §. 1. & seq. p. 223

Hæc quæstio proponitur pro peregrinis, advenis, vagis, viatoribus, & similibus? ibid.

Absens, & peregrinus an possint uti indulgentia sui territorii & oppidi, si in loco ubi moratur, servatur jus commune; v. g. cives Mediolanenses Romæ an possint quatuor primis diebus Quadragesimæ comedere carnes, & quid è contra? Et Germanus iter faciens per Italiam an possit diebus Quadragesimæ comedere ova & lacticinia, & quid è contra? Et Castellanus transiens per Galliam & Lusitaniam an possit in die Sabbathi vesci animalium intestinis, & quid è contra? t. 6. r. 45. 47. & 48. à p. 223. & 225

* Vide verb. *Archiepiscopus, compositionis Bulla, Irregularitas, Pallium.*

Absolutio Sacramentalis.

* In indice primo posito in principio hujus tom. in tract. 3. *de Bulla Cruciata* sunt quàm plures difficultates super hoc verb. *Absolutio Sacramentalis* signanter in res. 15. & à res. 26. usque ad res. 54. inclusivè, & in res. 126. 155. & 157. prosupradicta absolutione virtute Cruciatæ.

Absolvere Moniales tempore Jubilæi à peccatis, vel à casibus, & censuris reservatis an possit quicumque Confessarius ab Ordinario approbatus? t. 4. r. 10. & 11. p. 146

Quando absolvendi facultas ab omnibus casibus & censuris Papæ reservatis in aliquo Jubilæo conceditur, an possit Confessarius casus Bullæ Cœnæ absolvere? t. 4. r. 13. §. 1. p. 147

Ut absolvere quis possit à casibus Bullæ Cœnæ, an sufficiat ut in Jubilæo concedatur facultas absolvendi à casibus Bullæ Cœnæ sine expressa derogatione ipsius Bullæ? ibid. §. 3

Absolvere an possit Confessarius virtute Jubilæi à casibus Episcopo reservatis? t. 4. r. 21. §. 1. p. 150

Et an hoc extendatur ad casus & censuras reservatas Episcopo etiam post Jubilæi publicationem? ibidem §. 2

Abso

Absolutionem an possit ex justa causa Confessarius differre per aliquas hebdomadas ultra tempus in Jubilæum statutum pœnitenti, qui visitavit Ecclesias statutis diebus? ubi duo casus pro praxi. t. 4. r. 26. §. 3. p. 153

Qui complet intra hebdomadam opera injuncta in Jubilæo, ita ut ultimum opus sit jejunium Sabbathi, si iterum mane die Dominico incidat in casum reservatum, an possit ab illo virtute Jubilæi absolvi? t. 4. r. 36. §. 3. p. 157

Et quid, si post communionem Dominicæ in reservatum inciderit? ibid.

Absolvi an possit à reservatis, qui pro sequendo Jubilæo feciſſet opera injuncta, & mane die Dominico vellet confiteri, & Eucharistiam sumere, sed inadvertenter aliquid cibi deglutivit? t. 4. r. 38. §. 2. pag. 158

Absolvere Confessarius an possit eum, cui ex justa causa fuit dilatata confessio & absolutio post tempus in Jubilæo diffinitum, & incidat in novos casus reservatos, & nova vota emittat? t. 4. r. 40. 41. & 42. ibid. & seq.

Absolvi an quis possit à peccatis reservatis oblitis transacto Jubilæo, si ante non est confessus, quia peccati mortis sibi conscius non erat? t. 4. r. 46. §. 1. & seq. p. 162

Absolvi an quis possit à peccatis reservatis transacto tempore Jubilæi, si non habuit copiam Confessarii, & contritus Eucharistiam sumpsit, & omnia pro lucrando Jubilæo perfecit? ibid. §. 4

Idem est de illo, qui ne manifestet complicem, vel ex alia justa causa in confessione Jubilæi non manifestavit peccatum reservatum. ibid. §. 5

Absolvi à peccatis reservatis noviter incursis in secunda hebdomada Jubilæi an possit pœnitens, qui in prima hebdomada jam lucratus fuerit Jubilæum? t. 4. r. 55. & 56. p. 167. & seq.

Quis absolutus fuit virtute Jubilæi, quod postea non lucratus est, an peccata oblita reservata possit postea cuicumque Confessario confiteri? t. 4. r. 61. §. 1. p. 170

Si quis absolvitur à peccatis reservatis in confessione, quam fecit animo lucrandi Jubilæum, quamvis postea non lucretur, reservatio illa non redditur. ibid. §. 2

Absolvere à casibus reservatis Confessarius non potest ea conditione, ut pœnitens Jubilæum lucretur. ibid. §. 3

Absolvi à peccatis reservatis oblitis post transactum Jubilæum an possit ille, qui tempore Jubilæi non est confessus, quia non habebat mortalia? tract. 4. r. 62. §. ult. post medium, vers. Unde p. 171

Quando absolvendi à reservatis facultas non conceditur in aliquo Jubilæo, sed tantum requiritur pro consequenda indulgentia, ut quis confiteatur, an possit adhuc à reservatis absolvi? tr. 4. r. 66. §. 1. pag. 172

Absolvere potest Episcopus à juramento ante consecrationem. t. 8. r. 103. §. ult. p. 395

* Vide verb. *Casus, Confessio, Confessarius, Moniales, Novitius, Privilegium.*

Absolutio Excommunicationis, & Suspensionis.

* In indice primo posito in principio hujus tom. in t. 5. de Bulla Cruciatæ sunt multæ quæstiones super hoc verb. *Absolutio Excommunicationis*, &c. quæ potest dari virtute Cruciatæ, Jubilæi, & Regularium privilegiorum, & ibi omnes difficultates consequutivæ sunt à r. 55. usque ad r. 68. inclusivè.

Si absolutionem non potest obtinere excommunicatus contritus, si adimpleat alia omnia injuncta, an lucretur Jubilæum. t. 4. r. 50. §. 1. p. 164

Per absolutionem generalem à censuris datam in confessione vigôre Jubilæi, vel Cruciatæ, non est dubitandum pœnitentem manere absolutum à censuris reservatis oblitis. t. 4. r. 60. §. 2. & seq. p. 169

Qui absolvitur ab excommunicatione virtute Jubilæi, quod intendebat lucrari, sed postea illud non est lucratus, excommunicatio illa amplius non redit, nec reviviscit. t. 4. r. 61. §. 2. p. 170

Imo non potest pœnitens absolvi ab excommunicatione eo animo, ut Jubilæum lucretur. ibid. §. 3

* Vide verb. *Censura, Hæresis, Invitus, Irregularitas, Monialis, Mortuus, Novitius, Reincidentia, Satisfactio.*

Abstinere.

Qui abstinere à carnibus vovit per mensem, vel annum, an teneatur hoc observare in diebus Dominicis? t. 6. r. 7. §. 2. p. 205

Idem est, si vovit abstinere ab ovis, & lacticiniis, aut ab aliquo alio cibo. ibid.

* Vide verb. *Dubium, Experientia, Lacticinia, opus servile.*

Ac. particula.

Ac, particula, quando conjunctivè, & quando disiunctivè sumatur? t. 2. r. 39. §. 2. p. 51

Acquirere.

Qui acquisierunt bona aliena illicitè, ut tabernarii, pistores, macellarii, caupones, & alii similes, non prodest supradictis Bulla Compositionis, si pravâ ejus confidentiâ processerunt. t. 3. r. 173. §. 2. p. 138

Actus.

Per actus diversos an quis possit adipisci eodem tempore diversas indulgentias? t. 5. r. 14. §. 1. p. 185

Per actum unum eodem tempore an quis possit lucrari plures indulgentias? v. g. si dicitur unica Missa pro diversis rationibus, & concessionibus indulgentiarum, an possit Sacerdos duas, tres, & quartam animam à pœnis Purgatorii eximere? ib. §. 4. p. 186

Si ad actum aliquem requisitum aliquis dubitat, an habeat legitimam ætatem, quid facere teneatur? t. 6. r. 2. §. 3. p. 202

* Vide verb. *Electio.*

Adolescentes.

Adolescentes robusti & validi an teneantur jejunare ante vigesimum primum annum? t. 6. r. 6. §. 3. p. 204

Et quid ad lucrandum Jubilæum, si nondum annum 21. attigerint? t. 6. r. 63. §. 6. p. 234

Advena.

Advenis, & peregrinis an sit licitus usus sagiminis & lardi in Regno Siciliæ in diebus Quadragesimalibus, & aliis jejuniis cum Bulla Cruciatæ? t. 3. r. 166. §. 5. p. 135

Advenæ an teneantur servare jejunia, alios festos, leges, præcepta, & consuetudines illius loci in quo reperiuntur? t. 6. r. 39. §. 1. ad mediam. p. 221. & in r. 46. p. 223. p. 221

Et an illos Episcopus possit punire supradicta non observantes? ibid. r. 46. §. 1. 3. & 5

Advocatus.

Advocatus an teneatur ad jejunium? t. 6. r. 28. §. 1. & seq. p. 217

Advocatus an teneatur sub mortali defendere causam pauperis, & viduæ, quando aliter defendi non potest? t. 7. r. 9. §. 1. & seq. p. 279

Ægrotare.

* Vide verb. *Regulares.*

Ætas.

Si de ætate legitima ad ordines ad beneficium, ad aliū actum requisitum, & ad servandum jejunium quis dubitat, quid facere teneatur? t. 6. r. 2. §. 3. p. 202

Si in ætate sexagesimi anni senes dubitant, an sint robusti & validi, an teneantur jejunare? t. 6. r. 6. §. 3. pag. 204

Ætas

Ætas ad sacros Ordines suscipiendos ab Ecclesia determinatur. tract. 8. res. 48. §. *Et hæc*, & seqq. pag. 348
Ætas ad Presbyteratum, & Episcopatum requisita. ibidem.
In ætate requisita dispensari potest à Pontifice, ut infans possit Presbyter, vel etiam Episcopus ordinari, & promoveri ad Cardinalatum? ibid. §. 2. & seqq.
Si ante ætatem legitimam quis consecraretur in Episcopum, an incurrat aliquam censuram? t. 8. r. 49. §. 1. p. 349. & 108. §. 1. p. 399
Ætas necessaria ad Episcopatum de jure etiam in Coadjutoribus Episcoporum requiritur, & in Episcopis titularibus, t. 8. r. 49. §. *Et procedit*. p. 349
Ætas legitima necessariò requiritur in Episcopo per viam electionis promoto. Et quid per viam postulationis. ibid. §. ult. p. 350
* Vide verb. *Annus, Consecratio Episcopalis actus.*

Agnus Dei.

Orbiculi benedicti, qui Agnus Dei vocantur, si ita fracti sint & compressi, ut certa imago non videatur, sed tantum remaneat sola materia, an adhuc retineant indulgentias? t. 5. r. 27. §. 1. & seq. p. 192

Agricola.

Agricolæ non habentes pisces nec piscatum, an possint comedere ova & lacticinia in diebus vetitis? t. 6. r. 86. §. 2. p. 246
Et quid, si cum pane habeant herbas, legumina, olera, & fructus? ibid.

Alimentum.

Alimenta à quo debeat prius petere, qui habet patrem divitem, & filium divitem, & ipse sit pauper? t. 7. r. 45. §. 1. p. 299
Alimentum præstare quo jure parentes filiis, & filii parentibus teneantur? ibid. §. 2

Altare.

* In indice primo posito in principio hujus tom. tract. 1. de *Altaribus Privilegiatis* ipse titulus demonstrat, quòd omnes difficultates præcitati tract. pertinent ad hoc verb. *Altare privilegiatum.*
* Vide etiam in hoc indice verb. *Privilegium, Episcopus, Regulares, visitare, Bulla Cruciata.*

Amens.

Perpetuo amentibus an liceat ministrare carnes in diebus jejunii, & prohibitis ab Ecclesia? t. 6. r. 67. §. 3. p. 236

Amittere.

Si amittatur culpabiliter Bulla Cruciatæ, an adhuc valeat? t. 3. r. 8. §. 1. & seq. p. 70
Et quid, si inculpabiliter amittatur Bulla? t. 3. r. 10. §. 3. p. 71

Ancilla.

Ancillæ, quæ conducunt, & porrigunt cibos, & mensam heris non jejunantibus sternunt, mensæque ministrant, an culpæ participes efficiantur? t. 6. r. 125. §. 4. p. 273

Angelus.

Angelus ex se non habet potestatem ministrandi sacramentum. t. 8. r. 111. §. 1. p. 400
Angelus ex potentia Dei absoluta potest ministrare Sacramentum. ibid. §. *Verum*, & §. *Unde*, p. 401
Angelus non potest propriè loqui. ibid. §. *Verum hæc.*
Angeli Dei mandato sacramenta ministrantis voces, & sonos Deus ipse sufficientes ad formam reddere potest. ibid. in eodem §. *Verum hæc.*
Angelian aliquando ministraverint sacramenta. ibid. §. *Sed his omnibus.*
Angelus juxta Nicephorum consecravit in Episcopũ S. Amphilochiũ. ib. §. 1. p. 400. & §. *At obstat*. p. 402
* Vide verb. *Missam celebrare.*

Anima.

Animæ Purgatorii adjuvantur indulgentiis, & quomodo? t. 1. r. 1. §. 2. p. 1
Anima à Purgatorio an liberet Sacerdos in peccato mortali celebrans in Altari privilegiato? t. 1. r. 5. per totam p. 5
Animæ unius liberationem à Purgatorio an obtineat communicans in peccato, si talis liberatio concedatur sub onere communionis? ibid. §. 4
Existens in peccato obtinere potest indulgentias pro animabus Purgatorii. ibid.
Si anima, pro qua offertur Missa in Altari privilegiato non existat in Purgatorio, cui prodest? t. 1. r. 8. §. 1. & seq. p. 7
Pro anima à Purgatorio liberandâ Missa celebranda in Altari privilegiato an sit dicenda de Requiem; & an sit dicenda de Requiem in die festo? t. 1. r. 9. & 10. p. 8
Si pro animabus Purgatorii Sacerdos sit obligatus celebrare in Altari privilegiato, an satisfaciat, si alibi celebret cum calculo liberante animam à Purgatorio? t. 1. r. 16. §. 1. & seq. p. 12
Animam cujuscumque affinis intra tertium gradum à pœnis Purgatorii liberat Sacerdos Religiosus, si pro eo celebret tres Missas in Altari designato à suo superiore ex privilegio concesso à Leone X. Benedictinis. t. 1. r. 26. §. 1. p. 18
Anima à Purgatorio liberatur per Missam celebratam in Altari privilegiato, suspenditur ne hæc gratia per Bullam Cruciatæ, vel per Jubilæum anni sancti? t. 1. r. 31. §. 1. p. 20
Ut anima liberetur à Purgatorio in Altari privilegiato, quis debet habere Bullam Cruciatæ Vivorum, an qui celebrat, an verò qui facit celebrare? t. 1. r. 33. §. 1. p. 21
Animalibus Purgatorii quid p'us prosit, an indulgentia Altaris privilegiati, an verò Bulla Cruciatæ? t. 1. r. 38. §. 1. & seq. p. 24
Animabus Cathecumenorum an applicari possit indulgentia Altaris privilegiati? t. 1. r. 39. §. 1. ibid.
Animabus Purgatorii an plus prosint Missæ simul dictæ ac successivè, quàm per hebdomadas? ibid. §. *Dico secundò*, p. 26
Animam, quæ à corpore solutam in Purgatorio est destinata an possit Pontifex ita liberare, ut neutiquam in Purgatorium ingrediatur? t. 3. r. 177. §. 6. pag. 141
Animabus Purgatorii an certò & ineffabiliter prosint indulgentiæ? t. 5. r. 35. §. 1. seq. p. 196
Et an non animabus existentibus in Purgatorio indulgentiæ valeant, sed illis tantum, quæ, ut sibi prodessent, meruerunt in vita per pietatem & curam erga mortuos. ibid. §. 3. p. 197
Si pro anima Petri Episcopus ordinans Sacerdotes offerat illud sacrificium, & alius verò concelebrans pro anima Pauli, & aliter pro anima Antonii &c. quantum satisfactorium, cuinam harum trium animarum proderit? t. 8. r. 92. §. 1. & seqq. p. 388
Anima à corpore humano separata an possit ministrare sacramenta? t. 8. r. 111. §. *Itaque*, & seq. p. 401
Anima Sacerdotis corpus aërem assumens an possit esse Minister verus Sacramenti etsi non ordinarius? §. *Sed licèt*, & seqq. ibid.
Anima Sacerdotis corpus aereum assumens an possit esse Minister sacramenti? ibid. in dictis §§.
Anima Sacerdotis resurgens in proprio corpore licèt glorioso, potest esse Minister verus Sacramenti, & si non ordinarius. ibid. §. *Sed licèt*. & seqq. ibid.
Animæ Beatæ an aliquando ministraverint sacramenta ibid., §. *Sed his omnibus*, ibid.
Animam S. Thomæ Apostoli ministrasse Eucharistiam historiis proditum est. ibid. in eodem §.
Animam S. Petri Apostoli Ecclesiam consecrasse in Anglia utique narrat Baronius. ibid. §. *Id ipsum*.
Anima, quæ semel recepit characterem alicujus Sacramenti,

Rerum Notabilium.

Sacramenti, semper illum retinet. ibid. §. *Ita* prope finem.

Anima Hermaphroditi, in quo prævalet sexus virilis ordinati in Sacerdotem, & postea degenerantis in fœminam, an retineat potestatem exequendi ordines. t. 8. r. 112. à §. 2. & seqq. p. 402

Anima Sacerdotis defuncti, si jubente Deo resurgeret in corpore fœmineo, an esset capax functionis Sacerdotalis? ibid. §. *Verum his.* p. 403

* Vide verb. *Altare privilegiatum*, & ejus notationem, & verb. *Character*, *Defunctus*, *Missam celebrare*, *Mortuus*, *Pœna*.

Annulus.

Annulus Pastoralis est pignus amoris, & fidei conjugalis inter Episcopum & Ecclesiam sibi commissam. t. 8. r. 119. per totam, & signanter propè finem. §. 1. p. 409

Annulus Pastoralis, quo ritu traditur Episcopo, dum consecratur? ibid. §. *Alia vero.*

Annuli Pastoralis symbolica descriptio. ibid. in eodem §. & seqq.

Annunciatio.

* Vide verb. *Votum*,

Annus.

Annus vigesimus primus pro obligatione jejunii ancomputandus sit de momento ad momentum? t. 6. r. 1. §. 1. p. 202

In anni sexagesimi primis diebus an senes teneantur jejunare? t. 6. r. 5. §. 1. & seqq. p. 203

Et quid, si in ea ætate senes sexagenarii sint robusti, & validi? t. 6. r. 6. fere per totam p. 204

Ante annum vigesimum primum, an teneantur jejunare adolescentes robusti & validi? ibid. §. 3.

Post annum quinquagesimum quintum an vir liberetur à jejunio? t. 6. r. 8. §. 1. p. 205

Et quid de muliere quinquagenaria, quamvis annus quinquagesimus sit solummodo inchoatus. t. 6. r. 9. §. 1. & seqq. p. 206

Et an hoc etiam intelligatur pro jejuniis præscriptis in Religione pro Monialibus, & ex voto pro toto vitæ tempore, dummodo in masculis non fuerit emissum votum post annum 60. & in fœminis post annum 50. ibid. & prope finem dictæ res.

Post annum sexagesimum an Regulares teneantur ad jejunia Regulæ? t. 6. r. 64. §. 1. p. 234

Et quid si annum 21. non attigerint Regulares pro jejuniis Regulæ? ibid.

Et quid, pro jejuniis Ecclesiæ & Sanctorum? t. 6. r. 65. §. 5. & seq. p. 234

* Vide verb. *Adolescentes*, *Consecratio Ecclesiæ.*

Apostolus.

Apostoli fuerunt omnes Episcopi. t. 8. r. 80. §. 1. & seqq. p. 375

Apostoli quandonam fuerunt consecrati? ibid. §. *Alia sententia.*

Apostolorum limina visitare an & quomodo obligentur Episcopi? t. 8. r. 97. §. 1. & seqq. p. 392

* Vide verb. *Votum.*

Applicare Applicatio.

Applicare Indulgentiam defunctis quo pacto Pontifex possit? t. 1. r. 2. §. 4. p. 2. sed lege eam à principio.

Applicare non solum Indulgentiam Altaris privilegiati Sacerdos in illo celebrans tenetur, sed etiam Sacrificium pro eo applicare debet. t. 1. r. 6. §. 1. & seqq. p. 5

Applicatio Missæ, quæ celebratur in Altari privilegiato pro pluribus, an æquè pariter prosit singuis? ibid. §. 4. p. 6

Applicari an possit Sacerdos Indulgentiam Altaris privilegiati alicui defuncto, si in illo celebret pro alio Missam de Requiem? t. 1. r. 37. §. 1. & seqq. pag. 23.

Applicari an possit Missæ Sacrificium pro Catechumenis existentibus in Purgatorio. t. 1. r. 39. §. 5. p. 25

Idem est de Indulgentia Altaris privilegiati. ibid. in initio.

Applicare an possit Confessarius Indulgentiam Cruciatæ moribundo sensibus destituto, qui petiit antea confessionem? t. 3. r. 155. §. 1. & seq. p. 128

Et quid, si nec confessionem petiit, nec signa, nec judicia contritionis ostendit, an adhuc possit illi applicari Indulgentia Bullæ? ibid. §. 2. & in r. 156. §. 1. p. 129

Et aliqua à Confessariis valdè notanda in hoc casu pro praxi. t. 3. r. 156. & 157. p. 129

Applicari an possit moribūdo Indulgentia Bullæ Cruciatæ ab alio quàm à Sacerdote. t. 3. r. 158. §. 1. p. 139

Applicari an possit Indulgentia Medalliis & Imaginibus B. Cajetani, B. Andreæ, B. Francisci Borgiæ, &c. t. 5. r. 4. §. 1. & seq. p. 179

In applicatione Indulgentiarum opus est, ut quis coram se habeat Medallias, Rosaria, Imagines, &c. & semel Medalliis, Rosariis, &c. Indulgentia applicata postea non possit amplius tolli, & aliis similibus applicari? t. 5. r. 25. §. 4. p. 190

Applicari possunt plures, & diversæ benedictiones uni, eidemque grano, Imagini, &c. ibid. §. 5

In applicatione Indulgentiæ, secundi numismatis deputati in loco primi, quod quis amiserit, non est opus quidquam loqui, aut aliud signum externum adhibere. t. 5. r. 28. §. 7. p. 193

Si applicandi Indulgentias facultatem quis accipit ab alio quàm à Summo Pontifice, an possit in alio transferre. t. 5. r. 30. §. 1. p. 194

Applicare Indulgentias seu benedictiones an possit, qui eas habet, adhuc mortuo Pontifice concedente. ibid. §. 3

Si nondum applicatis Indulgentiis à Pontifice obtentis Religiosus moritur, an possit ejus Superior de illis disponere. t. 5. r. 31. §. 1. p. 195

Applicare, an possit superior Regularis suorum subditorum satisfactiones, & preces benefactoribus propter interpretativum consensum subditorum. t. 5. r. 31. §. 2. p. 195

Et quid de satisfactionibus, & precibus superfluis. ibid. §. 2

Applicare an possint Regulares Indulgentiam defunctis stante privilegio Leonis X. concesso Minoribus? t. 5. r. 37. §. 2. p. 197

Applicari moribundo Indulgentia pro tempore mortis à quolibet laico an possit, si non adest Confessarius, vel saltē Clericus. t. 5. r. 38. §. 1. & seqq. p. 198

Et etiam potest applicari moribumdo absenti. ibid. §. 3. in fine p. 199

* Vide verb. *Commutatio*, *Defunctus*, *Determinare*, *Distributor*, *Missam celebrare*, *Nomen*, *Peregrinatio*, *Pontifex*, *Sacerdos.*

Archiepiscopatus.

Archiepiscopatus an sit Ordo, sed non distinctus ab Episcopatu? t. 8. r. 4. §. 1. p. 314

Archiepiscopatus quomodo differat ab Episcopatu. ibid. §. 2

Archiepiscopatus designat Principatum quemdam. ibid. *propè finem dictæ Res.* p. 315

Archiepiscopatus est præstantior Episcopatu ratione dignitatis, & regiminis, non Ordinis. ibid. *propè finem.*

Archiepiscopus.

Archiepiscopi existentes in Regnis Hispaniarum sumendo Bullam ordinariam Cruciatæ possunt comedere ova & lacticinia in Dominicis Quadragesimæ, & assumendo aliam extraordinariam etiam in singulis aliis diebus Quadragesimæ, demptis aliquibus. t. 3. r. 7. §. 11. p. 70

Archiepiscopus nomine Episcopi in concessione Indulgentiarum intelligitur, qui in tota sua Provincia eas quadraginta dies Indulgentiarum concedere potest quamvis eam non visitet, quos in sua Diœcesi Episcopus concedere potest. t. 5. r. 19. §. 3. pag. 194
Archiepiscopus in sua Diœcesi octoginta dies Indulgentiarum concedere potest, & si plures dies concedat, valida erit Indulgentia. ibid.
Archiepiscopus sic dicitur quasi Princeps Episcoporum. t. 8. r. 4. propè finem. p. 315
Archiepiscopus habet Episcopos suffraganeos. ibid.
Archiepiscopus est major Episcopo dignitate & jurisdictione, non vero Ordine. ibid.
Archiepiscopus quomodo consecraretur olim? t. 8. r. 34. §. 1. p. 334
Archiepiscopus hodie consecratur à Papa, vel ab alio de ejus mandato speciali. t. 8. r. 35. §. 1. p. 335
Archiepiscopi consensus requirebatur olim in consecratione Episcopi, hodie secus. ibid.
Si in Archiepiscopum aliquis non Sacerdos consecraretur, an consecratio esset valida? t. 8. r. 53. §. 1. pag. 352
Archiepiscopus suffraganeum consecrare nequit ante receptum pallium. t. 8. r. 68. §. 1. p. 364
Nec delegare aliis Episcopis ut consecrent Episcopum sibi suffraganeum, potest. ibid. §. 6. sed vide eam à principio. p. 365
Archiepiscopus non potest nisi recepto pallio exequi ea, quæ sunt Ordinis sui. ibid. §. 8
Archiepiscopus potest exercere ea, quæ sunt jurisdictionis ante receptum pallium ibid. §. 2. p. 364
Archiepiscopus intra quod tempus pallium petere debet ibid. §. *Ad dicendum.*
Et ante pallium receptum an possit de licentia Episcopi illius Diœcesis Ordines conferre? ib. §. 9. p. 365
Archiepiscopi absentia trimestris à Diœcesi à quo tempore computanda, quando pallium à Papa petiit? ibid. §. ult. ante medium.
* Vide verb. *Pallium, Minister.*

Archipresbyter.

Archipresbyteri habentes curam animarum, & jurisdictionem in foro confessionis includuntur sub nomine beneficii Parochialis, ita ut per Cruciatam possint eligi in Confessarios. t. 3. r. 18. §. 1. & 5. p. 73. & seq.
* Vide verb. *Nomen.*

Artifices.

Artifices omnes, qui in Republica laborant, excusantur à jejunio indiscriminatim. t. 6. r. 35. §. 1. & seq. pag. 219
Et quid de piscatoribus, & venatoribus? ibid. §. 3.
Artifices supradicti, qui excusantur à jejunio an teneantur jejunare uno vel altero die, quo non laborant? t. 6. r. 36. §. 1. & 2. ibid.
* Vide verb. *Officiales.*

Avarus.

Avaro homini indigenti, qui propriis rebus uti non valet, an sit danda eleemosyna? t. 7. r. 41. §. 1. p. 298

Auditio Missæ.

* Vide verb. *Missam audire.*

Authoritas.

Authoritate propria an quis possit Deo suam Indulgentiam pro defunctis offerre sicut potest jejunia, disciplinam &c. t. 3. r. 37. §. 1. p. 197

B

Baculus.

Baculus Pastoralis est insigne authoritatis Episcopi. t. 8. r. 119. §. 1. & seq. p. 409
Baculi Pastoralis mystica expositio. ibid. §. 7. p. 410

Balsamum.

Balsamum odorem bonæ famæ significat. t. 8. r. 84. §. *Probatur secundo.* p. 380
Balsamum cum oleo mixtum est materia sacramenti Confirmationis, & consecrationis Episcopi. ibid. §. 1. p. 379
Balsamum an sit necessarium tantùm necessitate præcepti, vel etiam sacramenti triplex sententia refertur. ibid. §. 2. & seqq. p. 380
Balsamum an requiratur in unctione consecrationis Episcopalis ibid. §. *Sed instabis.* p. 381
Balsamum quodcumque an sufficiat ad unctionem Chrismalem? Et an balsamum Indicum? t. 8. r. 85. §. 1. p. 381
Balsamum verum an sit cognitu difficile. ibid.
Balsamo adulterino non licet uti in unctione Chrismali ibid. per totam, signanter §. *Ex his.* p. 382
Balsamo deficiente, an liceat solo oleo benedicto sacramentum Confirmationis, & Consecrationis Episcopi ministrare? t. 8. r. 86. §. 1. & seqq. p. 363
Et an etiam valide? ibid. §. *Ex his colligitur.*
Balsamo seu Chrismate veteris anni an liceat uti in Sacramento Confirmationis, & in Consecratione Episcopi? t. 8. r. 87. §. 1. ibid.
Balsamo cum oleo mixto unguntur Pontifices, cum tamen solo oleo Cathecumenorum unguantur Reges, t. 8. r. 88. §. 1. & seq. p. 383. & 384

Baptismus.

Baptismi forma simul cum ablutione proferenda, t. 8. r. 36. à §. *Primo.* ad 2. p. 336
Ubi, quid hæc simultaneitas & quomodo intelligitur? ibid. §. 3
In Baptismo quæ intentio requiratur? t. 8. tot. per totam, & signanter §. *Itaque* p. 337
In Baptismo non sufficit intentio adhibendi ritum externum. ibid.
Baptismi materia & forma necessaria quæ sit? t. 8. r. 84. §. *Sed instabis.* p. 381
Pro Baptismo debet benedici Chrisma etiamsi terra sit interdicto supposita. t. 8. r. 87. §. 1. p. 383

Barbitonsores.

Barbitonsores an teneantur jejunare? t. 6. r. 33. §. 1. pag. 218

Bellum.

Ad Bellum qui pergit, an possit lucrari Indulgentiam Cruciatæ toties, quoties peccaverit, & confessus fuerit? t. 3. r. 154. §. 2. p. 128

Benedictio.

Benedictione non indigent Oratoria Regularium etiam constituta in Grangiis, & si quando quæ indigeant, à suis Prælatis benedici possunt. t. 1. r. 12. §. 4. p. 34
Nec etiam benedictione indigent Oratoria privata Nobilium. t. 2. r. 26. §. 1. & 2. p. 43
* Vide verb. *Applicare.*

Benefactores.

* Vide verb. *Applicare.*

Beneficiarius.

Beneficiarii tenentur inquirere graves necessitates pauperum, ut eis succurrant. t. 7. r. 18. in fine. p. 285
Cum Beneficiariis si non licitè, an validè possit dispensari, ut redditus superfluos Ecclesiasticos non expendant in usus licitos? t. 7. r. 20. §. 1. p. 286
Et an hoc etiam possit introducere consuetudo? ibid.
Beneficiarii an ex jure naturæ, vel ex jure Ecclesiastico teneantur expendere superfluos redditus Ecclesiasticos in usus pios? ibid. §. 2
Ubi etiam an extet præceptum positivum hoc prohibens Beneficiariis? §. 3
Beneficiarii quo ordine teneantur superflua bonorum Eccle

Rerum Notabilium.

Ecclesiasticorum erogare in opera pia? t.7.r.21. §.1.p.287

Beneficiarii ex fructibus beneficii an possint filios spurios alere, & filiam spuriam dotare. ibid. §.3. pag. 288

De Beneficiariorum obligatione ad eleemosynas elargiendas. t.7.r.22.§.1. & 2. ibid.

Beneficiarius quam quantitatem eleemosynæ necessario debeat expendere in pauperum necessitatibus de redditibus Ecclesiasticis? t.7.r.23.§.1.p.289

Beneficiarius potest ad libitum disponere de bonis patrimonialibus, distributionibus, & quovis alio titulo distincto à titulo beneficii acquisitis. ibid. §.3. p.290

Et quid, si Beneficiarius aliquid detrahit de necessariis ad decentiam status vivens parcè? ibid. §.4. p.290. & in r.28. latè, p.293

Quænam parvitas dicatur notabilis, ut illam Beneficiarius expendens in usus prophanos peccet mortaliter? t.7. r.25.§.1. & seqq. p.290

Beneficiarios posse testari de fructibus in usus non pios, in Hispania hoc introduxit consuetudo. t.7.r.27.§.3.p.293

* Vide verb. *Ecclesiasticus.*

Beneficium.

Beneficia retinet Episcopus donec consecretur. t.8. r.55. *Si post tres*, post medium à vers. *Notandum.* pag.355

Si beneficia Episcopus habet, ipso jure vocant post pacificam possessionem Episcopatus. ibid. §.5

Beneficia quomodo intelligantur vacare ex causa delicti? t.8.r.56.§. *Ex quibus.* p.356

Beneficiorum pluralitas prohibetur. t.8. r.72. paulò post initium à vers. *Secundo.* p.368

Beneficia curam animarum habentia, & dignitates Ecclesiasticæ, & multo magis Episcopatus plures non debent uni & eidem conferri. ibid. §.3

Quid ex dispensatione? ibid.§.5. p.369

De beneficii fructibus an liceat testari? ibid. §. *Nota etiam.*

Beneficio Curato, & Episcopatui uni non debent duo præfici. t.8.r.73.§.1. & seqq. ibid.

Beneficia conferre potest Episcopus electus, & confirmatus licèt non consecratus. t.8.r.103.§. *Observa*, p.395

* Vide verb. *Ætas, Beneficiarius, Milites. Equites, Testamentum.* *Bibere.*

* Vide verb. *Cervisia, Vinum.*

Bigamia.

In qua bigamiæ irregularitate Commissarius Bullæ Cruciatæ possit dispensare? t.3.r.139.§.3.& seq. p.124

Bona temporalia.

Bona divitum, quæ ad sublevandas necessitates extremas, graves & communes pauperum erogari possunt, ad tria genera revocantur. t.7. r.1.§.4. pag.275

Et bonis necessariis ad statum an sit obligatio opitulandi extremè indigenti? t.7.r.6.§.1. p.278

Bona alicujus quando sunt publicanda ipso facto v.g. per hæresim, aut læsam Majestatem an possit talis ante criminis condemnationem eleemosynas facere? t.7.r.58.§.1. & 2. p.308

Bona Ecclesiasticorum quomodo, & quando debeant erogari in usus pios, & non prophanos? * Vide verb. *Beneficiarius, Beneficium, Cardinalis, Clericus, Ecclesiasticus, Episcopus.*

Bulla Cœnæ.

Per Bullæ Cœnæ clausulam an suspendatur Bulla Cruciatæ? t.3.r.36.§.1. p.85

Bulla Cœnæ an deroget facultatem Bullæ Cruciatæ quoad absolvendum à reservatis in eadem Bulla cœnæ? t.3.r.37.§.1. & 2. ibid.

A casibus Bullæ Cœnæ potest Confessarius absolvere per Bullam Cruciatæ semel in vita, & semel in morte. t.3.r.41.§.1. p.87

Ubi quod non possit Confessarius per Cruciatam ab aliis casibus propositis in primo Canone Bullæ Cœnæ tāquam inclusis sub nomine hæresis. §.1.& seq.

Bullæ Cœnæ excommunicationem an incurrant legentes, & retinentes libros hæreticos, magicos, chrinomaticos, &c. & egeant Bulla Cruciatæ pro absolutione? t.3.r.42.§.2.& seqq.p.87

Et quæ parvitas materiæ excuset in utroque casu? ibid. §.4. & 1. p.88

Et an qui legit librum hæreticum de Religione expressè non tractantem, nec multas hæreses continentem? t.3. r.43. §.1. & seq. ibid.

Bullæ Cœnæ excommunicationem an incurrat qui non per se ipsum, sed per alios legit librum hæreticum? t.3. r.44.§.1. ibid.

Et quid, si qui audit, induxit legentem, ut legeret? ibid. §.3

Et an famulus, qui de mandato domini legit librum hæreticum? Et quid, si compulsus legeret in contemptum Fidei. ibid. §. *Nota verò.*

Et an legens epistolam, seu literam missivam hæretici? Vel retinens, aut imprimens epistolam, concionem, aut aliam papyrum hæretici solutam, nec in tractatus formam redactam? t.3.r.45.§.1.& seq.p.88

Et an legens librum authoris Catholici sed cum commentariis Hæreticorum? t.3.r.46. §.1. p.89

Et an idiota legens librum hæreticorum lingua Latina compositum, quam ipse nullo modo intelligit? t.3. r.47. §.1. & 2. ibid.

Et an qui legit librum hæreticum in Gallia, Anglia, & aliis Provinciis ubi Bulla Cœnæ non est usu recepta? t.3.r.48. §.1. & 2. ibid.

Et an omnes supradicti incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & possint per Bullam Cruciatæ absolvi? ibid.

In Bullæ Cœnæ excommunicationem an incurrant imponentes gabellas super rebus quæ ad proprium usum vel familiæ emuntur, & per Cruciatam possint absolvi? t.3.r.68.§.1.p.99

Et an prædictæ gabellæ sint injustæ. ibid.§.1.p.100

A Bullæ Cœnæ casibus an possit Confessarius absolvere, quando in Jubilæo conceditur facultas absolvendi ab omnibus casibus Papæ reservatis? t.4. r.13.§.2.p.147

Et quid, quando conceditur facultas absolvendi à casibus Bullæ Cœnæ sine expressa derogatione ipsius Bullæ? ibid. §.3

* Vide verb. *Absolvere. Cardinalis. Episcopus.*

Bulla Cruciata.

Per Bullam Cruciatæ an suspendantur Altaria privilegiata sita in Ecclesiis Regularium, & aliarum Ecclesiarum? t.1.r.30. 31. & 32. p.20

Et in tali casu an sacerdos celebrans in Altari privilegiato, vel qui facit celebrare, debeat habere Bullam Cruciatæ? t.1. r.33. §.1. p.21

Et quid si Altare privilegiatum sit Religiosorum? ibid. §.4

Bullam Cruciatæ habentes an possint Missam celebrare, vel audire in Oratorio privato in diebus solemnioribus, in quibus ex indulto Papæ pro dicto Oratorio ibi celebrari nō possint? t.2.r.28.§.3.p.44

Et quid, si Episcopus sub pœna excommunicationis hoc prohibeat? ibid.

Bullam Cruciatæ habens non tenetur Missam audire in die festo tempore interdicti. t.2.r.36.§.3.p.49

Nec tenetur sumere Bullam Cruciatæ, ut Missam audiat, vel celebret in dicto tempore interdicti. ibid.

Per Cruciatā an Missa possit dici in Oratorio privato coram familiaribus, & aliis exteris non prælēte domino

mino Oratorii privati, & illi an satisfaciant præcepto ibi Missam audiendo ? t. 2. r. 29. §. 1. & 2. p. 51

Bullæ Cruciatæ privilegium quid concedat, quando Commissarius dispensat circa horam celebrandi in Oratorio privato t. 2. r. 47. §. 1. & seqq. p. 57

Per Bullam Cruciatæ nō potest quisque habere Oratoriū privatum in sua domo, & in illo Missam audire, vel celebrare extra tempus interdicti. Vbi explicantur verba Bullæ. t. 2. r. 48. §. 1 & seqq. ibid.

An saltem Bullæ Cruciatæ Commissarius possit dare licentiam audiendi Missam, vel celebrandi in Oratorio privato. t. 2. r. 40. §. 1. & 2. p. 58

Per Cruciatam tempore interdicti designatio Oratorii privatim possit fieri à quocumque Ordinario? t. 2. r. 50. §. 1. p. 59

Vt Bullæ Cruciatæ vigore in Oratorio privato possint audire Missam qui intelligantur sub nomine domesticorum. t. 2. r. 51. §. 1 ibid.

Et quinam sub nomine consanguineorum ? t. 2. r. 53. §. 1. pag. 61

Per Bullam Cruciatæ sacerdos privilegiatus tempore interdicti potest eligere laicum, ut inserviat Sacro, si non inveniat ministrum habentem privilegium assistendi divinis. t. 2. r. 51. §. 4. p. 60

Per Cruciatam, ut quis possit celebrare domi in Oratorio privato tempore interdicti an sit omnino necessaria licentia Episcopi ? t. 2. r. 52. §. 1 ibid.

Et in dicto casu quo modo intelligatur privilegium cum consanguineis, & familiaribus ad audiendam Missam in dicto Oratorio. ibid. §. 2

An saltem per Bullam Cruciatæ possint celebrari plures Missæ in privatis Oratoriis? t. 2. r. 54. p. 61

Laicus, vel Clericus, qui Bullam Cruciatæ habet, an possit invitare Sacerdotem ad celebrandum in Oratorio privato qualibet die etiam ex solemnioribus, quamvis sacerdos Bullâ careat? ibid. §. 4

Vbi, an ipse Sacerdos possit ministrum privilegiatum excitare ad utendum suo privilegio per quod facultatem habet, ut sacerdos in præsentia ipsius Ministri celebret ? §. 2

Per Cruciatam non solum in diebus concessis, sed in festivitatibus prohibitis licitum est in privatis Oratoriis celebrare, & Missam audire. t. 2. r. 55. §. 1. pag. 62

Et quid tempore interdicti ? ibid.

Cum Bulla Cruciatæ an satisfaciat quis præcepto Missæ, si illam audiat in Oratorio privato ? t. 2. r. 56. §. 1. & 2 ibid.

Per Cruciatam an possit sumi Eucharistia ab alio Sacerdote sine licentia Parochi ? t. 2. r. 57. §. 3. p. 63.

Et quid in die Paschæ ? ibid. §. 1

Per Cruciatam an Sacerdos sæcularis, vel Regularis possit ministrare Eucharistiam in Oratorio privato ? t. 2. r. 46. §. 1. p. 56

Et quid in die Paschatis, ex devotione ? t. 2. r. 57. & 58. pag. 63

Per Cruciatam an fidelis satisfaciat præcepto communionis Paschalis in Oratorio privato, saltem concedente Parocho, vel injustè negante? t. 2. r. 58. §. 4. p. 64

Per Bullam Cruciatæ utentes Oratorio privato an teneantur fundere aliquas preces, & an vocales, vel mentales ? t. 2. r. 59. §. 1 ibid.

Bullæ Cruciatæ indulgentiam concessam visitantibus Ecclesias, vel Altaria an possit quis lucrari visitans Oratorium privatum suæ domus ? t. 2. r. 60. §. 2. pag. 65

Bullæ Cruciatæ indulgentia an prosit defuncto, si sumens, & solvens Bullam pro defuncto sit in peccato mortali ? t. 5. r. 36. § 1. p. 197

Per Bullam Cruciatæ an possit Confessarius commutare jejunia ex voto ? t. 6. r. 3. §. 3. p. 202

Per Bullam Cruciatæ an Confessarius electus possit dispensare, quando causa jejunii, &c. est dubia? t. 6. r. 4. §. 2. p. 203

Cum Bulla Cruciatæ ova, quæ intra gallinas inveniuntur, in Quadragesima comedi possunt ? t. 6. r. 52. §. 4. pag. 226

Per Cruciatam Religiosi possunt comedere ova & lacticinia in diebus Dominicis Quadragesimæ. t. 6. r. 53. §. 5. p. 227

Bullam Cruciatæ habentes an possint in collatione serotina jejunii sumere aliquid casei, vel lacticiniorum ? t. 6. r. 115. §. 1. p. 264

* In indice primo posito in principio hujus tom. Tract. 3. *de Bulla Cruciatæ, atque de ejus absolutionibus, dispensationibus, & votorum commutationibus, & relaxationibus*, ipse titulus demonstrat, quòd omnes ejus quam plurimæ difficultates pertinent ad hoc verb. *Bulla Cruciatæ*. Vbi circa supradicta in ejus Titulo invenies, quidquid desiderari potest. Et pro Bulla Compositionis ibidem à Res. 172. usque ad Res. 175. inclusivè. pag. 136

* Vide etiam in hoc indice verb. *Anima. Bulla Cœnæ.*

Butyrum.

Butyrum possunt comedere Regulares, & eorum similiares in jejuniis Quadragesimæ, & in aliis diebus quomodocumque prohibitis ex Bulla Leonis X. t. 6. r. 53. §. 7. p. 228

C

Calix.

QVando Calicem sanguinis Episcopus cum Episcopo consecrante illum consecrat quo modo se gerere debeat ? Idem est de Sacerdotibus, qui in prima Missa simul cum Episcopo consecrant. t. 8. r. 90. §. 1. & seq. pag. 386

* Vide verb. *Ius.*

Canonicus Pœnitentiarius.

Canonicus Pœnitentiarius sine speciali Episcopi approbatione an sit eligibilis in Confessarium per Iubilæum, vel Cruciatam ? t. 4. r. 6. §. 2. p. 144

Cantores.

Cantores ad solatium Principis in Cameta concinentes an teneantur ad jejunium ? t. 6. r. 25. §. 4. pag. 214

Et quid de Cantoribus Ecclesiæ etiam Religiosis ? t. 6. r. 26. p. 214. & r. 111. §. 4. p. 262.

Cantores insignes possunt in diebus jejunii sumere aliquid cibi primo mane ad conservandam vocem. t. 6. r. 95. §. 3. p. 253

Et an hoc liceat Religiosis canentibus in choro ? ibid.

Et quid, si religiosi sint insignes Cantores ? ibid.

Capella. Capellania.

Si in Capellaniæ institutione dicitur: ut Missæ sint de Requiem, vel votivæ, an sint dicendæ in omnibus diebus, qui non sunt Dominici, vel duplices ? t. 1. r. 10. §. 4. p. 9

Si Capellam aliam testator assignet, an Capellanus possit dicere Missam pro testatore in Altari privilegiato ? t. 1. r. 20. §. 1. p. 14.

Si Capella, ubi fuit constitutum Altare privilegiatum, fuit dirupta, aut translata in alium locum per Episcopum, an indulgentia remaneat extincta? t. 1. r. 23. §. 1. pag. 16

Et quid, si Capella paulatim esset destructa, & eadem paulatim constructa ? ibid.

Capellæ Carcerum, & Palatii alicujus civitatis, in quo Senatores negotia tractant &c. sint sublatæ per Bullam Pauli V. t. 2. r. 17. §. 3. p. 37 * Vide

Rerum Notabilium.

* Vide verb. *Capellanus.*

Capellanus.

Capellanus obligatus dicere Missam in certa Ecclesia, Oratorio, vel Altari, an peccet mortaliter alibi celebrando? t. 1. r. 15. §. 2. & seqq. p. 12

Et quid, si bis, vel ter in anno in tali sacello, altari, &c. ibidem §. 3

Et si non celebret in destinato loco, an teneatur ad aliquam restitutionem? ibid. §. 4

Capellanus obligatus ad celebrandum in tali Altari debet celebrare per se. t. 1. r. 21. §. 1. seqq. p. 15

Capellanus an possit disponere ad libitum de bonis, quæ recipit ex Capellania collativa? t. 7. r. 28. §. 2. & seqq. pag. 293

* Vide verb. *Capella. Clausula. Missam celebrare.*

Capitulum Sede Vacante.

Capitulum sede vacante potest committere alteri Episcopo, ut Clericum propriæ Ecclesiæ vel Diœcesis sacris ordinibus initiatum consecret in Episcopum, t. 8. r. 68. §. *Confirmatur.* p. 365

Captivus.

Captivos apud Turcas an divites redimere teneantur. t. 7. r. 17. §. 1. p. 284

Caput.

Ad capitis, vel stomachi sublevandam debilitatem an possit quis sumere primo mane in die jejunii aliquid cibi sine fractione jejunii? t. 6. r. 95. §. 2. pag. 253

Capite, vel stomacho debiles an possint serotina collatione jejunii vesci ovis? tract. 6. res. 118. §. 3. pag. 269

* Vide verb. *Consecratio. Liber.*

Carceratus.

Carceratus in domo sua an teneatur audire Missam de præcepto, si habet licentiam audiendi illam in Oratorio suo privato? t. 2. resol. 35. & 36. §. 1. pag. 49

Cardinalatus, Cardinalis.

Cardinalis, si manet in domo patris vel fratris in habitatione separata, potest erigere ibi Oratorium, quamvis pater vel frater haberet indultum Oratorii privati. t. 2. r. 30. §. 7. p. 45

Cardinales existentes in Regnis Hispaniæ sumendo Bullam ordinariam Cruciatæ possunt comedere ova & lacticinia in Dominicis Quadragesimæ, & sumendo aliam extraordinariam singulis diebus Quadragesimæ, demptis aliquibus. t. 3. r. 7. §. 11. pag. 70

Et quid si Cardinales sint Sacerdotes, vel regulares? t. 3. r. 164. §. 1. & seq. p. 133

Cum Cardinalibus si non licitè an saltem validè possit Pontifex dispensare, ne redditus Ecclesiasticos superfluos expendant in usus non pios? t. 7. res. 20. §. 1. pag. 286

Et an hoc possit introducere consuetudo? ibid. §. 2

Vbi, an obligatio, quam Cardinales habent expendendi superflua status in usus pios, sit ex jure naturæ, an vero ex jure Ecclesiastico? ibid. §. 4

* Vide verb. *Familiares,* & ex verb. *Beneficiarius, Clericus, Ecclesiasticus, Episcopus* accommoda, quæ possunt etiam pertinere ad Cardinales circa expendenda bona Ecclesiastica superflua Cardinalatus.

Cardinalatus an sit Ordo? t. 8. r. 4. §. 1. p. 314

Cardinales an expediat consecrare in Episcopos? t. 8. r. 67. §. 1. & 2. p. 364

Cardinales debent juvare Pontificem consilio & prudentia. ibid.

Cardinalium Oratoria an dicantur Ecclesiæ ita ut in illis possint Ordines conferri, sacra celebrari, Episcopi consecrari? t. 8. r. 81. §. 1. p. 376

Cardinales an possint eligere Confessarium, & exercere cum suis familiaribus ea, quæ Episcopus potest cum suis subditis vigore Concilii Tridentini sessione 24. capite 6. t. 8. res. 105. §. 2. pag. 397

Cardinales ex quo electi sunt à Pontifice, & electionem acceptaverunt, tametsi Capellum non obtinuerunt, gaudent privilegio, ut eos offendentes incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ. t. 8. r. 107. §. 1. pag. 399

Carnes.

Iu esu carnium dispensatus per Bullam Cruciatæ an censeatur dispensatus ad jejunandum? t. 3. r. 170. §. 1. pag. 136

Et in dicto casu an possit simul comedere lacticinia & pisces? ibid. §. 4

De privilegio carnes comedendi virtute Cruciatæ ex licentia utriusque Medici. Vbi pro praxi aliqui casus. t. 3. r. 161. §. 1. & 2. ibid.

Carnibus vesci in die Sabbathi an sit licitum, si in illo incidat aliquod festum ex solemnioribus? t. 6. r. 38. §. 2. p. 220

Carnes ex licentia utriusque Medici possunt comedere Regulares, & eorum familiares in jejuniis Quadragesimæ, & in aliis diebus quomodocumque prohibitis ex privilegio & Bulla Leonis X. t. 6. r. 53. §. 7. pag. 228

Carnes comedere potest, qui vovit non comedere ova & lacticinia in feria sexta, vel aliqua alia die, si in eam inciderit Nativitas Domini. t. 6. r. 61. §. 4. pag. 233

Carnes ministrare pueris in diebus jejunii ante expletum septennium an sit licitum? t. 6. r. 67. §. 1. pag. 236

Et quid, ubi adest consuetudo in contrarium? ibid.

Et quid, si pueri ante septennium doli capaces sint; Idem est de Paganis, & perpetuò amentibus. ibid. §. 2. & 3

Vt carnes comedant in Quadragesima tempore pestis, an Episcopus possit dispensare in sua civitate? t. 6. r. 69. §. 1. p. 237

Carnes non comedere pro qualibet die quis vovit, an toties peccet, quoties illas comedit? t. 6. r. 70. §. 3. pag. 239

Qui carnes comedit ex licentia in die jejunii, an possit comedere lardum, aut alias carnes, nocivas? Et quid si tota refectio ex illo carnis genere fiat? t. 6. r. 71. §. 1. & 2. p. 239. & 240

Qui carnes comedit in die jejunii ex dispensatione, an possit simul edere pisces? tract. 6. r. 72. §. 1. & 2. p. 240

Et quid, si hoc sit prohibitum ab Episcopo sub pœna excommunicationis? tract. 6. res. 77. §. 4. pag. 242

In dubio, si carnium abstinentia illatura sit notabile nocumentum agroto, an sit necessaria dispensatio? t. 6. r. 73. & 74. p. 240

In carnium esse dispensatus an censeatur dispensatus ad non jejunandum? tract. 6. res. 75. §. 1. & seqq. pag. 241

Si carnes comedendi facultatem quis habet, si illas non comedat, an teneatur jejunare? t. 6. r. 76. §. 1. ibid.

Et quid, si ad carnes dispensatus est non propter virium debilitatem, sed quia cibi Quadragesimales sunt ei nocivi? t. 6. r. 77. §. 1. p. 242

Et quid, si carnes comederet ratione debilitatis & infirmitatis. t. 6. r. 78. §. 3. p. 343

Qui carnes comedendo frãgit jejunium, non duo, sed

unum tantum peccatum committit, & ideo non est necessarium explicare circunstantiam modi, quo jejunium violatum sit. t.6. r.77. §.6. p.242

Qui carnes comedit in die jejunii, & lacticinia & ova simul, unum tantùm peccatum comittit, non distincta. ibid.

Qui carnes comedendi licentiam habet à Medico infra annum in diebus Veneris, & Sabbathi, & in Quadragesima, an possit illas edere in diebus Quatuor temporum Quadragesimæ, & Quator temporum infra annum? t.6. r.78. §.2. p.243

Ut carnes quis comedat in diebus jejunii, an Medicus dubius, si cibi Quadragesimales afferant grave damnum petenti licentiam, an possit illam concedere? ibid. §.3

Si carnem quis comedit in die jejunii in magna quantitate ex oblivione, vel inadvertentia, an teneatur jejunare in illo die, reliquo tempore? t.6. r.79. §.1. & seq. ibid.

In carnium esu an parvitas materiæ excuset in die jejunii? t.6. r.80. §.1. p.243

Et quænam quantitas materiæ carnium excuset? t.6. r.81. §.3. p.244

Et si carnis eam particulam minimam quis ederet in singulis diebus Quadragesimæ, quamvis à principio Quadragesimæ haberet voluntatem expressam singulis diebus quadragesimæ id efficiendi, an peccet mortaliter? ibid. §.1

Ex carnibus an possint aliquid comedere in die jejunii, qui inserviunt infirmis ad excitandum appetitum infirmorum? ibid. §.5

Si carnes comedit, qui vovit aliquo die jejunare, an toties peccet mortaliter, quoties illas comedit? t.6. r.82. §.1. p.244

Et quid si expressè promitteret in die unicam comestionem? ibid. §.4. p.245

Ubi exponitur differentia inter jejunium ex præcepto Ecclesiæ, & ex vi voti, si in illis aliquis comederet carnes, §.3

Et quid de pœnitentia jejunii à Confessario imposita, an tunc pœnitens toties peccet, quoties carnes comedit? t.6. r.83. §.1. & seq. ibid.

Carnes & ova Sacerdos, vel laicus sine Bulla in die Quadragesimali edentes, an duplici labe inquinentur? t.6. r.84. §.1. p.246

Et an teneatur confiteri quoties se applicaverit esui carnium in die, & quoties comestioni ovorum? ibidem.

Carnes comedere in die jejunii an possit, si aliquis per unum diem tantum non habet nisi panem? t.6. r.85. §.1. ibid.

Et carnes comedendo in tali casu an teneatur quis servare jejunium? t.6.r.86.§.6.p.248

Carnis circiter dimidiam unciam comedens in die jejunii non peccat mortaliter. t.6.r.96. §.3. p.255

* Vide verb. *Abstinere. Causa. Dies. Experientia. Fœmina. Lactentes. Mediolanensis. Pœnitentia Sacramentalis. Prægnantes.*

Castellanus.

Castellanus per Lusitaniam transiens potest more suæ patriæ intestinis vesci diebus Sabbathi quæ in Lusitania non permittuntur. t.3.r.161.§.3.p.131

Et quid è contra? t.6.r.48.§.1.& 4.p.225

* Vide verb. *Consuetudo. Lex. Præceptum.*

Casus.

Casus Episcopales si quis per Cruciatam, vel Jubilæum ficte & sine dolore confitetur, an possit postea absolvi à quocumque Confessario? t.3.r.50. §.3. p.90

Et quid de supradictis casibus oblitis in prædicta confessione facta irritè & invalidè? t.3. r.51.§.1. ibidem.

A casibus reservatis absolvi an possit qui noluit lucrari Jubilæum, si in secunda hebdomada die Sabbathi mutat propositum, an lucrari possit Jubilæum? t.4. r.38. §.1. p.158

In casibus reservatis potest superior dispensare secum quidquid cum subditis dispensare valet. t.6. r.1. §.2. p.202

* Vide verb. *Absolvere. Absolutio excommunicationis. Reservatus casus.*

Cathecumenus.

Cathecumenis mortuis sine Baptismo, an possint applicari indulgentiæ per modum suffragii? t.5.r.39. §.1. p.199

Et an non solum pro Cathecumenis mortuis, sed etiam pro vivis? Idem est sacrificio Missæ ib.§.2.

* Vide verb. *Anima.*

Canpones.

* Vide verb. *Compositionis Bulla.*

Caupones proponentes cœnam omnibus indifferenter in die jejunii, an peccent mortaliter? t.6.r.27. §.1. p.274

Et quid quando dubitant, vel credunt alterum à jejunio non excusari? ibid. §.2

Causa.

Quando causa edendi carnes est dubia in diebus prohibitis ex licentia utriusque Medeci, an privilegium Bullæ Cruciatæ deserviat? t.3.r.171.§.1. & 2. p.136

Causa indulgentiæ non solùm debet esse pia, sed proportionata. t.5. r.1. §.1. & seq. p.176

An à causa finali sit mensura certitudinis, & efficacitatis concessionis indulgentiarum? t.5. r.1.§.1. pag.177

Si causa, ob quam data fuit indulgentia, non sit omnino sufficiens, an sit valida indulgentia, modo Pontifex prudenter sentiat esse sufficientem? ibid. §.6. p.178

Causam publicam an indulgentiæ debeat habere? Et quid de Medalliis, Calculis, Imaginibus cum indulgentia plenaria? t.5. r.3. §.1. & seq. ibid.

De causæ sufficientia pro dispensatione in jejunio, &c. Prælatus dubitans an debeat in alia opera jejunium, &c. commutare. t.6.r.3.§.1.p.202

In causa dubia jejunii an Medicus possit dispensare, vel tantum declarare, si causa sit sufficiens an non? t.6. r.4. §.2. p.203

Quando causa jejunii, &c. est evidenter justa aut probabilis, nullâ opus est dispensatione, sed tantum quando est dubia, recurrendum est ad superiorem Episcopum, vel Confessarium electum per Bullam, ut dispenset. ibid.

Causa quando est dubia circa comestionem carnium si ageretur de nocumento notabili; an sit opus dispensatione? t.6.r.73.§.1.& 2. p.240

* Vide verb. *Cessans. Diœcesis. Dispensatio. Infirmitas. Oratorium. Privilegium.*

Celebratio Missæ.

* Vide verb. *Missam celebrare.*

Censura.

A censuris reservatis Superiori Regulari, & Papæ an possint Regulares absolvi extra Religionem per Bullam Cruciatæ? t.3.r.29.§.1.& seq.p.79.& 80

Censuræ Synodales per Episcopum promulgatæ an ligent Regulares. tract.4. ref. 22. prope finem. pag. 151

A censuris reservatis oblitis per absolutionem generalem datam in Confessione vigore Jubilæi, vel Cruciatæ non est dubitandum manere pœnitentem absolutum à censuris oblitis. t.4.r.60.§.1. pag. 170

A censuris reservatis an possit quis absolvi, si in aliquo Jubilæo, vel Indulto concedatur facultas absolvendi ab

ab omnibus casibus reservatis ? t.4. ref.66. §.2. pag. 172
* Vide verb. *Absolutio Sacramentalis. Absolutio excommunicationis.*

Cervisia.

Si cervisiam bibat, qui fecit votum de jejunando tali die in pane & aqua, an peccet toties, quoties illam biberit ? t.6. r.65. §.1. p.235
Cervisiæ defectus loco vini an possit excusare à jejunio ? t.6. r.70. §.5. p.239
Cervisiæ potio an frangat jejunium ? t.6. r.92. §.3. pag. 250

Cessans. Cessare.

Cessante causa privilegii, ipsum cessat : sicut perseverante causa concessionis, ipsa perseverat ; licèt aliæ circunstantiæ mutentur. tract.2.r.34.§.2. pag. 48
Qui non cessat ab operibus servilibus in die duplici festo ab Ecclesia indicto, an peccet dupliciter ? t.6. r.63. §.1. p.234

Character.

Character imprimitur in consecratione Episcopi ? t.8. r.20. & 21. p.324. & 325
Character Episcopalis præsupponit necessario Presbyteralem. ibid.
Characterem imprimi in consecratione Episcopi distinctum à Sacerdotali quis neget ? t.8. ref.20. à principio. p.324
Character quandonam imprimatur in consecratione Episcopali ? t.8. r.22. §.1. p.326
Character imprimitur in substantia animæ. t.8.r.23. §.1. p.327
Character Episcopalis remanet post mortem. ibid. §.2
Characteris Episcopalis effectus. ibid. §.4. p.328
Characterem Sacerdotalem an retineat Hermaphroditus ordinatus si mutetur in fœminam. t.5.r.112. §. *Proporte*, sed lege eam per totam. p.402

Chirurgus.

Chirurgus pauperibus indigentibus ejus operibus an illa gratis ministrare teneatur ? t.7. ref.17. §.1. pag. 284

Chocolata.

Chocolatæ potus an frangat jejunium ? t.6.r.91.§.1. & seq. p.249
An saltem possint sumi duæ unciæ chocolatæ sine fractione jejunii ? t.6.r.92. per totam. p.250
Chocolatam non frangere jejunium an sit probabilis opinio ? tract.6. ref.93. fere per totam. pagina 251

Chorus.

Qui à choro abest in utilitatem Ecclesiæ, an lucretur distributiones, si extra tempus chori possit expedire negotia Ecclesiæ ? t.5. r.5. §.4. p.180
* Vide verb. *Clausula.*

Chrisma.

Chrisma est symbolum gratiæ. t.8.r.83. cursim propè finem §.1. p.379
Chrisma salutatur ab Ecclesia magna cum veneratione, quando conficitur. ibid. post medium dicti §.
Chrisma ab Episcopo benedici debet. ibid.
Chrisma benedicendi facultas an possit delegari à Pontifice simplici Sacerdoti ? ibid. §. *Sed hic.*
Chrismatis confectio an requirat necessario mixtionem balsami cum oleo ? t.8. r.84.§.1.p.379
Chrismatis unctio an sit necessaria in consecratione Episcopi ? ibid. §. *Sed instabis.* p.381
Chrisma in casu necessitatis an possit confici ex balsamo adulterino ? t.8. r.85. §.1. ibid.
Chrisma deficiente, an sufficeret oleum tam in unctione Episcopali, quàm in Sacramento Confirmationis ? t.8. r.86. §.1. p.463
Chrisma veteris anni comburi debet novo confecto. Et quid, si veteris aliquis uteretur ? t.8. r.87. §.1. ibid.
Chrisma confici debet pro Baptismo etiam si terra interdicto sit supposita. ibid.
Chrisma est verè benedictum, quamvis Episcopus aliquid fortè per distractionem de ritibus accidentalibus omiserit. ibid. §. *Adverte.*

Circunstantia.

Circunstantia sacrilegii, si quis fornicaretur in Oratorio privato an sit aperienda in Confessione ? t.2. r.63. §.1. p.66
Circunstantia an sit aperienda in Confessione, quando quis violat duo jejunia ab Ecclesia indicta in unum diem ? t.6. r.63. §.3. p.234
Idem est de auditione Missæ, & cessatione ab operibus servilibus, & aliis similibus. ibid. §.1
Et quid, si violatio jejunii, &c. est ex præcepto Ecclesiæ, & voti ? ibid. §.3
Circunstantiæ modi, quo violatum est jejunium, non est necessarium in Confessione explicare, an fuerit cum esu carnium, ovorum, vel aliarum rerum. t.6. r.77.§.6. p.242
Circunstantia consecrationis Episcopalis an sit necessaria in Confessione Sacramentali explicanda ? t.8. r.98. §.1. p.392
Circunstantia Episcopi etiam consecrati, secluso scandalo, non est necessario confitenda ? ibid. §.2
Nec habet specialem malitiam, secluso scandalo. ibid. §. *Ex his.*
* Vide verb. *Carnes.*

Classis.

* Vide verb. *Episcopus.*

Claustra.

* Vide verb. *Regulares.*

Clausula.

De clausula negativa similis privilegii apponi solita in brevibus Altaris privilegiati. tract.1. ref.12. §.1. p.10
De clausula alia septennii in Brevibus Altaris privilegiati quo pacto sit intelligenda ? t.1.r.13. §.1. & seq. ibid.
Si in clausula testatoris imponitur Cappellano interessentia, & residentia, seu assistentia chori, an censeatur injunctum servitium personale non solum chori, sed etiam Missarum, & habent onus juvandi Curatum in cantando, & aliis similibus. tract. 1. ref. 21. paragrapho secundo, pag. 15
De clausula apponi solita in brevibus Altaris privilegiati. *Volumus, quod si pro præsentatione, admissione, vel publicatione præsentium aliquid vel minutum detur, vel sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint re ipsa.* t.1. r.40. §.1. p.26
Idem est de aliis Jubilæis, & indulgentiis. ibidem §.3
Idem etiam pro collatione Ordinum quorumcumque, vel examinatione, & de Ordinario, & Officialibus, quibus à Sede Apostolica committuntur dispensationes matrimoniales & aliæ. ibid. §.2
Et hæc clausula deserviet pro applicatione verborum, quæ Greg. XIII. apposuit in Bulla de Datis, & promissis. ibid. §.3
De clausula apponi solita in indultis Oratorii privati *sine tamen jurium Parochialium præjudicio*, quomodo sunt intelligenda prædicta verba, t.2.r.29. §.3. p.44
Clausula indulti Oratorii privati, *necnon hospitum tuorum præsentia*, quomodo est intelligenda. t.2. r.41. §.3. & seq. p.52
De clausula apponi solita in indulgentiis Papalibus, *dummodo alias non concessimus*, &c. an intelligenda

sit de alia simili expressa in eadem concessione, t.5. r.42. §. 1. & seqq. p.206

* Vide verb. *Bulla Cœnæ.*

Clericus.

Clerici non tenentur servare consuetudinem laicorum in jejuniis, nec è contra. Et quid quoad observationem festorum? t.6. r.58. §.2. p.230. & ref.59. §.2. p.231

Clericus potest ad libitum disponere de patrimonialibus, & de distributionibus omnibus, & de acquisitis quovis alio titulo distincto à titulo beneficii. t.7.r.23. §.2. p.289

Clericus de grosso beneficii id quod detrahit ex necessariis ad decentiam status, an teneatur pauperibus largiri sicut superflua? t.7.r.28. §.1.p.293

Clerici curam animarum non habentes an teneantur inquirere pauperes, ut ipsis eleemosynas faciant de superfluis ex redditibus Ecclesiasticis? t.7.r.31. §.1.& 2. p.294

Cœmeterium.

Cœmeterium adiunctum Ecclesiæ comprehenditur nomine Ecclesiæ. t.5. r.17. §.1. p.187

Cœna, Cœnare.

Dum quis cœnat, si audiat pulsus designantes mediam noctem, non tenetur cessare à cœna, si die sequenti jejunare teneatur. t.6. r.38. §.3. p.220

Et in dicto casu an possit quis protrahere, & differre cœnam infra spatium unius horæ post mediam noctem? ibid.

Et in nocte ultima Bacchanalium an licitum sit differre cœnam usque ad tertiam horam post mediam noctem. ibid.

Ad cœnandum invitare causa urbanitatis in die jejunii eum, qui paratus est cœnare, an sit licitum? t.6. r.125. §.1. p.272

Cœnam proponentes caupones, seu tabernarii in die jejunii omnibus indifferenter, an peccent mortaliter. t.6. r.127. §.1. & seq. p.274

Et quid, quando credunt, vel dubitant alterum à jejunio non excusari. ibid. §.1. & 2

Collatio serotina.

Qui collationem serotinam mane sine causa in die jejunii sumeret, & sero postea cœnet, an saltem peccet venialiter? t.6. r.8. §.4.& seqq.p.206

Collationis serotinæ quantitas est unciæ octo. t.6. r.90. §.2. p.249

Et qui in collatione serotina per unam vel duas uncias præfixam quantitatem unciarum octo excederet non franget jejunium. t.6.r.96.§.5.p.255

Collationis serotinæ mutatio, si efficiatur ex causa justa v.g. propter studium, &c. non erit neque peccatum veniale. t.6. r.109. §.3. p.261

Collatio serotina in vigilia Resurrectionis, & Pentecostes an possit fieri in majori quantitate? t.6. r.111.§.2. p.262

Collatio serotina in vigilia Nativitatis Domini potest fieri in quantitate sexdecim unciarum. ib.§.1.

An in præfata vigilia Nativitatis Dom. ex fructibus, sive ex conservis possit collatio serotina sumi sine mensura, & usque ad satietatem. ibid.

Et hoc etiam casu, quo vigilia incidat in Sabbatho, & dies Nativitatis Domini in feria secunda ibid.

Et an saltem hoc ratione consuetudinis? t.6. r.113. §.1. p.263

Et an supradicta extensio, & consuetudo vigeat in Hispania inter Regulares? ibid. §.5.

Et quid de Religioso Franciscano in dicto casu? t.6. r.114. §.3. p.264

Et quid de Religioso, vel sæculari habente votum jejunandi feria sexta, vel alia die, si in ea incideret vigilia Nativitatis Domini. ibid. §.3. & seq.

Et an supradicta non intelligantur, si quis vellet sumere collationem serotinam mane in vigilia Nativitatis Domini? t.6.r.112.§.1.p.263

Et quid est sentiendum de collatione serotina grossa, ut vulgo dicitur *Romana*, quam Curiales Romani faciunt secundum consuetudinem Romanæ Curiæ. t.6. r.113. §.ult. ibid.

Et quid de collatione longiori Nobilium? t.6.r.116. §.24. p.266

In collatione serotina jejuniorum an sit potius attendenda quantitas, quàm qualitas: ideo in ea an possint sumi pisces, legumina, & omne genus jusculorum, ova, lacticinia, biscoctum, caseum, amigdalarium, triticeum, &c. & totam quantitatem imbibere in vino, vel alio liquore, atque posse fieri in pane cocto, vel pane cum amigdalis, & in solo pane, &c. t.6.à r.115. usque ad ref.124. inclusivè & p.264. usque ad p.272

* Vide verb. *Bulla Cruciatæ. Stomachus. Vigilia. Votum.*

Collatio Ordinum.

* Vide verb. *Clausula. Ordinis Sacram.*

Collega.

Collega, qui in aliquo Collegio, vel universitate alitur eo fine, ut studeat, & postea Reipublicæ prosit, si vacet otio, & tempus terat, an peccet mortaliter t.7.r.27. §.5. p.293

Comburere.

Si comburatur culpabiliter Bulla Cruciatæ an adhuc valeat? t.3.r.8.§.1. & seqq.p.70

Et quid, si inculpabiliter Bulla comburatur? t.3,r.10. §.3. p.71

Comedere.

* Vide verb. *Butyrum. Carnes. Collatio serotina. Dat. Lacticinia. Lardum. Licentia. Nox. Ova.*

Comitissa.

Comitissa, quæ mortuo marito nullo modo habet vassallos sumens Bullam Cruciatæ an teneatur solvere tarenos decem? Et quid si remansisset usufructuaria. t.3. r.4. §.2. p.68

Commissarius Cruciatæ.

Commissarius Cruciatæ quando dispensat circa horam celebrandi in Oratorio privato, quid concedat? t.2. r.47. §.1. & 2. p.57

Commissarius Cruciatæ an possit dare licentiam audiendi Missam, & celebrandi in Oratorio privato? t.2. r.49. §.1. & 2. p.58

Commissarius Cruciatæ potest dispensare in aliquibus irregularitatibus: & aliæ verò excipiuntur. t.3. r.134. §.1. p.122

In irregularitate contracta ex delicto? t.3.r.135.§.1. pag. 123

In irregularitate provenientе ex homicidio casuali, licèt publicâ, & ex injusta mutilatione membrorum? t.3. r.136. §.1. ibid.

In irregularitate contracta propter simoniam? t.3. r.137. §.1. ibid.

In irregularitate propter hæresim incursa. t.3.r.138. §.1. ibid.

In irregularitate propter malam susceptionem Ordinum, quia suscipiens erat excommunicatus, suspensus, &c. t.3.r.139.§.1.p.124

Sed in qua irregularitate bigamiæ? ibid. §.3. & seq.

Commissarius Cruciatæ an possit dispensari in aliquo impedimento matrimonii? t.3.r.140.§.1.ibid.

Et an ille primus gradus, in quo Commissarius Cruciatæ dispensat, intelligendus sit in utraque linea transversali & recta? t.3. r.141.§.1.p.124

Commissa

Commissarius non potest dispensare, si denunciationes, pro matrimonio contrahendo culpabiliter sint amissæ, quamvis matrimonium sit contractum ante Parochum & testes. ibid. §.2
Ut Commissarius possit dispensare, quando dicitur impedimentum occultum. t.3.r.142.§.1.& seqq. ibidem.
Commissarius Cruciatæ quando dispensat in impedimento matrimonii occulto, an opus sit, ut qui ignoravit impedimentum certior de illo efficiatur. t.3.r.143.§.1. p.125

Commodatum.

Commodatum accipiens, si illud in extrema necessitate consumpsit, an teneatur restituere. t.7. r.54. §.1. p.306

Commorantes.

Commorantes in domo sæcularis habentis Oratorium privatum, an gaudeant privilegio ibi audiendi Missam, si suis expensis vivant. t.2.r.41.§.1.p.52
Commorantes Regulares in domibus sæcularium Mediolanensium in primis quatuor diebus Quadragesimæ non tenentur ad jejunia, imo possunt concedere omnes, & secus si in suis Monasteriis commorantur. t.6. r.41. §.3. p.222
Et quid observare teneantur Regulares commorantes in diebus Rogationum in dictis domibus sæcularium Mediolanensium: & quid, si in suis Monasteriis. ibid.

Communicatio.

Sub communicatione generali privilegiorum Mendicantium an uniant communicata Altaria privilegiata Regularium. t.1. r.27. §.1. & 2. p.19
Communicatio in Jubilæis, & Indulgentiis quomodo detur inter Regulares, & eorum Ecclesias, sive ejusdem, sive diversi sint Ordinis? t.1.r.28.§.2. ibidem.

Communio Sacra. Communicare, &c.

Communio sacrilega an sufficiat ad consequendum, & obtinendum Jubilæum, vel indulgentiam pro defunctis? t.1.r.5. §.4. p.5
Ad communionis præceptum in Paschate adimplendum si quis Ecclesiam non possit adire, ut habet Oratorium privatum in domo, & Bullam Cruciatæ, & petitâ à Parocho licentiâ, & injustè negatâ an virtute Cruciatæ possit sumere Eucharistiam in dicto Oratorio, & adimplere præceptum Ecclesiæ. t.2.r.58.§.4. p.64
Communionem pro lucrando Jubilæo an possit Confessarius ex justis causis commutare ultra tempus præscriptum in Jubilæo, per aliquas hebdomadas? t.4.r.26.§.3. p.153
Ubi duo casus assignantur pro praxi.
Qui communicare non potest tempore Jubilæi, an egeat commutatione in aliquod aliud opus pium? t.4.r.31.§.1. p.155
Si in Jubilæo dicatur tantum quod communio efficiatur die Dominica, an quis satisfaciat communicando alia die hebdomadæ? t.4.r.52.§.1. p.165
Communio puerorum ob defectum ætatis an sit commutanda in aliud opus pium, ut possit lucrari Jubilæum, vel sufficiat communicare spiritualiter. ibid. §.2. & in resi.54. in fin. p.167
Idem est de infirmis, patientibus tussim, vomitum, vel quid simile, & de illo, qui inadvertenter die designato communionis, bibit, & ita in similibus. t.4.r.52.§.2. p.165
Communio facta in peccato mortali an sufficiat ad lucrandum Jubilæum? ibid. §.1
Et quid, si in ultima Jubilæi periodo per actum contritionis sit in gratia? t.4.r.53.§.2. ibid.
An veto debeat iterum confiteri, & Eucharistiam sumere in gratia. t.4.r.54.§.4. p.166
Communio, quæ præcedat tempus Indulgentiæ; an sufficiat ad lucrandum illam. ibid. §.5.
Communio unica an sufficiat, quando plures Indulgentiæ eadem die diversis Ecclesiis concessæ sint, quarum quælibet communionem præcipit? ibid.
Et quid, si Indulgentia non eadem die, sed sequenti, vel intra debitam distantiam occurrerit? ibid.
Communionem in peccato Sacerdos pluribus ministrans, an unum peccatum committat, an vero plura? t.6. r.126. §.4. p.274
* Vide verb. *Anima. Eucharistia. Puer. Scandalum.*

Communis necessitas.

* Vide verb. *Necessitas.*

Commutare. Commutatio, &c.

Commutatio jejuniorum pro lucrando Jubilæo, an ex justa causa fieri possit v.g. feria quinta? t.4. r.25.§.1. p.152
Commutandi opera Jubilæi potestas an ita se extendat ad præterita, ut possit Confessarius electus cõmutare omnia, & singula opera omissa? ibid. §.2
Et quid, si ex malitia pœnitens omisit opera præscripta in Jubilæo, an ultimo die possint à Confessario dicta opera commutari? t.4.r.26.§.1. ibid.
Commutatione an egeat tempore Jubilæi pauper, qui non potest ad lucrandam Indulgentiam eleemosynam præbere? t.4. r.31. §.2. p.155
Idem est de illo, qui non potest jejunare, visitare Ecclesias, communicare, &c. ibid. §.1
Commutatio voti emissi post transactum tempus Jubilæi, an possit fieri à Confessario ejus, cui ipse ex justa causa distulit absolutionem post tempus elapsum Jubilæi? t.4. r.41. §.1. & 2. p.159
Qui commutationem alicujus voti voluntariè, vel ex oblivione tempore Jubilæi non petiit, an possit inde transacto Jubilæo etiam post multos annos eandem commutationem obtinere, si Jubilæum consequutus fuisset? t.4. r.58. & 59. p.169
Commutandum est in alia opera pia jejunium, &c. dubitantis an debeat, vel possit jejunare, &c. t.6. r.3. §.1. p.202
Commutare an possit Confessarius virtute Cruciatæ jejunia ex voto, sicut jejunia à Confessario imposita quilibet alius Confessarius? ibid. §.3
Commutare pœnitentiam erogandi eleemosynam non potest Confessarius per solam applicationem ad ipsummet pœnitentem tanquam ad pauperem? t.7. r.43. §.1. p.298
* Vide verb. *Votum*, & verba ejus notationis. *Communio. Confessarius. Eleemosyna. Iuramentum. Materia. Metus. Oblitus. Opus pium. Malitia. Peregrinatio. Perseverare. Privilegium. Redire. Virginitas. Visitare.*
* In indice primo posito in principio hujus tom. in t.3. *de Bulla Cruciatæ*, sunt multæ difficultates super his verbis *Commutare. Commutatio, &c.* signanter à r.69. usque ad r.122. ubi quam plurimas, sed omnes consequutivas quæstiones invenies.

Compositionis Bulla.

Compositionis Bulla an possint uti, qui vinum vendunt aqua mixtum, vel cum falsa mensura in tali loco, vel aliquam aliam rem? Quæ quidem quæstio deserviet pro macellariis, pistoribus, cauponibus, tabernariis, dulciatoribus, & aliis similibus. t.3. r.172. & 173. p.137. & seq.
Compositione facta bonorum incertorum per Bullam Compositionis, comparente verò domino, an teneatur qui se composuit ad restitutionem? t.3. r.174. §.1. p.138
Compositionis Bullam an possit Episcopus concedere pro sua tantùm Diœcesi? ibid. §.3
Compositionis locus an sit in casu, quo creditor ita absens

absens sit, ut nequeas illi debitum persolvere, &c. t. 3. r. 175. §. 4. p. 139

* Vide verb. *Infirmus.*

Compressio.

* Vide verb. *Agnus Dei.*

Computandum.

* Vide verb. *Annus.*

Concedere. Concessio.

Concessio Indulgentiarum per modum Iubilæi an habeat annexam facultatem eligendi Confessarium? t. 5. r. 5. §. 1. p. 179

* Vide verb. *Causa. Commissarius Cruciatæ. Ecclesia. Mensura. Pœna. Privilegium.*

Concilium.

Concilium generale non habet potestatem concedendi Indulgentias. t. 5. r. 41. §. 3. p. 200

In Concilio Provinciali legem latam an possit Episcopus abrogare? Et an saltem in ea dispensare? t. 6. r. 69. §. 4. p. 238

Concio.

* Vide verb. *Bulla Cœnæ.*

Conditio.

Conditiones, quæ communiter apponuntur in licentiis, in Brevibus Oratorii privati, exponuntur. t. 2. r. 1. §. 1. p. 27

* Vide verb. *Conditionale. Consecratio Episcopi. Opinio. Conditionale.*

Conditionalia vota, vel juramenta Castitatis, vel Religionis an possint commutari per Cruciatam? Et non solum ante, sed post impletam conditionem? t. 3. r. 89. 90. & 91. p. 105. & 106

Conductum.

Conductum accipiens, si illud in extrema necessitate consumpsit, an teneatur restituere? t. 7. r. 54. §. 1. p. 306

Confessarius. Confessor.

* Super his verbis in indice primo posito in principio hujus tom. tract. 3. *de Bulla Cruciatæ*, totus est plenus quæstionibus mixti pro Confessariis, & Bulla Cruciatæ: ideo ibi invenies, quidquid vigore Bullæ Cruciatæ potest Confessarius. *Absolvere, Dispensare, Commutare*, aut *Relaxare*, & aliquid etiam pro Confessariis Regularibus.

Eadem est ratio in dicto indice primo pro tract. 4. de *Iubilæo.*

Ad Confessarium electum per Bullam Cruciatæ an possit recurrere pro dispensatione, vel commutatione dubitans, an debeat, vel possit jejunare, &c. t. 6. r. 4. §. 2. p. 203

Confessarius licèt ex actu confessionis prævideat sequuturam pollutionem, vacat culpa, si præter intentionem ejus pollutio sequatur: secus autem si sit prius ab eo intentata, & audiat confessiones in eum finem, ut sibi pollutio eveniat. tr. 6. r. 18. §. 2. p. 210

Confessarius, an teneatur ad jejunium? ubi distinguitur. t. 6. r. 24. §. 4. p. 214

Si Confessarius imponit jejunium pro pœnitentia sacramentali, semper tale jejunium intelligitur Monasticum quoad Regulares, & quoad sæculares Ecclesiasticum, nisi Confessarius contrarium explicet. t. 6. r. 60. §. 2. p. 232

Confessarius accipiens plurium confessiones successivè in peccato mortali, an unum peccatum tantum committat, an vero plura? t. 6. r. 126. §. 4. pag. 274

Confessarii, qui tenentur distribuere aliquam pecuniarum summam inter pauperes, an teneantur eligere pauperiores? t. 7. r. 61. §. 1. & 2. p. 309

Et quid, si Confessario in testamento relinquitur, ut pauperioribus detur eleemosyna, an obligetur Confessarius ad restitutionem, si inter pauperes tantum illam distribuat. ibid. §. 4

Confessarius, qui incipit audire confessiones alicujus in peccato mortali, si ante absolutionem conteratur, an sit liber à mortali peccato? t. 8. r. 41. à principio, p. 340

* Vide verb. *Commutatio. Concessio. Confessio. Episcopus. Inquisitio. Monialis. Regulares. Restituere.*

Confessio. Confiteri, &c.

Si confiteri quis incipiat in fine anni, quo spirat Bulla Cruciatæ, & ob justas causas non potuit confessionem finire, an possit Confessarius transacto anno virtute præcedentis Bullæ illum absolvere? t. 3. r. 15. §. 1. & 2. p. 72

Idem est, si aliquis haberet licentiam confitendi ad tempus, quòd potest transacto prosequi confessionem ante cœptam. ibid. §. 2

Qui confessionem invalidam, & irritam fecit, & obtinuit absolutionem à reservatis per Cruciatam, vel Jubilæum, an dicta peccata non sint amplius reservata, ita ut postea possit à quocumque Confessario absolvi. t. 3. r. 50. §. 1. p. 89

Idem est, si Prælatus, tribuat facultatem in aliqua festivitate absolvendi à reservatis, & tunc Religiones efficeret confessionem irritam, & invalidam, si peccata reservata confertur. ibid. §. 3. p. 90

Et idem est, si quis fictè & sine contritione confitetur casus Episcopales. ibid.

Et quid de peccatis reservatis, & oblitis in supradictis confessionibus factis invalidè & irritè? t. 3. r. 51. §. 1. ibid.

Qui confitetur per Cruciatam, nullam faciens mentionem reservatorum tam ex parte sui quàm Confessarii, an adhuc desinat reservatio? t. 3. r. 52. & 53. p. 90. & 91

Idem est pro Jubilæo. t. 3. r. 52. §. 3. p. 91

Si confessionem quis incipiat ante annum publicationis Bullæ Cruciatæ elapsum, & objustas causas non perficiat, an possit absolvi à peccatis reservatis commissis post annum publicationis, si adhuc non perfecit confessionem? t. 3. r. 54. §. 1. & seqq. p. 92

Et quid de commissis ante annum publicationis elapsum, sed per confessionem supradictam inceptam. ibid. §. 9. p. 93

In confessione sacramentali an debeat fieri commutatio voti per Cruciatam? t. 3. r. 69. §. 1. p. 100

Idem est, si facta sit commutatio voti per Jubilæum, vel per privilegia Regularium. ibid. §. 3. p. 101

Confiteri an quis teneatur ad lucrandas Indulgentias Bullæ Cruciatæ, si non habet mortalia, sed tantum venialia peccata? t. 3. r. 146. §. 1. p. 125

Confessionem nisi de mortalibus Ecclesia non consuevit præcipere. ibid. §. 2. p. 126

Confessum fuisse in Quadragesima præterita an sufficiat ad lucrandas Indulgentias Bullæ Cruciatæ, & habeat propositum confitendi in Quadragesima futura? t. 3. r. 147. §. 1. & seqq. ibid.

Ad confessiones audiendas in sua parochia an possit Parochus dare licentiam ei, qui antea erat Parochus. t. 4. r. 2. §. 1. p. 142

Et an etiam Sacerdoti approbato ab Episcopo alterius Diœcesis secluſa prohibitione proprii Ordinarii? t. 4. r. 3. §. 2. p. 143

Ne confessiones sæcularium audiat Religiosus per sententiam privatus à suo Prælato, si ab Episcopo sit approbatus, an sit eligibilis per Iubilæum vel Cruciatam in Confessarium à sæcularibus? t. 4. r. 5. §. 1. ibid.

Et quid in dicto casu absque facultate Jubilæi, vel Cruciatæ? ibid.

Confiteri an quis possit tempore Jubilæi cum uno Confessario,

fessario & postea, vel antea ab altero possit petere commutationem votorum? t.4. r.23. §.1. p.151
Si confitetur pœnitens die Sabbathi pro lucrando Jubilæo, an possit Confessarius ei differre absolutionem ultra tempus in Bulla statutum ex justis causis per aliquas hebdomadas? t.4. r.26. §.3. p.153
Ubi duo casus pro praxi.
Qui confitetur die Dominico an satisfaciat Jubilæo? t.4. r.39. §.1. & seqq. p.158
Ad confitendum quis accessit die Sabbathi Jubilæi, sed Confessarius distulit confessionem ob angustiam temporis post transactum Jubilæum, an possit absolvi à casibus reservatis commissis post tempus elapsum Jubilæi? t.4. r.40. §.1. & seqq. ibid.
Idem est si nova vota emittat. t.4. r.41. §.2. p.159
Et quid de casibus reservatis commissis, & votis emissis intra tempus Jubilæi, si confessio finiatur post tempus Jubilæi elapsum. t.4. r.42. §.3. p.159
Confessio informis an sufficiat ad lucrandum Jubilæum, & indulgentias? Et an possit dari confessio informis: Et quando confessio dicatur informis, & quando invalida? t.4. r.43. §.1. & seqq. p.160
Et in confessione informi, vel invalida quo modo in utraque se gerere debeat Confessarius? ibid. §.2
Per confessionem sacrilegam non lucratur Jubilæum. t.4. r.44. §.7. p.161
Si quis confiteatur intra tẽpus Jubilæi, & ante consequutioné Indulgentiæ incidat in aliud peccatum, an teneatur iterum confiteri? t.4. r.45. §.1. p.162
Et quid, si oblitus est alicujus peccati, & recordatur illius intra tempus Jubilæi, & indulgentiarum? ibid. §.2
Idem est, si ex causa inculpatè omittit peccatum aliquod in confessione. ibid.
In confessione Jubilæi quis non manifestavit peccatum reservatum ne manifestaretur complex, vel ex alia justa causa, an transacto Jubilæo possit à quocumque Confessario absolutionem obtinere? t.4. r.46. §.5. p.162
Si confessio requiritur pro lucrando Jubilæo, an confitenda sint peccata venialia? t.4. r.47. §.1. p.163
Confiteri sub mortali in Quadragesima pro præcepto Ecclesiæ an teneatur qui caret mortalibus, & venialia tantùm habet. ibid. §.4
Si in Bulla Jubilæi vel indulgentiæ dicitur omnibus, verè pœnitentibus & confessis, vel omnibus contritis & confessis &c. ad lucrandum Jubilæum, & indulgentiam an sufficiat vera & perfecta contritio cum confessione in voto? t.4. r.48. §.2. ibid.
Confessio an sit præmittenda, quando in Jubilæo, vel indulgentia exigitur? vel satis sit, ut postponatur, dummodo sit intra tempus Jubilæi? ibid. §.3
Et quid est dicendum de Jubilæo anni Sancti? ibid.
Confiteri bis an teneatur, qui vult lucrari duo Jubilæa, quando occurrunt duobus diebus immediatis, quorum quilibet requirit confessionem? t.4. r.51. §.1. p.164
Qui confessionem sacrilegam fecit, an lucretur Jubilæum, si in ultima Jubilæi periodo per actum contritionis sit in gratia? t.4. r.53. §.1. p.165
An vero teneatur iterum validè confiteri. t.4. r.54. §.2. p.166
Confessio unica an sufficiat quando plures indulgentiæ eadem die diversis Ecclesiis concessæ sunt, quarum quælibet confessionem requirit? ibid. §.5
Idem est, si non eadem die, sed sequenti, vel intra debitam distantiam indulgentia occurrerit. ibid.
Quis confitetur & absolvitur virtute Jubilæi, quod intendebat lucrari, si postea illud non lucratur, an peccata reservata oblita possit postea confiteri cuicumque Confessario? t.4. r.61. §.1. p.170
Si quis confitetur animo lucrandi Jubilæum, & absolvitur à peccatis reservatis, & excommunicationibus, & postea illud non lucratur, reservatio, & excommunicatio illa iterum non redit, nec revivisc. ibid. §.2
Nec potest qui confitetur virtute Jubilæi absolvi à peccatis reservatis & censuris eo animo, ut Jubilæum lucretur. ibid. §.3
Qui non est confessus tempore Jubilæi, quia mortalia non habebat, an iste talis possit absolvi post transactum Jubilæum à peccatis reservatis? t.4. r.62. §.4. p.171
* Vide verb. *Moniales. Novitius. Puer. Regulares. Satisfacere. Scandalum.*

Confirmationis Sacram.

Confirmationis administratio an possit simplici Sacerdoti committi? t.8. r.32. §.1. p.333
Et si committatur sine justa causa an talis commissio non solum sit illicita, sed invalida; ibidem §.3. p.334
Confirmationis Minister ordinarius est Episcopus. ibid. §.1. p.333
Confirmationis administratio solius Pontificis authoritate simplici Sacerdoti delegari potest. ibid. §.2
Et utrum delegatus à Pontifice subdelegare possit? t.6. r.33. §. *An vero.* p.334
Confirmationis Sacramentum debet suscipi ante Ordines. t.8. r.46. §.1. p.343
Idem est de Episcopo ante ejus consecrationem. ibid.
Et quid, si secus faciat? ibid.
Non confirmatus Episcopus an validè ministret Sacramentum Confirmationis? ibidem §. *Sed hic* pag. 344
Non confirmatus baptizatus, si alium suscipiat in Confirmatione, an contrahat spiritualem cognationem? ibid. ad medium §.1
Confirmationis Sacramentum quo in loco debet ministrari? t.8. r.81. in initio. p.376
Confirmationem an liceat ministrare in Oratorio privato Episcopi? ibid.
In Confirmationis administratione unctio Chrismalis fieri debet cum pollice Episcopi? t.8. r.82. §.1. pag. 377
Et quid, si cum indice? ibid. & in r.60. §.1. p.361
Et quid etiam, si cum aliquo instrumento? t.8. r.82. §. *Verum.* p.377
Confirmationis materia est Chrisma, sive oleum mixtum cum balsamo. t.8. r.84. §.1. p.379
Confirmatio an sit iteranda in eo, qui cum solo oleo uncius est? ibid. §.10. p.381
Et quid, si unctio fiat cum oleo & balsamo adulterino? t.8. r.85. §.1. ibid.
Confirmatio an ministrari possit cum solo oleo benedicto propter carentiam balsami? t.8. r.86. §.1. pag. 383
Confirmationis an ea sit necessitas, ut in aliquo casu liceat se exponere periculo nulliter ministrandi? ibid. §.5
Confirmationem ministrare cum Chrismate veteris anni quale peccatum sit. t.8. r.87. §.2. ibid.
* Vide verb. *Mitra.*

Conjux.

Conjugis votum Castitatis, vel Religionis sine licentia mariti emissum potest commutari, vel dispensari per Cruciatam, Jubilæum, vel Episcopum. t.3. r.106. §.1. p.110
Conjugis tale votum potest maritus irritare. ibid.
Conjux, qui adstrictus voto castitatis transiit ad nuptias, & per Cruciatam, vel Episcopum dispensatus est, ut possit petere debitum, si alter conjux moritur, tota obligatio voti reviviscit, ideo tunc tenetur servare castitatem. t.3. r.107. §.1. & seqq. ibid.

Index

* Vide Verb. *Debitum conjugale. Matrimonium. Vxor.*

Consanguineus.

Consanguinei quinam intelligantur, ut possint in Oratorio privato cum privilegiato audire Missam, & etiam virtute Cruciatæ ? t. 2. r. 53. §. 1. p. 61

Consecrare. Consecratum.

Qui consecratas multas formulas excedentes parvitatem materiæ in aliqua vigilia sumeret, an frangeret jejunium ? t. 6. r. 94. §. 1. & seqq. p. 252

Et quid, si consecraret panem excedentem dictam parvitatem materiæ, & illum sumeret ? ibid.

Consecratio Ecclesiæ.

Si in consecratione Ecclesiæ plures Episcopi concurrunt, non potest nisi unus indulgentiam unius anni concedere. r. 5. r. 29. §. 3. p. 194

Consecratio Episcopi.

Consecrationis Episcopalis cæremoniæ enarrantur. t. 8. r. 12. §. 1. & seqq. p. 320

Consecrationis Episcopalis materia & forma. t. 8. à Res. 12. usque ad Res. 19 inclusivè ibid.

Consecratio Episcopalis an imprimat characterem distinctum à Sacerdotali ? t. 8. r. 20. & 21. p. 324

Consecrationis Episcopalis effectus. t. 8. r. 23. §. 1. & seqq. p. 327

Consecratio Episcopalis an præcisè, & de jure divino à tribus Episcopis sit facienda ? t. 8. r. 27. 28. & 29. p. 330. & seqq.

Et an super hoc numero Papa ex justa causa dispensare possit ? t. 8. r. 30. §. 1. p. 332

Et an de facto dispensaverit ? t. 8. r. 31. §. 1. p. 333

Et quid, si dispensasset absque causa ? t. 8. r. 32. §. 1. seq. ibid.

Consecratio Episcopalis an à pluribus quam tribus fieri possit ? t. 8. r. 34. §. 1. p. 334

Consecratio an fieri debeat ex consensu Archiepiscopi vel Patriarchæ ? t. 8. r. 35. §. 1. & seq. p. 335

Ad consecrationem Episcopi validè ministrandam quæ intentio in consecratoribus requiratur ? t. 8. r. 37. §. 1. & seq. p. 336

Consecratio Episcopi requirit statum gratiæ tam in ministrante, quam in suscipiente. t. 8. r. 40. §. 1. p. 340. & r. 52. §. 1. p. 352

In eadem die consecrationis suæ an Episcopus possit conferre Ordines ? t. 8. r. 44. §. 1. p. 342

Consecratio Episcopi an sit valida, si aliquis ex tribus Episcopis non imponeret manus super caput consecrandi, vel non proferret verba & formam. *Accipe Spiritum sanctum.* t. 8. r. 45. §. 1. ibid.

Et an consecret Episcopum quilibet Episcoporum manus imponentium, & Evangelii codici tenentium ? ibid. in initio.

Consecratio administrata cum opinione probabili an sit iteranda cum conditione. t. 8. r. 47. §. 1. p. 344

Consecratio infantis in Episcopum an sit valida ? t. 6. r. 48. §. 1. p. 347

Consecratio Episcopalis quam requirat ætatem ? t. 8. r. 49. §. 1. & seqq. p. 349

Consecratio Episcopalis an sit iteranda, si aliquid in ea fuerit omissum, vel omissio dumtaxat supplenda. t. 8. r. 50. §. 1. & 2. p. 350

Consecratio Episcopi inducit matrimonium spirituale inter ipsum & Ecclesiam ? t. 8. r. 51. §. 1. p. 351

Consecratio Episcopalis necessario præsupponit ordinem sacerdotalem. t. 8. r. 53. §. 5. p. 352

Consecrationis Episcopalis quinam sint incapaces ? t. 8. r. 54. §. 1. & 2. p. 353

Consecratio intra quod tempus debet fieri post electionem, & confirmationem ? t. 8. r. 55. §. 1. p. 354

Consecrationis neglectæ pœna quænam sit, & an requiratur ad eam sententia declaratoria ? t. 8. r. 56. §. 1. & seq. p. 356

Consecrationem præcedit juramentum fidelitatis, & & professio fidei. t. 8. r. 57. §. 1. p. 357

Consecratio an possit aliquando administrari post Bullas expeditas quidem, sed nondum receptas ? t. 8. r. 58. & 59. p. 358 & seq.

Consecratio facta ab Episcopo excommunicato an sit valida ? t. 8. r. 61. §. 2. p. 361

Consecratio Episcopi quo die fieri debeat ? t. 8. r. 62. §. 1. p. 362

Et cur in die Dominico ? ibid. §. 2

Et cur non ministretur die Sabbathi sicut cæteri Ordines ? t. 8. r. 63. §. 1. ibid.

Consecratio Episcopi quo in loco, & qua hora celebranda ? t. 8. r. 64. §. 1. ibid.

Consecrari in Episcopum in eadem die an possit qui ordinatur Sacerdos ex dispensatione die Dominico ? t. 8. r. 65. §. 1. & seqq. p. 363

Quando quis ordinaretur Sacerdos in die Sabbathi an possit consecrari in Episcopum immediatè in die Dominico jejunio continuato ? t. 8. r. 66. §. 1. ibid.

Consecratio, in qua unctionis & traditionis libri Evangiliorum ordo prævertitur, an sit valida ? t. 8. r. 69. §. 1. pag. 366

Consecratio Episcopi in qua aliquis ritus omittitur, valida est, & quale sit peccatum omittere ? t. 8. r. 70. §. 1. ibid.

Consecratio quam potestatem Episcopo confert : t. 8. r. 74. §. 1. p. 370

Consecratio an requiratur in Episcopo, ut possit concedere indulgentias ? ibidem §. 1. ad medium, & melius in Res. 103. ubi latè. p. 394

Consecratio Episcopalis an sit major ordinatione Sacerdotali ? t. 8. r. 76. §. 1. & seqq. p. 372

Consecratio Episcopi titularis an sit valida absque assignatione civitatis ? t. 8. resol. 77. §. 1. & seqq. pag. 373

Consecrationis Episcopalis ritus in Ecclesia Græca & an differant à Latina ? t. 8. r. 78. §. 1. p. 374

Consecratio Apostolorum in Episcopos quo tempore à Christo Domino facta sit ? t. 8. r. 80. §. 1. & seqq. pag. 375

Consecratio Episcopalis an possit fieri in Oratorio privato Cardinalis Episcopi ? t. 8. r. 81. §. 1. p. 376

Consecratio an tribuat potestatem Episcopo creandi Doctores ? t. 8. r. 95. §. 1. & seqq. p. 390

Consecratio an obliget Episcopum ex aliquo voto ad status firmitatem ? t. 8. r. 96. §. 1. p. 391

Consecratio Episcopi an inducat circunstantiam necessario in confessione explicandam ? t. 8. res. 98. §. 1. p. 392

Consecratio Episcopi an possit fieri tempore interdicti ? t. 8. r. 100. & 101. p. 393 & seq.

Consecratio Episcopi, quæ privilegia ei conferat ? t. 8. à Res. 102. usque ad Res. 105. inclusivè. p. 394. & seqq.

Consecratio Episcopalis an liberet Regularem à voto paupertatis ? t. 8. r. 106. §. 1. p. 397

Si consecratur Episcopus ante ætatem triginta annorum an incurrat suspensionem, vel irregularitatem ? t. 8. r. 108. §. 1. p. 399

Consecratio Episcopi suscepta per saltum an inducat irregularitatem, & suspensionem ? t. 8. r. 109. §. 1. p. 400

Consecrationi rectè præmittitur processus de vita, & moribus consecrandi. t. 8. r. 110. §. 1. ibid.

Consecratio facta per Angelum an sit valida ? t. 8. r. 111. §. 1. ibid. *

Consecrationis Episcopalis mystica descriptio, t. 8. à res. 113. usque ad res. 125. inclusivè pag. 404. & seqq. * Vide

Rerum Notabilium.

* Vide verb. *Angelus. Character. Episcopus. Minister. Privilegium.*

Consiliarius.

Consiliarii Hispani an teneantur ad jejunium? t.6. r.27. §.1. & seqq. p.216

Consuetudo.

Neque de consuetudine, neque de jure ova, & lacticinia extra Quadragesimam interdicuntur. t.3. r.167. §.3. p.135

Consuetudo an adduci possit, ut in jejuniis Jubilæi extra Quadragesimam non comedantur ova, & lacticinia? t.4. r.27. §.1. p.153

Idem est de jejuniis ex voto, & pœnitentia à Confessario injuncta. t.6. r.55. p.229

Et in dubio de supradicta consuetudine, quid est agendum? t.4. r.27. p.3. p.153

Per consuetudinem præscriptam an Prælati inferiores Episcopo habentes etiam jurisdictionem Episcopalem, vel Capitulum, Sede vacante possint acquirere potestatem concedendi Indulgentias? t.5.r.41. §.1. & seq. p.200

Et quid de Concilio Generali? ibid.

Per consuetudinem laici non possunt acquirere jurisdictionem Ecclesiasticam ordinariam. Sed quid de delegata? t.6. r.4. §.1. & seqq. p.203

Ex consuetudine saltem in Vigilia Pentecostes an sit jejunandum? t.6. r.38. §.1. p.219

Consuetudinibus, & præceptis illius loci an ligentur Prælati, Prætores, Gubernatores, Præfecti, Scholares, Castellani, Milites, advenæ, peregrini, hospites, extranei, famuli ad tempus, servientes, & alii similes, qui omnes ad patriam redire semper cogitant, vel secluso scandalo non teneantur ad jejunia, Festa colenda, Missam audiendam ex consuetudine illius loci, in quo reperiuntur? t.6. r.39. §.1. pag.220

Et supradictas personas, consuetudines, leges, & præcepta loci non observantes an Episcopus possit punire. t.6. r.46. §.1. & seq. p.223

Si consuetudine generali in aliqua civitate, vel loco recepta sint nonnulla jejunia, an ea quoque obligent Regulares? t.6. r.40. in fine. §.1. & seqq. pag.221

Saltem ex consuetudine ova, & lacticinia sunt prohibita in jejuniis extra Quadragesimam? t.6. r.51. §.2. p.226

Et quid in dubio de tali consuetudine. ibid. §.3

Saltem ex consuetudine, si non ex jure positivo, ova, & lacticinia sint prohibita in Quadragesima? t.6. r.52. §.3. ibid.

Et quid, si consuetudo in aliqua Provincia esset in contrarium? t.6. r.53. §.1. p.227

Consuetudo an sit in Religionibus non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima, ita ut obliget ad mortale? Sed adducitur quædam Bulla Leonis X. in qua concedit Regularibus, & eorum familiaribus comedere ova, & lacticinia in Quadragesima, & aliis diebus quomodolibet prohibitis, etiam ex consuetudine. ibid. §.6. & 7. p.228

Ubi ex consuetudine ova, & lacticinia non comedantur, an peccet contra votum, qui vovit jejunare, si in Quadragesima, vel intra annum sine Bulla comedat illa? t.6. r.55. §.1. & seqq. p.229

Consuetudo an sit in Vigiliis, & jejuniis extra Quadragesimam abstinendi ab ovis, & lacticiniis? t.5. r.58. §.1. & seqq. p.230

Consuetudinem laicorum in jejuniis Clerici, & Religiosi servare non tenentur, nec è contra. ibid. §.2

Si consuetudo universalis obligatoria abstinendi ab ovis, & lacticiniis in jejuniis extra Quadragesimam in aliqua Provincia extaret, an Regulares teneatur illam observare? t.6. r.59. §.1. & seqq. p.231

Consuetudo alicujus loci non obligat Regulares ad jejunia. ibid. §.2

Et quid de consuetudine laicorum observandi aliqua festa. ibid.

Consuetudo laicorum in jejunio, & observatione festorum, &c. an obliget etiam Ecclesiasticos? ibid.

Si consuetudo jejuniorum etiam sit confirmata in Synodo Provinciæ non obligat Regulares? ibid. §.3

Ubi consuetudo est in contrarium, an liceat pueris ante septennium expletum ministrare carnes in diebus jejunii, & ab Ecclesia prohibitis? t.6. r.67. §.2. p.236

Consuetudinis ratione an collatio serotina in Vigilia Nativitatis Domini sit sumenda in magna quantitate? Et an hæc consuetudo vigeat inter Regulares? t.6. r.113. §.1. & seqq. p.263

Consuetudo an possit introducere, ne redditus superfluos Ecclesiastici expendant in usus non pios? t.7. r.20. §.1. & seqq. p.286

Consuetudo, ut Episcopus consecret panem, & vinum cum Episcopo illum consecrante, & Sacerdotes cum Episcopo illos ordinante, an sit laudabilis. t.8. r.91. §.1. p.387

* Vide verb. *Beneficiarius. Collatio serotina. Dies. Dubium. Mediolanensis. Oratorium. Vigilia.*

Contactus.

Contactus physicus instrumentorum in Sacram. Ordinis an sit de necessitate Sacramenti? t.8. r.19. §. ult. p.324

Contritio.

Qui per contritionis actum est in gratia in ultima Jubilæi periodo, quamvis susceperit Eucharistiam in peccato, & fecerit confessionem sacrilegam, an lucretur Jubilæum. t.4. r.53. §.1. & seq. p.165

An verò debeat iterum valide confiteri, & Eucharistiam in gratia sumere? tract.4. resol.54. §.2. pag.166

Creditor.

Si creditor, pater, vel mater debitoris sint in extrema necessitate, an debitor possit illis subvenire relinquendo creditorem? t.7. r.46. §.1. & seqq. p.300

Et an idem sit de uxore, filiis, & etiam de fratre debitoris. ibid.

Et an idem de amico? t.7. r.48. §.4. p.304

Quando creditor, & debitor sunt in extrema necessitate an debitor teneatur solvere? t.7. r.47. §.1. & seq. p.301

Idem est de depósito & mutuo. ibid. §.3

* Vide verb. *Compositionis Bulla. Depositum.*

Cubiculum.

* Vide verb. *Episcopus. Regulares.*

Curatores.

Curatores an possint facere eleemosynam de bonis pupillorum, & ipsi pupilli consentire teneantur? Idem est de donationibus. t.7. r.37. §.1. p.297

* Vide verb. *Pupillus.*

D

Debiles. Debilitas.

* Vide verb. *Caput. Stomachus.*

Debitor. Debitum.

OB Debitoris gravem necessitatem potest differri restitutio, quandiu necessitas durat. t.7. r.48. §.5. p.302

* Vide verb. *Compositionis Bulla. Creditor. Depositum.*

Debitum conjugale.

Ut Debitum petere possit adstrictus voto castitatis, si ad nuptias transiit, an possit per Cruciatam tale votum commutari. t.3. r.107. §.1. & seqq. p.110

Debitum tenetur reddere, qui votum castitatis ante vel post consummationem matrimonii de licentia alterius conjungis fecit, non autem potest petere. t. 3. r. 110. §. 3. p. 111

Et quid est agendum, quando uterque castitatem vovit sine licentia alterius conjugis? ibid.

Et quid, quando uterque continentiam voverunt per modum contractus, & reciprocæ conventionis? ibid. §. 3

Et si in isto casu, qui ita voverunt, remitterent sibi adinvicem renunciationem illam juris petendi & reddendi debitum, licèt remissio sit sacrilega contra votum, an esset tamen valida, & teneretur uterque reddere debitum alteri petenti? ibid. §. 4

Et tunc posset Episcopus, vel Confessarius, virtute Cruciatæ dispensare, ut licitè petant debitum. ibid.

De debito non petendo votum factum ab uno conjuge de licentia alterius an per Cruciatam, vel Episcopum possit commutari vel dispensari, ut possit petere debitum? t. 3. r. 111. §. 1. p. 112

Et quid, si uterque conjux communi consensu vovit non petere, nec reddere debitum. ibid.

Debitum an possit petere, qui contrahit matrimonium post votum suscipiendi Ordines sacros emissum, quamvis peccet contra votum? t. 3. r. 120. §. 1. p. 116

Ad debitum petendum an possint Regulares dispensare extra Sacramentum in absentia, & per scriptum? t. 3. r. 133. §. 2. p. 122

* Vide verb. *Conjux.*

Dedicatio.

* Vide verb. *Consecratio Ecclesiæ. Indulgentia.*

Defatigare.

Qui defatigatur labore aliquo, an excusetur à jejunio quamvis illud in alio die commodè differre queat, etiamsi datâ operâ, ut non jejunet, hoc ageret? t. 6. r. 16. §. 1. & seqq. p. 209

* Vide verb. *Defessus.*

Defectus.

Defectus vini, vel cervisiæ, aut alterius potationis communis loco vini nullo modo excusat à jejunio. t. 6. r. 70. §. 5. p. 239

Defessus.

Defessus ex labore sumpto ob recreationem an teneatur jejunare. t. 6. r. 17. §. 1. p. 209

* Vide verb. *Defatigare.*

Defunctus.

Defunctis indulgentia Altaris privilegiati applicanda an habeat ineffabiliter effectum? t. 1. r. 3. §. 1. & seqq. p. 2

Ex defuncti parte an requiratur aliquid, ut indulgentia Altaris privilegiati habeat suum effectum? t. 1. r. 7. §. 1. p. 6

Pro defuncto Sacerdos Missam celebrans majorem gratiam ex sacrificio recipit, quàm si celebraret pro vivo. t. 1. r. 10. §. 3. p. 9

Pro defuncto obligatus ad celebrandum in Altari privilegiato an satisfaciat, si alibi celebret cum calculo liberante animam à purgatorio? t. 1. r. 16. §. 1. & seqq. p. 12

Et quid, si ipsi defuncto applicet indulgentiam plenariam aliunde acquisitam v. g. per visitationem Ecclesiæ, &c. t. 1. r. 18. §. 3. p. 13

Qui lucratur indulgentiam aliquam, an defuncto possit per modum suffragii applicare propriam satisfactionem, quam ex opere operantis inde habet? t. 1. r. 37. §. 2. p. 24

Si in defunctorum omnium octava concedatur Missa in Altari privilegiato, an in Dominica dicenda sit Missa de requiem? t. 1. r. 41. §. 1. p. 26

Idem est quando in Feria 2. signata pro Altari privilegiato incidit Festum duplex. ibid. §. 2. p. 27

Pro defunctis indulgentiæ Bullæ Cruciatæ possunt sumi multoties eodem die. Et etiam indulgentiæ plenariæ quæ vocantur *Stationes* urbis Romæ. t. 3. r. 152. §. 2. p. 127. & r. 153. §. 1. p. 128

Defunctorum Bulla an possit sumi pro duobus, aut pluribus? t. 3. r. 177. §. 1. p. 140

Pro defunctis an lucretur indulgentiam existens in peccato mortali? Idem est si solvens Bullam Cruciatæ pro defuncto existit in mortali peccato. t. 5. r. 36. §. 1. p. 197

Pro defunctis an quis privata authoritate possit suam indulgentiam applicare, sicut potest jejunium, &c. t. 5. r. 37. §. 1. ibid.

Pro defunctis an saltem Regulares possint applicare indulgentiam stante privilegio Leonis X. concesso Minoribus? ibid. §. 2

Pro defunctis indulgentias & privilegia concessa Regularibus, non censentur revocata à Paulo V. t. 5. r. 40. §. 4. p. 200

Ubi aliquæ diversæ indulgentiæ concessæ à Clem. VIII. Calixto III. & aliis Pontificibus proponuntur, quæ non sunt revocatæ à supradicto Paulo V. §. 3. & seqq.

* Vide verb. *Anima. Applicare. Authoritas. Missam celebrare. Papa. Peregrinatio. Sacerdos. Status. Visitatio.*

Degentes

* Vide verb. *Regulares.*

Delegare. Delegatus. &c.

* Vide verb. *Consuetudo. Confirmationis Sacram. Facultas. Indulgentia.*

Denunciationes Matrimonii.

* Vide verb. *Commissarius Bullæ Cruciatæ.*

Depositum.

Depositum habens tenetur reddere creditori, quando uterque sunt in extrema necessitate? t. 7. r. 47. §. 3. p. 301

Deputatio.

Deputatio Oratorii in Monasteriis, & Grangiis Regularium an debeat fieri à Provinciali per se, vel per alios? tr. 2. res. 11. §. 3. p. 33. & res. 16. §. 4. pag. 36

Vel an etiam Prælati Regulares locales possint facere dictam deputationem, & Oratoria approbare. t. 1. r. 12. §. 5. p. 34

In deputatione indulgentiæ secundi Numismatis in locum quem quis amiserit, non est opus quidquam loqui, aut aliud signum externum adhibere. t. 5. r. 28. §. 8. p. 193

Descendere.

Qui descendit mane ex loco, ubi est jejunium, proventurus ad locum, ubi non jejunatur, possit timere jentaculum & comedere in illo loco, ubi jejunium non servatur. t. 6. r. 42. §. 1. & seqq. p. 222

Ubi etiam quamvis nocte sit perventurus iterum ad ipsummet locum, à quo mane exivit, & ubi jejunium servabatur. §. 2

Designatio.

Designatio Oratorii virtute Cruciatæ tempore interdicti an possit fieri à quocumque Ordinario? t. 2. r. 50. §. 1. p. 59

Et an hoc non procedat in designatione Oratorii viri Notabilis, sed talis designatio debet fieri ab Ordinario loci? ibid. §. 3. p. 59

Destructio. Destructum. Destruere.

Si destruatur Ecclesia Superioris authoritate in pœnam delinquentium, an indulgentia illi concessa pereat? t. 5. r. 23. §. 1. p. 189

Destructa Medallia, Rosario, Imagine, Cruce, &c. an pereat indulgentia ipsis concessa? t. 5. r. 25. §. 1. pag. 190

Et quid, si non sit penitus destructa? ibid. §. 2. Et

Et quanta debet esse fractio aut ruptura, ut censeatur petiisse indulgentia. ibid.
* Vide verb. *Diruptio. Ecclesia.*

Determinare.

Determinare an possint laici, & fœminæ Imagines Grana, &c. ut illis applicetur à potente indulgentia? t.5. r.25. §.4. p.190

Dies.

In quibus diebus non sit licitum celebrare in Oratoriis privatis? t.2. r.27. §.1. p.43
Et quomodo sint intelligendi supradicti dies, ibidem §.2
In dictis diebus, in quibus ex indulto Oratorii non potest ibi Missa celebrari, si habeat Bullam Cruciatæ, an possit privilegiatus Oratorii, & quivis alius in dicto Oratorio celebrare, & Missam de præcepto audire? t.2. r.28. §.1. p.44
Dici alicui festo indulgentiæ concessæ an transferantur, si dies festus transferatur? t.8. r.21. §.1. & seqq. pag. 188
An dies jejunii, vel festi sit hodie, dubitans non tenetur jejunare ab operibus servilibus abstinere, nec Missam audire. t.6. r.2. §.2. p.202
Si diebus omnibus mensis, vel anni quis vovit jejunare, an teneatur Dominicis diebus ad jejunium? t.6. r.7. §.2. p.205
Idem est, si vovit abstinere à carnibus, ovis, lacticiniis, aut ab aliquo cibo. ibid.
Diebus festivis Typographi Compositores an possint Caracteres componere? t.6. r.31. §.1. p.217
In diebus prohibitis comedēdi ova an sit licitum comedere panem biscottum in quacumque magna quantitate, lecluſâ consuetudine? t.6. r.38. §.3. p.220
Dies festos indictos ab Episcopo Regulares tenentur observare ex Concilio Tridentino. Et quid de diebus jejunii indictis ab Episcopo? t.6. r.40. §.1. & seq. p.221
Et quid, si dies jejunii indicta sit ab Episcopo in Synodo? t.6. r.41. §.2. p.222
In diebus quatuor primis Quadragesimæ si Cremonenses existunt Mediolani an possint comedere carnes illis diebus? Et postea in diebus Rogationum existentes Cremonæ non teneantur ad jejunia, quæ Mediolanenses observare tenentur illis diebus. Et quid è contra? t.6. r.41. §.3. p.222. & in Ref.48. §.1. pag.224. in tract.3. Ref. 161. §.3. pag. 151
Idem est de Regularibus, si existant in domibus sæcularium Mediolanensium. Et quid quando in supradictis diebus in suis Monasteriis existunt? t.6. r.41. §.3. p.222
In diebus Quadragesimæ Germanus per Italiam transiens an possit comedere ova & lacticinia? t.6. r.48. §.1. p.224
Ubi alii similes casus in exemplum adducuntur.
In diebus Veneris & Sabbathi an prohibita sint ova & lacticinia de jure communi? t.6. res.52. §.5. p.226. & in Res.58. §.3. p.231
In diebus Dominicis Quadragesimæ virtute Cruciatæ an licitum sit comedere ova, & lacticinia? t.6. r.53. §.7. & seqq. p.228
Et quid, sine Bulla? t.6. r.54. §.1. p.229
Si dies Nativitatis Domini inciderit in diebus, in quibus quis vovit jejunare, vel non comedere ova, &c. an possit sine culpa non jejunare, & carnes & ova comedere? t.6. r.61. §.1. & seqq. p.232
Qui in Feria 6. vel aliqua alia die tenebatur jejunare ex voto, si in ea occurrerit vigilia alterius Sancti, an peccet dupliciter? Idem est de Religiosis Franciscanis, si in die supradictæ Feriæ 6. non jejunent. t.6. r.62. §.1. & seq. p.233
Et quid, si Prælatus in virtute S. Obedientiæ præcipiat Religioso. v.g. jejunium in die Vigiliæ alicujus S. vel alterius jejunii? ibid.
Si in unum diem inciderint duo jejunia ab Ecclesia indicta, & illa quis violaverit, an peccet dupliciter? Idem est pro auditione Missæ, & cessatione ab operibus servilibus. tract. 6. resol. 63. §.1. pag. 234
* Vide verb. *Archiepiscopus. Carnes. Consueri. Consecratio Episcopi. Consuetudo. Diœcesis. Dominica dies. Lacticinia. Privilegium. Stationes. Successor. Votum.*

Differre.

* Vide verb. *Cœna. Dominus.*

Diœcesis.

Extra Diœcesim potest Episcopus etiam Titularis tantum erigere Oratorium in suo Palatio, ut ibi celebret, vel Missam audiat, non autem Romæ. t.2. r.5. §.1. & seq. p.29. & r.9. §.1. p.31.
In sua Diœcesi Episcopus quadraginta dies indulgentiarum concedere potest, & in Dedicatione Ecclesiæ unum annum. t.5. r.29. §.3. p.194
Sed propter diversas causas sæpius dictos quadraginta dies indulgentiarum concedere potest. ibid. §.4
Diœcesis externæ homo, & peregrinus orans ante Imaginem B. Virgin. ad quam Episcopus 40. dies indulgentiarum orantibus contulit, an lucretur eadem ratione indulgentiam? t.5. r.30. §.4. p.195
Et si extra Diœcesim talis Imago translata sit, an portet illam indulgentiarum collationem? ibid.
* Vide verb. *Archiepiscopus. Parochus.*

Diruere. Diruptum.

Diruptâ Capellà, vel Ecclesia, ubi constitutum fuit Altare privilegiatum perpetuum, an indulgentia remaneat extincta? t.1. r.23. §.1. p.16
Et quid, si paulatim Ecclesia, vel Capella esset destructa & eadem paulatim constructa? ibid. §.2
Et quid, si Superioris authoritate diruereturr, & destruatur in pœnam delinquentium? ibid.
* Vide verb. *Destruere.*

Dispensare. Dispensatio.

Dispensationes Matrimoniales & aliæ à Sede Apostolica committuntur Ordinario, an pro earum expeditione Ordinarius non possit aliquid nec minutum accipere. t.1. r.40. §.2. p.26
Dispensationem voti non solum ante susceptionem Bullæ Cruciatæ, sed post ejus susceptionem facti potest quis per Bullam obtinere. t.3. r.49. §.1. p.89
Idem est pro Jubilæo. ibid. §.2
Dispensationem votorum potest quis obtinere ab uno Confessario, & postea ab alio absolutionem à reservatis. ibid.
Dispensare quinque vota reservata Pontifici Legatus à latere non potest. t.3. r.119. §.9. p.116
Dispensari vota quædam per privilegia Regularium possunt, sed suspenduntur nè dicta privilegia per Bullam Cruciatæ? t.3. r.126. §.1. p.118
Dispensabile an sit per Jubilæum, Cruciatam, aut aliud privilegium votum Religionis strictioris in laxiorem? t.4. r.15. §.1. p.148
Dispensabile an sit votum Religionis, vel Castitatis perpetuæ per Jubilæum, Cruciatam, aut aliud privilegium, quando non est tota materia voti? t.9. r.16. §.1. p.148
Qui dispensationem voti irregularitatis, & de reliquis in Jubilæo concessis voluntariè, vel ex oblivione tempore Jubilæi non petiit, an possit inde post transactum Jubilæum eandem dispensationem obtinere, si lucratus est Jubilæum? t.4. r.58. §.1. & seqq. p.168
Per dispensationem generalem datam in confessione vigore Jubilæi, vel Cruciatæ non est dubitandum pœnitentem manere dispensatum in irregularitatibus oblitis. t.4. r.60. §.3. p.170

Si dispensatio voti, & aliorum quorumcunque revocetur, an ipsa actualis notitia talis revocationis, necessarium sit, ut ad aures perveniat possidentis dispensationem? t. 5. r. 26. §. 9. p. 192

Si pro dispensatione in jejunio, &c. Superior & Prælatus dubitat de sufficientia causæ, vel eam judicat minus sufficientem, an tunc debeat jejunium, &c. commutare? t. 6. r. 3. §. 2. p. 202

Quando dispensare potest superior, & Prælatus circa jejunium, &c. suorum subditorum, potest etiam circa sua. Idem est pro reservatis. ibid.

Dispensare an possit Episcopus in auditione Missæ in diebus festivis cum omnibus reclusis in domo propter suspicionem pestis, vel quid est faciendum? t. 6. r. 69. §. 2. p. 238

Dispensatio in jejunio, &c. facta ab Episcopo vel alio Prælato inferiori Papa sine justa causa non solum est illicita, sed invalida: ideo peccat mortaliter Episcopus vel Prælatus ex defectu potestatis. ibid. §. 3

Dispensare an possit Episcopus in legem localem jejunii latam in Synodo Diœcesana? Et quamvis an saltem valide dispensare possit, sed non licitè, & id faciat sine causa? ibid. §. 5

Dispensando Pontifex in jejunio sine causa non peccat neque venialiter t. 6. r. 70. §. 6. p. 239

Dispensare an possit Pontifex ex causa in præcepto, ne redditus Ecclesiastici expendantur in usus pios? t. 7. r. 19. §. 1. p. 285

Dispensare an possit Pontifex si non licitè, saltem validè cum Cardinalibus, Episcopis, & aliis Beneficiariis ne redditus Ecclesiasticos superfluos expendant in usus pios? t. 7. r. 20. §. 1. p. 286

Dispensando Pontifex in jure positivo sine causa non peccat secluso scandalo. t. 7. r. 27. §. 2. p. 292

Idem est de quocumque alio Legislatore. ibid.

Dispensatio super ternario numero Episcoporum in consecratione Episcopi adhibendo an possit à Papa concedi? t. 8. r. 30. §. 1. p. 332

Dispensatio prædicta an aliquando de facto concessa sit? t. 8. r. 31. §. 1. p. 633

Dispensatio illa sine justa causa data an sit valida? t. 8. r. 32. §. 1. & seqq. ibid.

Dispensatio eadem an possit concedi à Collegio Cardinalium sede vacante? t. 8. r. 33. §. 1. p. 334

Dispensatio excusat Episcopum consecrationem ultra trimestre protrahentem. t. 8. r. 55. paulo post initium. p. 355

Dispensatio super pluralitate Beneficiorum absque legitima causa an sit licita ex parte concedentis, & tuta ex parte dispensati in foro interno? t. 8. r. 72. §. *Neque.* p. 369

Dispensari potest, ut uni Ecclesiæ præficiantur duo Prælati prout in Ecclesia Veneta. t. 8. r. 73. §. *Dico.* p. 370

Dispensatio à juramento concedi potest ab Episcopo etiam ante consecrationem. t. 8. r. 103. §. ult. pag. 395

Dispensatio irregularitatis ex homicidio casuali occulto ab Episcopo concedi potest non etiam publico. t. 8. r. 104. §. *Nota.* p. 396

Dispensatio irregularitatis ex homicidio voluntario est reservata Pontifici. ibid.

Dispensatio irregularitatis ex homicidio voluntario an possit ab Episcopo concedi? ibid.

* Vide verb. *Abbas. Bulla Cruciatæ. Carnes. Causa. Commissarius Cruciatæ. Consilium. Conditionale. Consecratio Episcopi. Debitum conjugale. Dominus. Dubium. Episcopus & ejus notationes. Ecclesia. Impuberes. Infans. Irregularitas. Lacticinia. Naufragium. Pœnale. Prælatus Regularis. Revocatio. Virginitas.*

Distribuere. Distributiones. Distributor, &c.

Distribuentibus eleemosynas pauperibus dantur documenta ad tollendos scrupulos. t. 7. r. 59. §. 1. & seqq. p. 308

Distributor eleemosynæ ex testamento an possit partem sibi applicare, si verè pauper est? t. 7. r. 64. §. 1. & seqq. p. 311

* Vide verb. *Clericus. Episcopus. Executor. Fœmina. Legatum. Pauper. Superfluum. Vxor.*

Divites.

Contra divites an pauperes in extrema necessitate possint implorare officium judicis? t. 7. r. 3. §. 1. pag. 276

Divites compellere ad eleemosynam faciendam an judices possint non solum in extrema necessitate pauperum, sed etiam quoties præceptum adest jure divino, aut naturali? ibid. §. 2. p. 277

Divites an sæpius obliget præceptum elargiendi eleemosynas? t. 7. r. 5. §. 1. & seq. ibid.

Quando divites eleemosynas largiri, & de quibus bonis teneantur pauperibus in eorum communibus, gravibus, & extremis necessitatibus doctrina generalis proponitur. t. 7. r. 8. §. 1. & seqq. p. 279

De divitum obligatione largiendi eleemosynas in gravi necessitate pauperis de necessariis ad statum. t. 7. r. 9. §. 1. p. 280

Dives in gravi necessitate pauperum an teneatur præbere eleemosynam de superfluis ad statum vel sufficiat illam mutuare? t. 7. res. 11. §. 1. & seqq. ibidem.

Si divites plures possint uni pauperi succurrere in extrema necessitate, vel in gravi indigenti quis eorum teneatur eleemosynam dare? t. 7. r. 16. §. 1. pag. 284

Divites an teneantur redimere captivos apud Turcas? t. 7. r. 17. §. 1. ibid.

A divitibus, & opulentis an possit in gravi necessitate constitutus subripere necessaria? t. 7. res. 49. & 50. p. 303

* Vide verb. *Eleemosyna. Pauper.*

Doctores.

Doctores regentes Cathedram an teneantur jejunare? t. 6. r. 27. §. 8. & seqq. p. 216

Doctores creandi an consecratio facultatem tribuat Episcopi? t. 8. r. 95. §. 5. & seqq. p. 190

* Vide verb. *Osculum.*

Domesticus.

Sub domesticorum nomine qui intelligantur ut possint in Oratorio privato audire Missam tempore interdicti vigore Cruciatæ? t. 2. r. 51. §. 1. & seqq. p. 59

Et qui stat extra domum Domini, si ejus expensis alitur, an gaudeat dicto privilegio? ibid. §. 2. pag. 60

Domina.

Domina Vassallorum, quæ ratione suæ dotis est Domina, si uxor sit alterius, an teneatur sumens Bullam Cruciatæ solvere octo argenteos? t. 3. r. 4. §. 4. pag. 68

* Vide verb. *Comitissa. Ducissa. Marchionissa. Vidua.*

Dominica dies.

In Dominica infra octavam omnium Sanctorum an sit dicenda Missa de Requiem in Altari privilegiato, quando concedatur privilegium in dicto Altari pro prædictis octavis, an verò Missa de Dominica idem privilegium habeat? t. 1. r. 41. §. 1. p. 26

Dominicis diebus Quadragesimæ Sacerdotes seculares, & Regulares, Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi existentes in Regnis Hispaniarum sumendo Bullam ordinariam Cruciatæ possunt comedere ova & lacticinia. t. 3. r. 7. §. 6. & seqq. p. 69. & r. 169. §. 1. & seq. p. 135

Et quid sine Bulla? tom. 6. resol. 54. §. 1. & seqq. * Vide pag. 228

Rerum Notabilium.

* Vide verb. *Abstinere. Confiteri. Consecratio Episcopi. Dies. Votum.*

Dominus.

Domino non præsente an possit in suo Oratorio privato celebrari, & ibi ejus familia, & familiares Missam de præcepto audire? t. 2. r. 39. & 40. p. 51

Et quid, si ad hoc familiares habent Bullam Cruciatæ? ibid.

A Domino audito Sacro in suo Oratorio an possit Dominus alteri interesse in gratiam familiarium qui aberant? t. 2. r. 51. §. 3. p. 60

Dominus, an sit necessarium, ut semper sit præsens ut possit celebrari Missa in suo Oratorio pro consanguineis, familiaribus & domesticis? t. 2. r. 52. §. 2. ibid.

Quidnam, si hoc efficiatur virtute Cruciatæ? t. 2. r. 53. §. 1. & seqq. p. 61

Sine Domini licentia vota Religionis, vel castitatis à servis emissa an possint commutari, vel dispensari per Cruciatam, Jubilæum, vel Episcopum? t. 3. t. 106. §. 1. p. 110

Dominus talia vota irritare potest. ibid.

Dominus, si non vult aliquid dare pro eleemosyna ad Jubilæum lucrandum, an possit servus, vel mancipium illam clàm à Domino accipere? t. 4. r. 30. §. 1. p. 154

Dominus an teneatur compellere servos ad servanda jejunia quæ frangere volunt. t. 6. r. 13. §. 1. & seqq. pag. 208

Dominus compellendo famulum in die jejunii ad opus incompatibile ratione laboris an mortaliter peccet, si illud opus possit commodè differre in alium diem? t. 6. r. 14. §. 1. & seqq. ibid.

* Vide verb. *Familia. Familiares. Famulus. Oratorium. Domus.*

* Vide verb. *Dominus. Episcopus. Oratorium. Privilegium.*

Dubitans. Dubium. &c.

Si dubium purum sit in materia justitiæ, melior est conditio possidentis: ideo donec liberetur à dubio, nihil tenetur solvere. t. 3. r. 59. §. 2. p. 95

Dubius de intentione voti virginitatis an intenderit perpetuam, an possit commutari, aut dispensari per Cruciatam, Jubilæum, vel Episcopum? t. 3. r. 103. §. 2. p. 109

In dubio an consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in jejuniis extra Quadragesimam sine Bulla Cruciatæ sit introducta animo se obligandi, vel causa devotionis, quid est agendum? t. 4. r. 27. §. 2. pag. 153

Et hæc quæstio deserviet pro jejuniis Jubilæi, voti, & impositis pro pœnitentia. ibid.

Regula generalis, quod quando dubium est, an pro aliqua re sit præceptum impositum, tunc judicandum est non dari præceptum? t. 4. res. 65. §. 1. pag. 172

Dubitans an expleverit vigesimum primum annum, an teneatur jejunare? t. 6. r. 2. & 3. p. 202

Dubitans an teneatur, vel possit jejunare, an teneatur recurrere ad superiorem pro dispensatione. t. 6. r. 3. §. 1. ibid.

In dubio si prægnantes, & lactentes sint robustæ & validæ, an teneantur jejunare? t. 6. r. 10. §. *Adde.* pag. 207

Dubius, qui vovit jejunare Quadragesimam, an intenderit abstinere ab ovis, & lacticiniis, non peccat contra votum, si illis vescatur, licet peccet contra præceptum Ecclesiæ. t. 6. r. 56. §. 3. p. 230. & r. 57. §. 1. ibid.

Dubium autem quando Prælato subditi ad obtinendam dispensationem proponunt, non debent esse nimis scrupulosi, sed debent illam dispensare per dispensationem efficiendo illam justam? t. 6. r. 74. §. 4. p. 241

Dubitans an proximus sit in extrema necessitate, teneatur veritatem indagare? t. 7. r. 7. §. 1. p. 278

* Vide verb. *Actus. Ætas. Cœna. Carnes. Causa. Consuetudo. Dies. Episcopus. Missam audire. Opus servile. Virginitas.*

Ducissa.

Ducissa, quæ mortuo marito non manet Domina Vassallorum, &c. vult sumere Bullam Cruciatæ, an teneatur solvere tarenos decem. Et quid si remaneat usufructuaria? t. 3. r. 4. §. 2. p. 68

Duellum.

Per duellum excommunicatio incursa an per Bullam Cruciatæ absolvi possit? t. 3. r. 67. §. 1. p. 99

Dux.

* Vide verb. *Generalis Exercitus.*

Ebrietas.

* Vide verb. *Impotens.*

E

Ecclesia.

IN Ecclesia aliqua certa si Sacerdos sit obligatus celebrare, an peccet mortaliter alibi celebrando? Et an in tali casu teneatur aliquid restituere. t. 1. r. 14. §. 1. p. 11

Si in Ecclesia Regularium obtineatur concessio Altaris privilegiati, insciis ipsis Regularibus, & istud non sit illis commodum, & ideo non acceptent, an possint aliam similem concessionem petere pro alio Altari, nulla mentione facta prioris concessionis. t. 1. r. 22. §. 1. p. 15

Si Ecclesia, ubi constitutum fuit Altare privilegiatum perpetuum, fuit dirupta, aut translata in alium locum per Episcopum, an Indulgentia maneat extincta. t. 1. r. 23. §. 1. p. 16

Et quid, si Ecclesia fuisset paulatim destructa, & paulatim eadem constructa? ibid.

In Ecclesiis Regularium sunt Altaria privilegiata, suspenditur-ne Indulgentia illorum per Bullam Cruciatæ? t. 1. r. 30. §. 1. p. 20

Ecclesiæ immunitate an gaudeant Palatina Prælatorum, & Abbatum habentium jura Episcopalia, & Palatina Inquisitorum. t. 2. r. 10. §. 1. p. 32

Ecclesiæ immunitate an gaudeant Oratoria Regularium in Monasteriis, Grangiis, &c. constructa. t. 2. r. 12. §. 4. p. 34

Extra Ecclesiam celebrandi privilegia Mendicantium an sint revocata per Concilium Tridentinum. t. 2. r. 15. §. 1. & 2. p. 35

Extra Ecclesiam celebrare quando licitum est causa magnæ necessitatis, an sit adeundus Episcopus pro licentia. t. 2. r. 18. §. 1. p. 37

Et pro praxi enumerantur aliqui casus. t. 2. r. 20. 21. & 22. p. 39. & seqq.

In Ecclesiis Regularium in die Paschatis ex devotione an possit quis sumere Eucharistiã. t. 2. r. 57. §. 1. p. 63

Si Ecclesiæ quinque sint in populo, an sufficiat visitare in una Ecclesia quinque Altaria pro lucranda Indulgentia Cruciatæ. t. 3. r. 149. §. 2. p. 127

Et quid est agendum, si in populo est unica Ecclesia habens tantum tria vel quatuor Altaria. ibid.

Si Ecclesiam ingredi quis non posset, quia est plena hominibus, an consequatur Indulgentiam Cruciatæ, vel Jubilæi visitando talem Ecclesiam à foris. t. 3. r. 151. §. 1. & seqq. p. 127

Si Ecclesiam talem visitantibus tali die concessa sit Indulgentia, an possit eodem die multoties lucrari. t. 3. r. 152. §. 2. ibid.

Idem est pro Indulgentiis quæ *Stationes*, vocantur urbis Romæ. t. 3. r. 153. §. 1. p. 128

Index

Ecclesias visitans tempore Jubilæi in uno loco, potest ad lucrandam Indulgentiam jejunium, confessionem, & communionem in alio loco peragere. t.4. r.35. §.1. p.157

Quot Ecclesiæ in Jubilæo sint visitandæ? Visitandæ sunt tot, quot Bulla exposuerit? t.4. r.69. §.1. pag. 174

Et quid, si Episcopus deputaret plures Ecclesias, vel pauciores, aut unam tantum, quàm sunt à Papa præscriptæ in urbe. ibid. §.2

Nomine Ecclesiæ cœmeterium adjunctum Ecclesiæ comprehenditur. t.5. r.17. §.1. p.187

Ecclesiam visitantibus an lucretur Indulgentia, si pro illo die concessa sit visitantibus talem Ecclesiam, quamvis ignorent Indulgentiam? t.5. r.19. §.2. pag.187

Si Ecclesia authoritate Superioris & Prælati destruatur ea lege, ut alio in loco reædificetur servando eundem titulum, & Patronum, an secum ferat suas Indulgentias & privilegia? t.5.r.24.§.1.p.189

Ecclesias Regularium visitantibus sunt concessæ Indulgentiæ ab antiquis Pontificibus, quæ non sunt revocatæ per Bullam Pauli V. t.5.r.40.§.3.p.200

Ad Ecclesiam Cathedralem nullus assumitur, nisi habeat sacrum Ordinem. t.8.r.53.§.5.p.353

Si in Ecclesia aliqua consecrationem Episcopi fieri Papa committat, an possit fieri in alia? t.8. r.64. §.2. p.363

Ecclesiæ duæ, pluresve non debent uni Prælato conferri regulariter. t.8.r.72.5.2. & seqq.p.368

Et quid, si dispensatio intervenerit? ibidem §.5. pag. 369

Ecclesiæ bona, bona pauperum. ibid. §. *Nota.*

Ecclesia una non debet duobus Prælatis cum æquali potestate committi. t.8.r.73.§.1.& seq. ibid.

Ecclesia Venetorum habet simul Patriarcham, & Episcopum ex dispensatione Pontificis. ibid.§. *Dico.* p.370

Ecclesia Græca, an & quomodo differat à Latina in consecratione Episcopi. t.8. r.78. §.1. p.374

Ecclesia Græca quo ritu consecret Episcopos? t.8. r.78.§.1. & seqq. ibid.

Ecclesiæ an dicantur Oratoria Cardinalium, vel Episcoporum? t.6. r.81. §.1. p.376

In Ecclesia Græca utitur Chrismate ex oleo & balsamo confecto in Sacram. Confirmationis, & consecratione Episcopi. t.8. r.84. §. *Probatur hæc opinio.* p.380

* Vide verb. *Abbas. Communio. Confessio. Destruere. Episcopus. Oratio. Pontifex. Satisfacere. Templum. Translatio. Visitare.*

Ecclesiasticus.

De quantitate eleemosynæ ab Ecclesiasticis necessariò expendenda in pauperum necessitatibus. t.7. r.23. §.1. p.289

Ecclesiastici, si eleemosynas debitas non præbeant, non solum peccant mortaliter, sed etiam ad restitutionem tenentur. Et hoc procedit ex illa quæstione, an Ecclesiastici sint domini redditnum Ecclesiarum? t.7.r.26. §.1. & seq. p.291

Ecclesiastici extra necessitatem gravem corporalem proximi an teneantur erogare superflua in usus pios ex præcepto tantum positivo? t.7. r.27. §.1.p.292

* Vide verb. *Beneficiarius. Beneficium. Cardinalis. Clericus. Consuetudo. Pensionarius. Superfluum.*

Effectus.

Effectus Indulgentiæ Altaris privilegiati an sit infallibilis. t.1. r.3. §.1. & seqq. p.2

Ut effectum suum habeat Indulgentia Altaris privilegiati, an ex parte defuncti requiratur aliquid. t.1. r.7. §.1. & seqq. p.6

Idem est de aliis Indulgentiis. ibid.

Effectum suum an sortiatur Indulgentia sublata peccati fictione. t.5. r.11. & 12. p.183

Ut effectum Indulgentiæ quis obtineat sibi, an requiratur status gratiæ eo tempore, quo præstat omnia opera præscripta ad Indulgentiam consequendam, vel sufficiat in eo instanti, in quo applicatur Indulgentia. t.5. r.12. §.3. p.184

Effugere.

Ut effugiat quis obligationem præcepti, an possit transire ad alium locum propinquum, ut non jejunet si jejunetur in suo? t.6.r.44.§.1.& 2.p.223

Electio.

* Vide verb. *Eligere.*

Electuarium.

Electuaria non solum curativa, sed etiam præservativa an licitum sit sumere mane in diebus jejunii? t.6. r.95. §.1. p.253

Et quid, si electuaria ex saccharo sumantur mane in die jejunii ob solam delectationem? ib.§.2.in fine.

Eleemosina.

Si eleemosyna præcipiatur ad lucrandam Indulgentiam pro defuncto, debetur eleemosyna applicari ipsi defuncto. t.1. r.6. §.1. & seqq.p.5

Eleemosynam Cruciatæ si Rex non expendat contra Turcas, an sumentes Bullam lucrentur Indulgentiam? t.3. r.1. §.1. p.66

Et in dicto casu an Rex teneatur ad restitutionem? ibid.

Si eleemosyna præcipitur tribus diebus jejuniorum pro lucrando Jubilæo, an in eisdem diebus facienda sit? t.4. r.28. §.1. p.153

Et quid, si indeterminatè mandatur eleemosyna, an sufficiat semel eleemosynam facere etiam die Dominico non solum ante, sed post communionem. t.4. r.28. §.3. ibid.

Si eleemosyna in Jubilæo, vel Indulgentia præscribitur simpliciter, & indeterminatè, an hæc facienda sit secundū qualitatem personæ? t.4.r.29.§.1.p.154

Et quid, quando in Bulla præcipitur eleemosynam faciendam esse juxta facultates cujusque personæ? ibid. §.3

Si pro eleemosyna in Jubilæo Superior non vult aliquid dare, an possit illam subditus clam à Monasterio accipere, & dare? t.4.r.30.§.1.ibid.

Idem est in dicto casu de Monialibus, uxoribus, filiis, & mancipiis respectu Abbatissæ, mariti, patris, & domini. ibid. §.2

Quando eleemosyna danda relinquitur uniuscujusque arbitrio, sufficit minima. ibid. §.4.p.155

Eleemosynam dando illi, quem puto esse pauperem, cùm revera sit dives, & fingat se pauperem, an sufficiat? ibid.

Si per eleemosynas minutas ficti pauperes aliquid acceperunt, an teneantur illud restituere? ibid.§.5

Si eleemosynas pauperes non possint largiri ad lucrandum Jubilæum, & Indulgentias, an egeant commutatione in aliud opus pium. t.4.r.31.§.1.p.155

Ubi, an sufficiat, ut pauper curet, ut eleemosyna detur ab alio pro se? §.2

Qui eleemosynam præberet per servum, qui illam tamen non daret, an lucraretur Jubilæum? t.4.r.32. §.1. ibid.

Ubi plura de eleemosyna largienda tempore Jubilæi pro omnibus personis tam sæcularibus quàm Regularibus. §.3. & seqq.

Innotescēte eleemosynam à Domino acceptā ut pauperibus elargiretur, famulū non dedisse, an tenetur Dominus adhūc alteram eleemosynam erogare, ut Jubilæum lucrari possit? t.4.r.33.§.1.p.156

Si Dominus præcipiat tantum œconomo, ut det eleemosynam, & iste illam non dedit, an Dominus lucretur Jubilæum? t.4. r.54. §.3. p.166

Si

Rerum Notabilium.

Si eleemosyna mitteretur tempore Jubilæi ad paucos perem distantem, ad quem non posset pervenire intra tempus Jubilæi, an tunc elemosyna daretur intra tempus ligitimum? ibid.

* Vide verb. *Beneficiarius, Clericus, Cardinales, Commutatio, Episcopus.*

* In indice primo posito in principio hujus tom. tract. 7. *de Eleemosyna* ipse titulus demonstrat, quòd omnes ejus difficultates pertinent ad hoc verb. *Eleemosyna*, ubi plura & notabilia reperies.

Electio. Eligendum. Eligere, &c.

Electio Grani, Medalliæ, & c. quod loco omissi subrogatur, & quod habebat fixam indulgentiam an possit fieri per actum merè internum? t. 5. r. 32. §. 2. pag. 195

Electio Episcopi ante triginta annorum ætatem invalida est. t. 8. r. 49. §. 4. p. 350

Eligendus ad Episcopum an sit Theologus, vel Canonista? t. 8. r. 71. §. 9. p. 367

* Vide verb. *Canonicus. Confessarius. Episcopus. Executor. Fœmina. Monialis. Novitius. Pœnitentiarius. Prælatus. Privilegium Regularis. Votum.*

Episcopus.

Ab Episcopo an possit compelli Sacerdos obligatus dicere Missam in Altari privilegiato, ut ipsemet celebret? t. 1. r. 21. §. 1. p. 15

Episcopus potest erigere Oratorium in domo sua pro se & familia. t. 2. r. 2. §. 1. & 2. p. 28

Unum tantùm. r. 2. r. 3. §. 1. ibid.

Et etiam extra Diœcesim cum Altari portatili potest Episcopus celebrare, non autem in Romana urbe t. 2. r. 5. & 6. p. 29. & 30

Absque Episcopi authoritate Oratorium privatum fundatum non ut ibi celebretur, sed ut ibi oretur, non est sub potestate Episcopi quoad jus visitandi. t. 2. r. 4. §. 2. p. 29

Episcopus in villa rurali potest habere Oratorium ut ibi celebret, vel Missam audiat. tract. 2. r. 6. §. 2. pag. 30

Episcopo præsente potest quis in ejus Oratorio celebrare, non autem eo absente. ibid. §. 3

In Episcopi Oratorio non possunt familiares audire sacrum eo mortuo, vel absente. t. 2. r. 7. & 8. pag. 30. & 31

Episcopi Titulares extra Urbem possunt in domo sua erigere Oratorium. t. 2. r. 9. §. 1. p. 31

Et an exercere omnia Pontificalia possit? Episcopo Titulari debetur locus inter cæteros Episcopos in Capellis, & in consistoriis publicis & semipublicis, aliisque sessionibus juxta ordinem suæ promotionis. Et si est Regularis, non est subjectus jurisdictionis Ordinarii, neque Superiori suæ Religionis, sed immediate Summo Pontifici. Et ejus familia gaudet privilegio fori, ut sacra Congregatio Immunitatis declaravit. ibid. §. 1. per totum.

Episcopo contradicente an possint Regulares constituere Oratoria? t. 2. r. 12. §. 1. p. 34

Episcopo contradicente an possint Regulares in Grangiis, seu Cellis particularibus celebrare cum Altari portatili? t. 2. r. 13. §. 1. ibid.

Episcopo an liceat procedere, & punire Sacerdotes tam sæculares, quàm Regulares celebrantes in Oratoriis Palatii civitatis, & carcerum &c. t. 2. r. 17. §. 4. pag. 37

Episcopus absque licentia Papæ hodie non potest dare facultatem, ut quis Oratorium privatum habeat. t. 2. r. 19. §. 1. p. 38

Nisi in necessitate pro certis casibus. t. 2. r. 20. §. 1. & 2. pag. 39

Et an quando classis diu Missam non audivit, ut celebretur subdio? t. 2. r. 21. §. 1. ibid.

Vel debeat audire sacrum in die festo? ibid. §. *Secundus casus.* p. 40

Episcopus an possit dare licentiam, ut in cubiculo perillustris personæ ægrotæ semel, aut bis celebretur, ut suscipiat Eucharistiam ex præcepto, vel Viaticum? ibid. §. 3

Et quid, si personæ non sunt perillustres, & Magnates, sed aliunde tamen Insignes? ibidem post medium dicti §.

Et an in domo, ubi perillustris persona defuncta est, ut in cubiculo amplo præsente corpore defuncti tria vel quatuor Altaria erigantur, ut in ipsis in tegromane Missæ plures celebrentur? ibid. §. 4

Et an tempore pestis possit Episcopus concedere licentias celebrandi in publicis viis, & privatis domibus? t. 2. r. 22. §. 1. p. 41

Et an in mari in aliqua navi magna? Sed prohibetur Episcopis hanc licentiam dare & dato casu hanc facultatem solus Pontifex possit illam concedere. ibidem §. 2

Episcopus absque facultate Papæ potest dare licentiam celebrandi in Oratorio domus, quando est sejunctum ab habitatione, & habet ingressum publicum. t. 2. r. 23. §. 1. p. 42

Si Episcopus injustè neget approbare Oratorium, an possit adhuc privilegiatus eo uti. t. 2. r. 24. §. 1. & 2. ibid.

Ut Episcopus possit dare licentiam? ut vult Pontifex, quando Oratorium dicatur decenter ornatum? t. 2. r. 25. §. 1. & 2. ibid.

Si ab Episcopo Oratorium sit approbatum, & privilegiatus mutet domum, an denuo in alia domo ab Episcopo sit approbandum? t. 2. r. 26. §. 1. p. 43

Si Episcopus prohibet sub pœna excommunicationis, ne aliquis celebret, vel audiat missam in Oratorio privato aliqua die ex solemnioribus, an hoc non ostante per Bullam Cruciatæ hoc facere possit? t. 2. r. 28. §. 3. pag. 44

In Episcoporum Oratoriis si quis audiat Missam, satisfacit Præcepto. t. 2. r. 42. §. 4. p. 54

Non obstante Episcopi prohibitione an Regulares possint ministrare Eucharistiam in privatis Oratoriis? t. 2. r. 44. §. 1. ibid.

Et quid, si ad hoc Sacerdotes tam sæculares, quàm Regulares virtute Cruciatæ eligantur? ibid. §. 3

Episcopi an possint prohibere Regularibus, ne ministrent Eucharistiam in Oratoriis privatis? t. 2. r. 45. §. 6. p. 59

Quis Episcopus approbare debeat Oratorium privatum viri Nobilis? t. 2. r. 50. §. 3. p. 59

Episcopi licentia an sit omnino necessaria, ut tempore interdicti quis possit celebrare domi in Oratorio privato virtute Cruciatæ. t. 2. r. 52. §. 1. p. 60

* Nota quod in indice primo posito in principio hujus tom. in t. 3. *de Bulla Cruciatæ* quamplurimas difficultates & casus invenies pertinentes, etiam ad *Episcopos* pro eorum absolutione, commutatione, dispensatione, & relaxatione, signanter in res. 7. 17. 19. 20. 50. 80. 82. 84. & à Res. 89. usque ad res. 99. inclusivè & à Res. 103. usque ad Res. 120. inclusivè, & in Res. 123. 128. 136. & 174. ubi plura & aliqua notabilia.

A quo Episcopo debeat esse approbatus Confessarius per Jubilæum eligibilis? Idem est ex vi Bullæ Cruciatæ. t. 4. r. 1. §. 1. & seqq. p. 141

Ab Episcopo non approbatus, sed à Parocho an in aliquo casu sit eligibilis per Iubilæum? Et quid, si approbatus sit ab Episcopo alterius Diœcesis? t. 4. r. 3. §. 1. p. 142

Ab Episcopo loci an debeat esse approbatus Confessarius eligendus virtute Jubilæi, vel Cruciatæ,

etiam quoad Regulares ; ita ut non sufficiat esse approbatum à Prælato Regulari suæ Religionis, vel alterius ? t.4.r.7. §.1. & 2. p.144
Episcopi Diœcesani non expectata promulgatione Jubilæi an Superiores Regulares possint pro suis subditis Jubilæum promulgare? t.4.r.12.§.1.p.146
Et quid, si Episcopus non mittit copiam, vel Breviarum Bullæ Jubilæi ? ibid.§.2. p.147
Episcopus an possit dispensare votum Religionis, vel perpetuæ castitatis, quando non est tota materia voti ? t.4.r.16. §.1. p.148
Ubi, quod quando votum castitatis perpetuæ fuit à Pontifice commutatum in materiam non reservatam, an hæc possit ab Episcopo commutari ? §.3
Episcopus an possit commutare votum Religionis, vel perpetuæ castitatis metu levi extortum ? t.4. r.17. §.1. p.149
Idem est de votis emissis in periculo mortis, naufragii &c. ibid.
Episcopis tantum, & non summo Pontifici an sint reservata juramenta pia Religionis, & perpetuæ castitatis ? t.4.r. 18. §.2. ibid.
A casibus Episcopo reservatis an Confessarius absolvere possit virtute Jubilæi ? t.4.r.21.§.1. p.150.
Et an à casibus, & censuris ab Episcopo reservatis post publicationem Jubilæi ? ibid.§.2
Si per Episcopum censuræ Synodales promulgantur, an ligent Regulares ? t.4.r.22. §.3. p.151
Episcopus habens facultatem concedendi plenariam indulgentiam in articulo mortis, interdiu per se, noctu vero per substitutum, an vocatus interdiu possit non ire, & mittere substitutum de nocte ? t.5.r.5. §.4. pag. 180
Episcoporum indulgentiis an gaudeant peregrini, & homines externæ Diœcesis, & regulares exempti ? t.5.r.29.§.1. p.193
Episcopus quadraginta dies Indulgentiæ concedere potest. ibid.§.3. p.194
Episcopus eos dies propter diversas causas sæpius concedere potest. ibid.
Et an Episcopus successor possit illos dies revocare ? ibid. §.4.
Ad Episcopum an teneatur recurrere pro dispensatione dubitans, an debeat vel possit jejunare, &c. t.6. r.3. §.1. pag.202
Episcopus an possit transferre jejunium in sabbatho præcedenti, quando Vigilia S. Mathiæ venit in ultimo die Bacchanalium ? t.6.r.37.§.1.p.219
Si ab Episcopo sit indictum jejunium pro certo die, vel fixa lege & constitutione etiam in synodo an obliget Regulares ? t.6. r.40. & 41. p.221
Ab Episcopo dies festi indicti obligant Regulares ex Concilio. t.6. r.40.§.2. ibid.
An extet præceptum positivum Episcopis prohibens expendere superflua in usus non pios, vel an hæc obligatio oriatur ex jure naturæ, vel ex jure divino ? t.7.r.20.§.3.p.286. sed lege eam à principio.
Episcopi quo ordine teneantur superflua bonorum Ecclesiasticorum erogare in opera pia ? t.7. r.21. §.1. pag.287
De Episcoporum obligatione ad eleemosynas elargiendas. t.7.r.22.§.1.& 2. p.288
De quantitate eleemosynæ ab Episcopis expendenda in pauperum necessitatibus ? t.7. res. 23. §. 1. p.289
Et an hoc procedat quoad Episcopos Regulares? ibid.§.5. p.290
Episcopi possunt de patrimonialibus distributionibus visitando Episcopatum, & de acquisitis quovis alio titulo distincto à titulo beneficii Episcopatus ad libitum disponere. ibidem latè §.3.
Episcopi id, quod retrahunt de necessariis ad decentiam status viventes parcè, an teneantur pauperibus erogare, sicut superflua ? ibid. §.4. & in res.28. §.1. pag.293
Episcopi an teneantur erogare in usus pios omne id, quod supereſt ex congrua & decenti sustentatione ? t.7.r.24.§.1. p.290
Quænam quantitas dicatur notabilis, ut Episcopus illam expendens in usus prophanos, peccet mortaliter ? t.7.r.25. §.1. & 2. p.290. & 291
Episcopum pauperem fingens se esse, & dantur ei v.g.in eleemolyna centum aurei an peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionē? t.7.r.56.§.2.p.307
Ad Episcopum an devolvatur electio pauperum, quando inter duos executores est contentio super electione, ut Episcopus adhæreat uni eorum data paritate inter nominatos ab executoribus ? t.7. r. 60. §. 1. pag.308
* In indice primo posito in principio hujus tom. tr.8. *de Consecratione Episcopi*, ipse titulus demonstrat, quod omnes difficultates præcitatitract. pertinent ad hoc verb. *Episcopus* pro ejus consecratione. Ubi reperies quamplura curiosa, & notabilia.
* Vide etiam in hoc indice verb. *Canonicus. Pœnitentiarius. Carnes. Confessio. Concilium. Dies. Dispensare. Ecclesia. Pontifex. Regularis. Scandalum.*

Epistola.

* Vide verb. *Bulla Cœnæ.*

Equitantes.

Equitantes an teneantur jejunare, si iter sit unius diei ? t.6.r.20.§.1. & seqq. p.212
* Vide verb. *Itinerantes.*

Equites.

* Vide verb. *Milites equites.*

Erigere.

* Vide verb. *Episcopus. Jus. Oratorium. Regulares.*

Esus carnium, ovorum, & lacticiniorum.

Quoad esum carnium, & ovorum an prægnantes, & & lactentes deobligentur, etiamsi sint robustæ, & validæ ? t.6.r.11.§.1. & 2.p.207
Cum esu ovorum, & lacticiniorum an frangatur jejunium indictum à Confessario, vel aliquo Jubilæo ? t.6. r.50.§.1. & seqq.p.225
* Vide verb. *Bulla Cruciatæ* ubi plura, *Butyrum. Carnes. Collatio serotina. Dies.*

Eucharistia.

Eucharistiæ Sacramentum possunt Regulares familiaribus, & vassallis ministrare in eorum Oratoriis, etiã in Grangiis constructis. t.3.r.12.§.2.p.34
Eucharistam in Oratorio privato virtute Cruciatæ in die Paschatis ex devotione, An quis sumere possit ? t.2. r.57.§.1. p.63
Et sine Bulla in Ecclesiis Regularium, ibid.§.1
Eucharistiam recipiendi an detur facultas per Cruciatam præterquam in die Paschatis de manu simplicis Sacerdotis sine licentia Episcopi aut Parochi ? t.3. r. 123. §.1. p.117
Eucharistiam sumere, & lucrari Jubilæum, & indulgentias an possit ille, qui postquam confessus est, recordatur alicujus peccati obliti, si non habeat amplius copiam Confessarii. t.4.r.44.§.1.p.160
Et an per Eucharistiæ indignam sumptionem lucretur quis Jubilæum ? ibid. §.8. p.161
Eucharistiam sumere bis an teneatur qui vult lucrari duo Jubilæa, quando occurrunt duobus diebus immediatis, quorum quodlibet requirit communionem. t.4. r. 51. §.1. pag.164
* Vide verb. *Communio. Episcopus. Parochus. Regulares. Sacerdos.*

Examinatores

Examinatores promoventes Episcopū indoctum, &c. lethali

lethaliter peccant. t. 8. r. 71. §. 9. p. 367

Excludere.

* Vide verb *Peregrini. Pauperes.*

Excommunicatio.

* Vide verb. *Bulla Cœnæ. Carnes. Satisfactio.*

Excommunicationis absolutio.

Excommunicatus propter hæresim, ob pensiones, & debita, qui contritus non potuit obtinere absolutionem, si adimpleat alia opera injuncta, an lucretur Jubilæum, & Indulgentiam? t. 4. r. 50. §. 1. & seqq. p. 164

* Vide verb. *Absolutio excommunicationis. Bulla Cœnæ.*

Executor.

Executores alicujus testamenti, vel legati, qui debent inter pauperes distribuere aliquam pecuniarum summam an teneantur eligere pauperiores? t. 7. r. 61. §. 1. p. 309

Ubi, si in testamento relinquitur, ut paupertioribus detur eleemosyna, an si tantum pauperibus detur, teneantur Executores ad restitutionem? §. 4

* Vide verb. *Distributor. Episcopus. Infirmus. Legatum.*

Exercitus.

* Vide verb. *Generalis exercitus.*

Existens. Existere.

Existens in peccato mortali obtinere potest Indulgentiam pro defunctis. t. 1. r. 5. §. 4. p. 5. & tr. 5. r. 36. §. 1. p. 197

Existentes Hispani, Siculi, &c. extra Regna Hispaniarum, & Siciliæ an possint per alios Bullam Cruciatæ sumere, & ejus privilegiis frui, secluso privilegio edendi ova, & lacticinia. t. 3. r. 159. §. 1. p. 130

Existens in gratia, si ad tria signa campanæ post solis occasum recitet *Ave Maria* cum versu *Angelus Domini*, &c. an lucretur Indulgentiam concedi solitam, ignorans tamen tunc talem Indulgentiam concedi? t. 5. r. 19. §. 1. p. 187

Idem est de aliis similibus. ibid. §. 2.

Existens intra Monasterium aliquod Regularium non tenetur ad jejunia proprii territorii, cujus est incola. t. 6. r. 41. §. 1. p. 222

* Vide verb. *Anima. Applicare. Archiepiscopus. Catechumenus. Cardinales. Dies.*

Experientia.

Experientiam antiquam qui habet sibi esse nocivum carnibus non uti in Quadragesima, an teneatur in futuris Quadragesimis abstinere se à carnibus ad experiendum, an nocumentum exoriatur? tr. 4. r. 171. §. 3. p. 136

Exterus.

Exterus, si veniat in Regno, ubi viget Bulla Cruciatæ animo solo sumendi eam, & statim redeundi, an possit pro illo anno uti illius privilegiis. t. 3. r. 163. §. 1. p. 132

Extraneus.

Extraneus, si audiat Missam in die festo bona fide in privato Oratorio alicujus Magnatis, an satisfaciat præcepto. t. 2. r. 42. §. 1. p. 53

Et quid, si postea cognoscat id esse sibi prohibitum, an teneatur aliam Missam audire, ut præceptum adimpleat. ibid. §. 5. p. 54

* Vide verb. *Consuetudo. Lex. Præceptum.*

Extrema necessitas.

* Vide verb. *Necessitas.*

Extrema-Unctio.

Extrema-Unctio an per Cruciatam recipi possit de manu simplicis Sacerdotis sive licentia Episcopi, aut Parochi. t. 3. r. 123. §. 1. p. 117

* Vide verb. *Gratia.*

F

Facultas.

Facultas audiendi Missam in Oratorio privato in aliquo casu an transeat ad hæredes privilegiati. t. 2. r. 37. §. 1. p. 50

In facultate absolvendi contenta in Bulla Cruciatæ non comprehenditur facultas dispensandi, nã aliud est absolvere, aliud dispensare. t. 3. r. 132. §. 7. p. 122

Facultas concedendi Indulgentias nunquam delegatur laicis & fœminis, sed tamen hi possunt determinare grana, Imagines, &c. t. 5. r. 25. §. 4. p. 190

Qui facultatem accepit ab alio quàm à Summo Pontifice applicandi Indulgentias, an possit eam in alio transferre? t. 5. r. 30. §. 1. p. 194

Facultatem habenti distribuendi in eleemosynas pecuniarum summam dantur documenta ad tollendos scrupulos. t. 7. r. 59. p. 308

* Vide verb. *Absolutio Sacramentalis. Absolutio excommunicationis. Carnes. Confessarius. Episcopus. Indulgentia. Iuramentum. Parochus. Reservatus casus.*

Fœmina.

Fœmina, quæ post annum quinquagesimum emisit votum jejunii, tenetur jejunare, quamvis in ea ætate excusetur à jejuniis Ecclesiæ à & præscriptis in Religione pro Monialibus, & ex voto pro toto vitæ emisso ante prædictam ætatem. t. 6. r. 9. §. 1. & seqq. signanter in fine p. 206

Fœminæ prægnantes, & lactentes excusantur ab obligatione jejunii, esu carnium, & ovorum, quamvis sint robustæ & validæ. t. 6. r. 10. & 11. §. 1. p. 207

Et quid in dubio? ibid. §. *Adde.* res. 10

Fœmina gravida ad vincendas tentationes carnis an teneatur jejunare cum periculo prolis; t. 6. r. 12. §. 1. & 2. p. 208

Si ad fœminas maritandas qui teneatur ex testamento legato, &c. distribuere eleemosynam, an teneatur eligere pauperiores? t. 7. r. 62. §. 1. & 2. p. 309

* Vide verb. *Facultas. Mulier.*

Familia.

Sub familiæ nomine indultis Oratorii privati veniunt maritus, uxor, filii filiæ, atque etiam nurus habitans in eadem domo, & commensales, sicut omnes servi, & servæ commensales, qui in ministerio ejusdem familiæ sunt. t. 2. r. 33. §. 3. p. 48

* Vide verb. *Dominus. Episcopus. Familiares. Famulus.*

Familiares.

Familiares Episcopi an possint audire Missam de præcepto in Oratorio ejus Palatii, mortuo, vel absente Episcopo? t. 2. r. 7. & 8. p. 30. & 31

Idem est de familiaribus Cardinalium. Ibid.

Familiares Prælatorum, & Abbatum habentium jura Episcopalia gaudent privilegio fori? t. 2. r. 10. §. 1. p. 32

Familiares & vassalli Regularium possunt audire Missam de præcepto in Oratoriis eorum, etiam in Grangiis constructis, & ibi recipere Sacramenta Eucharistiæ, & Pœnitentiæ ex privilegio Alexandri V I. t. 2. r. 12. §. 3. p. 34

Familiares Domini quinam intelligantur, ut possint in Oratorio privato Domini audire Missam cum eo, & etiam virtute Cruciatæ? t. 2. r. 52. §. 2. p. 60. & r. 53. §. p. 61.

* Vide verb. *Dominus. Familia. Famulus. Missam audire.*

Famulus.

Famuli servientes Dominis ad mensam an frangant jejunium comedendo gulosè fragmenta ciborum? t. 6. r. 108. §. 1. p. 261

* Vide

* Vide verb. *Bulla Cœna. Consuetudo. Dominus. Familia. Familiares. Lex. Præceptum.*

Feria.

Si in Feria 2. assignata sit Indulgentia Altaris privilegiati, & in ea inciderit festum duplex, an Missa dicenda sit de festo, an vero de Requiem ad obtinendam Indulgentiam dicti Altaris? t. 1. r. 41. §. 2. p. 27

Festum.

Pro festo aliquo certo Indulgentia concessa qua parte diei incipiat, & desinat? t. 5. r. 9. §. 2. p. 182

* Vide verb. *Carnes. Consuetudo. Dies.*

Fictio. Fictum. Fingens. Fingere.

Fictione peccati sublata, an Indulgentia sortiatur effectum suum? t. 5. r. 11. & 12. p. 183

Fingens paupertatem, & recipiens eleemosynam, an peccet mortaliter, & restituere teneatur? t. 7. r. 56. §. 1. p. 306

Et quid, si quis finxit se Episcopum pauperem, & dantur ei v. g. centum aurei? ibid. §. 2. p. 307

Ex ficta paupertate eleemosyna accepta cui facienda est restitutio, an Domino danti, vel pauperibus? t. 7. r. 57. §. 1. ibid.

Et quid, si ficto pauperi data esset magna quantitas in eleemosynam? ibid. §. 2

Filia. Filius.

Filia cujus mater habebat indultum, ut ea absente posset in Oratorio suo privato Missam audire, matre mortua, non potest amplius filia ibi audire Missam. t. 2. r. 37. §. 1. & seqq. p. 50

Filius Principissæ, Marchionissæ, Ducissæ, Comitissæ, & aliarum, dum propriis bonis non utitur sumens Bullam Cruciatæ an teneatur solvere decem tarenos? t. 3. r. 4. §. 2. p. 68

A filio vota castitatis, & Religionis emissa sine licentia patris an possint commutari, vel dispensari per Cruciatam, Jubilæum, vel Episcopum? t. 3. r. 106. §. 1. & 2. p. 110

Filiorum talia vota possunt patres irritare. ibid. §. 2

Filiis compellere an teneatur pater ad servanda jejunia, quæ frangere volunt? t. 6. r. 13. §. 1. & 2. p. 208

Filiis prioris matrimonii indigentibus an possit uxor eleemosynas facere? t. 7. r. 34. §. 9. p. 296

Filiusfamilias an possit eleemosynas facere? t. 7. r. 38. §. 1. p. 297

Ubi, quod si in ludo aliquid lucretur, an id etiam pauperibus erogare queat?.

Filiusfamilias ad usus honestos an possit accipere aliqua à patre, etiam invito? ibid.

Ubi aliqua alia circa filios familias.

* Vide verb. *Eleemosyna. Succurrere.*

Flagellantes.

Flagellantes se in hebdomada sancta an excusentur à jejunio. t. 6. r. 19. §. 2. p. 212

Formula.

Si formulas multas consecratas excedentes parvitatem materiæ in aliqua vigilia quis sumeret, an frangeret jejunium? t. 6. r. 94. §. 1. p. 252

Fornicans. Fornicatio.

Fornicantes in Oratorio privato, in quo Missa celebratur, an committant sacrilegium? t. 1. r. 63. §. 1. p. 66

Et an talis circunstantia sit necessario in Confessione aperienda? ibid.

Vovens vovendi castitatem, si fornicatur ante promissam castitatem, non delinquit contra votum. t. 3. r. 95. §. 1. p. 107

Idem est de illo, qui vovit sumere ordines sacros, si fornicatur, antequam recipiat eos. t. 3. r. 120. §. 1. p. 116

Fornicans, & tactibus venereis vacans ad eximendum à jejunio peccat contra præceptum. t. 6. r. 18. §. 1. p. 210

Fornicatio Episcopi nondum consecrati, nec facto ordine initiati, secluso scandalo, non excedit malitiam simplicis fornicationis. t. 8. r. 98. §. 3. p. 392

Fractio. Frangere.

Fractio Altaris privilegiati quæn.m sit necessaria ad id, ut Indulgentia illius pereat? t. 1. r. 24. §. 2. p. 17

Ubi multæ distinctiones adducuntur pro prædicto casu. §. 1

Et quæ fractio Medalliæ, Rosarii, Imaginis, Crucis, Orbiculi benedicti, &c. sit necessaria, & censeatur periisse Indulgentia illis concessa, vel ut Indulgentiam retineant? t. 5. r. 25. §. 2. p. 190. & ref. 26. §. 1. p. 191. & ref. 27. §. 2. p. 192

* Vide verb. *Esus. Parvitas materiæ.*

Frater.

Frater Cardinalis, si obtinuit licentiam erigendi in domo sua Oratorium, an talis licentia sit nulla, stante clausula apponi solita, si Cardinalis frater in sua habitatione separata Oratorium habeat. t. 1. r. 30. §. 7. p. 45

Fratribus indigentibus an possit uxor insicio marito præbere eleemosynas? t. 7. r. 34. §. 9. p. 296

* Vide verb. *Missam. audire.*

Fructus.

De fructibus, si aliquis pomum, pirum, uvam, & similia sumat ad sedandam sitim, & dentibus conterendo deglutiat succum dentibus expressum, rejecta substantia ab ore, an frangat jejunium? t. 6. r. 96. §. 4. p. 255

Et quid de malis Massilicis, vulgò *Limoni*, de malis medicis, vulgo *Arranci*, & de cæteris similibus fructibus? ibidem §. 1. p. 254. & melius in ref. 97. §. 1. p. 255

Qui poma, panem, legumina, & similia habet, an teneatur jejunare? t. 6. r. 97. §. 7. p. 256

Fructus Sacrificii.

Fructum maiorem Sacerdos recipit celebrans pro defuncto, quàm si celebrasset pro vivo. t. 1. r. 10. §. 3. p. 8

Fructum integrum Sacrificii ex opere operato an Episcopus, & omnes concelebrantes cum illo referant? t. 8. r. 92. §. 5. p. 389

* Vide verb. *Missam celebrare.*

Fructus, id est Redditus.

Ad fructuum restitutionem an teneatur Episcopus, si per tribus mensibus elapsis à confirmatione Episcopatus consecratus non sit? t. 8. r. 55. §. 1. p. 354

* Vide verb. *Beneficiarius. Beneficium. Cardinalis. Clericus. Eleemosyna. Episcopus. Irregularis. Testamentum.*

Furari. Furtum. &c.

Ex furatis pecuniis Bullæ Cruciatæ sumpta an valeat. t. 3. r. 12. §. 1. p. 72

Furari necessaria occultè à divitibus, & opulentis an possit pauper, qui in gravi necessitate est constitutus? t. 3. r. 49. 50. & 51. p. 303. & 304

Et an talia facta impedienti possit pauper in extrema necessitate constitutus necem inferre? t. 7. r. 50. §. 1. p. 303

Furari clanculum necessaria an possit vir honestus, cui magnum dedecus esset mendicare? t. 7. r. 52. §. 1. & 2. p. 305

Qui furatur aliquam rem in extrema necessitate constitutus, an teneatur postea restituere, si potest? t. 7. r. 53. §. 1. & 6. p. 306

Qui furatus est ante extremam necessitatem aliquam rem, quam postea in extrema necessitate consumpsit, an teneatur ad restitutionem? t. 7. r. 55. §. 1. & 2. ibid.

Rerum Notabilium.

G

Gabella.

* Vide verb. *Bulla Cœnæ.*

Generalis Exercitus.

Generales, & alii primarii Duces Exercitus in suis territoriis an possint facere Missam celebrare in diebus non festivis; Et negatur; Sed conceditur hæc licentia Regi aut Duci, qui Exercitui præest. t.2.r.21. §.2. p.40

Germanus.

Germanus iter faciens per Italiam, &c. in diebus Quadragesimæ an possit comedere ova, & lacticinia? Ubi alii similes casus in exemplum proponuntur. t.6. r.48. §.1. p.224

Gradus.

* Vide verb. *Commissarius Cruciatæ.*

Græcorum Ecclesia.

* Vide verb. *Ecclesia.*

Grangia.

In Grangiis an Regulares possint constituere Oratoria, & ibi celebrare non solum Sacerdotes Regulares, sed etiam sæculares. t.2.r.12.§.1.& 2.p.34

Et an ibi divina officia celebrare, & familiaribus, & Vassallis Sacramenta Eucharistiæ, & Pœnitentiæ ministrare? ibid. §.3

Et an ibi sæculares possint audire Missam de præcepto? ibid. §.2

Et an dicta Oratoria non indigeant benedictione, nec si polluantur, reconciliatione? ibid. §.4

Et an gaudeant immunitate Ecclesiæ? ib.& in r.62. §.1. p.65

In Grangiis an possint Regulares celebrare cum Altari portatili contradicente Episcopo? Et quid non contradicente? t.2. r.13.§.1.& seq.p.34

Gratia.

In gratia an debeat esse, qui suscipit Bullam Cruciatæ in ordine ad eligendum Confessarium ad utendum lacticiniis, &c. t.3. r.2. §.1. p.67

Difficultas est in ordine ad consequendas Indulgentias. ibid.

Si in gratia quis reponeretur per Sacramentalem Confessionem, quamvis feria 4.6. & Sabbatho in peccato jejunasset, an lucretur Jubilæum? ibid.§.2.

Gratiis & Indulgentiis Bullæ Cruciatæ an possit quis frui extra Regna Hispaniarum? t.3. r.160. §.1. pag.131

Gratiam partialem an consequeretur Episcopus ante completam consecrationem moriens, posito quod ordinatio Episcopalis haberet plures materias, & formas partiales? t.8.r.22.§.1.& seq.p.326

Gratia partialis an conferatur ad partiales materias, & formas Sacramenti Extremæ-Unctionis? ibid. §. *Confirmatur.* p.327

Gratiæ status requiritur in Episcopo dum consecratur. t.8. r.52. §.2. & seq. p.352

* Vide verb. *Opus pium. Status.*

Gravis necessitas.

* Vide verb. *Necessitas.*

Gubernatores.

* Vide verb. *Consuetudo. Lex. Præceptum.*

H

Hæres.

* Vide verb. *Facultas. Infirmus.*

Hæresis. Hæreticus.

Hæreticus occultus an incurrat irregularitatem? t.3. r.138. §.2. p.123

Qui propter hæresim non potest absolutionem excommunicationis obtinere, si alia opera injuncta adimpleat, an lucretur Jubilæum & Indulgentiam? t.4. r.50.§.1. p.164

Hæreticus externus an sit, qui dat signa hæresis externæ in quantitate tam levi, ut non sit ex se peccatum mortale? t.6. r.81.§.3. p.244

Hæreticus occultus resipiscens quomodo tacito nomine possit absolutionem in Sacra pœnitentiaria impetrare? t.8.r.43. paulo post initium.p.341

Hermaphroditus.

Hermaphroditi sunt qui utrumque sexum habent. t.8. r.112. §.1. p.402

Hermaphroditus an possit ad Ordines promoveri? ibid. §.1. & seqq.

Hermaphroditus ordinatus validè si in sexum fœmineum degeneret, an retineat potestatem Ordinis susceptí? ibid. §. *Verum.* Et an possit celebrare Missam? ibid. in eodem §. p.403

Hermaphroditus utrumque sexum æquè participans, est incapax Ordinis, & professionis vitæ Religiosæ. ibid. §. *Neque* ante medium.

Hermaphroditus utrumque sexum æquè participans non potest contrahere matrimonium, quin prius juramento se ad usum unius sexus determinet. ib. §. *Neque* in fine.

Hermaphroditus conjugatus, si declinet in fœminam, aut erumpat in marem, an dissolvatur matrimonium. ibid. §. *Sed quid.*

Hermaphroditus erumpens in marem an possit ordinari? ibid. §. *At quid.* p.404

Et an in Episcopum consecrari? ibid.ab initio.p.402

Hispania. Hispanus.

* Vide verb. *Archiepiscopus. Cardinalis. Existens. Mare.*

Homicidium.

Homicidii irregularitatem an excuset ignorantia? t.8. r.104. §.4. p.396

Homines.

Homines privati an teneantur inquirere pauperes? t.7. r.18. §.1. p.285

Et quid tempore pestis, & aliorum similium? ibid.

* Vide verb. *Avarus, Species sacramentalis.*

Hora.

Pro hora comedendi ante & post meridiem in die jejunii aliqua notabilia. t.3.r.102.103.104.& 105. à p.258. usque ad 260

* Vide verb. *Nox. Parvitas materiæ.*

Horologium.

Horologium unum an sit licitum sequi quoad jejunium Ecclesiasticum, & alterum quoad jejunium naturale? Lege textum, ut facilius intelligas hanc propositionem. t.8.r.101.§.1.p.257

Hospes.

* Vide verb. *Consuetudo. Lex. Præceptum.*

Hospes Religiosus an sit computandus in numero Sacerdotum requisito in Diplomate privilegii Altaris privilegiati Regularium? t.1.r.11.& seqq.p.9

Hospes habentis Oratorium privatum an possit ibi Missam de præcepto audire? t.2.r.41.§.3.p.52

Et quomodo clausula in dubio circa hoc est intelligenda? ibid. §.4. & 5. p.53

Hostia.

Quando hostiam consecrat Episcopus cum Episcopo eum consecrante, quomodo se gerere debeat. Idem est de Sacerdotibus, quando cum Episcopo illos ordinante consecrant. t.8.r.89.§.1.& seqq.p.385

* Vide verb. *Ius.*

I

Idiota.

* Vide verb. *Bulla Cœnæ.*

Jeju-

Index

Iejunare. Iejunium. &c.

JEjuni an debeant esse Episcopi, consecratores Episcopi, & consecrandus ? t.8.r.39.§.1. & 2.p.340

* Vide verb. *Votum.*

* In indice primo posito in principio hujus tom. tract. 6. *de Iejunio* ipse titulus demonstrat quòd omnes quæstitiones præcitati tract. pertinent ad hæc verb. *Iejunare. jejunium. &c.* ubi quam plura invenies, & omne, quod desiderare potes.

Ignorantia Ignorare. &c.

Qui ex ignorantia aliqua invincibili in sua patria non habuit notitiam Jubilæi, an possit illo tempore transacto lucrari illud inter duas hebdomadas à die notitiæ ? t.4.r.57.§.4.p.168

Idem est de illo, qui Feria 5. vel Sabbatho habuit notitiam de Jubilæo. ibid.

Si quis ignoret indulgentiam concessam esse facientibus aliqua opera injuncta, an lucretur indulgentiam ? v.g. siquis recitet ad tria signa campanæ post solis occasum *Ave Maria* cum vers. *Angelus Domini, &c.* quamvis ignoret pro illo opere indulgentiam esse concessam, & in aliis similibus ? t.5. r.18. & 19. p.187

* Vide verb. *Homicidium. Irregularis. Restitutio.*

Imago.

* Vide verb. *Diœcesis.*

Immunitas.

Immunitate Ecclesiæ gaudent Palatia Prælatorum, & Abbatum habentium jura Episcopalia, & Palatia Inquisitorum. t. 2. r. 10. §. 1. p. 32

Immunitate Ecclesiæ an gaudeant Oratoria Regularium in Monasteriis, Grangiis, &c. constructa ? t. 2. r. 12. §. 4. p. 34. & in res. 62. §. 2. p. 65

Et quid de Oratoriis privatis sæcularium ? t. 2. r. 62. §. 1. ibid.

Immunitate Ecclesiæ an gaudeat locus, ubi fuit destructum Templum ? t. 5. r. 24. §. 1. & seq. p. 189

Impedimentum.

Si Impedimentum oriatur ut non possit obligatus celebrare in loco à testatore destinato, an teneatur alibi celebrare, quoties veneratio loci, vel temporis præfiniti à testatore intēditur? t. 1. r. 19. §. 1. p. 13

Et quid, si satisfactio suorum peccatorum intendatur? ibid.

* Vide verb. *Commissarius Cruciatæ.*

Imperativum.

Imperativa verba an contineant præceptum ? Et quid in Conciliis, & Decretis Pontificiis ? t. 4. r. 22. §. 3. pag. 151

Impotens.

Impotens se faciens ad jejunandum, officium divinum recitandum, Missam audiendam, &c. sequenti die ob ebrietatem noctis præcedentis, an peccet mortaliter cōtra hæc præcepta? t. 6. r. 18. §. 3. p. 210

Et quid, si quis se inebriet ea sola intentione, & ad eum finem, ut impotens factus non observet dicta præcepta ? ibid. §. 5. p. 211

Imprimentes.

* Vide verb. *Bulla Cœnæ.*

Impuberes.

Impuberum vota castitatis, & Religionis Episcopus dispensare non potest. t. 3. r. 119. §. 9. p. 116.

Impuberes an incurrant aliquam irregularitatem? t. 6. r. 68. §. 12. p. 12. p. 237

Indeterminatum.

* Vide verb. *Votum.*

Indigens. Indigentia.

Indigentia pauperum est triplex, extrema, gravis, & communis. t. 7. r. 1. §. 1. p. 275

Indigenti extremè an sit obligatio ex bonis necessariis ad statum opitulari ? t. 7. r. 6. §. 1. p. 278

* Vide verb. *Necessitas*, & ejus notationem.

Indulgentia

Indulgentias concedere possunt Episcopi t. 8. r. 103. §. 1. pag. 394

Indulgentias concedendi facultas Episcopo confirmato ante consecrationem competit. ibid.

Indulgentias unius anni concedere potest Episcopus in dedicatione Ecclesiæ. ibid.

Et quid, si in dedicatione Ecclesiæ plures adessent Episcopi ? ibid.

Et an hanc facultatem delegare possit Episcopus simplici Sacerdoti ? ibid. §. *Nota Secundo* p. 395

Indulgentias pro defunctis Episcopus concedere non potest. ibid. §. *Nota tertio.*

Indulgentias Episcopus concedere potest subditis etiam extra Diœcesim. ibid. §. *Nota quarto.*

Et quid in loco exempto ? ibid. §. *Nota quinto,*

Indulgentias extra dedicationem 40. dierum concedit Episcopus ibid. §. *Et tandem Nota Sextò.*

Indulgentias concedendi facultas quo jure Episcopis competat ibid. in eodem. §.

* In indice primo posito in principio hujus tom. extract. 5. *de Indulgentia.* vide omnes ejus difficultates super hoc verb. *Indulgentia.*

Indultum.

Indultum qui habet Oratorii in domo, an possit illud gerere in villa, & ruri, &c. t. 2. r. 31. & 32. pag. 46. & 47

Inebrians.

* Vide verb. *Impotens.*

Infans.

Infans an possit ordinari in Presbyterum, & etiam in Episcopum ex dispensatione ? t. 8. r. 48. §. 1. p. 347.

Infans an aliquando sic fuerit ordinatus ? ib. §. *Nota* vero & seqq. p. 348

Infirmitas.

Infirmitas est causa legitima differendi consecrationem Episcopi. t. 8. r. 55. §. *Excipitur. p. 355.*

Infirmitas excusat Episcopum, ne personaliter visitet limina Apostolorum. t. 8. r. 97. §. *Verum* in fine p. 392

Infirmus.

Infirmus an teneatur audire Missam de præcepto, qui habet licentiam audiendi illam in Oratorio privato ? t. 2. r. 35. & 36. p. 49

Infirmus an possit mandare in testamento, ut post ejus mortem hæres, seu executor sumat pro illo Bullam Cōpositionis ? t. 3. r. 175. §. 1. p. 139

In infirmitate, & periculo mortis votum Religionis, vel perpetuæ castitatis emissum, an possit commutari per Jubilæum, Episcopum, vel aliud privilegium ? t. 4. r. 17. §. 1. & seqq. p. 149

* Vide verb. *Communio. Servire.*

Infirmaria.

* Vide verb. *Monialis. Regularis.*

Informis.

* Vide verb. *Confessio.*

Ingressus.

Ingressum publicum, si habeat Oratorium privatæ domus, an possit Episcopus dare licentiam, ut ibi celebretur, & Missa audiatur ? t. 2. r. 23. §. 1. p. 42

Inquirere.

* Vide verb. *Beneficiarius.*

Inquisitio S. Officii.

Si in S. Officio Inquisitionis Sacerdos Confessarius absolute sit privatus audiendi Confessiones, an possit eligi in Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ, aut Jubilæi ? t. 3. r. 19. §. 2. p. 74

Inquisitores.

Inquisitores Hispani an teneantur ad jejunium ? t. 6. r. 27. §. 1. p. 216

* Vide

Rerum Notabilium.

* Vide verb. *Immunitas.*

Inſcriptio.

Inſcriptio proprii nominis in Bulla Cruciatæ an ſit de neceſſitate? t.3. r.10.§.3.p.71

Inſervientes.

Inſervientes menſis ſæcularium, & Regularium an poſſint in jejuniorum diebus aliquid cibi ſumere, antequam ſerviant, & poſtea comedere? t.6.r.102. §.2. p.259

Et an hoc non ſolum in modica quantitate, ſed in magna? ibid.

Et quid, ſi nullam habeant neceſſitatem. t.6.r.108.§.1. p.261

* Vide verb. *Famulus.*

Inſignis.

* Vide verb. *Epiſcopus.*

Inſtitutio.

* Vide verb. *Capellania.*

Inſtrumentum.

* Vide verb. *Contactus. Vnctio.*

Intentio.

Intentio habitualis an ſufficiat ad luctandas Indulgentias, ideſt an ſatis ſit ad lucrandam Indulgentiam opera injuncta præſtare, etiamſi quis ignoret Indulgentiam facientibus illa opera conceſſam eſſe? t.5. r.18. §. 1. & ſeqq. p.187

Si non ea intentione, ut ſolvat jejunium, quis dat operam ludo, pilæ, venationi, vel recreationi alicui alteri, prævidens tamen ex defatigatione ſe evaſurum impotentem ad jejunandum, poteſt excuſari à jejunio. t.6.r.18. latè §.5. p.211

Secus autem, ſi id voluntariè facit ea intentione, ut eo die jejunare non poſſit. ibid. p.212

Idem eſt de pollutione prævisa in ebrietate, nimia comeſtione, vel in comeſtione talis cibi, vel ex tali modo jacendi in lecto, dum quis dormit, &c. ibid. §.3. p.110

Et non eſt eadem ratio de illo, qui deſcendit è loco, ubi obligat jejunium ad locum, ubi non obligat ex intentione non jejunandi, ac de illo, qui in die feſto à proprio domicilio proficiſcitur ad alium locum, ubi hoc feſtum non ſervatur, animo & intentione exercendi ibi ſervilia. ibid.§.4. p.211

* Vide verb. *Confeſſarius. Impotens. Miſſam celebrare. Opus pium. Sacramentum.*

Interdictum.

Interdicti tempore non tenetur audire Miſſam, qui Bullam Cruciatæ habet. t.2.r.35.§.1.& ſeq.p.49

Interdicti tempore nemo tenetur ſumere Bullam Cruciatæ, ut audiat Miſſam die feſto. t.2.r.36.§.3.ibidem.

Interdicti tempore an poſſit Miſſa celebrari, & audiri in Oratorio privato? t.2.r.38.§.1.& ſeq.p.50

Interdicti, tempore, ut quis poſſit celebrare in Oratorio privato virtute Cruciatæ, an ſit omnino neceſſaria licentia Epiſcopi? t.2. r.52.§.1. p.60

Interdicti tempore an licitum ſit in Oratoriis privatis virtute Cruciatæ non ſolum in diebus conceſſis, ſed etiam in feſtivitatibus prohibitis celebrare, & ibi Miſſam audire. t.2.r.55.§.1.p.62

Interdicti tempore, qui audit ſacrũ virtute Cruciatæ, an teneatur ſub mortali, vel tantũ ſub veniali emittere aliquas preces Deo pro unione Principũ Chriſtianorum contra Infideles? t.3. r.124.§.3. p.117

Interdicti tempore Regulares habent privilegia celebrandi in aliquibus feſtivitatibus, an per Cruciatã dicta privilegia ſuſpendantur? t.3.r.125.§.2. ibid.

Interdicti tempore Chriſma confici poteſt pro Baptiſmo miniſtrando. t.8. r.87. §.1. p.383

Interdicti tempore Sacramentorum adminiſtratio & receptio prohibetur. t.8.r.100.§.1. p.393

Interdictum aliud eſt locale, & aliud perſonale? ibid.

Interdictum aliud quoque eſt generale, & aliud particulare. ibid.

Interdictorum ſic diſtinctorum effectus. ibid.

Interdicti tempore certis temporibus & feſtivitatibus celebrari permittitur. t.8.r.101. §.1. p.394

Interdicti tempore quædam Sacramenta adminiſtrare, & recipere licet v.g. Baptiſmum, & Pœnitentiam, & aliquod ex aliis Sacramentis. ibid.

* Vide verb. *Deſignatio. Domeſticus. Sacerdos.*

Interruptio.

* Vide. verb. *Votum.*

Inventum.

Invento primo grano, Medallia, &c. quod habebat fixam Indulgentiam pro quo aliud ſubrogaverant, cui ex duabus Indulgentia cenſeatur affixa remanere? t.5. r.32. §.1. p.195

Invertere.

Invertere ordinem in ſuccurrendo patri, matri, filio, uxori, avo, & nepoti an ſit peccatum mortale? t.7. r.44.§.1. & ſeqq. p.299

Invitare.

* Vide verb. *Cœnare. Miniſter.*

Invitus.

Invitus an poſſit abſolvi per Cruciatam, & habentem privilegium à ſuſpenſione incurſa propter ordinationem ante legitimam ætatem, vel ob defectum tituli. t.3. reſ.128. §. 2. p.119

Ioanna Papiſſa.

Ioannæ Papiſſæ fabula exploditur? t.8. r.54. §.1. p.354

De Ioanna Papiſſa qui falſa, aut vera ſcripſerunt. ibidem §. 2

Ioannæ Papiſſæ error, ſeu fabula unde deducitur. ibidem §.5

Hæreticorum ineptis ratiunculis reſpondetur. ibid.§. *Ad fundamentum.*

Irregularis. Irregularitas.

Ab irregularitate incurſa ab illo, qui ſuſpenſus propter ordinationem antè legitimam ætatem celebravit, poteſt abſolvi, & diſpenſari per Cruciatam, vel habentem privilegium. t.3.r.129.§.2.p.119

Omnis irregularitas, quæ eſt pœna, eſt diſpenſabilis per Bullam Cruciatæ, &c. t.3. r.130.§.1. ibid.

Pro praxi dictæ quæſtionis quinque caſus proponuntur in reſ.132. §.1. & ſeqq. p.121

Ab irregularitatibus, quæ includuntur ſub nomine cenſuræ, abſentes per Cruciatam poſſunt abſolvi? t.3. r.133. §.1. p.122

In irregularitate proveniente ex homicidio caſuali an Epiſcopus diſpenſare poſſit ad majores ordines, dũmodo ſit occulta, quia ad minores ordines etiam ſi ſit publica diſpenſare poteſt? Idẽ eſt de mutilatione memborum injuſta. t.3. r.136. §.1.& ſeqq.p.123

Irregularitatem non incurrit, qui contraxit cum corrupta exiſtente aliquo impedimento dirimente, ſi non conſummavit matrimonium, imo quamvis conſummaſſet. t.3. r.139.§.5. & ſeq. p.124

Qui irregularitatis diſpenſationem voluntariè, vel ex oblivione tempore Jubilæi non petiit, an poſſit inde tranſacto Jubilæo etiam poſt multos annos eandem diſpenſationem obtinere, ſi lucratus eſt Jubilæum? t.4. r.58. §.1. p.168

An per generalem diſpenſationem datam in Confeſſione virtute Jubilæi, vel Cruciatæ maneat diſpenſatus in irregularitatibus conceſſis in dictis Indultis. t.4.r.60. §.3. p.170

Irregularitatem an incurrant pueri occidentes aliquem, ſi ante ſeptennium acceleratus eſt illis uſus rationis. t.6. r.68. §.12. p.237

Irregularitatem aliquam an incurrant impuberes. ib.

Irregularis electus, & confirmatus in Episcopum an licitè possit recipere consecrationem ante obtentam dispensationem; si delictum est occultum? t. 8. r. 43. §. 1. p. 341

Irregularis, vel excommunicatus ratione scandali, vel infamiæ vitandæ interdum sacra peragere possunt, & sub quibus cautelis? ibid.

Irregularis occultus an fructus beneficii restituere, teneatur, ubi per alium onera beneficii præstat? ibid. §. *Confirmatur.* p. 342

Irregularis an sit, qui ante legitimam ætatem consecratur in Episcopum? t. 8. r. 49. §. 1. p. 349. & r. 108. §. 1. p. 399

An irregularitas, vel suspensio incurratur ex consecratione ante legitimam ætatem sine dispensatione? t. 8. r. 49. §. 2. p. 349

Irregularis an sit, vel privetur exercitio ordinis, qui consecratur, vel ordinatur ab Hæretico, vel excommunicato, suspenso, degradato &c. Et quid si adsit ignorantia de supradictis impedimentis? t. 8. r. 99. §. 1. & seqq. p. 393

* Vide v. *Commissarius Cruciatæ. Homicidium. Symonia. Irritare. Irritum.*

Irritum an sit votum castitatis, aut Religionis emissum ex metu levi? t. 3. r. 94. §. 3. p. 107

Et quid, si emissum sit ex metu gravi? ibid.

Irritare potest pater, vir, & Dominus votum castitatis & Religionis filii, uxoris, & servi emissum sine licentia patris mariti, & Domini. t. 3. r. 106. §. 1. & seq. p. 110

Irritum est votum solemne editum ex metu levi injuste incusso. t. 4. r. 17. §. 2. p. 149

Iter. Itinerantes.

Si iter sit unius diei, an equitantes teneantur jejunare? t. 6. r. 20. §. 1. & seqq. p. 212

Itineris pedestris quænam quantitas excuset à jejunio? Et quænam quantitas equestris? t. 6. r. 21. §. 1. & seqq. p. 213

Et quid, si iter pedestre & equestre sit merè voluntarium? ibid. §. 2

Itinerantes cum curribus, & equis an teneantur jejunare? t. 6. r. 22. & 23. ibidem.

Et quid de itinerantibus cum equis conductis? ibid.

Et qui pedester iter agunt, excusantur à jejunio, si iter destinatum sit longum. t. 6. r. 23. §. 2. p. 214

Iter per Italiam, &c. Germanus faciens an possit in diebus Quadragesimalibus comedere ova & lacticinia. t. 6. r. 48. §. 1. p. 224

Iter faciens per alia loca an possit uti indulgentia sui territorii? Et pro praxi hujus quæstionis aliqua exempla proponuntur? t. 6. r. 47. & 48. ibid.

Iter agentes possunt sine Bulla edere ova, & lacticinia, quando non inveniuntur in itinere pisces nec piscatum. t. 6. r. 57. §. 4. p. 231

Itinerantes licèt inveniant panem, & pomorum fructus & olera, non tenentur jejunare. ibid.

Itinerantes, si cum pane habeant herbas, legumina, olera, & fructus, an possint comedere ova & lacticinia in diebus prohibitis. t. 6. r. 85. §. 3. p. 247

Iubilæum.

* Sup. hoc verb. *Iubilæum.* in indice primo posito in principio hujus tom. lege omnes quæstiones tr. 4. *de Iubilæo,* ubi plura.

* Vide verb. *Adolescentes.*

Iudex.

Per judicem potest quis cogi in casu extremæ necessitatis ad faciendam eleemosynam. t. 7. r. 2. §. 1. p. 276

* Vide verb. *Divites.*

Iuramentum. Iurare.

Juramenta circa eandem materiam votorum an possint per Cruciatam, aut Jubilæum commutari, sicut commutantur ipsa vota? t. 3. r. 83. §. 1. p. 103

Et an hoc procedat casu quo juramentum sit adjectum contractui, in quo est turpitudo, & injustitia increditore, ut solvendi usuras, aut metu extortum? ibid. §. 3. p. 104. & in r. 84. §. 1. ibid.

Si quis juravit se rediturum ad carcerem, & si carcer est injustus, an teneatur redire? t. 3. r. 84. §. 3. ibid.

Idem est de eo, qui latroni, vel aliis cum juramento promiserit mille aureos, ne occidatur. ibid.

Juramenti relaxationem, vel commutationem in his casibus an quis possit petere ab Episcopo, vel à Confessario vigore Cruciatæ, vel Jubilæi? ibid. §. 4

Juramento vota confirmata an possint commutari per Cruciatam? t. 3. ref. 85. §. 1. & seqq. pag. 104. & 105

Juramenta pœnalia, seu conditionalia castitatis, seu Religionis an possint commutari per Cruciatam? t. 3. r. 91. §. 1. p. 106

Juramentum ingrediendi Religionem, vel observandi castitatem, an possit per Cruciatam commutari, vel per Episcopum dispensari? t. 3. r. 92. §. 1. ibid.

Quando Pontifex concedit facultatem relaxandi omnia juramenta, an possint illa quinque reservata relaxari, quia in jure nullum reperitur juramentum reservatum? ibid. §. 4

Iuramenta pia Religionis, vel castitatis perpetua an possint commutari per Iubilæum? Et an dicta juramenta non sint reservata Pontifici, sed tantum Episcopis? t. 4. r. 18. §. 1. & seqq. p. 149

Juramenta Deo promissoria, vel vota jurata an possint commutari per Jubilæum, &c. t. 4. r. 19. §. 1. ibid.

Et quid, si in Jubilæo facultas delegata dispensandi, vel commutandi esset limitata ad unicum votum, an tunc possit auferri juramentum de eadem materia illi concomitanter adjuncta, ibid. §. 3. p. 150

A juramento Episcopus potest absolvere etiam ante consecrationem. t. 8. r. 103. §. ult. p. 395

Iuramentum fidelitatis.

Iuramentum fidelitatis erga Romanum Pontificem præstatur ab Episcopo consecrando. t. 8. r. 57. §. 1. p. 356

Juramenti fidelitatis forma, & ritus in Curia præstandi. ibid.

Juramentum fidelitatis quomodo præstetur extra Curiam. ibid.

Juramentum fidelitatis an per Procuratorem præstari possit? ibid. §. 2. p. 357

Juramentum fidelitatis regulariter consecrator recipit designatus in Bulla commissionis. ibid. in fine §. 3

Et quid, Prælatus designatus, & denominatus in Bulla decessisset, an alii ex præsumpta mente Pontificis possint talia juramenta recipere? ibid §. *Qui etiam.*

Et quid, si etiam Prælatus dis ignatus abesset? ibid. in eod. §.

Iuramentum fidelitatis ex Decisione Rotæ debet hodie corporaliter ab Episcopo præstari. ibid. §. *Verum.*

Iurisdictio.

* Vide verb. *Consuetudo. Episcopus. Opinio probabilis.*

Ius.

Jus visitandi oratorium privatum Episcopus non habet, si oratorium non est erectum ad celebrandum, sed ut ibi oretur. t. 2. r. 4. §. 2. p. 19

Jura Episcopalia Prælati, & Abbates habentes possunt erigere oratorium in suis Palatiis, ut ibi celebrent, vel Missam audiant. t. 2. r. 10. §. 1. p. 32

Jus visitandi oratoria Regularium ruri constructa Ordinarius non habet. t. 2. r. 12. §. 5. p. 34

Si jus commune servatur in loco, ubi peregrini, & absentes morantur, an teneantur illud servare, vel possint uti indulgentia sui territorii? t. 6. r. 47. & 48. p. 224. ubi pro praxi aliqua proponuntur.

De

De jure positivo an sub mortali ova & lacticinia sint prohibita in jejunio Quadragesimali? Et si non ex jure positivo, an saltem consuetudine? t.6. r.52. §.1. p.226
De jure communi an ova & lacticinia sint prohibita in diebus jejunii extra Quadragesimam, & in diebus Veneris & Sabbathi? ibid. §.5
Qui jus habet, & licentiam petendi eleemosynam an possit hoc jus alteri locare? tract.7. ref.65. §.1. pag.311
A quonam jure Episcopus accipiat in consecratione potestatem jurisdictionis? t.8.r.75.§.4.p.371
An sit de jure divino, ut qui consecrat, simul sumat, quæ consecravit; ergo si omnes concelebrantes in prima Missa cum Episcopo utramque speciem consecrant, omnes debent utramque speciem sumere. t.8.r.90.§.5. p.387
* Vide verb. *Alimentum. Beneficiarius. Mediolanensis. Obligatio. Præceptum. Privilegium.*

L

Labor.

Laborem incompatibilem cum jejunio qui assumpsit ad hunc finem, ut non jejunet v.g. ludum pilæ, venationis, &c. peccat contra præceptum jejunii. t.6.r.64.§.5. p.235
* Vide verb. *Defatigare. Intentio.*

Lactentes.

Lactentes non tenentur jejunare. t.6.r.10.§.1.p.207
Et quid, si sint robustæ & validæ? ibid. §. *Sed limitant.*
Et quid in dubio? ibid. §. *Adde.*
Et an etiam deobligentur ad esum carnium, ovorum, &c. in diebus prohibitis, quamvis sint robustæ, & validæ? t.6. ref.11. §.1. & seqq. pag.207. & 208.

Lacticinia.

Lacticinia edere an possint Regulares Sacerdotes Militarium Equitum extra quadragesimam cum Bulla Cruciatæ in jejuniis omnibus. tract.3.r.165.§.1. pag.133
Lactinia an possint comedi à sæcularibus Sacerdotibus, & Regularibus in jejuniis ex voto impositis à Confessario in pœnitentiam extra Quadragesimam? t.3.r.165. 167. & 168. p.133. & 135
Et quid de jejuniis pro lucrando Jubilæo? t.4. r.27. §.1. p.153
Et an possit adduci consuetudo in contrarium. ibid.
Et in dubio de tali consuetudine quid est faciendum? ibid. §.3
Lacticinia in quibus jejuniis probibeantur? t.6.r.51. §.1. p.226
Et quid, si dubium est de tali consuetudine? ibidem §.3
Lacticinia an sint prohibita in jejuniis extra quadragesimam, & in diebus Veneris, & Sabbathi de jure communi? t.6. r.52. §.5. ibid.
Dubius an à lacticiniis intenderit abstinere, qui vovit jejunare quadragesimam, si illa comedit, non peccat contra votum, licèt peccet contra præceptum Ecclesiæ. t.6.r.56.§.3.p.230.& ref.57. §.1. & 2. ibidem.
Lacticinia comedit quidam Religiosus in quadam Vigilia in Regno Siciliæ, an peccaverit mortaliter. t.6.r.58. §.1. ibid.
Ubi, an sit consuetudo dictis diebus abstinendi à lacticiniis?
Et quid de jure? ibid.
Lacticinia an sit licitum ministrare pueris habentibus usum rationis ante septennium in diebus jejunii & prohibitis ab Ecclesia? t.6. ref.68. §.1. pag. 236
Lacticinia non comedere pro qualibet die si quis vovit, an toties peccet quoties illa in die comedit. t.6. r.70. §.3. p.239
Ad lacticinia dispensatus in die jejunii an possit simul edere pisces? t.6. r.72. §.1. p.240
Lacticinia comedens, & simul carnes in die jejunii unum tantum peccatum committit non vero distincta? t.6.r.77.§.6. p.242
Lacticinia qui pluries comedit in die jejunii non peccat toties, sed in secunda comestione. t.6.r.32.§.1. pag. 244
Lacticinia comedens in quadragesima absque causa, & sine Bulla unum tantum peccatum committit. t.6. r.84. §.2. p.246
Qui lacticinia & simul carnes comedit in die Quadragesimali, an teneatur explicare in Confessione, quoties se applicaverit esui carnium, & quoties esui lacticiniorum? ibid. §.1
Qui cum lacticiniis habet herbas, legumina, panem, & fructus, an teneatur jejunare? t.6. r.86. §.3. p.247
Lacticinia in collatione serotina an licitum sit sumere, quando licitè in diebus jejunii illa comedi possunt? t.6. r.118. §.1. p.268
* Vide verb. *Agricola. Carnes. Collatio serotina. Consuetudo. Dies. Dominica dies. Dubitans. Germanus. Iter. Itinerantes. Ius. Lactentes. Mare. Novitius. Ova. Pauper. Prægnantes. Regnum.*

Laicus.

Laicus, quando Clericus haberi non potest, an possit moribundo indulgentiam Cruciatæ cocedere? Et an etiam à laico absente? t.3.r.158.§.1.& seqq. p.129. & in t.5. r.38. §.1. p.198
* Vide verb. *Consuetudo. Facultas.*

Lardum.

Lardum an possit comedere, qui ex licentia comedit carnes in die jejunii? Et quid, si tota refectio ex illo fiat? t.6.r.71.§.1.& seqq.p.239.& seqq.
* Vide verb. *Vsus.*

Lavans. Lavare. Lavanderas.

Lavantes mulieres pannos sordidos, vulgo dictæ *Lavanderas* an excusentur à jejunio? t.6. ref.34. §.1. pag. 218
Et quid in die, quo complicant pannos mundatos? ibidem.
Quando lavant pannos sordidos Ecclesiæ, vel Conventus Religiosi fratres laici, & faciunt *lexivium*, ut vulgo dicitur, an excusentur à jejunio? ib. §.1
Et quid, si lavant, & laborant per totam diem? ibid.

Legatum.

Legatum relictum pro omnibus Altaribus privilegiatis alicujus civitatis an extendatur ad Altaria postea erecta? t.1. r.22. §.1. p.15
Legatum relictum certo pauperi, si iste moriatur, nondum adimpleto legato, debetur altari pauperi, nisi aliter constet de voluntate testatoris. t.6.r.55. §. *Sed quia* prope finem. p.229
Legatum relictum ad pauperes an possit in unum distribui? t.7. r.62. §.2. p.310
Et an saltem possit distribui inter duos? t.7.r.63.§.1. ibidem.
Legatum relictum distribuendum uni pauperi an possit in duobus distribui? ibid. §.4. p.311
* Vide verb. *Distributor. Executor. Fœmina.*

Legatus à Latere.

* Vide verb. *Dispensare.*

Legens. Legere.

Legentes Religiosi ad mensa an possint ante lectionę

aliquid cibi sumere ? Et an hoc non solum in modica quantitate, sed in magna ? t.6.r.102. §. 2. p.259
Et quid, si nullam habeant necessitatem? t.6. r.108. §.1.p.261
* Vide verb. *Bulla Cœnæ*, ubi plura,

Legislator.

* Vide verb. *Dispensare.*

Lex.

Legibus, præceptis, & consuetudinibus illius loci an ligentur Prælati, Prætores, Gubernatores, Scholares, Præfecti, Castellani, Milites, advenæ, peregrini, extranei, famuli ad tempus servientes, & alii similes, qui omnes ad Patriam redire semper cogitant, vel secluso scandalo non teneantur ad jejunia, Festa colenda, & Missam audiendam? tr.6. r.39. §.1. p.220
Et an supradictas personas leges, Præcepta, & consuetudines loci non observantes Episcopus punire possit. t.6.r.46.§.3. p.224
Leges obligantes Regulares tota provincia condere non potest. t.6.r.59.§.3. p.232
Leges Synodales ad totum Episcopatum se extendentes an obligent Regulares. ibid.
Lege justitiæ an quis teneatur in extrema necessitate eleemosynam dare ? t.7.r.2.§.1. p.276
Legem ferre, ne quis pauperum publicè & ostiatim mendicet, an licitum sit ? t.7.r.42.§.1.p.298
* Vide verb. *Abrogare. Concilium. Dispensare. Puer.*

Liber.

Liber Evangeliorum imponitur scapulis, & capiti Episcopi consecrandi. t.8. r.115.§.1.p.406
Liber Evangeliorum traditur Episcopo, dum consecratur. t.8. r.117.§.1. p.408
Utriusque mysterii expositio. ibid.§.1.& seq.
* Vide verb. *Bulla Cœnæ.* ubi multa.

Liberare. Liberatio.

* Vide verb. *Anima. Communio. Defunctus.*

Licentia.

Licentia celebrandi in Oratoriis privatis solus Pontifex concedit.t.2.r.1.§.1.p.27
De licentia Parochi potest quis audire Missam in die festivo in Oratorio privato alicujus. t.2. r.42. §.3. p.54
Si licentiam sumendi Bullam Cruciatæ superior Regularis subdito concedat, an possit limitare talem licentiam ad talem usum, vel facultatem v.g. eligendi Confessarium, &c. t.3.r.5.§.2.p.68
Licentia petita à superiore, & non obtenta, si Religiosus sumit Bullam Cruciatæ, non peccat, & fruetur Indulgentiis Bullæ ? ibid.§.1
Ex licentia Medici qui potest in diebus jejuniorum, & Quadragesimæ comedere ova, & lacticinia, an possit comedere sanguinem, quod vulgo dicitur *Sanguinazzi*, seu *Vitoldo*, Hispanè *Mondongo*.t.6. r.70. §.1. p.238
Et an possit comedere sagimen. ibid.
* Vide verb. *Carnes. Commissarius Bullæ Cruciatæ. Ecclesia. Episcopus. Eucharistia. Frater. Interdictum. Ius. Lardum. Pater. Vir.*

Locus.

Qui ad loca sancta peregrinantur, an excusentur à jejunio ? t.6.r.19.§.1. p.212
Si à loco, vel civitate quis proficiscitur, ubi non servatur jejunium, & accedens meridie ad locum domicilii, ubi servatur, an teneatur servare jejunium, si nondum violatum est:t.6.r.43.§.1.& seq.p.222
Ad locum alium propinquum an aliquis possit transire, ut effugiat obligationem præcepti, ut ibi non jejunet, si jejunatur in loco suo.t.6.r.44.§.1.p.223
Quo in loco Ordines conferantur?t.8.r.64.§.1.p.362
Locus an sit de essentia consecrationis Episcopalis? ibid.
Locus ad consecrationem Episcopalem in urbe eligitur pro libito Consecratoris. ibid.
Locus, seu Ecclesia designata in Brevi Apostolico ad consecrationem peragendam an possit variari ? ib. §. *Difficultas.* p.363
Locus privatus, seu Oratorium Episcopi an sit aptũ ad Ordines conferendos.t.8.r.81.§.*Dices* p.377
Et an liceat ibidem Sacramentum Confirmationis ministrare. ibid. in initio.p.376
Et an etiam ibi consecrare Episcopos. ibid.§. *Videsis.* p.377
* Vide verb. *Absens. Consuetudo. Descendere. Episcopus. Immunitas. Ius. Lex. Opus pium. Templum.*

Ludens. Ludus.

Ludens ludo pilæ ad eximendum se à jejunio peccat contra præceptum. t.6.r.18.§.1.p.210.& rel.64. §.5. p.235
* Vide verb. *Obligatum.*

Lusitania.

* Vide verb. *Castellanus.*

M

Magister.

MAgister, qui publicè alios docet, an teneatur ad jejunium ? t.6. r.24. §.1. p.214
Magistri alii communes, signanter Magister Regum, &c. an excusentur à jejunio.t.6.r.31. §.2.p.217

Malitia.

Qui ex malitia omisit opera præscripta in jubilæo, an possit ultimo die lucrari, & dicta opera à Confessario commutari. t.4.r.26. §.1. p.152

Mancipium.

* Vide verb. *Dominus.*

Manus.

* Vide verb. *Minister consecrationis.*

Marchionissa.

Marchionissa, quæ mortuo marito nullo modo manet Domina vassallorum, &c. vult sumere Bullam Cruciatæ, an teneatur solvere decem taneros ? t.3. r.4. §.2. p.68
Et quid, si remansisset usufructuaria ? ibid.

Mare.

In mari dum Hispanus navigat, an possit virtute Cruciatæ edere lacticinia ? t.3.r.162. §.1.p.132
* Vide verb. *Episcopus.*

Maritus.

Maritus, si non vult aliquid dare pro eleemosyna ad lucrandum Jubilæum, an possit uxor illam clam accipere de domo, & dare. t.4.r.30.§.2. p.154
Maritus sciens uxorem facere consuetas, & moderatas eleemosynas, si adhuc hoc illi prohibeat, an hoc non obstante possit uxor facere dictas eleemosynas ? t.7. r.35. §.1. p.296
Marito inscio an possit uxor vigesimam partem annui proventus in eleemosynas distribuere.ibid.§.3
* Vide verb. *Vir. Vxor.*

Mater.

* Vide verb. *Filia.*

Materia.

Materia subrogata, in quam fuit commutatum aliquod votum ex reservatis an possit commutari per Cruciatam, vel Episcopum ? t.3.r.122. §.1. & 2. p.117
Idem est pro Jubilæo. t.4. r.16. §.2. p.148

Matrimonium.

Matrimonium ratum an dirimat professio Militensium ? t.3.r.98.§.3. p.108

Matrimonium ſpirituale contrahitur inter Epiſcopũ, & Eccleſiam ſibi commiſſam. t.8.r.51.§.1. p.351
Matrimonium ſpirituale Epiſcopi cum ſua Eccleſia inchoatur in electione, fit ratum in confirmatione. & conſummatur in conſecratione. ibid.
Matrimonium ſpirituale, & carnale in quo differant? ibid. §. *Nota.*
Matrimonium ſpirituale etiam contrahitur ab Epiſcopo titulari cum ſua Eccleſia ab Infidelibus occupata. ibid.§. *Nec obſtat.*
Matrimonii ſpiritualis ratione peccat Epiſcopus, ſi conſecrationem ſuſcipiat cum peccato mortali.t.8. r.52.§.1. p.352
Matrimonium ſpirituale Epiſcopi modo ſuo dicitur Sacramentum. ibid. paulo poſt initium.
* Vide verb. *Commiſſarius Bullæ Cruciatæ. Debitum conjugale. Hermaphroditus.*

Medicus.

Medicus an teneatur curare gratis pauperem, & vidnam indigentes ejus opera. t.7.r.17.§.1.p.284
* Vide verb. *Carnes. Cauſa. Licentia.*

Mediolanenſis.

Mediolanenſis in oppido, ubi viget jus commune, an poſſit veſci carnibus in quatuor primis diebus Quadrageſimæ ex eo, quòd Mediolani licet ex conſuetudine veſci carnibus his diebus? tract.3. r.161. §.3. p.131
Et quid è contra. r.6.r.48.§.4. p.225
Mediolani Cremonenſes exiſtentes in primis quatuor diebus Quadrageſimæ poſſunt comedere carnes, & poſtea ſi in diebus Rogationum exiſtant Cremonæ non tenentur jejunare, ſicut tenentur Mediolanenſes. t.6. r.41. §.3.p.222
Idem eſt in omnibus Regularibus, ſi Mediolani exiſtant in dictis diebus, vel exiſtant in ſuis Monaſteriis? ibid.

Mendicantes.

Mendicantes Religioſi poſſunt dicere Miſſas votivas,& de Requiem in quacunque die vetita feſto duplici,dummodo non ſit Feſti Domini Sabbaoth. t.1. r.41. §.2. p.27
Sub Mendicantium nomine in verbis Bullæ Cruciatæ an includantur etiam alii Regulares, qui Mendicantes non ſunt, & etiam Novitii, ſed ex beneficio Sedis Apoſtolicæ eorum privilegio fruuntur? t.3. r.145. §.1. & ſeqq. p.125
* Vide verb. *Eccleſia.*

Menſura.

Menſura certitudinis, & efficacitatis conceſſionis Indulgentiarum an ſit à cauſa finali? t.5.r.2.§.1. p.177

Mentale.

* Vide verb. *Oratio.*

Meretrix.

Si meretrices ſumant Bullam Cruciatæ,an illis proſit, & valeat? t.3.r.12.§.1.p.72

Metus.

Ex metu levi votum emiſſum Religionis, aut caſtitatis an ſit per Cruciatam, vel Jubilæum commutabile? Et quid ſi emiſſum fuiſſet ex metu gravi t.3.r.94.& 107.& in t.4.r.17.§.1.& ſeqq.p.149
Idem eſt de votis emiſſis in metu & periculo mortis, naufragii, &c. t.4.r.17.§.1. p.149
* Vide verb. *Irritum.*

Milites Equites. Miles.

Milites D.Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ,& D.Joannis an teneantur ad eleemoſynas faciendas,ſi beneficia Eccleſiaſtica provideant? tr.7. r.30. §.1. & ſeqq. p.294
* Vide verb. *Conſuetudo. Lex. Præceptum. Religioſus. Religio.*

Minimum.

* Vide verb. *Eleemoſyna. Opus pium. Pars. Parvitas materiæ.*

Miniſter Miſſæ.

Miniſter privilegiatus habens Bullam Cruciatæ an poſſit vi illius invitare Sacerdotem ad celebrandum in oratorio privato qualibet die etiam ex ſolemnioribus, quamvis Sacerdos Bulla careat? t.2. r.54.§.1. p.61
Vel an Miniſtrum privilegiatum excitare ipſe Sacerdos poſſit ad utendum ſuo privilegio, per quod facultatem habet, ut Sacerdos in præſentiâ ipſius Miniſtri celebret? ibid.

Miniſter conſecrationis Epiſcopalis. Miniſtrare.

Miniſter conſecrationis Epiſcopalis eſt ſolus Epiſcopus. t.8. r.24. §.1. p.328
Et an poſſit eſſe Sacerdos ſimplex ex diſpenſatione. t.8.r.25.§.1. ibid.
Et quid, ſi Pontifex abſque alia ſolemnitate diceret alicui: *Eſto Epiſcopus talis loci*? t.8.r.26.§.1.p.329
Miniſtri conſecrationis Epiſcopalis ſunt tres Epiſcopi ex neceſſitate præcepti, ſed non Sacramenti. t.8. r.27. 28.& 29. p.330.& 331
Et ſuppoſito quòd ternarius ille numerus eſſet de jure divino,an Pontifex ſuper illo diſpenſare poſſit t.8. r.30. §.1. p.332
Et etiam aliquando diſpenſaverit. t.8.r.31.§.1.p.333
Et diſpenſatio in illo caſu abſque cauſa juſta conceſſa an eſſet valida. t.6. r.32.§.1. ibid.
Et Sede Apoſtolica vacante an ſimiliter poſſet in eo diſpenſare Collegium Cardinalium? t.8.r.33.§.1. p.334
Miniſtrari poteſt conſecratio Epiſcopi à pluribus quàm à tribus Epiſcopis.t.8. r.34. §.1. ibid.
Miniſtri aſſiſtentes debent imponere manus ſuper conſecrando, aliàs conſecrationem improbare videntur. ibid.
Miniſter conſecrationis Epiſcopi exempti eſt Papa. t.8. r.35. §.1. ad medium. p.335
Miniſter conſecrationis Archiepiſcopi olim erant omnes Epiſcopi ſuffraganei. ibid.
Miniſter hic hodie eſt Papa,ſeu ille, cui Papa id munus commiſerit. ibid.
Miniſter primarius conſecrationis Epiſcopalis extra Curiam celebrandæ debet hodie eſſe inſtructus mandato per literas Apoſtolicas expedito. ibidem §. ult. ad medium.
Miniſtri conſecrantis quomodo manus ſimul imponere debeant ſuper caput conſecrandi, & proferre verba: *Accipe Spiritũ ſanctũ*, &c.t.8.r.36.§.1.p.336
Miniſtrorum conſecrationis Epiſcopalis intentio quæ requiratur? t.8.r.37.§.1.ibid.
Miniſtri probitas an requiratur, ut validè conferatur Sacramentum. ibid.§. *Nec contra* p.337
Miniſtri aſſiſtentes non omnes ritus peragunt ſimul cum conſecratore primario. t.8.r.38.§.1. & ſeqq. p.338
Miniſtri conſecrationis Epiſcopalis debent eſſe jejuni. t.8. r.39.§.1. & 2. p.339
Miniſtri conſecrationis Epiſcopalis debent eſſe in ſtatu gratiæ. t.8. r.40.§.1. p.340
Et quid,ſi ante impoſitionem manuum, & prolationem formæ conterantur, ſi fuerint ante in ſtatu peccati mortalis. t.8. r.41.§.1. ibid.
Miniſter conſecrationis ſi plures ſimul conſecraret in peccato mortali,an multiplicaret peccata.t.8.r.42. §.1. p.341
Si unus ex tribus Miniſtris non imponeret manus, vel non proferret verba: *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* an non valeret conſecratio? t.8. reſ.45. §.1. p.342
Miniſtri conſecratores an peccarent mortaliter conſe-

crando Episcopum non insignitum Sacramento Confirmationis. t. 8. r. 46. §. 1. p. 343
Ministri, si consecrarent cum opinione probabili, an consecratio esset interanda. t. 8. r. 47. §. 1. p. 344
Ministri aliquid in consecratione Episcopi omittentes, quomodo supplere debeant. t. 8. r. 50. §. 1. p. 350
Ministri consecrationis Episcopi possunt hodie de mandato Apostolico recipere juramentum fidelitatis à consecrando præstandum, & professionem fidei Catholicæ. t. 8. r. 57. §. 1. p. 356
Minister consecrationis Episcopalis designatus in mandato Apostolico, si absit, vel decesserit, an alius mandatum recipere & exequi possit, ibidem. §. *Qui etiam.* p. 357
Minister consecrationis ante Bullas receptas licet iam Romæ expeditas Episcopum consecrare possit. t. 8. r. 58. §. 1. p. 358
Minister consecrationis Episcopalis adhibens unctionem cum indice, vel cum aliquo instrumento an peccet mortaliter? t. 8. r. 60. §. 1. p. 361. & ref. 82. §. 1. pag. 377
Minister prædictus censurâ innodatus an possit Episcopum consecrare? t. 8. r. 61. §. 1. p. 361
Minister Archiepiscopus non potest ante receptum pallium consecrare. t. 8. r. 68. §. 1. p. 364
Sed an possit eo casu id muneris delegare? ibid. §. 1. & seqq.
Minister consecrationis Episcopalis ritus invertens an faciat ordinationem invalidam? t. 8. r. 69. §. 1. & 2. pag. 366
Minister consecrationis aliquem ritum accidentalem omittens an peccet? t. 8. r. 70. §. 1. ibid.
Minister, qui in consecratione Episcopi utitur solo oleo benedicto an validè consecret? t. 8. r. 4. §. 1. p. 379. & ref. 86. §. 1. p. 383
Et si utitur Chrismate ex balsamo adulterino confecto an validè, & licitè consecret? t. 8. ref. 85. §. 1. pag. 381
Et si utitur Chrismate veteris anni an peccet mortaliter. ? t. 8. r. 87. §. 1. p. 383
Ministro consecrationis quanta à consecrato reverentia debeatur? t. 8. r. 93. §. 1. p. 389
A Ministro hæretico, vel excommunicato consecratus an fiat irregularis? t. 8. r. 99. §. 1. p. 393
Ministri consecrationis Episcopalis debent fulminare processum de vita & moribus consecrandi. t. 8. r. 110. §. 1. p. 400
Minister consecrationis Episcopalis an possit esse Angelus vel anima Beata? t. 8. r. 111. §. 1. ibid.
Minister consecrationis Episcopalis an possit esse Hermaphroditus, qui post ordinationem suam degeneravit in fœminam. t. 8. r. 112. §. 1. p. 402
* Vide verb. *Mitra.*

Missam Audire.

Vt Missam audiat an Episcopus possit in suo Palatio Oratorium privatum habere pro sola sua commoditate? t. 2. r. 2. §. 1. & 2. p. 28
Idem est de Episcopo Titulari, & prælatis habentibus jura Episcopalia. t. 2. r. 9. & 10. p. 31. & 32
Missam audire de præcepto an possit frater Episcopi cum uxore, & reliqua sua familia in aliquo ex Oratoriis Episcopi illo præsente? t. 2. r. 3. §. 1. p. 28
Et an familiares Episcopi mortuo, vel absente Episcopo? Idem est de familiaribus Cardinalis. t. 2. r. 7. & 8. pag. 30. & 31
Missam de præcepto audire an possint sæculares, & vassalli Regularium in Oratorio Grangiæ Regularium? t. 2. r. 12. §. 2. p. 34
Missam audiens in oratorio privato in diebus vetitis in indulto dicti oratorii an satisfaciat præcepto? t. 2. r. 27. §. 3. p. 43
Et quid, si habeat Bullam Cruciatæ? t. 2. r. 28. §. 1. pag. 44
Et quid, si Episcopus sub pœna excommunicationis prohibeat, ne quis Missam audiat in oratoriis privatis aliqua die ex solemnioribus, an, hoc non obstante, qui habet Bullam Cruciatæ possit ibi in dictis diebus Missam audire? ibid. §. 3
Missam de præcepto an teneantur audire tempore interdicti, qui habet Bullam Cruciatæ? t. 2. r. 35. §. 2. p. 49
Ut Missam audiat tempore interdicti in die festo an quis teneatur sumere Bullam Cruciatæ? t. 2. r. 36. §. 3. ibid.
Missa de præcepto an possit audiri in oratorio privato tempore interdicti? t. 2. r. 38. §. 1. & 2. p. 51
Missam audire pro præcepto diei festi an possint familiares in Oratorio privato Domini si non adsit Dominus præsens. t. 2. r. 39. §. 1. ibid.
Et quid, si familiares habeant Bullam Cruciatæ, & etiam tempore interdicti? ibid. §. 2
Missam de præcepto audire an possint commorantes in domo sæcularis habentis oratorium privatum, si suis expensis vivant? t. 2. r. 41. §. 1. p. 52
Si Missam extraneus audiat in die festo bona fide in privato Oratorio an satisfaciat præcepto? t. 2. r. 41. §. 5. & seq. p. 54
Et si postea cognoscat id esse sibi prohibitum, an teneatur aliam Missam audire, ut impleat præceptum? ibid.
Et quid de audientibus Missam in Oratorio de licentia Parochi in die festo, ibid. §. 3. p. 53
Si Missam audire quis nequeat nisi in oratorio privato, non tenetur illam ibi audire. ibid. §. 5. p. 54
Et quid dicendum de audientibus Missam de præcepto in oratoriis Episcoporum, Regularium, & in oratorio privato sæcularis virtute Cruciatæ, an satisfaciant præcepto? ibid. §. 4
Vt Missam audiat, an quis possit virtute Cruciatæ habere oratorium privatum in domo sua? t. 2. r. 48. §. 1. & seqq. p. 57
Missam audire an teneatur dubitans an hodie sit dies festus; t. 6. r. 2. §. 2. p. 202
Qui Missam non audit in die duplici Festo ab Ecclesia indicto, an peccet dupliciter. t. 6. r. 63. §. 1. p. 234
In Missæ auditione in diebus festivis tempore pestis an possit Episcopus dispensare cum omnibus in domibus reclusis propter suspicionem pestis, vel quid est faciendum? t. 6. r. 69. §. 2. p. 238
* Vide verb. *Commissarius Cruciatæ. Consanguineus. Domesticus. Dominus. Episcopus. Facultas. Familiares. Hospes. interdictum. Regulares.*

Missam celebrans. Celebrare.

Missæ celebratæ in Altari privilegiato prosunt defunctis per modum suffragii, non absolutionis, t. 1. r. 2. §. 3. pag. 2
Et ejus Concessio est potestas clavium. ibid.
Missam celebrans in Altari privilegiato existens in peccato mortali, an indulgentia Altaris defuncto prosit? t. 1. r. 4. §. 1. & 2. p. 4
Missam celebrans pro defunctis in Altari privilegiato an debeat dicere de Requiem, licèt, in indulto non exprimatur? t. 1. r. 9. & 10. pag. 8.
Missa de Requiem in dicto Altari an possit dici in die festo duplici, & de præcepto, qui incidit in die assignato pro supradicto Altari? t. 1. r. 9. §. 2. ibid.
Pro Missa votiva; vel de Requiem accipiens stipendium an possit dicere aliam currentem in illa die? t. 1. r. 10. §. 4. p. 9
Et quæ Missa ex dictis magis prosit defuncto? ibid. §. *Notandum.* p. 8
Missam in Altari privilegiato Sacerdos obligatus dicere

dicere an possit compelli ab Episcopo, ut ipsemet celebret? t. 1. r. 21. §. 1. p. 15
Missam siquis celebret bona fide in Altari nondum consecrato, vel quod amisit consecrationem, an Altare illud non indigeat alia consecratione? t. 1. r. 24. §. 6. p. 17
Et quid, si Sacerdos mala fide celebrat, esto peccaverit? ibid.
Missa dicta in Altari privilegiato an prosit viventibus? t. 1. r. 25. §. 1. ibid.
Missam defunctorum celebrari facere sibi an licitum sit viventibus? ibid. §. 2
Missam si Regulares non promittant celebrare in Altari privilegiato, an excusentur aliquando à peccato, si illas, in alio Altari celebrent? t. 1. r. 26. §. 1. pag. 18
Ex Missa dicta in Altari privilegiato an Sacerdos possit applicare Indulgentiam dicti Altaris defuncto, & Altari Sacrificium, & accipere duo stipendia? t. 1. r. 35. §. 1. p. 23
Missa celebrata in Altari privilegiato alio die à designato prodest quidem ex parte sua non verò indulgentiæ Altaris privilegiati. ibid.
Missæ simul & continuatè dictæ plus valent pro defunctis, quam si dicantur in pluribus diebus t. 1. r. 39. §. 9. p. 26
Ubi quod expedit, ut quis sibi viventi faciat sacrificia celebrari, quàm post mortem. ibid. §. *Et tandem.* pag. 25
Missas votivas, vel de requiem possunt dicere Regulares in quacumque die vetita Festo duplici, modo non sit Festum Domini Sabbaoth. t. 1. r. 41. §. 2. p. 27
Missas celebrare in oratoriis privatis quis, quo modo & quando possit in indice primo posito in principio hujus tom. in t. 2. *de Oratoriis privatis* invenies plures difficultates signanter à r. 1. usque ad r. 11. & in r. 23. 27. 28. 31. 33. 38. 39. 43. 48. 49. 52. 54. & 55. à p. 27. usque ad 62
Missam celebrare potest Sacerdos in Altari portatili, quod erat in palatio rurali ad dandum Viaticum ibi moribundo. t. 2. r. 18. §. 4. p. 37
Missam qui celebrat pro stipendio, & sui laboris pretio, an possit hanc suam operam Petro addere. t. 3. r. 1. §. 5. p. 66
Missam celebrare possunt Regulares tempore interdicti in aliquibus Festivitatibus per sua privilegia. Suspenduntne dicta privilegia per Bullam Cruciatæ? t. 3. r. 125. §. 2. p. 117
Ad Missam celebrandam an sufficiat oratio mentalis. t. 3. r. 148. §. 1. & 2. p. 126
Missam celebrant Sacerdotes cum Episcopo, qui recenter illos ordinat. t. 8. r. 89. §. 1. p. 385
Quatuor modis id fieri posse explicatur. ibid. §. 1. & seqq.
Missam concelebrat Episcopus recens consecratus cum consecratione. ibid. in princip. & §. *Quid ego.*
Missam in supradictis casibus celebrans, si præveniatur à concelebrantibus, quid fiat. ibid. §. *Ex his.* p. 386
Missam concelebrans Episcopus cum consecratore de calice participat. t. 8. r. 90. §. 1. ibid.
Cur non participant Sacerdotes de calice similiter concelebrantes cum ordinante? ibid. §. 2. p. 387
In hac Missa an detur inconveniens si Sacerdos, vel etiam Episcopus unam speciem, & non aliam consecraret? ibid. §. 3
In Missa an sit de jure divino utramque speciem consecrare & sumere? ibid. §. *Vide.*
Missa Pataseves celebratur cum sumptione sub una tantum specie. ibid. in fin. §. 6
Missam in qua Sacerdotes cum Episcopo concelebrant, qua intentione offerre debeant? t. 8. r. 92. §. 1. & seq. p. 388
Missæ fructum, quem satisfactorium & medium appellant, an dicti Sacerdotes applicare possint, cui voluerint? ibid. §. *Sed audiamus,* p. 389
Missæ fructum ex opere operato referunt dicti Sacerdotes concelebrantes. ibid.
Missas duas an celebrare possit Episcopus, qui in die Natali Domini fuit consecratus in prima? t. 8. r. 94. §. 1. ibid.
Idem est de Sacerdotibus ordinatis in die Natalis Domini ex dispensatione. ibid. §. *Ex his.* p. 390
Missam quoque unam, an celebrare poterit, qui in prima Natalis Domini ex dispensatione fuit Sacerdos ordinatus, & in secundo Episcopus consecratus? ibid. §. 1. in fin. p. 389
Missa celebrari in festivitate Paschali permittitur tempore interdicti, & in ipso Sabbatho Sancto, celebrari possit. t. 8. r. 100. §. *Sed difficultas.* p. 393
Missam celebrare, & audire in suis oratoriis possunt Episcopi. t. 8. r. 102. §. *His tamen.* p. 394
Missæ Sacrificium celebrare an possint Angeli, vel anima separata in corpore aëreo. t. 8. r. 111. §. *Sed his.* & §. *Id ipsum.* p. 491. & 402
Missam celebrare an possit Hermaphroditus, qui post validam ordinationem degeneravit in sexum fœmineum? t. 8. r. 112. §. *Verum his non obstantibus.* pag. 403
In Missæ sacrificio ritus olim fuit osculi pacis. t. 8. r. 123. §. *Tertullianus.* p. 413
Et cur ille ritus sublatus sit? ibidem §. *Ea basiorum.* ibidem.
* Vide verb. *Anima. Applicare. Bulla Cruciata. Capella. Capellania. Capellanus. Clausula. Cathecumenus. Defunctus. Dies. Dominica. Episcopus. Feria. Mendicantes. Monialis. Oratorium. Pœna. Restituere. Sacerdos.*

Mitra.

Si absque Mitra Episcopus ministrat Sacram. Confirmationis, an sit tantum veniale? t. 8. res. 70. §. 5. pag. 366
Mitra est ornamentum Episcopale. t. 8. r. 121. §. 1. p. 411
Mitra & Baculus Pastoralis sunt arma Episcopi. ibid. §. *In signum.* p. 412
Mitra est galea bicornis utrumque testamentum referens. ibid. §. 1. p. 411.
Mitra Episcopo consecrando imponitur. ibid. §. 2.
Mitram Episcoporum contra ineptias, & injuriosa Hæreticorum dicteria quis eruditè defenderit? ibid. §. 2. p. 412
Mitræ symbolica descriptio. ibid. §. 2. p. 411

Monasterium.

Monasteria Religiosorum, quibus proventus redundant an teneantur de illis eleemosynas facere? t. 7. r. 32. §. 1. p. 295
Ubi an Prælatus possit, vel debeat omnes superabundantes redditus in eleemosynam dare? §. 2
* Vide verb. *Eleemosyna. Existens. Mediolanensis. Regulares. Satisfacere.*

Monialis.

In Monialis cella an possit erigi oratorium ut ibi Monialis infirma audiat Missam, &c. t. 2. r. 16. §. 2. pag. 36
Ne in Monialium infirmaria Sacrificium Missæ celebrare permittatur, Sacra Congregatio sub die 22. Augusti 1605. declaravit. ibid. §. 3. in fine.
Moniales an intelligantur in verbis Bullæ Cruciatæ sub nomine fratrum in ordine, ut per Bullam suspendantur Indulgentiæ Regularium? t. 3. r. 144. §. 3. p. 125
Moniales tempore Jubilæi an possint eligere Confessarios quoscumque ab Ordinario approbatos, etiamsi non sint ad eorundem Monialium confessiones deputati ab Ordinario, ut ea, à peccatis

vel à casibus & censuris reservatis absolvant? t.4. r.10. & 11. p.146
Moniales an sint præferendæ viris Religiosis in distribuenda eleemosyna inter pauperes ? t.7. r.60. §.1. p.309
* Vide verb. *Annus. Eleemosyna. Fœmina.*

Moribundus.

* Vide verb. *Applicare. Infirmus.*

Mortale peccatum.

Mortalia peccata qui non habet, an teneatur adhuc confiteri ad Jubilæum lucrandum? t.4. r.48. §.1. pag. 163
Qui mortalibus caret, & venialia tantum habet, an teneatur sub mortali illa in Quadragesima confiteri pro præcepto Ecclesiæ ? t.4. r.47. §.4. ibid.

Mortuus.

Mortuo an aliquando possit prodesse Bulla Cruciatæ vivorum v.g. ad effectum ut in loco sacro sepeliatur, & absolutio excommunicationis illi præstetur, & suffragia Ecclesiæ pro ipso offerantur ? t.3. r.176. §.1. p.139
Et quid, si relinquat stipem præscriptam in hunc finem, ut post ejus mortem Bulla pro anima sua sumatur ? ibid. §.4. p.140
* Vide verb. *Anima. Defunctus.*

Mos.

Si secundum morem Monasticum jejunet Regularis vovens jejunare, an satisfaciat, vel teneatur jejunare secundum morem Ecclesiæ ? t.6.r.60.§.1.p.232

Mulier.

Mulieres, quæ pretio conventus pannos sordidos lavant, vulgo dictæ *Lavanderas*, an excusentur à jejunio. t.6. r.34. §.1. p.218
Et quid in die, quo complicem suppellectilem, vel pannos mundatos ? ibid.
Et quid de quocumque alio domestico exercitio mulierum, quale est nere, consuere, & hujusmodi exercitia, in quibus multoties totam diem insumunt ? ibid.

Musicus.

* Vide verb. *Cantores.*

Mutuum.

Cum mutuo grano benedicto recepto an quis lucretur ejus Indulgentiam ? t.5. r.28.§.1.p.192
Si mutuando subveniam pauperi in extrema necessitate, an satisfaciam præcepto eleemosynæ ? t.7. r.4. §.1. p.277
Et quid in gravi necessitate ? t.7. r.11.§.1.p.280
Mutuum habens tenetur reddere creditori suum mutuum, quando uterque sunt in extrema necessitate. t.7. r.47. §.1. & seqq. p.301

N

Navigare.

* Vide verb. *Mare.*

Navis.

* Vide verb. *Episcopus.*

Naufragium.

IN Naufragii periculo votum Religionis, vel castitatis perpetuæ emissum, an possit dispensari per Jubilæum, Cruciatam, vel Episcopum ? t.4.r.17. §.1. p.149

Necessitas extrema, gravis, & communis.

* Super his verbis in indice primo posito in principio hujus tom. in t.7. *de Eleemosyna* plures difficultates invenies, signanter à r.1. usque ad Res.15. inclusivè, & in r.23.27. & à r.45. usque ad r.55. inclusivè, ubi plura, & aliqua notabilia.

Negotium.

* Vide verb. *Chorus. Paulus V.*

Nobiles.

* Vide verb. *Collatio serotina.*

Nomen.

Si nomen alicujus scribatur in Bulla Cruciatæ ab eo, qui pro amico sumit Bullam, an possit is talis eam non acceptare, sed nomen suum tollere, & alteri applicare ? t.3. r.11. §.1. p.72
Sub nomine Ordinarii quinam intelligantur ? t.3. r.17. §.5. p.73
Sub nomine beneficii Parochialis an includantur superiora beneficia ut Abbates, Archipresbyteri, & hujusmodi habentes curam animarum, & jurisdictionem in hoc foro ? t.3. r.18. §.5. p.74
* Vide verb. *Consanguineus. Domesticus. Ecclesia. Familia. Inscriptio. Monialis. Novitius. Prælatus Regularis.*

Notarius.

Notarii, & signanter Notarii Regum an teneantur jejunare, t.6. r.31. §.2. p.217

Novitius.

Novitii Regularium an possint sumere Bullam, & virtute ipsius absolvi à casibus reservatis ? t.3. r.33. §.1. p.84
Et an etiam sine Bulla possint absolvi à quocumque Confessario approbato à reservatis in Religione ? ibidem.
Novitii supradicti sumendo Bullam possunt edere ova & lacticinia sicut cæteri sæculares. ibid. §.1
Novitii an intelligantur in verbis Bullæ Cruciatæ sub nomine fratrum, in ordine ut Cruciata suspendat indulgentias Regularium ? t.3. r.144. §.1. & seqq. p.125
Novitius Religionis an tempore Jubilæi possit eligere Confessorem non approbatum ab Episcopo sed à Prælato Religionis t.4. r.9. §.2. p.145

Nox.

Post mediam noctem quando subsequitur jejunium, vel ante mediam noctem in die jejunii an quis per spatium unius horæ comedere possit sine fractione jejunii ? t.6. r.38. §.3. p.220
In nocte verò Bacchanalium an licitum sit differre cœnam usque ad tertiam horam post mediam noctem ? ibid.

Numerus.

Numerus Sacerdotum expressus in Diplomate Altaris privilegiati an sit de essentia pro indulgentia dicti Altaris ? t.1. r.11. §.1. p.9
* Vide verb. *Sacramentum. Supervivens Regularis.*

O

Obligatio. Obligatum.

OBligatus an qui sit relinquere ludum pilæ, &c. vel aliam quamcumque recreationem propter jejunii observationem ? t.6. r.17. §.4. p.209
Obligatio an sit ex bonis necessariis ad statum largiendi eleemosynam pauperibus extreme indigentibus ? t.7. r.6. §.1. p.278
Obligatio an sit faciendi eleemosynam ex bonis omnino superfluis ? t.7. r.12. §.1. & seqq. p.281
Obligatio quam Ecclesiastici habent expendendi superflua status in usus pios, an oriatur ex jure naturæ, vel ex jure Ecclesiastico? t.7.r.20.§.2. & seqq. pag. 286
De obligatione Episcoporum, & Beneficiariorum ad eleemosynas elargiendas. t.7. r.22. §.1. & seqq. pag. 288
* Vide verb. *Anima. Divites. Dubitans. Effugere. Eleemosyna. Missam celebrare. Necessitas.* & ejus annotationem. *Pauperes. Oratorium. Restituere.*

Oblitum.

Oblitus alicujus peccati in confessione si postea illius recordatur intra tempus Jubilæi, vel indulgentiarum, an teneatur intra dictum tempus illud confiteri ? t.4. r.45. §.2. p.162
Et quid, si transactum sit tempus Jubilæi, & peccata oblita

oblita & reservata commissa ante Jubilæum in mentem venit, an possint absolvi tempore Jubilæi elapso? t.4. r.46. §.1. p.162. & r.58. §.1. p.168
Oblita peccata reservata an possit pœnitens post Jubilæum cuicumque confiteri, si virtute Jubilæi confessus est, quod postea illud non lucratur? t.4. r.61. §.1. p.170
Quidam oblitus est aliquorum votorum tempore Jubilæi, aliorum obtinuit commutationem, an transacto eo tempore Jubilæi possit à dictis votis oblitis commutationem petere, non obstante quod lucratus non sit Jubilæum? t.4. r.62. §.1. p.171

Obsonium.

Nisi parum obsonii quis bibat, jejunare non possit, an sit astrictus jejunare, qui fecit votum de jejunando tali die in pane & aqua? t.6. r.66. §.1.p.235

Offerens. Offerre.

* Vide verb. *Anima. Authoritas. Defunctus. Missam celebrare.*

Officiales.

Officiales ordinarii, cui committuntur dispensationes matrimoniales, & aliæ, non possunt pro eorum expeditione accipere aliquid nec minutum. t.1. r.40. §.2. p.26
Officiales Regum, Secretarii, Notarii, Magistri, & similes an excusentur à jejunio. tract.6. r.31. §.1. pag. 217
Officiales & artifices omnes, qui in Republica laborant, an excusentur à jejunio indiscriminatim, quod intelligitur de figulis, argentariis, textoribus, fullonibus, cœmentariis, pistoribus, coriariis, fossoribus, feriariis, & aliis in laboribus similibus? t.6. r.35. §.1. & seq. p.219
Et quid de piscatoribus, & venatoribus? ibid. §.3
Officiales supradicti, qui uno vel altero die non laborant, an teneantur tunc jejunare? t.6. r.36. §.1. & 2. ibid.

Officium divinum.

Officia divina possunt Regulares celebrare in Oratoriis Grangiarum ex privilegio Alexandri VI. t.2. r.11. §.3. p.34
Ad officium divinum persolvendum an sufficiat oratio mentalis? t.3. r.148. §.1. p.126

Omittere.

* Vide verb. *Malitia.*

Onus.

Ab onere implendi pœnitentiam pœnalem à Confessario impositam an liberetur, qui sumit indulgentiam plenariam? Et hoc intelligitur de pœnitentia, quæ non est præservativa. t.5. r.16. §.1. & seqq. p.186
* Vide verb. *Clausula.*

Operari. Operarius.

Qui operarios conducit cum pacto, & conditione ut eo die, quo suo labori incumbunt, non jejunent, an peccet saltem venialiter? t.6. r.14. §.2. p.208
Operarios eos solos vocare an quis teneatur, qui cum moderato labore possint operari sine fractione jejunii? t.6. r.15. §.1. p.209

Opinio probabilis.

Si opinionem probabilem pœnitens habet, quod nihil re vera debeat, non tenetur aliquid solvere t.3. r.59. §.2. p.95
Si sub opinione est, an votum sit reservatum, hoc satis est, ut per Episcopum, Cruciatam, vel Jubilæum commutari, vel dispensari tale votum potuit. t.3. r.99. §.3. p.108
Opinio probabilis an sufficiat in Jubilæo ad lucrandam indulgentiam? t.4. r.67. §.1. p.173. & r.68. §.1. ibid.
Idem est circa jurisdictionem & in administratione Sacramentorum. t.4. r.68. §.3. p.173
Opinio probabilis an sit asserens *Chocolatam* non frangere jejunium? t.6. r.93. §.1. p.251
Cum opinione probabili Baptismus, Sacerdotium, & Episcopatus collatus, an sint denuò iteranda? t.8. r.47. §.4. p.345
Et quid, si ordinatio Sacerdotis fuisset facta cum calice non consecrato, vel vacuo, aut si non tetigit calicem, &c. ibid. §.7
* Vide verb. *Causa. Consecratio. Sacramentum.*

Oppidum.

* Vide verb. *Absens.*

Opus pium.

Opera omnia, & singula omissa pro lucrando Jubilæo an ita Confessarius commutare possit, ut potestas ei in Jubilæo concessa etiam se extendat ad præterita? t.4. r.25. §.2. p.152
Opera præscripta in Jubilæo an possit quis præstare, quæ ex alio capite facere tenetur v.g. ex obligatione præcepti Divini, aut Ecclesiastici, vel Confessarii, aut voti? t.4. r.34. §.1. p.156
Opera præscripta pro lucrando Jubilæo an possit quis in duobus locis præstare compulsus ex aliquo negotio & causa? t.4. r.35. §.1. p.157
Opera injuncta qui adimplet intra duas hebdomadas, an lucretur Jubilæum? t.4. r.37. §.1. & seq. ibid.
Opus pium an semper exigatur ad lucrandam indulgentiam pro vivis? t.5. r.2. §.5. p.178
Opus pium injunctum pro acquirenda indulgentia an faciendum sit intentione principali, vel æquè principali ad illam lucrandam? t.5. r.6. §.1. & seqq. p.181
Opus injunctum ad lucrandas indulgentias an debeat fieri bene moraliter, ita ut sit in se honestum, & moraliter bonum? t.5. r.7. §.1. ibid.
Et quid, si opus injunctum malè efficiatur moraliter etiam cum peccato mortali? ibid. §.3
Operis injuncti si minima aliqua pars prætermittatur, an consequatur quis indulgentiam? t.5. r.8. §.1. p.181
Opus requisitum qui faciunt, an lucrentur æqualiter indulgentiam? t.5. r.10. §.1. & seqq. p.183
Opera omnia præscripta ad indulgentiam consequendam, an debeant fieri in statu gratiæ? t.5. r.12. §.3. pag. 184
Opere unico & eodem an possit quis lucrari simul plures indulgentias diversis viis concessas. t.5. r.13. §.1. & seqq. ibid.
* Vide verb. *Ignorare. Malitia. Pœnitens.*

Opus servile.

Ab operibus servilibus abstinere an teneatur dubitans, an hodie sit dies festus? t.6. r.2. §.2. p.202
Opus servile qui exercet in die duplici ab Ecclesia indicto an peccet dupliciter? t.8. r.63. §.2. p.234
* Vide verb. *Dominus.*

Orans. Oratio.

Orationes aliquas an teneantur fundere utentes oratorio privato virtute Cruciatæ, & an vocales aut mentales? t.2. r.59. §.1. p.64
Et quæ quantitas orationis sufficiat? ibid. §.2
Idem est quoad orationem mentalem, aut vocalem, & quoad quantitatem virtute Jubilæi. ibid.
Oratio facienda in Ecclesiis, vel Altaribus pro lucranda indulgentia Bullæ Cruciatæ an sufficiat, ut sit mentalis? t.3. r.148. §.1. p.126
Idem est pro solvenda pœnitentia à Confessario imposita, officio Divino, & Missa dicenda. ibid.
Oratio, si præcipiatur tribus diebus jejuniorum, an in his diebus facienda sit pro lucrando Jubilæo? t.4. r.28. §.1. & seqq. p.153
Et quid, si in Bulla Jubilæi indeterminate mandatur oratio, an sufficiat semel orare etiam die Dominico, non solum ante sed post communionem? ibid. §.3

De

De oratione facienda ad lucrandum Jubilæum. t. 4. r. 70. §. 1. p. 174
Orationem fundere extra Ecclesiam an sufficiat ad lucrandam Indulgentiam, si præ multitudine hominum quis ingredi Ecclesiam non possit? t. 5. r. 17. §. 1. p. 187
* Vide verb. *Diœcesis.*

Oratorium.

In oratorio obligatus celebrare an peccet alibi celebrando? Et in tali casu an teneatur ad aliquam restitutionem? t. 1. r. 15. §. 1. & seqq. p. 12
In Oratoriis privatis conceditur, ut una tantum Missa celebretur, sed accedente gravi causa aliquando plures dici possunt. v.g. cùm Dominus illius domus primam non audivit. Et cùm quis mortuus est in domo, ubi est Oratorium, & corpore præsente plures Missæ dicuntur, ut habet consuetudo. t. 2. r. 21. §. 4. p. 40
Oratoria Cardinalium, & Episcoporum an possint dici Ecclesiæ? t. 8. r. 81. §. 1. p. 376
In Oratoriis prædictis an possint Sacramenta ministrari. ibid.
In Oratoriis supradictis an liceat consecrationem Episcopalem ministrare? ibid. §. *Vidisti.* p. 377
In Oratoriis Episcoporum possint ordines etiam majores conferri. ibid. §. *Dices.*
Oratoria non sunt pollutionis Ecclesiasticæ capacia. ibid. §. 1. p. 376
Oratorium erigendi facultatem an habeat Episcopus ante consecrationem? t. 6. r. 102. §. 1. p. 394
* In indice primo posito in principio hujus tom. t. 2. de *Oratoriis*, ipse titulus designat quod omnes quæstiones præcitati tract. pertinent ad hoc verb. *Oratorium.* Ubi quamplura, & notabilia invenies, & quidquid desiderare potes.

Orbiculus.

* Orbiculus, qui Agnus Dei vocatur? Vide verb. *Agnus Dei.*

Ordinarius.

Ordinarius si injustè denegetapprobare Oratorium, an possit privilegiatus eo uti? t. 2. r. 24. §. 1. & seqq. p. 42
Ab Ordinario Confessarius approbatus in una Diœcesi an per Bullam Cruciatæ, vel Jubilæum in alia Diœcesi possit eligi sine nova approbatione Ordinarii loci, sive Ordinarius ille sit originis, beneficii, aut domicilii, & sive Ordinarius sit pœnitentis, sive Confessarii. t. 3. r. 17. §. 1. p. 73
Et quinam sub nomine Ordinarii intelligantur? ibidem §. 5
Si ab Ordinario loci Regularis non est approbatus, an sit eligibilis per Jubilæum, vel Cruciatam? t. 4. r. 6. §. 1. p. 144
Idem est de Canonico Pœnitentiario. ibid. §. 2
Ab Ordinario quicumque Confessarius approbatus an possit tempore Jubilæi Moniales à peccatis, vel à casibus, & censuris reservatis absolvere? t. 4. r. 10. & 11. p. 146
Ordinario loci an subjiciat non coactivè, & læsione exemptionis Papa Religiosos volentes acquirere Jubilæum? t. 4. r. 12. §. 2. p. 147
* Vide verb. *Confessio. Designatio. Dispensatio. Ius. Monialis. Prælatus. Regularis.*

Ordinis Sacramentum.

Pro Ordinum collatione an possit aliquid etiam minutum accipi? Et quid, si sponte oblatum recipiatur. t. 1. r. 40. §. 2. p. 26
Ordines Ecclesiastici quot sint? tr. 8. r. 1. in fine. pag. 313
Ordo sacer ordinatur ad SS. Eucharistiæ Sacramentum. ibid. in fine.
Ordo quid sit propriè dictus? t. 8. r. 2. §. *Probatur totio.* ibid.
Inter Ordines recensetur Episcopatus. ibid.
Ordo Episcopalis an distinguatur à Sacerdotali? t. 8. r. 3. §. 1. p. 314
Ordo Episcopalis ordinatur ad Missæ Sacrificium? ibidem.
Ordo Episcopalis imprimit characterem distinctum à Sacerdotali. ibid. §. *Et ad tertiam*, & magis latè in r. 8. & 9. p. 317
Ordo Episcopalis est quadripartitus, sive quatuor gradus habet, hi sunt Patriarchæ, Archiepiscopi Metropolitani, & Episcopi. t. 8. r. 4. §. 2. p. 314
Ordo Episcopalis an constituat octavum ordinem. t. 8. r. 11. §. 1. p. 319
Ordines conferre an possit Episcopus in eadem die suæ consecrationis? t. 8. r. 44. §. 1. p. 342
Ordo in qua ætate suscipiatur. t. 8. r. 48. §. 1. & seqq. pag. 347
In Ordine Sacerdotali, & Episcopali aliquid relictum quomodo postea sit iterandum? t. 8. r. 50. §. 1. p. 350
Et si est possibile, an suppleri debeat ab eodem qui ordinavit, vel consecravit? Et quid si talis defecit ex aliquo deliquio? ibidem §. 5. & 7. p. 350. & 351
Ordo Episcopalis prærequirit Sacerdotalem. t. 8. r. 53. §. 1. p. 352
Ordinum Ecclesiasticorum fœminæ sunt incapaces. t. 8. r. 54. §. 1. & seqq. p. 353
Si Ordines majores Episcopus excommunicatus confert, an validè eos conferat? t. 8. r. 61. §. 1. p. 361
Et quid si Ordines suscipit ab Episcopo excommunicato, suspenso, hæretico, schismatico, deposito, aut degradato verum Ordinem suscipit, sed ab ejus executione suspenditur. ibid. §. 2
Ordo Episcopalis cur die Dominica conferatur? t. 8. r. 62. §. *Sed si.* p. 362
Ordo Episcopalis quo in loco, & qua hora conferatur? t. 8. r. 64. §. 1. ibid.
In Ordinibus sacris alicujus ritus inversio an sit valida, vel saltem illicita. t. 8. r. 69. §. 1. & seqq. p. 361
Ordo Episcopalis est major Ordine Sacerdotali. t. 8. r. 76. §. 1. & seqq. p. 372. & 373
Ordines an possit suscipere Hermaphroditus? t. 8. r. 112. §. 1. p. 402
Ordinari non debent Hermaphroditi utrumque sexum æquè participantes. ibid.
Ordinem exequi an possit Hermaphroditus degenerans in fœminam? ibid. §. *Verum.* p. 403
Ordinari an possit Hermophroditus erumpens in marem. ibid. §. *At quid.* p. 404
* Vide verb. *Ætas. Ecclesia. Sacramentum.*

Osculum.

Osculum est symbolum amoris? tract. 8. r. 113. §. 1. pag. 413
Osculum paucis præbetur Episcopo consecrato, ibid. §. 1. p. 412
Osculi hujus mystica expositio. ibid. §. 2. p. 413
Oscularі, & amare eodem verbo Græco exprimunt. ibid. §. *Sed non.*
Osculum fuit etiam antiquis indicium prærogativæ conferendæ. ibid. §. *Arcanum.*
Osculo Reges creati. ibid. §. *Ita.*
Osculo inaugurantur Doctores. ibidem propè finem dicti §.
Osculum pacis è familia Christi oriundum. ibid. ad medium §. 6.
Osculo Christus Spiritum Sanctum in Discipulos immisit. ibid. paulo post initium dicti §.
Osculo pacis in Missæ Sacrificio. ibid. paulo ante finem.

Oſculorum piorum uſus Eccleſiæ propter abuſum ſublatus eſt. ibid. §. vult.

Ova.

Quando ova prohibentur comedi in diebus jejunii, an ſit licitum comedere panem biſcottum in quacumque magna quantitate, ſecluſâ conſuetudine? t.6. r.38. §.3. p.220

Ova, quæ intra gallinas inveniuntur, poſſunt comedi cum Bulla Cruciatæ in quadrageſima. t.6. r.52. §.4. pag. 226

Ova poſſunt comedere Regulares cum Bulla Cruciatæ in Dominicis Quadrageſimæ. t.6. r.53. §.5. p.227

Ova non comedunt Regulares ex conſuetudine in jejuniis Quadrageſimæ, ita ut obliget ad peccatum mortale. ibid. §.6. p.228

Sed adducitur quædam Bulla Leonis X. in qua conceditur Regulares, & eorum familiares poſſe comedere ova in Quadrageſima, & aliis diebus quomodolibet prohibitis etiam ex conſuetudine. ibid. §.7

Ova an ſit licitum comedere in Dominicis Quadrageſimæ ſine Bulla? t.6. r.54. §.1. & ſeqq. ibid.

Ab ovis an teneantur abſtinere extra Quadrageſimam, qui vovit jejunare, ubi ex conſuetudine non comeduntur, ita ut peccet contra votum? Idem eſt de jejunio ex pœnitentia, & Jubilæo. t.6. r.55. §.1. & ſeqq. p.229.

Si abſtinendi ab ovis conſuetudo univerſalis obligatoria in aliqua Provincia extaret, an illam Regulares obſervare teneantur? t.6. r.59. §.1. p.231

Ova comedere poſſunt in Quadrageſima Præſbyteri cauſâ conſervandæ vocis. t.6. r.111. §.4. p.262

* Vide verb. *Lacticinia*, & omnes ejus quæſtiones præſta, & accommoda ſuper hoc verb. *Ova*, & etiam omnia verb. ejus ultimæ notationis, & verb. *Stomachus.*

P

Paganus.

* Vide verb. *Carnes.*

Palatium.

IN Palatino Epiſcopi etiam rurali, & extra Diœceſim an poſſit haberi oratorium ex ſua ſola commoditate, ut ibi Epiſcopus celebret, vel Miſſam audiat? t.2. r.2. 4. & 5. p.28. & ſeqq.

Et an non ſolum unum oratorium, ſed etiam duo in ſuo Palatio Epiſcopus habere poſſit, unum ad ſuum uſum, & alterum ad uſum familiæ & nepotum? t.2. r.3. §.1. p.28

Idem eſt pro Palatio Epiſcopi titularis, & Prælatorum, & Abbatum habentium jura Epiſcopalia. t.2. r.9. & 10. p.31. & 32

Palatia ſupradicta, & Palatia Inquiſitorum gaudent privilegio immunitatis Eccleſiæ. t.2. r.10. §.1. pag. 32

* Vide verb. *Capella.*

Pallium.

Pallium Archiepiſcopus petere & recipere debet, nec antea poteſt exequi ea, quæ ſunt ordinis Archiepiſcopalis. t.8. r.68. §.8. p.365

Pallio non recepto an poſſit Archiepiſcopus delegare executionem ſui Ordinis alteri? ibid. in initio. pag. 364

Pallio non recepto an poſſit Archiepiſcopus facere conſecrari ſuffraganeum? ibid. §.6. p.365

Pallio non recepto non poteſt Archiepiſcopus jubere crucem ante ſe deferre. ibid. §. *Notandum.*

Pallium inſigne dignitatis Archiepiſcopalis vel Patriarchalis. ibid. in dicto §.

A die recepti pallii computari debet abſentia Præſulis à Concilio Trid. permiſſa. ibid. §. *Nota quod.*

Panis.

Panis biſcottus an poſſit comedi in quacumque magna quantitate in diebus, in quibus prohibentur ova, ſecluſa conſuetudine? t.6. r.38. §.3. p.220. & in r.118. §.3. p.269

Papa. Papatus.

Papa non habet juriſdictionem in defunctis. t.1. r.2. §.1. p.2

* Vide verb. *Eccleſia. Ioanna Papiſſa. Ordinarius. Pontifex*, & paſſim in aliis verbis ſub verb. *Pontifex.*

Papatus eſt Ordo, ſed non diſtinctus ab Epiſcopatu. t.8. r.4. §.3. p.315

Papyrus.

* Vide verb. *Bulla Cœnæ.*

Parochus.

Parochus, qui actu Parochiale beneficium habet, an poſſit eligi in Confeſſarium per Cruciatam, & Jubilæum? t.3. r.19. §.3. & 4. p.74

Et quid, ſi beneficium Parochiale, reliquit reſignatione, commutatione, aut per Religionis ingreſſum? ibid. §.1

Sine Parochi licentia an poſſit per Cruciatam recipi Euchariſtia de manu ſimplicis Sacerdotis præterquam in die Paſchatis? tract. 3. reſol. 123. §.1. pag. 117

Idem eſt de Extrema unctione. ibid. §.2

Parochus, qui renunciavit beneficium, vel ab ipſo fuit privatus, an ſit eligibilis in Confeſſarium per Jubilæum, vel Cruciatam? t.4. r.2. §.1. p.142

Parochus an poterit ei, qui antea erat Parochus, dare facultatem audiendi Confeſſiones in ſua Parochia? ibidem.

Parochus habens actu beneficium curatum non ſolum eſt eligibilis per Jubilæum intra Diœceſim, ſed extra & ubique terrarum. ibid. §.2

A Parocho, & non ab Epiſcopo Sacerdos approbatus an in aliquo caſu ſit eligibilis in Confeſſarium per Jubilæum? t.4. r.3. §.1. p.142

Parochus an poſſit ſuis ſubditis licentiam præbere, ut confiteantur cum Sacerdote approbato ab Epiſcopo alterius Diœceſis, ſeclusâ prohibitione proprii Ordinarii? ibid. §.2. p.143

Pars.

Qua parte diei incipit, & deſinit indulgentia pro aliquo certo feſto conceſſa? t.5. r.9. §.2. p.182

* Vide verb. *Opus pium. Privilegium. Satisfactio.*

Partitas materiæ.

Parvitas materiæ an detur quoad lucrandas indulgentias non ſolum in continuatione temporis, ſed etiam poſt tempus elapſum. t.5. r.9. §.1. p.182

Parvitas materiæ an detur in opere injuncto ad lucrandas indulgentias? ibid. §.4

Parvitas materiæ an detur excuſans à fractione jejunii poſt mediam noctem, quando ſubſequitur jejunium, videlicet infra ſpatium unius horæ, vel ante mediam noctem in die jejunii? t.6. r.38. §.3. p.220

Si parvæ comeſtiones, quæ fiunt in die ſæpius comedentis, coaleſcant in unum, & efficiant quantitatem notabilem an frangant jejunium & peccent mortaliter? t.6. r.89. §.1. & ſeqq. p.249

Parvitas materiæ an detur in fractione jejunii? Et quænam quantitas, & parvitas materiæ excuſet? t.6. r.90. §.1. ibid.

An ratione parvitatis materiæ non frangat jejunium, qui duas uncias potionis *Chocolatæ* ſumit? t.6. r.92. & 93. p.250. & 251

Parvitas materiæ cujuſlibet cibi excuſans à fractione jejunii ſunt duæ unciæ. t.6. r.96. §.5. p.255

Parum cibi poteſt quis ſumere interdiu ne potus noceat, & hoc ſine fractione jejunii toties quoties, dum modo in fraudem jejunii non ſumatur. t.6. r.98. §.1. & ſeqq. p.257

Dimidia

Dimidia uncia est quantitas sufficiens ne potus noceat. t.6. r.85. §. ult. p.247
Modicum cibi ab amico rogatus sumens in die jejunii, ne inurbanus videatur, an peccet venialiter. t.6. r.99. §.1. & seqq. p.257
Qui per quaʃtam partem horæ ante prandium ʃumeret cibum, an frangeret jejunium? t.6. r.102. §.1. p.259.
Parvitas materiæ an detur in comeʃtionis anticipatione in die jejunii? t.6. r.103. §.1. ibid.
Idem eʃt ʃi comeʃtio poʃtponatur. Et in utroque caʃu aʃʃignatur tempus & hora. ibid. §.2
Ratione parvitatis materiæ in ʃerotina refectione jejunii an ʃit licitum ʃumere quantitatem excedentem uncias octo v. g. quantitatem duarum unciarum. t.6. r.123. §.4. p.271
* Vide verb. *Bulla Cœnæ. Carnes. Cœnare. Nox.*

Paʃcha.

* Vide verb. *Euchariʃtia.*

Pater.

Pater Cardinalis, ʃi obtinuerit licentiam habendi in domo ʃua Oratorium, an talis licentia ʃit invalida, ʃtante clauʃula apponi ʃolita, ʃi filius, Cardinalis habeat Oratorium in ʃua habitatione ʃeparata? t.2. r.30. §.7. p.46
* Vide verb. *Commutare. Eleemoʃyna. Filius. Filia. Irritare. Succurrere.*

Patriarchatus.

Patriarchatus eʃt Ordo, ʃed non diʃtinctus ab Epiʃcopo. t.8. r.4. §.1. & ʃeq. p.314

Patriarcha.

Sine Patriarchæ conʃenʃu, ʃi aliquis Sacerdos in Epiʃcopum conʃecraretur, an conʃecratio ʃit invalida? t.8. r.35. §.1. p.335

Paulus V.

Per Pauli V. Bullam anno 1606. an Altaria privilegiata conceʃʃa Regularibus fuerint revocata? t.1. r.29. §.1. p.19
Vel tantum prædictus Pontifex revocaverit Indulgentias conceʃʃas immediatè, & directè ipʃis Regularibus vivis, & non etiam Regularibus defunctis? ibid.
Per Pauli V. Bullam an cenʃeantur ʃublata Oratoria Palatii alicujus civitatis, in quo Senatores negotia tractant? Et quid de Capella Carcerum publicorum. t.2. r.17. §.1. & 3. p.36. & 37
Per Pauli V. Bullam revocatæ ʃunt Indulgentiæ Regularium, ʃed an hodie revalidatæ ʃint? t.5. r.40. §.1. p.199
Ubi excipiuntur aliquæ Indulgentiæ Summorum Pontificum, quæ revocatæ non ʃunt in prædicta Bulla. §.1. & ʃeqq. p.199. & 200

Pauper. Paupertas.

Pauperes, qui non habent piʃces, nec piʃcatum, in diebus vetitis poʃʃunt comedere ova, & lacticinia ʃine Bulla. t.6. r.85. §.1. & ʃeqq. p.246
Et quid, ʃi cum pane habeant herbas, legumina, olera, & fructus. ibid. §.3. p.247
Pauperis, & viduæ cauʃam tenetur defendere Advocatus. t.7. r.9. §.1. & ʃeq. p.279
Et quid de Medicis, Chirurgis, Pharmacopolis, & aliis, t.7. r.17. §.1. p.284
In pauperum communibus neceʃʃitatibus an quis teneatur facere eleemoʃynam ex ʃuperfluo ʃtatus? t.7. r.12. & 13. p.281. & ʃeqq.
Et an pauperibus, qui ex nuditate, vel ex morbo extremæ neceʃʃitatis evidentia ʃigna oʃtendunt? t.7. r.13. §.5. p.283
Pauperes inquirere an teneantur Priores, Abbates, & alii Clerici curam animarum non habentes, ut ipʃis eleemoʃynas faciant de ʃuperfluis redditibus Eccleʃiaʃticis? t.7. r.31. §.1. & ʃeqq. p.294
His, qui pauperes voluntariè fiunt, ut Religioʃi, an ʃit præceptum dandi eleemoʃynam? t.2. r.40. §.1. & ʃeq. p.298
Pauperes an rectè excludantur aliquando à civitatibus. t.7. r.42. §.1. ibid.
Ne quis pauperum publicè, & oʃtiatim mendicet, an liceat legem ferre. ibid. §.2
Pauperi cuidam promittens eleemoʃynam, an poʃʃit alteri, vel ʃibi pauperiori conferre? t.7. r.43. §.1. ibidem.
Pauperibus an ʃit licitum in gravi neceʃʃitate occultè ʃubripere ab opulentis, ʃi aliter illud malum grave avertere nequeant? t.7. r.49. 50. & 51. p.303. & ʃeqq.
Paupertatem ʃimulans, recipiens eleemoʃynam an peccet mortaliter, & teneatur ad reʃtitutionem? t.7. r.56. §.1. p.306
Et quid, ʃi illi darentur in eleemoʃynam v.g. centum aurei? ibid. §.2. p.307
Pauper mendicans cauʃa otioʃitatis, vel cupiditatis etiamʃi ʃit validus corpore, an peccet mortaliter? ibid. §.4
Pauper adʃtans ad oʃtium divitis, ʃi alteri pauperi accedenti dicat eleemoʃynam eʃʃe datam an teneatur ad reʃtitutionem. ibid. §.5
Ex paupertate ficta eleemoʃyna recepta, cui eʃt facienda reʃtitutio, an Domino danti vel pauperibus. t.7. r.57. §.1. p.307
Et quid, ʃi ficto pauperi magna quantitas in eleemoʃynam data ʃit. ibid. §.2. p.308
Pauper quiʃnam dicatur. t.7. r.59. §.2. ibid.
Si ʃuper pauperum electione eʃt contentio inter executores teʃtamenti, electio devolvitur ad Epiʃcopum, ut uni ex executoribus adhæreat, data parite inter pauperes. t.7. r.60. §.1. p.308. & ʃeq.
Si diʃtributor eleemoʃynæ ʃit Religioʃus, an poʃʃit eligere Religioʃos Mendicantes ʃui Monaʃterii. t.7. r.61. §.3. p.309
Si ex pœnitentia à Confeʃʃario impoʃita aliquis tenetur aliquid diʃtribuere, non poteʃt ʃubveniendo ʃibi, ʃed poʃʃit conʃanguineis. t.7. r.64. §.1. p.311.
* Vide verb. *Alimentum. Beneficiarius. Commutare. Diʃtributor. Divites. Eccleʃiaʃticus. Eleemoʃyna. Epiʃcopus Executor. Fœmina. Fictum. Furtum. Homo. Indigentia. Legatum. Monialis. Mutuare. Superfluum. Votum.*

Peccare. Peccatum.

* Hæc verba ʃunt generalia, ideo invenientur paʃim ferè in omnibus quæʃtionibus, & verbis hujus Indicis.

Pecunia.

Ex pecuniis ablatis, & furatis Bulla Cruciatæ ʃumpta an valeat. t.3. r.12. §.1. p.72

Penʃio. Penʃionarius.

Penʃionarii an ʃicut cæteri Beneficiarii teneantur ad eleemoʃynas elargiendas. t.7. r.29. §.1. p.295
Penʃiones poteʃt Epiʃcopus retinere poʃt pacificam poʃʃeʃʃionem Epiʃcopatus, t.8. r.55. §.5. p.355

Peregrinare. Peregrinatio. Peregrinus.

Si peregrinatio præcipitur ad obtinendam Indulgentiam pro defuncto debetur ipʃa peregrinatio applicari defuncto. t.1. r.6. §.2. p.6
Peregrinationis vota ad Jeruʃalem, ad limina Apoʃtolorum, & ad D. Jacobum Compoʃtellanum an per Jubilæum poʃʃint commutari, ʃi non exprimantur. t.4. r.14. §.1. p.147
Peregrinis an licitum ʃit uʃus ʃagiminis, & lacti in Regno Siciliæ in diebus Quadrageʃimalibus, & aliis jejuniis cū Bulla Cruciatæ. t.3. r.166. §.5. & 6. p.355
Peregrini an gaudeant Indulgentiis Epiʃcoporum ibi, per quem tranʃeunt? De quibus plura. t.5. r.29. & 30. §.4. & ʃeqq. p.193
Si peregrinari poʃʃum altera die jejunio non impedita, teneor

teneor ne peregrinationem relinquere ad observandum jejunium? t.6. r.21. §.2. p.213
Peregrini an recte excludantur aliquando à civitatibus? t.7. r.42. §.1. p.298
* Vide verb. *Absens. Consuetudo. Lex. Præceptum.*

Periculum.

In periculo mortis, naufragii, &c. votum Religionis & castitatis perpetuæ emissum, an possit commutari per Jubilæum, Cruciatam, vel Episcopum? t.4. r.17. §.1. & seqq. p.149
* Vide verb. *Fœmina.*

Perire.

An pereat Indulgentia secundi Numismatis à me deputati in locum primi, si reperiam granum, Medalliam, &c. quam amiseram? t.5. r.28. §. *Sed inquiramus.* p.193
* Vide verb. *Templum.*

Perseverare.

Perseverandi votum in Religione an possit commutari per Cruciatam, vel Jubilæum, ut ita vovens tempus Novitiatus possit egredi. t.3. r.100. §.1. p.108
Et in tali casu ita vovens non indiget aliqua voti commutatione. ibid.
Perseverandi votum in Religione, non obligat, si bona fide in probatione putat quis sibi Religionem non esse commodam. ibid.
* Vide verb. *Templum.*

Persona.

Personis omnibus subjectis Superiori Regulari possunt ministrari Sacramenta in eorum Oratoriis privatis. t.2. r.29. §.2. p.45
* Persona perillustris. Vide verb. *Episcopus.*

Pestis.

* Vide verb. *Carnes. Episcopus. Homo. Missam audire.*

Pharmacopola.

Pharmacopola pauperibus indigentibus an ejus opera gratis ministrare teneantur. tract.7. r.17. §.1. p.284

Pharmacum.

Pharmaca non solum curativa, sed etiam præservativa possunt sumi in diebus jejunii? t.6. res.95. §.1. p.253

Pictores.

Pictores an teneantur jejunare? tract.6. r.33. §.1. p.218

Piscatores.

Piscatores an excusentur à jejunio? tr.7. r.35. §.3. p.219

Piscatum. Pisces.

Piscatum, vel pisces pluries in die comedens non peccat toties mortaliter, sed in secunda comestione tantùm. t.6. r.82. §.1. p.244
* Vide verb. *Carnes. Collatio serotina.*

Pœna.

A pœnis Purgatorii potest Sacerdos eximere duas, vel tres, quartam animam cum unica Missa tantùm, si dicatur pro diversis rationibus, & concessionibus Indulgentiarum? tract.5. r.14. §.3. & 4. p.186
* Vide verb. *Anima. Defunctus.*

Pœnale.

Pœnale votum, vel juramentum castitatis aut Religionis an possit dispensari per Bullam Cruciatæ, & non solum ante, sed post impletam conditionem? t.3. r.89. 90. & 91. p.105. & 106
* Vide verb. *Pœnitentia Sacramentalis.*

Pœnitens.

Pœnitens, qui absolutionem obtinuit à peccatis reservatis, & censuris vigore Jubilæi, si postea omittat opera præscripta, & illud non lucretur, an peccet mortaliter? t.4. r.64. §.5. p.172
* Hoc verb. Pœnitens passim invenietur in pluribus verbis, & quæstionibus hujus Indicis.

Pœnitentiæ Sacramentum.

Pœnitentiæ Sacramentum an possint Regulares familiaribus, & vassallis ministrare in eorum Oratoriis, etiam in Grãgiis constructis. t.2.r.12.§.3.p.34

Pœnitentia Sacramentalis.

In pœnitentia jejunii à Confessario imposita sæculares & Sacerdotes, vel Regulares an possint edere ova, & lacticinia extra Quadragesimam, in Quadragesima autem cum Bulla Cruciatæ sæculares tantùm, non autem Sacerdotes, & Regulares. t.3.r.165.§.6. & in res.167. §.1. & res.168. p.134. & 135
A pœnitentia pœnali à Confessario imposita implenda liberatur, qui sumit plenariam Indulgentiam. t.6. r.16. §.1. p.186
Et hoc intelligitur de pœnitentia, quæ non sit præservativa. ibid. §.2
Qui pœnitentiam Sacramentalem jejunii habet pro certa die, an toties peccet, quoties in ea carnes comedit? t.6. r.83. §.1. p.245
* Vide verb. *Commutatio. Oratio.*

Pœnitentiarius Canonicus.

* Vide verb. *Canonicus Pœnitentiarius.*

Pollutio.

Pollutio prævisa, sed non intentata à Confessario, dũ Confessiones audit, & prævisa in ebrietate, nimia comestione, vel in comestione talis cibi, vel ex tali modo jacendi in lecto, dum quis dormit, equitando, &c. an careat culpa? t.8.r.18.§.2. in fine & s.p.240
Et quid, si omnia supradicta, & alia similia quis faciat ea sola intentione, & ad eum finem tales causas adhibuisset, ut sequatur pollutio? ibid.

Pontifex.

Pontifex concedendo Altare privilegiatum, quo facto applicet Indulgentiam defunctis? tr.1. r.2. §.1. & seqq. p.2
Pontifex an possit concedere Altaria privilegiata pro vivis? t.1. r.25. §.1. p.17
Pontifici Summo à jure est reservata provisio Ecclesiarum Episcoporum Titularium in partibus infidelium existentium, qui de eis disponit in Consistorio sicut de aliis Ecclesiis? t.2. r.9. paulo post initium. p.31
Pontifex an possit Bullam Cruciatæ revocare, & non concedere? Et quid elapso anno sexennii? t.3.r.1. §.2. & seqq. p.66
Pontifex quando concedit facultatem relaxandi, vel commutandi omnia juramenta, possunt absque dubio relaxari vel commutari illa quinque pro votis reservata, nam in jure nullum juramentum invenietur reservatum. t.3. r.92. §.4. p.106
Pontifex alicui de Ecclesia benemerito an possit impertiri sine injunctione ullius operis Indulgentiam eo fine, ut alios ad similia merita excitet? t.5. r.2. §.5. p.178
Si Pontifex prudenter sentiat causam datam Indulgentiarum esse sufficientem, an valeat Indulgentias? ibid. §.6
Pontifice mortuo, Indulgentias alicui concedenti, si nondum sunt applicatæ, an adhuc eas applicare possit? t.5. r.30. §.3. p.194
Pontifex an teneatur superflua ex suis redditibus elargiri eleemosynas? t.7. r.19. §.1. p.285
Pontifex an possit committere simplici Sacerdoti consecrationem Episcopalem. t.8.r.25.§.1.p.328
Pontifex an sola nominatione possit facere Episcopum dicendo: *Esto Episcopus v. g. Ferrariensis.* t.8. r.26. §.1. p.329

Pontifex an possit dispensare super numero Episcoporum requisito ad consecrationem Episcopalem ? t. 8. r. 30. §. 1. p. 332
Pontifex an aliquando dispensaverit ? t. 8. r. 31. §. 1. pag. 333
Pontifex dispensans in dicto casu absque causa justa, an valeat dispensatio ? t. 8. r. 32. §. 1. ibid.
Pontifex an possit ordinare infantem in Presbyterum vel etiam Episcopum. t. 8. r. 48. §. 1. & seqq. p. 347
Pontifici præstatur juramentum fidelitatis ab Episcopo consecrando. t. 8. r. 57. §. 1. p. 356
A Pontifice pallium Archiepiscopi, & Patriarchæ accipere debent. t. 8. r. 68. §. 1. & seqq. pag. 364. & 365
Pontifex an possit unum Episcopum præficere duabus Ecclesiis. t. 8. r. 72. §. 1. p. 368
Pontifex an possit duos Episcopos præficere uni Ecclesiæ cum æquali potestate ? t. 8. r. 73. §. 1. & seqq. pag. 369
Pontifex an possit auferre potestatem, quam recipit Episcopus in sua consecratione. t. 8. r. 75. §. 2. p. 371
Pontificis unctio quomodo differat à Regia. tract. 8. r. 88. lege eam per totam. p. 383. & seqq.
Pontifex quo in sensu vocetur Vicarius Christi, & Petri ? t. 8. r. ult. §. 1. & seqq. p. 415. & seqq.
Pontifex non est inferior Petro circa regimen Ecclesiæ Catholicæ. ibid. §. 1. p. 415
Pontifex dicitur Vicarius Christi ratione potestatis, & Vicarius Petri ratione successionis. ibid.
* Vide verb. *Anima. Defunctus. Papa. Papatus. Paulus V. Dispensare*, & in multis aliis verbis hujus Indicis.

Postulatio.

Postulatio Episcopi ante triginta annorum ætatem invalida est, secus electio. t. 8. r. 49. §. 4. p. 350

Potatio.

* Vide verb. *Defectus.*

Potestas.

Potestatem concedendi Indulgentias non habent Prælati inferiores Episcopo etiam habentes jurisdictionem Episcopalem, neque Concilium Generale, neque Capitulum Sede vacante, nisi ex consuetudine præscripta hanc præsentem accepissent. t. 5. r. 41. per totam. p. 200
Potestas duplex est in Episcopo, jurisdictionis v. g. & Ordinis. t. 8. r. 74. §. 1. p. 370
Potestas jurisdictionis competit Episcopo confirmato, & potestas Ordinis non nisi consecrato. ib. §. 2
Potestas Episcopalis in consecratione accepta an possit auferri à Papa. t. 8. r. 75. §. 1. p. 371
Potestas, quam habet Episcopus, an à Pontifice, vel à Deo immediatè habeatur ? ibid. §. *Verum.*
Potestas Ordinis Episcopalis major est Sacerdotali. t. 8. r. 76. §. 1. & seqq. p. 372. & 373
Potestas Episcopi Titularis quæ sit. t. 8. r. 77. §. 1. & seqq. ibid.
Potestas creandi Doctores an competat Episcopo. t. 8. r. 95. §. 1. & seqq. p. 390
* Vide verb. *Dispensare. Episcopus. Facultas. Jurisdictio*, & ejus notationem.

Potio Potus.

Potio ex vino condicto ex aromaticis an frangat jejunium ? t. 6. r. 91. §. 3. p. 249
* Vide verb. *Cervisia. Chocolata. Parvitas Materiæ.*

Præcarium.

Præcarium accipiens, si illud in extrema necessitate consumpsit, an teneatur restituere ? t. 7. r. 54. §. 1. pag. 306

Præceptum.

Præcepta Synodalia, secluso scandalo, an Regulares servare non teneantur ? t. 4. r. 22. §. 3. p. 151
Regula generalis, quod quando est dubium, an pro aliqua re sit præceptum impositum, tunc judicandum est non dari tale præceptum. t. 4. ref. 65. §. 1. pag. 172
Præceptis, legibus, & consuetudinibus illius loci an ligentur Prælati, Prætores, Gubernatores, Præfecti, Castellani, Milites, Scholares, Advenæ, peregrini, hospites, extranei, famuli ad tempus servientes, & alii similes, qui omnes ad Patriam redire semper cogitant, vel secluso scandalo non teneantur ad jejunia, Festa colenda, Missam audiendam, &c. t. 6. r. 39. §. 1. per totum pag. 220. & in Ref. 45. §. 3. & seqq. p. 223. & 224
Et an supradictas personas, qui præcepta, leges, consuetudines loci non observant, Episcopus possit ponire ? t. 6. r. 46. §. 5. p. 224
Præceptum elargiendi in eleemosynas superflua redituum Ecclesiasticorum an sit ex jure naturæ, vel ex jure Ecclesiastico ? t. 7. r. 20. §. 1. p. 286
Et an præceptum positivum extet prohibens Ecclesiasticis expendere superflua nisi in usus pios ? ibid. §. 3
An ex præcepto positivo tantùm teneantur Ecclesiastici extra necessitatem gravem corporalem, vel spiritualem proximi erogare superflua in usus pios ? t. 7. r. 27. §. 1. p. 292
* Vide verb. *Dispensare. Divites. Eleemosyna.* ubi latè pro præcepto largiendi eleemosynam *Enneus. Imperativum. Missam audire. Pauperes. Scandalum.*

Præcipere.

Si præcipiat Prælatus in virtute S. Obedientiæ Religioso jejunium in Vigilia alicujus S. vel alterius jejunii, & Religiosus non jejunet, an duplicater peccet. t. 6. r. 62. §. 2. p. 233
Idem est de aliis similibus. ibid.

Prædicatores.

Prædicatores an teneantur ad jejunium ? t. 6. r. 14. §. 1. p. 214
Et distinguitur inter Prædicatores, qui in diebus Quadragesimalibus concionantur, & qui in diebus Dominicis tantùm. ibid. §. 3
Prædicatores, qui ex mercede concionantur, an teneantur ad jejunium ? t. 6. r. 25. §. 1. ibid.
Prædicatoribus, quibus sumptibus solvenda sit eleemosyna ? t. 7. r. 39. §. 1. & seqq. p. 298

Prægnantes.

* Vide verb. *Fœmina.*

Prælatus Ecclesiasticus.

* Vide verb. *Dispensatio. Dubium. Palatium. Pascua.*

Prælatus Regularis.

Prælati Regulares etiam locales an possint approbare, & signare Oratoria in Monasteriis, Grangiis, &c. eorum ? t. 2. r. 12. §. 5. p. 34
Et si egent benedictione, aut reconciliatione, an possint ea benedicere, & reconciliare ? ibid. §. 4
Prælati Regulares an peccent mortaliter prohibendo, ne subditi sumant Bullam Cruciatæ ? t. 3. r. 5. §. 1. pag. 68
Prælati Regulares non intelliguntur sub nomine Ordinarii loci. t. 3. r. 17. §. 5. p. 73
Prælati Regulares an sint eligibiles in Confessarios virtute Bullæ Cruciatæ, aut Jubilæi ? t. 4. r. 20. §. 1. pag. 75
Prælati Regulares ex decreto Clem. VIII. §. 2. de reservat. cas. prohibentur audire Confessiones suorum subditorum, nisi sponte accedant. ibidem §. 5. pag. 76
Prælati Regulares absque Episcopi approbatione non possunt audire Confessiones sæcularium. ibid. §. 6. & in t. 4. r. 6. §. 1. p. 144

Rerum Notabilium.

A Prælato suo Religiosus non præsentatus an possit ab Ordinario ad audiendas Confessiones approbari, & de ejus licentia Confessiones sæcularium audire, & virtute Bullæ Cruciatæ, & Jubilæi possit eligi? t.3. r.22. §.3. p.77

Si a Prælato Regulari Confessarius Regularis sit prohibitus per sententiam, ne sæcularium Confessiones audiat, si ab Episcopo sit approbatus, an sit eligibilis per Jubilæum, & Cruciatam? t.3. r.26. §.1. p.78. & t.4. r.5. §.1. p.143

Et quid in dicto casu extra Jubilæum & Cruciatam. t.4. r.5. §.1. ibid.

Et an talis confitendo peccet mortaliter? tractat.3. ref.26. §. *Restat modo*, p.78. & in t.4. r.5. §.1. pag. 143

Sine Prælati licentia an possit Religiosus procurare pecuniam pro Bulla Cruciatæ sumenda, dummodo pecunia non transeat in ejus potestatem, sed amicus, qui dat pecuniam, sumat Bullam suo nomine. t.3. r.28. §.6. p.79

Prælatus Regularium ex vi privilegiorum suorum potest cunctis dispensare in irregularitate ex violatione censurarum, si delictum est occultum? tract.3. r.32. §.3. p.121

An à Prælato Regulari, vel ab Episcopo loci debeat esse approbatus Confessarius eligendus virtute Cruciatæ, vel Jubilæi, etiam quoad Regulares, & Novitios. t.4. r.7. 8. & 9. p.144. & 145

Prælatus Regularis an possit, vel debeat omnes superabundantes redditus Conventus in eleemosynam dare. t.7. r.32. §.2. p.295

* Vide verb. *Dispensatio. Dubium. Monasterium. Praciport. Promulgare. Superior Regularis.*

Præsides.

Præsides Consiliorum Hispaniarum an teneantur jejunare? t.6. r.27. §.1. p.216

Præstimoniarius.

Præstimoniarius an teneatur sicut cæteri beneficiarii ad eleemosynas largiendas? t.7. r.29. §.3. p.294

Prævidens.

* Vide verb. *Pollutio.*

Prandium.

Prandium, qui per longum tempus interrumpit urgente aliquo negotio, an frangat jejunium? Et quid sit hoc longum tempus? t.6. r.106. & 107. p.260. & 261

* Vide verb. *Religiosus.*

Preces.

* Vide verb. *Applicare. Interdictum.*

Presbyter.

* Vide verb. *Dominica dies. Ova.*

Princeps. Principissa.

Princeps sumere volens secunda vice Bullam Cruciatæ, an teneatur solvere decem tarenos? t.3. r.4. §.1. p.68

Et quid de Principissa mortuo marito pro prima vice sumendo Bullam? ibid. §.2

Et quid, si remansisset usufructuaria? ibid.

Priores.

* Vide verb. *Pauper.*

Privilegiatum altare.

* Vide verb. *Altare.*

Privilegiatus.

Privilegiatus si mutat domum, an sit denuò in illa ab Episcopo Oratorium privatum approbandum? t.2. r.26. §.1. p.43

Privilegiato an suffragetur ubique Oratorium privatum? t.2. r.33. & 34. p.48.

* Vide verb. *Facultas. Ordinarius. Minister.*

Privilegium.

Privilegium quando sit odiosum, & quando favorabile, & quando est strictè restringendum, vel ampliandum? t.2. r.3. §.5. p.29

Privilegii causa cessante cessat ipsum, sic perseverante causa concessionis ipsum perseverat, licet aliæ circunstantiæ mutentur. t.2. r.34. §.2. p.48

Vigore privilegii Cruciatæ an possit quis habere Oratorium privatum in domo sua, & in illo celebrare, vel audire Missam extra tempus interdicti? t.2. r.48. §.1. & seqq. p.57

Privilegia Bullæ Cruciatæ non strictè, sed amplè interpretanda sunt. tractat. 3. resolut. 163. §. 4. pag. 133

Idem est de Jubilæo.

Si per privilegia Regularium fit commutatio voti, an debeat fieri in Sacramentali confessione? t.3. r.69. §.3. p.101

Privilegia concessa in jure communi, eaque, quæ usu toleratæ consuetudinis approbantur, an suspendantur per Bullam Cruciatæ? tract.3. ref.125. §.1. pag.117

Privilegia quæ habent Regulares commutandi vota, & in eis dispensandi, & absolvendi à reservatis, an suspendantur per Bullam Cruciatæ? t.3. r.126. §.1. p.118

Et an per Jubilæum anni Sancti? ibid. §.3

Privilegia habentes absolvendi à censuris an possint absolvere à suspensione incursa propter ordinationem ante legitimam ætatem, vel ob defectum tituli? tractat. 3. resolut. 128. & 129. pag.118. & 119

Et à dictis suspensionibus an possint absolvere invitum, & absentem? t.3. r.128. §.2. p.119

Per privilegia an possit commutari materia non reservata, in qua Pontifex commutavit votum reservatum Religionis, vel perpetuæ castitatis? tr.4. r.16. §.3. p.148

Privilegia Bullæ Cruciatæ, & similia, quæ conceduntur sub obligatione onerosa ex parte recipientis, non possunt nisi subsistente, eaque urgente causa revocari, &c. t.5. r.26. §.7. p.191

Privilegio Bullæ Leonis X. quæ incipit, *Zelus Domini*, gaudent Regulares omnes per communicationem, in qua Bulla conceditur Regularibus, & eorum familiaribus, ut possint comedere butyrum, ova, & lacticinia in Quadragesima, & aliis diebus quomodolibet prohibitis, &c. t.6. r.53. §.7. p.228

Privilegium an perdatur per non usum? ibid.

Qui ex privilegio potest diebus jejuniorum comedere ova, & lacticinia, an possit simul comedere sanguinem, & quod vulgo dicitur, *Sanguinazzi*, seu *Vitoldo*, Hispanè *Mondongo*? t.6. r.70. §.1. p.238

Ex an possit comedere sagimen? ibid. §.1. p.239

* Vide verb. *Applicare. Bulla Cruciatæ. Commissarius Cruciatæ. Consanguineus. Dispensare. Domesticus. Dominica dies. Ecclesia. Episcopus. Familiares. Immunitas. Ecclesiæ. Interdictum. Officium Divinum, &c.*

Privilegium creandi Doctores an habeant Episcopi? t.8. r.95. §.1. & seqq. p.390

Privilegium erigendi Oratorium privatum, seu habendi Altare portatile habent Episcopi. t.8. r.102. §.1. & seq. p.394

Et an ante consecrationem. ibid.

Privilegium concedendi Indulgentias competit Archiepiscopis, & Episcopis. t.8. r.103. à principio usque ad §.7. exclusivè, ubi latè. p.394. & 395

Privilegium absolvendi à juramento an competat Episcopo ante consecrationem. ibid. §.ult. p.395

Privilegium absolvendi, & dispensandi virtute Concilii Trid. an competat Episcopo confirmato, sed nondum consecrato. t.8. r.104. §.1. ibid.

Et an in locis ubi Tridentinum non est receptum? ib. *Rursus.* §. p. 396
Privilegio dicto an possit uti Episcopus Titularis. ibid. §. 1. p. 395
Privilegium eligendi Confessarium habet Episcopus confirmatus, licèt nondum consecratus. t. 8. r. 105. §. 1. p. 396
An etiam electus tantùm? ibid.
An etiam qui renunciavit Episcopatui? ibid. p. 397
An etiam Episcopus Titularis? ibid.
Privilegium supradictum quomodo intelligendum est? ibid. §. *Sed in his casibus.*
Privilegium Bullæ Cœnæ ad incurrendam excommunicationem, qui eos offendit, an competat Episcopis ante consecrationem. t. 8. r. 107. §. 1. p. 399.
Privilegio dicto Bullæ Cœnæ qui gaudent. ibid.

Processus.

Processus de vita, & moribus Episcopi consecrandi prætermittendus est. t. 8. r. 110. §. 1. p. 400
Processus ille, qua diligentia fulminandus. ibid.
Processus hujusmodi forma defenditur. ibid.

Procurator.

Procuratores an teneantur jejunare? t. 6. r. 28. §. 1. & seq. p. 217
* Vide verb. *Iuramentum fidelitatis.*

Professio.

Professio Melitensium an dirimat matrimonium ratum. t. 3. r. 98. §. 3. p. 108

Proficisci.

Qui proficiscitur extra Regna Hispaniarum brevi tamen reversurus, an possit uti privilegiis Bullæ Cruciatæ circa esum lacticiniorum, & ovorum? t. 3. r. 161. §. 1. p. 131
Et quinam dicatur statim reversurus. ibid. §. 4.
* Vide verb. *Locus.*

Prohibere.

* Vide verb. *Episcopus. Prælatus. Regularis.*

Proles.

* Vide verb. *Fœmina.*

Promissio. Promittere.

Qui promisit aliqua die nihil manducaturum, nec bibiturum nisi panem & aquam, an tunc toties peccet, quoties biberit vinum? t. 6. r. 65. §. 1. p. 235
* Vide verb. *Missam celebrare. Votum.* ubi latè & plura.

Promulgare. Promulgatio.

Si nō promulgetur, secunda Bulla Cruciatæ elapso anno, an possit quis uti intra illud tempus, & frui privilegiō primæ Bullæ. t. 3. r. 13. §. 1. & seqq. p. 72
Et quid potest fieri, si ante elapsum annum primæ Bullæ publicatur secunda? t. 3. r. 14. §. 1. & seqq. ibid.
Promulgare an possit Prælatus Regularis pro suis subditis Jubilæum, non expectata promulgatione Episcopi Diœcesani, seu Parochi. t. 4. r. 12. §. 1. p. 146
Et quid, si Episcopus, aut Parochus non mittat copiam, seu Breviarium Bullæ Jubilæi? ibidem §. 2. p. 147
* Vide verb. *Superior Regularis.*

Provincia.

* Vide verb. *Archiepiscopus. Consuetudo. Lex. Provincialis.*

Provincialis.

Provincialis Regularis an possit in quovis Conventu suæ Provinciæ uti Altari privilegiato? t. 1. r. 11. §. 3. p. 10
Provincialis Regularium an debeat per se facere deputationem Oratorii intra, & extra domus Monasterii in Grangiis, &c. suæ Provinciæ? t. 2. r. 11. §. 3. p. 33
Et quid in dicto casu de Provinciali Societatis Jesu, quando faciunt dictam deputationem ex privilegio Greg. XIII. t. 2. r. 16. §. 4. p. 36
* Vide verb. *Superior Regularis.*

Provisio.

* Vide verb. *Pontifex.*

Publicatio.

In publicatione Bullæ Cruciatæ non tenetur quis primo die sumere Bullam, sed sufficit intra hebdomadam? t. 3. r. 3. §. 1. p. 67

Puer.

Pueri quo tempore teneantur legibus Ecclesiasticis, & signanter Confessionis, Communionis, &c. t. 6. r. 68. §. 5. & seqq. p. 237
* Vide verb. *Carnes. Communio. Irregularitas.*

Pupillus.

Pupilli an teneantur consentire, ut tutores & curatores de eorum bonis aliquas eleemosynas, & donationes faciant. Et an ipsi pupilli possint moderatas eleemosynas, & donationes facere, & ipsi tutores, & curatores teneantur ad id consentire? t. 7. r. 37. §. 1. p. 297

Purgatorium.

* Vide verb. *Anima. Defunctus. Existens. Pœna.*

Q

Quadragesima.

* Vide verb. *Advena. Carnes. Confessio. Consuetudo. Dies. Dominica dies. Experientia. Lacticinia. Mediolanensis. Ova. Peregrinus.*

Quantitas.

De Quantitate eleemosynæ ab Episcopis, & Ecclesiasticis expendenda in pauperum necessitatibus. t. 7. r. 23. §. 1. p. 289
Quænam quantitas dicatur notabilis, ut illam expendens Episcopus, vel beneficiarius alius in usus prophanos, peccet mortaliter? t. 7. r. 25. §. 1. & seqq. p. 290
* Vide verb. *Carnes. Collatio serotina. Hemicus. Iter. Oratio. Parvitas materiæ. Potus. Vas.*

Quinquagenaria.

* Vide verb. *Annus. Fœmina.*

R

Raptura.

* Vide verb. *Destructum. Fractio.*

Recitatio. Recitare.

Recitare vovens septem Psalmos Pœnitentiales, si non potest integros recitare, an teneatur ad partem? t. 6. r. 66. §. 3. p. 235
Vel ita vovens si sciret tantum unum Psalmum ex septem Pœnitentialibus, an illum septem vicibus recitare teneatur. ibid.
* Vide verb. *Votum.*

Reconciliatio.

Reconciliatione non indigent Oratoria Regularium, etiam constructa in eorum Grangiis, & quando indigeant à suis Prælatis localibus reconciliari possunt. t. 2. r. 12. §. 4. p. 34

Redire.

Redire ad primum votum an possit, qui commutationem illius obtinuit omisso eo, in quo facta est commutatio? t. 3. r. 121. §. 1. p. 116
Et quid, si comutatio facta est in rem meliorem? ibidem §. 2

Redditus Ecclesiastici.

* Redditus Ecclesiastici quomodo debeant expendi ab Ecclesiasticis, vide verb. *Beneficiarius. Cardinalis. Clericus. Ecclesiasticus. Episcopus.*

Redimere.

* Vide verb. *Captivus.*

Regnum.

Extra Regna Hiſpaniarum, uti Bulla Cruciatæ non publicatur, an quis poſſit frui ejus gratiis & privilegiis. t. 3. r. 160. §. 1. p. 131

Et quid quoad eſum carnium & lacticiniorum? ibid. §. 2

* Vide verb. *Mare. Proficiſci.*

Regula.

* Vide verb. *Annus.*

Regulares.

Regulares an poſſint habere Oratoria in eorum Monaſteriis, clauſtris, infirmariis, cellis, grangiis, &c. t. 2. r. 11. & 12. p. 32. & 33

Et an eorum privilegia circa hoc ſint à Conc. Trident. revocata? ibid. in reſ. 11. §. 1

Et in prædictis Oratoriis an poſſint Sacerdotes alii celebrare? ibid. p. 33

Regulares ex privilegio Alexandri VI. in ſupradictis Oratoriis poſſunt divina officia celebrare, & familiaribus & vaſſallis Sacramenta Eucharitiæ, & Pœnitentiæ miniſtrare, & etiam Novitiis, Tertiariis, & aliis actu ſervientibus, commenſalibus, intra loca manentibus & omnibus aliis perſonis ſubjectis Superiori Regulari. t. 2. r. 12. §. 3. p. 34

Regularium Oratoria rurì conſtructa Ordinarius non habet jus viſitandi ibid. §. 5

Regulares an poſſint celebrare ubique in Altari etiam in domibus ſæcularium in plateis, caſtris, grangiis, & circa ullum dubium hoc facere poſſint Fratres itinerantes? t. 2. r. 14. §. 1. & ſeqq. p. 35

Regularium privilegia celebrandi extra Eccleſiam an ſint revocata per Concil. Trid. ſeſſ. 22. t. 2. r. 15. §. 1. & ſeqq. ibid.

Regulares an poſſint erigere Altaria in locis, ſeu cellis, ubi decumbunt infirmi, ut poſſint è lecto audire Miſſam, & Euchariſtiam recipere, nec eſt neceſſarium, ut infirmitas ſit magni momenti. t. 2. r. 16. §. *Sed dicta* poſt medium, p. 35

Regulares infirmi extra clauſtra degentes an poſſint facere celebrare in ſuis cubiculis, & ſecùs ſi ſæculares ægrotarent in Monaſterio? ibid. prope finem dicti §. p. 36

Regularium Oratoria, & ſæcularium in multis concordant, & differunt. ibid. §. 5

Regularis à ſuo Prælato prohibitus ne ſæcularium Confeſſiones audiat, ſi tamen illas audiat ex licentia Epiſcopi an poſſit abſolvere ab illis caſibus à quibus abſolvere poſſet ex vi privilegiorum Religionis? t. 3. r. 26. §. *Notandum eſt.* p. 78

Regulares ſine licentia ſuorum Prælatorum virtute Cruciatæ an poſſint eligere Confeſſarium, ut illos à peccatis, caſibus reſervatis, & cenſuris abſolvat, etiam à reſervatis ſuis Superioribus, & Papæ? t. 3. r. 27. 28. 29. & 30. à p. 78. uſque ad 81

Et quid de religioſis Societatis Jeſu in ſupradicto caſu? t. 3. r. 28. §. 2. p. 78

Regulares poſt Bullam Urbani VIII. an poſſint abſolvi cum Bulla Cruciatæ à reſervatis cum Confeſſario domus? t. 3. r. 31. §. 1. & ſeqq. pag. 82. & 83

An ſaltem Regulares virtute Cruciatæ poſſint abſolvi à peccatis mortalibus, & cenſuris non reſervatis toties quoties? t. 3. reſ. 32. §. 1. & ſeqq. p. 83. & ſeq.

Si per Regularium privilegium efficiatur commutatio voti, an debeat fieri in Sacramentali Confeſſione? t. 3. r. 69. §. 3. p. 101

Regulares Confeſſarii non poſſunt virtute ſuorum privilegiorum diſpenſare, aut commutare vota caſtitatis ſeu Religionis, quæ poteſt Epiſcopus ex urgentiſſima neceſſitate, aut in gravi periculo tranſgreſſionis. t. 3. r. 119. §. 8. p. 116

Regularium indulgentiæ an ſuſpendantur per Cruciatam? t. 3. r. 144. §. 1. p. 125

Regulares poſſunt tempore Jubilæi ſine Superioris licentia confiteri cum extraneis, ita ut ſuperior hoc non poſſit prohibere. t. 2. r. 9. §. 4. p. 145

Regulares an teneantur ad jejunia ex voto emiſſa à populo locorum, ubi habitant? t. 6. r. 41. §. 1. p. 221

Regularis, qui tenebatur jejunare Feria ſexta, vel aliqua alia die, in qua occurrit Vigilia alterius ſancti, vel jejunii, ſi non jejunet, an peccet dupliciter? t. 6. r. 62. §. 1. p. 223

Idem eſt de Regulari Franciſcano. ibid. §. 2

Idem eſt de aliis ſimilibus caſibus. ibid.

Regularis Epiſcopus an ſit dominus redditum Eccleſiarum. t. 7. r. 26. §. 3. p. 291

Regularis Epiſcopus an poſſit teſtari de patrimonialibus? ibid. §. 5. p. 292

Regularis Epiſcopus legitimæ renunciationem ante emiſſam profeſſionem factam ſervata Concilii formâ poteſt revocare. ibid.

Et hoc etiam ſi forte Epiſcopi eſſent ex illis Religioſis, qui in Societate Jeſu emiſerunt ſola vota biennii. ibid. §. 6

Regularis conſecratus in Epiſcopum an liberetur à votis Religionis? t. 8. r. 106. §. 1. & ſeqq. ubi late. pag. 397

Regularis Epiſcopus an poſſit diſpenſare & diſponere de fructibus ſui beneficii? ibid. §. 5. p. 399

Regularis Epiſcopus an ſit capax acquirendi bona? ibid. §. 4. p. 398

Regularis ordinatus Epiſcopus habitum Religionis dimittere poteſt. ibid. §. ult. ad medium.

* Vide verb. *Annus. Applicare. Benedictio. Bulla Cruciatæ. Cardinalis. Cenſura. Commorantes. Conſuetudo. Deputatio. Debitum conjugale. Dominica dies. Eccleſia. Epiſcopus. Euchariſtia. Hoſpes. Immunitas Eccleſiæ. Indulgentia. Lacticinia. Lex. Mendicantes. Miſſam audire. Miſſam celebrare. Monialis. Mos. Novitius. Ordinarius. Ova. Præceptum. Præcipere. Prælatus Regularis. Privilegium. Reconciliatio. Religioſus. Reſervatus caſus.*

Reincidentia. Reincidere.

An reincidat in excommunicationem, qui per Cruciatam, aut Jubilæum fuit abſolutus ab excommunicatione ante realem ſatisfactionem ſi poſtmodum non ſatisfaciat quando commode poteſt? tr. 3. r. 59. §. 3. p. 93

Ad reincidentiam excommunicationis an poſſit quis per Cruciatam, aut Jubilæum abſolvi, t. 3. r. 60. §. 1 ibid.

Relaxare.

* Vide verb. *Iuramentum.*

Religio.

Religionis Melitenſis D. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. votum an ſit per Cruciatam commutabile, vel per Epiſcopum diſpenſabile? t. 3. r. 98. & 99. pag. 107. & 108

Religiones an propriè, & ſimpliciter ſint Ordines D. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. t. 3. r. 99. §. 1. p. 108

Et quid de ordine Melitenſi? t. 3. r. 98. §. 1. & ſeq. p. 107

Si per Religionis ingreſſum quis beneficium Curatum amittit, vel relinquit, ac ſi eligibilis in confeſſarium per Jubilæum vel Cruciatam? t. 4. r. 2. §. 1. p. 142

Ad Religionem ſe transferre Epiſcopus non poteſt ſine licentia Papæ, t. 8. r. 96. §. 5. p. 391

* Vide verb. *Commutari. Dispensare. Votum.*

Religiosus.

Religiosus petitâ, & non obtentâ licentiâ, Superioris si sumit Bullam, non peccat, & fruitur indulgentiis. c. . . r. 5. §. 1. p. 68

Religiosi an propriè vel largo modo sint Equites Militenses? t. 3. r. 98. §. 1. p. 107

Religiosi an teneantur ad jejunium? t. 6. r. 26. §. 1. p. 214

Et quid de Religiosis Musicis, & Cantoribus? ibid.

Religiosi, qui habent privilegium anticipandi prandium per horam, an possint per horam cum dimidia prandium ante meridiem prævenire? t. 6. ref. 104. §. 5. p. 260

Religiosi an possint eleemosynas facere? t. 7. r. 33. §. 1. p. 295

Et quamvis Religiosi Superior interdicat eleemosynas elargiri, non videntur interdicere moderatas & consuetas. ibid. §. 3

Religiosi an possint eligere Religiosos Mendicantes, vel Religiosos sui Monasterii, ii distributores eleemosynæ sint Religiosi pro suis necessitatibus. t. 7. r. 61. §. 3. p. 309

* Vide verb. *Applicare. Cantores. Collatio serotina. Inservientes. Lavare. Legentes. Monasteria. Monialis. Pauper. Regulares. Votum.*

Relinquere.

* Vide verb. *Obligatum.*

Reliquiæ.

Reliquias sacras videndas, vel tangendas an liceat exponere, ut magis eleemosynæ crescant? t. 7. ref. 66. §. 1. p. 311

Reliquiæ sacræ distrahi non possunt pecuniis absque symonia. ibid.

Reperire.

* Vide verb. *Perire.*

Reservatus casus, & Peccatum.

A reservatis in Bulla Cœnæ an ipsamet Bulla Cœnæ deroget facultatem absolvendi per Bullam Cruciatæ? t. 3. r. 37. §. 1. & seqq. p. 85

A reservatis summo Pontifici si sint occulti an per Bullam Cruciatæ quis possit absolvi toties quoties? t. 3. r. 39. & 40. p. 85. & seqq.

A reservatis an quis possit absolvi per Bullam Cruciatæ non solùm antea, sed post ipsius susceptionem incursis? t. 3. r. 49. §. 1. p. 89

Idem est de Jubilæo.

A reservatis an quis possit per Cruciatam obtinere absolutionem ab uno Confessario, & postea vel antea ab alio votorum commutationem? Idem est pro Jubilæo. ibid. §. 2

A reservatis qui obtinuit per Cruciatam vel Jubilæũ absolutionem faciens tamẽ tunc confessionem invalidam, & irritã an dicta peccata non sint amplius reservata ita ut possit ab eis à quocũque Cõfessario obtinere absolutionem? t. 3. r. 50. §. 1. p. 89. & 90

Idem est si prælatus tribuat facultatem in aliqua Festivitate absolvendi à reservatis, si aliquis Religiosus tunc efficeret confessionem irritam, & invalidam, & reservata confiteatur. ibid. §. 3. p. 90

Et idem etiam est, si per Cruciatam quis absolvatur à casibus Episcopalibus, si fictè & sine dolore illos confiteatur. ibid.

Et quid de peccatis reservatis, & oblitis in supradictis confessionibus factis invalide & irritè? t. 3. r. 51. §. 1. in fine p. 90

Reservatorum nullam mentionem faciens, si habens Bullam confiteatur, an adhuc definat reservatio? t. 3. r. 52. §. 1. ibid.

Idem est pro Jubilæo? ibid.

Reservationem oblitorum an tollat absolutio tradita virtute Cruciatæ? t. 3. r. 53. §. 6. p. 92

A reservatis commissis post annum publicationis Bullæ Cruciatæ elapsum an possit quis absolvi, si ante elapsum annum per Bullam incipiat, & ob justas causas non perficiat confessionem? t. 3. r. 54. §. 1. & seqq. ibid.

Et quid de reservatis peccatis commissis ante elapsum annum publicationis? ibid. §. 9. p. 93

A reservatis quibusdam casibus per sua privilegia Regulares absolvere possunt, suspenduntur-ne dicta privilegia per Bullam Cruciatæ? t. 3. r. 126. §. 1. p. 118

Qui à reservatis peccatis obtinuit absolutionem virtute Jubilæi, qui postea voluntariè non lucratur, an peccet mortaliter? t. 4. r. 65. §. 1. p. 172

* Vide verb. *Absolutio sacramentalis. Absolutio excommunicationis. Casus. Dispensatio. Monialis Novitius. Regulares.*

Restituere. Restitutio &c.

Restituere aliquid an teneatur obligatus celebrare in aliqua Ecclesia, Templo, Oratorio, vel Altari, si alibi celebret? t. 1. r. 14. §. 1. p. 11

Et quid, si Altare sit privilegiatum? ibid. §. 2

Et quid, si bis vel ter in anno in tali Sacello, Ecclesia vel Altari non celebret? t. 1. r. 16. §. 4. p. 12

Restituere an teneatur Confessarius, qui absolvit per Cruciatam ab excommunicatione eum, qui parti non satisfacit cùm possit? t. 3. r. 57. §. 1. & seq. p. 94

Quando restituere tenentur macellarii, pistores, tabernarii, dulciatores, caupones, & alii similes pro illicitis damnis factis ex suo officio, & qui bona aliena illicitè acquisierunt, cui est facienda restitutio, si ignorant damnificatos? t. 3. r. 172. & 173. p. 137. & seqq.

Vel an supradicti loco restitutionis possint uti Bulla Compositionis? ibid.

Ad restitutionem an teneatur qui per Bullam se composuit, comparente vero Domino? t. 3. r. 174. & 175. p. 138. & seq.

Restituere in aliquo casu damna quæ ex ejus omissione in dãda eleemosyna in extrema necessitate sunt sequuta v.g. qui fame periit, reliquit filios, quibus deberentur opera patris, &c. t. 7. r. 2. §. 1. p. 276

Restituere quinam sunt, qui tenentur, si in communibus necessitatibus famis & infirmitatum non succurrunt? t. 7. r. 6. §. 3. p. 278

Restituere an teneantur Ecclesiastici si eleemosynas debitas ex fructibus Ecclesiasticis non præbeant? t. 7. r. 26. §. 1. p. 291

Restituere tenetur, qui in extrema necessitate pressus Abstulit rem alienam Domino in extrema quoque necessitate redacto? t. 7. r. 47. §. 5. p. 301

Restituere postea si potest an teneatur qui in extrema necessitate constitutus accipit aliquam rem? t. 7. r. 53. §. 1. & seq. p. 306

Restituere an teneatur, qui ante necessitatem extremam accepit ab alio accommodatum, conductum, vel precarium, si illud in extrema necessitate consumpsit? t. 7. r. 54. §. 1. ibid.

Ad restitutionem an tenearis, si ante necessitatem extremam furatus es aliquam rem, quam postea in extrema necessitate consumpsisti? t. 7. ref. 55. §. 1. & seqq. ibid.

* Vide verb. *Bulla Compositionis. Creditor. Debitor. Dubium. Executor. Pauper. Rex*

Retinens. Retinere.

* Vide verb. *Bulla Cœnæ. Fractio.*

Reverentia.

Reverentia filialis ab Episcopo consecrato consecratori exhibenda est. tract. 8. ref. 93. §. 1. & seqq. p. 389

Reverentiæ prædictæ pia monumenta. ibid.

Reverentiæ prædictæ effectus. ibid.

Rerum Notabilium.

Revocare. Revocatio.

Per revocationem concedentis indulgentiam, desinit esse. t.5.r.26.§.6.p.191
Donec revocatio indulgentiarum legitimè promulgetur, indulgentiæ non cessant. ibid. §.8
Et an revocationis ipsa actualis notitia sit necessaria, ut ad aures perveniat possidentis indulgentiam. ibid. §.9. p.192
Idem est de votorum dispensatione, &c. §.10
* Vide verb. *Privilegium. Successor.*

Rex.

Rex si non expendat eleemosynam Cruciatæ contra Turcas, an accipientes Bullam Cruciatæ lucrentur ejus indulgentias? t.3.r.1.§.1.p.66
Rex in tali casu an teneatur ad restitutionem? ibid.
Rex ungitur in humero, & brachio. t.8. r.88. lege per totam. p.383. & seqq.
Regis unctio fit cum oleo Cathecumenorum. ib.§.1
Regis unctio non est Ordo neque Sacramentum. ibid.§.1. & seqq. p.383. & seqq.
Regiæ unctionis mystica declaratio. ibid.
Reges quinam ungantur? ibid. §. *De significationibus.* p.384
* Vide verb. *Generalis Exercitus.*

Ritus consecrationis Episcopalis.

* In indice primo posito in principio hujus tom. ex tract.8. *de Consecratione Episcoporum.* lege à res.12. usque ad 19. inclusivè, & res.70. 79. & à r.113. usque ad res.124. ubi plura curiosa, & notabilia invenies.

Rosarium.

* Vide verb. *Votum.*

Rumpere.

Si rumpatur culpabiliter Bulla Cruciatæ, an adhuc valeat? t.3.r.8.§.1. & seqq. p.70
Et quid, si inculpabiliter rumpatur Bulla? t.3.r.10. §.4.p.71

Rus.

In rure an possit erigere Oratorium qui habet indultum Oratorii privati in domo sua, ut quando est ibi Missam audiat? t.2. r.32.§.1. & seqq. p.47

S

Sabbathum.

SI in Sabbatho incidit aliquod Festum ex solemnioribus, an licitum sit vesci carnibus? tract.6. r.38.§.2. p.220

Sacerdos.

Sacerdos dicens Missam in Altari privilegiato an debeat non solum indulgentiam; sed etiam Sacrificium applicare defuncto? t.1.r.6. 35.36. & 37. p.23. & 24
Sacerdos, qui tenetur celebrare in aliqua Ecclesia, Oratorio, Altari, &c. an peccet mortaliter alibi celebrando? Ubi aliqua alia contingentia in dicto casu. t.1. r.14.§.1. & seqq. p.11
Sacerdos obligatus ad celebrandum in Altari privilegiato an satisfaciat, si celebret alibi cum numismate, vel calculo benedicto. t.1.r.15.§.2. p.12
Sacerdos ad quid teneatur si in Altari privilegiato assignato celebrare non potest? t.1. r.19.§.1. p.13
Idem est de alio Sacello, Templo, Capella, vel tali hora. ibid. §.2. p.14
Sacerdotes non possunt Missam celebrare in Oratorio privato Episcopi eo absente, vel mortuo. t.2. r.6.§.3. & in res.7. p.30
Sacerdotes sæculares an possint dicere Missam in Oratoriis Regularium, quæ sunt in claustris, infirmariis, &c. Monasteriorum? t.2. r.11.§.1. sub finem p.33
Et quid in oratoriis Regularium, quæ sunt in Grangiis? t.2.r.12. §.2. p.34
Sacerdos an potuerit celebrare in Altari portatili, quod erat in Palatio rurali, & in quo non aderat licentia celebrandi ad dandum viaticum repente ibi moribundo? t.2. r.18. §.4. p.37
Sacerdotes celebrare volentes in Oratoriis privatis quam licentiam habere debeant? t.2. r.43. §.1. p.54
Sacerdos sæcularis vel Regularis an possit virtute Cruciatæ in Oratoriis privatis ministrare Eucharistiam? t.2. r.46. §.1. p.56
Sacerdos privilegiatus tempore interdicti virtute Cruciatæ potest eligere laicum, ut inserviat Sacro, si non inveniat Ministrum habentem privilegium assistendi divinis. t.2. r.51. §.4. p.60
Sacerdos qui Missam celebrat pro stipendio, & sui laboris pretio, an possit suam operam Petro addicere? t.3.r.1.§.5. p.66
Sacerdos occultis censuris innodatus an possit celebrare scandali vitandi causa vel ne crimen suum prodat? t.8.r.43.§.1.p.341
Sacerdos extra diem Natalis Domini ordinatus non potest eadem die aliam Missam celebrare. t.8. r.65. prope finem. p.363
Sacerdos inferior est Episcopo. t.8. r.76. §. *Dico.* sed lege eam per totam p.372
* Vide verb. *Anima. Applicare. Bulla Cruciatæ. Communio Confirmationis Sacram. Defunctus. Dominica dies. Eucharistia. Extrema-Unctio. Fructus. Hostes Indulgentia. Minister. Missam celebrare. Numerus. Oratorium. Parochus. Status. Superior Regularis.*

Sacramentum.

Sacramentum propriè dictum definitur. t.8. r.6.§.1. pag.315
Sacramentum verè & proprie dictum est ordinatio Episcopalis. ibid. per totam res. p.315. & 316
Novum Sacramentum, & ordinem an constituat Episcopatus. t.8. r.7. §.1. & seqq. p.316
Opinio asserens Episcopatum non esse Sacramentum an sit censura inurenda? t.8.r.10.&11.p.318
Sacramentorum numerus ab Ecclesia receptus non mutatur ex eo quòd Episcopatus sit Sacramentum. t.8. r.11.§.1. p.319
Sacramentum ordinis plures species continet. ibid.§. *Concludo.* p.320
Sacramenti Ordinis Episcopalis materia & forma. t.8. à res.12. usque ad res.19. inclusivè à p.320. usque ad 324
Sacramentum Ordinis Episcopalis an imprimat characterem distinctum à Sacerdotali? t.8.r.20.&21. p.324. & 325
Sacramenti Ordinis Episcopalis Minister. t.8. r.24. §.1. p.328
In omni Sacramento requiritur conjunctio materiæ cum forma. t.8. r.36.§.1. p.336
Et an sufficiat conjunctio moralis. ibid. §.3
In Sacramentis ministrandis quæ intentio requiratur. t.8.r.37. §.1. ibid.
Ad Sacramentorum validitatem non requiritur probitas Ministri ibid.§.3.p.337
* Vide verb. *Character. Minister.*

Sacrificium.

* Vide verb. *Applicare. Cathecumenus. Fructus. Missam celebrare. Sacerdos.*

Sacrilegium. Sacrilegus.

* Vide verb. *Communio. Fornicari.*

Sæculares.

* Vide verb. *Missam audire. Regulares. Superfluum.*

Sagimen.

Sagimen an comedere possit, qui habet licentiam comedendi in Quadragesima ova, & lecticinia? t.6. r.70. §.2. & seq. p.239

* Vide verb. *Usus.*

Sanguis.

Sanguinem, & qui vulgo dicitur *Sanguinazzi*, seu *Vuoldo*, Hispane *Mondigo* an comedere possit, qui in diebus jejuniorum ex privilegio vel licentia Medici comedere ova, & lacticinia possit? t.6. r.79. §.1. p.238

Sartores.

Sartores an teneantur jejunare. t.6. r.33. §.1. p.218

Et quid si conficiunt calceos ex materia molli? t.6. r.70. §.4. p.239

Satisfacere. Satisfactio.

An satisfaciat, qui celebrat Missam in Altari privilegiato, quæ non sit de requiem, licèt in indulto non exprimatur? t.1. r.9. §.1. p.8

Si satisfactionem partis exigit excommunicatio, & aliquis excommunicatus oblitus est confiteri censuram per generalem absolutionem, quæ ad cautelam datur in confessione, talis non remanet absolutus à tali censura? t.3. r.52. §.5. p.91

Verba *Satisfacta parte*, quæ ponúntur in Bulla Cruciatæ, & aliis rescriptis, & privilegiis, quando datur facultas absolvendi à censuris, quid significant? t.3. r.55. §.1. p.93

Qui comprehendantur sub nomine partis. Et quid sub nomine satisfactionis? ibid. & in res.56. §. *Notandum.* p.94

Sine satisfactione partis absolutus per Cruciatam ab excommunicatione, an teneatur iterum confiteri tanquam nulliter absolutus? t.3. r.56. §.1. ibid.

Et qui satisfactionem dare non potest, an debeat dare sufficientem cautionem? ibid.§.3

Si satisfacere parti excommunicatus possit, & non satisfacit, si à Confessario per Cruciatam, aut aliud privilegium absolvatur, an valida sit absolutio? t.3. r.57. §.1. p.94

Et qui absque satisfactione, aut cautione absolvit excommunicatum, an teneatur ad restitutionem parti læsæ? ibid. §.2

Qui satisfacere non potest parti, an possit virtute Cruciatæ absolvi ab excommunicatione? t.3.r.58. §.1. ibid.

Satisfacere in partem an debeat, si non possit in totum. ibid. §.4. p.95

Et quid, si satisfacere non potest sine gravi nocumento famæ, status, aut suorum bonorum, an in dicto casu sufficiat dare sufficientem cautionem? ibid.

Si satisfacere excommunicatus non potest, an sit valida, & licita absolutio, si datur non satisfacta parte, quam Bulla aut Jubilæum requirit? t.3. r.59. §.1. ibid.

Ante satisfactionem realem absolutus reincidit in excommunicationem, si postmodum non satisfacit, quando, commodè potest. ibid.§.3

Qui solum satisfacit Clerico, vel Monacho percussis, & non Ecclesiæ, vel Monasterio, an possit per Cruciatam absolvi? t.3. r.61. §.1. p.96

An satisfaciat Jubilæo, qui in die Dominico confitetur? t.4. r.39.§.1. & seq. p.158

* Vide verb. *Applicare. Defunctus. Impedimentum.*

Scandalum.

Scandali vitandi causa multa licent, quæ aliàs prohibentur. t.8. r.43. §.1. p.341

Scandali vitandi præceptum fortius est præcepto Ecclesiæ imponentis censuras, vel irregularitates. ib.

Scandali vitandi causa hæreticus resipiscens potest, tacito nomine, mittere ad Sacram Pœnitentiariam, ut sibi absolutionem alicui committat. ibid.

Et interim quid facere debeat urgente præcepto annuæ confessionis? ibid.

Scandali vitandi causa ubi etiam est occultum, quo modo reus se gerere debeat, si non possit differre communionem, vel celebrationem? ibid. §. *Vnde.* p.342

Scandali vitandi causa Episcopus electus, & confirmatus, si à censuris absolvi non possit, consecrationem ea de causa differre non tenetur. ibid. in princip. p.341

Scientia.

Scientia requiritur in Episcopo. t.8.r.71. §.1. p.367

Scientia omnium, quæ in scriptura, & legibus, seu Canonibus Ecclesiasticis continentur, ad officii Episcopalis executionem desideratur. ibid.

Scientiam hanc sufficit esse moralem. ibid. §.3

Scientia moralis, seu fundamentalis quæ dicatur. ib.

Scientiam utriusque testamenti habere debet Episcopus, & quomodo hoc intelligatur? ibidem §. *Nec de seram.*

* Vide verb. *Examinatores. Mitra.*

Scribere. Scriptores.

Scriptores, qui ex officio scribendi, & re vera quotidie scribunt, an excusentur à jejunio? t.6. r.19. §.1. p.217. & res.31. §.1. ibid.

Scriptum.

* Vide verb. *Debitum coniugale.*

Secretarius.

Secretarius Regum, & similes an teneantur jejunare? t.6.r.31. §.2. p.217

Senes.

* Vide verb. *Annus. Triremes.*

Servare.

* Vide verb. *Locus.*

Servire.

Qui serviunt infirmis an possit aliquid comedere in die jejunii etiam ex carnibus ad excitandum appetitum infirmorum? t.6. r.81. §.5. p.244

Servus.

Servi, qui condiunt, & porrigunt cibos, & mensam heris non jejunantibus sternunt, mensæque serviunt, an culpæ participes efficiantur? tr.6.r.125. §.4. p.273

* Vide verb. *Dominus.*

Sexagenarius.

* Vide verb. *Annus. Triremes.*

Socius.

* Vide verb. *Votum.*

Solvere.

* Vide verb. *Creditor.*

Species Sacramentalis.

Speciebus Sacramentalibus sumptis an possit homo per totam vitam subsistentari? t.6. r.94. §.3 p.253

Spes.

Ob spem absolutionis Bullæ Cruciatæ qui peccat, an gaudeant ejus privilegio? Idem quæritur de Jubilæo. t.3. r.34. §.1. & 2. p.84

* Vide verb. *Superfluum.*

Stationes.

Stationes, quæ vocantur in Romana Urbe Indulgentiæ plenariæ, an possit quis lucrari multoties in diebus assignatis? t.3. r.153. §.1. p.128. & in t.5. r.33. §.1. & seqq. p.196

Et an etiam possint multoties sumi pro defunctis? t.3. r.153. §.3. p.128

Status.

Status gratiæ an sit necessarius in Sacerdote celebrante Missam, ut Indulgentia Altaris privilegiati prosit defuncto? t.1. r.4. & 5. p.4. & 5

* Vide verb. *Gratia. Opus pium. Superfluum.*

Stipendium.

* Vide verb. *Missam celebrare. Sacerdos.*

Rerum Notabilium.

Stomachus.

Ad Stomachi subleuandam debilitatem an possit quis primo mane in die jejunii accipere aliquid cibi sine fractione jejunii ? t.6. r. 95.§.2. p.253

Stomacho debiles an possint in collatione serotina jejunii vesci ovis ? t.6. r.118. §.3. p.269

Subditus.

* Vide verb. *Applicare. Eleemosyna. Licentia. Prælatus Regularis, & Ecclesiasticus. Promulgare. Superior Ecclesiasticus & Regularis. Regularis Religiosus.*

Subvenire.

* Vide verb. *Creditor.*

Subripere.

* Vide verb. *Furari. Furtum. Vir.*

Successor.

Successor Episcopi non potest alios quadraginta dies indulgentiæ concedere propter eandem causam, quam Episcopus antecessor illos concessit. t.5. r.29. §.3. p.194

Successor Episcopi an possit revocare indulgentias concessas ab Antecessore ? ibid.§.4

Succurrere.

Succurrere an potius teneantur filii patribus quàm propriis filiis ad extremam necessitatem omnibus redactis & secùs extra necessitatem extremam. t.7. r.45. §.2. p.300

* Vide verb. *Beneficiarius. Invertere.*

Suffragari.

An suffragetur ubique Oratorium privilegiato ? t.2. r.33. & 34 p.48

Superfluum.

Superflua decentiæ suæ rarò contigit, ut sæculares teneantur sub mortali pauperibus erogare. t.7.r.9. §.3. p.180

De superfluis naturæ, & status an teneamur in gravi necessitate pauperum largiri eleemosynam ? t.7. r.11. §.1. ibid.

Superflua habens, si ita omittat eleemosynam, ut nihil omnino det, vel ita modicum in communibus necessitatibus pauperum, an peccet mortaliter ? t.7. r.13. §.6. p.283

De superfluis ab onere elargiendi eleemosynam an liberet spes ascendendi ad superiorem statum ? t.7. r.14. §.1. & seqq. ibid.

De superfluo ad statum an qui teneatur opitulari illi, qui in periculo versatur amittendi fortunas injustè ? t.7. r.15. §.1. & seqq. p.284

Superflua bonorum Ecclesiasticorum quo ordine teneantur Episcopi, & alii Ecclesiastici erogare in opera pia ? t.7. r.21. §.1. p.287

Omne quod supereſt ex congrua, & decenti sustentatione an Episcopi teneantur erogare in usus pios ? t.7. r.24. §.1. p.290

Superfluum de quotidianis distributionibus an Ecclesiastici teneantur expendere in usus pios sicut de cæteris fructibus beneficii ? t.7. res.28.§.3. p.293

Idem est de pensionibus. t.7. r.29.§.1. ibid.

Et quid de præstimoniariis. ibid. §.3. p.294

* Vide verb. *Dispensare. Monasterium. Pauper. Pontifex. Præceptum. Prælatus Regularis.*

Superior Ecclesiasticus.

* Vide verb. *Destruere. Dispensare. Dubitans. Ecclesia. Episcopus. Ordinarius. Prælatus Ecclesiasticus.*

Superior Regularis.

Superior localis, si à suo Provinciali petat Sacerdotes ad complendum numerum designatum pro Altari privilegiato, & illo provisum non fuerit, an adhuc satisfaciat pro dicto Altari. t.1.r.11.§.2. p.9

Superior Regularis duabus postquam authenticam habuit Jubilæi notitiam hebdomadibus id indici possit, esto Episcopis serius, aut citius indicat Jubilæum ? t.4. r.12. §.3. p.147

* Vide verb. *Applicare. Dispensare. Dispensatio. Dubitans. Eleemosyna. Licentia. Prælatus Regularis. Promulgare. Regulares. Religiosus.*

Suspensio.

A suspensione incursa propter ordinationem ante legitimam ætatem, vel ob defectum tituli an confessarius per Cruciatam absolvere possit ? tract. r.128. §.1. p.118

Idem est de habentibus privilegium. ibid.§.2.p.119

Suspensio lata à Pio II. an extendatur ad Episcopos ordinatos ante legitimam ætatem ? ibid. §.3. & in tr.8. r.49. & 108. ubi latè. p.349. & 399

Suspensio an incurratur ab Episcopo per saltum promoto ? t.8. r.109.§.1. p.400

* Vide verb. *Absens. Invitus.*

Sustentare.

* Vide verb. *Species Sacramentalis.*

Sutores.

Sutores an excusentur à jejunio ? t. 6. res.32. §.1. p.218

Symonia.

Symonia notoria in Ordine inducit irregularitatem. t.3. r.137. §.3. p.123

* Vide verb. *Commissarius Cruciatæ. Reliquiæ.*

Synodus.

* Vide verb. *Abrogare. Consuetudo. Dispensare. Lex.*

T

Tabernarius.

TAbernarii proponentes cœnam in die jejunii omnibus indifferenter an peccent mortaliter ? t.6. r.127. §.1. p.274

Et quid quando dubitant, vel credunt alterum à jejunio non excusari ? ibid. §.2

* Vide verb. *Compositionis Bulla. Restituere.*

Templum.

Si Templum transferatur alium in locum, an indulgentia illi concessa perseveret ? t.5.r.22.§.1.p.189

Et quid, si dirueretur, & reficeretur per partes ? ibid.

Templo dirupto, an indulgentia illi concessa pereat ? t.5. r.23.§.1. ibid.

* Vide verb. *Destruere. Immunitas Ecclesiæ. Sacerdos.*

Tempus.

Tempus necessarium ad præceptum jejunii est vigesimus primus annus. Sed quo modo hoc tempus sit computandum ? t.6. r.1.§.1. p.202

Intra quod tempus debeat consecrari Episcopus post confirmationem ? t.8. r.55.§.1. p.354

Et quid, si fuerit impeditus ? ibid. §. *Excipitur.* p.355

Quo tempore consecratio Episcopi fieri debeat ? t.8. r.62.§.1. p.362

Tempus ab Ecclesia determinatum ad suscipiendos Ordines. t.8. r.63.§.1. ibid.

* Vide verb. *Dubitans. Episcopus. Homo. Oblitus. Votum.*

Tentatio.

* Vide verb. *Fœmina.*

Tentorium.

* Vide verb. *Generalis Exercitus.*

Testamentum.

* Vide verb. *Distributor. Eleemosyna. Executor. Fœmina. Legatum.*

Testamentum de fructibus beneficii ab Episcopo conditum an de jure subsistat ? t.7.r.72. §. *Notâ* p.369

Et quid ex dispensatione Pontificis ? ibid.§.5

Et quid, si dispensatio sit sine causa ibi ?

Testâ

Testator.

* Vide verb. *Capellania. Capellanus. Clausula.*

Testari.

* Vide verb. *Beneficiarius Regularis.*

Textores.

Textores vittæ sericæ an excusentur à jejunio? t.6. r.70. §.4. p.239

Titularis Episcopus.

Titularis Episcopus non debet consecrasi ante legitimam ætatem. t.8. r.49. §.1. p.349

Titulares Episcopi an possint consecrari absque assignatione civitatis? t.8. r.77.§.1. p.373

Titulares Episcopi, qui dicantur, ibid.§.3

Titulares Episcopi habent jurisdictionem saltem habitu. ibid. §. 4. & seqq. p.374

Titulares Episcopi contrahunt matrimonium spirituale cum sua Ecclesia titulari. t.8.r.51.§.1.§.*Nec obstat.* p.351

Titulares Episcopi an possint absolvere, & dispensare virtute Concilii Tridentini? t.8. r.104. §.1. & seq. p.396

Titulares Episcopi an gaudeant privilegio eligendi Confessarium? t.8.r.105.§.1.post medium.p.397

Tradere.

* Vide verb. *Votum.*

Transferre.

* Vide verb. *Dies. Episcopus. Facultas. Templum. votum.*

Transire.

* Vide verb. *Locus.*

Translatio. Translatum.

Translatio Episcopi ex una ad aliam Ecclesiam non potest fieri sine licentia Pontificis. t.8. r.51.§.1. p.351. & r.96. §.1. & seqq. p.391

* Vide verb. *Capella. Diœcesis. Ecclesia.*

Triremes.

Ad triremes non sunt comdamnandi senes sexagenarii, etiam si sint robusti & validi. t.6. r.6. §. 3. in fine. p.204

Tussis.

* Vide verb. *Communio Sacra.*

Tutores.

* Vide verb. *Pupillus.*

Typographus.

Apud Typographos prelum versantes, & typos colligentes & componentes an excusentur à jejunio? t.6. r.30. & 31. p.217

Typographi compositores an possint diebus festivis characteres componere? t.6. r.31. §.3. p.218

V

Vagabundus. Vagus.

VAgabundis, qui voluntariam, ac culpabilem, & vitiosam inopiam patiuntur, an sit præceptum dandi eleemosynam? t.7. r.41. §.1. p.298

* Vide verb. *Consuetudo. Lex.*

Vassallus.

Vassallos non habentes, sed qui titulos sumunt super cognomina & loca sumentes Bullam Cruciatæ an teneantur solvere octo argenteos? t.3. r.4.§.3.p.68

* Vide verb. *Dominica. Missam audire. Regulares.*

Venatores.

Venatores an teneantur jejunare. tr.6. res.35. §.3. p.219

Vendens. Vendere.

Vendentes in diebus jejunii cibos prohibitos an mortaliter peccent? t.6. r.125.§.4. p.272

Vide verb. *Compositionis. Bulla.*

Veneratio.

* Vide verb. *Impedimentum.*

Veniale peccatum.

Venialia peccata an sint confitenda, quando requiritur confessio ad lucrandum Jubilæum? tract. 4. r.48. §.1. p.163

Qui venialia peccata habet, & caret mortalibus, an teneatur illa confiteri sub mortali præcepto Ecclesiæ annuæ confessionis? ibid. §.4

Verbum.

Verba, quæ apponuntur in indultis Oratorii privati, *sine tamen jurium Parochialium præjudicio*, quomodo sunt intelligenda? t.2. r.29. §.1. p.44

* Vide verb. *Imperativum.*

Vestimenta Episcopalia.

Vestimenta Episcopalia, dum consecratur Episcopus, qualia sunt? t.8. r.113. §.1. p.404

Vestimentorum Episcopalium mystica declaratio. ibid. §.2

Vestimentis seu tunicis interioribus induitur. tr.8. r.114. §.1. & seqq. p.405

Vestimentis omnium Ordinum decoratur. ibid.

Cum tunicis interioribus, quibusdam ordinatur. §.2. pag.406

Cur calceantur pedes? ibid.

Cur chirothecis manus vestiuntur? t.8. r.120. §.1. & seqq. p.411

Cur Mitra caput ornatur. t.8.r.121.§.1.& seqq.411. & seq.

Vestimenta novem habet Episcopus supra Sacerdotem. t.8. r.124. §.6. p.414

Via.

* Vide verb. *Episcopus.*

Viaticum.

* Vide verb. *Sacerdos.*

Vicarius.

Vicarii nomen duplicem habet sensum. t.8.r.ult.§.1. p.415

Vicarius interdum dependentiam, & interdum solam successionem in officio cum æquali potestate significat. ibid.

Vicarius Christi est Summus Pontifex. ibid.

Vicarius Petri in quo sensu dicatur Summus Pontifex? §. *Solum.* p.416

Vicarius Petri vocatur Pontifex dum consecratur Episcopus. Et an hæc verba sint emendanda in Pontificali Romano? §. *Hic tamen*, & §. *Igitur*, pag.415. & 417

Vidua.

Viduæ, quæ mortuis maritis non sunt Dominæ, nec usufructuariæ cujuscumque dignitatis existant, non tenentur pro sumenda Bulla Cruciatæ contribuere decem tarenos, & secus si sunt usufructuariæ. t.3. r.4. §.2. p.68

Viduis indigentibus an Advocati, Medici, Chirurgi, & Pharmacopolæ teneantur opera sua gratis ministrare? t.7. r.17. §.1.p.284

Vigilia.

In Vigilia Nativitatis Domini si quis jejunasset pro lucrando Jubilæo, an satisfaciat sumendo pro collatione serotina illam magnam quantitatem, quæ sumi solet in dicta Vigilia? t.4.r.24.§.1. p.151

Et supponitur dicta Vigilia posse sumi uncias sexdecim in collatione Serotina. ibid.

In Vigilia Pentecostes an sit saltem de consuetudine sub præcepto jejunandum? Et refelluntur alii casus de vigilia S. Joann. Baptistæ, S. Laurentii, omnium Sanctorum, & quatuor temporum. t.6.r.38.§.1. & seqq. p.219. & 220

* Vide verb. *Collatio serotina. Episcopus. Laticinia. Præcipere. Votum.*

Villa.

In Villa rurali potest Episcopus habere Oratorium, ut ibi celebret, vel Missam audiat. t.2.r.6. §.2. p.40

In

Rerum Notabilium.

In Villa, & ruri an possit erigere Oratorium qui habet indultum Oratorii privati in domo sua, ut quando est ibi audiat Missam? t. 2. r. 31. §. 1. & seqq. p. 46. & 47

Vincendum.

* Vide verb. *Fœmina.*

Vinum.

Vinum bibens, qui fecit votum de jejunando in pane & aqua, an toties peccet, quoties illud biberit? t. 6. r. 65. §. 1. p. 235

Et quid, si promiserit in illa die nihil bibiturum nisi aquam? ibid.

Nisi parum vini sumendo quis non posset jejunare, an sit adstrictus jejunio, qui fecit votum de jejunando tali die in pane & aqua, t. 6. r. 66. §. 1. ibid.

Vini defectus nullo modo excusat à jejunio. t. 6. r. 70. §. 5. p. 239. & melius in Resol. 86. §. 1. p. 247

Idem est de qualibet alia potatione communi loco vini. t. 6. r. 70. §. 5. p. 239

Vinum ex aromatibus conditum an frangat jejunium? t. 6. r. 91. §. 3. p. 249

Vinum bibere ad sustentationem in die jejunii an sit licitum? Et ante prandium an violet jejunium? t. 6. r. 100. §. 1. & seqq. p. 257

Violare.

Qui violat duo jejunia ab Ecclesia indicta in unum diem incidentia an peccet dupliciter? t. 6. r. 63. §. 1. p. 234

Idem est de auditione Missæ, cessatione ab operibus servilibus, & aliis similibus. ibid.

Et an saltem talis transgressio sit circumstantia in confessione aperienda? ibid. §. 3

Et quid, si concurrit jejunium indictum ab Ecclesia, & ex voto? ibid. §. 2. & in r. 62. §. 1. p. 233

Vir.

Sine viri licentia votum Religionis, vel castitatis ab uxore emissum an per Cruciatam, Jubilæum, vel Episcopum commutari possit? t. 3. res. 106. §. 2. p. 110

Vir tale votum uxoris irritare potest. ibid. §. 1

Vir honestus, cui magnum dedecus esset mendicare, an possit clanculum necessaria subripere? t. 7. r. 52. §. 1. & seqq. p. 305

Virginitas.

Virginitatis servandæ votum an possit dispensari, vel commutari per Episcopum, Cruciatam, vel Jubilæum, quando constat non esse votum castitatis, sed integritatis corporis servandæ? t. 3. r. 102. §. 1. & seq. p. 109

Et quid quando ita vovens dubius est de intentione? t. 3. r. 103. §. 3. ibid.

Visitans. Visitare. Visitatio.

Si visitatio Templi præcipitur ab obtinendam indulgentiam pro defuncto debet talis visitatio applicari ipsi defuncto. t. 1. r. 6. §. 2. p. 6

Visitantes Oratorium domus suæ an lucrentur indulgentiam Bullæ Cruciatæ cum onere visitandi Ecclesias, vel Altaria? t. 2. r. 60. & 61 p. 65

Visitando quinquies Oratorium prædictum non tenetur dimoveri loco, nec quinquies intrare, vel exire, sed fixus possit illud quinquies visitare, ibid.

Visitare quinque Altaria ex uno loco sine motu corporali an sufficiat ad lucrandam indulgentiam Bullæ Cruciatæ? t. 3. r. 149. §. 1. p. 127

Et an sufficiat visitare quinque Altaria in eadem Ecclesia, vel in diversis? ibid. §. 3

Et quid est agendum, si in Ecclesia sint tria, vel quatuor Altaria tantùm? ibid.

Et quid, si unum Altare quis visitet quinquies? t. 3. r. 150. §. 1. ibid.

Si visitatio Ecclesiarum mandatur in Bulla Jubilæi tribus diebus jejuniorum, an in iis diebus facienda sit? t. 4. r. 28. §. 1. p. 153

Et quid, si indeterminatè mandatur visitatio Ecclesiarum, an sufficiat semel visitare Ecclesiam quâm die Dominico non solùm ante, sed etiam post communionem? ibid. §. 3

Qui visitare non potest Ecclesiam tempore Jubilæi, an egeat commutatione in aliquod aliud opus pium? t. 4. r. 31. §. 1. p. 155

* Vide verb. *Archiepiscopus. Ecclesia,* ubi plura.

Vivens. Vivus.

* Vide verb. *Missam celebrare. Pontifex.*

Uncia.

* Vide verb. *Carnes. Chocolata. Collatio serotina. Parvitas materiæ.*

Unctio Episcopalis.

Unctio Episcopalis, quomodo facienda? t. 6. r. 60. §. 1. & seqq. p. 361

Unctio Episcopalis an cum indice fieri possit? ibidem §. 1

Et an valeat cum aliquo instrumento facta? tr. 8. r. 82. §. 1. p. 377

Unctio Chrismalis an similiter manu immediata Episcopi ministrari debeat? ibid. §. 3

Unctio Episcopalis an possit fieri cum solo oleo benedicto? t. 8. r. 84. & 86. p. 379. & 383

Unctio Episcopalis, vel Chrismalis an possit fieri cum balsamo adulterino? t. 8. r. 85. §. 1. p. 381

Unctio Episcopalis, vel Chrismalis an possit fieri cum Chrismate veteris anni? t. 8. r. 87. §. 1. p. 383

Unctio Episcopalis in quo differat à Regia? t. 8. r. 88. §. 1. ibid.

Unctio Regia.

* Vide verb. *Rex.*

Unctio Extrema.

In Sacramento Unctionis Extremæ in singulis Unctionibus partialis gratia confertur. tract. 8. r. 22. §. *Confirmatur.* p. 327

* Vide verb. *Extrema-Unctio.*

Vocalis oratio.

* Vide verb. *Oratio.*

Vomitus.

* Vide verb. *Communio.*

Votum.

* In indice primo posito in principio hujus tom. iii tr. 3. *de Bulla Cruciatæ* sunt quamplures difficultates super hoc verb. *Votum:* Sed illas omnes ibi consequutivas invenies à res. 69. usque ad res. 122. ubi reperies qualia vota possint per Cruciatam commutari, vel per Episcopum dispensari.

Inter votum castitatis perpetuæ, vel Religionis, & reliqua vota Pontifici reservata est magnum discrimen, quòd illa duo priora relaxandi potestas non censetur concessa generali concessione Jubilæi? &c. nisi exprimantur, alia vero vota reservata satis in generali concessione censentur expressa. t. 4. r. 14. §. 2. p. 148

Postquam votum religionis, vel castitatis perpetuæ fuit à Pontifice commutatum in materiam non reservatam, an ex vi Jubilæi, aut alterius privilegii possit commutari hæc materia non reservata? t. 4. r. 16. §. 3. ibid.

Vota in favorem tertii facta nondum tamen acceptata an possint commutari per Jubilæum? &c. t. 4. r. 20. §. 3. p. 150

Vota an possit Confessarius commutare extra Sacramentalem Confessionem? t. 3. r. 22. ibid.

Et an ita faciendo peccet mortaliter? ibid. §. 2. p. 151

Votorum commutationem tempore Jubilæi an possit quis

Index Rerum Notabilium.

quis petere ab uno Confessario, & postea vel antea cum alio possit peccata confiteri. t.4. r.23.§.1. ibid.

Intra tempus Jubilæi, vel Cruciatæ Confessarius potest dicere pœnitenti commuto tuum votum in illam rem, vel res, quam aut quas ego, aut talis post aliquas hebdomadas judicaverimus prudenter iustituendas. t.4. r.60. §.4. p.170

Vota commutata vigore alicujus Jubilæi an reviviscant, eo non obtento? t.4. r.63. p.171

Et quid, si vota sint tantùm commutata generaliter à Confessario remittendo opera subrogata à se, vel ab alio post Jubilæum præscribenda? ibidem §. 4. p.172

Qui votorum commutationem virtute Jubilæi accepit, an peccet mortaliter, si voluntarie Jubilæum non lucretur? t.4. r.64. & 65. ibid.

Votum de dicendo Rosarium an persolvatur alternatim recitando cum socio? tract.6. ref.55. §. *Sed quia.* p.229

Voto prædicto an quis satisfaciat, etiamsi recitet Rosarium factâ notabili interruptione in ipsismet decenis? ibid. paulo post initium dicti §.3

Qui vovit jejunare in Vigilia alicujus S. cujus dies festus incidit in Feriam 2. potest Sabbatho antecedenti jejenare, & non tenetur ad jejunium in die Dominico, nisi id expresserit. ib. ad med. dicti §.3

Qui vovit jejunare in die Annunciationis B. Mariæ Virginis, si incidat in Dominicam potest jejunare Sabbatho antecedenti modo contrarium non expresserit; vel possit jejunium transferre in Feriam 2. si die Sabbatho teneatur alio titulo jejunare. ibid. post medium dicti §.3

Qui vovit tradere aliquid certo pauper, tenetur tradere alteri pauperi, si pauperi designatus moriatur nondum adimpleto voto, nisi aliter constet de voluntate voventis. ibid. prope finem. dicti §.3

Vovens sextis Feriis jejunare, si eo anno incidat Natalis Domini in die Veneris, an teneantur jejunare? ibid. in fine.

Qui vovit jejunare Feria sexta, vel alia die, si in illis incidat Vigilia Nativitatis Domini, an possit in collatione serotina sumere quantitatem pinguiorem? t.6. r.114.§.3. p.264

Quod idem quæritur pro Religiosis Franciscanis stante eorum voto, ibid.§.3

Votum aliquod na Episcopus emittat in ejus consecratione ratione perfectionis status? t.8. resol.96. §.1. p.39

Votum, seu obligatio Episcopi Visitandi limina Apostolorum, quomodo impleri debeat? tract.8.r.97. §.1. p.392

A voto paupertatis, & aliis an liberetur Religiosus consecratus in Episcopum? tract.8. ref.106. §.1. pag. 397

* Vide verb. *Annus. Carnes. Cervisia. Commutare. Consuetudo. Dies. Dispensare. Dubium. Irritare. Laeticima. Mos. Oblitum. Peregrinatio. Præcipere. Privilegium. Recitare. Regulares. Revocare. Vinum.*

Vrbs.

Extra Urbem Romanam non in Urbe possunt Episcopi etiam Titulares erigere Oratorium in suis Palatiis, ut ibi cerebrent, vel Missam audiant. t.1. r.5.§.2. p.30. & r.9. §.1. p.31

Vsus. Vtens.

Usus sagiminis, & lardi in Regno Siciliæ est licitus in diebus Quadragesimalibus, & aliis jejuniis habentibus Bullam Cruciatæ. tract.3. ref.166.§.1. pag.134

Et an hoc sit licitum advenis, & peregrinis. ibid.§.5. p.135

Per non usum an privilegium perdatur: t.6.r.53.§.7. p.228

* Vide verb. *Oratorio.*

Vtilitas.

* Vide verb. *Chorus.*

Vva.

Uvas recentes in notabili quantitate post prandium in die jejunii si quis sumeret, an frangat jejunium? t.6. r.96. §.1.p.254

Vxor.

Uxor an possit facere eleemosynas? t.7. r.34.§.1. p.295

Ubi septem casus proponuntur, in quibus uxores possunt facere eleemosynas. p.296

Uxor an possit inscio viro vigesimam partem annui proventus in eleemosynas distribuere? ibidem §.10

Et quid, si maritus prohibeat uxori facere eleemosynas. t.7. r.35.§.1. ibid.

* Vide verb. *Conjux. Debitum conjugale. Eleemosynas. Filius. Frater. Maritus. Matrimonium. Vir.*

FINIS.

Biblio=

DIANÆ
Omnia
TO. III. IV. V.
E. III.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Biblio=
DIANÆ
Omnia
TO. II. IV. V
E. III.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PLATE
TOM V.

Th
545a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN